Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
202
10 K
4
ROMA

RESOLVTIONES CRIMINALES

ANTONII CONCIOLI

I.C. CANTIANENSIS.

SECVNDA EDITIO.

202 12. K. 6

RESOLVTIONES CRIMINALES

Theoricopracticæ Alphabetico ordine pro Maiori Lectoris facilitate diſpoſitæ

ANTONII CONCIOLI

I. C. CANTIANENSIS,

Protonotarij Apoſtolici, & nuper ſub Eminentiſſimo, & Reuerendiſſimo Principe D. D. SCIPIONE CARDINALE DELCIO Status Vrbini Legato eiuſdem Status Auditoris.

In quibus variæ, & frequentiores quæſtiones criminales ad vniuerſam ferè Theoricam, & praxim ſpectantes reſoluuntur, & facili methodo enodantur, necnon etiam quamplures Summ. Pont. Conſtitutiones, & Laicorum Statuta de materia Criminali diſponentia ſecundùm Modernorum Criminaliſtarum receptiores opiniones, & ſupremarum Curiarum deciſiones declarantur.

Quibus in hac poſtrema editione acceſſerunt Additiones ad ſingulas ferè Reſolutiones in fine cuiuſlibet Reſolutionis appoſitæ, & vigintiquinque Reſolutiones Criminales admodum quidem vtiles, nedum pro complemento materiæ criminalis ferè neceſſariæ.

Cum triplici Indice, nempè Titulorum, Reſolutionum, & Materiarum in Reſolutionibus prædictis contentarum.

AD EMINENTISS. ET REVERENDISS.

PRINCIPEM D. D.

ALDERANVM CYBO

S.R.E. CARDINALEM AMPLISSIMVM.



MACERATÆ, Ex Typographia Ioſephi Piccini. M.DC.LXXVIII.

DD. SVPERIORVM PERMISSV.

EMINENTISSIMO ET REVERENDISSIMO

PRINCIPI D. D.

ALDERANO CYBO

S. R. E. CARD. AMPLISSIMO

ANTONIVS CONCIOLVS I. C. CANTIANENSIS

FELICITATEM.

R*EDIT iterum ad te Princeps Eminentiſſime Liber iſte meus quampluribus non ſolum Reſolutionibus, & Annotationibus adauctus; verum etiam humillimis obſequijs erga te meis, vt ſaltem actuum reiteratio defectum ingenioli mei valeat apud te ſupplere; Quod vix optare auderem, id tua Eminentiſſime Princeps ſingularis humanitas diffidenti mihi obtulit, ac ſperandum magna mea felicitate dedit, vt librum iſtum, quem compoſui, Eminentiſſimo tuo Nomini iterum conſecrarem; Vndè non ſolum, quod nemo non ſpero Auctor, iuſtum patrocinium, ſed etiam, quod paucis contingit, ornamentum, exiſteret; Eo autem maius vllum eſſe non poteſt, quàm quòd, & clariſsima familia, & Eminentiſsima Perſona tua ſuppeditat, cum ab ſplendidiſsima Imaginum ſerie armorum inſignibus, honorum titulis, togæ luminibus, quæ ſtirpem communem Cybicam ornant, & eximijs dotibus, ac egregijs virtutibus, quibus priuata tua, Alderane, Perſona fulget, proueniat; At inter antiquiores, & clariores numerari, quis dubitet, tuam iſtam Cyborum ſtirpem? quæ nobili, & illuſtri inuoluta fumo lucem omnem extinguit ſplendore vetuſtatis, & quo longius retrotrahitur, eò nobiliùs latet, & clariùs latendo micat; Egrè acuta oculorum acies pertingit ad tuæ initium familiæ inſpiciendum: quinimò, & ipſa memoriæ vis in tanta Imaginum multitudine præ imbecillitate laborat; Alij ſuæ ſobolis numerant annos; Tu ſæcula: Alij cum Domorum, & Familiarum antiquitate certant; Tu cum Ciuitatum, & Prouinciarum, & Regnorum vetuſtate*

conten-

contendis : Alij poſt Chriſti natales cunabula ſua ſobolis locata, vel hac, vel illa ætate inueniunt ; Tu Cunas tuas annis fermè trecentis, eoque ampliùs ante ſalutis initium poſitas commemorando reperis : Aliorum termini intra vnius Regni ſpatium continentur; Tui multarum Prouinciarum, Regnorumque fines excedunt, & nullo terrarum limite circumſcribuntur. Tua Cyborum Gens olim in Arabia Petrea ſtabili fundata loco ad Petram Romanam iam tùm deſtinabatur tribus fermè ante Petram Eccleſiæ ſæculis ; Indè in Græciam Ariatus Cybon Martialis Heros anno ducenteſimo quadrageſimo quinto antè Ducem Noſtrum Chriſtum translata nobile domicilium poſuit. E Grecia Romam commeauit laureata, & triumphalis, cum Menardus inſignis bellator Conſtantinum de Tyranno Maxentio victorem comitatus Cybicas palmas lauris Romanis inſeruit ; lumen hoc primùm illuſtrauit Italiam, ſed cum fulmine in hoſtem emiſſo. Senſit Aquila Romana illatam hoſti cladem, & aliud expetiuit. Ergo Eduardum Gratiano gratum ſocium prouidit, & venientem, vt venerabunda exciperet Genua, quaſi inclinato genu, coluit, ibique ſedem Cyborum familiæ deſignauit, illius ampliſſimæ Reipublicæ, & lucem poſtea, & gloriam futuram ; non tamen, ſolo mutato, cælum Græciæ deſijt illuſtris inſtar ſyderis illuminare Ioanne Vitaliano Cybo apud Iulianum Imperatorem Stratego, & Heroe arma adminiſtrante, & Beliſarij palmas nouis augente. Sed iam Italia Princeps Regionum Principem ſibi ad ornamentum familiam vendicabat. Prehendit ambitioſa dignitatis litterariæ Togam Antonij Cybi omni ſagi nobiliorem ; Adiunxit paludamenta Marci, Qui vice Notarij, Italiæ Regis fortunæ bellicæ rotam clauo fęlicitatis fixit, eamque Liguriæ affixit. Prorſus fortunatæ ! Annus agebatur ſexcenteſimus quadrageſimus. Creuit ſplendor, anno octingenteſimo vigeſimo octauo, Ludouici Ducis eximij, Bonifacij Comitis, locata ſibi filia, Generi, geſtis bello præclaris. Caterùm cum ætate creſcebant lumina, & fulmina militaria cum tonitru famæ. An non Ioannes, Theophilus, & Guido, Caſſander, & Lambertus armis fulminarunt ? Quorum Guido Othonis Imperatoris Polemarchus Principatum in valle Arni anno nongenteſimo ſexageſimo ſecundo iuſtum obtinuit. Quid memorem Franciſcum Lambertum ſuæ ætatis Achillem ? ac illos Heroas Martios, & pios ſacri Hieroſolimitani belli Hectoras, qui Gottifredum comitati ſingulare ſuæ virtutis ſpecimen præbuerunt. Arantium Guilielmum, Franciſcum ? quos illi muri aſcendentes per ſtratorum cadauerum cumulos ad faſtigium Arcis ſuſpexerunt. Nonnè illa Turris lignea fatalis ab Homero Italo celebrata Guilielmo Cybo auctore ſtetit ? Infinitum erit numerare cæteros armorum ſtudijs inſignes, ſiuè terra, ſiuè mari bellarint : Aleranos, Nicolaos, Thediſios, Mauritios, Thomaſes, Andreas, Dominicos, qui ſcriptorum pennas fatigant ? Seligo eos, quorum facta imperio ſociata famam, & opes familiæ auxerunt. Ermes Gorgonam, & Caprariam, Colotannes Chium ſui iuris fecere. Sequuntur Togati non minoris gloriæ, licèt tonitru minores. Baomundus Genuenſi Reipub. ita proſpexit, vt ſenum ſenatorum vnus eſſe meruerit ; Guilielmus ſecundus eques à S. Ludouico Galliæ Rege inſtitutus, Clemente IV. Pontifice, ad Rempub. Genuenſem miſſus Legatus caduceum haſtis immiſcuit. Carolo Cybo Campanæ Prouinciæ à Roberto inſigni Neapolitano Rege adminiſtratio cum ampla poteſtate commiſſa ; Viderentur hæc alijs culmina : Cybis tuis gradus erant, per quos ad altiora conſcenderent. Nec ij vno honoris genere contenti, ſacratiùs imperarunt. Romana Eccleſia ſuos in ea Cardines poſuit.

Plu-

Plurimos eſſe voluit, vt firmius conſiſteret; Rubuerunt murice illo ſacro Ermannus, Ioannes, Siſinius, Vldaricus, Marcus, Antonius, Leonardus, Angelus, Laurentius; inter quos Eminentiſſimos eminet Martinus ille illuſtris Sanctitate vir Eugenij III. Pontificis tempore, ad quem ſui æui decus S. Bernardus illius virtutis conſcius familiarem ſcripſit Epiſtolam. Quid mirum ſi tu, Eminentiſsime Alderane, tot virtutibus præditus purpura fulſiſti? cum ſi ea Tu caruiſſes, illa certè erubuiſſet, & ruborem in pudorem vertiſſet. Aſſueta Cybis Purpura vulgaris in tua gente honos eſſe cæpit. Igitur ſummum ei deſignauit, & quo nullus maior excogitari poteſt, quòd propè Deum ſit, & Dei vices agat. Pontificatus Romanus ſanguinem optauit Cybicum, vt eo Cathedram Petri ornaret, eoque Gregem Chriſti paſceret, tamquam cibo nobili, & exquiſito. Videbat nimirum Eccleſia, ſimiles fore in familia Cyborum Paſtores et Paſtori, qui ſe cibum ſuis Ouibus in Euchariſtia dediſſet. Vnum ex his, voluit, eſſe Bonifacium, vt bonæ Gratiæ etiam nomine reſponderet, & Gratiam factis confirmaret: Alterum elegit Innocentium, quòd Agnus innocens Chriſtus eum ſibi ſucceſſorem poſtulabat. Ille Nonus poſt Octauum vltra numerum Beatitudinum, hic Octauus numero beatitudinis expleto. Conſtitit hìc, quod altiùs ire non poterat, familia tua, & circumſpexit. Vidit, conſumptas eſſe dignitates, & ſacras, & profanas, omnes occupatos eſſe locos Principatu nobiliſsimo Carrariæ, & Ducatu clariſsimo Maſſæ augendam familiam vbique, & clareſcere, & dominari. Progredi meritis, & virtutibus ſtatuit, & in vno viro, quantùm illa dotibus valeret, oſtendere, vt quas per omnes ætates in multos diſperſas contulerat, in vno Heroe collectas intueretur. Is tu quidem es, Eminentiſsime Princeps Alderane, in quo tantus fuit concurſus virtutum, vt quemadmodum in Solem radij, ita in te lumina mentis, & animi confluant, Ingenij acies acuta, Iudicij vis ſumma, Conſilij exquiſita Prudentia, Indolis excelſa Generoſitas, Animi æquitas mira, magna Doctrinarum copia, ſingularis in conſuetudine Humanitas, eximia in Deum Religio, Pietas in miſeros grata. Miſericordia in pauperes effuſa, Amor in Ciues conſpicuus, Humanitas in alienos iucunda, & ſi qua dos eſt, vel innata, vel gratioſa, ea in Te reperitur; Imò nulla deeſſe velles, nè quæ deeſſet, exiſtimationem virtutis amitteret. Tanti illæ Te æſtimant, vt ambiant tuam grauem, ac excellentem Perſonam, & ornant, & ornantur abs te. Gratulantur tibi de loco, & ſignificant, aliquid momenti eſſe in animis, vbi conſiſtunt; nàm, vti animæ de ſpecie, & elegantia corporum gaudent, ita, & virtutes de nobilitate animæ, cui inſunt gloriantur. Vna tibi nihil fortuna debet, quòd nullum tu illi ornamentum debes. Omnia, quæ in Te ſumma ſunt, meritis occupaſti, excluſa, & contempta fortuna. Præfecit Te Domus ſuæ is Pontifex, qui veræ, at ſolidæ ſemper virtutis rationem habuit, ac meritis dignitates iuſtus aſſignauit, Innocentius X. & re, & nomine maximus, à quo Tu in primis Cardinalis creatus; idque graue honoris teſtimonium eſt, quòd digniſſimos ſolitus erat eligere; Quòd ſi ille, te eligendo, probauit, & Tu electus eius ſpei, & exiſtimationi reſpondiſti; Anguſtum tibi erat Roma Theatrum, Principes Te Italiæ Vrbes optarunt; ſed ne doleret Roma de abſentia, illa Te Legatum ſuum inſtituit, vt Romani Pontificis ſuſtineres Perſonam, & Romam in eas Ciuitates tecum deferres. Hac lege ex inſtituto Romano ampliſſimas Vrbini, Romaniæ, Ferrariæ Legationes obijſti, & quas virtutes priuatus collegeras, eas in pu-

blicum

blicum magna cum vtilitate effudiſti, ac laude, & quod animis inſtituendis, & ornandis aptiſſimus eras, Æſinæ Eccleſiæ præfectus ſingulare optimi Paſtoris præbuiſti ſpeciem; Mitto dicere quantum Sanctiſs. INNOCENTIVS XI. Opt. Maximus de tua admirabili virtute confidat, cum id toto Orbi Chriſtiano apertè innoteſcat. Cyborum antiquiſſimam, & clariſſimam ſtyrpem tot, tamquam eximijs dotibus ad ſummum culmen gloriæ euexiſti; Nec tu magis illis maioribus, quam ij te Nepote gloriantur, reddis enim ijs, quem accepiſti, ſanguinem, & pari cum laude, & fructu vberiori; Quòd ſi quid valent iuſta, & occulta vota, Nobiles illi, & patuli rami Te aliquando videbunt ſuam illam longè latequè diffuſam frondium copiam, triplici nodo ſtringentem, & faſtigiatum verticem coronantem. Vale, Eminentiſſime Princeps, ad Tuæ gentis gloriam, Eccleſiæ decus, & litterariæ Reipub. ornamentum.

HVMANISSIME

HVMANISSIME LECTOR.

LIBER iſte meus Reſolutionum Criminalium qualis qualis ille ſit tantum placui habuit apud Iudices, & Aduocatos fortè ob facilitatem inueniendi doctrinas in eo alphabetico ordine diſpoſitas, vt ampliùs apud Bibliopolas venalis non inueniatur, & cum in dies ille a Viris Studioſis, & præcipuè à Criminaliſtis perquiratur, Thipographus Maceratenſis amicus meus illum iterùm in communem vtilitatem in lucem prodere deſtinauit, nequè enixè requiſiuit, vt vellem illum nouis Additionibus locupletare. Annui de facili illius petitioni, eoquè magis vt liber alijs materijs adauctus Studentium vſui magis fieret accomodatus, vnde non solùm Additiones alias editas pro maiori facilitate ſuis locis apponendas curaui, aliaſque nouas non paucas addidi, verum etiam quamplures Reſolutiones Criminales, quæ in alia editione deſiderabantur adieci. Tu Lector humaniſſime Librum ſume, ita in tui commodum locupletatum non ſolum hilari vultu aſpicere, ſed etiam ſi quid in eo non bene dictum inueneris ingenioli mei tenuitatem, quæ tua eſt humanitas, excuſare, vt alias te rogui, non dedigneris, & Vale.

Si placet ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D. FRANCISCO CINO EPISCOPO MACERATEN.

Reimprimatur. Gaſpar Lauretanus I. V. nec non Phyloſophiæ, & Sacræ Theologiæ Doctor, & Eccleſiæ Cathedralis Maceraten. Canonicus.

Reimprimatur.

Io: Paulus Paſtouicus I. V. D. Prothonot. Apoſt. Canonicus Eccleſ. Cathed. Ariminen. & Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. FRANCISCI CINI Epiſcopi Macerat. Vicarius Generalis.

Bartholomæus de Amicis Patritius Maceraten. I. V. nec non Phyloſophiæ, ac Sacræ Theologiæ Doctor, Sancti Officij Reuiſor, vidit, &c. Si placet Reuerendiſſimo Patri Inquiſit. Anconæ.

Reimprimatur.

Fr. Io: Baptiſta Matthæius Sacræ Theologiæ Magiſter, Theolog. Vniuerſ. ac Vicarij Sancti Officij Macerat. Ord. Prædicatorum.

PER ILLVSTRI, AC REVERENDISSIMO D.

ANTONIO DE CONCIOLIS

PROTONOTARIO APOSTOLICO

SACRIS NVPER INITIATO.

ET I.V.C. EXCELLENTISSIMO.

E L O G I V M.

QVid ni vincas mortali decus ANTONI,
Dùm ſacro coniugio Te vincit Pietas DEO?
Sed meritò iactes Affinitatem NVMINIS
Qui maior Homine Sapientia creueris.
Ergò
Sapientum GIGAS prædiceris licet,
Sapientum HERCVLES.
Herculeo haud procul robore
Callis litterarij ſentibus callum tenerrimus obduxiſti
Doctrinæ firmaturus Prodigia.
Cæterùm diſpar
Acheronta perrupit Hercules,
TV SAPIENS ſyderibus minitaris.
O' Sanè MONSTRVM Alcide maius:
Exinde victrice Laurea
Te Iuris APOLLINEM adſpexit Orbis:
Vrbania primùm
Dein Vrbinum tua ſuſpexit Oracula.
Vrbini ter ad Celſitudinem enectus
PRÆTOR, LOCVMTENENS, AVDITOR,
Venerationis apice ter maximus enituiſti,
Porro grauida Virtus
Debuit Aulæ Cœlo ſublimem eniti Gloriam:
Sic nunquam expirabit Honos,
Qui traxit Auram diuturnam ab Aula;
Imò perennis Famæ voluetur Orbibus,
In quos mira Legum Volumina
Tuo cum NOMINE verſabit Immortalitas.
Dixerim Lumina.
His quandoquidem vel fumida
Æternùm tua clareſcent INSIGNIA
Interim Coronato STEMMATI
LAVRVS nunc Sacro feracior Iubare
Germen illuſtrius
Adorandæ promittit VIRGÆ.

Meritiſsimo Domino

Auguſtinus Magiolus D. D. D.

SCRI-

SCRIPTORES

Qui de Authore encomiaſticam faciunt mentionem qui ad Impreſſoris notitiam peruenerunt.

ILluſtriſſimus D Antonius Pintus Rotæ Maceratæ olim Auditor, & nunc Aduocatus Romanus inter primarios in Aſculana prætenſi mutui 29. Martij 1664. impreſſa Maceratæ de eodem anno col. fin. dicit, *Et nouiſsimè in ſuis doctiſsimis allegationibus plures adducit D. Conciolus allegat. 43. num. 30.*

Excellentiſs. D. Ludouicus Iacobillus I. C. Fulginas in ſua Biblioteca Vmbriæ littera A. dicit *Antonius Conciolus a Cantiano Oppido Diœceſis Eugubij Iuriſconſultus eximius huius temporis edidit Allegationes iuris &c.*

Excellentiſs. D. N. Fantonus Aduocatus Florentinus primarius in ſua allegat. crim. pro Petro Roſai de Talla impreſſa Florentiæ de anno 1668. fol. 7. dicit *D. Conciolus, quem ſolum pro cunctis allegare ſufficiat in verbo Aſſertio &c.* & in alia allegatione crim. pro Mattheo Nicolai Spagnoli impreſſa pariter Florentiæ de eodem anno 1668. fol. 5. dicit *Magiſtraliter D. Conciolus verbo Teſtis Reſolut. 5 num. 6. & ſeq.*

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Io: Baptiſta Deluca Aduocatus Romanus primarius, & celeberrimus, & modo Auditor S. D. N. Innocentij Papæ XI. in ſuo Theat. verit. & iuſti. tom. 2 in tit. de regal. diſcur. 77. ſub num. 1. dicit *Pro iſto ſcribente nunc in partibus docto, & elaborato Conciolo, vt liquet ex ſua allegat.* 28. & iterum tom. 7. in tit. de donat. diſcur. 35. num. 8. vbi dicit, *Nullatenus aſſertioni alioquin docti amici mei Conciol. allegat. 39. num.* 1. deferendum erat, quia loquitur ſub dubius &c. & in alijs locis.

Illuſtriſs. D. Vincentius Armannus nobilis Eugubinus, & vir erudititiſſimus to. 2. ſuarum Epiſt. fol. 628. ſcribit *Il Signor Antonio Concioli verſatiſsimo nelle facoltà Legali, anzi voleua io dire celebre, per eſſe al ſegno, che l' authorizano tra gl' Huomini di queſta profeſsione i Libri, che ſono in luce della ſua penna &c.*

SERIES

SERIES TITVLORVM.

A

ABSOLVTIO.
Accuſatio.
Actus.
Adminicula.
Aduocatus.
Aggreſſor.
Appellatio.
Arma.
Arreſtatus.
Articuli.
Aſſaſſinium.
Aſſiſtentia.
Aſſertio vulnerati.
Aſſociatio.
Auxilium.

B

Bannitus.
Birruarius.
Blaſphemia.
Bona fama.
Bulla

C

Captura.
Carcer.
Cautio de benè viuendo.
Cautio de non offendendo.
Cautio de repræſentando.
Confeſſio.
Confinatus.
Confiſcatio.
Confrontatio.
Copia proceſſus.
Corpus delicti.

D

Damnatus ad remigandum.
Defenſio.
Delictum.
Duellum.

E

Ebrietas.
Epiſcopus.
Exculpatio.
Exilium,
Eximitum à Curia

F

Falſum.
Fama.
Fideiuſſor.
Fiſcus.
Forum.
Fuga.
Furioſus.
Furtum.

G

Gabella.
Gratia.

H

Hypotheca.
Homicidium.

I

Immunitas Eccleſiaſtica.
Impunitas,

INDEX.

Indicium ad torturam
Inimicitia
Iniuria
Inquiſitio
Inſtigator
Interpretatio
Ira
Iudex.

L

LEgitima
Læſæ Maieſt. crimen
Libellus famoſus.

M

MAndatum
Mater
Minor
Moneta falſa
Monopolium
Mulcta
Mulier.

N

NEgatiua
Nox.

O

OCciſio
Offenſio
Officialis
Operarij
Oſculum.

P

PAter
Pax
Pœna
Præceptum de non offendendo
Perquiſitio
Præuentio
Princeps
Probatio
Procurator
Procuratio.

Q

QValitas.

R

REcognitio
Repulſa
Reus
Rixa.

S

SAluus conductus.
Sequeſtratio
Sindicatus
Socius criminis
Sodomia
Spontanea comparitio
Statutum
Stuprum
Subornatio
Suffocatio.

T

TEſtes quoad perſonas
Teſtes quoad dictum
Teſtes quoad examen
Teſtium miſcellanea
Tortura
Tractatus.

V

VEnenum
Vſura
Vulnus
Vxor.

FINIS.

INDEX RESOLVTIONVM CRIMINALIVM

Quæ in hoc Libro continentur.

ABSOLVTIO.

Reſolutio I.

ABSOLVTVS ſemel de delicto non poteſt ampliùs de eo moleſtari.

Reſolutio II.

Abſolutio adulteri prodeſt etiam adulteræ.

Reſolutio III.

Iudex abſolutus per Syndicatores non poteſt iterùm per alium Iudicem moleſtari.

Reſolutio IV.

Abſolutus de crimine in loco delicti non poteſt de eo iterùm moleſtari per Iudicem domicilij, vel originis, & è contra.

Reſolutio V.

Accuſatore, vel fiſco non probante, reus eſt abſoluendus.

Reſolutio VI.

Iudex facilior eſſe debet in abſoluendo reum, quàm in illo condemnando.

ACCVSATIO.

Reſolutio I.

Accuſator qui per calumniam accuſauit, hodiè punitur pœna extraordinaria.

Reſolutio II.

Accuſatori, & inſtigatori dari debet copia proceſſus, ſi illam petant, vel eſt eis oſtendendus proceſſus, vt partem contra reum facere poſſint.

Reſolutio III.

Accuſator tenetur ad expenſas, quæ fiunt pro fabricatione proceſſus offenſiui.

Reſolutio IV.

Accuſatoris confeſſio facta in accuſatione, vel in articulis probat contra eum.

Reſolutio V.

Accuſator deſiſtens ab accuſatione non poteſt ampliùs ad accuſandum redire.

Reſolutio VI.

Accuſator nullam facit probationem contra accuſatum.

Reſolutio VII.

Accuſator non tenetur in accuſatione ſpecificare diem, & horam commiſſi delicti.

Reſolutio VIII.

Accuſatio, ſeù inquiſitio ſi contineat qualitatem, quæ non ſit probata in proceſſus, non poteſt ſequi condemnatio.

Reſolutio IX.

Qualitas ſi non ſit deducta in accuſatione, ſi tamen de ea conſtet in proceſſu, poteſt ſuper ea ferri ſententia.

Reſolutio X.

Accuſatore aperto non dato, primus teſtis examinatus habetur pro accuſatore.

Reſolutio XI.

Accuſare nemo poteſt nomine alieno.

Reſolutio XII.

Accuſator non tenetur ſe repetere ſuper interrogatorijs accuſati.

INDEX.

ACTVS.

Reſolutio Vnica.

Actus, qui poteſt ſe habere ad delictum, & non delictum, interpretatur pro non delicto.

ADMINICVLA.

Reſolutio I.

Adminicula probari debent per duos teſtes.

Reſolutio II.

Adminicula vt ſuffragentur, debet præcedere aliquis gradus probationis.

ADVOCATVS.

Reſolutio I.

Aduocatus, & Procurator opem ferentes bannitis per viam iuſtitiæ, vel gratia non comprehenduntur in bannimentis prohibentibus opem ferri bannitis.

Reſolutio II.

Aduocatus compelli poteſt per Iudicem ad ſuſcipiendam cauſam, & defenſionem inquiſiti.

Reſolutio III.

Aduocatus non poteſt recipi in fideiuſſorem pro ſuo cliente.

Reſolutio IV.

Aduocatus non poteſt interuenire pro aliquo in crimine læſæ maieſtatis Diuinæ, & humanæ ſinè licentia.

AGGRESSOR.

Reſolutio Vnica.

Vulnerati ſi duo reperiantur, & neſciatur, quis fuerit aggreſſor, omnes puniuntur pœna pecuniaria.

APPELLATIO.

Reſolutio I.

Appellatio datur à decreto torturæ.

Reſolutio II.

Fiſcus non appellat, quando adeſt inſtigator, niſi præſtita cautione per inſtigatorem de reficiendis expenſis.

Reſolutio III.

Condemnatus ad triremes, relegationem, vel exilium poteſt appellare quandocunque, etiam poſt decem dies.

ARMA.

Reſolutio I.

Arma deferens ligata pœnam delationis armorum non incurrit.

Reſolutio II.

Pœna delationis armorum non confunditur cum pœna delicti commiſſi cum armis in Statu Eccleſiaſtico.

Reſolutio III.

Arma deferens cum licentia ſi cum eis delinquat, puniri etiam poteſt de delatione armorum.

Reſolutio IV.

Forenſes incurrunt pœnam Statutorum illius loci, vbi inuenti ſunt cum armis.

Reſolutio V.

Delictum ſi ſit commiſſum cum armis alienis, non inſurgit indicium contra dominum illorum non conſtito de commodatione.

Reſolutio VI.

Arma accommodans ad delinquendum dicitur particeps criminis, & tenetur eadem pœna, qua tenetur delinquens.

Reſolutio VII.

Mulieres comprehenduntur in Statuto prohibente delationem armorum.

Reſolutio VIII.

Stans armatus in propria domo non incurrit pœnam delationis armorum.

Reſolutio IX.

Delictum committens cum armis venenatis grauiùs punitur.

Reſolutio X.

Dentes non veniunt appellatione armorum.

Reſolutio XI.

Statuto prohibente delationem armorum Iudex poteſt procedere contra illa portantem per inquiſitionem, etiamſi ille non fuerit captus per birruarios.

Reſolutio XII.

Corpus delicti contra apprehenſum cum armis eſt probandum per ocularem inſpectionem, & deſignationem qualitatis armorum.

Reſolutio XIII.

Pœna deferentis archibuſettum vt habeat locum, debet conſtare plenè, illud eſſe breuioris duorum palmorum de canna.

Reſolutio XIV.

Archibuſettum breuioris menſuræ deferens incurrit pœnam vitæ, & confiſcationis bonorum.

Reſolutio XV.

Archibuſettum imperfectum deferens, vel retinens non incurrit pœnam Conſtitut. Pij IV. & Pij V.

Reſolutio XVI.

Armorum delatio momentanea non eſt punibilis.

Reſolutio XVII.

Pœna mortis, & confiſcationis bonorum impoſita contra deferentes pugiones, & cultellos minores tribus palmis non ſeruatur de conſuetudine.

Reſolutio XVIII.

Arma deferentes pro occidendis bannitis non poſſunt pro illorum delatione moleſtari.

Reſolutio XIX.

Officiales, & illorum familia poſſunt deferre arma ſinè pœna incurſu.

Reſo-

I N D E X.

Reſolutio XX.

Doctores, & eorum familia poſſunt deferre arma.

Reſolutio XXI.

Conſuetudo, & qualibet cauſa excuſat à pæna delationis armorum.

Reſolutio XXII.

Arma reperta in terra penes aliquem præſumitur, quod ab eo fuerint in terram proiecta, ita vt poſſit condemnari.

Reſolutio XXIII.

Arma probibita aſportata ſine licentia Superioris confiſcantur.

Reſolutio XXIV.

Conſtitutiones Pij IV. & Pij V. prohibentes delationem archibuſetti ligant etiam Clericos.

ARRESTATVS.

Reſolutio Vnica.

Arreſtatus à Iudice, ſi ab eo appellauit, appellatione pendente poteſt recedere, & ad Superiorem recurrere.

ARTICVLI.

Reſolutio I.

Articuli dati per carceratum ad effectum ſe defendendi ſunt admittendi, licèt contineant defenſionem abſentis.

Reſolutio II.

Articuli dicuntur pertinentes, quando qualitercumque cauſa adminiculantur.

Reſolutio III.

Articuli licèt obiectiui ſunt admittendi, quando ſunt de iure dantis.

Reſolutio IV.

Articulos, ſeù capitula producens in cauſa criminali non cenſetur fateri contenta in eis.

ASSASSINIVM.

Reſolutio I.

Aſſaſſinium non datur, niſi homicidium fuerit commiſſum mediante datione, vel promiſſione pecuniæ, vel alterius rei.

Reſolutio II.

Aſſaſſinium non dicitur, quando per alium pretio conuento inimicus occiditur, ſi ipſe mandans in homicidio interuenit.

Reſolutio III.

Mediator in aſſaſſinio punitur pæna mortis, vti mandans, & mandatarius.

Reſolutio IV.

Aſſaſſinus non dicitur occidens aliquem in domo, vel via, & illum pecunijs, vel armis expolians.

Reſolutio V.

Aſſaſſinium propriè non eſt mandatum datum alicui ad vulnerandum pecunia mediante.

Reſolutio VI.

Aſſaſſinium probatur per præſumptiones, & probabilia argumenta.

ASSERTIO VVLNERATI.

Reſolutio Vnica.

Aſſertio vulnerati conſtituti in articulo mortis non facit indicium ad inquirendum ſpecialiter, ſed generaliter tantùm.

ASSISTENTIA.

Reſolutio Vnica.

Aſſiſtens armatus homicidio dicitur illi opem præſtare, & punitur eadem pænam, qua principalis delinquens.

ASSOCIATIO.

Reſolutio I.

Aſſociatio delinquentis poſt delictum ad euadendum illum à Curia punitur ſolùm pœna extraordinaria.

Reſolutio II.

Aſſocians delinquentem ad euadendum illum à Curia poteſt torqueri ſuper tractatu, & ſcientia.

AVXILIVM.

Reſolutio I.

Auxiliatores inquiri non poſſunt non conſtito de principali delinquente, & eius delicto.

Reſolutio II.

Auxiliatores, vt poſſint inquiri de auxilio, debent præcedere indicia ſpecialia auxilium indicantia.

Reſolutio III.

Statutum puniens auxiliatorem, & fautorem intelligitur de auxiliatoribus & fautoribus in ipſo delicto, non poſt delictum.

Reſolutio IV.

Abſolutus quando eſt delinquens principalis de delicto, eò magis eſt abſoluendus imputatus de auxilio.

BANNITVS.

Reſolutio I.

BAnnimenta probibentia allocutionem, & conuerſationem cum bannitis habent locum, quando illa eſt doloſa, & in damnum fiſci, vel Reipublicæ, aliàs ſecùs.

INDEX.

Reſolutio II.

Bannimenta prohibentia receptationem, & allocutionem cum bannitis non habent locum in bannito tolerato.

Reſolutio III.

Pœna impoſita contra conuerſantes, vel loquentes cum bannitis non habet locum, niſi probata ſcientia, illos eſſe bannitos.

Reſolutio IV.

Statutum mandans, quòd bannitus ex delicto poſſit impunè occidi, non habet locum in bannito in contumacia.

Reſolutio V.

Occidens bannitum, qui poteſt impunè offendi, non dicitur, frangere pacem factam cum eo ante bannum.

Reſolutio VI.

Statutum puniens alloquentem cum bannitis comprehendit etiam mittentem illi litteras, vel nuncium.

Reſolutio VII.

Bannitum coactè, & per metum receptans nulla pœna puniri debet.

Reſolutio VIII.

Præmium pro capiendis bannitis non debetur birruarijs, & aliis Iuſtitiæ miniſtris.

BIRRVARIVS.

Reſolutio I.

Birruarius denuncians reo capiendo mandatum punitur pœna extraordinaria.

Reſolutio II.

Birruarij volentes facere executionem realem, vel perſonalem debent oſtendere mandatum de capiendo.

Reſolutio III.

Birruarii ſi capiant aliquem cum armis illum conuincunt de delatione illorum.

Reſolutio IV.

Birruarii deponentes in aliqua executione fuiſſe impeditos, non probant.

Reſolutio V.

Birruarij, vti infames, repelluntur à teſtificando in criminalibus.

Reſolutio VI.

Birruarii, quando mandatum de carcerando eſt iuſtum, ſi vulnerent, vel occidant reſiſtentem cum armis, non puniuntur.

BLASPHEMIA.

Reſolutio I.

Blaſphemia crimen omnium immane, & ſceleratiſſimum eſt.

Reſolutio II.

Blaſphemia crimen eſt mixti fori.

BONA FAMA.

Reſolutio I.

Bona fama alicuius in genere tollit malam famam eiuſdem pariter in genere, & omnem præſumptionem ex mala fama reſultantem.

Reſolutio II.

Bona fama inquiſiti tollit indicia reſultantia ex inuentione apud aliquem de inſtrumentis aptis ad cudendam monetam.

BVLLA.

Reſolutio I.

Bulla Sixti V. contra caualcatam facientes non habet locum, quando collectio armatorum fit in auxilium Curiæ.

Reſolutio II.

Bulla Pii IV. compellens Patrem ad ſoluendam legitimam pro filio, vti odioſa, & correctoria, non comprehendit alios caſus.

Reſolutio III.

Bulla Pij IV. compellens patrem ad ſoluendam legitimam pro filio non habet locum, quando filius eſt nulliter condemnatus.

Reſolutio IV.

Bulla Pii V. contra bannitos captos poſt annum habet locum in captis in iuriſdictione Eccleſiaſtica tantùm.

Reſolutio V.

Bulla Alexandrina contra offendentes ex cauſa litis, vt habeat locum, tria requiruntur.

Reſolutio VI.

Bulla Sixti IV. compellens patrem ad ſoluendam legitimam pro filio non comprehendit legitimam Clericorum.

Reſolutio VII.

Bulla Sixti V. prohibens contractus ad caput ſaluum comprehendit ſolum contractus prohibitos de iure communi.

Reſolutio VIII.

Bulla Sixti V. deferens fiſco fructus bonorum fideicommiſſi, durante vita delinquentis, habet locum ſolùm in caſu receptationis bannitorum.

Reſolutio IX.

Bulla Pij V. quod banniti in contumaciam ſi ſint capti, non audiantur, intelligitur, ſi ſententia contra eos lata ſit præcedentibus legitimis indicijs.

CAPTVRA.

Reſolutio I.

Capi in domo propria nemo poteſt.

Reſolutio II.

Captura decerni poteſt contra delinquentem, etiamſi ſit locus pœnæ pecuniaria tantùm.

Reſo-

I N D E X.

Reſolutio III.

Iudex poteſt capi facere, & carcerare filium ad inſtantiam patris.

Reſolutio IV.

Carcerari nemo poteſt pro debito ciuili in diebus feriatis in honorem Dei, & Sanctorum.

Reſolutio V.

Infirmus graui infirmitate, vel grauiter vulneratus non poteſt carcerari, ſed eſt aſſecurandus cautione, vel cuſtodia.

Reſolutio VI.

A captura in criminalibus non eſt inchoandum.

Reſolutio VII.

Carceratus pro cauſa criminali non poteſt in carcerem condemnari pro cauſa ciuili.

Reſolutio VIII.

Captus indebitè, vel nulliter ita debet relaxari, vt iterùm capi non poſſit.

Reſolutio IX.

Captus iniuſtè poteſt impunè à capiente propria authoritate relaxari.

Reſolutio X.

Captus indebitè non poteſt dare de nullitate capturæ quando præſtitit cautionem de ſe repræſentando.

Reſolutio XI.

Captus à birruarijs, ſi dicat, fuiſſe captum in Eccleſia, & birruarijs id negeat, cognitio ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum.

Reſolutio XII.

Miles, ſeù alius confugiens ad Caſtra, & ſigna militaria ibi capi non poteſt.

C A R C E R.

Reſolutio I.

Effractores carcerum puniuntur pœna arbitraria.

Reſolutio II.

Effractores carcerum, vt carcerati indè aufugiant, puniuntur eadem pœna, qua erant puniendi carcerati.

Reſolutio III.

Carceratio longa vel tollit pœnam incurſam, vel ſaltèm illa diminuit.

Reſolutio IV.

Pœna priuanti carceris de iure communi eſt capitalis.

CAVTIO DE BENE VIVENDO.

Reſolutio I.

Iudex cogere poteſt perſonas rixoſas ad cauendum de benè viuendo.

Reſolutio II.

Cautio de benè viuendo dicitur odioſa, & ideò ſtrictè venit interpretanda.

Reſolutio III.

Retinens, vel deferens archibuſetta, & alia arma prohibita dicitur contrauenire cautioni de benè viuendo.

Reſolutio IV.

Fractura cautionis de benè viuendo, non euitatur ex noua cauſa, niſi illa ſit valdè probabilis.

CAVTIO DE NON OFFENDENDO.

Reſolutio I.

Cautio de non offendendo non rumpitur ex offenſione ſequuta ex noua cauſa.

Reſolutio II.

Pœna fracta cautionis de non offendendo vt euitetur, ſufficit, quòd proceſſerit factum prouocatiuum ad iram, licèt non punibile.

Reſolutio III.

Cautio de non offendendo vt dicatur fracta, debet probari plenè, non per præſumptiones.

Reſolutio IV.

Conſanguinei, & affines tenentur præſtare cautionem de non offendendo pro eorum conſanguineis ſaltèm de conſuetudine.

Reſolutio V.

Cautio de non offendendo cenſetur rupta per offenſionem ſequutam extra territorium.

Reſolutio VI.

Cautio de non offendendo non cenſetur caſſa per pacem poſtea ſequutam, niſi fiſci conſenſu accedente vel iudicis Decreto id mandante.

Reſolutio VII.

Præceptum factum de præſtando cautionem de non offendendo cum clauſula, quòd interim habeatur pro præſtita eſt validum.

Reſolutio VIII.

Cautio de non offendendo cenſetur rupta ex exoneratione archibuſii.

Reſolutio IX.

Cautio de non offendendo non valet, ſi non ſit præſtita ex altera parte.

CAVTIO DE NON INGREDIENDO.

Reſolutio Vnica.

Conſtitutio, quòd conſanguinei caueant, quod banniti non ingrediantur Statum Eccleſiaſticum eſt valida.

CAVTIO DE REPRÆSENTANDO.

Reſolutio I.

Fideiuſſor, qui præſtitit cautionem de repræſentando ad id non tenetur, quando reus fuit condemnatus pro nouo delicto capitali.

Reſolutio II.

Fideiuſſor, qui tenetur repræſentare, liberatur reo mortuo.

Reſolutio III.

Fideiuſſor non tenetur repræſentare reum relaxatum, niſi nouis ſuperuenientibus indicijs.

INDEX.

Reſolutio IV.

Fideiuſſor, qui promiſit reum repræſentare pro vna cauſa, non tenetur illum repræſentare pro alia cauſa.

Reſolutio V.

Fideiuſſor de repræſentando liberatur propter mutationem Status præſentandi, vt quia ſit factus Clericus.

Reſolutio VI.

Fideiuſſor, qui promiſit reum repræſentare in vno Tribunali, vel in vno loco, non tenetur illum repræſentare in alio.

Reſolutio VII.

Cautio de repræſentando eſt ſtricti iuris, & ſtricte eſt interpretanda.

Reſolutio VIII.

Fideiuſſor de repræſentando non liberatur, niſi reum legitimè repræſentet.

Reſolutio IX.

Fideiuſſor de repræſentando, ſi non poſſit reum repræſentare, poteſt ſuſcipere in ſe iudicium, illum defendendo, & euitare pœnam.

Reſolutio X.

Fideiuſſori de repræſentando petenti terminum ad reum perquirendum, & certiorandum eſt per Iudicem concedendus.

Reſolutio XI.

Fideiuſſor de repræſentando condemnatus in pœnam ob non factam repræſentationem admittitur ad ceſſionem bonorum.

Reſolutio XII.

Fideiuſſor, qui promiſit reum repræſentare abſque termino, non tenetur ad pœnam ob non repræſentationem, niſi fuerit interpellatus.

Reſolutio XIII.

Fideiuſſor de repræſentando liberatur reo capto pro eadem cauſa.

CONFESSIO.

Reſolutio I.

Confeſſio facta in tortura, & per reum reuocata facit contra eum nouum indicium ad torturam, ita vt poſſit ſecunda vice torqueri.

Reſolutio II.

Confeſſio extorta à reo in tortura, non præcedentibus legitimis indicijs, non valet, & confitenti non præiudicat.

Reſolutio III.

Confeſſio extorta à reo per Iudicem ſine indicijs ad illum conſtituendum inter reos neceſſarijs non eſt ſufficiens ad condemnandum.

Reſolutio IV.

Confeſſio in criminalibus facta in vno iudicio præiudicat in alio.

Reſolutio V.

Confeſſio facta incidenter de crimine non ſufficit ad condemnandum confitentem.

Reſolutio VI.

Reo confeſſo Iudex ante condemnationem tenetur aſſignare terminum ad faciendum ſuas defenſiones.

Reſolutio VII.

Confeſſio facta coram Iudice incompetente non ſufficit ad condemnandum confitentem.

Reſolutio VIII.

Confeſſio facta coram ſolo Notario non ſufficit ad condemnandum confitentem.

Reſolutio IX.

Supplicans Principi pro gratia non cenſetur fateri delictum.

Reſolutio X.

Confeſſio extorta à reo per torturam ſine debitis indicijs non validatur per indicia ſuperuenientia.

Reſolutio XI.

Confeſſio extorta à reo per ſuggeſtionem, tàm in tortura, quàm extra non ſufficit ad condemnandum confitentem.

Reſolutio XII.

Confeſſio extraiudicialis de delicto non ſufficit ad condemnandum confitentem.

Reſolutio XIII.

Confeſſio extraiudicialis facit indicium ad torturam contra confitentem.

Reſolutio XIV.

Confeſſio ſpontanea facta ſine tortura non requirit ratificationem.

Reſolutio XV.

Confeſſio, vt noceat, debet eſſe verificata in ſuis circumſtantijs & qualitatibus, ſiue ſit facta ſponte, ſiue in tortura.

Reſolutio XVI.

Confeſſio, vt noceat, debet eſſe clara, ſpecifica, non autem dubia, & incerta.

Reſolutio XVII.

Confeſſio debet eſſe veriſimilis, & probabilis, vt noceat confitenti.

Reſolutio XVIII.

Confeſſio facta ſponte poteſt reuocari incontinenti, etiam non docto de errore.

Reſolutio XIX.

Confeſſio non ſufficit ad condemnandum reum, quando non conſtat de corpore delicti.

Reſolutio XX.

Confeſſus ſponte mitiùs punitur, quàm conuictus.

Reſolutio XXI.

Confeſſio minoris ſine authoritate Curatoris eſt nulla.

Reſolutio XXII.

Minori datur reſtitutio contra propriam confeſſionem in iudicio factam.

Reſolutio XXIII.

Confeſſio extorta à reo ſub ſpe impunitatis non ſufficit ad illum condemnandum.

Reſo-

INDEX.

Reſolutio XXIV.

Confeſſio qualificata ſcinditur, & pro parte acceptatur, & pro parte impugnatur.

CONFINATVS.

Reſolutio Vnica.

Confinatus in aliquo loco, ſi ab eo diſcedat ad effectum implendi votum, nulla pœna tenetur.

CONFISCATIO.

Reſolutio I.

Confiſcationis pœna non poteſt imponi, quando ex cauſa receditur in pœna ordinaria delicti, & imponitur pœna extraordinaria.

Reſolutio II.

Laicus ſi condemnetur in pœnam confiſcationis bonorum in Tribunali Eccleſiaſtico, bona applicantur fiſco ſæculari.

Reſolutio III.

Poſſeſſio bonorum confiſcatorum non eſt accipienda, niſi poſt annum à die ſequuta confiſcationis.

Reſolutio IV.

Dos vxoris ob delictum viri non confiſcatur, etiamſi ſit delictum læſæ maieſtatis.

Reſolutio V.

Dos vxoris non confiſcatur ob delictum per eam commiſſum conſtante matrimonio, niſi in quinque caſibus.

Reſolutio VI.

Fideicommiſſum factum in caſu delicti, pro quo intrat confiſcatio prohibendo, bona tranſire in fiſcum, eſt validum.

Reſolutio VII.

Pater ſi delinquat, ſi habeat tres filios, vel vltrà, et bona non confiſcantur, ſed illa relinquuntur filijs.

Reſolutio VIII.

Peculium caſtrenſe, vel quaſi non confiſcatur ob delictum filij, ſed illud patri reſeruatur.

Reſolutio IX.

Peculium aduentitium filij non confiſcatur ob eius delictum in præiudicium patris, nec in proprietate, nec in vſufructu.

Reſolutio X.

Peculium profectitium pro delicto filij non confiſcatur.

Reſolutio XI.

Peculium caſtrenſe, vel quaſi, cum ſit filij, propter delictum patris non confiſcatur.

Reſolutio XII.

Peculium aduentitium filij non confiſcatur pro delicto patris quoad proprietatem.

Reſolutio XIII.

Peculium profectitium propter delictum patris non confiſcatur.

Reſolutio XIV.

Frater ob mortem illatam fratri non priuatur illius ſucceſſione, ſed illa ei aufertur per fiſcum tanquam ab indigno.

CONFRONTATIO.

Reſolutio I.

Confrontatio teſtium cum reo non eſt neceſſaria, & omiſſa proceſſum non vitiat.

Reſolutio II.

Teſtes cogi poſſunt per Iudicem ad ſe confrontandum cum reo.

Reſolutio III.

Confrontatio teſtium cum reo habet vim citationis ad videndum iurare teſtes.

Reſolutio IV.

Confrontatio teſtium non impedit, quin reus poſſit facere, repeti teſtes ſuper ſuis interrogatorijs.

COPIA PROCESSVS.

Reſolutio I.

Copia proceſſus dari debet reo per Iudicem, antequam contra eum deueniat ad torturam, etiamſi non ſit petita, & reus ſit ſagax.

Reſolutio II.

Copia proceſſus, quando ſunt plures rei, quorum aliqui ſunt abſentes, non datur reo præſenti, niſi priùs reis abſentibus condemnatis.

CORPVS DELICTI.

Reſolutio I.

Iudex antequam procedat contra aliquem debet conſtare de corpore delicti, aliàs proceſſus eſt nullus.

Reſolutio II.

Corpus delicti defectus non ſuppletur per confeſſionem inquiſiti.

Reſolutio III.

Corpus delicti in delictis facti permanentis probari debet per ocularem inſpectionem.

Reſolutio IV.

De corpore delicti vt conſtet, non ſufficit deſcriptio facta per Notarium, ſed requiritur, quòd ſuper illa examinentur ſaltèm duo teſtes.

Reſolutio V.

Medicorum, & Peritorum aſſertioni ſtandum eſt in probatione corporis delicti.

DAMNATVS AD REMIGANDVM.

Reſolutio Vnica.

Damnatus ad remigandum ad tempus ſi poſt condemnationem detineatur in carceribus per aliquod tempus, illud in tempus triremium computatur.

DEFEN-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

INDEX.

DEFENSIO.

Reſolutio I.

Defenſio nemini eſt deneganda, cum illa ſit omni iure permiſſa.

Reſolutio II.

Defenſio eſt ita fauorabilis, vt illa probetur præſumptionibus, & coniecturis.

Reſolutio III.

Occidens hominem ad ſuam defenſionem nulla pœna puniri debet.

Reſolutio IV.

Aggreſſus non tenetur fugere, ſed poteſt aggreſſorem contra ſe venientem occidere.

Reſolutio V.

Defenſio eſt licita etiam pro defenſione rerum, ita, vt liceat ex d. cauſa hominem occidere.

Reſolutio VI.

Occidere licet hominem pro defenſione proprij honoris abſque vlla pœna.

Reſolutio VII.

Defenſio permiſſa eſt etiam pro defenſione alterius, etiam extranei.

Reſolutio VIII.

Filio non eſt permiſſa defenſio contra patrem, vel matrem illum verberantem.

Reſolutio IX.

Defenſio, & quòd quis occiderit ad ſui defenſionem, non præſumitur, ſed eſt probandum.

Reſolutio X.

Defenſio dicitur probata ex eo, quod probatum ſit, quòd quis veniebat contra aliquem cum armis in manu.

Reſolutio XI.

Iniuriatus verbaliter non poteſt pro defenſione percutere iniuriantem.

Reſolutio XII.

Offendens inſultantem fugientem dicitur offendiſſe ad vindictam, & ideò punitur.

Reſolutio XIII.

Dies termini non computatur in termino in defenſionibus reo aſſignatis.

Reſolutio XIV.

Defenſio inquiſiti probatur directè demonſtrando per euidentiam facti, rem aliter ſe habere.

DELICTVM.

Reſolutio I.

Delictum in dubio non præſumitur, ſed illud eſt probandum.

Reſolutio II.

Delicta alia ſunt Eccleſiaſtica, alia laicalia, & alia mixti fori, in quibus vterq; Iudex procedit, & eſt locus præuentioni.

Reſolutio III.

Laicus ſi percutiat laicum in Eccleſia, delictum dicitur mixti fori, ita vt inter Iudices ſit locus præuentioni.

Reſolutio IV.

Laicus, & clericus ſi delinquant, omnes ſunt puniendi per Iudicem Eccleſiaſticum.

Reſolutio V.

Cauſa attenditur in delictis, ita vt, illa ceſſante, ceſſet etiam præſumptio delicti.

Reſolutio VI.

Delictum tam commiſſum vt puniri valeat, nemo tenetur reuelare.

Reſolutio VII.

Delicta extinguntur præſcriptione viginti annorum.

Reſolutio VIII.

Glorians ſe de delicto extraiudicialiter puniri debet pœna extraordinaria.

Reſolutio IX.

Delictum dicitur commiſſum in Eccleſia, ſi exiſtens in ea occidat exiſtentem extra illam, ita, vt, non gaudeat immunitate.

Reſolutio X.

Delinquentem occultans, ne capiatur, punitur pœna extraordinaria.

Reſolutio XI.

Delictum difficilis probationis probatur præſumptionibus, & coniecturis.

Reſolutio XII.

Delinquens ex cauſa amoris non punitur pœna ordinaria, ſed alia mitiori.

DVELLVM.

Reſolutio I.

Duellum eſt tàm de iure ciuili, quàm canonico omninò prohibitum.

Reſolutio II.

Duellantes, & ſuum inimicum occidentes gaudent immunitate Eccleſiæ.

Reſolutio III.

Spectatores, & adſtantes duello puniuntur vigore Bullarum, & Concilij Tridentini.

EBRIETAS.

Reſolutio I.

Ebrius delinquendo non punitur pœna ordinaria, cum careat intellectu.

Reſolutio II.

Ebrietas non præſumitur, ſed illa eſt probanda per allegantem.

Reſolutio III.

Ebrius, ſi offendat illum, cum quo pacem fecerat, vel promiſerat non offendere, non dicitur frangere pacem, ſeù cautionem de non offendendo.

EPISCOPVS.

Reſolutio I.

Epiſcopus habet fiſcum, & pœnas pecuniarias imponere, & exigere poteſt.

Reſo-

INDEX.

Reſolutio II.
Epiſcopus poteſt tenere familiam armatam ad carcerandum delinquentes.
Reſolutio III.
Commiſſarius, & Vicarius Epiſcopi non poteſt à partibus aliquid exigere, dùm vadit ad aliquem locum Diœceſis ad faciendum proceſſum.

EXCVLPATIO.
Reſolutio I.
Exculpatio vulnerati, maximè in articulo mortis tollit indicia contra reum exiſtentia, ita vt non valeat torqueri.
Reſolutio II.
Exculpatio ſocij criminis, dùm examinatur, maximè in tortura, ſocio maximè prodeſt.
Reſolutio III.
Exculpatio facta per non exiſtentem in fortijs Curiæ ad fauorem alterius non attenditur.
Reſolutio IV.
Exculpatio mandatarij prodeſt mandanti, ita vt torqueri non poſſit.

EXILIVM.
Reſolutio I.
Exilium iniunctum ad tempus, vel in perpetuum frangens punitur.
Reſolutio II.
Exilium debet intimari, aliàs non poteſt agi ad pœnam procontrauentione.
Reſolutio III.
Exiliatus, completo tempore exilij poteſt redire ad locum interdictum abſq; alia licentia Superioris.
Reſolutio IV.
Exilium datum, nulla facta mentione temporis, cenſetur datum in perpetuum.
Reſolutio V.
Exilium datum ad beneplacitum Sedis Apoſtolicæ per mortem Papæ non expirat.
Reſolutio VI.
Exiliatus, donec exilium fuerit reuocatum, non cenſetur remiſſus per mortem bannientis.
Reſolutio VII.
Exilium datum per Iudicem laicum non dicitur frangere exiſtens in Eccleſia.
Reſolutio VIII.
Iudex reo exiliato tenetur aſſignare terminum ad componendum ſarcinulas.
Reſolutio IX.
Princeps poteſt ſubditos mala vita, & ſcandaloſos iuſtis de cauſis à Statu eijcere, exiliare, & ad confinia ponere.

EXIMITIO A CVRIA.
Reſolutio I.
Eximens ſe de manibus Curiæ non punitur pœnis Bullæ Sixti Quinti.

Reſolutio II.
Vxor eximens virum de manibus Curiæ non punitur pœna ordinaria, neq; impoſita à Bulla Sixti Quinti.
Reſolutio III.
Eximens de manibus Curiæ captum pro debito punitur tantùm pœna extraordinaria.
Reſolutio IV.
Eximens carceratum punitur eadem pœna, qua puniendus erat carceratus è carcere eductus.
Reſolutio V.
Eximens captum de manibus Curiæ punitur pœna extraordinaria Iudicis arbitrio.

FALSVM.
Reſolutio I.
Falſi in crimine vt procedi poſſit, debet conſtare de corpore delicti.
Reſolutio II.
Falſi crimen vt ſit punibile, tria requiruntur, dolus, immutatio veritatis, & quòd ſit nocibile.
Reſolutio III.
Falſitas, quæ actu non eſt nocibilis, neque eſt punibilis.
Reſolutio IV.
Falſitas commiſſa in ſcriptura, quæ nullam facit probationem, nec plenam non ſemiplenam, nec præſumptionem, pœna falſi puniri, nec poteſt.
Reſolutio V.
Falſitas non præſumitur, ſed illa probari debet per allegantem.
Reſolutio VI.
Falſitas præſumitur commiſſa ab eo, in cuius commodum illa redundat.
Reſolutio VII.
Cancellatio, ſeù raſura reperta in inſtrumento, vel ſcriptura præſumitur facta ab eo, penes quem inſtrumentum, ſeù ſcriptura fuit reperta.
Reſolutio VIII.
Intendens inſtrumentum, vel teſtes redarguere de falſo poteſt interrogare producentem, vt reſpondeat, an illis vti velit pro veris, cum illos velit redarguere de falſo, cui producens tenetur clarè, & præcisè reſpondere.
Reſolutio IX.
Falſitas vt excludatur, omnis alia præſumptio, & interpretatio eſt ſumenda.
Reſolutio X.
Notarius inquiſitus de falſo poteſt interim inſtrumenta conficere.
Reſolutio XI.
Cancellatio verborum in inſtrumento non arguit falſitatem, ſi verba poſſunt legi.
Reſolutio XII.
Sindicus, Maſſarius, Barbitonſor, vel Chirurgus diminuentes, vel aggrauantes qualitatem delicti in eorum relatione tenentur pœna falſi.

Reſo-

INDEX.

Reſolutio XIII.

Teſtes deponentes falſum contra fiſcum ad defenſionem rei non puniuntur pœna ordinaria falſi.

Reſolutio XIV.

Teſtis, qui dubitatiuè depoſuit non poteſt redargui, quòd falſum dixerit.

Reſolutio XV.

Teſtis, qui falſum depoſuit, negando ſe conſanguineum, inimicum, pauperem, & ſimilia, punitur pœna extraordinaria.

Reſolutio XVI.

Teſtes inter ſe contrarij, licet non probent, non tamen puniuntur de falſo.

Reſolutio XVII.

Teſtis deponens falſum ſinè iuramento eſt puniendus pœna falſi, ac ſi iuraſſet.

Reſolutio XVIII.

Teſtis deponens verum, quod ipſe ignorabat, punitur pœna falſi.

Reſolutio XIX.

Teſtis accipiens pecuniam, vt ſe examini ſubijciat, poteſt puniri de falſo etiam non probato, quòd falſum depoſuerit.

Reſolutio XX.

Teſtis, qui falſum iurauit, poteſt puniri ab eo Iudice, coram quo falſum depoſuit, licèt aliàs non eſſet Iudex competens.

F A M A.

Reſolutio I.

Fama ſola non facit indicium ad torturam.

Reſolutio II.

Teſtes aliqui, ſi deponant de fama, & poſtea alij interrogati dicunt, nihil de eo audiuiſſe, reprobant priores de fama deponentes.

Reſolutio III.

Fama, vti indicium remotum, probanda eſt ſaltem per duos teſtes.

Reſolutio IV.

Fama non dicitur probata, niſi teſtes deponant, audiuiſſe à maiori parte populi.

Reſolutio V.

Bona fama præualet in concurſu mala famæ, & illam tollit.

Reſolutio VI.

Bona fama vel tollit indicium reſultans ex inuentione apud eum de inſtrumentis aptis ad cudendam monetam.

Reſolutio VII.

Fama dicitur plenè probata, ſi de illa deponant decem teſtes, licèt ſine requiſitis.

Reſolutio VIII.

Teſtis deponens de fama, ſi neſciat, quid ſit fama, illam non probat.

Reſolutio IX.

Fama orta poſt carcerationem inquiſiti, vel poſt tranſmiſſam inquiſitionem non eſt attendenda, cum præſumatur orta ex d. cauſis.

Reſolutio X.

Fama orta à non fide dignis, ſed à maleuolis, & ſuſpectis non attenditur.

F I D E I V S S O R.

Reſolutio I.

Fideiuſſor, qui promiſit, aliquem non eſſe diſceſſurum de palatio, domo, &c. ſi ille diſcedat cum licentia, eius promiſſio expirat.

Reſolutio II.

Fideiuſſor, qui promiſit aliquem non diſceſſurum de palatio ſinè licentia in ſcriptis, ſi retentus diſcedat cum licentia in voce non tenetur ad pœnam.

Reſolutio III.

Retentus in Palatio ſub fideiuſſione de non exeundo, ſi exierit, & ſtatim redierit, fideiuſſor ad pœnam non tenetur.

Reſolutio IV.

Fideiuſſor, qui promiſit aliquem infra certum tempus repræſentare, eo elapſo poteſt purgare moram intra breuem terminum.

Reſolutio V.

Fideiuſſor de toto carcere, ſi carceratus iniuſtè detentus fugiat, non tenetur pro eo ad pœnam.

Reſolutio VI.

Fideiuſſor, qui promiſit pro Officiali, non tenetur pro debitis per eum contractis durante officio, neque pro geſtis extra officium.

Reſolutio VII.

Fideiuſſor obligatus ſoluere pœnam fiſco liberatur, ſequuta confiſcatione bonorum illius, pro quo promiſit.

F I S C V S.

Reſolutio I.

Fiſcus tenetur præſtare alimenta carcerato non habenti de proprio.

Reſolutio II.

Fiſcus qui capit bona delinquentis confiſcata tenetur ſoluere eius debita creditoribus illius.

Reſolutio III.

Fiſcus vt poſſit exigere à reo expenſas pro fabricatione proceſſus, requiruntur indicia ad tranſmittendam inquiſitionem.

Reſolutio IV.

Fiſcus non poteſt cogere aliquem ad emendum res confiſcatas.

Reſolutio V.

Fiſcus vt poſſit inuentariare bona delinquentis, requiruntur indicia ad capturam.

F O R V M.

Reſolutio I.

Forum ſortitur quis ratione delicti in loco commiſſi delicti.

Reſo-

INDEX.

Reſolutio II.

Delinquens in diuerſis locis, apud diuerſos Iudices forum ſortitur.

Reſolutio III.

Delictum commiſſum in confinio duarum Ciuitatum poteſt per vtrumque Iudicem puniri.

Reſolutio IV.

Iudex originis, & domicilij poteſt punire ſubditum de delicto commiſſo extra territorium.

Reſolutio V.

Forum ſortitur ratione falſitatis commiſſa coram aliquo Iudice, qui ab eo puniri poteſt.

Reſolutio VI.

Contumax non poteſt opponere declinatoriam fori, nec petere remiſſoriam ad ſuum Iudicem.

FVGA.

Reſolutio I.

Fuga ſola non facit indicium ad torturam contra fugientem.

Reſolutio II.

Fuga cum ſit indicium remotum, de illa conſtare debet per depoſitionem duorum teſtium.

Reſolutio III.

Fugere non dicitur, qui vadit ad Principem pro iuſtitia conſequenda.

Reſolutio IV.

Fugæ indicium purgatur per ſpontaneam inquiſiti compariſionem.

Reſolutio V.

Fugiens ex carcere, vel Palatio, ſi citò redeat, non punitur pœna fracti carceris.

Reſolutio VI

Fuga ſocij criminis non facit indicium ad torturam contra ſocium.

FVRIOSVS.

Reſolutio I.

Furioſus pro delicto commiſſo, dùm eſt in furore, non punitur aliqua pęna.

Reſolutio II.

Furioſus, ſi poſt delictum aufugiat, & ignoretur, vbi ſit, pater, & conſanguinei admittuntur ad probandum illius furorem.

Reſolutio III.

Furioſus offendendo illum, cum quo pacem fecit, vel non offendere promiſit, non dicitur pacem, nec cautionem fregiſſe.

FVRTVM.

Reſolutio I.

Fur vt poſſit inquiri de furto, ante omnia debet conſtare de corpore delicti.

Reſolutio II.

Furtum commiſſum cum ſcalis grauiùs punitur, quam commiſſum ſinè illis.

Reſolutio III.

Fures plures, qui ſimul aliquid furantur, tenentur in ſolidum ad pęnam furti.

Reſolutio IV.

Res furata reperta penes aliquem facit contra illum indicium ad torturam.

Reſolutio V.

Furtum committere non dicitur, qui rem aufert de voluntate domini, nec intrat in d. caſu pœna furti.

Reſolutio VI.

Fur pro tribus furtis punitur pœna vltimi ſupplicij.

Reſolutio VII.

Pęna furis pro primo furto non eſt pœna mortis, ſed pœna extraordinaria.

Reſolutio VIII.

Fur repertus in loco cum re furata poteſt ibi puniri, licèt non ſit ſubditus.

Reſolutio IX.

Filius ſurripiendo rem patris, licèt furtum committere dicatur, non tamen tenetur de furto.

Reſolutio X.

Furtum non committitur ab eo, qui furatur ei à quo non poteſt aliter conſequi ſuum creditum.

Reſolutio XI.

Bona furis non ſunt tacitè hypothecata pro reſtitutione rerum furatarum.

Reſolutio XII.

Furtum factum in domo præſumitur factum à domeſticis.

Reſolutio XIII.

Teſtes derobati probant contra furem, ſi eorum intereſſe renunciauerint.

Reſolutio XIV.

Latro publicus non dicitur qui ſemel, vel bis in via publica tranſeuntes ſpoliauit.

GABELLA.

Reſolutio I.

Pęna fraudata gabella, vt ſit locus contra non ſoluentem, requiritur dolus.

Reſolutio II.

Ignorantia non excuſat tranſeuntem à non ſolutione gabellæ.

Reſolutio III.

Gabellæ fraudatæ pœna præſcribitur per quinquennium.

Reſolutio IV.

Mulio, ſeù nauta, ſi non ſoluant gabellam res non publicantur in præiudicium domini mercium, ſed ipſi tenentur gabellario.

Reſolutio V.

Animalia aliena, vel currus ſuper quibus fuerunt portatæ res, pro quibus non fuit ſoluta gabella, non publicantur, ſi domini illorum id ignorauit.

Reſolutio VI.

Gabellarij exigentes gabellam vltra taxum dicuntur committere furtum.

I N D E X.

Reſolutio VII.

Gabella dicitur fraudata ſtatim, quòd quis tranſiuit per locum, illa non ſoluta.

Reſolutio VIII.

Gabella fraudata, bona, quæ vehuntur, incidant in commiſſum, & gabellarius, vel fiſco applicantur.

G R A T I A.

Reſolutio I.

Gratia facta per Principem ſi ſit nulla, delinquẽs, ſi ſit captus, eſt excarcerandus, & dimittendus ſubiectus pœnis delicti.

Reſolutio II.

Gratia Principis, ſi eſt obreptitia, vel ſubreptitia, eſt nulla.

Reſolutio III.

Gratia Principis facta delinquenti latè eſt interpretanda.

Reſolutio IV.

Gratia Principis facta cum clauſula, obtenta pace, illa non habita, non valet.

H Y P O T H E C A.

Reſolutio Vnica.

Hypotheca pro promiſſione pœna conuentionalis naſcitur à die promiſſionis.

H O M I C I D I V M.

Reſolutio I.

Homicidium aliud dicitur ſimplex, & non præmeditatum, niſi tempore commiſſi homicidii, aliud dicitur præmeditatum antè, quod vocatur à ſangue freddo.

Reſolutio II.

Homicidium commiſſum in rixa, vti non doloſum, punitur pœna extraordinaria tantùm.

Reſolutio III.

Homicidium culpoſum dicitur, quod ab occiſore committitur ſinè animo, & voluntate occidendi.

Reſolutio IV.

Homicidium caſuale, in quo nec dolus, nec culpa interuenit, non punitur.

Reſolutio V.

Homicidium proditorium dicitur, quòd committitur ſub colore amicitiæ in non præcauentem.

Reſolutio VI.

Homicidium, ſi ſit commiſſum in rixa pluribus, ſi ignoretur, à quo, ratione incertitudinis omnes condemnatur in pœnam extraordinariam.

Reſolutio VII.

Homicidium commiſſum in rixa cum vno, vel pluribus vulneribus à pluribus, & conſtat, quis d. vulnera intulit, non vulnerantes non tenentur de homicidio.

Reſolutio VIII.

Reus examinatus, ſi negauerit homicidium, poteſt poſtea illud fateri, & probare, illud feciſſe ad propriam defenſionem.

Reſolutio IX.

Inſultatus, ſi pro ſe defendendo apprehendat tertium eo vtendo vti clypeo, ſi ille tertius occidatur, non tenetur de homicidio.

Reſolutio X.

Aliquis ſi, dùm rixatur cum alio, ſuperueniat frater eius, qui occidit rixantem, non tenetur de homicidio.

Reſolutio XI.

Homicidium præſumitur potiùs in dubio caſuale, quàm præmeditatum.

Reſolutio XII.

Offendit alium ponens ad feneſtram ad capiendum furem non tenetur de homicidio ſi fur cecidit, & mortuus eſt.

Reſolutio XIII.

Homicidium commiſſum in domo præſumitur commiſſum à domino domus.

Reſolutio XIV.

Mortuus repertus propè domum alicuius præſumitur occiſus à domino domus.

IMMVNITAS ECCLESIASTICA.

Reſolutio I.

Eccleſia gaudet priuilegio immunitatis.

Reſolutio II.

Hoſpitalia fundata authoritate Epiſcopi gaudent immunitate.

Reſolutio III.

Occidens, vel mutilans alicui membrum in Eccleſia, vel Cæmeterio non gaudet immunitate.

I M P V N I T A S.

Reſolutio I.

Princeps promittens impunitatem delinquenti, vt reuelet delictum, tenetur illam ſeruare.

Reſolutio II.

Impunitate conceſſa à Principe reuelanti delictum non gaudent author criminis.

Reſolutio III.

Princeps ſi concedat generalem abolitionem, ſub ea aſſaſſinium non comprehenditur.

INDICIVM AD TORTVRAM.

Reſolutio I.

Indicium ad torturam aliud dicitur proximum, & aliud remotum.

Reſolutio II.

Indicia alia ſunt dubitata, alia verò ſunt indubitata,

Reſolutio III.

Ex indiciis indubitatis reus non poteſt condemnari in pœnam ordinariam, ſed in extraordinariam tantùm.

Reſolutio IV.

Teſtis vnus de viſu, vel auditu proprio immediatè de delicto dicitur deponere de indicio proximo, & facit indicium ad torturam.

Reſo-

I N D E X.

Reſolutio V.

Indicia remota probari debent per duos teſtes, aliàs non releuant.

Reſolutio VI.

Indicia, quando ſunt imperfecta in ſubſtantia indicii, vt fama, fuga, &c. ſi ſunt plenè probata, coniungantur, ita vt ſufficiant ad torturam.

Reſolutio VII.

Indicia vt ſufficiant ad torturam, debent eſſe grauia, vrgentia, clara, & luce meridiana clariora.

Reſolutio VIII.

Indicia leuiora ſufficiunt ad torturam in delictis occultis, & difficilis probationis, quàm in aliis delictis.

Reſolutio IX.

Iudex ſinè legitimis indiciis neminem poteſt ponere inter reos.

Reſolutio X.

Indicia non eſſe ſufficientia ad torturam, in dubio eſt iudicandum.

Reſolutio XI.

Inimicitia capitalis facit indicium ad torturam.

Reſolutio XII.

Riualitas in amore facit iudicium ad torturam.

Reſolutio XIII.

Aſſertio ſtupratæ facit indicium ad torturum contra ſtuprantem, concurrentibus adminiculis, aliàs ſecùs.

Reſolutio XIV.

Minæ faciunt indicium contra minantem, ſequuto delicto.

Reſolutio XV.

Viſus in loco, vel propè cum armis, in quo fuit commiſſum homicidium, præſumitur, occiſor.

Reſolutio XVI.

Fuga ex loco, in quo fuit commiſſum homicidium cum armis euaginatis, facit contra eum indicium ad torturam.

Reſolutio XVII.

Forma pedis reſpondens formæ pedis accuſati facit contra eum indicium ad torturam.

I N I M I C I T I A,

Reſolutio I.

Inimicitia capitalis facit indicium ad torturam contra inimicum, ſecùs ſi ſit leuis.

Reſolutio II.

Inimicitia non præſumitur, ſed illa eſt probanda.

Reſolutio III.

Inimicus, ſi incedens armatus, nihil dicto, inimicum ex improuiſo occidat, præſumitur illum præmeditate animo occidiſſe.

Reſolutio IV.

Inimicitia, quando conſtat de certo delinquente, qui potuit delictum committere ex cauſa propria, non facit indicium contra alio de mandato, vel conſilio.

I N I. V R I A.

Reſolutio I.

Pro iniuria competit duplex actio, ciuilis, & criminalis.

Reſolutio II.

Mentitam dans alicui tenetur actione iniuriarum.

I N Q V I S I T I O.

Reſolutio I.

Inquiſitio de generali conſuetudine formari hodiè poteſt in omnibus delictis.

Reſolutio II.

Inquiſitio non poteſt tranſmitti, non conſtito priùs de corpore delicti.

Reſolutio III.

Inquiſitio debet eſſe clara, & ſpecifica continens omnes qualitates delicti.

Reſolutio IV.

Inquiſitio quando eſt nulla, vel inepta, eſt nullus etiam proceſſus, & alia ſubſequuta.

Reſolutio V.

Inquiſitus in partibus de delicto poteſt recurrere ad Papam, & ſe conſtituere in carceribus in Curia.

I N S T I G A T O R.

Reſolutio I.

Inſtigator non continetur nomine partis.

Reſolutio II.

Inſtigator, quando adeſt fiſcus, non admittitur ad appellandam, niſi inſtigator ſatiſdederit de reficiendis expenſis.

INTERPRETATIO.

Reſolutio Vnica.

Interpretatio ſemper illa eſt facienda, per quam delictum excluditur.

INTERROGATORIA.

Reſolutio I.

Interrogatoria, quæ dantur per reum alia ſunt intentionalia, alia verò cohærentia.

Reſolutio II.

Copia interrogatoriorum rei non eſt danda fiſco, nec accuſatori, nè teſtes repetendi inſtruantur ad falſum.

Reſolutio III.

Teſtis non poteſt interrogari ſuper iis, quæ crimen infamium, & turpitudinem illius continent.

Reſolutio IV.

Accuſator non dat interrogatoria, quando reus examinat ad defenſam.

I R A C V N D I A.

Reſolutio Vnica.

Delictum ex iracundia, commiſſum mitiùs venit puniendum.

INDEX.

IVDEX.

Reſolutio I.

Iudex ordinarius habens arbitrium non poteſt illud extendere ad pœnam mortis.

Reſolutio II.

Iudex laicus, vel eius miniſtri non poſſunt Clericum inuentum cum armis illis eum ſpoliare, & illa ei auferre.

Reſolutio III.

Iudex laicus, & eius miniſtri non poſſunt commorantem in Eccleſia armis ſpoliare, & illa ei auferre.

Reſolutio IV.

Iudex laicus nullum actum contentioſa iuriſdictionis exercere poteſt in Eccleſia vel eius domibus, vel Cœmeterio.

Reſolutio V.

Iudex delegatus in citatione debet inſerere, & tranſmittere copiam ſua commiſſionis, aliàs proceſſus eſt nullus.

Reſolutio VI.

Iudex ſi profert ſententiam condemnatoriam in criminalibus contra reum, poteſt etiam illud condemnare ad intereſſe partis.

Reſolutio VII.

Iudex poteſt procedere contra iniurlantem ſe ipſum ratione officii, aliàs ſecùs.

Reſolutio VIII.

Iudex, qui vidit aliquem delinquere, non poteſt illum ex ſuo viſu condemnare.

Reſolutio IX.

Iudex delegatus nullam acquirit iuriſdictionem ante præſentationem reſcripti.

Reſolutio X.

Iudex non poteſt bannire, vel relegare delinquentem, niſi in loco, vel in loco ei ſubdito.

Reſolutio XI.

Iudex examinando teſtes tenetur recipere integrè illorum depoſitionem, ſiuè pro, ſiue contra reum

LEGITIMA.

Reſolutio I.

Patre delinquente ex boni ei confiſcatis eſt detrahenda legitima filiorum.

Reſolutio II.

Pater admittitur pro filio in iudicio abſente, quando agitur de proprio intereſſe.

Reſolutio III.

Pater non tenetur ſoluere legitimam fiſco pro filio in pœnam confiſcationis bonorum condemnato.

Reſolutio IV.

Legitima non debetur filiis ex bonis matris confiſcatis.

Reſolutio V.

Matri debetur legitima ex bonis filii confiſcatis ob delictum commiſſum.

LÆSÆ MAIESTATIS CRIMEN.

Reſolutio Vnica.

Pœnæ inflictæ contra reum criminis læſa maieſtatis tranſeunt etiam ad filios.

LIBELLVS FAMOSVS.

Reſolutio Vnica.

Libelli famoſi pœna hodiè de conſuetudine eſt extraordinaria, & arbitraria.

MANDATVM.

Reſolutio I.

Mandatum ad delinquendum non præſumitur, ſed illud eſt probandum per fiſcum.

Reſolutio II.

Mandatum ad delinquendum inducitur ex quibuſcumque verbis.

Reſolutio III.

Filius, , conſanguineus, vel famulus offendens eum, qui iniuriam intulit patri, conſanguineo, vel domino, non præſumitur de eorum mandato feciſſe.

Reſolutio IV.

Vulnerans, ſeù occidens aliquem ſinè cauſa præſumitur, id feciſſe de mandato alterius, & ſi poteſt de mandatoribus interrogari.

Reſolutio V.

Sententia abſolutoria lata ad fauorem mandatarii non prodeſt mandanti, & è contra.

Reſolutio VI.

Contra mandantem procedi non poteſt non conſtito priùs de mandatario.

Reſolutio VII.

Mandatum in delictis atrocibus punitur pœna extraordinaria, etiam effectu non ſequuto.

Reſolutio VIII.

Mandans, & mandatarius, ſequuto delicto, pari pœna puniuntur.

Reſolutio IX.

Mandans, delictum committi, non punitur, ſi reuocet mandatum, antequam delictum fuerit commiſſum.

Reſolutio X.

Mandans aliquem alapa, baculo percuti, ſeù sfriſari, ſi mandatarius illud occidat, mandans non tenetur pœna ordinaria, ſed extraordinaria tantùm.

Reſolutio XI.

Mandatarii depoſitio ſola non facit indicium ad torturam contra mandatem.

MATER.

Reſolutio I.

Mater, quæ filium infantem in lecto ſuffocauit, non priuatur illius hæreditate, ſed ſolùm cogitur ad aliquam pœnam pecuniariam ſoluendo loco pio.

Reſolutio II.

Matri debetur legitima ex bonis filii ob delictum confiſcatis.

MINOR.

I N D E X.

MINOR.

Reſolutio I.

Minor annorum 25. in delictis ratione ætatis non punitur pœna ordinaria, ſed extraordinaria.

Reſolutio II.

Minor 25. annis, & maior 20. in criminalibus eſt teſtis idoneus.

MONETA FALSA.

Reſolutio I.

Monetæ falſæ fabricator, vt valeat inquiri, conſtare debet de corpore delicti.

Reſolutio II.

Fabricans monetam falſam punitur pœna mortis naturalis.

Reſolutio III.

Retinens apud ſe monetam falſam ſcienter punitur pœna extraordinaria.

Reſolutio IV.

Expendens monetam falſam ſcienter punitur de iure communi pœna falſi.

Reſolutio V.

Monetam tondentes puniuntur pœna mortis naturalis.

Reſolutio VI.

Monetę falſæ fabricatores gaudent immunitate Eccleſiæ.

MONOPOLIVM.

Reſolutio I.

Monopolium dicitur committi, quando penes vnum, vel paucos tota alicuius rei vendendæ poteſtas redigitur.

Reſolutio II.

Monopolium exercentes puniuntur pœna exilii, & confiſcationis bonorum.

MVLCTA.

Reſolutio I.

Iudex poteſt contumaces, inobedientes eius præceptis mulctare, nè illius authoritas contemnatur.

Reſolutio II.

Mulctatus per iudicem ſi mulctam non poteſt ſoluere admittitur ad ceſſionem bonorum.

MVLIER.

Reſolutio Vnica.

Mulier de iure canonico non admittitur ad teſtificandum in cauſa criminali.

NEGATIVA.

Reſolutio I.

Teſtes deponentes ſuper negatiua vaga illam non probant.

Reſolutio II.

Negatiua coarctata de loco, & tempore probat innocentiam inquiſiti.

Reſolutio III.

Negatiua coarctata de loco, & tempore debet coarctari ad tempus breue.

Reſolutio IV.

Negatiua coarctata probatur etiam per teſtes familiares, & domeſticos.

N O X.

Reſolutio I.

Delictum commiſſum de nocte dicitur delictum difficilis probationis.

Reſolutio II.

Teſtis deponens de geſtis noctis tempore non probat, niſi dicat, quod luna lucebat, vel aliud aderat lumen.

Reſolutio III.

Statutum duplicans pœnam in delictis commiſſis de nocte habet locum in pœnis pecuniariis tantùm, non autem in corporalibus.

OCCISIO.

Reſolutio I.

OCcidens vnum volens occidere alium puniri debet pœna ordinaria homicidii.

Reſolutio II.

Occidens aliquem tenetur hæredibus occiſi ad refectionem damnorum, & intereſſe.

Reſolutio III.

Occidere licet non ſolùm pro defenſione ſui ipſius, ſed etiam conſanguinei, amici, ſocii, & aliorum.

Reſolutio IV.

Occidens eum, qui ſuæ pudicitiæ inſidiabatur, nulla pœna puniri debet.

Reſolutio V.

Mediator rixæ occidens vnum ex rixantibus ſinè dolo non punitur pœna ordinaria.

Reſolutio VI.

Occidens aliquem cum baculo non punitur pœna ordinaria homicidii.

Reſolutio VII.

Occidens aliquem in ludo à conſuetudine introducto puniri non debet.

OFFENSIO.

Reſolutio I.

Offenſus recuſans manifeſtare offendentem poteſt ad id cogi etiam per torturam.

Reſolutio II.

Offenſio facta in veſtibus non dicitur propriè offenſio.

OFFICIALIS.

Reſolutio I.

Officialis cognoſcens carnaliter mulierem carceratam punitur pœna extraordinaria.

Reſolutio II.

Iudicem non ſalutans nudato capite punitur ratione irreuerentiæ.

I N D E X.

O P E R A R I I.

Reſolutio Vnica.

Operarij laborando in fundo alieno putando illum eſſe conducentis excuſantur à pœna.

O S C V L V M.

Reſolutio Vnica.

Oſculans mulierem per vim puniri debet pœna extraordinaria.

P A T E R.

Reſolutio Vnica.

Pater non tenetur ſoluere condemnationem fiſco pro filio delinquente.

P A X.

Reſolutio I.

Pacis fractæ delictum eſt mixti fori.

Reſolutio II.

Pax non dicitur rupta ex offenſione proueniente ex noua cauſa.

Reſolutio III.

Cauſa quælibet noua excuſat à fractura pacis etiamſi ſit leuis & iniuſta.

Reſolutio IV.

Pax vt non dicatur rupta, præſumitur in dubio noua cauſa, & ex illa ſequutam fuiſſe offenſionem.

Reſolutio V.

Pœna conuentionalis vt exigi poſſit ob fracturam pacis à fideiuſſore, debet illa plenè probari.

Reſolutio VI.

Pœna fractæ pacis habet locum etiamſi offenſio facta ſit extra territorium.

Reſolutio VII.

Filius non dicitur frangere pacem factam per patrem ſine eius conſenſu, vel ratificatione.

Reſolutio VIII.

Pace ſequuta inter partes, cautio de non offendendo non cenſetur caſſa.

Reſolutio IX.

Pactum poſitum in pace, quòd vnus non poſſit venire, & ſtare in ſua Ciuitate, non valet.

Reſolutio X.

Pax non dicitur rupta, niſi illa ſit ratificata, tàm ex parte offendentium, quàm offenſorum.

Reſolutio XI.

Pax probari etiam poteſt per teſtes.

Reſolutio XII.

Statuto ſtante minuente pœnam delinquenti confitenti delictum ſtante pace, negans delictum, & poſtea illud confitens gaudere debet beneficio Statuti.

Reſolutio XIII.

Statuto ſtante, nè remittatur delinquens, niſi habita pace ab hæredibus occiſi, Statutum intelligitur de hæredibus ſanguinis, non autem bonorum.

Reſolutio XIV.

Pax, ſeù cautio de non offendendo dicitur rupta ex exoneratione archibuſij, licèt aduerſarius vulneratus non remanſerit.

Reſolutio XV.

Statuto minuente pœnam habenti pacem, ſi illa ab vno ſit producta non prodeſt alteri contumacia ad gaudendum beneficio Statuti.

Reſolutio XVI.

Conſanguinei, & attinentes, quando agitur pro fractione pacis contra conſanguineum poſſunt inſurgere pro honore familiæ, nè conſanguineus pingatur in loco publico vigore bannimentorum.

Reſolutio XVII.

Delictum non probatur per inſtrumentum pacis extraiudicialiter confectum.

Reſolutio XVIII.

Pacem faciendi ius de nece defuncti competit primo loco filijs, & ab eis pax eſt habenda.

Reſolutio XIX.

Pax eſt habenda ab vxore occiſi, quæ præfertur hæredibus, & conſanguineis.

Reſolutio XX.

Pater poteſt pacē facere pro filio de iniuria ei illata.

Reſolutio XXI.

Pacem non fuiſſe ruptam, in dubio eſt iudicandum.

Reſolutio XXII.

Minor quilibet maior infante poteſt facere pacem cum authoritate Tutoris, vel Curatoris.

Reſolutio XXIII.

Pax ſi ſit facta inter aliquos, non tamen per illam cenſentur remiſſa damna, & intereſſe.

Reſolutio XXIV.

Pacem facientes, ſi ſe percutiant, & non conſtet quis fuerit primus, nemò tenetur de pace rupta.

Reſolutio XXV.

Ebrius offendens eum, cum quo pacem fecit, ſeù promiſit non offendere, pacem non rumpit.

P Æ N A.

Reſolutio I.

Pœna impoſita à Statuto tollit pœnam impoſitam à iure communi.

Reſolutio II.

Pœna conuentionalis ex contractu pacis, ſeù cautionis de non offendendo tranſit ad hæredes.

Reſolutio III.

Pœnæ pecuniariæ impoſitæ contra contumaces non exiguntur in Statu Eccleſiaſtico.

Reſolutio IV.

Pœna impoſita in compromiſſo exigi poteſt in caſu inobſeruantiæ.

Reſolutio V.

Pœna contra alienantes bona in forenſes non habet locum, niſi ſequuta traditione.

Reſolutio VI.

Pœna impoſita per Statutum requirens certam qualitatem non habet locum, niſi probata d. qualitate.

Reſo-

I N D E X.

Reſolutio VII.

Pæna debentur domino, cuius tempore fuit commiſſum delictum, non ſecundo domino, qui ſucceſſit in Principatu.

Reſolutio VIII.

Mandatum ſpeciale requiritur ad faciendum, dominum incidere in pænam.

Reſolutio IX.

Pæna ordinaria non imponitur, ſed extraordinaria, quando ex coniecturis proceditur.

Reſolutio X.

Multitudini in delictis præcipuè capitalibus eſt parcendum.

Reſolutio XI.

Pæna ob frequentiam delictorum per Iudicem debet augeri.

Reſolutio XII.

Pœnæ locus non eſt, niſi expreſsè in iure ſit cautum.

Reſolutio XIII.

Iudex non poteſt ſinè cauſa pænas augere, vel minuere, ſecùs cum cauſa.

Reſolutio XIV.

Pæna maior non debet imponi reo contumaci, quàm illa, quæ imponitur, ſi præſens eſſet.

Reſolutio XV.

Pæna indignationis Principis eſt arbitraria.

P E R Q V I S I T I O.

Reſolutio Vnica.

Perquiſitio in domo aliena pro re furata, & ſimili non eſt concedenda.

PRÆCEPTVM DE NON OFFENDENDO.

Reſolutio Vnica.

Præceptum factum parti de non offendendo, & quòd interim cautiones habeantur pro præſtitis, eſt validum, ita vt pæna exigi poſſit.

P R Æ V E N T I O.

Reſolutio I.

Præuentio habet locum inter plures Iudices, qui de eodem delicto cognoſcere poſſunt.

Reſolutio II.

Præuentio facta ab vno Iudice auſert iuriſdictionem ab alio, ita vt illi præferatur.

Reſolutio III.

Præuentio inducitur per citationem verbalem, & quoad partem, & quoad Iudicem.

P R I N C E P S.

Reſolutio I.

Princeps non poteſt facere gratiam delinquenti, niſi concordata parte.

Reſolutio II.

Princeps non poteſt generaliter ſtatuere, quòd vnius dicto ſtandum ſit.

Reſolutio III.

Princeps poteſt ſubditos malæ vitæ à Statu eijcere, & ad confinia ponere etiam ſub pæna corporali.

P R O B A T I O.

Reſolutio I.

Probationes rei in criminalibus confundunt probationes actoris.

Reſolutio II.

Carceratus poteſt facere probationes ſibi fauorabiles, etiamſi illæ iuuent abſentes, puta correos, mandantes &c. alias ei tolleretur defenſio.

Reſolutio III.

Probationes in criminalibus ad condemnandum debent eſſe luce meridiana clariores.

P R O C V R A T O R.

Reſolutio I.

Procurator in pænis capitalibus, & à relegatione ſupra non admittitur pro reo.

Reſolutio II.

Procurator, ſiuè alius admittitur ad allegandam cauſam abſentiæ, vel alterius impedimenti rei inquiſiti.

P R O V O C A T I O.

Reſolutio I.

Prouocatio facit, quòd offendens, vel occidens prouocantem non puniatur pæna ordinaria.

Reſolutio II.

Prouocatio probatur præſumptionibus, & coniecturis.

Q V A L I T A S.

Reſolutio Vnica.

QValitas pænam inducens eſt pobanda per fiſcum, vt ſequi poſſit condemnatio.

R E C O G N I T I O.

Reſolutio I.

REcognitio rei furatæ, & ſimilis eſt facienda repoſita inter plures.

Reſolutio II.

Recognitio cadaueris eſt facienda per teſtes aſſerentes, vidiſſe hominem mortuum, cum deſcriptione vulnerum.

Reſolutio III.

Bannitus in contumacia ſi capiatur ante ſententiæ executionem, debet eius perſona recognoſci.

R E P V L S A.

Reſolutio I.

Repulſa conceditur reo contra teſtes per fiſcum examinatos.

Reſolutio II.

Teſtes non repulſati in prima inſtantia non poſſunt repulſari in cauſa appellationis.

REVS

INDEX.

REVS.

Reſolutio I.
Reo admiſſo ad nonas defenſiones, fiſcus non poteſt aliud contra eum probare.

Reſolutio II.
Reus ſi dicat, habere aliquem pro viro probo, non poteſt illius perſonam reprobare, ſed ſolùm dictū.

Reſolutio III.
Reus poteſt docere de ſua innocentia, etiam poſt concluſum in cauſa.

Reſolutio IV.
Reo ſunt edenda nomina teſtium pro Curia informatione examinatorum.

Reſolutio V.
Reus, qui ſubſtinuit negatiuam in tortura eſt abſoluendus.

Reſolutio VI.
Reus non poteſt renunciare defenſionibus, ita vt renunciatio non valeat.

Reſolutio VII.
Reo admiſſo ad nonas defenſiones, teſtes contra eum examinati non ſunt amplius repetendi.

Reſolutio VIII.
Reus admiſſus ad nonas defenſiones poteſt ex ſola contumacia, & banno torqueri.

Reſolutio IX.
Reus confeſſus delictum non poteſt interrogari, nec torqueri ſuper aliis delictis.

Reſolutio X.
Reus confeſſus delictum non poteſt interrogari, nec torqueri ſuper ſociis, complicibus &c.

Reſolutio XI.
Reus inquiſitus in partibus poteſt habere recurſum ad Papam, & ſe conſtituere in Curia.

Reſolutio XII.
Reo capto poſt condemnationem eſt dandus terminus ad dicendum contra ſententiam cum copia indiciorum.

RIXA.

Reſolutio I.
Rixa eſt duorum, vel plurimum vi contentio, quæ ex improuiſo ſuccedit.

Reſolutio II.
Rixæ author, ſi occidat, vel vulneret, non poteſt dicere, feciſſe ad ſui defenſionem.

SALVVS CONDVCTVS.

Reſolutio I.
Saluum conductum concedere ſpectat ad Principem ita vt Iudex non poſſit illum concedere.

Reſolutio II.
Saluus conductus ad ſe conferendum ad certum locum cenſetur conceſſus pro eundo, & redeundo.

Reſolutio III.
Bannitus, ſeu condemnatus citatus pro alio delicto non tenetur comparere, niſi ei oblato ſaluo conductu.

Reſolutio IV.
Saluus conductus à Principe reo conceſſus eſt ei punctualiter ſeruandus.

Reſolutio V.
Habens ſaluum conductum, ſi poſt illum delinquat, illum amittit.

Reſolutio VI.
Saluus conductus concedi debet inquiſito de pluribus delictis, tàm ſi delicta ſunt ſeparata, quam non.

SEQVESTRATIO.

Reſolutio I.
Sequeſtrari nemo poteſt in domo ob timorem ſcandali, ſed tantum ob delictum commiſſum.

Reſolutio II.
Creditores ſequeſtrantes cadauera debitorum puniuntur pluribus pœnis.

SINDICATVS.

Reſolutio I.
Offendens Iudicem tempore ſindicatus ratione officij punitur, ac ſi durante officio illum offendiſſet.

Reſolutio II.
Barattaria, & concuſſio eſt plenè probanda, vt poſſit puniri criminaliter.

Reſolutio III.
Iudices hodie non ſindicantur, niſi de dolo, & barattaria.

Reſolutio IV.
Iudex, durante officio, non poteſt accuſari, & ſindicari.

Reſolutio V.
Querelæ contra Iudicem in ſindicatu non admittuntur elapſo termino ad querelandum.

SOCIVS CRIMINIS.

Reſolutio I.
Socius criminis non poteſt regulariter de ſociis interrogari.

Reſolutio II.
Socius criminis, nominando alium, non facit contra eum indicium ad torturam.

Reſolutio III.
Socii criminis fuga non facit indicium contra ſocium

Reſolutio IV.
Socius criminis confrontatus cum ſocio eſt repetendus, ſocio petente, ſuper interrogatorijs.

SODOMIA.

Reſolutio I.
In crimine ſodomiæ ſufficit, conſtare de corpore delicti per indicia, & præſumptiones.

Reſolutio II.
Sodomiæ crimen eſt atrociſſimum, & de exceptis.

Reſolutio III.
Sodomiæ crimen committens punitur pœna mortis.

Reſolutio IV.
Bulla Pij V. contra ſodomitas non habet locum in Clericobis, aut ter d. crimen committent.

SPON·

I N D E X.

SPONTANEA COMPARITIO.

Reſolutio Vnica.

Spontanea comparitio rei magnam innocentiæ arguit præſumptionem.

S T A T V T V M.

Reſolutio I.

Statutum, quòd exonerans arcbibuſium cum offenſione incidat in pœnam vitæ, non comprahendit offendentem in veſtibus.

Reſolutio II.

Statutum prohibens extrahi blada extra territorium non ligat portantem blada per tranſitum.

Reſolutio III.

Statutum loquens de mutilante membrum non habet locum in mutilante digitum.

Reſolutio IV.

Statutum ſi puniat congregationem hominem armatorum, non cenſentur armati deferentes baculos, ſecures, lapides, & ſimilia.

Reſolutio V.

Statutum mandans, bannitos poſſe impunè offendi, eſt validum.

S T V P R V M.

Reſolutio I.

Corpus delicti in ſtupro eſt probandum per obſtetrices, & peritos.

Reſolutio II.

Stuprata aſſertio facit indicium ad torturam contra ſtuprantem cum adminiculis.

Reſolutio III.

Stuprum probatur ex coniecturis, & præſumptionibus.

Reſolutio IV.

Stuprator perſona honeſta punitur publicatione medietatis bonorum, & vilis corporaliter.

S V B O R N A T I O.

Reſolutio I.

Subornans teſtem ad falſum ſequuta depoſititione incidit in pœnam falſi.

Reſolutio II.

Teſtis aſſerens, falſum depoſuiſſe ſubornatum ab aliquo, non facit contra eum indicium ad torturam.

Reſolutio III.

Subornatio probatur præſumptionibus, & coniecturis.

S V F F O C A T I O.

Reſolutio I.

Suffocationis corpus delicti probatur ex relatione Medicorum.

TESTIS QVOAD PERSONAS.

Reſolutio I.

Teſtis inimicus non probat.

Reſolutio II.

Parentes pro filiis, & filii pro parentibus teſtes eſſe non poſſunt.

Reſolutio III.

Parentes cogi non poſſunt ad deponendum contra filios, & è contra.

Reſolutio IV.

Frater non poteſt eſſe teſtis pro fratre in criminalibus.

Reſolutio V.

Frater in criminalibus non poteſt cogi ad deponendum contra fratrem.

Reſolutio VI.

Vxor pro marito, & maritus pro vxore non poſſunt teſtimonium dicere.

Reſolutio VII.

Vxor cogi non poteſt ad teſtificandum contra virum.

Reſolutio VIII.

Spurii non admittuntur ad teſtificandum in criminibus, in quibus requiruntur teſtes omni exceptione maiores.

Reſolutio IX.

Fuſtigati publicè non ſunt idonei teſtes.

Reſolutio X.

Teſtis excommunicatus non admittitur ad teſtificandum.

Reſolutio XI.

Accuſatus, vel inquiſitus, pendente iudicio, repellitur à teſtificando.

Reſolutio XII.

Teſtis ebrius repellitur à teſtificando.

Reſolutio XIII.

Proxeneta non eſt in criminalibus teſtis idoneus in negocio, in quo fuit mediator.

Reſolutio XIV.

Minor 25. annorum, & maior 20. in criminalibus eſt teſtis idoneus.

Reſolutio XV.

Mulier de iure canonico non admittitur ad teſtificandum in cauſa criminali.

Reſolutio XVI.

Meretrix, vti infamis, repellitur à teſtificando.

Reſolutio XVII.

Mulier prægnans cogi poteſt ad teſtificandum.

Reſolutio XVIII.

Conſanguinei, & affines in criminalibus non ſunt teſtes idonei pro eorum conſanguineis, & affinibus.

Reſolutio XIX.

Conſanguinei, & affines non poſſunt cogi ad teſtificandum contra conſanguineos, & affines.

Reſolutio XX.

Socius itineris non eſt teſtis idoneus ſuper iniuria facta ſocio.

Reſolutio XXI.

Iudæus non poteſt eſſe teſtis contra Chriſtianum.

Reſolutio XXII.

Birruarii omninò repelluntur à teſtificando.

Reſolutio XXIII.

Teſtis pauper in criminalibus repellitur à teſtificãdo

Reſo-

INDEX.

Reſolutio XXIV.

Teſtes domeſtici, & familiares in criminalibus non admittuntur ad teſtificandum.

Reſolutio XXV.

Teſtes patientes plures defectus nihil probant.

TESTES QVOAD DICTA.

Reſolutio I.

Teſtes ſingulares in criminalibus non probant.

Reſolutio II.

Teſtis dans alium in conteſtem non probat, ſi conteſtis id neget.

Reſolutio III.

Teſtis nulliter deponens, ſi eius depoſitio ſit falſa, non punitur de falſo.

Reſolutio IV.

Teſtes de auditu alieno in criminalibus non probant.

Reſolutio V.

Teſtis deponens de geſtis noctis tempore non probat, niſi dicat, quòd luna luceret, vel aliud lumen adeſſet.

Reſolutio VI.

Teſtis deponens, cognouiſſe aliquem ad vocem probat.

Reſolutio VII.

Teſtis depoſitio tota debet approbari, vel reprobari.

Reſolutio VIII.

Teſtis negans ſe conſanguineum, inimicum, pauperum, & ſimilia, ſi talis ſit, dicitur falſus.

Reſolutio IX.

Teſtis dicto extraiudiciali non eſt ſtandum.

Reſolutio X.

Teſtes inter ſe contrarij, licèt non probent, non tamen puniuntur de falſo.

Reſolutio XI.

Teſtis negans id, quod reſultaret in eius infamiam, vel damnum non punitur de periurio.

Reſolutio XII.

Teſtes deponentes, vſuras ſoluiſſe, non probant illum vſurarium.

Reſolutio XIII.

Teſtis obſcurè, & dubitatiuè deponens non probat in criminalibus.

Reſolutio XIV.

Teſtis examinatus pro fiſco poteſt examinari etiam per reum ad eius defenſionem.

Reſolutio XV.

Teſtis deponens ſinè redditione rationis in criminalibus non probat.

Reſolutio XVI.

Teſtis vnicus in criminalibus, non probat.

Reſolutio XVII.

Teſtis, qui dubitatiuè deponit non poteſt redargui, quòd falſum dixerit.

Reſolutio XVIII.

Teſtibus deponentibus pro non delicto magis creditur quàm deponentibus pro fiſco, & pro delicto.

TESTES QVOAD EXAMEN.

Reſolutio I.

Teſtes in criminalibus examinati poſſunt per Iudicem procedentem ex officio, etiam poſt dicta teſtificata.

Reſolutio II.

Teſtis examinatus ſinè iuramento non probat.

Reſolutio III.

Teſtes examinandi ſunt non ſimul, ſed ſeparatè.

Reſolutio IV.

Teſtes examinati coram Iudice incompetente non probant.

Reſolutio V.

Teſtes examinati, parte non citata, in criminalibus non probant.

TESTIVM MISCELLANEA.

Reſolutio I.

Teſtes in criminalibus de conſuetudine ad ſe examinandum compelluntur.

Reſolutio II.

Teſtis examinatus citatus ad ſe repetendum ſi non compareat, eius prima depoſitio præſumitur falſa.

Reſolutio III.

Teſtis examinatus pro Curia, ſi in repetitione deponat contrarium, non probat.

Reſolutio IV.

Teſtis deponens ſub ſpe impunitatis non probat.

Reſolutio V.

Teſtis, qui repellitur in totum à teſtificando, adminiculis non adiuuatur.

Reſolutio VI.

Teſtis habilitas attenditur de tempore depoſitionis, & examinis.

Reſolutio VII.

Teſtes inhabiles, qui admittuntur ad teſtificandum in criminibus exceptis, non dicuntur omni exceptione maiores.

Reſolutio VIII.

Teſtis non tenetur reſpondere interrogatorio concernenti crimen, & turpitudinem ipſius.

Reſolutio IX.

Teſtes duo ſufficiunt in criminalibus ad condemnandum.

Reſolutio X.

Teſtis, quòd ſit omni exceptione maior, non præſumitur, ſed eſt probandum.

Reſolutio XI.

Teſtis examinatus per Notarium ſi neget, ita depoſuiſſe, non creditur Notario contra teſtem, nec teſti contra Notarium ad effectum puniendi.

TORTVRA.

Reſolutio I.

Tortura inferri poteſt omnibus perſonis, niſi expreſsè à iure prohibeatur.

Reſo:

INDEX.

Reſolutio II.

Tortura non poteſt inferri, non conſtito de corpore delicti.

Reſolutio III.

Indicia leniora ſufficiunt ad torturam in delictis difficilis probationis.

Reſolutio IV.

Tortura non poteſt inferri denegatis defenſionibus.

Reſolutio V.

Teſtis ob mendacium, vel variationem torquetur denegata copia indiciorum.

Reſolutio VI.

Reus recuſans Iudici reſpondere, vel non præciſè poteſt cogi per torturam.

Reſolutio VII.

Homicidio à pluribus in rixa commiſſo, ſi ignoretur quis vulnerauerit, & occiderit, poſſunt omnes rixantes torqueri ad eruendam veritatem.

Reſolutio VIII.

Reus, ſi propter dignitatem, vel ætatem torqueri non poſſit, condemnatur in pœnam extraordinariam.

Reſolutio IX.

Tortura non poteſt inferri ſine legitimis indicijs.

Reſolutio X.

Tortura illata principali, qui fuit negatiuus, ſuffragatur etiam imputatis de auxilio, et fauore.

Reſolutio XI.

Tortura inferri poteſt in omnibus delictis, in quibus imponitur pena corporalis.

Reſolutio XII.

Tortura ſemel reo illata non eſt amplius repetenda.

Reſolutio XIII.

Tortura incipi debet à timidiore, debiliore, & ab eo, à quo eſt veriſimiliùs, haberi veritatem.

Reſolutio XIV.

Tortura non purgat plenas probationes, ita vt, ſi tortus perſiſtat, adhuc eſt condemnandus pena extraordinaria.

Reſolutio XV.

Tortura in teſtibus non purgat plures defectus.

Reſolutio XVI.

Reus non eſt torquendus vltra horam, etiam in crimine grauiſſimo.

Reſolutio XVII.

Iudex non poteſt de facto ad torturam deuenire, ſed debet præcedere decretum.

Reſolutio XVIII.

Torturæ non eſſe locum, eſt pronunciandum in dubio.

Reſolutio XIX.

Confeſſio facta in tortura non nocet niſi illa ſit ratificata extra torturam.

Reſolutio XX.

Teſtis veriſimiliter informatus, ſi recuſet dicere veritatem, poteſt per Iudicem torqueri.

TRACTATVS.

Reſolutio Vnica.

Tractatus ad delinquendum non præſumitur, ſed eſt probandus.

VENENVM.

Reſolutio I.

In crimine veneni vt procedi poſſit, debet conſtare de corpore delicti.

Reſolutio II.

Veneni crimen dicitur delictum difficilis probationis.

Reſolutio III.

Veneno aliquem occidens dicitur homicida proditorius.

VSVRA.

Reſolutio I.

Vſura eſt omni iure prohibita.

Reſolutio II.

Vſura crimen eſt delictum mixti fori.

Reſolutio III.

Teſtes deponentes ſoluiſſe vſuras, non probant quem vſurarium.

VVLNVS.

Reſolutio I.

Vulnus quando conſtat non eſſe mortale, vulnerans, mortuo vulnerato, non tenetur de occiſo.

Reſolutio II.

Vulnerans tenetur vulnerato reficere damna, & intereſſe.

Reſolutio III.

Si duo rixantur, & vnus remanent vulneratus, vel occiſus, præſumitur, id actum à corrixante.

VXOR.

Reſolutio I.

Vxor pro ſua hypotheca dotali poteſt impedire deuaſtationem domus viri delinquentis.

Reſolutio II.

Vxor eximens virum de manibus Curiæ non punitur pœna ordinaria, vel Bulla Sixti V.

INDEX

INDEX.

DEFENSIO.

Reſolutio I.

Defenſio nemini eſt deneganda, cum illa ſit omni iure permiſſa.

Reſolutio II.

Defenſio eſt ita fauorabilis, vt illa probetur præſumptionibus, & coniecturis.

Reſolutio III.

Occidens hominem ad ſuam defenſionem nulla pœna puniri debet.

Reſolutio IV.

Aggreſſus non tenetur fugere, ſed poteſt aggreſſorem contra ſe venientem occidere.

Reſolutio V.

Defenſio eſt licita etiam pro defenſione rerum, ita, vt liceat ex d. cauſa hominem occidere.

Reſolutio VI.

Occidere licet hominem pro defenſione proprij honoris abſque vlla pęna.

Reſolutio VII.

Defenſio permiſſa eſt etiam pro defenſione alterius, etiam extranei.

Reſolutio VIII.

Filio non eſt permiſſa defenſio contra patrem, vel matrem illum verberantem.

Reſolutio IX.

Defenſio, & quòd quis occiderit ad ſui defenſionem, non præſumitur, ſed eſt probandum.

Reſolutio X.

Defenſio dicitur probata ex eo, quod probatum ſit, quòd quis veniebat contra aliquem cum armis in manu.

Reſolutio XI.

Iniuriatus verbaliter non poteſt pro defenſione percutere iniuriantem.

Reſolutio XII.

Offendens inſultantem fugientem dicitur offendiſſe ad vindictam, & ideò punitur.

Reſolutio XIII.

Dies termini non computatur in termino in defenſionibus reo aſſignatis.

Reſolutio XIV.

Defenſio inuiſiti probatur directè demonſtrando per euidentiam facti, rem aliter ſe habere.

DELICTVM.

Reſolutio I.

Delictum in dubio non præſumitur, ſed illud eſt probandum.

Reſolutio II.

Delicta alia ſunt Eccleſiaſtica, alia laicalia, & alia mixti fori, in quibus vterq; Iudex procedit, & eſt locus præuentioni.

Reſolutio III.

Laicus ſi percutiat laicum in Eccleſia, delictum dicitur mixti fori, ita vt inter Iudices ſit locus præuentioni.

Reſolutio IV.

Laicus, & clericus ſi delinquant, omnes ſunt puniendi per Iudicem Eccleſiaſticum.

Reſolutio V.

Cauſa attenditur in delictis, ita vt, illa ceſſante, ceſſet etiam præſumptio delicti.

Reſolutio VI.

Delictum iam commiſſum vt puniri valeat, nemo tenetur reuelare.

Reſolutio VII.

Delicta extinguntur præſcriptione viginti annorum.

Reſolutio VIII.

Glorians ſe de delicto extraiudicialiter puniri debet pęna extraordinaria.

Reſolutio IX.

Delictum dicitur commiſſum in Eccleſia, ſi exiſtens in ea occidat exiſtentem extra illam, ita, vt, non gaudeat immunitate.

Reſolutio X.

Delinquentem occultans, ne capiatur, punitur pęna extraordinaria.

Reſolutio XI.

Delictum difficilis probationis probatur præſumptionibus, & coniecturis.

Reſolutio XII.

Delinquens ex cauſa amoris non punitur pœna ordinaria, ſed alia mitiori.

DVELLVM.

Reſolutio I.

Duellum eſt tàm de iure ciuili, quàm canonico omninò prohibitum.

Reſolutio II.

Duellantes, & ſuum inimicum occidentes gaudent immunitate Eccleſiæ.

Reſolutio III.

Spectatores, & adſtantes duello puniuntur vigore Bullarum, & Concilij Tridentini.

EBRIETAS.

Reſolutio I.

Ebrius delinquendo non punitur pęna ordinaria, cum careat intellectu.

Reſolutio II.

Ebrietas non præſumitur, ſed illa eſt probanda per allegantem.

Reſolutio III.

Ebrius, ſi offendat illum, cum quo pacem fecerat, vel promiſerat non offendere, non dicitur frangere pacem, ſeù cautionem de non offendendo.

EPISCOPVS.

Reſolutio I.

Epiſcopus habet fiſcum, & pœnas pecuniarias imponere, & exigere poteſt.

Reſo-

INDEX.

Reſolutio II.

Epiſcopus poteſt tenere ſamiliam armatam ad carcerandum delinquentes.

Reſolutio III.

Commiſſarius, & Vicarius Epiſcopi non poteſt à partibus aliquid exigere, dùm vadit ad aliquem locum Diæceſis ad faciendum proceſſum.

EXCVLPATIO.

Reſolutio I.

Exculpatio vulnerati, maximè in articulo mortis tollit indicia contra reum exiſtentia, ita vt non valeat torqueri.

Reſolutio II.

Exculpatio ſocij criminis, dùm examinatur, maximè in tortura, ſocio maximè prodeſt.

Reſolutio III.

Exculpatio facta per non exiſtentem in fortijs Curiæ ad fauorem alterius non attenditur.

Reſolutio IV.

Exculpatio mandatarij prodeſt mandanti, ita vt torqueri non poſſit.

EXILIVM.

Reſolutio I.

Exilium ininactum ad tempus, vel in perpetuum frangens punitur.

Reſolutio II.

Exilium debet intimari, aliàs non poteſt agi ad pœnam pro contrauentione.

Reſolutio III.

Exiliatus, completo tempore exilij poteſt redire ad locum interdictum abſq; alia licentia Superioris.

Reſolutio IV.

Exilium datum, nulla facta mentione temporis, cenſetur datum in perpetuum.

Reſolutio V.

Exilium datum ad beneplacitum Sedis Apoſtolicæ per mortem Papæ non expirat.

Reſolutio VI.

Exiliatus, donec exilium fuerit reuocatum, non cenſetur remiſſus per mortem bannientis.

Reſolutio VII.

Exilium datum per Iudicem laicum non dicitur frangere exiſtens in Eccleſia.

Reſolutio VIII.

Iudex reo exiliato tenetur aſſignare terminum ad componendum ſarcinulas.

Reſolutio IX.

Princeps poteſt ſubditos malæ vitæ, & ſcandaloſos iuſtis de cauſis à Statu eijcere, exiliare, & ad confinia ponere.

EXIMITIO A CVRIA.

Reſolutio I.

Eximens ſe de manibus Curiæ non punitur pœnis Bullæ Sixti Quinti.

Reſolutio II.

Vxor eximens virum de manibus Curiæ non punitur pœna ordinaria, neq; impoſita à Bulla Sixti Quinti.

Reſolutio III.

Eximens de manibus Curiæ captum pro debito punitur tantùm pœna extraordinaria.

Reſolutio IV.

Eximens carceratum punitur eadem pœna, qua puniendus erat carceratus è carcere eductus.

Reſolutio V.

Eximens captum de manibus Curiæ punitur pœna extraordinaria Iudicis arbitrio.

FALSVM.

Reſolutio I.

Falſi in crimine vt procedi poſſit, debet conſtare de corpore delicti.

Reſolutio II.

Falſi crimen vt ſit punibile, tria requiruntur, dolus, immutatio veritatis, & quòd ſit nocibile.

Reſolutio III.

Falſitas, quæ actu non eſt nocibilis, neque eſt punibilis.

Reſolutio IV.

Falſitas commiſſa in ſcriptura, quæ nullam facit probationem, nec plenam nec ſemiplenam, nec præſumptionem, pœna falſi puniri, nec poteſt.

Reſolutio V.

Falſitas non præſumitur, ſed illa probari debet per allegantem.

Reſolutio VI.

Falſitas præſumitur commiſſa ab eo, in cuius commodum illa redundat.

Reſolutio VII.

Cancellatio, ſeù raſura reperta in inſtrumento, vel ſcriptura præſumitur facta ab eo, penes quem inſtrumentum, ſeù ſcriptura fuit reperta.

Reſolutio VIII.

Intendens inſtrumentum, vel teſtes redarguere de falſo poteſt interrogare producentem, vt reſpondeat, an illis vti velit pro veris, cum illos velit redarguere de falſo, cui producens tenetur clarè, & præcisè reſpondere.

Reſolutio IX.

Falſitas vt excludatur, omnis alia præſumptio, & interpratatio eſt ſumenda.

Reſolutio X.

Notarius inquiſitus de falſo poteſt interim inſtrumenta conficere.

Reſolutio XI.

Cancellatio verborum in inſtrumento non arguit falſitatem, ſi verba poſſunt legi.

Reſolutio XII.

Sindicus, Maſſarius, Barbitonſor, vel Chirurgus diminuentes, vel aggrauantes qualitatem delicti in eorum relatione tenentur pœna falſi.

Reſo-

I N D E X.

Reſolutio XIII.

Teſtes deponentes falſum contra fiſcum ad defenſionem rei non puniuntur pœna ordinaria falſi.

Reſolutio XIV.

Teſtis, qui dubitatiuè depoſuit non poteſt redargui, quòd falſum dixerit.

Reſolutio XV.

Teſtis, qui falſum depoſuit, negando ſe conſanguineum, inimicum, pauperem, & ſimilia, punitur pœna extraordinaria.

Reſolutio XVI.

Teſtes inter ſe contrarij, licet non probent, non tamen puniuntur de falſo.

Reſolutio XVII.

Teſtis deponens falſum ſinè iuramento eſt puniendus pœna falſi, ac ſi iuraſſet.

Reſolutio XVIII.

Teſtis deponens verum, quod ipſe ignorabat, punitur pœna falſi.

Reſolutio XIX.

Teſtis accipiens pecuniam, vt ſe examini ſubijciat, poteſt puniri de falſo etiam non probato, quòd falſum depoſuerit.

Reſolutio XX.

Teſtis, qui falſum iurauit, poteſt puniri ab eo Iudice, coram quo falſum depoſuit, licèt aliàs non eſſet Iudex competens.

F A M A.

Reſolutio I.

Fama ſola non facit indicium ad torturam.

Reſolutio II.

Teſtes aliqui, ſi deponant de fama, & poſtea alij interrogati dicunt, nihil de eo audiuiſſe, reprobant primos de fama deponentes.

Reſolutio III.

Fama, vti indicium remotum, probanda eſt ſaltem per duos teſtes.

Reſolutio IV.

Fama non dicitur probata, niſi teſtes deponant, audiuiſſe a maiori parte populi.

Reſolutio V.

Bona fama præualet in concurſu malæ famæ, & illam tollit.

Reſolutio VI.

Bona fama rei tollit indicium reſultans ex inuentione apud eum de inſtrumentis aptis ad cudendam monetam.

Reſolutio VII.

Fama dicitur plenè probata, ſi de illa deponant decem teſtes, licèt ſine requiſitis.

Reſolutio VIII.

Teſtis deponens de fama, ſi neſciat, quid ſit fama, illam non probat.

Reſolutio IX.

Fama orta poſt carcerationem inquiſiti, vel poſt tranſmiſſam inquiſitionem non eſt attendenda, cum præſumatur orta ex d. cauſis.

Reſolutio X.

Fama orta à non fide dignis, ſed a maleuolis, & ſuſpectis non attenditur.

F I D E I V S S O R.

Reſolutio I.

Fideiuſſor, qui promiſit, aliquem non eſſe diſceſſurum de palatio, domo, &c. ſi ille diſcedat cum licentia, eius promiſſio expirat.

Reſolutio II.

Fideiuſſor, qui promiſit aliquem non diſceſſurum de palatio ſinè licentia in ſcriptis, ſi retentus diſcedat cum licentia in voce non tenetur ad pœnam

Reſolutio III.

Retentus in Palatio ſub fideiuſſione de non exeundo, ſi exierit, & ſtatim redierit, fideiuſſor ad pœnam non tenetur.

Reſolutio IV.

Fideiuſſor, qui promiſit aliquem infra certum tempus repræſentare, eo elapſo poteſt purgare moram intra breuem terminum.

Reſolutio V.

Fideiuſſor de tuto carcere, ſi carceratus iniuſtè detentus fugiat, non tenetur pro eo ad pœnam.

Reſolutio VI.

Fideiuſſor, qui promiſit pro Officiali, non tenetur pro debitis per eum contractis durante officio, neque pro geſtis extra officium.

Reſolutio VII.

Fideiuſſor obligatus ſoluere pœnam fiſco liberatur, ſequuta confiſcatione bonorum illius, pro quo promiſit.

F I S C V S.

Reſolutio I.

Fiſcus tenetur præſtare alimenta carcerato non habenti de proprio.

Reſolutio II.

Fiſcus qui capit bona delinquentis confiſcata tenetur ſoluere eius debita creditoribus illius.

Reſolutio III.

Fiſcus vt poſſit exigere à reo expenſas pro fabricatione proceſſus, requiruntur indicia ad tranſmittendam inquiſitionem.

Reſolutio IV.

Fiſcus non poteſt cogere aliquem ad emendum res confiſcatas.

Reſolutio V.

Fiſcus vt poſſit inuentariare bona delinquentis, requiruntur indicia ad capturam.

F O R V M.

Reſolutio I.

Forum ſortitur quis ratione delicti in loco commiſſi delicti.

Reſo-

I N D E X.

Reſolutio II.

Delinquens in diuerſit locis, apud diuerſos Iudices forum ſortitur.

Reſolutio III.

Delictum commiſſum in confinio duarum Ciuitatum poteſt per vtrumque Iudicem puniri.

Reſolutio IV.

Iudex originir, & domicilij poteſt punire ſubditum de delicto commiſſo extra territorium.

Reſolutio V.

Forum ſortitur ratione falſitatis commiſſa coram aliquo Iudice, qui ab eo puniri poteſt.

Reſolutio VI.

Contumax non poteſt opponere declinatoriam fori, nec petere remiſſoriam ad ſuum Iudicem.

F V G A.

Reſolutio I.

Fuga ſola non facit indicium ad torturam contra fugientem.

Reſolutio II.

Fuga cum ſit indicium remotum, de illa conſtare debet per depoſitionem duorum teſtium.

Reſolutio III.

Fugere non dicitur, qui vadit ad Principem pro iuſtitia conſequenda.

Reſolutio IV.

Fuga indicium purgatur per ſpontaneam inquiſiti comparitionem.

Reſolutio V.

Fugiens ex carcere, vel Palatio, ſi citò redeat, non punitur pœna fracti carceris.

Reſolutio VI

Fuga ſocij criminis non facit indicium ad torturam contra ſocium.

F V R I O S V S.

Reſolutio I.

Furioſus pro delicto commiſſo, dùm eſt in furore, non punitur aliqua pęna.

Reſolutio II.

Furioſus, ſi poſt delictum aufugiat, & ignoretur, vbi ſit, pater, & conſanguinei admittuntur ad probandum illius furorem.

Reſolutio III.

Furioſus offendendo illum, cum quo pacem fecit, vel non offendere promiſit, non dicitur pacem, nec cautionem fregiſſe.

F V R T V M.

Reſolutio I.

Fur vt poſſit inquiri de furto, ante omnia debet conſtare de corpore delicti.

Reſolutio II.

Furtum commiſſum cum ſcalis grauiùs punitur, quàm commiſſum ſinè illis.

Reſolutio III.

Fures plures, qui ſimul aliquid furantur, tenentur in ſolidum ad pęnam furti.

Reſolutio IV.

Res furata reperta penes aliquem facit contra illum indicium ad torturam.

Reſolutio V.

Furtum committere non dicitur, qui rem aufert de voluntate domini, nec intrat in d. caſu pœna furti.

Reſolutio VI.

Fur pro tribus furtis punitur pœna vltimi ſupplicij.

Reſolutio VII.

Pęna furis pro primo furto non eſt pœna mortis, ſed pœna extraordinaria.

Reſolutio VIII.

Fur repertus in locum cum re furata poteſt ibi puniri, licèt non ſit ſubditus.

Reſolutio IX.

Filius ſurripiendo rem patris, licèt furtum committere dicatur, non tamen tenetur de furto.

Reſolutio X.

Furtum non committitur ab eo, qui furatur ei à quo non poteſt aliter conſequi ſuum creditum.

Reſolutio XI.

Bona furis non ſunt tacitè hypothecata pro reſtitutione rerum furatarum.

Reſolutio XII.

Furtum factum in domo præſumitur factum à domeſticis.

Reſolutio XIII.

Teſtes derobati probant contra furem, ſi eorum intereſſe renunciauerint.

Reſolutio XIV.

Latro publicus non dicitur qui ſemel, vel bis in via publica tranſeuntes ſpoliauit.

G A B E L L A.

Reſolutio I.

Pęna fraudata gabella, vt ſit locus contra non ſoluentem, requiritur dolus.

Reſolutio II.

Ignorantia non excuſat tranſeuntem à non ſolutione gabella.

Reſolutio III.

Gabella fraudata pœna præſcribitur per quinquennium.

Reſolutio IV.

Mulio, ſeù nauta, ſi non ſoluunt gabellam res non publicantur in præiudicium domini mercium, ſed ipſi tenentur gabellario.

Reſolutio V.

Animalia aliena, vel currus ſuper quibus fuerunt portata res, pro quibus non fuit ſoluta gabella, non publicantur, ſi dominus illorum id ignorauit.

Reſolutio VI.

Gabellarij exigentes gabellam vltra taxam dicuntur committere furtum.

I N D E X.

Reſolutio VII.

Gabella dicitur fraudata ſtatim, quòd quis tranſiuit per locum, illa non ſoluta.

Reſolutio VIII.

Gabella fraudata, bona, quæ vehuntur, incidunt in commiſſum, & gabellarijs, vel fiſco applicantur.

G R A T I A.

Reſolutio I.

Gratia facta per Principem ſi ſit nulla, delinquẽs, ſi ſit captus, eſt excarcerandus, & dimittendus ſubiectus pænis delicti.

Reſolutio II.

Gratia Principis, ſi eſt obreptitia, vel ſubreptitia, eſt nulla.

Reſolutio III.

Gratia Principis facta delinquenti latè eſt interpretanda.

Reſolutio IV.

Gratia Principis facta cum clauſula, obtenta pace, illa non habita, non valet.

H Y P O T H E C A.

Reſolutio Vnica.

HYpotheca pro promiſſione pœna conuentionalis naſcitur à die promiſſionis.

H O M I C I D I V M.

Reſolutio I.

Homicidium aliud dicitur ſimplex, & non præmeditatum, niſi tempore commiſſi homicidii, aliud dicitur præmeditatum antè, quod vocatur à ſangue freddo.

Reſolutio II.

Homicidium commiſſum in rixa, vel non doloſum, punitur pæna extraordinaria tantùm.

Reſolutio III.

Homicidium culpoſum dicitur, quod ab occiſore committitur ſine animo, & voluntate occidendi.

Reſolutio IV.

Homicidium caſuale, in quo nec dolus, nec culpa interuenit, non punitur.

Reſolutio V.

Homicidium proditorium dicitur, quòd committitur ſub colore amicitiæ in non præcauentem.

Reſolutio VI.

Homicidium, ſi ſit commiſſum in rixa pluribus, ſi ignoretur, à quo, ratione incertitudinis omnes condemnatur in pænam extraordinariam.

Reſolutio VII.

Homicidium commiſſum in rixa cum vno, vel pluribus vulneribus à pluribus, & conſtat, quis d. vulnera intulit, non vulnerantes non tenentur de homicidio.

Reſolutio VIII.

Reus examinatus, ſi negauerit homicidium, poteſt poſtea illud fateri, & probare, illud feciſſe ad propriam defenſionem.

Reſolutio IX.

Inſultatus, ſi pro ſe defendendo apprehendat tertium eo vtendo vti clypeo, ſi ille tertius occidatur, non tenetur de homicidio.

Reſolutio X.

Aliquis ſi, dùm rixatur cum alio, ſuperuenint frater eius, qui occidat rixantem, non tenetur de homicidio.

Reſolutio XI.

Homicidium præſumitur potiùs in dubio caſuale, quàm præmeditatum.

Reſolutio XII.

Offendiculum ponens ad feneſtram ad capiendum furem non tenetur de homicidio ſi fur cecidit, & mortuus eſt.

Reſolutio XIII.

Homicidium commiſſum in domo præſumitur commiſſum a domino domus.

Reſolutio XIV.

Mortuus repertus propè domum alicuius præſumitur occiſus a domino domus.

IMMVNITAS ECCLESIASTICA.

Reſolutio I.

Eccleſia gaudet priuilegio immunitatis.

Reſolutio II.

Hoſpitalia fundata authoritate Epiſcopi gaudent immunitate.

Reſolutio III.

Occidens, vel mutilans alieni membrum in Eccleſia, vel Cæmeterio non gaudet immunitate.

I M P V N I T A S.

Reſolutio I.

Princeps promittens impunitatem delinquenti, vt reuelet delictum, tenetur illam ſeruare.

Reſolutio II.

Impunitate conceſſa à Principe reuelanti delictum non gaudent author criminis.

Reſolutio III.

Princeps ſi concedat generalem abolitionem, ſub ea aſſaſſinium non comprehenditur.

INDICIVM AD TORTVRAM.

Reſolutio I.

Indicium ad torturam aliud dicitur proximum, & aliud remotum.

Reſolutio II.

Indicia alia ſunt dubitata, alia verò ſunt indubitata,

Reſolutio III.

Ex indiciis indubitatis reus non poteſt condemnari in pænam ordinariam, ſed in extraordinariam tantùm.

Reſolutio IV.

Teſtis vnus de viſu, vel auditu proprio immediatè de delicto dicitur deponere de indicio proximo, & facit indicium ad torturam.

I N D E X.

Reſolutio V.

Indicia remota probari debent per duos teſtes, aliàs non releuant.

Reſolutio VI.

Indicia, quando ſunt imperfecta in ſubſtantia indicii, vt fama, fuga, &c. ſi ſunt plenè probata, coniunguntur, ita vt ſufficiant ad torturam.

Reſolutio VII.

Indicia vt ſufficiant ad torturam, debent eſſe grauia, vrgentia, clara, & luce meridiana clariora.

Reſolutio VIII.

Indicia leuiora ſufficiunt ad torturam in delictis occultis, & difficilis probationis, quàm in aliis delictis.

Reſolutio IX.

Iudex ſine legitimis indiciis neminem poteſt ponere inter reos.

Reſolutio X.

Indicia non eſſe ſufficientia ad torturam, in dubio eſt iudicandum.

Reſolutio XI.

Inimicitia capitalis facit indicium ad torturam.

Reſolutio XII.

Riualitas in amore facit indicium ad torturam.

Reſolutio XIII.

Aſſertio ſtuprata facit indicium ad torturam contra ſtuprantem, concurrentibus adminiculis, alias ſecùs.

Reſolutio XIV.

Minæ faciunt indicium contra minantem, ſequuto delicto.

Reſolutio XV.

Viſus in loco, vel propè cum armis, in quo fuit commiſſum homicidium, præſumitur, occiſor.

Reſolutio XVI.

Fuga ex loco, in quo fuit commiſſum homicidium cum armis euaginatis, facit contra eum indicium ad torturam.

Reſolutio XVII.

Forma pedis reſpondens formæ pedis accuſati facit contra eum indicium ad torturam.

I N I M I C I T I A.

Reſolutio I.

Inimicitia capitalis facit indicium ad torturam contra inimicum, ſecùs ſi ſit leuis.

Reſolutio II.

Inimicitia non præſumitur, ſed illa eſt probanda.

Reſolutio III.

Inimicus, ſi incedens armatus, nihil dicto, inimicum ex improuiſo occidat, præſumitur illum præmeditate animo occidiſſe.

Reſolutio IV.

Inimicitia, quando conſtat de certo delinquente, qui potuit delictum committere ex cauſa propria, non facit indicium contra alio de mandato, vel conſilio.

I N I V R I A.

Reſolutio I.

Pro iniuria competit duplex actio, ciuilis, & criminalis.

Reſolutio II.

Mentitam dans alicui tenetur actione iniuriarum.

I N Q V I S I T I O.

Reſolutio I.

Inquiſitio de generali conſuetudine formari hodiè poteſt in omnibus delictis.

Reſolutio II.

Inquiſitio non poteſt tranſmitti, non conſtito priùs de corpore delicti.

Reſolutio III.

Inquiſitio debet eſſe clara, & ſpecifica continens omnes qualitates delicti.

Reſolutio IV.

Inquiſitio quando eſt nulla, vel inepta, eſt nullus etiam proceſſus, & alia ſubſequuta.

Reſolutio V.

Inquiſitus in partibus de delicto poteſt recurrere ad Papam, & ſe conſtituere in carceribus in Curia.

I N S T I G A T O R.

Reſolutio I.

Inſtigator non continetur nomine partis.

Reſolutio II.

Inſtigator, quando adeſt fiſcus, non admittitur ad appellandum, niſi inſtigator ſatiſdederit de reficiendis expenſis.

INTERPRETATIO.

Reſolutio Vnica.

Interpretatio ſemper illa eſt facienda, per quam delictum excluditur.

INTERROGATORIA.

Reſolutio I.

Interrogatoria, quæ dantur per reum alia ſunt intentionalia, alia verò cohærentia.

Reſolutio II.

Copia interrogatoriorum rei non eſt danda fiſco, nec accuſatori, nè teſtes repetendi inſtruantur ad falſum.

Reſolutio III.

Teſtis non poteſt interrogari ſuper iis, quæ crimen infamiam, & turpitudinem illius continent.

Reſolutio IV.

Accuſator non dat interrogatoria, quando reus examinat ad defenſam.

I R A C V N D I A.

Reſolutio Vnica.

Delictum ex iracundia, commiſſum mitiùs venit puniendum.

I N D E X.

IVDEX.

Reſolutio I.

Iudex ordinarius habens arbitrium non poteſt illud extendere ad pœnam mortis.

Reſolutio II.

Iudex laicus, vel eius miniſtri non poſſunt Clericum inuentum cum armis illis eum ſpoliare, & illa ei auferre.

Reſolutio III.

Iudex laicus, & eius miniſtri non poſſunt commorantem in Eccleſia armis ſpoliare, & illa ei auferre.

Reſolutio IV.

Iudex laicus nullum actum contentioſæ iuriſdictionis exercere poteſt in Eccleſia vel eius domibus, vel Cœmeterio.

Reſolutio V.

Iudex delegatus in citatione debet inſerere, & tranſmittere copiam ſuæ commiſſionis, aliàs proceſſus eſt nullus.

Reſolutio VI.

Iudex ſi profert ſententiam condemnatoriam in criminalibus contra reum, poteſt etiam illud condemnare ad intereſſe partis.

Reſolutio VII.

Iudex poteſt procedere contra iniuriantem ſe ipſum ratione officij, aliàs ſecùs.

Reſolutio VIII.

Iudex, qui vidit aliquem delinquere, non poteſt illum ex ſuo viſu condemnare.

Reſolutio IX.

Iudex delegatus nullam acquirit iuriſdictionem ante præſentationem reſcripti.

Reſolutio X.

Iudex non poteſt bannire, vel relegare delinquentem, niſi a loco, vel in loco ei ſubdito.

Reſolutio XI.

Iudex examinando teſtes tenetur recipere integrè illorum depoſitionem, ſiuè pro, ſiue contra reum

LEGITIMA.

Reſolutio I.

Patre delinquente ex bonis ei confiſcatis eſt detrahenda legitima filiorum.

Reſolutio II.

Pater admittitur pro filio in iudicio abſente, quando agitur de proprio intereſſe.

Reſolutio III.

Pater non tenetur ſoluere legitimam fiſco pro filio in pœnam confiſcationis bonorum condemnato.

Reſolutio IV.

Legitima non debetur filiis ex bonis matris confiſcatis.

Reſolutio V.

Matri debetur legitima ex bonis filii confiſcatis ob delictum commiſſum.

LÆSÆ MAIESTATIS CRIMEN.

Reſolutio Vnica.

Pœnæ inflictæ contra reum criminis læſæ maieſtatis tranſeunt etiam ad filios.

LIBELLVS FAMOSVS.

Reſolutio Vnica.

Libelli famoſi pœna hodiè de conſuetudine eſt extraordinaria, & arbitraria.

MANDATVM.

Reſolutio I.

Mandatum ad delinquendum non præſumitur, ſed illud eſt probandum per fiſcum.

Reſolutio II.

Mandatum ad delinquendum inducitur ex quibuſcumque verbis.

Reſolutio III.

Filius,, conſanguineus, vel famulus offendens eum, qui iniuriam intulit patri, conſanguineo, vel domino, non præſumitur de eorum mandato feciſſe.

Reſolutio IV.

Vulnerans, ſeù occidens aliquem ſinè cauſa præſumitur, id feciſſe de mandato alterius, & ſi poteſt de mandatoribus interrogari.

Reſolutio V.

Sententia abſolutoria lata ad fauorem mandatarii non prodeſt mandanti, & è contra.

Reſolutio VI.

Contra mandantem procedi non poteſt non conſtito priùs de mandatario.

Reſolutio VII.

Mandatum in delictis atrocibus punitur pœna extraordinaria, etiam effectu non ſequuto.

Reſolutio VIII.

Mandans, & mandatarius, ſequuto delicto, pari pœna puniuntur.

Reſolutio IX.

Mandans, delictum committi, non punitur, ſi reuocet mandatum, antequam delictum fuerit commiſſum.

Reſolutio X.

Mandans aliquem alapa, baculo percuti, ſeù sfriſari, ſi mandatarius illud occidat, mandans non tenetur pœna ordinaria, ſed extraordinaria tantùm.

Reſolutio XI.

Mandatarii depoſitio ſola non facit indicium ad torturam contra mandatem.

MATER.

Reſolutio I.

Mater, quæ filium infantem in lecto ſuffocauit, non priuatur illius hæreditate, ſed ſolùm cogitur ad aliquam pœnam pecuniariam ſoluendo loco pio.

Reſolutio II.

Matri debetur legitima ex bonis filii ob delictum confiſcatis.

MINOR.

I N D E X.

MINOR.

Reſolutio I.

Minor annorum 25. in delictis ratione ætatis non punitur pœna ordinaria, ſed extraordinaria.

Reſolutio II.

Minor 25. annis, & maior 20. in criminalibus eſt teſtis idoneus.

MONETA FALSA.

Reſolutio I.

Monetæ falſæ fabricator, vt valeat inquiri, conſtare debet de corpore delicti.

Reſolutio II.

Fabricans monetam falſam punitur pœna mortis naturalis.

Reſolutio III.

Retinens apud ſe monetam falſam ſcienter punitur pœna extraordinaria.

Reſolutio IV.

Expendens monetam falſam ſcienter punitur de iure communi pœna falſi.

Reſolutio V.

Monetam tondentes puniuntur pœna mortis naturalis.

Reſolutio VI.

Monetæ falſæ fabricatores gaudent immunitate Eccleſiæ.

MONOPOLIVM.

Reſolutio I.

Monopolium dicitur committi, quando penes vnum, vel paucos tota alicuius rei vendendæ poteſtas redigitur.

Reſolutio II.

Monopolium exercentes puniuntur pœna exilii, & confiſcationis bonorum.

MVLCTA.

Reſolutio I.

Iudex poteſt contumaces, inobedientes eius præceptis mulctare, nè illius authoritas contemnatur.

Reſolutio II.

Mulctatus per Iudicem ſi mulctam non poteſt ſoluere admittitur ad ceſſionem bonorum.

MVLIER.

Reſolutio Vnica.

Mulier de iure canonico non admittitur ad teſtificandum in cauſa criminali.

NEGATIVA.

Reſolutio I.

Teſtes deponentes ſuper negatiua vaga illam non probant.

Reſolutio II.

Negatiua coarctata de loco, & tempore probat innocentiam inquiſiti.

Reſolutio III.

Negatiua coarctata de loco, & tempore debet coarctari ad tempus breue.

Reſolutio IV.

Negatiua coarctata probatur etiam per teſtes familiares, & domeſticos.

NOX.

Reſolutio I.

Delictum commiſſum de nocte dicitur delictum difficilis probationis.

Reſolutio II.

Teſtis deponens de geſtis noctis tempore non probat, niſi dicat, quod luna lucebat, vel aliud aderat lumen.

Reſolutio III.

Statutum duplicans pœnam in delictis commiſſis de nocte habet locum in pœnis pecuniariis tantùm, non autem in corporalibus.

OCCISIO.

Reſolutio I.

Occidens vnum volens occidere alium puniri debet pœna ordinaria homicidii.

Reſolutio II.

Occidens aliquem tenetur hæredibus occiſi ad refectionem damnorum, & intereſſe.

Reſolutio III.

Occidere licet non ſolùm pro defenſione ſui ipſius, ſed etiam conſanguinei, amici, ſocii, & aliorum.

Reſolutio IV.

Occidens eum, qui ſuæ pudicitiæ inſidiabatur, nulla pœna puniri debet.

Reſolutio V.

Mediator rixæ occidens vnum ex rixantibus ſinè dolo non punitur pœna ordinaria.

Reſolutio VI.

Occidens aliquem cum baculo non punitur pœna ordinaria homicidii.

Reſolutio VII.

Occidens aliquem in ludo à conſuetudine introducto puniri non debet.

OFFENSIO.

Reſolutio I.

Offenſus recuſans manifeſtare offendentem poteſt ad id cogi etiam per torturam.

Reſolutio II.

Offenſio facta in veſtibus non dicitur propriè offenſio.

OFFICIALIS.

Reſolutio I.

Officialis cognoſcens carnaliter mulierem carceratam punitur pœna extraordinaria.

Reſolutio II.

Iudicem non ſalutans nudato capite punitur ratione irreuerentiæ.

INDEX.

OPERARII.

Reſolutio Vnica.

Operarij laborando in fundo alieno putando illum eſſe conducentis excuſantur à pœna.

OSCVLVM.

Reſolutio Vnica.

Oſculans mulierem per vim puniri debet pœna extraordinaria.

PATER.

Reſolutio Vnica.

Pater non tenetur ſoluere condemnationem fiſco pro filio delinquente.

PAX.

Reſolutio I.

Pacis fractæ delictum eſt mixti fori.

Reſolutio II.

Pax non dicitur rupta ex offenſione proueniente ex noua cauſa.

Reſolutio III.

Cauſa quælibet noua excuſat à fractura pacis etiam ſi ſit leuis & iniuſta.

Reſolutio IV.

Pax vt non dicatur rupta, præſumitur in dubio noua cauſa, & ex illa ſequutum fuiſſe offenſionem.

Reſolutio V.

Pœna conuentionalis vt exigi poſſit ob fracturam pacis à fideiuſſore, debet illa plenè probari.

Reſolutio VI.

Pœna fractæ pacis habet locum etiam ſi offenſio facta ſit extra territorium.

Reſolutio VII.

Filius non dicitur frangere pacem factum per patrem ſine eius conſenſu, vel ratificatione.

Reſolutio VIII.

Pace ſequuta inter partes, cautio de non offendendo non cenſetur caſſa.

Reſolutio IX.

Pactum poſitum in pace, quòd vnus non poſſit venire, & ſtare in ſua Ciuitate, non valet.

Reſolutio X.

Pax non dicitur rupta, niſi illa ſit ratificata, tàm ex parte offendentium, quàm offenſorum.

Reſolutio XI.

Pax probari etiam poteſt per teſtes.

Reſolutio XII.

Statuto ſtante minuente pœnam delinquenti confitenti delictum ſtante pace, negans delictum, & poſtea illud confitens gaudere debet beneficio Statuti.

Reſolutio XIII.

Statuto ſtante, nè remittatur delinquens, niſi habita pace ab hæredibus occiſi, Statutum intelligitur de hæredibus ſanguinis, non autem bonorum.

Reſolutio XIV.

Pax, ſeù cautio de non offendendo dicitur rupta ex exoneratione arcibuſij, licèt aduerſarius vulneratus non remanſerit.

Reſolutio XV.

Statuto minuente pœnam habenti pacem, ſi illa ab vno ſit producta non prodeſt alteri contumacia ad gaudendum beneficio Statuti.

Reſolutio XVI.

Conſanguinei, & attinentes, quando agitur pro fractione pacis contra conſanguineum poſſunt inſurgere pro honore familiæ, nè conſanguineus pingatur in loco publico vigore bannimentorum.

Reſolutio XVII.

Delictum non probatur per inſtrumentum pacis extraiudicialiter confectum.

Reſolutio XVIII.

Pacem faciendi ius de nece defuncti competit primo loco filijs, & ab eis pax eſt habenda.

Reſolutio XIX.

Pax eſt habenda ab vxore occiſi, quæ præfertur hæredibus, & conſanguineis.

Reſolutio XX.

Pater poteſt pacē facere pro filio de iniuria ei illata.

Reſolutio XXI.

Pacem non fuiſſe ruptam, in dubio eſt iudicandum.

Reſolutio XXII.

Minor quilibet maior infante poteſt facere pacem cum authoritate Tutoris, vel Curatoris.

Reſolutio XXIII.

Pax ſi ſit facta inter aliquos, non tamen per illam cenſentur remiſſa damna, & intereſſe.

Reſolutio XXIV.

Pacem facientes, ſi ſe pertutiant, & non conſtet quis fuerit primus, nemò tenetur de pace rupta.

Reſolutio XXV.

Ebrius offendens eum, cum quo pacem fecit, ſeù promiſit non offendere, pacem non rumpit.

PŒNA.

Reſolutio I.

Pœna impoſita à Statuto tollit pœnam impoſitam à iure communi.

Reſolutio II.

Pœna conuentionalis ex contractu pacis, ſeù cautionis de non offendendo tranſit ad hæredes.

Reſolutio III.

Pœnæ pecuniariæ impoſitæ contra contumaces non exiguntur in Statu Eccleſiaſtico.

Reſolutio IV.

Pœna impoſita in compromiſſo exigi poteſt in caſu inobſeruantiæ.

Reſolutio V.

Pœna contra alienantes bona in forenſes non habet locum, niſi ſequuta traditione.

Reſolutio VI.

Pœna impoſita per Statutum requirens certam qualitatem non habet locum, niſi probata d. qualitate.

Reſo-

Reſolutio VII.
Pœna debetur domino, cuius tempore fuit commiſſum delictum, non ſecundo domino, qui ſucceſſit in Principatu.
Reſolutio VIII.
Mandatum ſpeciale requiritur ad faciendum, dominium incidere in pœnam.
Reſolutio IX.
Pœna ordinaria non imponitur, ſed extraordinaria, quando ex coniecturis proceditur.
Reſolutio X.
Multitudini in delictis præcipuè capitalibus eſt parcendum.
Reſolutio XI.
Pœna ob frequentiam delictorum per Iudicem debet augeri.
Reſolutio XII.
Pœnæ locus non eſt, niſi expreſsè in iure ſit cautum.
Reſolutio XIII.
Iudex non poteſt ſinè cauſa pœnas augere, vel minuere, ſecùs cum cauſa.
Reſolutio XIV.
Pœna maior non debet imponi reo contumaci, quàm illa, quæ imponitur, ſi præſens eſſet.
Reſolutio XV.
Pœna indignationis Principis eſt arbitraria.

PERQVISITIO.

Reſolutio Vnica.
Perquiſitio in domo aliena pro re furata, & ſimili non eſt concedenda.

PRÆCEPTVM DE NON OFFENDENDO.

Reſolutio Vnica.
Præceptum factum parti de non offendendo, & quòd interim cautiones habeantur pro præſtitis, eſt validum, ita vt pœna exigi poſſit.

PRÆVENTIO.
Reſolutio I.
Præuentio habet locum inter plures Iudices, qui de eodem delicto cognoſcere poſſunt.
Reſolutio II.
Præuentio facta ab vno Iudice aufert iuriſdictionem ab alio, ita vt illi præferatur.
Reſolutio III.
Præuentio inducitur per citationem verbalem, & quoad partem, & quoad Iudicem.

PRINCEPS.
Reſolutio I.
Princeps non poteſt facere gratiam delinquenti, niſi concordata parte.
Reſolutio II.
Princeps non poteſt generaliter ſtatuere, quòd vnius dicto ſtandum ſit.
Reſolutio III.
Princeps poteſt ſubditos malæ vitæ à Statu eijcere, & ad confinia ponere etiam ſub pœna corporali.

PROBATIO.
Reſolutio I.
Probationes rei in criminalibus confundunt probationes actoris.
Reſolutio II.
Carceratus poteſt facere probationes ſibi fauorabiles, etiamſi illæ iuuent abſentes, puta correos, mandantes &c. alias ei tolleretur defenſio.
Reſolutio III.
Probationes in criminalibus ad condemnandum debent eſſe luce meridiana clariores.

PROCVRATOR.
Reſolutio I.
Procurator in pœnis capitalibus, & à relegatione ſupra non admittitur pro reo.
Reſolutio II.
Procurator, ſiuè alius admittitur ad allegandam cauſam abſentiæ, vel alterius impedimenti rei inquiſiti.

PROVOCATIO.
Reſolutio I.
Prouocatio facit, quòd offendens, vel occidens prouocantem non puniatur pœna ordinaria.
Reſolutio II.
Prouocatio probatur præſumptionibus, & coniecturis.

QVALITAS.

Reſolutio Vnica.
Qualitas pœnam inducens eſt probanda per fiſcum, vt ſequi poſſit condemnatio.

RECOGNITIO.
Reſolutio I.
Recognitio rei furatæ, & ſimilis eſt facienda repoſita inter plures.
Reſolutio II.
Recognitio cadaueris eſt facienda per teſtes aſſerentes, vidiſſe hominem mortuum, cum deſcriptione vulnerum.
Reſolutio I I.
Bannitus in contumacia ſi capiatur ante ſententiæ executionem, debet eius perſona recognoſci.

REPVLSA.
Reſolutio I.
Repulſa conceditur reo contra teſtes per fiſcum examinatos.
Reſolutio II.
Teſtes non repulſati in prima inſtantia non poſſunt repulſari in cauſa appellationis.

REVS

I N D E X.

R E V S.

Reſolutio I.

Reo admiſſo ad nouas defenſiones, fiſcus non poteſt aliud contra eum probare.

Reſolutio II.

Reus ſi dicat, habere aliquem pro viro proba, non poteſt illius perſonam reprobare, ſed ſolùm dictũ.

Reſolutio III.

Reus poteſt docere de ſua innocentia, etiam poſt concluſum in cauſa.

Reſolutio IV.

Reo ſunt edenda nomina teſtium pro Curia informatione examinatorum.

Reſolutio V.

Reus, qui ſubſtinuit negatiuam in tortura eſt abſoluendus.

Reſolutio VI.

Reus non poteſt renunciare defenſionibus, ita vt renunciatio non valeat.

Reſolutio VII.

Reo admiſſo ad nouas defenſiones, teſtes contra eum examinati non ſunt amplius repetendi.

Reſolutio VIII.

Reus admiſſus ad nouas defenſiones poteſt ex ſola contumacia, & banno torqueri.

Reſolutio IX.

Reus confeſſus delictum non poteſt interrogari, nec torqueri ſuper aliis delictis.

Reſolutio X.

Reus confeſſus delictum non poteſt interrogari, nec torqueri ſuper ſociis, complicibus &c.

Reſolutio XI.

Reus inquiſitus in partibus poteſt habere recurſum ad Papam, & ſe conſtituere in Curia.

Reſolutio XII.

Reo capto poſt condemnationem eſt dandus terminus ad dicendum contra ſententiam cum copia indiciorum.

R I X A.

Reſolutio I.

Rixa eſt duorum, vel plurimum vi contentio, quæ ex improuiſo ſuccedit.

Reſolutio II.

Rixæ author, ſi occidat, vel vulneret, non poteſt dicere, feciſſe ad ſui defenſionem.

SALVVS CONDVCTVS.

Reſolutio I.

Saluum conductum concedere ſpectat ad Principem ita vt Iudex non poſſit illum concedere.

Reſolutio II.

Saluus conductus ad ſe conferendum ad certum locum cenſetur conceſſus pro eundo, & redeundo.

Reſolutio III.

Bannitus, ſeù condemnatus citatus pro alio delicto non tenetur comparere, niſi ei oblato ſaluo conductu.

Reſolutio IV.

Saluus conductus à Principe reo conceſſus eſt ei punctualiter ſeruandus.

Reſolutio V.

Habens ſaluum conductum, ſi poſt illum delinquat, illum amittit.

Reſolutio VI.

Saluus conductus concedi debet inquiſito de pluribus delictis, tàm ſi delicta ſunt ſeparata, quam non.

S E Q V E S T R A T I O.

Reſolutio I.

Sequeſtrari nemo poteſt in domo ob timorem ſcandali, ſed tantùm ob delictum commiſſum.

Reſolutio II.

Creditores ſequeſtrantes cadauera debitorum puniuntur pluribus pœnis.

S I N D I C A T V S.

Reſolutio I.

Offendens Iudicem tempore ſindicatus ratione officij punitur, ac ſi durante officio illum offendiſſet.

Reſolutio II.

Barattaria, & concuſſio eſt plenè probanda, vt poſſit puniri criminaliter.

Reſolutio III.

Iudices hodie non ſindicantur, niſi de dolo, & barattaria.

Reſolutio IV.

Iudex, durante officio, non poteſt accuſari, & ſindicari.

Reſolutio V.

Querelæ contra Iudicem in ſindicatu non admittuntur elapſo termino ad querelandum.

S O C I V S C R I M I N I S.

Reſolutio I.

Socius criminis non poteſt regulariter de ſociis interrogari.

Reſolutio II.

Socius criminis, nominando alium, non facit contra eum indicium ad torturam.

Reſolutio III.

Socii criminis fuga non facit indicium contra ſocium

Reſolutio IV.

Socius criminis confrontatus cum ſocio eſt repetendus, ſocio petente, ſuper interrogatorijs.

S O D O M I A.

Reſolutio I.

In crimine ſodomiæ ſufficit, conſtare de corpore delicti per indicia, & præſumptiones.

Reſolutio II.

Sodomiæ crimen eſt atrociſſimum, & de exceptis.

Reſolutio III.

Sodomia crimen committens punitur pœna mortis.

Reſolutio IV.

Bulla Pij V. contra ſodomitas non habet locum in Clerico bis, aut ter d. crimen committens.

SPON-

I N D E X.

SPONTANEA COMPARITIO.

Reſolutio Vnica.

Spontanea comparitio rei magnam innocentiæ arguit præſumptionem.

STATVTVM.

Reſolutio I.

Statutum, quòd exonerans arcebibuſium cum offenſione incidat in pœnam vitæ, non comprahendit offendentem in veſtibus.

Reſolutio II.

Statutum probibens extrahi blada extra territorium non ligat portantem bladaper tranſitum.

Reſolutio III.

Statutum loquens de mutilante membrum non habet locum in mutilante digitum.

Reſolutio IV.

Statutum ſi puniat congregationem hominem armatorum, non cenſentur armati deferentes baculos, ſecures, lapides, & ſimilia.

Reſolutio V.

Statutum mandans, bannitos poſſe impunè offendi, eſt validum.

STVPRVM.

Reſolutio I.

Corpus delicti in ſtupro eſt probandum per obſtetrices, & peritos.

Reſolutio II.

Stuprata aſſertio facit indicium ad torturam contra ſtuprantem cum adminiculis.

Reſolutio III.

Stuprum probatur ex coniecturis, & præſumptionibus.

Reſolutio IV.

Stuprator perſona honeſta punitur publicatione medietatis bonorum, & vilis corporaliter.

SVBORNATIO.

Reſolutio I.

Subornans teſtem ad falſum ſequuta depoſititione incidit in pœnam falſi.

Reſolutio II.

Teſtis aſſerens, falſum depoſuiſſe ſubornatum ab aliquo, non facit contra eum indicium ad torturam.

Reſolutio III.

Subornatio probatur præſumptionibus, & coniecturis.

SVFFOCATIO.

Reſolutio I.

Suffocationis corpus delicti probatur ex relatione Medicorum.

TESTIS QVOAD PERSONAS.

Reſolutio I.

Teſtis inimicus non probat.

Reſolutio II.

Parentes pro filiis, & filii pro parentibus teſtes eſſe non poſſunt.

Reſolutio III.

Parentes cogi non poſſunt ad deponendum contra filios, & è contra.

Reſolutio IV.

Frater non poteſt eſſe teſtis pro fratre in criminalibus.

Reſolutio V.

Frater in criminalibus non poteſt cogi ad deponendum contra fratrem.

Reſolutio VI.

Vxor pro marito, & maritus pro vxore non poſſunt teſtimonium dicere.

Reſolutio VII.

Vxor cogi non poteſt ad teſtificandum contra virum.

Reſolutio VIII.

Spurii non admittuntur ad teſtificandum in criminibus, in quibus requiruntur teſtes omni exceptione maiores.

Reſolutio IX.

Fuſtigati publicè non ſunt idonei teſtes.

Reſolutio X.

Teſtis excommunicatus non admittitur ad teſtificandum.

Reſolutio XI.

Accuſatus, vel inquiſitus, pendente iudicio, repellitur à teſtificando.

Reſolutio XII.

Teſtis ebrius repellitur à teſtificando.

Reſolutio XIII.

Proxeneta non eſt in criminalibus teſtis idoneus in negocio, in quo fuit mediator.

Reſolutio XIV.

Minor 25. annorum, & maior 20. in criminalibus eſt teſtis idoneus.

Reſolutio XV.

Mulier de iure canonico non admittitur ad teſtificandum in cauſa criminali.

Reſolutio XVI.

Meretrix, vti infamis, repellitur à teſtificando.

Reſolutio XVII.

Mulier prægnans cogi poteſt ad teſtificandum.

Reſolutio XVIII.

Conſanguinei, & affines in criminalibus non ſunt teſtes idonei pro eorum conſanguineis, & affinibus.

Reſolutio XIX.

Conſanguinei, & affines non poſſunt cogi ad teſtificandum contra conſanguineos, & affines.

Reſolutio XX.

Socius itineris non eſt teſtis idoneus ſuper iniuria facta ſocio.

Reſolutio XXI.

Iudæus non poteſt eſſe teſtis contra Chriſtianum.

Reſolutio XXII.

Birruarii omninò repelluntur à teſtificando.

Reſolutio XXIII.

Teſtis pauper in criminalibus repellitur à teſtificãdo

Reſo:

INDEX,

Reſolutio XXIV.
Teſtes domeſtici, & familiares in criminalibus non admittuntur ad teſtificandum.
Reſolutio XXV.
Teſtes patientes plures defectus nihil probant.

TESTES QVOAD DICTA.

Reſolutio I.
Teſtes ſingulares in criminalibus non probant.
Reſolutio II.
Teſtis dans alium in conteſtem non probat, ſi conteſtis id neget.
Reſolutio III.
Teſtis aliter deponens, ſi eius depoſitio ſit falſa, non punitur de falſo.
Reſolutio IV.
Teſtes de auditu alieno in criminalibus non probant.
Reſolutio V.
Teſtis deponens de geſtis noctis tempore non probat, niſi dicat, quòd luna luceret, vel aliud lumen adeſſet.
Reſolutio VI.
Teſtis deponens, cognouiſſe aliquem ad vocem probat.
Reſolutio VII.
Teſtis depoſitio tota debet approbari, vel reprobari.
Reſolutio VIII.
Teſtis negans ſe conſanguineum, inimicum, pauperum, & ſimilia, ſi talis ſit, dicitur falſus.
Reſolutio IX.
Teſtis dicto extraiudiciali non eſt ſtandum.
Reſolutio X.
Teſtes inter ſe contrarij, licèt non probent, non tamen puniuntur de falſo.
Reſolutio XI.
Teſtis negans id, quod reſultaret in eius infamiam, vel damnum non punitur de periurio.
Reſolutio XII.
Teſtes deponentes, vſuras ſoluiſſe, non probant illum vſurarium.
Reſolutio XIII.
Teſtis obſcurè, & dubitatiuè deponens non probat in criminalibus.
Reſolutio XIV.
Teſtis examinatus pro fiſco poteſt examinari etiam per reum ad eius defenſionem.
Reſolutio XV.
Teſtis deponens ſine redditione rationis in criminalibus non probat.
Reſolutio XVI.
Teſtis vnicus in criminalibus, non probat.
Reſolutio XVII.
Teſtis, qui dubitatiuè deponit non poteſt redargui, quòd falſum dixerit.
Reſolutio XVIII.
Teſtibus deponentibus pro non delicto magis creditur quàm deponentibus pro fiſco, & pro delicto.

TESTES QVOAD EXAMEN.

Reſolutio I.
Teſtes in criminalibus examinari poſſunt per Iudicem procedentem ex officio, etiam poſt dicta teſtificata.
Reſolutio II.
Teſtis examinatus ſine iuramento non probat.
Reſolutio III.
Teſtes examinandi ſunt non ſimul, ſed ſeparatè.
Reſolutio IV.
Teſtes examinati coram Iudice incompetente non probant.
Reſolutio V.
Teſtes examinati, parte non citata, in criminalibus non probant.

TESTIVM MISCELLANEA.

Reſolutio I.
Teſtes in criminalibus de conſuetudine ad ſe examinandum compelluntur.
Reſolutio II.
Teſtis examinatus citatus ad ſe repetendum ſi non compareat, eius prima depoſitio præſumitur falſa.
Reſolutio III.
Teſtis examinatus pro Curia, ſi in repetitione deponat contrarium, non probat.
Reſolutio IV.
Teſtis deponens ſub ſpe impunitatis non probat.
Reſolutio V.
Teſtis, qui repellitur in totum à teſtificando, adminiculis non admittatur.
Reſolutio VI.
Teſtis habilitas attenditur de tempore depoſitionis, & examinis.
Reſolutio VII.
Teſtes inhabiles, qui admittantur ad teſtificandum in criminibus exceptis, non dicuntur omni exceptione maiores.
Reſolutio VIII.
Teſtis non tenetur reſpondere interrogatorio continenti crimen, & turpitudinem ipſius.
Reſolutio IX.
Teſtes duo ſufficiunt in criminalibus ad condemnandum.
Reſolutio X.
Teſtis, quòd ſit omni exceptione maior, non præſumitur, ſed eſt probandum.
Reſolutio XI.
Teſtis examinatus per Notarium ſi neget, ita depoſuiſſe, non creditur Notario contra teſtem, nec teſtis contra Notarium ad effectum puniendi.

TORTVRA.

Reſolutio I.
Tortura inferri poteſt omnibus perſonis, niſi expreſsè à iure prohibeatur.

Reſo:

I N D E X.

Reſolutio II.

Tortura non poteſt inferri, non conſtito de corpore delicti.

Reſolutio III.

Indicia leniora ſufficiunt ad torturam in delictis difficilis probationis.

Reſolutio IV.

Tortura non poteſt inferri denegatis defenſionibus.

Reſolutio V.

Teſtis ob mendacium, vel variationem torquetur denegata copia indiciorum.

Reſolutio VI.

Reus recuſans Iudici reſpondere, vel non praciſè poteſt cogi per torturam.

Reſolutio VII.

Homicidio à pluribus inrixa commiſſo, ſi ignoretur quis vulneraverit, & occiderit, poſſunt omnes rixantes torqueri ad eruendam veritatem.

Reſolutio VIII.

Reus, ſi propter dignitatem, vel ætatem torqueri non poſſit, condemnatur in pœnam extraordinariam.

Reſolutio IX.

Tortura non poteſt inferri ſinè legitimis indicijs.

Reſolutio X.

Tortura illata principali, qui fuit negativus, ſuffragatur etiam imputatis de auxilio, et favore.

Reſolutio XI.

Tortura inferri poteſt in omnibus delictis, in quibus imponitur pęna corporalis.

Reſolutio XII.

Tortura ſemel reo illata non eſt amplius repetenda.

Reſolutio XIII.

Tortura incipi debet à timidiore, debiliore, & ab eo, à quo eſt veriſimilius, haberi veritatem.

Reſolutio XIV.

Tortura non purgat plenas probationes, ita vt, ſi tortus perſiſtat, adhuc eſt condemnandus pęna extraordinaria.

Reſolutio XV.

Tortura in teſtibus non purgat plures defectus.

Reſolutio XVI.

Reus non eſt torquendus vltra horam, etiam in crimine graviſſimo.

Reſolutio XVII.

Iudex non poteſt de facto ad torturam devenire, ſed debet precedere decretum.

Reſolutio XVIII.

Torturæ non eſſe locum, eſt pronunciandum in dubio.

Reſolutio XIX.

Confeſſio facta in tortura non nocet niſi illa ſit ratificata extra torturam.

Reſolutio XX.

Teſtis veriſimiliter informatus, ſi recuſet dicere veritatem, poteſt per Iudicem torqueri.

T R A C T A T V S.

Reſolutio Vnica.

Tractatus ad delinquendum non præſumitur, ſed eſt probandus.

V E N E N V M.

Reſolutio I.

In crimine veneni vt procedi poſſit, debet conſtare de corpore delicti.

Reſolutio II.

Veneni crimen dicitur delictum difficilis probationis.

Reſolutio III.

Veneno aliquem occidens dicitur homicida proditorius.

V S V R A.

Reſolutio I.

Vſura eſt omni iure prohibita.

Reſolutio II.

Vſura crimen eſt delictum mixti fori.

Reſolutio III.

Teſtes deponentes ſolviſſe vſuras, non probant quem vſurarium.

V V L N V S.

Reſolutio I.

Vulnus quando conſtat non eſſe mortale, vulnerans, mortuo vulnerato, non tenetur de occiſo.

Reſolutio II.

Vulnerans tenetur vulneratu reficere damna & intereſſe.

Reſolutio III.

Si duo rixantur, & vnus remaneat vulneratus, vel occiſus, præſumitur, id actum à corrixante.

V X O R.

Reſolutio I.

Vxor pro ſua hypotheca dotali poteſt impedire devaſtationem domus viri delinquentis.

Reſolutio II.

Vxor eximens virum de manibus Curiæ non punitur pœna ordinaria, vel Bulla Sixti V.

INDEX
RESOLVTIONVM CRIMINALIVM
Nouiter Additarum.

AFFECTVS.

Reſolutio Vnica.

AFFECTVS de generali cunſuetudine an puniatur pœna ordinaria non ſequuto effectu.

CAVTIO DE BENE VIVENDO.

Reſolutio V.

Fideiuſſor de bene viuendo an teneatur ad pœnam reo condemnato in contumacia.

CAVTIO DE NON OFFENDENDO.

Reſolutio X.

Pater an teneatur cauere de non offendendo pro filiis ſpurijs.

CONFISCATIO

Reſolutio XV.

Fructus bonorum fideicommiſſorum an tranſeant in fiſcum durante vita granati delinquentis.

CORPVS DELICTI.

Reſolutio VI.

In exploſione archibuſiata quomodo conſtare debeat de corpore delicti.

DAMNATVS AD REMIGANDVM.

Reſolutio II.

Damnati ad remigandum, an amittant teſtamenti factionem.

DELICTVM.

Reſolutio XIII.

Delictum an extinguatur per mortem delinquentis.

EPISCOPVS.

Reſolutio IV.

Epiſcopus an poſſit delegare laico cauſas criminales Clericorum.

FALSVM.

Reſolutio XXI.

Teſtis deponens falſum an excuſetur ſi deponat ſuper factu, de quo poteſt præſumi obliuio.

Reſolutio XXII.

Adſcribens ſibi legatum in teſtamento an incidat in pœnam falſi.

FIDEIVSSOR.

Reſolutio VIII.

Cancellarius recipiens fideiuſſorem non idoneum an teneatur de proprio.

FORVM.

Reſolutio VII.

Perſonæ miſerabiles an poſſint declinare forum etiam in criminalibus.

GABELLA.

Reſolutio IX.

Contrabanni cauſa an dicatur cauſa ciuilis, vel criminalis.

GRATIA:

Reſolutio V.

Gratiatus a Principe an poſſit amplius examinari pro habendis complicibus, & ſimilibus.

IVDÆVS.

Reſolutio I.

Iudæus cognoſcens carnaliter Chriſtianam qua pœna puniatur.

Reſolutio II.

Iudæus factus Chriſtianus an puniatur pro delictis in Iudaiſmo commiſſis.

OCCISIO.

Reſolutio VIII.

Occidens ſeipſum qua pœna puniri debeat.

Reſolutio IX.

Maritus occidendo vxorem an priuetur lucro dotis ſibi ex pactu debito.

OFFICIALIS.

Reſolutio II.

Offendens Officialem non ex cauſa officij an incurrat pœnam læſæ Maieſtatis.

PÆNA.

Reſolutio XVI.

Pœna impoſita contra non accurrentes cum armis ad ſonum campanæ an liget ſenes.

PERIVRIVM.

Reſolutio Vnica.

Periurus in iuramento deciſiuo an poſſit puniri criminaliter.

REVS.

Reſolutio XIII.

Reus carceratus an ſit relaxandus fideiuſſoribus quando delictum eſt leue, vel pœna eſt pecuniaria.

SINDICATVS.

Reſolutio VI.

Perſonæ miſerabiles in cauſa Sindicatus an poſſint declinare forum.

STATVTVM.

Reſolutio VI.

Statutum puniens aggredientem in domum an habeat locum in aggrediente in uſtio domus.

TORTVRA.

Reſolutio XXI.

Tortura an poſſit inferri in die feriata in honorem Dei.

FINIS.

RESOLVTIONES CRIMINALES ANTONII CONCIOLI IVR. CONS. CANTIANENSIS.

ABSOLVTIO.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio ſemel de delicto non poteſt ampliùs de eo moleſtari.*

Procedit, quando eſt abſolutus diffinitiuè, ſecùs ſi ab obſeruatione iudicij, num. 2.

3 *Abſolutus ab obſeruatione iudicij poteſt iterum moleſtari ex nouis iudicijs, quæ ſunt diuerſa à primis.*

Et dummodò indicia ſuperuenientia ſint grauia, & ſufficientia ad torturam, num. 4.

5 *Abſolutus poteſt iterum moleſtari, quando proponitur noua cauſa, quæ alterat, ſeu diuerſificat delictum.*

Et quando fuit nulliter abſolutus, num. 6.

Ac etiam quando volens noviter accuſare, ſuam iniuriam proſequeretur, & allegaret ignorantiam primæ accuſationis, num. 7.

Et ſtante colluſione, num. 8.

RESOLVTIO I.

Abſolutus ſemel de delicto an poſſit de eo amplius moleſtari.

1 ABſolutus ſemel de aliquo delicto non poteſt ampliùs de eo moleſtari *leg. pen. §. fin. ff. naut. caup. ſtabul. l. ſi cui 7. §. ijſdem, & ibi Bart. ff. de accuſat. cap. de bis 6. eod. tit.* & tradunt *Clar. in pract. §. fin. quaeſt. 57. in princip.* vbi teſtatur de communi opinione, latè *Farin. de inquiſ. quaeſt. 4. nu. 1. & ſeq.* vbi alios dat concordantes, *& conſ. 4. nu. 17. lib. 1. Decia. tract. crim. lib. 3. cap. 30. in prin. Coſta de ſcien. & ignor. cent. 2. diſt. 68. num. 1.* vbi ampliat, etiam ſi noua ſuperueniant indicia *Caball. reſol. crimin. caſu 93. num. 1. cent. 1. Scacc. de ind. lib. 1. cap. 12. num. 84. Guazzin. defen. 2. cap. 7. in prin. Vermigl. conſ. 55. n. 2. Vrſell in exam. apum concl 12. num. 1. & ſeq.* qui alios dant concordantes, plenè *Giurb. conſ. 51. num. 17. & 18.* vbi dicit id fieri neque poſſe de mandato Principis, vt ibi per eum.

Volenti enim iterum accuſare, ſeù inquirere ſemel abſolutum obſtat exceptio rei iudicatæ *l. 2. C. de excep. re iudic. Boer. deciſ. 289. num. 9. Farin. de inquiſ. d. quaeſt. 4. in prin. Guazzi. d. defen. 2. cap. 7. num. 2.* vbi dicit, d. exceptionem impedire litis ingreſſum, cum de eodem delicto bis quæri non poſſit *d. cap. de bis 7. & ibi not. Canoniſtæ de accuſ.* & ſcribit *Farin. in d. quaeſt. 4. in prin. & in d. conſ. 4. n. 17. & Giurb. d. conſ. 51. num. 17. & 18.*

2 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locum quando reus fuit abſolutus diffinitiuè tanquam innocens, ſecus ſi fuit abſolutus ab obſeruatione iudicij tantum, puta cum clauſula *ex hactenus deductis*, vel *rebus ſic ſtantibus*, & ſimilibus, quia delictum non fuit probatum, iuxta communem practicam, quia tunc, d. abſolutione non obſtante, poteſt iterum moleſtari ex nouis ſuperuenientibus indicijs, etiam ab eodem Iudice, vt tradunt *Boſſ. in pract. in tit. de ſenten. num. 65. Clar. in pract. in d. quaeſt. 57. num. 3 & ibi Baiar. in prin. Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 1. num. 8. & lib. 2. cap. 10. num. 1. Farin. in d. quaeſt. 4. num. 23. & ſeq. Coſta d. diſt. 68. num. 7. Caball. d. caſu 93. num. 8. & ſeq.* plenè *Guazzi. d. defen. 2. cap. 7. num. 7. & 9.* vbi alios adducit concordantes *Giurb. d. conſ. 53. numer. 31. Illuſtriſs. Sperell. deciſ. 134. num. 65. par. 2.*

3 Declara primò d. primam limitationem, quod reus abſolutus ab obſeruatione iudicij poſſit iterum

moleſtari ex nouis ſuperuenientibus indicijs, vt habeat locum quando indicia, quæ ſuperuenerunt, non ſunt de illis, quæ in proceſſu antea extabant, ſed ſunt diuerſa, quia ſuper primis iam purgatis non poteſt fieri fundamentum, etiam ſi melius probarentur, cum tunc non dicatur ſuperuenire nouum indicium, ſed noua veteris indicij probatio, noua enim indicia dicuntur illa, quæ differunt à veteribus ſpecie, vel ſubſtantia, vt ſi prima indicia erant de mala fama, vel de inimicitia, & poſtea ſuperuenerunt teſtes de viſu, & ſimilia, vt declarant *Ouid. de Suxar. de indic. & tort. n. 57. Brun. de indic. par. 2. queſt. 3. num. 63.* & alij quos refert, & ſequitur *Guazzi. defen. 2. cap. 7. num. 18. Caball. d. caſu 93. num. 43. & ſeq. Ioan. Bapt. Rotell. inter conſ. Farin. conſ. 108. num. 18. & 19. lib. 2.*

4 Declara ſecundo d. limitationem, vt indicia ſuperuenientia debeant eſſe grauia, & ſufficientia ad torturam, & non aliter, vt docent *Boſſ. in pract. in tit. de ſent. num. 61. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 46. verſ. pariter etiam & Ex Thob. Non. conſ. 103. num. 5.* & ſentit *Farin. de inquiſ. d. queſt. 4. numer. 25. in fin. Guazzin. defen. 6. cap. 4. num. 20. & 36. Pir. Maur. de fideiuſ. par. 1. ſect. 2. cap. 3. num. 25. & Io. Bapt. Rotel. inter conſ. Farin. d. conſ. 108. num. 18. & 19.* & de hac materia dixi infra in verbo *Fideiuſſor.*

5 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando poſt abſolutionem proponeretur noua cauſa, quæ alteraret, vel diuerſificaret delictum, vt ſi quis fit inquiſitus de homicidio ſimplici, & de eo fuerit abſolutus, & poſtea imputetur de homicidio cum qualitate parricidij, & ſimilia, quia tunc ſuper illo poſſet denuò moleſtari, cum tunc non dicatur inquiri ſuper eodem delicto, ſed ſuper diuerſo, licèt aliud ſit quando noua qualitas non alteraret, nec diuerſificaret delictum, vt tradunt *Anton. Gomez variar. reſ. tom. 3. cap. 1. num. 27. Foller. in pract. cano. par. 3. cap. 35. num. 8. Farin. de inquiſ. d. queſt. 4. num. 4.* vbi dicit propter nouam qualitatem, quæ non diuerſificat delictum, non poſſe abſolutum nouiter moleſtari, etiam ſi illa augeret pœnam, vt ibi per eum, & in abſoluto à percuſſione, quod poſſit iterum moleſtari cum qualitate, quod illa facta fuerit cum hominibus coadunatis, voluit *Decia. tract. crim. lib. 3. cap. 30. nu. 24.* & cum hac limitatione pertranſit *Guazzin. defen. 2. cap. 7. num. 28.* quicquid contrarium ſentire poſtea videatur *num. 27. Vrſil. d. concl. 12. num. 6.*

Licet contrariam opinionem, nempè abſolutum non poſſe moleſtari iterum ex cauſa, & qualitate aggrauante delictum, latè conſuluerit *Eugen. conſ. 64. per tot. lib. 1.* & quod pariter abſolutus de homicidio non poſſit iterum moleſtari ſuper aliqua qualitate aggrauante, voluit *Decia. d. cap. 30. nu. 16.*

6 Limita tertio d. concluſionem, vt non habeat locum quando reus fuit nouiter abſolutus, quia tunc ille poteſt ab eodem Iudice, ſeu eius ſucceſſore iterum inquiri, & proceſſari *l. ſi accuſatoribus 4. & ibi not. Bald. & Salic. C. de accuſat. Farinacc. conſ. 53. num. 2. in fin. lib. 1. Guazzi. defen. 2. cap. 7. num. 53.* vbi dicit, idem eſſe quando iudex ex abrupto reum abſoluit ob ineptitudinem libelli, non datis copijs, & prout latius ibi per eum, *Giurb. d. conſ. 53. num. 31.*

7 Limita quartò d. concluſionem, vt non habeat locum in eo, qui volens iterum accuſare, ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequeretur, & allegaret ignorantiam primæ accuſationis contra reum abſolutum propoſitæ, quia tunc poteſt iterum accuſare, abſolutione præcedenti non obſtante, vt tradunt *Clar. in pract. §. fin. quaſt. 57. verſ. ſed pone &c. Anton. Gomez variar. reſ. tom. 3. cap. 1. num. 26.* latè *Farin. de inquiſ. d. quaſt. 4. num. 20.* vbi alios adducit ita ſentientes *Decia. tract. crim. lib. 3. cap. 30. num. 23. Coſta d. diſt. 68. num. 3. Guazzi. defen. 2. cap. 7. num. 46. & ſeq.* vbi docet quomodo probetur ignorantia ad d. effectum iterum accuſandi, & dicit, hanc limitationem habere tantùm locum in cauſis grauibus, & præſtita fideiuſſione de reficiendis expenſis in caſu ſuccumbentiæ, vt ibi per eum *Ill. D. meus Sperell. deciſ. 173. num. 79. par. 2.*

8 Limita quintò d. concluſionem, vt non habeat locum quando per fraudem, aut colluſionem fuiſſet abſolutus, vt poſt *Boſſ. Clar. Gomez. Farin. Guazz. Caball. Decia.* & alios per eum adductos firmat *Giurb. d. conſ. 53. num. 32. & Illuſtriſs. Sperell. d. deciſ. 173. num. 80.*

ADDITIO.

N. 3. & 4. Vbi habetur, quod reus abſolutus ab obſeruatione iudicij poſſit iterum moleſtari ob ſuperuenientiam nouorum indiciorum, indicia ſuperuenientia debent eſſe diuerſa ſpecie, vel ſubſtantia ab indicijs, quæ primo extabant contra reum, & quod debent eſſe grauia, & ſufficientia ad torturam, Declara prædicta habere locum quando prima indicia contra reum extantia fuerunt purgata per torturam, vel fuerunt eliſa per contrarias probationes, quia illa vti mortua reuiuiſcere non poſſunt, ſecus tamen eſt, ſi reus fuit abſolutus, quia indicia non ſufficiebant ad torturam, quia tunc illa coniungi poſſunt cum nouis indicijs, licet illa non ſint grauiora primis, & non ſint ab illis diuerſa, vt declarant *Farinac. in addit. ad queſt. 4. de Inquiſ. num. 30. & 46.* vbi dicit, ita pluries practicaſſe, & practicari vidiſſe *Guazzi. defen. 30. cap. 23. num. 7. verſ. & hoc verum, &c. & Criſpol. caſu milit. 34. nu. 17.* vbi dicit, relaxatum ſub fideiuſſione de ſe repræſentando habere præſumptionem pro ſe, quod indicia fuerint purgata, vt ibi per eum.

N. 8. Vbi habetur quod abſolutus per fraudem, vel colluſionem poteſt iterum moleſtari adde *P. Mart. Delrio diſquiſ. magic. lib. 5. ſect. 2. verſ. ſexto requiritur &c. cum verſ. ſeq.* vbi dicit, idem habere locum quando reus fuit abſolutus ab obſeruatione indicij, ſi qualitas quæ in noua accuſatione, vel Inquiſitione addetur diuerſificat delictum, & ſi fuit abſolutus ignorante eo, qui ſuam, vel ſuorum proſequitur iniuriam, Si tamen crimen ſit graue, & cauſa magna, niſi habuerit gratiam à Principe, vt *ibi per eum*, & habetur etiam in ſupradictis limitationibus.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio adulteri prodeſt etiam adulteræ.*
Procedit in crimine adulterij fauore matrimonij,

monij, non autem in inceſtu, & alijs, numer. 4.
2 *Adulteri ſimul in eodem libello accuſari nō poſſunt.*
3 *Condemnatio adulteri adulteræ non nocet.*

RESOLVTIO II.

Abſolutio adulteri an proſit adulteræ.

1 ABſolutio adulteri prodeſt etiam adulteræ, ita vt, ſtante d. abſolutione, illa de adulterio amplius accuſari non poſſit, ceſſante colluſione *l. denunciaſſe*, 17. *§. quæritur an alius*, & ibi *Alberic. Bart. & Cuman. & l. adulter.* 19. *§. nupta, ff. ad leg. iul. de adult.* & tradunt *Angel. de maleſic. in verſ. Che hai adulterato la mia donna, num.* 49. *Anton. Gomez ad leg.* 80. *Taur. nu.* 72. *Baiar. ad Clar. §. adulterium, num.* 94. *Decia. tract. crim. lib.* 3. *cap.* 28. *num.* 7. *Farin. de delict. carn. quæſt.* 141. *num.* 108. alios adducens concordantes *Ciriac. controu.* 354. *num.* 1. *& ſeq. & num.* 21. vbi dicit, hoc eſſe ſpeciale fauore matrimonij.

2 Amplia primò d. concluſionem illatiuè, vt adulteri ſimul eodem libello accuſari non poſſint, ita vt libellus non procedat etiam parte non opponente *l. ſi maritus,* 15. *§. fin. d. l. denunciaſſe,* 17. *§. quæritur, l. vim paſſa,* 39. *§. duos, ff. ad leg. iul. de adult. l. reos,* 8. *C. eod. tit.* & not. *Anton. Gomez ad d. l. Taur.* 80 *num.* 72. *Decia. tract. crim. d. lib.* 3. *cap.* 28. *num.* 7. *Baiar. ad Clar. in d. §. adulterium, in princ. & Ciriac. in d. controu.* 354. *num.* 4. 5. *& ſeq.* vbi dicit, hanc ampliationem non procedere, quando agitur coram Iudice Eccleſiaſtico ad ſeparationem thori.

3 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in condemnatione adulteri, quæ adulteræ non nocet, nec ei facit præiudicium, vt ſcripſerunt *Ant. Gomez ad d. leg. Taur.* 80. *num.* 72. *Baiar. ad Clar. in d. §. adulterium, num.* 94. *Decia. d. lib.* 3. *cap.* 28. *num.* 7. *Farin. in d. quæſt.* 141. *num.* 108. *& Ciriac. d. contr.* 354. *num.* 3.

4 Declara primò d. concluſionem, vt habeat tantùm locum in crimine adulterij ob fauorem matrimonij, non autem in crimine inceſtus, & ſimilium, quæ cùm non gaudeant d. fauore, ideo abſolutionem ſocij non prodeſſe alteri in eis, tradunt *Decia. d. lib.* 3. *cap.* 28. *num.* 8. *& Ciriac. d. contr.* 354. *num.* 21. *& ſeq.* vbi loquitur quando ille, qui commiſit inceſtum, fuit abſolutus, quia delictum non fuit probatum, ſecus tamen ſi probaſſet innocentiam, vt ibi per eum, & dixi ego de mandante, & mandatario infra in verbo Mandatum, vide ibi.

ADDITIO.

N. 3. VBi habetur, quod condemnatio adulteri adulteræ non nocet adde *Illuſtriſs. Sperell. deciſ.* 136. *n.* 31. *par.* 2. qui ex *Crau. conſ.* 206. per eum relato dicit, quòd abſolutio adulteri adulteræ prodeſt, ſed condemnatio eiuſdē licet adulteræ non noceat, facit tamen contra eum talem qualem præſumptionem ex eodem *Crau. de antiq. temp. par.* 2. *num.* 45. *& ſeq.* remittendo ſe ad *Alex. in l. ſæpe,* 63. *num.* 70. *ff. de iudic.* Et quod abſoluto vno ex adulteris veniat abſoluendus etiam alter, voluit *Ciriac. controu.* 605. *num.* 27. *tom.* 4. allegans præcipuè *Baiard. ad Clar. in §. adulterium, num.* 94.

SVMMARIVM.

1 *Iudex abſolutus per Syndicatores in Syndicatu non poteſt iterum per alium Iudicem moleſtari.*
Tàm de iure Ciuili, quàm Canonico, num. 2.
Item etiam ſi ſit abſolutus tacitè ob lapſum temporis ad querelandum aſſignati, num. 3.
Limita d. concluſ. pluribus modis remiſſiuè, nu. 4

RESOLVTIO III.

Iudex abſolutus per Sindicatores in Sindicatu an poſſit iterum coram alio Iudice moleſtari.

1 IVdex abſolutus per Syndicatores in Syndicatu non poteſt iterum coram alio Iudice moleſtari, vt tradunt *Putc. de Syndic. in §. officialis, cap.* 1. *num.* 2. vbi hoc limitat in ignorante, & abſente, *Turret. conſ.* 4. *num.* 7. *lib.* 1. *Muta deciſ. Sicil.* 5. *num.* 14. *Maſtrill. de magiſtrat. lib.* 6. *cap.* 6. *num.* 29. *Felic. allegat.* 3. *num.* 1. *& alleg.* 46. *num.* 91. *par.* 11. quos vna cum alijs pluribus refert, & ſequitur *Giurb. conſ.* 53. *num.* 18. vbi ampliat, hanc concluſionem habere locum ſiuè contra Iudicem proceſſum ſit per accuſationem, ſiuè per inquiſitionem, vt ibi per eum,

Obſtat enim in d. caſu exceptio rei iudicatæ *l.* 2. *C. de excep. rei iudic.* & tradunt *Farinacc. de inquiſ. d. quæſt.* 4. *in princip. Guazzin. defen.* 2. *cap.* 7. *num.* 2. *Giurb. d. conſ.* 53 *num.* 18. cum de eodem crimine bis quæri non poſſit *cap. de his* 7. *& ibi not. Canoniſtæ de accuſ. Farin. conſ.* 4. *num.* 17. *lib.* 1.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum tàm de iure ciuili, quàm canonico, vt aduertunt *Clar. in pract. § fin. quæſt.* 57. *num.* 8. *& ſeq. Farinac. de inquiſ. d. quæſt.* 4. *num.* 3. *Guazzin. d. defen.* 2. *cap.* 7. *num.* 3 *& Giurb. d. conſ.* 53. *ſub num.* 18. alios adducens ita ſentientes.

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum non ſolùm in Iudice abſoluto expreſsè per Syndicatores, verùm etiam in abſoluto tacitè per lapſum temporis aſſignato ad querelandum, quia eo elapſo, Officialis non poteſt amplius moleſtari, vt not. *Clar. in pract. §. fin. quæſt.* 51. *num.* 6. vbi teſtatur de communi opinione & *Anton. Gomez variar. reſol. tom.* 3. *cap.* 1. *num.* 23. vbi dicit, ita quotidiè practicari *Thomat. deciſ. Marcb.* 25. *per tot.* vbi dicit, ita fuiſſe iudicatum *Giurb. conſ.* 53. *ſub num.* 18. *Maſſin. de confiſc. bonor. quæſt.* 11. *n.* 11. & dixi ego latiùs infra in verbo *Syndicatus*, vbi alios adduxi concordantes, vide ibi.

Limita primò d. concluſionem; vt non habeat locum in pluribus caſibus relatis ſupra in hoc verbo *Abſolutio concl.* 1. in limitationibus ad d. reſolutionem appoſitis, quæ cum ferè omnes huic concluſioni conuenire videantur, ideò breuitatis ſtudio lectorem ad d. locum remittere cenſui.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutus de crimine in loco delicti non poteſt de eo iterum moleſtari per Iudicem domicilij, vel originis, & è contra.*

Quicquid tenuerint Doct. relati, num. 2.

3 *Abſolutus a Iudice Eccleſiaſtico in delictis mixti fori, non poteſt moleſtari per Iudicem laicum, & è contra.*

Amplia, habere locum etiam in condemnato per Iudicem Eccleſiaſticum, qui non poteſt moleſtari per Iudicem laicum, num. 4.

5 *Abſolutus in vno foro poteſt moleſtari in alio, ſi fuit abſolutus ab obſeruatione iudicij tantùm.*

Item, quando abſolutio facta fuit per colluſionem, vel fraudem, num. 6.

7 *Gratiatus de delicto in vno loco quando poſſit moleſtari in alio loco, vide num. 7.*

RESOLVTIO IV.

Abſolutus de crimine in loco delicti an poſſit de eodem crimine ampliùs moleſtari in loco domicilij vel originis.

1 ABſolutus de crimine in loco delicti, non poteſt de eodem crimine amplius moleſtari, nec puniri per Iudicem domicilij, vel originis, & è contra, vt ſcripſerunt *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 39. verſ. ſed quæro numquid &c. in fin. Boſſi. in pract. in tit. de Foro compet. num.* 100. & latè comprobat *Farin. de inquiſ. quæſt. 7. num. 26. verſ. ſed tertia, & verior &c.* vbi poſt relatas plures opiniones teſtatur, hanc eſſe veriorem, & practicatam opinionem; a qua dicit in iudicando, & conſulendo non eſſe recedendum, etiam ſi agatur de diuerſis territorijs, vt ibi per eum, quam opinionem firmarunt etiam *Theſaur. deciſ. Pedem. 90. num. 5. in fin. Caball. reſol. crim. caſu 162. num. 26. & ſeq. cent. 2. Guazzin. defen. 1. cap. 14. num. 14. verſ. Farinaccius autem &c.* vbi dicit, etiam diſponi *per Reformationem Tribun. Paul. V.* addo *Illuſtriſs. D. meum Sperell. Epiſcop. Eugubinum meritiſſimum, deciſ. 134. nu. 16. par. 2.* De eodem enim crimine nemo venit bis puniendus *l. licet, 6. §. in factum in fin. ff. naut. caupon. ſtabul. cap. de his 7.* & ibi not. *Canoniſtæ de accuſat.* & tradunt etiam *Decia. tract. crimi. lib. 3. cap. 30. num. 1. Farin. de inquiſ. quæſt. 4. in princ. Guazz. d. defen. 1. cap. 14. num. 14. & Illuſtris. Sperellus dict. deciſ. 134. num. 16.*

2 Quicquid contrarium tenuerint *Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt. 39. num. 19. & quæſt. 57. num. 26.* volens, quod abſolutus in loco domicilij, vel originis inquiri denuò poſſit in loco delicti, quem reprobat *Farinac. in d. quæſt. 7. num. 26.* & qui quid contrarium ſeruari de conſuetudine voluerint Doctores relati *per Farinac. d. num. 26 & Guazzin. d. cap. 14. num. 13. & 14.* quam, vti irrationabilem, & contra bonos mores, reprobat expreſsè *Farin. d. quæſt. 7. ſub num. 26.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in delictis mixti fori, in quibus abſolutus per Iudicem Eccleſiaſticum, qui præuenit, non poteſt amplius moleſtari per Iudicem laicum, quando Iudex Eccleſiaſticus potrat in illo delicto competentem, & condignam imponere pœnam, alias ſecùs, & è contra, vt ſcripſerunt *Couar. var. reſol. lib. 2. cap. 10. num. 6. verſ. vndecimò &c. Farin. de inquiſ. quæſt. 4. num. 11.* vbi benè comprobat, & alios adducit ita ſentientes, & reprobat *Clar.* indiſtinctè contrarium ſentientem, prout facit *Illuſtriſs. Sperell. deciſ. 92. numer. 10. par. 1. & deciſ. 134 num. 64. par. 2.* quicquid dixerit *Coſta de ſcien. & ignor. diſt. 68 in fin.*

4 Subamplia primò d. primam ampliationem, vt habeat locum non ſolum in abſoluto, ſed etiam in condemnato per Iudicem Eccleſiaſticum in delictis mixti fori in caſibus, in quibus Iudex Eccleſiaſticus poteſt condignam, & competentem pœnam imponere, qui non poteſt amplius moleſtari per Iudicem laicum, aliàs ſecùs, vt benè declarant *Farin. de inquiſ. d. quæſt. 4. num. 7. 8. & ſeq.* vbi plures caſus diſtinguit, & *Illuſtr. Sperell. d. deciſ. 92. per tot. par. 1 & d. deciſ. 134. per tot. par. 2.* vbi ad hanc ſubampliationem quamplures accomodat limitationes, quam, quia longum eſſet referre, videas ibi per eum.

5 Limita primò d. concluſionem cum ampliatione ſequenti, vt habeat locum, quando in vno loco fuit reus abſolutus diffinitiuè tanquam innocens, quia tunc non poteſt in alio loco moleſtari, ſecùs tamen eſt, ſi ſit abſolutus ab obſeruatione iudicij cum clauſula *ex hactenùs deductis, & ſimil.* vt hodiè fieri ſolet de ſtylo, quando delictum non fuit probatum, quia tunc non ſunt ligatæ manus alterius Iudicis meliores probationes habentis, quin poſſit contra d. abſolutum procedere, vt tradunt *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 57. num. 2. in fin. Farin. in d. quæſt. 7. num. 26. verſ. & quod attinet &c. & Illuſtriſs. Sperell. d. deciſ. 134. num. 65. & ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione, & dicit, hanc limitationem habere locum, quando ſecundus Iudex habet indicia vrgentia, vt ibi per eum.

6 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando abſolutio rei facta fuit per Iudicem per colluſionem, vel fraude mediante, quia tunc reus abſolutus poteſt per Iudicem domicilij, vel originis benè moleſtari, & inquiri iterùm de delicto, vt declarant *Clar. in practic. §. fin. quæſt. 39. verſ. ſed quæro in fin. Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 7. ſub num. 26. Caball. dict. caſu 162. numer. 26. & ſeq.*

ſequen. & Guazzin. d. defen. 2. cap. 14. n. 14. & ſeq.

7 Declara d. concluſionem, vt habeat locum in abſolutione facta de reo in vno loco, quæ operatur, vt non poſſit moleſtari, nec inquiri in alio loco, ſecùs tamen dicendum eſt in gratia, quæ facta reo per vnum iudicem, ſi ſumus ſub eodem Principe reo, prodeſt vbique locorum, ſecus tamen eſt ſi ſumus ſub diuerſis Principibus, quia tunc gratia facta in vno loco, non ſuffragatur in alio vt declarant *Boſſ. in pract. in tit. de foro compet. num. 85. & ſeq. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 57. verſ. habet etiam in fin. &c. Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 7. ſub num. 26 & Guazzin. d. defen. 2. cap. 14. num. 13.* nec non *Vrſill. in exam. apum concl. 12. num. 7. idem Farin. concl. 136 num. 13. lib. 2.*

Licet gratiam ſemper reo prodeſſe indiſtinctè dixerint *Eugen. conſ. 63. num. 38. lib. 1. & Illuſtriſs. Sperell. d. deciſ. 1 4. num. 69.* & ante eum ſenſerit *Decia. tract. crim. lib 3. cap. 30. num. 7.*

S V M M A R I V M.

3 *Accuſatore, vel Fiſco non probante, reus eſt abſoluendus.*

Amplia, vt reo ſufficiat ſolùm delictum negare, & nihil teneatur probare pro parte ſua, num. 2.

Etiam quod accuſator eſſet vir nobilis, & ſpectatæ fidei, num. 3.

4 *Accuſatore delictum non probante, reus dicitur docuiſſe præſumptiuè de ſua innocentia.*

5 *Accuſatore, vel Fiſco non probante, reus non eſt abſoluendus vti innocens, ſed ab obſeruatione iudicij tantum.*

6 *Accuſatore, vel Fiſco non probante delictum, reus eſt abſoluendus, etiam ſi in ſe ſuſcepiſſet onus probandi ſuam innocentiam.*

RESOLVTIO V.

Accuſatore, vel fiſco non probante, an reus ſit abſoluendus.

1 ACcuſatore, vel Fiſco non probante, reus eſt abſoluendus, licet pro ſua innocentia nihil deduxerit, nec probauerit *l. qui accuſare, 4. C. de eden.* & tradunt *Clar in pract. §. fin. quæſt. 62. in prin. Surd. conſ. 329. in prin. lib. 3.* latè *Maſcard. de prob concl. 36. num. 1. & ſeq. lib. 1. Farin. in fragm. crim littera A. numer. 26. Guazzin. defen. 29. cap. 1. num. 6. Cabal reſol. crim. caſu 200. nu. 11. cent. 2. Vermigl. conſ. 6. numer. 14. et conſ. 386. num. 1.* & dixi ego *alleg. Forenſ. 14. num. 1. et alleg. 85. num. 1. et alleg. 89. numer. 59.*

2 Amplia primò d. concluſionem in tantum eſſe veram, vt reo inquiſito ſufficiat tantum delictum negare, ita vt nihil teneatur probare pro parte ſua, vt docent *Decia. conſ. 96. num. 28. lib. 2. Maſc. de prob. concl. 36. num. 1. et ſeq. lib. 1. Scacc. de iudi. lib. 2. cap. 93. num. 3. verſ. ſi ſumus, &c. Guazzin. d. defen 29. cap. 1. num. 6.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum etiam ſi accuſator eſſet vir nobilis ſpectatæ fidei, & vitæ inculpatiſſimæ, & reus eſſet homo malæ famæ, & vnus man goldus, vt not. *Ioſeph Ludou. concl. 14 in 4. ampliat. Pacia. de prob. lib. 1. cap. 7. num. 9. & ſeq. & cap. 67. num. 6. & ſeq. Farinac. in d. fragmen. crim. litterra A. numer. 29. & ſeq & Guazz. d. defen. 29. cap. 1. num. 6. poſt medium.*

4 Amplia tertiò d. concluſionem illatiuè, vt, accuſatore delictum non probante, reus dicatur docuiſſe præſumptiuè de eius innocentia, vt voluerunt *Ceph. conſ. 86. num. 32. lib. 1. Maſcar. de probat. concl. 1224 num. 39. lib. 3. Farinac. in d. fragmen. crim. littera A. num. 27.* & dixi ego *allegat Foren. 85. num. 2. & alleg. 90. num. 5. & alleg. 94. n. 2.*

5 Declara primò d. tertiam ampliationem, vt reus inquiſitus in d. caſu non ſit abſoluendus vti innocens, ſed ſolùm ab obſeruatione iudicij cum clauſula *ex hactenus deductis*, vel alia ſimili, ita vt taliter abſolutus poſſit iterùm moleſtari ex nouis ſuperuenientibus indicijs, vt docuerunt *Farinac. in d. fragmen. crim. litera A. num. 27.* & priùs dixerat *in tit. de inquiſ. quæſt. 4. num. 27.* vbi dicit, ita practica obſeruari, *& Guazzin. defen. 2. cap. 7. num. 5. & defen. 29. cap. 1 in fin.*

6 Amplia quartò d. concluſionem, vt accuſatore, vel Fiſco non probante reus ſit abſoluendus, vt habeat locum etiam ſi reus in ſe ſuſcepiſſet onus probandi ſuam innocentiam, vt not *Decia. conſ 517. num. 5. Ioſeph Ludou. deciſ Lucen 11. numer. 13. Maſc. de prob. d. concl. 6. num. 37. & ſeq. Caball. reſol. crim. caſu 254. num. 9. cent. 3.* late *Guazzi. d. defen. 29. cap. 1. num 6.* vbi dicit, hanc ampliationem eò magis habere locum ſtantibus clauſulis *non ſe adſtringens &c. citra onus &c.* vt ibi per eum, & dixi ego *alleg. Foren. 99 num. 4.*

S V M M A R I V M.

1 *Iudex facilior debet eſſe in abſoluendo reum, quam in illum condemnando.*

Etiam quod probationes illius, & fiſci ſint pares, num. 2.

Imò etiam quod probationes fiſci in aliquo præponderent, num. 3.

RESOLVTIO VI.

Iudex an debeat eſſe facilior in abſoluendo, quam in condemnando.

1 IVdex facilior debet eſſe in abſoluendo reum, quam in illum condemnando, *l. Arrianus, 46. ff. de actio. & oblig. l. reſpiciendum, 11. ff de pæn.* & tradunt *Farinac. conſ. 1. num. 8. & conſ. 75. num. 75. lib. 1. Caball. reſol. crim. caſu 257. ſub nu. 2. cent. 3.*

Guazzin.

Guazzin. defen. 29. cap. 3. num. 2. Giurb. conſ. 34. num. 35. Barbo. axiom. 1. num. 9. & Paul. Rub. de valid. legal. cap. 24. num. 17.

Cùm meliùs ſit nocentem abſoluere, quàm innocentem condemnare, *l. abſentem, 5. ff. de pæn. Farin. conſ. 65. num. 127. lib. 1. Barboſ. d. axiom. 1. num. 10.* & fauorabilior ſit cauſa defenſionis, quam offenſionis, vt dicunt *Boſſ. in pract. in tit. de fauo. defen. num. 2. & Guazzin. d. defen. 29. cap. 3. in prin.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt Iudex in dubio debeat reum abſoluere, etiam quod probationes rei, & Fiſci ſint pares, vt not. *Decian. Iaſ. Alciat. & Purpur. in l. qui accuſare, 4. C. de eden.* quos refert, & ſequitur *Maſcar. de prob. concl. 36. num. 13 & num. 26. lib. 1. Decia. conſ. 59. num. 7. lib. 3. Surd. conſ. 173. num. 57. lib. 2. Guazzin. defen. 29. cap. 1. num. 2. Ant. de Ball. in ſuis tract. var. lib. 3. quæſt. 2. num. 77.*

3 Subamplia primò d. ampliationem, vt habeat locum non ſolùm quando probationes rei, & Fiſci ſunt pares, ſed etiam quando probationes Fiſci in aliquo ſuperant probationes rei, vt voluerunt *Maſcar. dict. concluſ. 36. num. 29.* vbi quamplures adducit ita ſentientes *Guazzin. d. defen. 29. cap. 1. num. 2. Farin. conſ. 35. num. 9. lib. 1. & Ant. de Ball. d. lib. 4. quæſt. 2. num 77.*

ACCVSATIO.

SVMMARIVM.

1 *Accuſator, qui per calumniam accuſauit, hodiè punitur pæna extraordinaria.*

Amplia primò, vt d. accuſator condemnari etiam debeat ad refectionem damnorum, & expenſarum accuſati, num. 2.

Amplia ſecundò, vt habeat locum non ſolùm in accuſatore, qui eſt verus calumniator, ſed etiam in præſumpto, num. 3.

Accuſator tamen præſumptus ſolùm eſt condemnandus in expenſis, num. 4.

5 *Accuſator, qui habuit iuſtam cauſam accuſandi, excuſatur à calumnioſa accuſatione.*

Quæ autem ſit iuſta cauſa, relinquitur arbitrio Iudicis, num. 6.

Et excuſatur, quando accuſationem ſemiplenè probauit, num 7. & 9.

8 *Accuſator, qui accuſationem probauit per vnum teſtem, vel ſemiplenam probationem, excuſatur à pœna calumniæ.*

Et etiam ab expenſis, num. 11.

Licèt contrarium tenuerint aliqui Doct. nu. 12.

Ac etiam à pœna iniuriarum, num 13.

Quicquid tenuerint aliqui, num. 14.

10 *Accuſatori ſufficit ſubminiſtrare ſolùm indicia ad inquirendum.*

15 *Accuſator excuſatur à pœna calumniæ, quando reus fuit tortus.*

Quicquid contrarium ſenſerint aliqui Doctor. num. 16.

17 *Accuſator excuſatur à pœna calumniæ, quando accuſauit ratione officij.*

Et quando probauit accuſationem per teſtes, qui poſtea fuerunt reprobati, num. 18.

Et etiam quando accuſator habet pro ſe famam publicam, num. 19.

20 *Accuſator nunquam excuſatur à pœna calumniæ, & refectione expenſarum, ſi fuit in vera calumnia.*

21 *Accuſator vt poſſit condemnari de calumnia, & in expenſis debet ei aſſignari terminus ad deducendum cauſam, quare condemnari non debeat.*

RESOLVTIO I.

Accuſator, qui per calumniam accuſauit qua pœna puniatur.

1 Accuſator, qui per calumniam accuſationem porrexit, hodie punitur pœna extraordinaria, & arbitraria, iuxta obiecti criminis, & accuſatoris qualitates, & alias circumſtantias, cum pœna talionis ſit de conſuetudine ſublata, vt tradunt *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 81. verſ. ſed quæro &c.* vbi dicit, aliquando illam extendi poſſe vſque ad mortem *Menoch. de arbitr. caſu 322. num. 3. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 61. num. 18. Maſcar. de prob. concluſ. 24. numer. 2. lib. 1. Farinacc. de accuſat. quæſt. 16. num. 5. Caball. reſol. crim. caſu 166. num. 2. cent. 2. Guazzin. defen. 3. cap. 13 num 3.* qui dicunt, illam aliquando extendi poſſe vſque ad mortem, *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 1. num. 7. & ſeq.* vbi dicit, in S. Officio d. accuſatorem puniri, vti puniuntur falſi teſtes *Vrſill. in exam. apum, concl. 261. litera A. num. 73. & ſeq.* licet locum eſſe pœnæ talionis voluerit Pius V. in ſua Bulla V. relata per *Farinac.* vbi ſupra.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt d. accuſator non ſolùm ſit condemnandus pœna extraordinaria, vt ſupra, verùm etiam ſit condemnandus ad refectionem expenſarum, & damnorum ad fauorem rei abſoluti, vt not. *Albe. conſ. 5. num. 1. & ibi Adden. Clar. in §. fin. quæſt. 62. num. 4. Menoch. de arbitr. caſu 321. num. 34. Farin. in d. tit. de accuſ. quæſt. 16 num. 8.* vbi quamplures adducit ita ſentientes, & dicit, ab hac opinione non eſſe recedendum in iudicando *Maſcar. de probat. concluſ. 25. num. 4. lib. 1. Caball. d. caſu 166. num. 14.* vbi dicit, quod ab expenſis non excuſatur, licèt excuſetur à pœna calumniæ, cum ſufficiat temeritas, & *caſu 205. num. 3 et ſeq. Guazzi. d. defen. 3. cap. 13. num. 8. et Calui. de æquit. lib. 2. cap. 171. num. 5.* & dixi ego *alleg. Forenſ. 100. num. 20.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem cum ampliatione ſupradicta, vt illa habeat locum non ſolum in accuſatore, qui ſcienter, & per malitiam falsò accuſat, qui verus calumniator dicitur, ſed etiam in præſumpto, qui accuſationem non probauit, vel ab ea deſtitit, vt voluerunt *Gramm. deciſ. 39. per tot. Villalob. in Comm. opin. litera C. num. 2. Clar.*

in

in d. §. fin. quaſt. 62. verſ. dixi ſupra &c. Menoch. d. caſu 321. num. 4. Maſcard. de probat. concluſ. 254. num. 1. et ſeq. lib. 1. Rimin. iun. conſ. 303. lib. 3. quos refert, & ſequitur *Farinac. de accuſat. d. quaſt. 16. num. 10. et 11.* vbi quamplures adducit de communi, & magis communi opinione atteſtantes. *et num. ſeq.* extendit, hanc opinionem habere locum in inſtigatore Fiſco adhærente, denunciatore, procuratore fiſcali, & ſimilibus, & in denunciante *Ant. de Ball. in tract. crim. lib. 5. tit. 82. n. 3. Rot. deciſ. 509. n. 2. et 3. par. 4. rec.*

4 Declara dictam primam ampliationem, vt habeat locum in calumniatore vero, ſecus tamen in præſumpto, qui, vt dixi, accuſationem non probauit, vel ab illa deſtitit, quem ſolummodo in expenſis condemnari, tenent *Boſſ. in pract. in tit. de praaer. num. 8. et in tit. de accuſat. num. 19. in fin. et num. 27. Rimin. iun. d. conſ. 303. num. 7. 11. et ſeq.* vbi teſtatur de receptiſſima opinione, quam late comprobat *Farinacc. de accuſat. d. quaſt. 16. num. 13.* vbi dicit, ita practicaſſe, & practicari vidiſſe, & probat *Scacc. et alios* contrarium allegantes, cum quibus pertranſit *Vermigliol. conſ. 127. num. 11. et conſ. 283. num. 8.* nec non *Caball. d. caſu 205 num. 4. et ſeq.* vbi dicit, ita ſemper practicaſſe, & practicari vidiſſe, & in his terminis loquitur *Theſaur. lnd. quaſt. Foren. 45. num. 3. lib. 1.* Quicquid contrarium, neque præſumptum calumniatorem in expenſis condemnari de conſuetudine, ſcripſerint *Clar. Maſc. et Honded* relati per *Farin. in d. queſt. 16. num. 12.* quos reprobant idem *Farin. et Caball.* in locis ſupra proximè adductis.

5 Limita primo d. concluſionem, vt non habeat locum quando accuſator habuit iuſtam cauſam accuſandi, quia tunc, ſicut in ciuilibus actor, qui habuit iuſtam cauſam litigandi, non condemnatur in expenſis, licet ſuccubuerit, ita in criminalibus accuſator excuſatur à præſumpta calumnia, ſi ex iuſta cauſa, ſeu errore, vel iuſto dolore ductus accuſauit, licèt in accuſatione ſuccubuerit *ad tex. in l. 1. §. ſed non vtique. ff. ad Turpil. et in l. 3. C. de calum.* & tradunt *Angel. de maleſic. in verſ. et ad querelam ſub num. 70. Crau. conſ. 178. num. 10. Bertaz. conſ. 212. num. 2. 10. et ſeq. et ibi Addent. litera A. lib. 1. Hond. conſ. 112. num. 38. et ſeq. lib. 1. Farinacc. d. quaſt. 16. num. 33. et ſeq.* vbi alios adducit concordantes quamplures *Guazzin. d. defen. 3. cap. 13. num. 44. et 55. Vermigliol. conſ. 127. num. 13. Vrſill. in exam. apum d. concluſ. 26. litera A. num. 81. et Caluin. de æquit. d. cap. 171. num. 7. et ſeq.*

6 Declara primò d. primam limitationem, vt quænam ſit iuſta cauſa, per quam accuſator excuſatur à pœna calumniæ, & ab expenſis, cum non ſit in iure diffinitum, relinquatur arbitrio Iudicis declaranda, vt not. *Menoch. de arbitr. caſu 321. num. 3. Bertaz. d. conſ. 212. num. 12. Farinac. de accuſat. d. quaſt. 16. num. 40. Guazzi. d. defen. 3. cap. 13. num. 56.* vbi quamplures ex dictis cauſis recenſet quarum aliquas referemus in ſequentibus limitationibus.

7 Declara ſecundò d. primam limitationem, quod, ad euitandam pœnam calumniatoris, & condemnationis expenſarum, accuſatori ſufficiat cauſam ſemiplenè probare, non autem teneatur illam probare plenè, & concludenter, vt poſt *Alex. conſ. 115. num. 15. lib. 4. Crau. conſ. 254. num. 5. et conſ. 386. num. 20. Gabr. comm. concl. de maleſic. concl. 8. num. 64 Herem. de negat. num 7. Bertaz. conſ. 11. num. 21. et conſ. 38. num 9. lib. 1. et Honded. conſ. 105 num. 26. lib. 1.* per eum relatus declarat *Guazzin. d. defen. 3. cap. 13. num. 45. in fin.* vbi teſtatur de magis communi Doctor. opinione, *et num. 4 et ſeq.* dicit, illam probari etiam ex coniecturis, [illegible] & per iuramentum, vt ibi per eum.

8 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in accuſatore, qui probauit accuſationem per eum porrectam per vnum teſtem, quia tunc excuſatur à pœna calumniæ, vt docent *Maſc. de prob. concl. 254. num. 11. et ſeq. lib. 1. Menoch. de arbitr. d. caſu 321. num. 33. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 51. num. 16. Hond. d. conſ. 96 num. 30. et conſ. 112. num 14. lib. 1. Farinacc. de accuſat. d. quaſt. 16. num. 41 et 51 et conſ. 7. num. 9 lib.* [illegible] *conſ. 47. num. 26.* alios adducens concordantes *Guazzin. d. defenſ. 3 cap. 13 num. 13. et 14.* vbi dicit, hoc habere locum etiam ſi d. teſtes deponant tantum de confeſſione extraiudiciali delinquentis, vt ibi per eum *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 3 caſu 15. num. 10. et 12.*

9 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum in accuſatore, qui ſuam accuſationem ſemiplenè probauit, qui à pœna calumniæ excuſatur, vt tradunt omnes ferè Doct. ſupra proximè adducti, & præcipuè *Farinac. in d. quaſt. 16. num. 41. Guazzin. d. cap. 13. num. 16.* vbi dicit, hanc limitationem non procedere in accuſatore ſolito calumniari, & alios adducit concordantes, *et Honded. d. conſ 112 num. 14.*

10 Amplia primò d. ſecundam, & tertiam limitationem, vt ad euadendam pœnam calumniæ ſufficiat etiam accuſatori ſola indicia ad inquirendum, vt not. *Boſſ. in pract. in tit. de accuſ nu. 19. in fin. Farin. de accuſ d. quaſt. 16. nu. 62.* vbi benè declarat, & contrarijs reſpondet, nec non teſtatur de magis communi Doct. opinione, *& conſ. 87. ſub nu. 9. lib 1 Guazz. d. def. 3 cap. 13. num. 39.* vbi alias ponit ampliationes, & dicit ſufficere ad d. effectum inculpationem occiſi, famam, & ſimilia, *Vermigl. conſ. 127 num. 17.* vbi teſtatur de magis communi Doct. opinione, *Vrſell. in d. concluſ 26. littera A. num. 77. & Caluin. de æquit. d. cap. 171 num. 29.*

11 Amplia ſecundò d. ſecundam, & tertiam limitationem, vt accuſator probans ſuam accuſationem per vnum teſtem, vel ſemiplenam probationem, excuſetur non ſolùm à pœna calumniæ, ſed etiam ab expenſis, vt tradunt *Crauet. conſ. 178. num. 10. Farin. de accuſ. d. quaſt. 16. num. 45. & 71.* vbi hanc ampliationem benè comprobat, & contrarijs rectè ſatisfacit, & dicit, hanc eſſe veriorem opinionem in practica ſeruatam *Guazz. d. defen. 3. cap. 13. n. 17. & 55.*

& 55 & ſeq. vbi quàmplures adducit ita ſentientes, & dicit ita ſeruari in Statu Eccleſiaſtico, *Surd. conſ 142.nu.6.lib.1.& Caball.reſ crim. d.caſu 166. num.15.* vbi dicit ita in practica vidiſſe obſeruari; nec non *Bertaz. conſ. 212. ſub num.12*

12 Quicquid contrarium tenuerint *Menoch. Maſc. Hond.& Baiar.* quos refert *Farin.d.quæſt 16.nu.70* & alij relati *per Surd. & Caball. vbi ſupr.* cum quibus pertranſire videtur *Giurb. d. conſ. 47. num. 26.* contra quos adeſt magis communis, & practicata opinio de qua ſupra.

13 Amplia tertiò d. limitationem, vt accuſator probans ſuam accuſationem per vnum teſtem, vel ſemiplenam probationem non ſolum excuſetur a pœna calumniæ, ſed etiam a pœna iniuriarum, a qua quælibet cauſa excuſat, etiam iniuſta, vt poſt *Boſſ. in pract. in tit. de iniur. nu.4. & Cepoll. conſ 70. in 3. dubio* per eum relatos benè firmat *Guazzin. in d.cap.13.n.31.* vbi dicit, nunquam vidiſſe d. pœnam iniuriarum practicari in d. caſu, & idem voluerunt *Farinacc. de accuſat. in d. quæſt.16.num.17.& ſeq. & Facchin conſ. 164. per tot.*

14 Quicquid contrarium voluerint *Alex. conſ. 11. lib.1. [illegible]. 4. Menoch. de arbitr caſu 321. num.33. & Maſcar de prob. concl.254.num.17.lib. 1.*

15 Limita quartò d. concluſionem, vt non habeat locum quando reus accuſatus fuit tortus, licet poſtea fuerit abſolutus, quia tunc accuſator dicitur habuiſſe iuſtam cauſam accuſandi, & ideò excuſatur a pœna calumniæ, & condemnatione expenſarum, vt tradunt *Cran. d.conſ.178.num.10. Boſſ.* licet dubius *in pract. in tit. de accuſ.nu.29. Clar. in pract. §.fin. quæſt.62. verſ. ſed poſſe &c. Aſin. in pract.§.32. cap.2. limit. 5. Farin. de accuſ. d.quæſt. 16. num.62.* vbi alios adducit concordantes, & teſtatur de magi communi Doct. opinione, *Honded. conſ. 112. nu.14.lib.1. Bertaz conſ 212. ferè per tot. lib.1.* vbi dicit, nunquam vidiſſe condemnatum accuſatorem in expenſis quando reus fuit tortus, cum quibus pertranſit *Guazz.d defen.3. cap.13.num 38.* vbi pariter dicit, hanc eſſe magis communem Doct. opinionem, *& defen.30 cap.40.num.17.* & ſentit etiam *Theſ. quæſt. Foren.45.num 6. lib 1. & Anton. de Bal. tract. var. lib.3. caſu 15. num. 8* vbi dicit contrariam opinionem eſſe periculoſam.

16 Licet contrarium tenuerint *Rim.Iun. d.conſ. 303 num.5.& ſeq.lib.3. Alciat. de præſum. reg.3. præſum. 44 num.12 & Boſſ.* ſibi ſer. contrarius *in pract. in titul. de præuaric. in fin.* qui reprobantur per Doct. ſupradictos, & contra quos adeſt magis communis opinio Doctor. de qua ſupra.

17 Limita quintò d. concluſionem, vt non habeat locum in eo, qui ex neceſſitate officij accuſauit, vt contingere poteſt in Syndicis, & Gualdarijs Villarum, in Procuratore Fiſcali, in Barbitonſoribus, qui tenentur denunciare delinquentes, & ſimiles, qui excuſantur a pœna calumniæ licet in probationibus deficiant, vt tradunt *Clar. in pract. §. final. quæſt.62, verſ. dixi quintò &c. Maſc. de prob. concl. 24. num.16.& concl.25.num.9.& concl.253.nu.34. & ſeq. lib.1, Farin. de acc. quæſt.16. num.52. & ſeq. Guazz.d.defen.3. cap.13. num. 31. & ſeq.* vbi dicit, hanc limitationem non habere locum, quando calumnia eſſet manifeſta, & doloſa, a qua nemo excuſatur *Theſ. Iun quæſt. Foren.45. num.4. lib.1.* vbi dicit hi caſes non eſſe condemnandos, niſi appareret de euidenti calumnia *Vrſell. in exam. apum, concluſ.26.n.83. & Calui. de æquit. d. cap.171. n.35. Rot. deciſ 509.n.2 par.4 rec.* quæ loquitur pariter in calumnia præſumpta, non in vera, addo *Didac. Traſm. de oblig. denun. quæſt 1. cap.4 num.15.*

18 Limita ſextò d. concluſionem, vt non habeat locum in accuſatore, qui probauit ſuam accuſationem per teſtes, qui propter inhabilitatem ſuarum perſonarum fuerunt repulſati, niſi contra eum militaret ſuſpicio, quod teſtium defectus ei noti fuiſſent, quia excuſatur a pœna calumniæ, etiam ſi in accuſatione ſuccubuerit, vt tradunt *Bal. in l.1.nu.9. & ibi Roman. n. 20. C. de aduoc. diuer. Iud. Maſcar. de prob. d. concl 24.nu.9 Menoch. de arbitr. d.caſ.321 num.31. Farin. de accuſ. d. quæſt 16. nu.59. Hond. conſ. 96. num.33.* declarans niſi d. teſtibus ſcienter vſus fuiſſet, *& conſ.112.num.12.lib.1 Guazzin. d.defen.3. cap 13. num.25. & ſeq.* vbi alios adducit ita ſentientes *Bertazol. dict. conſ. 212. numer.11. & Caluin. de æquitat.* qui diſtinguit *dict. capit. 171. num. 25. & ſequen.*

19 Limita ſeptimò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando accuſator habet pro ſe famam publicam, vt tradunt *Scacc. de iudic. lib.1. c.51. n.16. Hond d.conſ 112 n.11. lib 1.* qui teſtatur de communi opinione *Farinac de accuſ. d. quæſt.16.nu.61.* qui quamplures refert ita ſentientes, *& Guaz. d. defen. 3. cap.13.nu.22.* qui alios adducunt ad d. concluſionem limitationes, in quibus accuſator excuſatur a pœna calumniæ, cum quibus pertranſit *Calu. de æquit. d.cap 171. num.27. & ſeq.* vbi dicit, ſufficere accuſatorem quomodo docere de delicto ad euitandam pœnam calumniæ, vt ibi per eum, & tenet etiam *Ant. de Ball. d lib.3. caſu 15. num. 10.*

20 Declara primò omnes ſupradictas limitationes, vt non habeant locum quãdo accuſator fuit in mera, & euidenti calumnia, vt qui ſciebat, accuſatum non commiſiſſe delictum, ſed adhuc illum voluit accuſare, & paſſus fuit Iudicem contra illum procedere, quia tunc non poteſt euitare pœnam calumniæ, & refectionem damnorum, & expenſarum, cum a calumnia manifeſta, & doloſa nemò excuſetur, vt tradunt *Boſſi. in pract. in tit. de accuſat. n.21. Menoch, de arbit. d.caſu 321 num.23. Clar. in pract. §.fin.q.62.n.4. Maſcard. de prob. d.concl. 254 num. 40.* & benè declarat *Farinat. de accuſ d. quæſt. 16 n. 55. & 74.* & idem docent *Guazzin. d. defenſ. 3. cap.13. num. 32. & 38. in fin. Vrſell. d. concluſ 26. numer.83. & Rot. dict. deciſ. 509. numer. 2. part. 4 recentiorum.*

21 Declara ſecundò d. principalem concluſionem, vt accuſator non valeat in pœnam calumniæ, & expenſarum cõdemnari, niſi priùs ei aſſignato aliquo termino competenti ad deducendum, & probandum iuſtam aliquam cauſam, ſiquam habet, quare non debeat de calumnia condemnari, vt not. *Boſſi.*

in

in pract. in titul. de accuſ. numer. 19. Clar. in pract. d. quæſt. 62. verſ. ſed quæro &c. & ibi Baiar. nu. 18. Farinac. de accuſ. d. quæſt. 16. num. 39. vbi alios dat concordantes, Guazzin. d. defen. 3. cap. 13. num. 50. & ſeq. & Vermigl. d. conſ. 127. num. 16.

ADDITIO.

N. 1. ADde, cuius Bulla Pij V. rigor ſeruatus fuit in Alma Vrbe de anno 1613. in quodam iuuene Tudertino, qui ſub ſpe extorquendi pecunias falſo denunciauerat in iudicio quandam perſonam Illuſtriſſimam de crimine grauiſſimo vltra alias informationes falſas ad eundem finem pariter contra perſonas ſimiles factas, qui fuit furca ſuſpenſus, vt refert Farinac. in addit. ad quæſt. 16. de inquiſit. num. 5. Et morte pariter fuiſſe mulctatum quendam, qui apud Cæſarem calumnioſe accuſauerat quemdam magnum virum, quod recepiſſet ſtipendia pro pluribus equis, & militibus quam haberet teſtatur Boſſ. in pract. crim. in tit. de falſit. num. 171. quem refert Farinac. in addit. ad d. quæſt. 16. num. 7.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatori, et inſtigatori dari debet copia proceſſus, ſi illam petant, vel ſaltem eis eſt oſtendendus proceſſus, vt partem contra reum facere poſſint.*

RESOLVTIO II.

Accuſatori, & Inſtigatori an danda ſit copia proceſſus.

1 ACcuſatori, & inſtigatori dari debet copia proceſſus, ſi illam petant, vel ſaltem eſt eis danda facultas illum videndi, vt partem facere poſſint in iudicio contra reum, publicato tamen proceſſu reo, & non prius, vt tradunt, *Boſſ. in pract. in tit. de tradit. num. 82. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 49. verſ. danda eſt &c.* vbi dicit aliquando oſtendi accuſatori examina reorum, ſed tamen id non eſſe faciendum, niſi in atrocioribus delictis, & cum magna cauſa *Canalerius de teſt. par. 5. num. 226.* vbi dicit ita ſeruari de conſuetudine quorundam locorum ſuppreſſis tamen nominibus teſtium, quem refert *Guazzin. defens. 24. cap. 1. num. 10.* vbi dicit, ipſum valde occultum fuiſſe, ne oſtenderentur accuſatori depoſitiones teſtium ad effugiendum ſubornationes illorum, & impoſturas contra reũ, & iuchis, contra Notarios cauſarũ id facientes, vt ibi per eũ.

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod accuſatori, ſeu inſtigatori dari debet copia proceſſus, ſi illam petant, vel ſaltem eis ſit oſtendendus proceſſus, vt partem in iudicio contra reum facere poſſint adde *Scialo. in prax. torq. reos cap. 6. num. 17.* vbi dicit, ita practicari in Magna Curia.

SVMMARIVM.

1 *Accuſator tenetur ad expenſas, quæ fiunt pro fabricatione proceſſus offenſiui.*

Procedit, quando reus non eſt in culpa, quia ſi eſt in culpa expenſæ fiunt de eius bonis, ſi eſt ſoluendo, alioquin expenſis accuſatoris, et poſtremò Fiſci, num. 2.

Dicitur eſſe culpabilis, quãdo contra eum adſunt indicia ad traſmittendam inquiſitionem, num. 3.

RESOLVTIO III.

1 *Accuſator an teneatur ad expenſas, quæ fiunt pro fabricando proceſſu offenſiuo.*

1 ACcuſator tenetur ad expenſas, quæ fiunt pro fabricando proceſſu offenſiuo *Capell. Tholoſ. deciſ. 41. in prin. Caball. reſol. crim. caſu 201. num. 2. cent. 3.* vbi dicit, hoc non habere dubium, *Guazzin. defen. 3. cap. 2. n. 4. & ſeq.*

2 Declara d. concluſionem, vt habeat locum, quando reus non eſt in culpa, quia ſi ipſe eſt culpabilis omnia onera, & ſuffragia iuſtitiæ fiunt expenſis ipſius rei, ſi eſt ſoluendo, alioquin expenſis proſequentis ceſſationem, & poſtremò Fiſci, vt tradunt *Boer. ad conſuet. Biturgiea. de iuriſdict. omn. iud. a. 29.* quem refert, & ſequitur *Aſin. in pract. §. 32. cap. 2. ampl. 61. num. 3. Adden. ad Ambroſ. in proc. infor. lib. 3. cap. 2. num. 11.* vbi dicit illam eſſe ſingularem theoricam, & concordat *Guazzin. defen. 13. cap. 1. num. 4. & ſeq.* & non diſſentit *Caball. d. caſu 201. per tot.* vbi licèt teneat d. expenſas ſpectare ad Fiſcum, dicit tamen illas repetere poſſe a reo, vt ibi per eum.

3 Subdeclara d. declarationem, vt inquiſitus tunc dicatur culpabilis ad effectum, vt teneatur ad expenſas pro fabricando proceſſum, quando contra eum adſunt indicia ad ei tranſmittendam inquiſitionem, ita vt in contumaciam poſſit condemnari, vt declarant *Guazzin. d. defen. 13. cap. 1. num. 14.* & poſt eum *Maſſin. de confiſc. bonor. quæſt. 2. n. 53. & ſeq.*

SVMMARIVM.

1 *Accuſatoris confeſſio facta in accuſatione, vel articulis probat contra eum.*

Amplia etiam in confeſſione eiuſdem extraiudiciali ſuper innocentia rei, num. 2.

Amplia ſecundò in confeſſione eiuſdem ſuper falſitate, quæ eſt ſufficiens ad illum condemnandum, num. 3.

Amplia tertiò in confeſſione eiuſdem, quod ſit particeps criminis, num. 4.

Amplia quartò in confeſſione eiuſdem, quod Iudicem corruperit ad iniuſtam ſententiam ferendam, num. 5.

RESOLVTIO IV.

Accuſatoris confeſſio facta in accuſatione, ſeù articulis an probet contra eum.

1 ACcuſatoris confeſſio facta in accuſatione, ſeù articulis probat contra eum *Dec. conſ. 445. num. 17. Capb. conſ. 565. num. 7. lib. 4. Rolan. conſ. 65. num. 53. lib. 3. Farinac. conſ. 112. num. 17. lib. 2. Vermigliol. conſ. 13. num. 0.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in confeſſione extraiudiciali accuſatoris ſuper innocentia rei, quæ facit magnum indicium ad fauorem ipſius rei, & pro ſua innocentia, vt voluerunt *Roman. conſ. 167. num. 6. et ſeq. Maſc. de prob. concl. 498. num. 4. lib. 1.* vbi dicit, hoc eſſe menti tenendum, vti non omnibus notum *Baiard. ad Clar. §. fin. quæſt. 21. num. 123. verſ. Item adde &c. Farinacc. de reo confeſſ. & conuin. quæſt. 82. numer. 26.* alios adducens ita ſentientes, *Guazzin. defenſ. 32. cap. 33. num. 10.*

3 Amplia ſecundo d. concluſionem, vt habeat locum etiam in accuſatore, vel teſte, contra quem exceptum fuit de illius falſitate, quia ſi ex illius confeſſione conſtet de crimine falſi, d. confeſſio eſt ſufficiens ad illum condemnandum: licet non ad pœnam ſed ad illum repellendum, actum fuerit, vt not. *gloſ. in cap. 1. & ibi Hoſtien. Bart. Abb. & Mantu. de excep. Bero. in cap. at ſi clerici, 4. ſub num. 34. de iudic. & Farinac. de reo confeſſ. & conuinct. quæſt. 81. num. 233.* vbi alios adducit concordantes, & hanc ampliationem latè comprobat.

4 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in accuſatore, contra quem opponitur, quod ſit particeps criminis principaliter intentati, quia ſi id fateatur, ne dum a teſtimonio repelletur, ſed etiam ex d. confeſſione poterit condemnari, vt tradunt *Bal. in cap. 1. in princ. de excep. Bero. in d. cap. vt ſi clerici, 4. num. 39. de iudic. & Bart. in cap. per inquiſitionem, 26. col. 3. de elect.* quos refert, & ſequitur *Farinac. de reo confeſſ. & conuinct. quæſt. 81. num. 253.*

5 Amplia quartò d. concluſionem in accuſatore Iudicis, quod pecunia ſententiam tulerit, quia ſi in accuſatione fateatur, ipſum Iudicem corrupiſſe, d. confeſſio eſt ſufficiens ad illum puniendum de corruptione, cum corruptio tangat crimen, quod principaliter deducitur, vt voluerunt *Boſſ. in pract. in tit. de confeſſ. num. 42. & Farinacc. de reo. confeſſ. & conuinct. d. quæſt. 81. nu. 254.* licèt alios referat contrarium ſentientes, cum quibus videtur pertranſire *Rot. poſt 2. vol. conſ. Farin. deciſ. 95. num. 3.* quam nihil Iudici officere dicit *Vrſell. in ſuo exam. apum concl. 26. num. 109.*

S V M M A R I V M.

1 *Accuſator deſiſtens ab accuſatione non poteſt amplius ad accuſandum redire.*

Amplia primò, etiam ſi accuſator deſiſtat cum pacto, vt reus aliquid ei dare debeat, numer. 2.

Amplia, etiam ſi accuſator deſiſtat cum proteſtatione, quod intendit iterum accuſare, num. 3.

Limita, vt non procedat concluſio in accuſatore, qui per dolum aduerſarij inductus fuit ad reuocandam querelam, num. 4.

5 *Accuſator dicitur deſiſtere ab accuſatione, qui in totum animum ad accuſandum depoſuit, et alias, vt ibi 5.*

RESOLVTIO V.

Accuſator deſiſtens ab accuſatione an poſſit amplius ad accuſandum redire.

1 ACcuſator deſiſtens ab accuſatione non poteſt amplius ad accuſandum redire *l. qui deſtiterit. 2. ff. ad Turpill. l. Senatus Conſultum, 15. §. idem in accuſatione, ff. eod. tit. l. accuſationem, 6. & ibi Bal. C. de his, qui accuſ. non poſſ.* & not. *Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt. 10. in princ. Decian. tract. crim. lib. 3. cap. 29. in prin. Odd. de reſt. in integr. quæſt. 85. per tot. Guazzin. defenſ. 3. cap. 11. num. 1. & ſeq.* vbi alios adducit concordantes, & dicit, d. concluſionem, habere locum etiam in priuata abolitione, *& def. 29. cap. 2. nu. 26.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam ſi accuſator deſiſtat ab accuſatione pacto præcedente, quod reus ei aliquid dare debeat, quia etiam ſi promiſſionem non obſeruet, non poteſt tamen ampliùs accuſare *l. quamuis. 3. C. ad Turpill. Decian. tract. crim. lib. 3. cap. 29. num. 4. Guazzin. d. defen. 3. cap. 11. num. 4.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat etiã locum in accuſatore, qui deſiſtit ab accuſando cum proteſtatione, quod intendit iterum accuſare, quia adhuc ampliùs non admittitur, vt voluit *Bart.* per illum tex. *in l. miles 21. §. Socer, ff. ad l. Iul. de adul.* quem referendo ſequitur *Guazz. d. def. 3. cap. 11. nu. 5.*

4 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando accuſator per dolum fuiſſet ab aduerſario inductus ad reuocandam querelam, vel id per errorem, ſeu per ſimplicitatem feciſſet, ſeu fuiſſet impeditus accuſationem proſequi, quia in dictis caſibus non prohiberetur iterum accuſare *l. fin. C. ad Turpill.* & tradunt *Decian. tract. crim. lib. 3. cap. 29. num. 9. & 17. Guazzin. d. defen. 3. cap. 11. n. 8.* vbi dicit contrarium eſſe verum, ſi accuſator per colluſionem ab accuſatione deſtitiſſet, vt ibi per eũ *& nu. 9.* dicit, quod adhuc Iudex ex officio poteſt cauſam proſequi, licèt accuſator deſtiterit ab accuſatione, vt ibi per eum.

5 Declara primò d. concluſionem, vt deſiſtere dicatur ab accuſatione, qui in totum animum ab accuſando depoſuit, & qui intra præfixum tempus à Iudice ad accuſandum non accuſauit, & qui cum aduerſario de compoſitione eius criminis, quod intendebat, loquutus eſt, & prout latius habetur per *Decian. tract. crim. lib. 3. cap. 29. nu. 1. & ſeq. & per Guazzin. d. defen. 3. cap. 11. num. 2.* vbi dicit, quod ſi quis interrogatus dicat ſibi iniuriam per Titium factam non fuiſſe poterit d. confeſſionem reuocare, & Titium de iniuria accuſare, & *defen. 29. cap. 2. num. 26.* alios adducens ſectatores.

S V M M A R I V M.

1 *Accuſator nullã facit probationem contra accuſatũ.*

Amplia primò, vt d. concluſio habeat locum etiam in denunciatore, num. 2.

Am-

Amplia ſecundò, vt neque faciat indicium ad inquirendum, etiam ſi ſit nobilis, & in dignitate conſtitutus, num. 3.

Amplia tertiò neque in caſibus exceptis, & difficilis probationis, num. 4.

Amplia quartò, etiam ſi eius dictum in tortura emanauerit, num. 5.

Amplia quintò, vt neque probent conſanguinei, & familiares accuſatoris, num. 6.

Limita primò concluſionem, vt non habeat locum in cauſa hæreſis, num. 6.

Limita ſecundò in Denunciatoribus, Syndicis, & ſimilibus, qui aliquam faciunt probationem in leuibus delictis, num. 7.

RESOLVTIO VI.

Accuſator an aliquam probationem, vel inditium faciat contra accuſatum.

1 ACcuſator nullam facit probationem, nec indicium contra accuſatum, cum nemo fungi poſſit officio accuſatoris, & teſtis *cap. accuſatores, 3. quæſt. 5.* & tradunt *Vulpell. conſ. 17. num. 1. & conſ 94. num. 4. & 5. Farinacc. de teſtib. quæſt. 60. num. 64.* vbi alios dat concordantes, & dicit, hanc concluſionem non habere contradictorem, *& conſ. 179. n. 4. lib. 2. Rond. conſ. 100. num. 7. lib. 1. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 73. numer. 2.* vbi quærit, quid ſi accuſatio fiat per exiſtentem in periculo mortis, de quo dicam infra in verſ. Aſſertio vulnerati, *Ciriac. controuer. 486. num. 10. & ſeq. Vermigl. conſ. 370. numer. 5. & conſ 419. in princ. Capic. Latr. deciſ. 179. num. 36. par. 2.*

Cum nemo fungi poſſit, vt dixi, officio accuſatoris, & teſtis *l. omnibus 9. C. de teſtib.* & tradunt *Vulpell. d. conſ. 94. num. 4. & 5. Scacc. de iudic. d. cap. 73. numer. 2. Maſcar. de prob. concl. 26. numer. 1. lib. 1. & concl. 1357. num. 41. lib. 3. Ciriac. d. controu. 486. num. 10. & ſeq.* & alij Doctor. ſupra adducti.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in denunciatore, & in inſtigatore, qui neque facit indicium ad inquirendum, ſed de illius dicto nulla debet haberi ratio; vt aduertunt *Bertazol. conſ. 251. num. 103. lib. 2 Triuiſan. deciſ. 29. lib. 2. & Guazz. defen. 29. cap. 2. num. 28.* quos refert, & ſequitur *Capic. Latr. d. deciſ. 179. num. 36.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt accuſator nullam faciat probationem, neque indicium ad inquirendum, etiam ſi ſit perſona nobilis, & in dignitate conſtitutus, imò etiam ſi ſit Princeps, vt tradunt *Vulpell. conſ. 30. num. 2. Boſſ. in pract. in tit. de Princip. & priuil. eius, num. 80. & ſeq. Farinac. de iudic. & tort. quæſt. 46. num. 102. & in tract. de teſtib. d. quæſt. 60. num. 65.* vbi alios dat concordantes, *& Vermigliol. conſ. 159. num. 3.*

4 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in caſibus exceptis, & difficilis probationis, quia neque in eis accuſator vllam facit probationem, vt ſcripſit *Vermigl. conſ. 370. num. 5.*

5 Amplia quartò d. concluſionem, vt dictum accuſatoris nullam faciat fidem, etiam ſi in torturam emanauerit, vt tradunt *Vulpell. d. conſ. 30. num. 5. & 6. Bertaz. conſ. 8. num. 44. lib. 1. Farin. de ind. & tort. quæſt 46. num. 99. Vermigl. conſ. 159. num. 5.*

6 Amplia quintò d. concluſionem, vt habeat locum non ſolùm in accuſatore, ſed etiam in conſanguineis, familiaribus, & alijs de domo accuſatoris prodeuntibus *cap. conſanguinei, 3 quæſt. 5. cap. teſtes, 4. quæſt. 3. Nepoſ. de Montealb. de teſt. num. 9. Maſc. de prob. concl. 26. num. 4. lib. 1. Farin. de teſt. quæſt. 60. num. 68. & ſeq.* vbi ampliat etiam in habente conuerſationem continuam cum accuſatore, & dixi *Ego alleg. Forenſ. 85. num. 18. & allegat. 88. num. 35.*

7 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in cauſa hæreſis, in qua, ob fidei fauorem, accuſatoris, & teſtis officio quem fungi poſſe, non eſt inconueniens, vt not. *Maſch. de prob. concl. 26. num. 12 lib. 1. Zacch. de haret. cap. 13. num. 18. Farinac. de teſt. d. quæſt 60. num. 70. & in tract. de hæreſi quæſt. 185. num. 32.* vbi alios adducit concordantes, & excipit, niſi accuſator ſit inimicus *Carena de Offic. S. Inquiſ par. 2. tit 1. num. 10.* cum quibus pertranſit *Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 72. num. 1. in fin.* licet hæc limitatio dura videatur *Decia. tract. crim. lib. 5. cap. 35. num. 56.*

8 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in Officialibus denunciatoribus, puta Syndicis, Gualdarijs, & ſimilibus, qui non prohibentur recipi in teſtes in leuibus delictis, vt tradunt *Ang. de maleſ. in verſ. nec non ad denunciationem, num. 21. et ibi Adden. Maſc. de prob. concl. 26. numer. 9. et concl. 506. n. 9. et ſeq. lib. 1. Farin. de teſt. d. q. 60. n. 74. & ſeq.* vbi dicit, hanc limitationé non habere locum in denunciatoribus priuatis, *et de iudic. et tort. quæſt. 52. num. 176.* vbi alios adducit ſectatores, *et num. 169. et ſeq.* plenè docet quænam probatio naſcatur ex denunciatione ſimilium perſonarum tam quo ad inquirendum, quam quo ad torturam, & plenam probationem: ipſum conſulas.

SVMMARIVM.

1 *Accuſator non tenetur in accuſatione ſpecificare diem, et horam commiſſi delicti.*

Limita quando ab inquiſito peteretur ſpecificari diem, quia vult probare, ſe tali die alibi fuiſſe, n. 2.

Licet contrarium tenuerint aliqui Doct. num. 3

Niſi tamen inquiſitus d. ſpecificationem calumnioſè peteret, num. 4.

Et quando accuſator medio iuramento aſſereret de die præciſa non recordari, num. 5.

Fallit ſecundò quando delictum non eſſet punibile, niſi certa die, et hora, quia tunc illa eſt ſpecifica, num. 7.

Sufficit tamen accuſatori diem ſpecificare, non tamen tenetur illum probare, num. 8.

Inquiſitus poteſt d. ſpecificationem petere quando ei aſſignatur terminus ad ſe defendendum, numer. 6.

9 *Accuſator tenetur in accuſatione exprimere annum, menſem, et locum commiſſi delicti, etiam parte non opponente,*

Amplia, vt Iudex teneatur in inquiſitione ſpecificare annum, menſem, et alias circumſtantias, ne reo tollatur defenſio, num. 10.

RESOLVTIO VII.

Accuſator in accuſatione an teneatur ſpecificare locum, et tempus commiſſi delicti,

1 Accuſator non tenetur in accuſatione ſpecificare diem, & horam commiſſi delicti, *leg. libellorum, 3. et ibi not, gloſ. Bart. Alberic. et communiter Doctor. ff. de accuſat. leg. pen.* & ibi pariter notant *Doctor. communiter, C. de accuſat.* & tradunt *Boſſ. in pract. in titul. de inquiſ. num, 91. in fin. Anton, Gomez variar. reſol, tom. 3. cap. 11, num. 4. Farinacc. de inquiſ. quæſt. 1, num. 18. Myſing. obſer. 40. in prin. cent. 2.* vbi dicit, quod alias accuſator malè faceret illum apponendo, *Guazzin. defen. 3 cap. 3. num. 7.* licet aliquos contrarium tenentes referat, qui id non dicunt *Vrſell. in exam. apum. concluſ. 26. num. 43.* licet pariter aliquos contrarium tenentes referat *Rot. deciſ. 8. in princ. poſt. 1. vol. conſ. Farinacc.*

2 Limita primò dictam concluſionem, vt non habeat locum, quando ab inquiſito petitur ſpecificari, & declarari diem commiſſi delicti, quia vult ſe defendere, & probare ſe tali die alibi fuiſſe, quia tunc, ne tollatur reo defenſio, dies per accuſatorem eſt exprimenda, vt voluerunt *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 12. verſ. dixi etiam, & ibi Baiar. num. 7. Maſcard. de prob. concluſ. 28. num. 3. & concluſ. 512, num. 3. lib. 1.* qui teſtatur de communi opinione *Farinacc. in d. quæſt. 1. num. 20,* vbi quamplures de communi, & magis communi opinione teſtantes refert *Scacc. de iudic, lib. 1. cap. 51. numer, 35.* latè *Adden. ad Anton, Gomez d. tom. 3. cap. 11. littera D, Guazzin. d. defen. 3. cap. 3. ſub num. 9.* vbi dicit ita fuiſſe in facto reſolutum per Papam Clementem Octauum in plena Signatura, & non diſſentit *Rota*, quando reus id petens habet in promptu paratam defenſionem *d. deciſ. 8, n 3. poſt 1, vol. conſ. Far.*

3 Quicquid contrarium voluerint *Anton Gomez variar reſol, d. cap. 11. num. 4. verſ. ſed his non obſtantibus &c, Myſing. d. obſ, 40. in fin.* & alij relati per *Guazz. d. def. 3. cap. 3. n. 9. verſ. alij autem & c.*

4 Sublimita primò dictam primam limitationem, vt non habeat locum, quando reus petit calumnioſè dict. diei ſpecificationem, quod quando fieri dicatur, Iudicis arbitrio remittunt, quia tunc accuſatorem non teneri illam facere, voluerunt *Farinacc. de Inquiſ. d. quæſt. 1. num 21. Scacc. de iudic, d. quæſt. 51. num. 35. & Guazz. d. defen. 3. capit. 3, cap. 3. num. 10.* qui alios adducunt ſectatores.

5 Sublimita ſecundò d. primam limitationem, vt non habeat locum, quando accuſator medio iuramento aſſereret, de die præciſa non recordari, & id eſſet veriſimile Iudicis arbitrio, quia tunc illam non tenetur ſpecificare ſecundùm *Clar. in d. §. fin. q. 12. verſ dixi etiam in fin. Farin, de Inquiſ. d. quæſt. 1. n. 22. Scacc. de iudic. d. quæſt. 51. num. 36. & Guazz. d. defen. 3. cap. 3. num. 2. in fin. Rot. d. deciſ. 8. num, 2. & 4. poſt primum vol. conſ Farinac.*

6 Declara d. primam limitationem, vt reus poſſit d. ſpecificationem petere, quando ipſi aſſignatur terminus ad faciendum ſuas defenſiones, in quo poteſt poſtea probare negatiuam, vel alias probationes facere, vt poſt *Bertr. conſ 16, num. 2. lib. 6.* per eum relatum tradit *Clar. in d. §. fin. quæſt. 12. verſ. dixi etiam &c.* & voluerunt etiam *Scacc. de iud. d. lib. 1. cap 51. num. 38. & Guazzin. d. defen. 3. cap. 3. num. 9. verſ. & peti debet,* vbi dicit, ita vidiſſe in Curia Romana pluries practicari, quicquid aliàs dixerit *Maſcard. de probat, concl. 28. num. 3. lib. 1.*

7 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando delictum eſſet ſolùm punibile certa die, & certa hora, alia autem die, & hora non, quia tunc accuſator tenetur diem, & horam in accuſatione exprimere, alias ſequi non poteſt condemnatio, vt tradunt *Bart. in d. l. libellorum, 3. n. 12. ff. de accuſ. Ant. Gomez var. reſ. d. tom. 3. cap. 11. num. 4. Oſaſ conſ. 65. nu. 42.* quem refert, & ſequitur *Farin. de Inquiſ. d. quæſt. 1. num. 19 Scacc. de iudic. d. lib. 1. cap 51. n. 36. in fin. & Guazzin. d. defen. 3. cap. 3. num. 11.*

8 Declara primò d. primam, & ſecundam limitationem quod licèt accuſator teneatur, præcipuè ad requiſitionem rei, diem, & horam exprimere, & ſpecificare, non tamen tenetur illam de neceſſitate probare, cum accuſator teneatur ſolùm d. ſpecificationem facere, vt reus poſſit facere ſuas defenſiones, vt tenuerunt *Plot. conſ 60 n. 28. & ſeq.* & poſt *Bertran. in d. conſ. 16. nu. 2.* per eum relatum *Clar. in pract. in d. quæſt. 12. verſ. dixi etiam* vbi dicit, quod ita omnes fatentur, & *Guazz. d. defen. 3 cap. 3. num. 11. verſ alij autem &c.* & taxa d. ſpecificatione diei ad inſtantiam inquiſiti, & delicto probato de alia die, quod ſequi poſſit condemnatio, quicquid ſit quando dies fuit ſponte appoſita in accuſatione, vel inquiſitione, niſi tamen adeſſent clauſulæ ſaluatæ, dicit *Farinac. in d. quæſt. 1. num. 30.*

9 Declara poſtremò d. principalem concluſionem, quod licèt accuſator non teneatur exprimere in accuſatione diem, & horam commiſſi delicti, tenetur tamen in ea exprimere annum, menſem, & locum, etiam parte non opponente, de qua vide latius per *Far. de inquiſ. quæſt. 1 n. 12. & ſeq. Scacc. de iud. lib. 1. cap 51. num. 20. & ſeq. Guazz defen. 3. cap. 3. per tot. Vrſell. in exam. apum, d. concl. 26. num. 38. & ſeq. Ciriac. contr. 488. num. 51. & ſeq.* vbi loquitur in inquiſitione, & *Vermigl. conſ. 254. num. 4.* non enim ex aliorum ſcriptis ſcripta conncienda ſunt.

10 Amplia primò d. declarationem, vt illa habeat locum etiam in inquiſitione, in qua Iudex tenetur ſpecificare annum, & menſem, & alias circumſtantias, ne reo tollatur defenſio, etiam parte non opponente, vt tradunt *Farin. Scacc. Guazz. et Vermigl. in loc. ſupra proximè adduct.* & vltra eos *Ciriac. controu. 486. num, 1. et ſeq.* benè comprobans.

A D.

ADDITIO.

N.1. VBi habetur, quod accuſator non tenetur exprimere in accuſatione diem præciſam commiſſi delicti, ſed ſolum annum, & menſem alias accuſatio eſt nulla etiam parte non opponente adde *Ciriac. contr. 488. num. 51. & ſeq. Antonell. de tempor. legal. lib. 4. cap. 12. in princ. Caluin. de æquit. lib. 2. cap. 190. num. 70.* qui loquitur in Inquiſitione, & dicit, ita pluries in Senatu Mediolani fuiſſe deciſum excipiendo delicta leuia, & ſucceſſiua, qualis eſt ebrietas, & ſimilia in quibus d. ſpecificatio non requiritur, & *Rot. deciſ. 431. num. 1. & ſeq. par. 1. diuerſ.*

N.2. Vbi habetur, quod ſpecificatio diei eſt facienda inſtante reo qui forte vult probare negatiuam coarctata de loco, & tempore adde *Antonell. de tempor. legal. lib. 4. cap. 12. num. 4. & Rot. d. deciſ. 431. num. 3. par. 1. diuerſ.* vbi dicit id eſſe iudici arbitrarium.

N.5. Vbi habetur, quod accuſator non tenetur ſpecificare diem quando iurat de illo non recordari adde *Antonell. de tempor. legal. lib. 4. d. cap. 12. num. 5.* qui *num. 6.* dicit, ſufficere accuſatori ſpecificare diem tempore aſſignationis defenſionem, vt habetur hic *num. 6.*

N.7. Vbi habetur, accuſatorem teneri exprimere diem in accuſatione quando delictum eſt punibile vna die, & alia non adde *Antonell. de tempor. legal. d. cap. 12. num. 9.* vbi plures dat concordantes.

N.8. Vbi habetur, quod accuſator quando tenetur diem ſpecificare non tenetur illam probare ante *Antonell. de tempor. legal. d. cap. 12. num. 5. & ſeq. & num. 8. & ſeq.* niſi quando in accuſatione diem, vel tempus certum expreſſit, quia tunc tenetur illam probare, alias reus eſt abſoluendus etiam probato delicto, niſi in libello accuſationis adeſſent clauſulæ ſalutares, vt ibi per *dict. Antonell.* qui alios adducit ita ſentientes.

N.9. & 10. Vbi habetur, quod accuſator tenetur ſpecificare mentem, & animum, & quod idem eſt faciendum in Inquiſitione adde *Antonell. de temp. legal. d. cap. 12. num. 2. & 3. Caluin. de æquit. lib. 2. cap. 190. num. 70.*

SVMMARIVM.

1 *Accuſatio, vel inquiſitio ſi contineat qualitatem, quæ non ſit probata in proceſſu, non poteſt ſequi condemnatio.*

Licèt aliqui Doct. contrarium teneant. num. 2.

Fallit concluſio, ſtantibus clauſulis ſalutaribus in accuſatione, ſeù in Inquiſitione appoſitis. numer 3.

Fallit ſecundò ſi reus fateatur delictum. num. 4.

RESOLVTIO VIII.

Accuſatio, vel Inquiſitio ſi contineat qualitatem, quæ non eſt probata in proceſſu an poſſit ſequi condemnatio.

1 IN accuſatione, vel inquiſitione ſi ſit expreſſa aliqua qualitas, puta vulnus cum cicatrice, percuſſio cum ſanguine, & ſimilia, ſi d. qualitas non ſit probata in proceſſu, quia ſit probatum vulnus, ſed non cicatrix: percuſſio, ſed non cum ſanguine, non poteſt ſequi condemnatio, ſed Inquiſitus eſt abſoluendus, niſi pendente iudicio fiat detractio d. qualitatis, ad tex. in *l. in delictis 4. §. ſi detracta, & ibi not. Bart. & Doct. ff. de noxal. act.* & tradunt *Boſſ. in pract. in tit. de inquiſ. n. 82. & ſeq. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 66. verſ. ſed quid ſi pro parte &c.* vbi tamen dicit contrarium de conſuetudine ſeruari, ſtantibus tamen clauſulis ſalutaribus de quibus dicetur infra in limitationibus *Rolan. conſ. 45. nu. 17. & ſeq. lib. 1. Thob. Non. conſ. 96. n. 1. & 2. Gaill. de pac. publ. lib. 1. cap. 13. n. 1. & ſeq.* vbi dicit ita fuiſſe iudicatum, *Far. de inquiſ. quæſt. 1. n. 23. & ſeq.* vbi quamplures adducit concordantes, teſtatur de magis communi Doctorum opinione, & plures facit ſtilationes. & hanc concluſionem dicit eſſe communem, & de iure veriſſimam dicit *Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 51. num. 39. & ſeq.* licèt quandam ſuam afferat diſtinctionem, de qua ibi per eum, adde ita ſentientes *Guazzin. defen. 3. cap. 3. n. 13. Caball. reſol. crim. caſu 56. num. 80. & ſeq.* diſtinguendo, vt ibi per eum *cent. 1. et Vermigl. conſ. 224. num. 1.*

2 Licèt contrarium tenuerint, imò condemnationem ſequi poſſe *Barb. Caſtr. Salic. et alij*, quos refert, & ſequitur *Ant. Gomez var. reſol. cap. 11. nu. 7. Blanc. in pract. crim. §. viſis indicijs, num. 76.* cum quibus inclinare videtur *Caball. d. caſu 56. num. 82.* maximè de conſuetudine, & ſtantibus clauſulis ſalutaribus, vt ibi per eum.

3 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, ſtantibus clauſulis ſalutaribus apponi ſolitis in libello accuſatorio, ſeù in inquiſitione, puta *non ſe aſtringens etc. ſuper quibus omnibus, et ſingulis, etc. ſaluo iure, etc. omni meliori modo etc. Deducens etc.* quia tunc licet qualitas appoſita non ſit probata, adhuc tamen ſequi poteſt condemnatio, ſaltem de generali conſuetudine, vt tradunt *Ant. Gomez in dict. tom. 3. tit. 11. num. 6. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 12. verſ. quid ſi accuſator, etc. et d. quæſt. 66. verſ. ſed quid ſi pro parte etc. Farinacc. de inquiſ. d. quæſt. 1. num. 12. et ſeq. et Guazzin. d. defen. 3. cap. 3. num. 13.* & not. etiam *Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 51. num. 39. et ſeq. et Caball. d. caſ. 56. num. 81. et ſequen. et caſu 173. num. 12. cent. 2.*

4 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, ſi reus fateatur delictum, quia tunc ex eius confeſſione poteſt condemnari, licèt non conſtet de qualitate in accuſatione, vel inquiſitione expreſſa, cum, quando conſtat de delicto per confeſſionem rei, ſit locus condemnationi etiam ex inordinato proceſſu, vt voluerunt *Auguſ. ad Angel. de malef. in verſ. qui D. Index il 2. num. 5. Anton. Gomez d. tom. 3. cap. 11. num. 6. Farinac. de inquiſ. dict. quæſt. 1. num. 32.* vbi circa reum confitentem delictum ſine qualitate expreſſa ſe remittit ad *Bero. in capit. at ſi clerici, 4. num. 72. de iudic.* & ſcribit etiam *Caball. reſolut. criminal. caſu 173. numer. 9. et ſequen. cent. 2.*

ADDITIO.

N.3. VBi habetur, quod ſtantibus clauſulis ſalutaribus poteſt ſequi condemnatio etiamſi in accuſatione vel Inquiſitione ſit expreſſa aliqua qualitas, quæ in proceſſu non ſit probata adde *Zuff. de legit. proc. crim. in lib. 1. quæſt. 4. num. 1. & ſeq.* late comprobantem, & dicentem,

prædicta non habere locum quando illæ apponuntur in ſecundo monitorio moderante primum circa qualitatem delicti in eo appoſitam, & teſtantem de veriori opinione, & idem ſcribit *quæſt. 15. num. 7. 8. & ſeq.*

SVMMARIVM.

1 *Qualitas ſi non ſit deducta in accuſatione, ſi tamen de ea conſtet in proceſſu, poteſt ſuper ea ferri ſententia.*

Licèt contrarium teneant aliqui Doct. num. 2.

Amplia d. concluſionem, vt habeat locum etiam in qualitate non appoſita in inquiſitione. num. 3.

Amplia ſecundò eò magis ſtante confeſſione inquiſit. num. 4.

Amplia tertiò, ſtantibus maximè clauſulis ſalutaribus. num. 5.

Amplia quartò, vt etiam ſit locus pœnæ ordinariæ. num. 6.

Licèt contrarium teneant aliqui Doct. num. 7.

Declara d. concluſionem, vt d. qualitat addi poſſit ante ſententiam in accuſatione, vel inquiſitione. num. 8.

RESOLVTIO IX.

Qualitas ſi non ſit deducta in accuſatione, ſi tamen de ea conſtet in proceſſu an poſſit ſuper ea ferri ſententia.

1 Qualitas aggrauans ſi non ſit deducta per accuſatorem in accuſatione ſi tamen de illa conſtet, quia fuerit in proceſſu probata, poteſt ſuper ea ferri ſententia, & reus poteſt condemnari, vt voluerunt *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 11. num. 8. Clar. §. fin. quæſt. 90. num. 3. Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt. 66. num. 28.* late *Caball. reſol. c. m. caſu 173. per tot. cent. 2.* cum quibus pertranſit *Guazz. defenſ. 3. cap. 4. num. 2 & cap. 5. in princ.* vbi teſtatur ita in practica ſeruari, & ita ipſos pluries ſeruaſſe, vt ibi per eos.

In criminalibus enim non eſt neceſsè, quod ſententia ſit conformis libello, ſed ſufficit, quod ſit probatum delictum ad rex. *in l. 1. §. nam vt Papinianus ff. ad Turpill.* & tradunt *Gomez d. cap. 11. ſub num. 8.* vbi teſtatur de communi opinione, *& Baiar. ad Clar. d. quæſt. 66. num. 28.* & idem tradit *Scac. de ſent. & re iudic. gloſ. 14. quæſt. 16. num. 31.*

2 Quicquid contrarium tenuerint *Marſil. in pract. §. quoniam num. 52. & ſeq. Ang. de maleſ. in ver. Qui D. Iudex num. 4.* & alij relati *per Caball. vbi ſupra.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum non ſolùm in accuſatione, verùm etiam in inquiſitione, in qua ſi qualitas aggrauans non ſit expreſſa, ſi tamen in proceſſu ſit probata, condemnatio ſequi poteſt, vt not. *Caball. d. caſu 173. num. 2. & ſeq. & Guazz. d. defen. 3. cap. 4. num. 3.* vbi dicit, d. qualitatis non expreſſæ in querela, vel inquiſitione, ſed probatæ in proceſſu dandam eſſe reo copiam, vt ſuas valeat facere defenſiones, vt ibi per eum.

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum ſtante confeſſione inquiſiti, cum tunc ſit curandum de forma accuſationis, nec de eo, ad quod fuit actum per partem, ſed ſolum veniat attendenda ipſa confeſſio, vt tradunt *Auguſ. ad Ang. de maleſ. in ver. Qui D. Iudex il 2. num. 5. & 6.* vbi ampliat hoc procedere non ſolùm ſi reus fateatur qualitatem, ſed etiam ſi fateatur aliud delictum ſeparatum, *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 11. num. 6. verſ. quartò limita, Caball. d. caſu 173. num. 9. & Guazz. d. cap. 4. n. 3.* & faciunt notata *per Farin. de inquiſ. q. 1. n. 32.*

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum ſtantibus clauſulis ſalutaribus apponi ſolitis in accuſatione, & inquiſitione, vt dixi *in reſol. præced.* in prima limitatione, quæ hic non repeto breuitatis ſtudio, & tradunt *Guazz. in d. defen. 1. cap. 4. num. 3 in fine,* & ante eum *Scac. de iudic. lib. 1. cap. 91. num. 42. verſ. operatur ſecundò &c.*

6 Amplia quartò d. concluſionem, vt probata qualitate aggrauante in proceſſu, quæ non fuit expreſſa in accuſatione, vel inquiſitione, ſit locus condemnationi in pœnam ordinariam, vt poſt *Cin. Bart. Ang. & Caſtr.* per eum relatos firmat *Ant. Gomez d. tom. 3. cap. 11. num. 8. verſ. imò quod magis eſt &c.* vbi teſtatur, hãc eſſe magis communem Doct. opinionem, quem ſequitur *Guazz. d. defen. 3. cap. 4. in fin. num. 5,* vbi dicit dubitare, quod ab illa in iudicando non ſit recedendum.

7 Licèt contrarium, tantùm eſſe locum pœnæ extraordinariæ in d. caſu tenuerint *Ang. conſ. 177. & conſ. 215. Auguſ. ad Angel. de maleſ. in d. ver. Qui D. Iudex num. 18. & Decian. conſ. 115. num. 10. lib. 3.* relati *per Guazzin. d. cap. 4. num. 5.*

8 Declara d. concluſionem principalem, vt ante ſententiam addi poſſit in accuſatione, vel inquiſitione qualitas aggrauans, ita vt in ſententia de illa ratio haberi poſſit, & hoc omnem aufert difficultatem, vt voluerunt *Ang. de maleſ. in d. ver. Qui D. Iudex nu. 1. & 3. & ibi Auden. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 1. ſub num. 27.* & latiùs *d. cap. 11. ſub num. 8. Cabal. d. caſu 173. num. 11. Guazz. d. defen. 3. cap. 5. num. 1.* vbi dicit, d. qualitatem addi etiam poſſe in cauſa appellationis. *& n. 2.* dicit, qualitatem aggrauantem detrahi poſſe de accuſatione, antequam reus examinetur, & ſic ante litem conteſtatam, vt ibi per eum.

ADDITIO.

N. 1. Vbi habetur, quod qualitas aggrauans ſi non ſit deducta in accuſatione, ſi tamen de illa conſtet in proceſſu poteſt ſuper ea ferri ſententia, & reus condemnari adde *Farinac. ſe retractantem in addit. ad quæſt. 1. de inquiſ. nu. 29.* benè comprobantem per plures authoritates *Caball. reſ. crim. caſ. 56. n. 82. & Zuffi. de leg. proc. crim. q. 16. n. 7. & ſeq.*

N. 2. Vbi recenſentur Doctores contrarium tenentes adde. Cum quibus ſenſerat etiam *Guazzin. ſibi contrarius defen. 3. cap. 3. num. 13. verſ. & vigore, & r. Vermigl. conſ. 224. num. 1. & ſeq. Zuff. de legit. proceſſ. crim. lib. 1. cap. 4. num. 5.* allucinati fortaſſe ob doctrinam *Farin. de Inquiſ. d. quæſt. 1. num. 39.* a qua poſtea receſſit in *addit. de qua ſupra.*

N. 3. Vbi habetur prædicta habere locum tam ſi dictas qualitas deficiat in accuſatione, quam in Inquiſitione adde *Farinac. in addit. ad d. quæſt. 1. de Inquiſ. num. 29.* ita ſentientem ex *Caball. in d. caſu 173. per eum relato.*

N. 4 Vbi habetur: ſtante confeſſione rei poſſe ſequi condemnatio.

nationem etiam ſuper qualitate in accuſatione, vel inquiſitione non deducta, adde Quicquid contrarium tenuerint idem Caball. ſibi contrarius reſol. crim. d. caſu 56. n. 51. & de omn. gen. r. homic. num. 244. vbi tamen de conſuetudine tranſit cum ſupradicta opinione, & ſenſerit Vermiglol. dict. conſ. 224. num. 1.

N. 5. Vbi habetur, quod ſtantibus clauſulis ſalutaribus in accuſatione, vel inquiſitione appoſitis poteſt ſequi condemnatio ſuper qualitate in proceſſu probata licet in accuſatione, vel inquiſitione non deducta adde Caball. reſol. crim. caſu 56. num. 52. Vermigl. d. conſ. 224. num. 4. & Luſſ. de legit. proc. crim. lib. 1. cap. 4 per tot. late comprobantem.

N. 8. Vbi habetur, qualitatem in accuſatione, vel inquiſitione non appoſitam apponi poſſe ante ſententiam, & etiam poſſe, illam detrahi de accuſatione, antequam reus examinetur adde Guazz. defen. 3. cap. 4. num. 9. vbi dicit, quod de noua qualitate probata in proceſſu, & non deducta in quærela debet reo dari copia in publicatione proceſſus, ne remaneat indefenſus, & Luſſ. de legit. proc. crim. lib. 1. cap. 4. num. 6. & ſeq. dicentem, quod quando qualitas deducta in inquiſitione de illa detrahitur debet in reo monitari, & non ſufficere tranſmittere reo nouam inquiſitionem ſine dicta qualitate, vt ibi per eum.

S V M M A R I V M.

1 *Accuſatore aperto non dato, primus teſtis examinatus habetur pro accuſatore.*

Quod habet locum etiam, quando fuit proceſſum per Deuenit ad aures, *num. 2.*

R E S O L V T I O X.

Accuſatore aperto non dato an primus teſtis examinatur habeatur pro accuſatore.

NOn dato aperto accuſatore, primus teſtis, qui reperitur examinatus, habetur pro accuſatore, & ideò nullam facit probationem, vt tradunt *Bertaz. conſ. 251. n. 103. lib. 2. Decia. conſ. 93. ſub num. 125.*
1 *lib. 2. Guazzin. defen. 29. cap. 2. num. 28. D. Andreol. contr. 345. num. 1. Capic. Latr. deciſ. 179. num. 17. par.* 2. & dixi ego *alleg. Forenſ. 89. num. 40. & allegat. 95. num. 4. & allegat. 99. num. 6.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam, quando fuit proceſſum per *Deuenit ad aures*, quod reſultat in ſecretam accuſationem, & habet eundem effectum, quem ſecreta habet accuſatio, vt not. *Ciriac. contr. 482. per tot.* vbi infert, quod Iudex in dicto caſu tenetur declarare, an dictus denunciator fuerit aliquis ex teſtibus examinatis, vt ibi per eum.

A D D I T I O.

N. 1. VBi habetur quod non dato aperto accuſatore primus teſtis examinatus habetur pro accuſatore adde *Andreol. contr. 345. num. 1.*

S V M M A R I V M.

1 *Accuſare nemo poteſt nomine alieno.*

Amplia primò, vt Syndicus, Tutor, & ſimiles non poſſint accuſare nomine Syndicatorio, & Vniuerſitatis, & Tutor tutorio nomine, ſed accuſare debeant proprio nomine ad vtilitatem tamen Vniuerſitatis, & Minoris, num. 2.

Limita concluſionem, vt de conſuetudine quilibet poſſit accuſare pro alio cum legitimo mandato, num. 3.

Limita ſecundò in Fiſco, perſonis illuſtribus, mulieribus honeſtis, & minoribus, num. 4.

R E S O L V T I O X I.

Accuſare an poſſit quis nomine alieno.

1 ACcuſare nemo poteſt nomine alieno, ſed debet accuſator ipſemet comparere, præſertim in criminibus publicis, vt tradunt *Corrad. in pract. in tit. de accuſ. num. 12. verſ. 63.* quem vnà cum alijs pluribus refert, & ſequitur *Farinac. de accuſ. quæſt. 12. num. 51. & conſ. 55. num. 1. & ibi Adden. litera A lib. 1. Clar. in pract. §. fin. qu. 14. verſ. item quæro &c. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 101. num. 44. Guazzin. defen. 3. cap. 8. in princ. Gargiar. Iun. conſ. 59. num. 40. lib. 1.* & ante eos *Menoch. de arbitr. lib. 1. quæſt. 79. num. 2.* vbi teſtatur de communi obſeruantia.

Accuſator enim ponebatur in carcerem, ex quo tenebatur ad pœnam talionis, ad quam procurator non poterat ſe ſubſcribere *l. 1. §. 1. ff. ad Turpill. l. fin. C. de accuſ.* & ſcribit *Scacc. de iudic. d. cap. 101. num. 41. verſ. & licet, &c.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt Syndicus, Tutor, & ſimiles non poſſint accuſare Syndicatorio nomine, & Vniuerſitatis, & Tutor tutorio nomine ſed accuſare debeant proprio nomine ad vtilitatem tamen Vniuerſitatis, & Minoris, vt tradunt *Angel. de malef. verſ. & ad quærelam num. 20. & ibi Adden. Farinac. de accuſ. d. quæſt. 12. num. 52. & ſeq* alios adducens concordantes, *& de var. ac diuer. quæſt. quæſt. 99. n. 18. Guazzin. d. defen. 3. cap. 8. in princ.* & vide infra in ſecunda limitatione.

3 Limita primò d. concluſionem, vt quicquid ſit de iure, de conſuetudine tamen vnuſquiſque admittitur ad accuſandum pro alio, dummodo habeat ſpeciale mandatum, cum pœna talionis non ſit amplius in vſu, ad quam procurator non poterat ſe ſubſcribere, vt dixi ſupra, vt teſtatur *Clar. in pract. d. quæſt. 14. verſ. item quæro numquid &c. & quæſt. 32. verſ. ratio autem &c. & verſ. quæro numquid etc. Adden. ad Farinac. d. conſ. 55. littera A. Farin. de accuſ. d. quæſt 12 num. 53. et de var. ac diuer. quæſt. d. quæſt. 99. num. 6. et Guazz. defen 3. cap. 8. num. 3.* vbi dicit, quod ita paſſim in Curia Romana ſeruatur, & idem aſſerit *Scacc. de iudic lib. 1. cap. 101. num. 44.*

4 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in Fiſco in perſonis illuſtribus in mulieribus honeſtis, & minoribus, quia omnes illi per Procuratores, Tutores, & Curatores accuſare poſſunt, circumſcripta etiam ſupradicta conſuetudine, vt not. *Baia. ad Clar. §. fin. quæſt. 14. num. 47. Decian. tract. crim.*

crim, lib. 3. cap. 36. num. 14. Guaz d. defen. 3. cap. 8. num 4. Borgn. de tutor. & curat. num 292. Menoch. de arbitr. lib. 1. quaſt. 79. num. 15. & Bald. Thomaſ. in ſuis tract. var. tom. 2. de tut. & cur. tit. 19. n. 4034. & Andr. Gail. de pace publ. lib. 1. cap. 10. num. 12.

ADDITIO.

N. 2. VBi habetur, quod Sindicus, Tutor, & ſimiles non poſſunt accuſare nomine Sindicatorio, & Vniuerſitatis, vel minoris, ſed debent accuſare nomine proprio ad vtilitatem Vniuerſitatis, vel minoris adde *Giouagn. conſ. 43. num. 1. & ſeq. lib. 1.* vbi plures dat concordantes.

N. 3. Vbi habetur, quod de conſuetudine quilibet admittitur ad accuſandum pro alio cum ſpeciali mandato, cum pœna talionis non ſit amplius in vſu adde *Giouag. d. conſ. 43. num. 2.* vbi dicit, non ſufficere mandatum generale etiam cum libera, & *num.* 3. ſubiungit, quod in mandato apponatur, eſſe procedendum criminaliter ſub tali forma, & quod adſint omnes ſolemnitates requiſitæ in accuſatione, & quod exprimantur perſonæ accuſandæ, non ſufficere Clauſulam *Contro qualunque perſona*, maximè ſi agatur contra officiales, vt ibi per eum ex *Baiar. ad Clar. §. fin. quaſt. 34. num. 47. & Sacca conſ. 53. num. 46.*

SVMMARIVM.

1 *Accuſator non tenetur ſe repetere ſuper interrogatorijs accuſati.*

RESOLVTIO XII.

Accuſator an teneatur ſe repetere ſuper interrogatorijs accuſati.

1 ACcuſator non tenetur ſe repetere ad inſtantiam accuſati ſuper ſuis interrogatorijs, ne accuſator forte redierit in gratiam accuſati, & aliquid contra veritatem fateatur deſtruendo intentionem Fiſci, ità vt accuſatus impunitus euadat, vt tradunt. *Clar. in pract. §. fin. quaſt. 45. verſ. ſed hic incidenter &c. Seacc. de iudic. lib. 2. c. 7. num. 251.* & clarius. *Michal. de poſit. cap. 30. n. 6. & 7.*

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod accuſator non tenetur ſe repetere ſuper interrogatorijs accuſati adde *Zuffi. de legit. proc. crimin. lib. 4. quaſt. 180. num. 4.* vbi ſentit, accuſationem non indigere legitimatione, vt ibi per eum.

ACTVS.

SVMMARIVM.

1 *Actus, qui poteſt ſe habere ad delictum, & non delictum, interpretatur pro non delicto.*

2 *Interpretatio eſt facienda, per quam delictum excluditur.*

3 *Actus, qui vno loco, & tempore eſt licitus, & in alio non, præſumitur factus in loco, & tempore licito,*

4 *Verba, quæ poſſunt trahi ad delictum, & non delictum, interpretanda ſunt pro non delicto.*

5 *Conſilium alicui datum, ſi poſſit intelligi de delicto, et non delicto, intelligitur in bonam partem pro non delicto.*

RESOLVTIO VNICA.

Actus qui poteſt ſe habere ad delictum, & non delictum an ſit interpretandus pro non delicto.

1 ACtus, qui poteſt ſe habere ad delictum, & non delictum, præſumitur potius bonus, & in non delictum, quàm malus, & in delictum, vt not. *Maſcar. de prob. concl. 1003. nu. 14. et ſeq. lib. 2. Menoch. de præſum. lib. 5. præſumpt. 2. n. 1. et ſeq. Farin. de reo confeſ. et conu. quaſt. 85. n. 5.* alios adducens concordantes *Euge. conſ. 86. numer. 53. lib. 1. Hond. conſ. 58. num. 57. lib. 1. Giurb. conſ. 37. num. 31. Barboſ. axiom. 68. num. 14. Vrſell. in exam. apum concl. 47. num. 28. Vermigl. conſ. 3. numer. 25. et conſ. 13. nu. 2.* plenè *Paul. Rub. de valid. legal. cap. 1. num. 7. et ſeq. et cap. 16. nu. 2. et ſequen. Rota apud Greg. XV. deciſ. 204. num. 17. et deciſ. 476. num. 6. et deciſ. 493. numer. 5.* & dixi ego *alleg. foren. 89. num. 17.*

2 Interpretatio enim illa ſemper eſt ſumẽda, per quam excluditur delictum, vt tradunt *Guazz. defen. 29. c. 2. num. 4. et 10.* vbi plures facit illationes. *Farinac. conſ. 30. num. 173 et ſeq. et conſ. 60. nu. 84. et 93. lib. 1. Barb. d. axiom. 68. num. 14. & Paul. Rub. de validit. legal. d. cap. 1. num. 7. & d. cap. 16. num. 2. & ſeq.* & dixi latius infra in verbo. *Interpretatio.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt actus, qui vno loco, & tempore eſt licitus, in alio verò loco, & tempore eſt illicitus, præſumitur factus potiùs in loco, & tempore licito, quam illicito, vt tradunt. *Bart. Bald. Caſtr. Cuma. Iaſ. Roman. Alex. & alij in leg. non ſolum 8. §. ſed vt probato ff. de oper. non nuncia. Maſcar. de prob. concl. 1003. num. 16. lib. 2. & concl. 1224. num. 31. lib. 3.* latè *Menoch. de præſump. lib. 5. præſump. 2. num. 10 & præſump. 3. num. 49 & num. 119 & ſeq.* latiùs *Farinac. de reo confeſ. et conuic. quaſt. 85. nu. 6. et ſeq.* vbi declarat, quando d. ampliatio procedat in prohibitis, vel permiſſis de iure, vt ibi per eum. *Vrſell. d. concl. 47. num. 28. et Paul. Rub. de validit. legal. d. cap. 1[illegible]. num. 2. et ſequen.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem illatiuè, vt verba, quæ ſecundùm diuerſos intellectus poſſunt trahi ad bonum, & ad malum, ad delictum, & non delictum, interpretanda ſint potiùs ad bonum, & non delictum, quam ad malum, & delictum, vt ſcripſerunt *Rolan. conſ. 11. num. 33. et ſeq. lib. 3.* vbi plures facit illationes *Menoch de præſump. lib 5. d præſump. 2. nu. 7. et ſeq. Decian. tract. crim. lib. 6 cap. 5. num. 15. Farinac. d. quaſt. 85, num. 10. et ſeq.* vbi alios dat concordantes, latè *Guazzin. defen. 29 cap. 2. num. 10. et ſeq.* quamplura adducens verborum exempla. *Ciriac. controu. 106. num. 85. Criſpol in ſuis caſibus milit. caſu 27. nu. 21.* nouiſſimè *Paul. Rube. de valid. legal. cap 28. num. 12. et ſeq.* vbi hoc ampliat, etiam ſi verba eſſent impropriauda, vt ibi per eum.

5 Amplia

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt verba conſilij alicui dati, quæ poſſunt importare delictum, & non delictum, in dubio interpretanda ſint in bonam partem, vt non importent delictum, vt not. *Alciat. de præſump. reg. 3. præſump. 1. num 3. Gabr. comm. concluſ. de maleſ. concl. 2. num. 2. Maſcar. de prob d. concl. 1003. num. 17.* plenè. *Farinac. de reo confeſ. & conuin. quæſt. 85. num. 18.* vbi alios dat concordantes, & latiùs *de conſult. & mand. quæſt. 129 num. 72. & ſeq.* vbi dicit, hanc ampliationem non habere locum ſtante in contrarium communi vſu loquendi, & ſtante inimicitia inter conſulentem, & occiſum, vt ibi per eum.

ADMINICVLA.

SVMMARIVM.

1 *Adminicula probari debent per duos teſtes.*

Amplia, vt teſtes probantes adminicula debeant eſſe omni exceptione maiores. num. 2.

Licèt contrarium teneant aliqui Doct. numer. 3.

Subamplia habere locũ etiam in atrociſſimis. n. 4.

Et in delictis occultis, & difficilis probationis. numer. 5.

6 *Adminicula probari debent per duos teſtes etiam in crimine grauiſſimo.*

7 *Teſtes probantes adminicula debent eſſe non ſolum duo, ſed etiam conteſtes.*

Declara, vt num. 8.

RESOLVTIO I.

Adminicula an ſit probanda per duos teſtes.

1 ADminicula probanda ſunt per duos teſtes, vt poſſit de eis aliqua ratio haberi, vt tradunt. *Clar. in pract. §. fin quæſt. 22. in princ.* alios adducens de communi opinione atteſtantes, *Ant. Gomez. var. reſol. num. 3. cap. 13. num. 18. Hond. conſ. 87. num. 120, lib. 2. Farinac. de indic. & tort. quæſt. 37. num. 15 & conſ. 34. num. 3.* vbi teſtatur de communi opinione, *& conſ. 56. num. 4. & conſ. 61. num. 18. lib. 1. Cabal. reſol. crimin. caſu 200. nu. 129. cent. 2. Guazzin. defen. 30. cap. 31. num. 1.* vbi plures dat concordantes, *& defen. 32. cap. 8. num. 3. Ciriac. contr. 104. num. 32. & contr. 150. num. 11. Ant. de Ball. tract crim. lib. 1. quæſt. 5. num. 15.* & dixi ego *allegat. forenſ. 93. num. 24.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt teſtes probantes adminicula eſſe debeant etiam omni exceptione maiores, vt docent. *Ant. Gomez. var. reſol. tom. 3. cap. 13. num. 18.* vbi hanc opinionem latè comprobat, & dicit contrariam opinionem eſſe falſam *Maſcar. de prob. concl. 894. num. 3.* licèt *num. 13. & ſeq.* contrarium aſſerere videatur *lib. 2. Menoch. de præſ. lib. 1. quæſt. 91. num. 5. & 6.* vbi hanc opinionem dicit eſſe probabiliorem, & illam comprobat, & à contrarijs defendit, quam etiam veriorem, & probabiliorem, & ab ea in iudicando non eſſe recedendum, dicit. *Farinac. de indic. & tort. quæſt. 37. num. 28. & conſ. 22. num 7.* vbi teſtatur de veriori opinione *& conſ. 37. nu. 51. in fin. & conſ. 87. nu. 3. lib. 1. Guazzin. defen. 30. cap. 31 num. 3. verſic. & etiam. &c. Ciriac. contr. 106. num. 44. & Carcn de Offic S Inquiſ. part. 3 tit. 10. nu. 22. & ſeq.* vbi teſtatur de magis communi Doct. opinione, & dicit, quod Iudices Deum timentes parum curant de opinione *Marſil.* & aliorum contrarium tenentium vt ibi per eum, & dixi ego *alleg. foren. 98. num. 13.* & infra latiùs *in ver. Iudicium reſolut.*

3 Licet contrarium tenuerint *Marſil. in pract. §. diligenter num. 8. Rolan. conſ. 24. num. 25. lib 1. Brun. conſ. 115. num. 38. inter conſ. crim. diuer. lib. 2.* & alij relati per *Farinac. d. quæſt 37. num. 20. & per Guazzin. d. cap. 31. num. 3. verſic. & licèt &c.* cum quibus pertranſit. *Ant. de Ball. tract. crim l. 1. q. 5. n. 16. & ſeq.* cõtra quos adeſt magis communis Doct. opinio, de qua ſupra.

4 Subamplia primò d. primam ampliationem, vt habeat locum etiam in atrociſſimis, in quibus ad probandum adminicula, & indicia remota non admittuntur teſtes, niſi ſint omni exceptione maiores, vt tradunt *Boſſiu. in pract. in tit. de indic. & conſid. ante tort. num. 15 Rim. Iun. conſ. 361. num. 32. & ſeq. lib. 4.* quem refert & ſequitur. *Farin. de in d & tort. d. quæſt. 37. num. 32. in fin. & in tract. de teſtim. quæſt. 56. n. 72. & ſeq.* vbi alios adducit ita ſentientes, & dicit, hanc opinionem eſſe veriſſimam, & ab illa in iudicando, vti communi, & in conſulendo non eſſe recedendum, quando agitur de probatione adminiculorum non ſubſtantialium, ſecùs quo ad ſubſtantialia, in quibus terminis dicit poſſe procedere contrariam Doct. opinionem, vbi declarat quæ adminicula dicantur ſubſtantialia, & quæ non, vt ibi per eum.

5 Subamplia ſecundò d. primam ampliationem, vt habeat locum etiam in delictis occultis, & difficilis probationis, in quibus, quicquid ſit quo ad probandum delictum principale, ad probanda tamen adminicula & indicia remota non admittuntur teſtes, niſi ſint omni exceptione maiores, vt tradunt *Eugen. conſ. 27. num. 64. lib. 1. Decian. tract. crim. lib 7. cap. 37. num. 14. et cap. 45. num. 2.* quos refert, & ſequitur. *Farinac. conſ. 175. num 11. lib 2.*

6 Amplia ſecundò d. concluſionem principalẽ, quod adminicula probari debẽt per duos teſtes, vt habeat locum etiam ſi agatur de crimine grauiſſimo, puta aſſaſsinij & criminis læſæ maieſtatis, vt not. *Corrad. in pract. in tit. de negat. crim. et torm. num. 16.* vbi loquitur in crimine hæreſis. *Maſcar. de probat. concl. 463. num. 19. lib. 1.* quos refert, & ſequi videtur, *Farinac. de indic. & tortur. d. quæſt. 37. nu. 14 et 17.* & ſcribit etiam *Guazzin. d. defen. 30. cap. 31. n. 2. verſ. ob hoc eſt verum etc.* vbi alios adducit ita ſentientes. *Adden. ad Farinac conſ. 10. litera G. lib. 1.*

7 Amplia tertio d. concluſionem, vt teſtes probantes adminicula, & indicia remota eſſe debeant non ſolùm duo, ſed debeant etiam eſſe conteſtes, itaut ſingulares non ſufficiant, vt voluerunt *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 13. num. 18.* vbi teſtatur de communi opinione, & dicit contrariam opinionem non eſſe veram, nec tenendam, *Menoch. de præſum. lib. 1. quæſt 91. n. 4. Farinac. de indic. et tort. d. quæſt. 37. num. 34.* vbi quamplures adducit ita ſentientes

Guazzin.

Guazzin.defen.30. cap. 31. num. 3. Cirlae. controuer. 106. n.43. Praeſes ab Abano de reat. quaeſt.19. n. 52. quem refert, & ſequitur *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 10. num. 25.*

8 Declara d. tertiam ampliationem, vt non habeat locum, quando teſtes ſingulares probantes adminicula, & indicia remota eſſent vltra duos, & omni exceptione maiores, & deponerent de pluribus indicijs proximis delicto, & illud valdè inferentia, quia tunc debent mouere animum Iudicis ad rem torturæ ſubijciendum, vt latiùs dixi, & declaraui infra in verbo Indicium *reſol.* ... ibi videas.

ADDITIO.

N.4. VBi habetur, quod adminicula etiam in atrociſſimis ſunt probanda per teſtes idoneos, & omni exceptione maiores adde *Caren. de off c. S. Inquiſ. par. 3. tit. 5. num. 75. verſic. vera ſolutio, &c.* qui diſtinguit, quod adminicula ſubſtantialia delicti inferentia ad ſubſtantiam illius puta amplexus, colloquia ſecuta, & munera quando agitur de adulterio, quæ illius commiſſionem inferunt, ſimiliter familiaritas cum hæreticis, conuenticulæ ſecretæ, & ſimilia ſubſtantialia hæreſis probantur per teſtes inhabiles ex *Farin. de teſtib. quaeſt. 56. num. 78. ex Caſtro Palao in opere moral. tract. 4. diſput. 8. punct. 15. §. 2. num. 1. & alijs* Adminicula verò neceſſaria ad delictum, non tamen illatiua illius, puta in adulterio matrimonium, in hæreſi baptiſmum, & ſimilia non probantur per teſtes inhabiles ex *Rendin. in prompt. recept. ſent. tom. 1. tit. 115. num. 5.* relato per *Caren. ibi* loquentem quando agitur de delictis exceptis, & dicentem, ab hac diſtinctione non eſſe recedendum in practica, quicquid dixerit *tit. 10. num. 22. & ſeq. relatus ſupra num. 2.* vbi loquitur in indicijs remotis, prout etiam faciunt aliqui ex Doctoribus ibi relatis.

SVMMARIVM.

1 *Adminicula vt ſuffragentur, debet praecedere aliquis gradus probationis.*

Quod enim nullum eſt adminiculari non poteſt. num. 2.

RESOLVTIO II.

Adminicula, vt operentur an debeat praecedere aliquis gradus probationis.

1 ADminicula non operantur vbi non præcedit aliquis gradus probationis, cui coniungi poſſint, vt tradunt *Gabr. comm. concl. de prob. concl. 1. in prin. Farinac. conſ. 10. num. 16. lib. 1. & conſ. 120. n. 32. Vermigl. conſ. 266. n. 5. Rota deciſ. 558. num. 3. par. 2. recen. & deciſ. 274. ſub num. 14. poſt 2. vol. conſ. Farin. & in Florentina Oratorij 31. Maij 1655. in fin. coram R. P. D. Bichio.*

2 Quod enim non eſt adminiculari non poteſt, cum entium nullæ ſint qualitates, vt argumentantur *Farinac. in d. conſ. 10. n. 16. et Rota d. deciſ. 558. n. 3.* & ante eos *Angel. in l. ſi quis ex argentarijs 6. §. cogentur num. 5. ff. de eden.*

ADVOCATVS.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus, & Procurator opem ferentes banditis per viam iuſtitiæ, vel gratiæ, non comprehenduntur in Bannimentis prohibentibus opem ferri bannitis.*

Quod eò magis habet locum, quando delictum non erat amplius punibile. num. 2.

RESOLVTIO I.

Aduocatus, & Procurator opem ferentes bannitis per via iuſtitiæ, vel gratiæ an comprehendantur in bannimentis prohibentibus opem ferri bannitis.

1 ADuocatus, & Procurator præſtantes opem bannitis, & criminoſis ad effectum euadendi per viam iuſtitiæ, vel gratiæ ſupplicando Principi pro eis, non comprehenduntur, in Statuto, ſeù Bulla prohibente opem, & auxilium præſtari bannitis, vt tradunt *Nell de bannit. in 5. par. 2. temp. num. 27. Guazzin. ad defen. in praefat. nu. 21.* latè *Odd. conſ. 27. num. 1. et pluribus ſeq.* vbi loquitur in crimine læſæ Maieſt. *Farin. de conſult. et mand. quaeſt. 133. num. 73. Iac. Bent. de priuil. Doct. priuil. 46. per tot* & hanc opinionem æquiorem eſſe, dicit *Ant. de Ball. in tract. crim. lib. 5. pragm. 5. tit. 28. num. 5.*

2 Amplia primo d. concluſionem, vt eò magis Aduocatus interuenire poſſit pro bannitis, quando delictum non erat amplius punibile, vt quia bannitus ſit aggratiatus de delicto, iniuncto ſibi exilio, quia durante d. exilio poteſt Aduocatus, vel Procurator pro eò interuenire, vt docent, *Marſil. in pract. §. ſequitur num. 28. Ant. Columba. de modo proc. in contr. crim quaeſt. 160.* quos refert, & ſequitur *Guazzin. in d. praef. num. 22.* vbi dicit, ita fuiſſe reſolutum in Ciuitate Ianuæ.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus compelli poteſt per Iudicem ad ſuſcipiendam cauſam, et defenſionem inquiſiti.*

Amplia d. concluſionem maximè procedere, quando inquiſitus eſt pauper. num. 2.

Ita vt, ſi aduocatus recuſet poſtulare ſine iuſta cauſa, poſſit officio priuari. num. 3.

Limita, concluſionem non procedere, quando Iudex vellet cogere Aduocatum patrocinari pro ſuo inimico, vel contra amicum, vel dominum, vel contra proprios conſanguineos. num. 4.

RESOLVTIO II.

Aduocatus an poſſit compelli per Iudicem ad ſuſcipiendam defenſionem inquiſiti.

ADuocatus compelli poteſt per Iudicem ad ſuſcipiendam cauſam, & defenſionem inquiſiti, vel gratis, vel ſalario ei perſoluto iuxta perſonarum, & negocij qualitatem, cum ipſe te-

netur omnibus officium ſuum impartiri *lib. 1. §. ait prætor. et ibi gloſ. ff. de poſtul. Pute. de Syndic. in tit. de excuſ. aduoc. cap. 1. num. 22. et ſeq. Menoch. de arbitr. caſu 369. num. 6. Andr. Gail obſeru. 43. num. 1 lib. 1. Guazzin. ad defen. reo in præfat. nu. 23.* benè *P. Laym. in ſua Theol. moral. lib. 3. tract. 4. cap. 26. num. 9. Vrſel. in exam. apum concl. 60. num. 95. litera A.* & aduocatum cogi poſſe ad patrocinandum per Inquiſitorem, tradit *Caren. de offic. S. Inquiſ. par. 1. tit. 10. num. 9.*

Aduocati enim officium dicitur publicum, & neceſſarium, ideò non mirum, ſi tenetur omnibus illud impartiri *d. l. 1. §. ait prætor. & ibi gloſ. ff. de poſtum.* & not. *Pute. in d. cap. 1. num. 22. Gratian. diſcept. foren. cap. 56. num. 22. part. 1.*

2 Amplia primo d. concluſionem, vt habeat locum quando inquiſitus eſt pauper, vt tradunt *Iac. Benin. de priuil. Doct. priu. 71. n. 9. & 10. Vrſell. d. concl. 60. nu. 97. & ſeq.* qui alios dant concordantes.

3 Amplia ſecundò, d. concluſionem adeò eſſe veram, vt ſi aduocatus pro alio poſtulare recuſet ſine iuſta cauſa, poſſit officio aduocationis priuari, vel ad tempus, vel alias Iudicis arbitrio *l. prouidendum 7. C. de poſtul.* & not. *Miſing. obſeru. 32. nu. 1. & ſeq. cent. 4. Andr. Gail. obſeru. 43. num. 11. & ſeq. lib. 1. Menoch. de arbitr. d. caſu 369 num. 6. Gratian. diſcept. foren. d. cap 56. num. 22. P. Layman. in d. cap. 26. num. 9. Vrſell. d. concl. 60. num. 98.* qui ſecus dicunt in procuratore, qui non poteſt compelli ad patrocinandum, niſi eſſet ſolitus id facere.

4 Limita primo d. concluſionem, vt non habeat locum, quando Iudex cogere vellet aduocatum ad patrocinandum pro ſuo inimico, vel contra amicum, vel dominum, ſic quando ille excuſaretur aliqua iuſta cauſa, quia tunc non tenetur patrocinari, vt dicunt *Pute. in tit. de excuſ. aduoc. num. 22. & ſeq. Guazzin. ad defen. in d. præfat. num. 23. Andr. Gail. d. obſeru. 43. num. 9.* & idem cenſerem, quando aduocatus cogeretur aduocare contra proprios conſanguineos, & contra patriam per notata *per Alum. in tract. de aduoc. chriſti. par. 2. quæſt. 37. per tot.* & tradit etiam *Peregr. de iure Fiſci lib. 7. cap. 2. num. 8.* & iuſtam cauſam eſſe pro in excuſando, ne diſtrahatur a legendo in Gymnaſio publico, dicit *Gratian. in d. cap. 56. num. 32. par. 1.*

A D D I T I O.

N. 3. in fin. ADde hæc verba, Amplia tertiò d. concluſionem, vt eo magis habeat locum in Tribunali S. Officij, in quo P. Inquiſitor poteſt cogere aduocatum, vt in aliqua cauſa ſui Tribunalis patrocinetur, vt poſt *Bobadil. in ſua polit. lib. 2. cap. 17. num. 103.* per eum relatum tradit *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 1. tit. 10. num. 9.*

S V M M A R I V M.

1 *Aduocatus non poteſt recipi in fideiuſſorem pro ſuo cliente.*

2 *Aduocati, & Procuratores non dicuntur fideiuſſores idonei, vti difficilis exactionis.*

R E S O L V T I O III.

Aduocatus an poſſit recipi in fideiuſſorem pro ſuo cliente.

1 ADuocatus non poteſt recipi in fideiuſſorem pro ſua cliente ad tex. *in l. ſi verò non remunerandi 12. §. fin. ff. manda.* & adnotarunt *Bald. in cap. ex parte 2. num. 4. de poſtul. Pute. de Syndic. in ver. fideiuſſor. num. 7* qui loquitur in officialibus Curiæ dicens ita ſeruari in Magna Curia Vicar. *Boer. deciſ. 315. num. 2.* qui dicit, ita ſeruari in Senatu Burdegalen *& Guazzin. ad defen. in præfat.*
2 *num. 27.* dicens, ita ſeruari in Curia Romana vigore Reform. Pauli V. & addo *Iac. Ben. de priuil. Doct. priuil. 53. num 9.* vbi benè comprobat, & Aduocatores, & Procuratores generaliter non eſſe recipiendos in fideiuſſores, vti difficilis conuentionis, ſcripſit *Pir. Maur. de fideiuſſ. dat. 2 ſect. 8. num. 24. per tot.* vbi dat concordantes, & anima aduertit *Iac. Benin. d. priuil. 53. in fin.*

S V M M A R I V M.

1 *Aduocatus non poteſt interuenire pro aliquo in crimine læſæ Maieſtatis Diuinæ, & humanæ ſine licentia.*

R E S O L V T I O IV.

Aduocatus an poſſit interuenire in crimine læſæ Maieſtatis diuinæ, vel humanæ ſine licentia Inquiſitoris, vel Principis.

1 ADuocatus non poteſt interuenire pro aliquo in crimine læſæ Maieſtatis diuinæ, & humanæ ſinè licentia Inquiſitoris, vel Principis, vt tradunt *Baiar. ad Clar. in pract. §. læſa Maieſtatis num. 25. Decian. tract. crimin. lib. 7. cap. 40. num. 32. & cap. 42. num. 3. & cap. 48. n. 10.* latè *Farinac. de crim. læſæ Maieſt. quæſt. 116. §. 4. num. 28.* vbi alios adducit ita ſentientes, *& trac. de hæreſi quæſt. 197. n. 54. & pluribus ſeq. Odd. cenſ. 27. in princ. Caluin. de æquit. lib. 2. cap. 117. in fin.* & Aduocatum in S. Officio deputari per Inquiſitorem, dicit *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par 1. tit. 10. n. 1. & ſeq.*

A F F E C T V S.

S V M M A R I V M.

1 *Affectus de generali conſuetudine, non punitur pœna ordinaria non ſequuto effectu.*
Etiam in delictis atrociſſimis, num. 2.
Licet in eis fuerit deuentũ ad actum proximũ, n. 3.
Quicquid contrarium teneant aliqui, num. 4.
Etiam in crimine veneni, num. 5.
Licet contrarium in d. crimine teneant aliqui, num. 6.

Et

Et quid ſi in d. crimine fuerit deuentum ad actum proximum remiſſiuè, num. 7.

Quæ conſuetudo generalis habet locum etiam in crimine læſæ Maieſtatis, num. 8.

Licet contrarium teneant aliqui Doct. num. 9.

Et d. conſuetudo procedit etiam in crimine aſſaſinij, num. 10.

Contrarium verò tamen alij Doctores, num. 11.

Et in marito, et vxore conantibus ſe occidere, n. 12.

Et etiam in crimine ſodomiæ, licet fuerit deuentum ad actum proximum, num. 13.

Nec non in raptu virginis, num. 14.

15 *Affectus non ſequto effectu, non punitur pœna ordinaria, etiam ſi agatur de pœna ſtatutaria.*

Licet contrarium teneant aliqui Doctores, num. 16.

17 *Affectus non ſequto effectu, non punitur pœna ordinaria, licet fuerit deuentum ad actum proximum.*

Quæ conſuetudo vti generalis, & notoria non eſt probanda, num. 18.

19 *Conſuetudo ſupradicta non habeat locum quando lex, vel ſtatutum mandat ſeruari contrarium.*

Et an d. conſuetudo ſeruata ſit in delicto parricidii remiſſiuè, num. 20.

RESOLVTIO VNICA.

1 Affectus, ſeu conatus ad delinquendum, quicquid ſit de iure communi de generali conſuetudine Italiæ, & ferè totius Orbis non punitur non ſequto effectu pœna ordinaria, ſed extraordinaria tantum, vt teſtantur. *Tiraq. de pœn. temp. cauſa 38. num. 1.* vbi plures dat concordantes. *Ant. Gomez. var. reſol. de delict. cap. 3. num. 30. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 92. in princ.* plenè comprobans. *Menoch. de arb. caſu 360. num. 92. Peguer. deciſ. 7. num. 13. Cauall. in ſuis commun. quæſt. 540. nu. 12. Hond. conſ. 98. num. 8. & 9. lib. 1.* latè *Farinacc. de homicid. quæſt. 124. num. 78.* quam plures adducens ita ſentientes, & de communi obſeruantia atteſtantes, *& conſ. 28. num. 2. & conſ. 36. num. 1. & conſ. 60. num. 5. & ibi Adden. littera A & conſ. 101. num. 31. lib. 1. Guarb. conſ. 46. num. 37. Vrſell. in exam. apum concl. 74. num. 2. Giouagnol. conſ. 29. nu. 26. lib. 1. Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 36. num. 53. par. 1. Vermigl. conſ. 23. nu. 10. Guazz. defen. 33. cap. 24. num. 6. Andreol. controu. 345. nu. 22. & Paul. Rube. de vallid. legal. capit. 39. num. 21. & ſeq.*

Per d. enim generalem conſuetudinem cenſetur derogatum, *l. is qui cum telo 7. C. ad l. Cornel. de ſicar.* & omnibus alijs iuribus punientibus eadem pœna conatum, & affectum, non ſequto effectu, vt docent. *Farinac. in d. quæſt. 124. num. 78. Tiraq. in dict. cauſa 38. in fin. Hond. d. conſ. 98. num. 6. Gratian. diſcept. forenſ. d. cap. 36. num. 53. & alij Doct. ſupra adducti.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in delictis atrociſſimis, in quibus de conſuetudine non punitur affectus pœna ordinaria, ſed extraordinaria tantum non ſequto effectu, vt not. *Clar. in d. §. fin. quæſt. 92. num. 2.* vbi dicit, Iudicem ſemper debere in hanc partem inclinare, licet dicat, vidiſſe diuerſimodè ſeruari, *Peguer. d. deciſ. 7. nu. 13. Cauall. in d. quæſt. 540. num. 12. & ſeq. Farinac. de homicid. d. quæſt. 124. num. 84.* vbi alios dat concordantes, *& conſ. 28. num. 2. & conſ. 60. num. 5. & ſeq. & ibi Adden. littera B. lib. 1. Vermigl. d. conſ. 23. num. 10. Andreol. d. contr. 345. num. 20. & ſeq. Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 35. ſub nu. 10. Giouagn. d. conſ. 29. num. 20. & ſeq. & Gratian. d. cap. 36. num. 53. par. 1.* addo *Sperell. deciſ. 20. num. 38. part. 1. & Ludou. deciſ. Lucen. 35. num. 30.*

3 Sub amplia primò d. primam ampliationem, vt habeat locum etiam ſi fuerit deuentum ad actum proximum, vt tradunt. *Farinac. de hom. quæſt. 122. num. 31.* vbi teſtatur de magis communi, & ſeruata opinione, *& d. quæſt. 124. num. 89. & conſ. 36. num. 1. & conſ. 28. num. 2. & d. conſ. 60. nu. 5. & ſeq.* vbi pariter hanc dicit magis communem opinionem. *Hond. d. conſ. 98. num. 8. & 9. & conſ. 108. num. 51. & ſeq. lib. 1. Adden. ad Theſaur. deciſ. 243. littera A.* plenè comprobantes, & teſtantes, ita plures in illo Senatu fuiſſe iudicatum, *Guarb. dict. conſil. 45. num. 37.* vbi plures dat concordantes, & dicit hanc eſſe æquiorem opinionem, *Andreol. d. controuer. 345. num. 20. & ſeq. & Sperell. d. deciſ. 20. num. 38.*

4 Licet contrarium tenuerint, *Couar. Plaza, Menoch. & Dec.* relati per *Farin. in d. q. 122. n. 31. & Vrſell. in d. concl. 74. n. 15.* vbi concordantes. & *Caluin. de æquit. cap. 102. num. 38.*

5 Sub amplia ſecundo d. primam ampliationem illatiuè, vt d. generalis conſuetudo habeat locum etiam in crimine veneni, licet atrociſſimo, vt docent, *Fol. in pract. crim. cano. cap. 23. num. 3. Clar. in pract. §. homicidium, num. 11.* vbi teſtatur de magis communi opinione, & ita pluries fuiſſe ſeruatum, *Cauall. d. quæſt. 540. num. 17. Farinac. de homic. d. quæſt. 122. num. 30.* vbi declarat exemplum adductum per *Baiar.* infra non nocere, quam plures dat concordantes, & dicit ceſſante ſtatuto ab hac opinione non eſſe recedendum, & *& d. conſ. 36. num. 1.* plenè *Caball. de omn. gener. homic. num. 594. Giouagn. conſ. 28. num. 11. & ſeq. & conſ. 29. fere per tot. lib. 1. & Criſpol. caſu milit. 26. num 12.* vbi teſtatur de communi opinione, niſi contrarium ſuadeant qualitates facti, vt ibi per eum.

6 Quicquid contrarium tenetur videatur, *Vulpell. conſ. 145. num. 1. & ſeq. Baiar. ad Clar. in §. homicidium, num. 27.* referens, ita bis fuiſſe iudicatum, *Vrſell. in exam. apum d. concl. 74. num. 13.* & generaliter, *Caluin. de æquit. d. cap. 102. num. 38. & ſeq.* plura adducens exempla, quæ tamen proceſſere vigore Conſtitutionum illius Dominij, vt ex eo videre eſt, & aduertit, *Farinac. de homic. d. quæſt. 122. num. 30.*

7 Limita d. ſecundam ampliationem, vt non habeat locum quando deuentum fuit ad actum proximum, quia tunc d. generalem conſuetudinem non habere locum voluerunt, *Couar. Plazat. Menochi Decian. & Vulpell.* relati per *Farinac. in d. quæſt. 122. num. 31.* de qua tamen limitatione ego egi latè infra *in verb. Venenum, Reſol. 2. num. 8. & 9.* vbi contrarias retuli Doct. opiniones, quæ hic non ſunt inutiliter iterum replicandæ.

8 Sub amplia tertio d. primam ampliationem pariter illatiuè, vt illa habeat locum etiam in crimine læſæ maieſtatis, vt not. *Hond. d. conſ. 108. num. 51. & ſeq. lib. 1. Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 35. ſub num. 10. Cauall. in d. quæſt. 540. nu. 13. Andreol. d. contr. 345. num. 20. & ſeq.* volentes hoc habere locum etiam ſi ſit deuentum ad actum proximum, cum quibus pertranſire videntur, *Clar. in pract. §. fin. d. quæſt. 92. verb. ſcias tamen & Guazzin. d. defen. 33. cap. 24. ſub numer. 6.*

9 Licet contrarium tenuerint, *Ang. Caſtr. Mart. Lauden. Adden. ad Eutrig. Hier. Cucalo. & Barba.* quos refert, & ſequi videtur, *Farinac. de homic. quæſt. 116. num. 147. circa medium, Caball. de omni gener. homic. num. 600. Clar. ſibi contrarius in §. læſæ maieſt. ver. ſcias autem & c.* maximè ſi ſit deuentum ad actum proximum, vt ibi per eum; *Theſ. Not. ad Theſ. Patrem. deciſ. 243. littera A. circa medium, & quæſt. for. l. 25. numer. 5. & ſeq. lib. 2. & Vrſell. in exam. apum, d. concl. 74. num. 14*

10 Sub amplia quartò d. ampliationem pariter illatiuè, vt illa habeat locum etiam in crimine aſſaſinij, in quo de generali conſuetudine non puniri affectum pœna ordinaria, ſed extraordinaria tantum non ſequto effectu etiam ſi ſit deuentum ad actum proximum voluerunt, *Gramat. voto 8. & voto 20.* dicens ita fuiſſe ſeruatum in Sacro Conſilio, *Ant. Gomez var. reſol. de delict. cap. 3. num. 11.* dicens, ita vidiſſe practicari, & reprobans, *Fabr.* contrarium tenentem, *Clar. in §. aſſaſinium, num. 9.* vbi licet propoſuerit plures caſus, in quibus impoſita fuit pœna mortis non ſequto effectu, maximè, quando deuentum fuit ad actum proximum,

tandem

tandem concludit, quòd non errabit Iudex, qui etiam in hoc caſu hanc generalem conſuetudinem in iudicando ſeruabit; *Caball. caſu 242. in fin. cent. 3.* cum quibus pertranſire videtur, *Cauall. d. quæſt. 540. num. 12. & ſeq. Farinacc. de homicid. quæſt. 123. num. 115.* vbi alios dat concordantes, & *conſ. 36. ſub num. 1. lib. 1. Giouagnol. conſ. 29. num. 28. lib. 1. & Vermigl. d. conſ. 23. num. 11.*

11 Licet contrarium, quòd d. generalis conſuetudo non habeat locum in crimine aſſaſinij; voluerint, *Gabr. commun. concl. de malef. concl. 1. num. 10. Plaza in epit. delict. lib. 1. cap. 19. num. 9. in fin. Decian. tract. crim. lib. 9. cap. 30. num. 13. & alij relati per Farinacc. in d. quæſt. 123. num. 117. & ſeq. & per Adden. ad Farinac. conſ. 4. littera L. lib. 1.* volentes, id remitti Iudicis arbitrio, qui ſecundum facti qualitatem pœnam ordinariam, vel extraordinariam imponet, dummodo fuerit deuentum ad actum proximum, cum quibus quando fuit deuentum ad actum proximum pertranſijt, *Caball. ſibi contrarius de omni gen. homic. num. 501. & ſeq.* addo, *Vrſell. in exam. apum, d. concl. 74. num. 17.*

12 Sub amplia quintò d. primam ampliationem pariter illatiuè, vt habeat locum etiam in marito, & vxore, qui conati ſunt ſe occidere non ſequuto effectu, vt tradunt *Cæpoll. conſ. crim. vlt. num. 4. Boer. quæſt. 262. num. 13. Decian. tractat. crim. lib. 9. cap. 12. num. 4.* quos vna cum alias refert, & ſequitur, *Menoch. de arbitr. caſu 356. num. 115. in addit.* vbi hanc dicit veriorem opinionem, licet aliquos contrarium tenentes referat.

13 Sub amplia ſexto d. primam ampliationem, vt habeat locum etiam in crimine ſodomiæ licet fuerit deuentum ad actum proximum, vt voluerunt, *Ant. Gomez. Menoch. Clar. Caball. Farinacc. & Ant. de Ball.* quos retuli, & ſequutus ſum, ego infra in *ver. Sodomia, Reſolut. 3. num. 7. & ſeq.* vbi contrarium tenentes retuli, videas ibi cum quibus pertranſit, *Vrſell. in exam. apum, d. concl. 74. num. 6.*

14 Sub amplia ſeptimò d. primam ampliationem pariter illatiuè, vt habeat locum etiam in raptu virginis, nam rapiens ob hanc generalem conſuetudinem non punitur pœna ordinaria effectu non ſequuto, vt tradunt. *Gabriel. conſ. 172. num. 1. & ſeq. lib. 1.* vbi teſtatur de veriori, & receptiori opinione, *Farinac. de delict. carn. quæſt. 145. num. 213.* vbi dat concordantes *Peguer. deciſ. crim. 7. num. 13. & deciſ. 43. num. 9.* vbi excipit raptum monialis, & *Giouagnol. d. conſ. 29. num. 29. lib. 1.*

15 Amplia ſecundò d. principalem concluſionem, quòd de generali conſuetudine non punitur effectus pœna ordinaria, ſed extraordinaria tantum, non ſequuto effectu, vt habeat locum tam ſi agatur de puniendo delictum vigore ſtatuti, quam vigore iuris communi, vt tradunt *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 92. num. 1. verſ. & licet aliqui &c.* vbi dicit hoc eſſe indubitatum, *Farinac. de homic. d. quæſt. 124. num. 81.* vbi alios dat concordantes, & *Giouagnol. d. conſ. 29. num. 31. lib. 1.* vbi dicit Doct. contrarium tenentes peſſimè erraſſe, vt ibi per eum.

16 Quicquid contrarium tenuerint, quòd dict. generalis conſuetudo non procedat, niſi ſtantibus ſtatutis delicta punientibus *Bart. Felin. Alex. Marſ. Tiraq. & alij relati per Farinac. in d. quæſt. 124. num. 82.* quos tamen erraſſe dicit *Giouagnol. vbi ſupra.*

17 Amplia tertiò d. concluſionem principalem, vt habeat locum etiam ſi ſit deuentum ad actum proximum, vt not. *Ang. conſ. 14. num. 3.* quem refert, & ſequitur *Farinac. de homic. d. quæſt. 124. num. 89.* cum quibus pertranſeunt *Honded. d. conſ. 98. num. 8. & 9. lib. 1. Ludou. deciſ. Lucens. 15. num. 30. & ſeq. Giurb. d. conſ. 46. num. 37. Andreol. d. controuer. 345. num. 22. & Vermigliol. conſ. 23. num. 10.* qui alios adducit ita ſentientes.

14 Amplia quartò d. concluſionem, quòd conſuetudo de qua ſupra eſt ita generalis, & notoria, vt illa non ſit probanda, vt docent *Bal. in l. ſi fugitiui, 3. num. 3. & ibi Cæpoll. num. 12. C. de ſeru. fugit.* cum quibus videtur pertranſiſſe *Farinacc. de homic. in d. quæſt. 124. nu. 78. circa medium,*
Cetald. de Sindic. quæſt. 198. Rimin. Iun. conſ. 761. num. 13. lib. 6. quem refert, & ſequitur *Guazz. d. defen. 33. cap. 24. num. 6. verſ. & adeo, &c.* quicquid dubitauerit *Menoch. de arb. caſu 360. num. 94.*

19 Limita d. concluſionem principalem, vt non habeat locum quando lex, vel ſtatutum expreſſe punit conatum, ſeu attentatum, quia tunc d. generalis conſuetudo non procedit, vt docent *Cauall. in d. quæſt. 540. num. 14. Guazzin. d. defen. 33. cap. 24. num. 6. verſic. & tandem, & Giouagnol. dict. conſ. 29. numer. 8. 12. & 16. lib. 1.* vbi concordantes & ante eos *Clar. in dict. §. fin. quæſt. 92. verſic. ſtias tamen &c.*

20 Quid verò ſtatuendum ſit in parricidio, videas *Farinac. de homic. quæſt. 120. num. 152. in fin.* vbi tenet, illud eſſe puniendum pœna ordinaria, ſi ſit deuentum ad actum proximum, *Caball. de omn. gen. homic. num. 601.* vbi vult, illud non puniri pœna ordinaria, niſi ſit procuratum mediante veneno, & *Vermigl. conſ. 23. num. 15. & ſeq.* ipſos conſulas.

AGGRESSOR.

SVMMARIVM.

1 *Vulnerati ſi duo reperiantur, & neſciatur quis fuerit aggreſſor, omnes veniunt puniendi pœna pecuniaria.*

Contrarium, quod omnes ſint abſoluendi ratione incertitudinis, tenetur Doct. num. 2.

Amplia, vt ſi vnus ex rixantibus ſit mortuus; & vnus viuus, iſte præſumatur aggreſſor; numer. 3.

Contrarium tenent aliqui Doctores, numero 4.

Amplia ſecundò, vt ſi vnus ſit vulneratus, & alter non, iſte dicatur aggreſſor, num. 5.

Contrarium, quod vulneratus dicatur aggreſſor, tenent Doct. num. 6.

Iudex tamen quomodo procedere debeat ad torturam in d. caſu, vide num. 7.

RESOLVTIO I.

Vulnerati ſi duo reperiantur, & neſciatur quis fuerit aggreſſor an omnes veniant puniendi pœna pecuniaria.

1 DVo ſi reperiantur vulnerati, & neſciatur quiſnam ex eis fuerit aggreſſor, vel author rixæ, vtrumque eſſe puniendum, pœna tamen pecuniaria, voluerunt *Bald. in l. 1. §. cum arietes, in fin. ff. ſi quadr. pup. feciſ. dic. & in l. 3. num. 25. in fin. C. vnde vi, Ang. de malef. in verb. & d. Ditius ſe defendendo, num. 37. & ibi Adden.* qui reprobant gloſa contrarium tenentem in d. *§. cum arietes, Vulpell. conſ. 86. nu. 2. & ſeq. & conſ. 114. nu. 3. & ſeq.* vbi teſtatur de veriori, & magis recepta

C Doct.

Doct. opinione, & contrarios reſpondet, q. 125. ſub num. 14. Menoch. de arbitr. caſu 363. num. 18 Honded. conſ. 99. num. 22. lib. 1. Farinac. de homic. quaſt. 125. nu. 492. & 493. vbi alios adducit ita ſentientes, & dicit hanc concluſionem non habere locum, quando vnus eſſet magis vulneratus, quia ille præſumitur aggreſſor, & ita pluries vidiſſe in facto ſeruari, dicit Clar. in pract. §. fin. quaſt. 60. verſ. video ego, cum quibus pertranſit Vrſell. in examen nouum, concl. 80. num. 4. & vide infra dicta per me in verb. Homicidium, Reſol. . . .

Cum enim ex legis præſumptione certum ſit, vnum ex d. rixantibus fuiſſe aggreſſorem, ne delictum in damnum Reipublicæ remaneat impunitum contra l. ſi ita vulneratus 52. ff. ad leg. aequil. omnes debent pœna pecuniaria puniri, vt tradunt Clar. in dict. quaſt. 60. verſ. vidi ego, Menoch. de arbitr. caſu 394. num. 21. in addit. & Vulpell. d. conſ. 114. in fin.

2 Contrariam tamen opinionem, imò ratione incertitudinis omnes eſſe abſoluendos, etiam a pœna pecuniaria, cum eſſe poſſit, quod vnus fuerit innocens, & ſimpliciter, vti inſultatus, ſe defenderit, tenuerunt gloſ. in d. l. 1. §. cum arietes, & ibi Bart. ff. ſi quadrup. paup. fecisſe dic. Alciat. de præſ. reg. 3. præſum. 39. n. 5. vbi dicit, ab hac opinione non eſſe recedendum Scott. conſ. 12. n. 3. & ſeq. lib. 9. tom. 2. & conſ. 12. n. 18. lib. 7. quem refert, & ſequitur Caluin. de aquit. lib. 1. cap. 129. num. 14. & ſeq. vbi dicit, hanc opinionem æquiorem eſſe, quam pariter vidiſſe in facto aliquando ſeruari, dicit Clar. in d. quaſt. 60. verſ. vidi etiam, &c.

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in duobus rixantibus, quorum vnus remanſit mortuus, & alter viuus, & neſcitur quiſnam fuerit aggreſſor, nam viuus præſumitur aggreſſor, & ideò debet condemnari ſaltem pœna extraordinaria, vt voluerunt Vulpell. conſ. 86. num. 2. & conſ. 118. nu. 4. Alciat. de præſum. reg. 3. præſum 30. num 1. & n. 6. & ſeq. Ant. Gomez variar. reſ. tom. 3. cap. 3. num. 25. vbi teſtatur de veriori opinione, quam benè comprobat, & contrarijs reſpondet Maſcar. de prob. concl. 72. in prin. lib. 2. & concl. 1128. num. 1. & 4. lib. 3. Baiar. ad Clar. in §. homicidium, nu. 101. in fin. & num. 130. & hanc opinionem, vti vltimo loco relatam, ſequitur Farin. de homic. d. quaſt. 125. nu. 496. vbi alios adducit concordantes, cum quibus pertranſeunt Caball. reſol. crim. caſu 231. num. 17. & ſeq. cent. 2. vbi dicit, contrariam opinionem non eſſe veram, & Caluin. de aquit. lib. 2. cap. 130. num. 59. & ſequitur Ant. de Bal. tract. crim. lib. 3. q. 2. n. 71.

4 Licèt contrarium, imò in dubio mortuum præſumi fuiſſe aggreſſorem, & viuum fuiſſe inſultatum, & ideò non conſtito, quod ille prouocauerit, veniat abſoluendus, voluerint Capoll conſ. crim. 29. num. 11. Honded. conſ. 99. num. 21. & ſeq. vbi teſtatur de humaniori opinione, Menoch. de arbitr. caſu 363. num. 15. & ſeq. licèt in fine dicat, non eſſe ab omni pœna immunem, & alij quos refert Farinac. d. quaſt. 125. num. 495. cum quibus pertranſit Vrſell. d. concl. 80. vbi dicit hanc opinionem tutiorem eſſe.

5 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum, etiam quando ex duobus rixantibus vnus remanſit vulneratus, & alius non, quia ſi neſciatur quiſnam fuerit aggreſſor, & author rixæ, ille, qui non remanſit vulneratus, præſumitur aggreſſor, & puniri poteſt, non autem vulneratus, vt tradunt Hercul. de caut. de non offen. cap. 30. nu. 27. Farin. de homic. d. quaſt. 125. num. 498. vbi hanc opinionem dicit veriorem eſſe, Caball. reſol. crim. caſu 231. n. 17. & ſeq. vbi dicit contrariam opinionem non eſſe veram cent. 3. cum quibus pertranſit Caluí. de aquit. lib. 2. cap. 103. num. 59. qui alios dant concordantes.

6 Quicquid contrariam opinionem, imò vulneratū præſumi fuiſſe aggreſſorē, tenuerint Car. Vul. Malnat. & Buer. in locis relatis per Far. de hom. d. q. 125. n. 497.

7 Declara d. concluſionem, vt Iudex, ſtante d. incertitudine quiſnam fuerit aggreſſor, non poſſit deuenire ad torturam contra aliquem ad effectum ſciendi, quiſnam fuerit aggreſſor, niſi contra illum aliqua habuerit indicia aggreſſionis, & ſi tortus in tortura perſtiterit, erit abſoluendus, ſi verò faſſus fuerit condemnabitur in pœnam ordinariam, vt poſt quamplures opiniones relatas in hac materia benè declarat Farin. de homic. in d. quaſt. 125. n. 502. vbi dicit, ita ipſum ſemper ſeruaſſe, & ſeruari vidiſſe, & in ead. quaſt. n. 436. & ſeq. latè tradit quisnam ex duobus rixantibus dicatur aggreſſor: ipſum conſulas.

APPELLATIO.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio datur a decreto torturæ.*

Licèt contrarium de conſuetudine ſeruari, teneant aliqui Doct. num. 2.

Amplia appellationem dari etiam a comminatione torturæ, num. 3.

Amplia ſecundò, vt ſtante d. appellatione Iudex debet ſuperſedere etiam ſinè inhibitione, num. 4.

Imò etiam ſuperſedere debeat pendente termino ad appellandum, num. 5.

Amplia tertiò, vt ſi reus pendente appellatione delictum fateatur, confeſſio nulla ſit, num. 6.

Limita concluſionem non habere locum, quando Iudex facit decretum ſecretum de reo torquēdo, n. 7.

Contrarium tenent Doct. num. 8.

Limita ſecundò, quando appellatio rei eſſet friuola, & ſcandaloſa, num 9.

Procedit, quando d. appellatio eſſet euidenter friuola, & calumnioſa, aliàs ſecus, num. 10.

RESOLVTIO I.

Appellatio an detur a decreto torturæ.

1 Appellatio datur a decreto torturæ ad tex. in l. 2. & ibi not. Doct. communiter, C. de appel. recip. & tradunt Ant. Gomez var. reſ. tom. 3. cap. 13. num. 23. vbi teſtatur de communi opinione Clar. in pract. §. fin. quaſt. 64. verſ. ſed quid agendum, &c. licèt dicat contrarium apud eos ſeruari vigore Conſtitutionum Farinacc. de indic. & tortur. quaſt. 38. numer. 10. vbi alios

dat

dat concordantes quamplures *Scac. de appell. quæſt. 17. limit. 47. memb. 1. num. 143. Cartar. in pract. inter reo. lib. 4. cap. 1. num. 70. & 77. Guazz. defen. 30. cap. 1. num.* 2. vbi alios refert ita ſentientes, & dicit appellationem admitti etiam a decreto repetitionis torturæ, & non obſtare motum proprium Pij IV. prohibentem appellationem in criminalibus, tàm à diffinitiua, quam ab interlocutoria, vt ibi per eum, cum quibus pertranſeunt *Vrſell. in exam. apum, concl. 128. num. 599. littera A.* vbi dicit, d. appellationem eſſe admittendam etiam non expreſſo grauamine *Vermigl. conſ. 169. num. 9. Anton. de Ball. in tract. var. lib. 2. quæſt. 26. num. 2.*

Decretum enim de torquendo continet grauamen irreparabile in diffinitiua, ideò nil mirum, ſi ab eo poteſt appellari, vt tradunt *Scacc. de appell. in d. memb. 1. num. 143. Vermigl. d. conſ. 169. num. 9. Ant. de Ball. d. quæſt. 26. num. 2.* & alij Doct. ſupra adducti.

2 Licèt de conſuetudine d. appellationem non dari in Statu Eccleſiaſtico, & præcipuè in Curia Romana, voluerint idem *Scacc. de iud. lib. 1. cap. 97. num. 67. Baiar. ad Clar. § fin. quæſt. 64. numer. 84. in fin.* cum quibus pertranſire videtur *Guazzin. d. defen. 30. cap. 1. num. 8.* volentes reſidere in arbitrio Iudicis d. appellationem admittere, vel reijcere, niſi ſit ei in libitum, maximè ſi poſſit procedere ex abrupto, vt ibi per eum, quæ tamen conſuetudo mihi nunquã placuit, vti reis maximè præiudicialis, & præbens facultatem malis Iudicibus indebitè vexandi inquiſitos, & ego illam in pluribus Ciuitatibus Status Vrbini, in quibus Iudex fui, non inueni, nec ſeruaui, cum tutius ſit ſeruare ius commune, maximè cum d. conſuetudo, vti contra ius commune, maximè cum d. conſuetudo, vti contra ius, non ſit extendenda de loco ad locum, vt dixi ego *alleg. Forenſ.* 81. *n.* 21.

3 Amplia primò d. concluſionem, vt non ſolùm liceat appellare a decreto torturæ, ſed etiam ab illius comminatione *Clar. in pract. d. quæſt. 64. verſ. ſed quid agendum &c. Brun. de indic. & tort. par. 2. quæſt. 5. num. 14. Farinac. de indic. & tort. quæſt. 38. num. 15. & ſeq.* vbi alios dat concordantes, & dicit, hoc eò magis procedere de iure canonico, *Guazz. d. defen. 30. cap. 1. num. 5* qui pariter alios adducit ita ſentientes, & ita tenent etiam *Ricc. collect. 1777. verſ. amplia quintò, & Vrſell. d. concl. 128. num. 604.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt Iudex, interpoſita d. appellatione a decreto torturæ, debeat in illa ſuperſedere, etiam antequam ſit inhibitus, licèt ſimus in interlocutoria, cùm agatur de damno irreparabili, vt tradunt *Lancell. de attent. cap. 12. limit. 1. num. 93. & ſeq. Farinac. d. quæſt. 38. num. 11. & ſeq.* vbi plures dat concordantes *Scacc. de appell. d. quæſt. 17. limit. 47. memb. 1. numer. 144. Cartar. in pract. interrog. reo. lib. 4. cap. 1. num. 71. & ſeq. Guazzin. d. defen. 30. cap. 1. num. 4. Vrſell. d. concl. 128. num. 600. Ricc. d. collect. 1177. verſ. amplia 2. & Vermigl. d. conſ. 169. num. 9. Ant. de Bal. in tract. var. lib. 2. quæſt. 26. in prin.* vbi dicit, hoc non habere locum, quando proceditur ex abrupto.

5 Subamplia d. ampliationem, vt Iudex non ſolùm ſuperſedere debeat in torquendo reum, interpoſita ab eo appellatione, vt ſupra, verùm etiam ſuperſedere debeat pendente termino ad appellandum, & ſic per decem dies poſt decretum, vt voluerunt *Ant. Gomez var. reſ. tom. 3. cap. 13. nu. 23. Lancell. de atten. cap. 11. num. 33. Farin. de indic. & tort. d. quæſt. 38. n. 13.* vbi in fine dicit, d. ſubampliationem in practica non ſeruari, cum quo concordat *Scacc. de appell. d. quæſt. 17. lim. 47. memb. 1. num. 149. & ſeq. & in tract. de iudic. lib. 1. cap. 97. num. 60. Guazz. d. defen. 30. cap. 1. num. 4. verſ. imò &c. & Vrſell. d. concluſ. 128. num. 602. & ſeq.* vbi refert *Franc. Marc. deciſ. 60. par. 2.* contrarium ſentientem.

6 Amplia tertiò, d. concluſionem adeò eſſe veram, vt ſi, non obſtante appellatione, Iudex ad torturam proceſſerit, & reo confeſſionem extorſerit, d. confeſſio ſit nulla, & non ſufficiens ad illum condemnandum, *Ang. de maleſ. in ver. quod fama publica, nu. 110. & ibi Adden. Anton. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 13. num. 25. Lancell. de atten. cap. 12. lim. 1. n. 99. Scacc. de appell. quæſt. 17. lim. 4. num. 87. & num. 147. Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 38. numer. 17.* benè *Guazzin. d. defen. 30. cap. 1. num. 6.* vbi dicit, id habere locum etiam ſi non ſit ſequuta inhibitio ex Doctoribus, quos adducit.

7 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando Iudex ſecretò interpoſuit decretum de torquendo, nempè poſtquam reus ductus eſt ſub tondulo, & inceptus eſt ligari, & facto d. decreto in altum eleuatur, quia tunc appellationem rei non eſſe admittendam, voluerunt *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 64. verſ. ſed quid agendum &c. Cartar. in pract. interrog. reo. lib. 4. cap. 1. num. 68. & ſeq. & num. 77. in fin.* vbi dicit ita ſeruari in Statu Eccleſiaſtico *Ambroſ. in proc. inform. lib. 4. cap. 1. num. 27. & Guazzin. d. def. 30. cap. 1. num. 9.* nec non alij relati per *Farin. de indic. & tort. d. quæſt. 38. num. 21.*

8 Contrarium tamen, imò neque in d. caſu prohibitum eſſe reo appellare, cum ipſe poſſit etiam a cõminatione torturæ, vt dixi ſupra, & d. cautelam inanem eſſe, & friuolam, tenent *Baiard. ad Clar. in d. quæſt. 64. num. 85* vbi loquitur, quando appellatio non eſt friuola, licèt dicat, ipſum contrarium ſeruaſſe *Scacc. de iud. lib. 1. cap. 97. nu. 59.* vbi dicit, d. cautelam dignam eſſe potius reprehenſione, quam approbatione, & illam latè reijcit *Farin. in d. quæſt. 38. num. 22. & Guazz. d. defen. 30. cap. 1. num. 9. verſ. quæ cautela,* vbi alios adducunt concordantes, & dicunt Iudices, qui ita procurant tollere reo appellationem, malè facere, & credo, quod verum dicant, cum d. diſtinctio ſit merè verbalis, & *Guazzin. ibi num. 10.* docet modum prædictam cautelam euadendi, recurrendo antea ad S. Conſultam pro prouiſione, vt ibi per eum.

9 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando appellatio per reum interpoſita a d. decreto torturæ eſſet friuola, & calumnioſa, quia illa per Iudicem poteſt ſperni, & cõtra reum ad torturam deueniri, appellatione interpoſita non obſtante vt voluerunt *Baiar. ad Clar. d. quæſt. 64. num. 85. Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 38. num. 23. & ſeq.* vbi declarat quando appellatio dicitur friuola, &

calumnioſa, & ad quem ſpectet cognitio ſuper hoc, vt ibi per eum, *Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 97. nu. 84. & in tract. de appell. quæſt. 17. lim. 47. memb. 1. nu. 148. & Guazz. d. defen. 30. cap. 1. numer. 12. & Vermigl. d. conſ. 169. num. 10.*

19 Declara d. ſecundam limitationem, vt habeat locum, quando appellatio per reum interpoſita a d. decreto torturæ eſt euidenter friuola, & calumnioſa, ſecùs tamen eſt, ſi id ſit dubium tàm in iure, quam in facto, quia tunc debet Iudex omninò ſuperſedere in tortura inferenda, ne periculo, & pœnæ ſe exponat, vt benè declarant *Farin. d. quæſt. 38. num. 30. Cartar. in pract. inter reo. lib. 4. cap. 1. num. 73. & ſeq. Scacc. de iudic. d. lib. 1. cap. 97. num. 84. & in tract. de appell. quæſt. 17. limit. 47. memb. 1. num. 148. & Guazzin. d. defen. 30. cap. 1. num. 13.* qui alios adducunt ita ſentientes quamplures.

Quod verò detur appellatio a decreto de torquendo, etiam quando reus torquetur pro habenda præciſa reſponſione affirmatiua, vel negatiua dicit *Vrſell. in exam. apum, concl. 128. num. 601.* & ego dixi *infra in verb. Tortura, reſol. 6. in fin.*

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod a decreto Torturæ datur appellatio adde *Regen. Tappiam deciſ. Sac. Conſ. 29.* quem refert, & ſequitur *Scialo. in prax. torq. reos, cap. 7. num. 15.*

N. 2. Vbi habetur de conſuetudine appellationem non dari in Alma Vrbe, & Statu Eccleſiaſtico a Decreto torturæ adde *Scialo. in prax. torq. reos, d. cap. 7. num. 21.* vbi refert quamplures Doctores atteſtantes, d. conſuetudinem adeſſe non ſolum in Statu Eccleſiaſtico, ſed etiam in Curia Archiepiſcopali Neapolis, in Curia Delphinatus, in Statu Mediolani, & in Regno Neapolitano inſinuando Iudici, quod tutè ponat reum ad torturam appellatione non obſtante, dumodò non ſit inhibitus dicens ita pluries practicaſſe, quæ tamen conſuetudo mihi nunquam placuit per rationes per me adductas, *d. num. 2.*

N. 3. Vbi habetur, quod licet reo appellare etiam a comminatione torturæ adde *Scialo. in prax. torq. reos, d. cap. 7. num. 23.* vbi monet Aduocatum, quod procuret litteras inhibitoriales a Iudice ad quem Iudici a quo in d. caſu, & ſic euitabit torturam, niſi tamen reus eſſet iam eleuatus in tortura, vt *ibi per eum num. 24.*

N. 4. & 5. Vbi habetur, quod interpoſita per reum appellatione a decreto de torquendo Iudex debet ſe a tortura abſtinere, licet non ſit inhibitus maximè pendente termino ad appellandum adde ita ſentientes *Danza. Amma. Currab.* & alios plures relatos per *Scialo in prax. torq. reos, d. cap. 7. num. 16.* quorum aliqui dicunt, quod ſi reus tortus fateatur, confeſſio non valeat, vt habetur *hic num. 6.* licet *Scialo. n. 17.* dicat, reſidere in arbitrio Iudicis reum torquere, nec ne appellatione interpoſita à decreto torturæ conſiderato, an reus iuſtè, vel iniuſtè appellauerit, dummodò non ſit inhibitus, vt ibi per eum, latè comprobantem.

N. 8. Vbi habetur, quod appellatio à decreto torquendo eſt admittenda etiam ſi Iudex ſecreto interponat d. decretum, & etiam quando reus eſt ſub corda adde *Scialo. in prax. torq. reos, d. cap. 7. num. 18. & 19.* vbi per bonas rationes reprobat d. cautelas de faciendo decretum ſecreto, vel quando reus eſt ſub corda.

N. 10. *in fin.* Adde Quod ſi decretum Iudicis a quo de torquendo reum fuerit à Iudice ad quem reuocatum, cauſa remanet coram Iudice ad quem, ſi verò fuerit confirmatum cauſa eſt remittenda Iudici a quo *Scialo. in prax. torq. reos, d. cap. 7. num. 23.*

SVMMARIVM.

1 *Fiſcus nō appellat, quādo adeſt inſtigator, niſi præſtita fideiuſſione per inſtigatorem de reficiendis expenſis.*

Procedit, ſi dicta cautio per inquiſitum petatur, aliàs ſecus, num. 2.

RESOLVTIO II.

Fiſcus non appellet quando adeſt Inſtigator non præſtita fideiuſſione de reficiendis expenſis.

1 FIſcus non admittitur ad appellandum, nec ad proſequendam appellationem, quando adeſt inſtigator ſecretus, vel apertus, niſi dict. inſtigator præſtiterit cautionem de reficiendis expenſis, tam primæ, quam vlterioris inſtantiæ, vt tradunt *Bater. ad Clar. §. fin. quæſt. 94. nu. 24. Farin. de var. ac auer. quæſt. quæſt. 101. num 32. Scacc. de appell. cap. 2. quæſt. 17. lim. 49. num. 11. Guazzin. defen. 36. cap. 14. num. 3. Vermigl. conſ 324. num. 5.* & adeſt Bulla Pij IV. 58. in Bull. nou. *tom.* 2. quam refert *Vermigl. vbi ſupra.*

2 Limita d. concluſionem, vt habeat locum ſi d. cautio per reum petatur, aliàs ſecùs, vt not. *Farin. in d. quæſt. 101. num. 33. Scacc. de appell. d. limit. 49. num. 12. Guazzin. d. defen. 36. cap. 14. num. 3. & ſeq.* vbi dicit, hanc non habere locum, quando adeſſet reſcriptum Signaturæ, quod d. cautio ſit præſtanda, quia tunc illa eſt præſtanda per Inſtigatorem, licèt non ſit petita, vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatus ad triremes, relegationem, vel exilium poteſt appellare quandocunque, etiam poſt decem dies.*

Quod habet locum etiam quo ad capturam, & carcerationem, num. 2

Niſi tamen Iudex pronunciaſſet, carcerationem eſſe iuſtam, num. 3.

Vel ſi carceratus præſtitit fideiuſſionem de ſoluendo, vel de redeundo ad carceres, num. 4.

RESOLVTIO III.

Condemnatus ad triremes, relegationem, vel exilium an poſſit appellare quandocunque etiam poſt decem dies.

1 COndemnatus per ſententiam ad triremes, vel ad relegationem, vel ad exilium, ſiuè ad carcerem poteſt a dict. ſententia quandocunque appellare etiam poſt decem dies cum d. ſententia ſemper dicatur grauare, vt tradunt *Adden. ad Veſtr. in pract. lib. 7. cap. 3. num. 56. Lancellot. de atten. cap. 12. limit. 50. num. 147. & ſeq.* vbi alios dat concordantes *Farinac. in fragm. crim. littera A. numer. 236.* & dicit ita obſeruari in praxi, *Pract. Archiep.*

Archiep. Neap. cap. 70. num. 12. Guazz. defen. 36. cap. 1. num. 5. & Vermigl. conſ. 375. num. 6.

Quando enim grauamen eſt continuum, & ſucceſſiuum ſemper dicitur eſſe in fieri, & conſequenter ſemper quis dicitur eſſe infra decem dies dator ad appellandum, vt ſcripſit originaliter, *Specul. in tit. de appel. §. reſtat num. 6.* quem ſequuti ſunt *Franc. in cap. ſupr. eo. 12. num. 4. 8. & 9. de appell. Ant. Gomez. var. reſol. tom. 3. cap. 9. num. 10. Scacc. de appell. quæſt. 12. num. 145. & Farinac. Guazzin. & Vermigliol.* in locis proximè adductis.

2 Amplia d. concluſionem, vt habeat locum etiam in captura, & carceratione, quia ſi captus, & carceratus non appellauit intra decem dies a tempore decretæ capturæ, poteſt appellare quandocunque, donec durat grauamen, vt not. *Adden. ad Veſtr. in prac. d. lib. 7. cap. 3. num. 56. Lancel. de atten. d. limit. 50. num. 147. & ſeq. Scacc. de appell. d. quæſt. 12. num. 145.* vbi alios dat concordantes quamplures *Guazz. defen. 6. cap. 1. num. 23. & d. defen. 36. cap. 1. nu. 5.*

3 Limita primò d. ampliationem, vt non habeat locum, quando Iudex pronunciaſſet, carcerationem eſſe iuſtam, & validam, quia tunc debet appellare intra decem dies a die latæ ſententiæ, ſeu factæ intimationis, vt declarant *Adden. ad Veſtr. d. lib. 7. cap. 3. num. 56. Lancell. de attent. d. limit. 50. num. 150. Guazzin. d. defen. 6. cap. 1. num. 24. & Scacc. de appell. d. quæſt. 12. num. 146.*

4 Limita ſecundo d. ampliationem, vt non habeat locum, quando carceratus præmiſiſſet fideiuſſionem de ſoluendo, vel de redeundo ad carceres, quia tunc cenſetur conſenſiſſe carcerationi, & non poſſet amplius appellare, etiam intra decem dies, vt dicit *Ruggin. de appell. §. 2. cap. 3. num. 177.* quem refert, & ſequitur *Scacc. de appell. d. quæſt. 12. num. 147. & ſeq.* vbi alias affert limitationes.

A D D I T I O.

N. 2. VBi habetur, quod carceratus poteſt appellare ab indebita carceratione etiam elapſis decem diebus a die indebitæ capturæ adde *Ant. Gomez var. var. reſol. tom. 3. cap. 9. num. 10. Nouar. de elect. ſeriſ. ſect. 2. quæſt. 30. nu. 2.* & alios quos refert, & ſequitur *Scialo. in prax. torq. reus cap. 2. n. 4.*

A R M A.

S V M M A R I V M.

1 *Arma deferens ligata pænam delationis armorum non incurrit.*
Declara, vt num. 2.

R E S O L V T I O I.

Arma deferens ligata an incurrat pænam delationis armorum.

1 ARma ligata deferens, ita vt cum illis neminem offendere poſſit, non incurrit pœnam delationis armorum, vt tradunt *Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt. 82. num. 78. Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 3. num. 56. Menoch. de arbitr. caſu 394. num. 30. in addit. Farinac. de var. ac diuerſ.*
Reſol. Crim.

crim. quæſt. 108. num. 83. & ſeq. vbi dicit, d. concluſionem procedere quando arma ſunt ita ligata, vt ad offendendum apta non ſint, aut cum difficultate, ita vt non poſſint ad libitum deferentis diſſolui, alias ſecùs, vt ibi per eum, cum quibus pertranſeunt *Vrſell. in exam. apum concl. 143. num. 85. littera A. & Ant. de Ball. tract. var. lib. 4. quæſt. 3. num. 50. & ſeq.* vbi etiam de portante arma ligata ſuper ſellam.

2 Declara d. concluſionem, vt habeat locum in eo, qui volens ex Ciuitate proficiſci tranſiens per illam eundo, vel redeundo arma ligata defert, vt ſupra, ſecus tamen eſt in eo, qui defert arma ligata permanens in Ciuitate per eam deambulando, quia tunc propter contemptum illum non effugere pœnam extraordinariam ſcripſerunt *Decian. d. lib. 8. cap. 3. num. 56. Farinac. in d. quæſt. 108. num. 84. & Vrſel. in d. quæſt. 143. num. 85.* & voluit etiam *Menoch. d. caſu 394. num. 31. in addit.*

Quod vero pœna delationis armorum non habeat locum contra deferentem arma non apta ad nocendũ, dixi infra in hoc *verſ. reſol. 15. per tot.*

S V M M A R I V M.

1 *Pæna delationis armorum non confunditur cum pæna delicti commiſſi cum armis in Statu Eccleſiaſtico.*
Amplia, vt idem ſit de iure communi, num. 2.
Contrarium tenent plures Doct. num. 3.

R E S O L V T I O II.

Pæna delationis armorum an confundatur cum pæna commiſſi delicti cum armis in Statu Eccleſiaſtico.

1 PÆna delationis armorum non confunditur cum pæna delicti cum armis commiſſi in Statu Eccleſiaſtico vigore bannimentorum generalium, vt adnotarunt *Farinacc. de var. ac diuer. crim. quæſt. 108. num. 169. & Guazz. d. defen. 29. cap. 2. num. 18.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in terminis iuris communis, in quibus pœnam delationis armorum non confundi cum pæna delicti, voluerunt *Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt. 84. n. 26. Claud. ad Bertaz. conſ. 205. verſ quarto &c.* vbi dicit, quod ita Bertazzolus eius pater iudicauit, & poſt *Carrer. Andr. de Iſern. & Affl.* per eum relatos tenet *Cabal. reſ. crim. caſu 158. n. 13. & ſeq. cent. 2. & Guaz. defen. 29. cap. 2. num. 18. verſ. quæ opinio &c.*

3 Licet contrarium teneant *Capb. conſ. 204. num. 42. & ſeq. lib. 2. Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 4. nu. 19.* vbi aliquas ponit declarationes, *Farin. de var. ac diuer. crim. quæſt. 108. n. 166. & ſeq.* vbi alios dat concordantes, & dicit hoc non habere locum, quando pæna delationis armorum eſt maior pæna vulneris, cum quo pertranſire videtur *Teſt. reſol. 151. in fin.* & illam tenet *Capic. Latr. deciſ. 78. num. 7. par. 1.* vbi dicit, ita fuiſſe in Sacro Conſilio reſolutum.

SVMMARIVM.

1 *Arma deferens cum licentia, ſi delictum cum eis committat, puniri etiam poteſt de delatione armorum. Contrarium tenent Doct. num. 2.*

RESOLVTIO III.

Arma deferens cum licentia delinquendo cum eis an poſſit puniri etiam de delatione armorum.

1 DEferens arma cum licentia Superioris, ſi cum eis delictum committat, priuilegium illa deferendi amittit, cum dicatur illis abuti, & ideò puniri poteſt etiam de delatione armorum, vt not. *Marſil. in pract. §. pro complemente, num. 9. & ſeq.* quem refert, & ſequitur *Baiard. ad Clar. §. fin. quaeſt. 82. num. 75. Afflict. in Conſtit. intentionis poſt num. 51. de illic. portat. armor. Farinacc. de var. ac diuer. crim. quaeſt. 108. numer. 131. & Guazzin. defen. 29. cap 2. num. 19.* & notat etiam *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 4. q. 3. n. 55.* Priuilegium enim omninò meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate, *cap. priuilegium, 63. & ibi gloſ. 11. quaeſt. 3. cap. vbi iſta, 7. diſt. 74.* & ſcribit *Beatus Auguſt. ſermon. 247. de tempore,* Iudicio enim legum iure ab obtenta dignitate deijcitur, qui priuilegio ſibi conceſſo abutitur.

2 Contrariam tamen opinionem, imò offendentem cum armis, quae portat vigore licentiae, non poſſe puniri de delatione armorum, niſi in impetratione licentiae promiſiſſet illis non abuti, ſed ſolùm grauiùs puniri poſſe, cum dicatur offendere benignitatem Superioris, tenet *Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 3. ſub num. 62.* & benè comprobat *Caball. reſol. crim. caſu 63. num. 9. cent. 1.* vbi dicit, nunquam vidiſſe contrarium ſeruari.

SVMMARIVM.

1 *Forenſes incurrunt poenam Statutorum illius loci vbi inuenti ſunt cum armis.*

Procedit quando pro delatione armorum imponitur per Statuta pena leuis, ſecùs ſi imponatur poena grauis, num. 4.

2 *Forenſis ingrediens aliquam Prouinciam tenetur ſe informare de Statutis, & conſuetudinibus dictae Prouinciae.*

3 *Armorum delatio eſt probibita etiam de iure comm.*

RESOLVTIO IV.

Forenſis an incurrat poenam Statutorum loci vbi inuentus fuit cum armis.

1 FOrenſes incurrunt poenam Statutariam, ſeù Bannimentalem illius loci, vbi reperti ſunt cum armis vetitis, vt tenuerunt *Marſill. in pract. §. pro complemento, num. 23. Clar. in pract. §. fin. quaeſt. 85. num. 2.* vbi loquitur de rigore iuris, & dicit, ipſum vidiſſe pluries d. forenſes impunè dimiſſos *Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 3. num. 26. Menoch. de arbitr. caſu 394. numer. 22. in addit. Baiar. ad Clar. §. fin. quaeſt. 82. num. 86. Farinac. de var. ac diuer. crim. quaeſt. 108. num. 16. Vrſell. in exam. apum, concl. 143. num. 28. litera A.* & ita ſentit *Caluin. de aequitat. lib. 2. cap. 129. num. 23.* & ſecundum praedicta fuiſſe pluries ſeruatum, licet ipſo reclamante, dicit *Cabal. reſol. crim. caſu 129. num. 18. verſ. ſcito tamen, cent. 2.*

2 Forenſis enim ingrediens aliquam Prouinciam tenetur ſe informare de Statutis, & conſuetudinibus d. Prouinciae, quod ſi non facit, dicitur eſſe in ſupina ignorantia, & ideò tenetur poena delationis armorum impoſita per Statuta Prouinciae, vt tradunt *Farinac. d. quaeſt. 108. num. 17. Vrſell. d. concl. 143. num. 29.* & alij Doct. ſupra adducti.

3 Maximè cum armorum delatio ſit prohibita de iure communi, quo caſu forenſis tenetur non ſolum poena iuris communi, ſed etiam Statuti loci, vt poſt *Bart. Bald. Boſſ. & Clar.* per eum adductos tradit *Maſcard. de general. ſtat. interp. concl. 6. num. 66.* & quamplures de communi, magis communi, & veriori opinione teſtantes refert *Clar. in pract. §. fin. quaeſt. 85. verſ. ſecundus eſt caſus.* Vel tandem, cum illa ſit ſolita prohiberi communiter vbique locorum, ideò forenſis, vti in ſupina, & vana ignorantia, non poteſt ſe tueri a poena Statuti, vt dicunt *Imol. in l. fin. §. licèt quis, ff. de publicat. Corn. conſ. 64. in fin. lib. 3. & Roman. conſ. 491. num. 1.* quos refert, & ſequitur *Maſcard. d. concluſ. 6. num. 67. & ſeq.*

4 Declara primò d. concluſionem, vt habeat locum, quando per Statutum loci imponitur pro delatione armorum aliqua poena leuis, puta pecuniaria, vel ſunt ictuum, ſecùs tamen eſt ſi ſit impoſita poena grauis, puta triremium, vel capitalis, quia tunc ratione probabilis ignorantiae forenſes ſaltem mitiori poena eſſe puniendos, voluerunt *Clar. in d. quaeſt. 85. num. 2. Bertaz. conſ. 46. num. 11. & conſ. 173. num. 3. & ſeq. lib. 1. & conſ. 308. num. 9. & conſ. 461. num. 1. & ſeq. lib. 2. Farinacc. de var. ac diu. crim. d. quaeſt. 108. num. 17.* vbi dicit, ipſum nunquam fuiſſe impoſiturum d. poenam grauem forenſibus, maximè de longè venientibus, vt ibi per eum, & idem voluit *Vrſell. d. concl. 143. num. 30.* & d. Statutum non comprehendere forenſes portantes arma vetita in itinere, ſed ſolum illa portantes in Ciuitatibus, Terris, & Caſtris, declarauit Senatus Mediolani, vt refert *Caluin. de aequit. d. lib. 2. cap. 190. num. 23.* & forenſes prorſus a poena graui excuſari, quando ignorantia banni eſt probabilis, dicit *Cabal. reſol. crim. caſu 129. num. 17. cent. 1.* dicens, ipſum ita pluries notaſſe, ſi verò ignorantia eſt craſſa, & ſupina, tunc dicit, locum eſſe debere poenae banni ordinariae, ſi verò ignorantia eſt dubia, tunc dicit, locum eſſe poenae mitiori, vt ibi per eum benè comprobantem, & eſt ſatis aequa, & iuridica diſtinctio.

A D-

ADDITIO.

N.3. VBi habetur quod arma ſunt prohibita de iure communi, & ideo forenſis quo delatione armorum tenetur vltra pœnam iuris communis etiam pœna ſtatuti loci adde, *Cyriac. contr. 578. num. 2. & ſeq. tom. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Delictum ſi ſit commiſſum cum armis alienis, non inſurgit tamen indicium contra dominum illorum, non conſtito de commodato.*

Secùs, ſi conſtet de accomodatione, quia tunc contra acommodantem inſurgit indicium tractatus, & mandati, num. 3.

Declara in accomodante ſcienter, aliàs ſecùs, n. 4.

2 *Armorum accommodatio non præſumitur, ſed illa eſt probanda per Fiſcum, vel accuſatorem.*

RESOLVTIO V.

Delictum ſi ſit commiſſum cum armis alienis an inſurgat indicium contra dominum illorum non conſtito de commodato.

1 DElictum ſi ſit commiſſum cum armis alienis, ex hoc nullum inſurgit indicium contra dominum illorum, non conſtito de commodato, maximè ſi delinquens, vti conuerſans in domo, potuerit illa propria authoritate capere, vt tradit *Bald. conſ. 382. num. 6. lib. 5.* quem refert, & ſequitur *Hond. conſ. 93. num. 59. lib. 2.*

2 Armorum enim accommodatio ad delinquendum non præſumitur, ſed illa eſt probanda per Fiſcum, vel accuſatorem arg. *l. merito 51. ff. pro ſocio l. prætor. 4. §. docere ff. de vi. bon. rap. cap. eſtote 2. de reg. iur.* & latè tradunt, *Farinac. de ren. confeſ. & conni. quæſt. 85. in prin. & Barboſ. axiom. 68. num. 14.* cum actus, qui poteſt ſe habere ad delictum, & non delictum, interpretandus ſemper ſit pro non delicto, vt not. *Eugen conſ. 86. n. 53. lib. 1. Vrſell. in exam. apum concl. 47. n. 28. Paul. Rub. de validit. legal. cap. 1. n. 7. & ſeq. & cap. 16. nu. 2. & ſeq.* & dicit in terminis *Ludo. deciſ. Peruſ. 31. num. 8.* & probaui latiùs ſupra in ver. *Actus reſol. 1. in princ.*

3 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando conſtat de accommodatione armorum facta per illorum dominium delinquenti, quia tunc ex illa inſurgit indicium tractatus, & mandati contra accommodantem, vt not. *Blanc. in d. l. fin. num. 171. ff. de quæſt. Maſcar. de prob. concl. 1386. n. 16. lib. 3. Hond. conſ. 93. n. 7. lib. 2. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 1. q. 23. per tot.* alios adducens concordantes.

4 Declara d. limitationem habere locum in eo, qui accommodauit arma, equum, & ſimilia ſcienter delictum commiſſuro, aliàs ſecùs, vt declarant, *Bald. conſ. 382. num. 6. lib. 5. Maſcar. d. concl. 1386. num. 16. & ſeq. Hond. d. conſ. 93. n. 60. lib. 2. Ludou. d. deciſ. 31. num. 10.* & dixi latiùs infra in *reſol. ſeq. in 1. limit.* vbi etiam probaui, d. ſcientiam non præſumi, ſed illam eſſe per Fiſcum, ſeù accuſatorem probandam, quæ hic breuitatis gratia non proſequor.

SVMMARIVM.

1 *Arma accõmodans ad occidendum, vel vulnerandum dicitur particeps criminis, & tenetur eadem pœna, qua tenetur delinquens.*

Contrarium, quod teneatur ſolùm pœna extraordinaria, tenent Doct. num. 2.

Amplia primò concluſionem, vel idem ſit in accommodante ſcalam ad committendum furtũ, n. 3.

Contrarium, quod ſolùm ſit locus pœnæ extraordinaria, tenent Doct. num. 4.

Amplia ſecundò in accommodante domum ad committendum delictum, num. 5.

Contrarium, ſolùm eſſe locum pœna extraordinaria, tenent Doct. num. 6.

Amplia tertiò in mutuante pecuniam ad delictum committendum, num. 7.

Contrarium, imo ſolum intrare pœnam extraordinariam, tenent Doct. num. 8.

Amplia quartò in accommodante familiam ad delinquendum, num. 9.

Amplia quintò in portante literas, vel nuncium ad delinquendum, num. 10.

Amplia ſextò in accommodante equum delinquenti, num. 11.

Declara d. ampliationem, vt num. 12.

Limita concluſionem principalem, cum ampliationibus ſequen. vt procedat in accommodante arma, ſcalam, & ſimilia ſcienter, aliàs ſecùs, n. 13.

Declara d. limitationem, vt in dubio accommodatio armorum, & ſimilium cenſeatur facta ignoranter, ita vt ſcientia probari debeat per Fiſcum num. 14.

Maximè in ſolito arma accommodare. num. 15.

16 *Auxilium, & opem quando quis dicatur præſtare delinquenti, vide remiſſiuè d. num. 16.*

RESOLVTIO VI.

Arma accomodans ad occidendum, vel vulnerandum an dicatur particeps criminis, & teneatur eadem pœna, qua tenetur delinquens.

1 ACcommodans arma ad occidendũ, vel vulnerandum, dicitur particeps criminis, & tenetur eadem pœna, qua tenetur principalis delinquens, cum dicatur præſtare opem auxilium, & cauſam delicto, vt ſcripſerunt *Bero. conſ. 192. num. 8. & ſeq. lib. 3.* vbi dicit hanc communem Legiſtarum, & Canoniſtarum opinionem, *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 3. num. 48. & ſeq.* vbi pariter teſtatur de communi opinione, & dicit accommodantem arma ad committendum homicidium præſtare illi cauſam proximam, non remotam, *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 90. in princ. Farinac. de conſult. & mand. quæſt. 130. num. 4.* alios adducens

con-

concordantes, *Eugen. conſ. 90. num. 5. lib. 1.* vbi dicit, accommodantem arma ad delinquendum dici præſtare auxilium cooperariuum ad delictum *Hond. conſ. 93. n. 7. lib. 2.* vbi dicit, ex armorum accommodatione inſurgere indicium tractatus, & mandati, & benè *Illuſtriſſ. Sperellus deciſ. 108. n. 6. & 7. par. 2.* vbi dicit, accommodantem arma ad delinquendum præſtare delicto cauſam proximam, non remotam, *& num. 28. in fin.* teſtatur, hanc eſſe frequentiorem Doct. opinionem, quam tenent etiam *Giurb. conſ. 14. n. 6.* licèt *n. 8.* aliquos referat contrarium tenentes, & *conſ. 41. num. 16.* & hanc concluſionem eſſe magis communiter receptam per Doct. dicit *Guazzin. defen. 33. cap. 10. num. 1. in fin.* licèt ipſe contrarium teneat.

1 Accommodans enim arma ad delinquendum dicitur præſtare delicto cauſam proximam, vt tradunt *Ant. Gomez d. cap. 3. num. 48. & ſeq. Eugen. d. conſ. 90. n. 5. Plax. in epit. delict. lib. 1. cap. 16. n. 1. & nu. 4. in fin. & Illuſtriſſ. Sperell. d. deciſ. 108. n. 6. & ſeq.* qui alios adducunt concordantes, vnde nil mirùm, ſi eadem pœna puniri debet, qua punitur principalis delinquens, vt volunt *Doct. ſupradicti, & P. Graſſ. de nece prodit. §. 20. num. 16.*

2 Licèt contrariam opinionem, imò quod accommodans arma ad occidendum, vel vulneradum non ſit puniendus pœna ordinaria, vti præſtans auxilium remotum tantùm, ſed ſolùm pœna extraordinaria, voluerint, *Bald. in l. 1. in fin. C. de agger. Nili non rumpen. Ang. de malef. in ver. d. maleficio ſemper adſtit. n. 17. Grat. conſ. 52. n. 16. lib. 2. Menoch. de arbit. caſu 349. n. 5. Laderch. conſ. 194. n. 5. circa fin. & Guaz. defen. 33. cap. 10. n. 2. & ſeq.* vbi dicit, eò magis hanc contrariam opinionem habere locum, ſi accommodans arma ſit conſanguineus, vel affinis, ibi per eum, & in hanc opinionem, vti ab eo vltimo loco relatã, inclinare videtur *Giurb. d. conſ. 14. n. 8.* licèt plures ex Doct. per eũ adductis eius intentionem non probèt.

3 Amplia primò d. concluſionẽ magis receptam, vt habeat locum etiam in accommodante ſcalam, vel ferramenta, & ſimilia ad committendum furtum, vel aliud delictum, qui cum dicatur opem, & auxilium præſtare delicto, ideò eadem pœnam, qua ipſe delinquens, puniri debet ad tex. *in l. ſi pignore 56. § qui ferramenta ff. de furt. §. interdum Inſt. de oblig. quæ ex delict. naſc.* & tradunt *Bero. conſ. 192. n. 5. lib. 3.* vbi teſtatur de communi opinione *Nat. conſ. 151. n. 3. ver. in contrarium tamen, etc. Plax. in epit. delict. lib. 1. cap. 16. n. 1. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 3. n. 48. Farin. de conſul. et mand. quæſt. 130. n. 5. et n. 20. et ſeq.* vbi alios adducit concordantes, & teſtatur de magis communi Doct. opinione *et in tract. de furt. q. 168. n. 48. Laderch. conſ. 194. n. 5. Illuſtriſſ. Dominus meus Sperell. d. deciſ. 108. n. 8. Giurb. d. conſ. 41. n. 32. circa medium.* & ſentit etiam *Guazz. d. defen. 33. cap. 10. n. 4. ver. exempla autem etc. P. Graſſ. d. §. 20. num. 16.*

4 Licèt contrarium, imò accommodantem ſcalam, ferramenta, & ſimilia puniendum eſſe pena extraordinaria tantùm, non autem ordinaria, tenuerint *Bald. Ang. Menoch. Grat. et alii* relati ſupra nu. 2. & ſentit idem *Bald. in conſ. 492. num. 1. lib. 1.*

5 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum non ſolum in accommodante arma, ſcalam, ferramenta, & ſimilia, ſed etiam in accommodante domum, in qua delictum committi debet, vel delinquens morari debet ad delictum committendum, vel in qua fieri debet tractatus ad occidendum, vel quid ſimile, qui igitur dicitur homicidio, & delicto opem præſtare, & ideo teneri debet eadem pœna, qua tenetur delinquens, vt tradunt *Ang. de malef. in d. ver. d. maleficio ſemper adſtit n. 13. Bero. d. conſ. 192. ferè per tot. lib. 3.* qui *n. 7.* teſtatur de communi Doct. opinione *Natt. conſ. 151. n. 3. ver. in contrarium, etc.* vbi de accommodante domum ad committendum adulterium *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 3. n. 48.* plenè *Farinac. de conſul. et mand. d. quæſt. 130. n. 25.* vbi alios adducit quamplures more ſuo ita ſentientes *Pater Graſſ. de nece prodit. d. §. 20. num. 21.*

6 Licet contrariam opinionem, imò in d. caſu ſolùm intrare pœnam extraordinariam, non autem ordinariam voluerint *Bald. in l. cum ancillis, 3. nu. 3. C. de inceſt. nupt. Blanc. in pract. §. poſtquam vidimus, n. 1. et 5. Marſil. conſ. 24. n. 18. et conſ. 30. num. 10. Bertaz. conſ. 324. num. 2. et ſeq. lib. 2. et Laderch. d. conſ. 194. num. 5.*

7 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in mutuante pecuniam ad effectum delictum committendi, qui cum dicatur opem præſtare ad delinquendum, ideò eadem pena qua principalis delinquens, puniri debet, vt voluerunt *Abb. in cap. 1. n. 5. et ibi Bero. n. 106. de offic. deleg. Natt. conſ. 151. n. 3. ver. contrarium tamen etc. Ant. Gomez var. reſol. d. tom. 3 cap. 3. n. 48 Farinac. de conſul. et mandat. d. q. 130. n. 15.* alios adducens ita ſentientes, *Guazz. d. defen. 33. cap. 10. num. 4. ver. exempla autem etc. Giurb. conſ. 41. num. 15 Illuſtriſſ. Sperell. d. deciſ 108. n. 9. Caball. reſol. crim. caſu 242. num. 4. cent. 3. et P. Graſſ d. §. 20. num. 21.*

8 Quicquid contrarium voluerint, imò in d. caſu eſſe tantum locum pœnæ extraordinariæ, *Alex Mant. Franc. Senen. et Blanc.* relati per *Farinac. in d. quæſt. 130. n. 14.* volentes tamen, hoc non habere locum in crimine aſſaſſinij, & parricidij propter illorum atrocitatem, vt ibi per eos.

9 Amplia quartò d. concluſionem, vt habeat etiam locum in accommodante ſuam familiam delinquenti, qui cum dicatur præſtare opem, & auxilium delicto, ideò eadem pœna, qua delinquens principalis, tenetur, vt adnotarunt *Plax. in epit. delic. lib. 1. cap. 16. num. 1. Carer. in pract. in 3. tract. de homic. et aſſaſ. §. homicidium autem n. 5.* cum quibus pertranſit *Farinac. in d. quæſt. 130. num. 17.* alios referens concordantes.

10 Amplia quintò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in portante literas, vel nuncium ad homicidiũ committendum, ſeù alias ad delinquendum, quia, ſequuto delicto, & homicidio, illum puniendum eſſe pena ordinaria, reſoluunt *Farin. de conſ. et mand. quæſt. 130. n. 41. Caball. reſol. crim. caſu 243. per tot. cent. 3* quem ſequitur *Illuſtriſſ. Sperell. d. deciſ. 108. n. 10.* nec non *Guazz. d. defen. 33. c. 10. in fin. Vrſel. in exam. apũ concl. 175. n. 25. et P. Graſ. d. §. 20. n. 20.*

11 Am-

11 Amplia ſextò d. concluſionem, vt habeat etiam locum in accommodante equum delinquenti, qui cum dicatur ei opem, & auxilium præſtare, ideò eadem pena puniri debet, vt poſt *Soc. Sen. conſ.* 188. *n.*1.*& ſeq. lib.*2.*& Capb. conſ.* 76. *n.*81. *l.*1. per eum relatos tradit *Farin. de conſul. & mand. d. quaſt.*130. *n.*9. & voluit etiam *Clar. in pract. §. fin. quaſt.* 90. *ſub n.* 1. licèt accommodantem equum ei ſolum præſtare cauſam remotam, ſenſerit *Guazz. d. defen.* 33. *cap.* 10. *ſub num.*4. & generaliter ſcribit *P. Graſſ. d. §.* 20. *n.* 16. *& ſeq.*

12 Limita d. ſextam ampliationem, vt habeat locum in accommodante equum ante delictum ad effectum delictum committendi, ſeù euadendi, ſecus tamen eſt in accommodante illum poſt delictum, quia tunc ſolùm intrat pena mitior, & extraordinaria, vt declarant *Rimin. Iun. conſ.* 310. *n.*32. *l.*3. quem refert, & ſequitur *Farinac. de conſul. & mand. quaſt.*132. *n.*13. *& Guazz. defen.* 33. *cap.*10. *ſub num.* 1.

13 Limita primò d. concluſionem vna cum ampliationibus ſequentibus, vt habeat locum in accommodante arma, ſcalam, ferramenta, & ſimilia delinquenti ſcienter, puta ad occidendum, furandum, & delinquendum, quia tunc talis accommodans tenetur eadem pœna, qua principalis delinquens tenetur ſecùs tamen eſt, ſi id faciat ignoranter, quia tunc nulla pœna tenetur, vt docent *Plax. in epit. delict. lib.* 1. *cap.* 16. *ſub nu.* 1. *Natt. d. conſ.* 151. *n.* 3. *Menoch. de arbit. d. caſu* 349. *n.* 6. *Maſcar. de prob. concl.* 159. *n.* 24. *lib.* 1. plenè *Farin. de conſul. & mand. d. quaſt.* 130. *n.* 7. *& nu.* 23. *& ſeq.* alios adducens concordantes *Clar. in pract. §. fin. quaſt.* 90. *n.* 2. *Ant. Gomez var. reſol. tom.* 3. *cap.* 3. *n.* 50. *Hond. conſ.* 93. *n.* 60. *lib* 2. *Guaz. d. defen.* 33. *cap.* 10. *n.* 6. *& Giurb. d. conſ.* 14. *n.* 9. *& ſeq. Vermigl. conſ.* 232. *num.* 17.

14 Amplia primò d. primam limitationem, vt ſcientia in accômodante arma, & alia ad effectum delinquendi in dubio nõ præſumatur, ſed Fiſcus teneatur illam probare, alias reus ſit abſoluendus, vt tradunt *Horat. Luc. conſ.* 168. *n.* 40. *& ſeq. int. conſ. crim. diuer. lib.* 1. *Ant. Gomez var. reſol. d. tom.* 3. *cap.* 3. *num.* 50. *Menoch. de arbit. d. caſu* 349. *n.* 6. *Farin. de conſul. & mand. d. quaſt.* 130. *n.* 8. vbi dicit, in hoc multum poſſe Iudicis arbitrium *Guaz. d. defen.* 33. *cap.* 10. *n.* 6. *ver. & aduocatus &c. Giurb. d. conſ.* 14. *nu.* 3. *& 9. & Vermigliol. conſ.* 3. *num.* 23. *et conſ.* 232. *in fin.*

15 Subamplia d. primam ampliationem, vt eò magis habeat locum in ſolito arma, equum, & ſimilia accommodare, quia tunc ex d. accommodatione nullam intrare penam poſt *Emil. et Burſatt.* per relatos voluit *Guazzin. d. cap.* 10. *n.* 6. *in fin.* & docet etiam *Giurb. d. conſ.* 14. *in princ.*

16 Quando autem, & quibus modis dicatur quis auxilium, & opem, ſeù fauorem præſtare homicidio, & delicto, & ideò teneatur eadem pena, qua tenetur delinquens, vel potiùs mitiori, quia materia eſt ſatis lata vide *Farin. de conſul. et mand. quaſt.* 130. *n.* 1. *et ſeq. vnà cum quaſt. ſeq. Guazz. d. defen.* 33. *cap.* 10. *et* 11. *per tot. Giurb. conſ.* 4. *et conſ.* 14. *et conſ.* 41 *per tot. Illuſt. Sperell. d. dec.* 108. *n.* 1. *et plurib. ſeq. et Vrſell. in exam. apum concl.* 175. *per tot.* vbi ad ſatietatem.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres comprahenduntur in Statuto probibente delationem armorum.*

Et in Statuto probibente ire de nocte ſinè lumine, num. 2.

Procedit de ſtricto iure, ſecùs tamen eſt de æquitate, num. 4.

3 *Mulieres comprahenduntur in ſtatuto puniente violentiam cum armis.*

RESOLVTIO VII.

Mulieres an comprahendantur in Statuto probibente delationem armorum.

1 MVlieres compræhenduntur in Statuto, ſeù banno prohibente delationem armorum, & tenentur illius pœna, vt tradunt *Gabr. comm. concl. de verb. ſignif. concl.* 6. *n.* 37. *Baiar. ad Clar. §. fin. quaſt.* 82. *n.* 55. *Decian. trac. crim. lib.* 8. *cap.* 3. *n.* 27. *Menoch. de arbit. caſu* 494. *n.* 23. *in addit. Farinac. de var. ac diuer. crim. quaſt.* 108. *n.* 15. alios adducens ſectatores *Guazzin. defen.* 29. *cap.* 2. *n.* 20. *Caball. reſol. crim. caſu* 228. *n.* 14. *et ſeq. cent.* 3. *Vrſell. in exam. apum concl.* 143. *n.* 27. *litera A.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in Statuto prohibente ire de nocte ſinè lumine poſt ſonum campanæ, vt voluerunt *Baiar. ad Clar. d. quaſt.* 82. *n.* 55. *Viui. opinio* 808. *num.* 7. *Guazzin. d. deſenſ.* 29. *cap.* 2. *num.* 20. *et Farinac. d. quaſt.* 108. *num.* 15. qui alios dant concordantes.

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt mulieres cõpræhendantur etiam ſub Statuto puniente violentiã cum armis, vt tenet *Decian. tract. crim. d. lib.* 8. *cap.* 3. *n.* 27. cum quo ſentit *Farinac. de var. ac diuer. crim. d. quaſt.* 108. *num.* 15.

4 Declara d. concluſionem, quod licèt de ſtricto iure mulieres compræhendantur ſub Statuto prohibente delationem armorum, de æquitate tamen contrariũ eſt ſtatuendum, prout in contingentia facti ſeruatum fuiſſe per Excellentiſſimum Senatorem Bellonum in muliere capta cum duobus ſclopis rotatis, quæ dimiſſa fuit iniuncto ei præcepto, ne inpoſterum deferret d. arma ſub pena fuſtigationis, dicit, & refert *Caluin. de æquit. lib.* 2. *cap.* 129. *num.* 30. & dixi ego *allegat. foren.* 87. *num.* 25. *et ſeq.*

ADDITIO.

N.1. VBi habetur, quod mulieres compræhenduntur in Statuto prohibente delectationem, armorum adde *Giurb. obſeru.* 33. *num.* 25.

N.2. Vbi habetur, mulieres compræhendi in Statuto prohibente ire de nocte ſine lumine adde *Chriſtian. ad leg. Mechlinien. tit.* 2. *art.* 19. *num.* 5. *& Giurb. d. obſer.* 33. *nu.* 25.

N.3. *in fin.* Adde amplia tertiò, quod lex puniens virum rapientem mulierem habeat locum etiam in muliere rapiente virum, vt tradunt *Curt. Iun. conſ.* 197. *num.* 8. *Gallia. ad Conſuet. Alex. in verbo legare num.* 23. vbi plures dat concordantes, & latius *Tiraq. de retract. lignag. §.* 20. *gloſ.* 1. *num.* 4. *& ſeq.* vbi refert mulieres quamplures, quæ viros libidinis cauſa rapuerunt, quæ vide ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Stans armatus in propria domo non incurrit pœnam delationis armorum.*

Quod habet locum etiam in ſtante armato in oſtio domus, num 2.

Et in ea, qui inuentus a birruariis fugit in propriam domum, num. 3.

Contrarium tenent Farinac. *num.* 4.

Ac etiam in ſtante armato non ſolùm in domo propria, ſed in caupona, num. 5.

Fallit concluſio ſupradicta in ſtante armato in propria domo, vel in illius oſtio cum archibuſetto breuioris menſuræ, num. 6.

RESOLVTIO VIII.

Stans armatus in propria domo an incurrat pœnam delationis armorum.

1 STans armatus in propria domo non incurrit pęnam delationis armorum, vt tradunt *Burſat. conſ.* 141. *n.* 35. *et ſeq. et Farin.* qui illum refert, & ſequitur *de var. ac diuer. crim. quæſt.* 108. *num.* 40.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt quis poſſit ſtare armatus, non ſolùm in domo propria abſque incurſu pœnæ delationis armorum, ſed etiam in oſtio ipſius domus, vt tradunt *Burſat. in d. conſ.* 141. *num.* 35. *et ſeq. et Farin. in d. quæſt.* 108. *n.* 40. declarando, *vt per Gabr. comm. concl. de maleſ. concl.* 10. *nu.* 24. *et ſeq. Rip. de noct. tem. cap* 8. *num.* 59.

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in eo, qui inuentus a birruariis cum armis fugit in propriam domum, quia illum non poſſe ab ea extrahi per birruarios ipſum inſequentes, voluerunt *Bald. Roman. et Iaſ. in l. plerique* 18. *ff. de in ius voc.* quos refert, & ſequitur *Baiard. ad Clar. §. fin. quæſt.* 82. *n.* 62. *Decian. tract. crim. lib.* 8. *cap.* 4. *n.* 10. *Rip. de noct. temp. cap.* 8. *n.* 26.

4 Licèt hanc ampliationem non credat veram *Farin. de var. ac diuer. crim. d. quæſt.* 108. *num.* 40. dicens, quod illa non ſeruaretur in practica.

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum non ſolùm in exiſtente in ſua domo propria, ſed etiam in exiſtente armato in caupona ſeù hoſpitio, cum illa forenſi dicatur propria domus, vt per d. rationem fuit pluries ſeruatum in Auditorio Legationis Vrbini, dum ego ibi per plures annos interfui vti Auditor Eminent. & Reuerendiſs. D.D. mei Scipionis Cardinalis Delcij d. Status Legati, & Principis digniſſimi, vigilantiſſimi, & integerrimi, & poſtea idem obtinui in quodam de Terra Schigæ carcerato cum pugione in vno ex Hoſpitijs Terræ Canciani, qui fuit gratis dimiſſus de mandato Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi D.D. mei Antonij Cardinalis Bichij d. Status Vbini Legati, & Principis omnium Virtutum ornatiſſimi de anno 1661. licèt contrarium ſuaderi poſſit ex not. *per Gabr. d. concl.* 10. *num.* 19.

6 Limita d. concluſionem, vt non habeat locum in ſtante armato in eius domo, vel oſtio illius archibuſetto breuioris menſuræ, ſeù ſtilletto, quorum etiam retentio domi eſt ſimpliciter prohibita vigore Bullarum Pij IV. & Pij V. itaut illis armatus in domo propria pœnam d. d. Bullarum, non ſit euitaturus aliquo modo, vt benè conſiderat *Farinac. in d. quæſt.* 108. *num.* 41. dicens, prædicta non habere locum in cultellis, & pugionibus, quorum retentio domi de conſuetudine non eſt prohibita, vt ibi per eum, & ſcuſit etiam *Vrſell. in exam. apum concl.* 143. *nu.* 47.

ADDITIO.

N. 5. VBi habetur quod forenſis ſtans in caupona cum armis, cum illá tunc dicatur ei propria domus non incurrit pœnam delationis armorum, licet contrarium ſuaderi poſſit ex *Gabr. comm. concl. de maleſ. concl.* 10. *num.* 19. vbi dicit, viatorem capi poſſe in caupona non obſtante *l. plerique* 18. *ff. de in ius voc.* adde quod doctrina *Gabr. ibi* non videtur vere obſtare, quia quicquid ſit de illa, quæ non tranſit ſine difficultate, vt videre eſt ex *Deci. in l. nemo* 104. *num.* 1. *& ſeq. ff. de reg. iur.* qui contrarium tenet, quia illa poteſt fortaſſe procedere, quia beneficium *d. l. plerique* fuit conceſſum domui habitationis, vt not. *Doct. ibi*, quod non videtur verificari in caupona, ſecus tamen eſt quo ad delationem armorum pro quorum retentione non eſt neceſſaria habitationis in loco, cum illa ſit permiſſa non ſolum in domo, ſed etiam in agro, in quo non habitatur, vt not. *Decian. tract. crim. lib.* 8. *cap.* 2. *&* 3. *& Farinac. de var. ac diuer. crim. quæſt.* 108. *num.* 39. vbi autem eſt diuerſa ratio, diuerſa etiam eſſe debet iuris diſpoſitio, *l. inter ſtipulantem* 83. *§. Sacram. ff. de verb. oblig. cum ſimil.*

Hinc videmus, diſpoſitionem *d. l. plerique* extendi etiam ad nauem, in qua debitor capi non poteſt, vt not *Iaſ. Alex. & alij Doctores communiter in d. l. plerique, & Decian. in d. l. nemo, num.* 3. *ff. de reg. iur.* nec non *Strach. de mercat. in tract. de nauib. par.* 2. *num.* 5. vbi alios dat concordantes, ita vt veniam inuenire ſolidam rationem differentiæ, vt paſſagerius non poſſit capi in naui, & viator capi poſſit in Caupona, & offenſionem factam in naui puniri pœna ſtatuti punientes offenſionem facta in domo dicit *Farinac. in fragm. crim. littera D. num.* 240.

SVMMARIVM.

1 *Delictum committans cum armis venenatis grauius punitur.*

2 *Arma venenata portans grauiùs eſt puniendus.*

Declara, vt de d. qualitate veneni debeat conſtare per Medicos, & peritos, num. 3.

RESOLVTIO IX.

Delictum commiſſum cum armis venenatis an grauius puniatur.

1 DElictum committens cum armis venenatis grauiùs puniri debet, cum magis quis dicatur delinquere veneno, quàm ferro, vt tradunt *Plax. in epit. delict. lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 21. *Menoch. de arbitr. caſu* 394. *num.* 47. *& ſeq. Decian. tract. crim. lib.* 8. *cap.* 3. *n.* 29. *Guazz. defen.* 4. *c.* 8. *nu.* 5. cum quibus pertranſeunt, *Baiard. ad Clar. §. fin. q.* 82. *num.* 50.

n. 50. dum ſe refert *ad Barbat. de Card. Legat. a latere q. 5. n. 25. & Vrſell. in exam. apum, concl. 143. n. 53.* Grauiùs enim, vt dixi, eſt hominem veneno occidere quàm gladio *l. 1. C. de maleſ. & matemat.* & tradunt *Farinac. de homic. quæſt. 122. n. 2.* late comprobans *Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 29. n. 21.* nouiſſimè *P. Graſſ. de nece prodit. §. 19. n. 1. & 2.* ita vt veneno aliquem occidens dicatur proditor, & homicida proditorius, vt latiſſimè comprobat innumeris ferè Doct. authoritatibus allatis idem *P. Graſſ. de nece prodit. d. §. 19. num. 1. & ſeq.*

2 Amplia d. concluſionem, vt habeat locum etiam in portante arma venenata, qui cum dicatur grauiùs delinquere, ideò grauiùs etiam venit puniendus, vt not. *Plax. in epit. delict. lib. 1. cap. 8. n. 21. Menoch. de arbitr. d. caſu 394. n. 17. & Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 3. n. 29.* qui alios dant concordantes, adde *Vrſell. in exam. apum concl. 143. num. 53.*

3 Declara d. concluſionem, quod ad hoc, vt d. pęna grauior habeat locum contra delinquentes cum armis venenatis, vel contra illa portantes, de d. qualitate veneni debet per Chirurgos, Medicos, & Peritos conſtare, vt declarant *Guazzin. in d. defenſ. 4. cap. 8. n. 5. in fin.* vt per eundem *Guazzin. d. defen. 4. cap. 6. per tot.* & vide adducta per me infra in verb. *Corpus delicti reſolut.* ...

ADDITIO.

in fin. Vbi habetur, quod de qualitate veneni debet conſtare ex relatione Medicorum, & Peritorum cum adde ita ſentientes *Caſtr. Ludou. Bertaz. & alios*, quos refert, & ſequitur *Ciriac. contr. 485. num. 10.* dixi etiam infra in verbo *Venenum Reſolut. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Dentes non veniunt appellatione armorum.*

Amplia, vt percutiens dentibus, non ſolùm non ligetur pęna Statuti prohibentis offenſionem cum armis, ſed neque ſi Statutum prohibeat percuſſionem cum re apta ad maleficium, num. 2.

Quomodo verò ſit punienda percuſſio facta cum dentibus, vide, num. 3.

RESOLVTIO X.

Dentes an veniant appellatione armorum.

1 Dentes non veniunt appellatione armorum, præſertim in materia pœnali, & ſtricta, in qua ſolùm veniunt arma, quæ ſunt manufacta, & ab homine ſeparata, & ideò, ſi quis mordeat aliquem cum dentibus, ſinè armis offendere dicitur, niſi Statutum puniret offenſionem factã cum re ad nocendum apta, vt tradunt *Bart. conſ. 106. lib. 1. & ibi adden. Marſil. in pract. §. pro complemen. n. 14. Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 2. ſub n. 10. Cabal. reſol. crim. caſu 63. n. 1. & ſeq. cent. 1. Vrſell. in exam. apum concl. 143. n. 21.* qui alios dant concordantes.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt percutiens cum dentibus non ſolùm non teneatur pœna Statuti prohibentis offenſione cum armis, ſed neq; ſi ſtatutum loquatur de percutiente cum re apta ad maleficium, cum Statutum intelligatur de percuſſione facta cum rebus, & inſtrumentis ſeparatis à perſona offendentis, & manufactis, non autem cum membris, & partibus corporis ipſius offendentis, vt poſt *Angel. in l. ſi pignore 56. §. furem, ff. de furt.* per eum relatum benè declarat *Caball. d. caſu 63. in fin.*

3 Declara d. concluſionem, quod percuſſio facta cum dentibus, quando non adeſt particulare Statutum, puniri debet iuxta aliud Statutum loquens de re, ſeù percuſſione ſimili, ne delicta remaneant impunita, & ſic in caſu non expreſſo debet fieri extenſio ad caſum ſimilem, ſeù ad conſuetudinem, vt tradunt *Afflic. in Conſtit. ſi quis aliquem n. 14 ſub nu. 7. Caball. in d. caſu 63 nu. 12.* vbi dicit, eſſe puniendum ſicut ſi percuſſiſſet cum lapide, vel baculo, non autem cum manu *Vrſell. d. concl. 143. num. 21. ver. licèt ſit &c.* alios adducens ita ſentientes.

ADDITIO.

N. 3. Vbi habetur quod percuſſio facta cum dentibus eſt punienda iuxta aliud Statutum loquens de percuſſione ſimili, adde quod percutiens cum vaſe vitrico cum libro, & ſimili non punitur pæna ordinaria contra percutientes, vel vulnerantes cum armis; vt poſt *Carrer. Iaſ. Decian.* & alios per eum relatos tradit *Caball. reſol. crim. caſu 63. num. 3. & 17.* vbi dicit, hoc eſſe non procedere in vulnerante cum aſſeria, fuſte, rotea, & ſimili vt not. *Caball. d. caſu 63. num. 4. & ſeq.* quem videas de hac materia, nec non, *Farinacc. de var. ac diuer. crim. quæſt. 108. n. 87. & ſeq. & addit. ad dict. quæſt. 108.* referentem ſe ad *Caball. vbi ſupra.*

SVMMARIVM.

1 *Statuto prohibente delationem armorum, Iudex poteſt procedere contra illa portantem per inquiſitionem, etiam ſi ille non ſit captus per birruarios.*

Maximè, ſi Statutum concedat Iudicem poſſe procedere per inquiſitionem, num. 2.

Prout conceditur contra portantes archibuſetta brenioris menſuræ, num. 3.

Limita concluſionem, vt non habeat locum, quando Statutum punit inuentum cum armis, num. 4.

Contra limitationem tenent plures Doct. num. 5.

RESOLVTIO XI.

Statuto ſtante prohibente delationem armorum, an Iudex poſſit procedere contra illa portantem per Inquiſitionem, licèt ille non ſit captus.

1 Stante Statuto, ſeù bannimento prohibente ſimpliciter delationem armorum, Iudex poteſt procedere contra eum, qui viſus fuit portare arma, per inquiſitionem, etiam, ſi ille non fuerit captus per birruarios, vt tradunt *Afflic. in Conſtit. Intentionis n. 18. de illic. por. armor. Plax. in epit. delict.*

delict. lib. 1. cap. 8. n. 19. Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 4. n. 5. verſ. neque obſtat &c. Menoch. de arbit. caſu 394. nu. 1. verſ. tertius caſus &c. Fariaac. de var. ac diuer. crim. quæſt. 108. *n.* 141. & ſentit *Vrſel. in exam. apum concl.* 143. *n.* 66. *& ſeq. Præſ. S. Fælic. deciſ.* 43. *n.* 1. *lib.* 1. quem referunt, & ſequuntur *Adden. ad Capic. Latro deciſ. 78. in prin. par.* 1. & ita tenet etiam *Peguer. dec. ſ. crim.* 50. *n.* 3. *& ſeq.* benè comprobans, & reprobans *Angel.* contrarium tenentem, & dicens, ita vidiſſe ſeruari in illo Regio Conſilio.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando in Statuto, ſeu Edicto cauetur, quod contra portantes arma prohibita Iudex procedere poſſit per inquiſitionem, vt eſt diſpoſitum in bannimentis generalibus Status Eccleſiaſtici, quia tunc nulli dubium eſt, quin Iudex contra portantem arma procedere valeat per inquiſitionem, & licèt non ſit captus, vt tradunt *Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 4. n. 5. in fin. Menoch. de arbit. d. caſu 393. n. 1. ver. primus quorum &c.* vbi dicit, hanc ampliationem carere dubitatione, cum quibus pertranſeunt *Clar. in prac. §. fin. quæſt. 82. in ſtat. 6. ver. ſed quid ſi Statutum in Fariaac. in d. quæſt. 108. num. 133. & D. Andreol. controuer. 426. num. 22.*

3 Subamplia primò d. ampliationem illatiuè, vt contra portantes archibuſetta breuioris menſuræ Iudex procedere poſſit per inquiſitionem, cum id expreſsè ſit diſpoſitum in Bullis Pij IV. & Pij V. vt aduertunt *Farinac. de var. ac diuer. crim. d. quæſt. 108. nu. 139. in fin. & n. 143. Guazz. de confiſc. bon. concl. 13. ampl. 88 n. 6. & defen. 4. cap. 8. n. 4. verſ. debet etiam &c. & Maſſin. de confiſc. bon. quæſt. 8. n. 13. & ſeq.*

4 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locum, quando Statutum, vel Edictum prohibet ſimpliciter delationem armorum, ſecùs tamen eſt, quando Statutum punit inuentum, ſeù repertum cum armis, quia tunc Iudex procedere non poteſt contra deferentem arma, niſi cum eis ſit captus per birruarius, & ſic non poteſt procedere per inquiſitionem, vt renuerunt ex modernioribus *Plax. in epit. delict. lib. 1. cap. 8. n. 19. Viui. opin. 763. num. 1. & ſeq.* vbi teſtatur de communi, & ſeruata opinione, *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 82. in prin.* vbi dicit, hanc opinionem eſſe veriorem, & magis communem, a conſuetudine approbatam, ab illa in practica non eſſe recedendum, *Decian. trac. crim. lib. 8. cap. 4. n. 5. Ant. Gomez in l. 45. Taur. n. 48. Canall. in ſpec. comm. contra comm. quæſt. 651. nu. 1. & ſeq.* vbi hanc opinionem dicit communem, & veriorem, & apud eum practicatam, *Farin. de var. ac diu. crim. quæſt. 108. n. 132. & ſeq.* vbi quamplures Doct. authoritates, *& n. 143.* dicit, hanc opinionem in practica ſeruari, cum quibus tenet *Guazz. de confiſc. bon. concl. 13. ampl. 88. nu. 6. & Maſſin. de confiſc. bonor. quæſt. 8. n. 13.* nec non *Vrſel. in exam. apum concl. 143. n. 65.* & in his terminis eſt intelligendus *Capic. Latro deciſ. 78. in prin. par. 1.*

5 Contrariam tamen opinionem, quod imò etiam in d. caſu Iudex procedere poſſit per inquiſitionem, cū ſecundùm ſermonis proprietatem ille dicatur inuentus, qui fuit viſus, & ſic qui teſtibus conuictus eſt, tenuerunt *Nicol. de Neapol. Bald. Angel. Imol. Aret. Roman. Marſil. Rip. Ioſeph. Cumi. & Soc. Iun.* quos refert, & ſequitur *Menoch. de arbitr. d. caſu 394. nu. 49. & in addit. ibi n. 6. & ſeq.* vbi hanc opinionem latè comprobat, & dicit veriorem eſſe, & in iudicando ſequendam, & contrarijs reſpondet, & contrariam practicam eſſe merum abuſum, & illum non valere, vti præbentem cauſam ad delinquendum, vt ibi per eum, cum quo ego etiam pertranſeo, quando Statutum ſimpliciter prohibet delationem armorum, iuxta terminos principalis concluſionis, cum neſciam videre, quo in d. caſu aſſerta conſuetudo nitatur iuridico fundamento, & cum illa ad aliud non inſeruiat, quam ad tolerandum abuſum armorum, per quem tot in dies committuntur delicta, quem abuſum ego ſemper improbaui dum Auditoris officio Legationis Vrbini fungerer, & illum nunquam in d. Legatione admittendū curaui, vti Reipublicæ quieti valdè pernicioſum, addo pro hac contraria opinione *Amad. de Synd. n. 9. & Capic. Latro d. dec. 78. in prin.* quando portans arma cum illis aliquem vulnerauit, vt ibi per eum, & hanc partem ſequi videtur *Rip. de noſt. temp. cap. 8. n. 28. & ſeq.* licèt poſtea plures diſtinguat caſus, vt ibi per eum.

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod ſtante ſtatuto prohibente delationem armorum Iudex poteſt procedere per inquiſitionem contra portantem arma, licet non fuerit captus per birruarius, adde, licet contrarium, & male iudicio meo tenuerint *De Marin. reſolut. iur. cap. 116. num. 2.* & alij quos refert, & ſequitur nouiſſimè ſatis eruditus *Zuffi. ad Conſtit. Barbarinam poſt tract. de legit. proc. crim. num. 101. & ſeq.* cum maior pars Doctorum per eum adductorum, & præcipuè *Alex. Bello. Sem. Corn. Amad. a Ponte, & Merlin.* loquantur quando Statutum punit inuentum cum armis iuxta dicta *in hac reſolutione num. 4.* non autem quando Statutum prohibet delationem armorum, vt habetur in hac Reſolutione.

Neque venit attendendus *Couar. qui pract. quæſt. cap. 23. in fine* aſſerit, ita ſeruari in tota Republica Chriſtiana, quaſi ipſe in toto Orbe verſatus fuerit, cum contrarium ſeruetur in Principatu Cathaloniæ, vt teſtatur *Peguer. deciſ. crim. 55. in fin.* citatus per errorem Impreſſoris *deciſ. 50.* prout contrarium pariter ſeruatur in Statu, & Legatione Vrbini, vt ego teſtari poſſum, qui plura Officia, & Auditoris munus Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi D. D. mei Cardinalis Deleſi in d. Legatione per plures annos exercui, Imo idem *Couar.* videtur cum noſtra opinione pertranſire, dum dicit, eſſe perpendenda verba Statuti armorum dilationem prohibentis.

Prout neque obſtat ratio, quod d. opinio aperiat viam calumnijs cum neſciam videre, cum potius eſſe poſſit locus calumnijs in hac materia dilationis armorum, quam in alijs delictis maximè facti tranſeuntis, in quibus proceditur per inquiſitionem, quod vero d. opinio ſit pernicioſa Reipublicæ neſcio, quo fundamento poſſit affirmari, cum imò contraria opinio ſit verè pernicioſa Reipublicæ, & eliminanda vti tacitè permittens abuſum armorum, qui vti Reipublica damnoſus eſt omni iure prohibitus, vt probat. *Farinac. de var. & diuer. crim. quæſt. 108. nu. 3.* nec non *Card. Tuſc. pract. concl. littera A. reſol. 455. num. 2.* Ita vt meritò dicere ſoleret q. Sereniſſimus, & Sapientiſſimus, *Franciſcus Maria Vrbini Dux vltimus*, Vis tollere delicta a ſubditis, tolle eis delationem armorum, ex qua experientia docet, in dies tot vulnera, & homicidia in quietis publicæ præiudicium, & populorum perniciem committi.

Vbi

N. 5. Vbi habetur poſſe procedi per Inquiſitionem contra deferentem arma etiam ſi Statutum puniat inuentum cum armis adde *Adden. ad Alex. conſ. 116. littera A lib. 6.* vbi dantur concordentes quamplures.

SVMMARIVM.

1 *Corpus delicti contra apprehenſum cum armis eſt probandum per ocularem inſpectionem, & deſignationem qualitatis armorum.*

Amplia habere locum etiam in apprehenſo cum archibuſio, vel terzanello onuſto, de quibus eſt faciendum periculum, vt num. 2.

RESOLVTIO XII.

Corpus delicti contra apprehenſum cum armis quomodo ſit probandum.

1 Contra apprehenſum per birruarios cum armis prohibitis corpus delicti eſt probandum per ocularem inſpectionem, ac deſignationem in proceſſu qualitatis, & quantitatis d. armorum iuxta practicam, & formam quam docent *Corrad. de offic. Prætor. in tit. de contumac. poſt prin. Guazzin. defen. 4. cap. 8. num. 3. Ambroſ. in proceſ. inform. lib. 1. cap. 5. num. 5. 6. & ſeq. Maſſin. de confiſc. bonor. quæſt. 8. num. 26.* & dicetur infra in hoc *verb. Arma, reſol. ſequen.*

2 Amplia d. concluſionem, vt habeat etiam locum in apprehenſo cum archibuſio, terzanello, vel archibuſetto onuſtis, quia Curia debet periculum facere extrahendo ex illis puluerem, & pilas, omnia in actis adnotando coram teſtibus, & prædicta omnia Notario conſignando, vt docet *Ambroſ. in proc. inform. d. lib. 1. cap. 5. num. 11.*

ADDITIO.

N. 2. VBi habetur, quod apprehenſo aliquo cum armis per birruarios corpus delicti eſt probandum per ocularem inſpectionem, & deſignationem in proceſſu qualitatis d. armorum adde, Quod ſi reus confeſſus ſit occidiſſe aliquem cum armis, puta pugione, qui repertus fuit apud eum, non requiritur de neceſſitate, quod reus recognoſcat d. pugionem, ſed ſolum ad bene eſſe, licet Iudex d. recognitionem procurare debeat, not. *Zuff. de legit. proceſſ. crim. quæſt. 118. num. 9. & ſeq.*

SVMMARIVM.

1 *Pœna deferentis archibuſettum, ſeu mazzagatto, vt habeat locum debet conſtare plenè, illa eſſe breuiora duorum palmorum de canna, ſi tamen teſtes deponant de breuitate menſuræ cum dictione in circa, illam non probant, num. 2.*

Neque probant deponentes vidiſſe aliquem deferre tormentum breue, num. 3.

Fallit, ſi id teſtes deponerent vidiſſe, tetigiſſe, & menſuraſſe d. archibuſettum num. 4.

RESOLVTIO XIII.

Pœnæ delationis Piſtolæ, ſeu Mazzagatti vt ſit locus, quomodo debeat conſtare, quod illæ ſint breuioris duobus palmis.

1 VT ſit locus pœnæ paruorum archibuſiorum, quæ vulgo dicuntur Piſtole corte, ſeù Mazzagatti, requiritur, quod pro parte Fiſci ſit concludenter probata per legitimas probationes paruitas menſuræ a Bullis Summorum Pontificum requiſita, hoc eſt d. archibuletta eſſe breuiora duorum palmorum de canna ipſius archibuſij, vti qualitas a d. Bullis requiſita, vt docent *Bertaz. conſ. 461. num. 10. lib. 1. Guazzin. de confiſc. bonor. concl. 13. ampl. 88. num. 15. & ſeq. & defen. 4. cap. 8. num. 3.* vbi dicit pariter, probandum eſſe pugionem, & cultellum per d. Bullas prohibitum eſſe minorem tribus palmis, *Maur. Burg. de modo proc. ex abrup. quæſt. 23. num. 234. Farin. de var. ac diuer. crim. quæſt. 108. n. 54. & ſeq. & Maſſin. de confiſc. bonor. quæſt. 8. num. 18. & ſeq.* & tradit etiam *D. Andreol. controuer. 426. numer. 22.*

2 Declara primò d. concluſionem, vt ſi teſtes deponant de breuitate menſuræ cum dictione *in circa*, quæ habet latitudinem, & ſic inducit dubietatem, vt dicit *Barboſ. de diction. diction. 154. num. 6. & ſeq.* ideò illam non probarent, vt tradunt *Burſ. conſ. 331. num. 28. & ſeq. lib. 3. Guazz. de confiſc. bonor. d. ampl. 88. num. 16. & d. defen. 4. cap. 8. num. 3. Farin. in d. quæſt. 108. num. 54. & Maſſin. de confiſc. bonor. d. quæſt. 8. num. 20. & D. Andreol. d. controu. 426. num. 23. & ſequen.*

3 Amplia d. declarationem, vt habeat locum etiam quando teſtes deponunt, vidiſſe aliquem geſtare tormentum breue, quia id non probarent, maximè ſi deponant, id vidiſſe a longe, cum reſpectu breuitatis menſuræ teſtes deponant de eo, de quo poſſunt de facili decipi, vt docent *Burſatt. d. conſ. 331. num. 28. & ſeq. lib. 3. Farinacc. de var. ac diuerſ. crim. d. quæſt. 108. num. 53. & ſeq. Guazzin. de confiſc. bon. d. ampl. 88. num. 17. & d. defen. 4. cap. 8. num. 3. Maſſin. de confiſc. bonor. d. quæſt. 8. num. 19. & ſeq.* vbi ampliat, hoc habere locum etiam ſi teſtes deponant, id benè cognouiſſe, itaut decipi non poſſint, *Vermigl. conſ. 187. num. 6.* vbi loquitur in terminis delationis terzanelli *D. Andreol. d. controu. 426. num. 24. & ſeq.*

4 Declara d. ampliationem, quod ſi duo teſtes deponant, vidiſſe, tetigiſſe, & menſuraſſe archibuſettum, & propterea quod illud erat minus duobus palmis, ex tali depoſitione plenè remaneret probatum corpus delicti, licèt procederetur per inquiſitionem contra illud deferentem, vel retinentem, vt poſt *Muſcatell. de cognit. delict. rub. de prohib. arm. aſpor. n. 21. & 22. & Ciaz. ad def. reo. diſcep. 121. num. 10. et ſeq.* per eum relatos firmat *Maſſin. de confiſ. bon. d. quæſt. 8. n. 24.* abſque eo, quod

ſequiratur inſpectio ocularis de breuitate armorum, vt ſcripſerat *Guazz. def. 4. cap. 8. ſub num. 4. & D. Andreol. d. contr. 426. num. 24. & ſeq.*

SVMMARIVM.

1 *Archibuſettum breuioris menſuræ deferens incurrit pœnam vitæ, & confiſcationis bonorum.*

Amplia concluſionem habere locum etiam in illa retinente domi, num. 2.

Niſi retineantur paruo temporis ſpatio, n. 3.

Amplia ſecundò concluſionem, vt habeat locũ etiam in Officialibus, & Miniſtris iuſtitiæ, n. 4.

RESOLVTIO XIV.

Archibuſettum breuioris menſuræ deferens an incurrat pœnam vitæ, & confiſcationis bonorum.

1 DEferens archiboſetta minoris menſuræ duorum palmorum de canna archibuſij in Stato Eccleſiaſtico incidit in pœnam vitæ, confiſcationis bonorum, criminis læſæ Maieſtatis, & rebellionis, vigore Bullarum Pij IV, *Conſtit. 65.* in prima parte Bullarij, & Pij V. *Conſtit. 151. par. 2.* & tradunt *Guazzin. de confiſc. bon. concl. 13. ampl. 88. in prin. & Maſſin. de confiſc. bonor. quæſt. 8. num. 2. & ſeq. & nu. 58.* quam pœnam vix ſugi poſſe, dicit *Farinac. de var. ac diu. crim. quæſt. 108. nu. 52. in fin.* licèt illam nunquam vidiſſe ſeruari, dixerit *Gabr. conſ. 170. num. 4. lib. 1.* quem conſuluiſſe ante promulgationem d. Bullarum, dicit *Farinac. ibi num. 52. in fin.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum; non ſolùm in deferente d. archibuſetta, verum etiam in illa retinente domi, qui eadem pœna puniri debet, ac ſi illa detuliſſet, vigore dict. Conſtitutionum, vt adnotarunt *Farinac. de var. ac diu. crim. d. quæſt. 108. num. 40. & ſeq.* vbi hoc ampliat etiam ad retentionem ſtillettorum, maximè vigore Bannimentorum generalium Status Eccleſiaſtici, licèt dicat pro ſola retentione archibuſetti, vel ſtilletti nunquam vidiſſe imponi pœnam corporalem, ſed pecuniariam tantum, vt ibi per eum, *num. 41. & 44.* & tradit etiam *Guazzin. d. concluſ. 13. ampl. 88. num. 10.*

3 Limita d. ampliationem, vt non habeat locum in retinente domi paruo temporis momento dicta arma, quia tunc d. retentionem non eſſe punibilem, tradunt *Burſat. Farin. & Vrſell. in loc. relatis infra in hoc verbo Arma Reſol. 16. num. 3.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt pœna impoſita per d. Bullas Pij IV, & Pij V, contra deferentes archibuſetta breuioris menſuræ comprehendat etiam Officiales, & executores Iuſtitiæ, quibus etiam eſt prohibita delatio illorum armorum ſub eiſdem pœnis, vt aduertunt *Farinac. de var. ac diu. crim. d. q. 108. n. 104. Guazzin. de confiſc. bonor. d. concl. 13. ampl. 82. num. 3. & defen. 29. cap. 2. nu. 21. & Maſſin. de confiſc. bonor. quæſt. 8. num. 29.* alios adducens idem ſentientes.

SVMMARIVM.

1 *Archibuſettum imperfectum, ſeù inutile deferens, vel retinens non incurrit pœnam Conſtitutionum Pij IV. & Pij V.*

Quod habet locum etiam in deferente archibuſium non aptum ad nocendum, num. 3.

2 *Archibuſium ſinè rota, vel aliàs imperfectum, nec aptum ad nocendum non dicitur archibuſium.*

RESOLVTIO XV.

Archibuſettum imperfectum, ſeù inutile deferens, vel retinens an incurrat pœnas Conſtitutionum Pij IV. & Pij V.

1 ARchiboſettum imperfectum, ſiuè inutile deferens, vel retinens in domo non incurrit pœnam Conſtitutionum Pij IV. & Pij V. vel Bannimentorum generalium, cùm, vt ſit locus d. pœnis, archibuſettum aptum eſſe debeat ad nocendum, & ad pilam eiaculandam ſiuè igne naturali, vt tradunt *Bertaz. conſ. 74. n. 12. & ſeq. lib. 1. Farinac. de var. ac diuer. crim. quæſt. 108. n. 86. Guazz. de confiſc. bon. concl. 13. ampl. 88. n. 18. & defen. 4. cap. 8. n. 4.* latè *Maſſin. de conf. bon. quæſt. 8. n. 29.* vbi alios adducit ita ſentientes, cum quibus pertranſeunt *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 3. quæſt. 3. caſ. 6. in prin. Calu. de æquit. lib. 2. cap. 118. n. 78.* vbi dicit, idem eſſe in deferente ſimplicem ſclopum, vt ibi per eum, & *Vrſel. in exam. apũ. concl. 143. n. 86. lit. A.* licèt dicat, aliqua pœna poſſe puniri, loquitur tamen de archibuſio non onuſto, non autem in imperfecto, vt ibi per eum, & quicquid dubitauerit *Baiar. ad Clar. § fin. quæſt. 82. n. 79.*

2 Archibuſium enim ſinè rota, vel in quo deficit aliquod inſtrumentum, ſinè quo non poteſt exonerari ſiuè igne naturali, non dicitur archibuſium, neque ſclopus ſecundum *Bologn. conſ. 25. num. 24. Ant. de Ball. d. lib. 3. caſu 6. num. 1. & ſeq. Ciriac. controu. 310. num. 134. & Maſſin. de confiſc. bonor. d. quæſt. 8. num. 31.* qui benè declarant.

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in deferente archibuſium, qui pariter non poteſt puniri, niſi illud ſit aptum ad nocendũ, & pilam plumbeam eiaculandam, vt tradunt *Coſta de ſcien. & ignor. inſpect. 23. num. 4. & Caluin. de æquit. d. cap. 118. num. 78.*

SVMMARIVM.

1 *Armorum delatio, ſi ſit momentanea, non eſt punibilis.*

Maximè, ſi arma capiantur de domo, vel manu alicuius ad effectum ſe defendendi, num. 2.

Amplia concluſionem, vt habeat locum etiam in retinente in domo arma prohibita per modicum tempus, num. 3.

Am-

Amplia ſecundò etiam in tranſeunte, qui per ſaruum tempus moratus eſt in aliquo loco, nu. 4.

RESOLVTIO XVI.

Armorum delatio momentanea an ſit punibilis.

1 ARmorum delatio, etiam terzanelli, ſi ſit momentanea, vt ſi illa capiantur in domo propria, vel aliena, & cum eis quis ſe contulerit extra domum ad effectum inſultandi, vel percutiendi, vel vulnerandi ſuum aduerſarium, ſi ſtatim redierit ad domum, non punitur, nec comprehenditur in banno prohibente delationem armorum, vt tradunt *Bertaz. conſ. 173. nu. 1. & ſeq. & conſ. 217. num. 2. & ſeq. & ibi Adden. & conſ. 219. per tot. lib. 1. Baiar. ad Clar. § fin. quæſt. 82. num. 74. Farinac. de var. ac diuer. crim. quæſt. 108. num. 43. Guazzin. deſen. 29. cap. 2. num. 17. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 4. quæſt. 3. num. 56.* vbi loquitur in capiente arma ad ſedandum rumorem, *Maſſin. de confiſc. bonor. quæſt. 8. num. 33. & D. Andreol. contr. 426. num. 21.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando arma prohibita caperentur per aliquem ex domo, apotheca, ſeu ex manibus, vel lateribus aliorum rixæ præſentium ad effectum ſe defendendi ab aggreſſoribus, quia tunc pœna Bannimentorum taliter arma capientem non comprehendit, vt benè comprobat *Caball. reſ. crim. caſu 62. in fin.* vbi dicit, ita pluries in facto ſeruaſſe.

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in retinente domi arma prohibita, puta archibuſettum, vel ſtillettum paruo temporis ſpatio, vt quia aliquis illa deferens dictam domum ingreſſus fuerit, & poſtea abierit, quia tunc dominus domum de d. momentanea retentione puniri non poteſt, vt poſt *Burſatt. conſ. 331. num. 46. lib. 3.* per eum relatum tradit *Farin. de var. ac diu. crim. d. quæſt. 108. n. 43. & ſeq.* vbi dicit, hoc eò maximè procedere non conſtito de ſcientia domini domus, vt ibi per eum, addo ita ſentientem *Vrſel. in exam. auum, d. concl. 143. num. 47. litt. A.*

4 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in eo, qui cum armis, puta tranſeundo, moram traxit pauco tempore in loco prohibito, quia nullam pœnam illum incurrere poſt *Burſ. Bertaz. & Farinac.* per eum adductos, tradit *Guaz. deſen. 29. cap. 2. nu. 17. in fin.* nec non *Vrſell. d. concl. 143. n. 76. litt. A.* & tenuit etiam *Ant. de Bal. tract. crim. lib. 4. quæſt. 3. num. 51. & ſeq. & D. Andreol. contr. 426. num. 21.*

SVMMARIVM.

1 *Pœna mortis, & confiſcationis bonorum impoſita contra deferentes pugiones, & cultellos minores tribus palmis non ſeruatur de conſuetudine.*

RESOLVTIO XVII.

Pœna mortis, & confiſcationis bonorum impoſita contra deferentes pugiones, & cultellos maiores tribus palmis an ſeruetur de conſuetudine.

1 PÆna mortis, & confiſcationis bonorum impoſita per Bullam Pij V. contra deferentes pugiones, & cultellos minores tribus palmis, & maiores vno, non ſeruatur de conſuetudine, licèt olim in Ciuitate Peruſiæ quidam pro ſola delatione pugionis fuerit ſuſpenſus, vt refert *Hond. conſ. 93. num. 28. in fin. lib. 2.* & teſtantur *Guazzin. de confiſc. bonor. concl. 13. ampliat. 88. num. 13. & deſen. 29. cap. 2. num. 16.* vbi dicit, ita ſeruari in Curia Romana, *Farin. de var. ac diu. crim. quæſt. 108. num. 52.* vbi dicit, deferentes pugiones, & cultellos in Alma Vrbe puniri pœna trium funis ictuum, vel pœna triremium ad quinquennium, licèt d. pœnam triremium dicat nunquam ferè ſeruari vidiſſe, & ita etiam ſeruari teſtatur *Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt. 96. num. 10.*

SVMMARIVM.

1 *Arma deferens pro occidendis bannitis non poteſt pro illorum delatione moleſtari.*

Contrarium tamen quo ad archibuſetta, tenet Farinacc. num. 2.

Amplia concluſionem etiam in deferente arma prohibita in ſocietate Officialium, & pro ſeruitio iuſtitiæ, num. 3.

Limita, concluſionem non procedere, quando magnum internallum interceſſit inter delationem armorum, & occiſionem banniti, num. 4.

RESOLVTIO XVIII.

Arma deferens pro occidendis bannitis an poſſit pro eorum delatione moleſtari.

1 ARma prohibita deferens pro occidẽdis bannitis non poteſt pro illorum delatione moleſtari tàm in eundo, quàm in redeundo, cum non conſideretur, quæ armorum delatio, ſed quæ cauſa ſit delationis, vt tradunt *Nell. de bannit. in 2. par. 2. temp. quæſt. 48.* benè comprobans *Menoch. de arbitr. caſ. 394. num. 73. & caſ. 574. per totum, Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 3. num. 38. Guazzin. deſen. 4. cap. 8. num. 6. Farinac. conſ. 101. numer. 26. lib. 1.* vbi alios dat concordantes, & teſtatur de communi opinione *Maſſin. de confiſc. bon. quæſt. 8. num. 34.* alios adducens ita ſentientes *Vrſell. in exam. apum. concl. 143. num. 79.* vbi loquitur etiam in archibuſettis *P. Graſſ. de nece prodit. §. 12. num. 13.* vbi alios dat concordantes.

Aliquo enim conceſſo, cenſetur conceſſum omne id, per quod peruenitur ad illud, *l. ad rem mobilem, 56. ff. de procur. l. oratio, 16. ff. de ſponſal. Nell. in d. 2. par. 2. temp. q. 48.* latè *Barboſ axiom. 178. in fin.*

3 Licèt d. concluſio, quò ad delationem archibuſetti breuioris menſuræ prohibiti per Conſtitutiones Pij IV. & Pij V. etiam ſub quouis prætextu executionis iuſtitiæ in Statu Eccleſiaſtico non placeat *Farinacc. de var. ac diuer. crim. quæſt. 108. num. 118.* licèt dicat, quod, ſequuta occiſione banniti, Princeps propter bonum euentum gratiam faceret etiam de delatione archibuſetti, vt ibi per eum, & licèt contrarium ipſe tenuerit *in d. conſ. 101. n. 26.* cum quo ſentit *Vrſell. d. concl. 143. n. 82.*

3 Amplia d. concluſionem, vt habeat locum etiam in deferente arma prohibita in ſocietate Officialium, & pro ſeruitio iuſtitiæ, quia tunc pro dicta delatione non poſſe illum puniri, voluerunt *Burſatt. conſ. 141. num. 6.* quem refert & ſequitur *Farinacc. in d. quæſt. 108. num. 117. & Vrſell. in d. concluſ. 143. num. 89. littera A.*

4 Limita modò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando magnum interuallum intercellit inter armorum delationem, & occiſionem banniti, quod relinquitur iudicis arbitrio declarandum, quia tunc pro armorum delatione puniri debere d. homicidam, voluerunt *Nell. de Bannit. in d. 2. par. 2. temp. quæſt. 48. & Menoc. de arbit. d. caſ. 574. in fin.*

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur portantem arma pro occidendis bannitis non poſſe puniri pro eorum delatione Adde *Caball. reſol. crim. caſu 45. num. 1. & ſeq.* vbi alios dat concordantes, & dicit, d. animum deferendi arma pro occidendis bannitis eſſe probandum per deferentem, cum ex delatione illorum præſumatur malus animus, ad quem ſe refert Farinacc. *in addit. ad d. quæſt. 108. de variar. ac diuerſ. crimin. num. 117.*

SVMMARIVM.

1 *Officiales, & eorum familia poſſunt deferre arma ſine pœna incurſu.*

Amplia in familia, & famulis Epiſcoporũ, n. 2.

Et in familia, & familiaribus Inquiſitorũ n. 3.

Limita concluſionem non habere locum in archibuſettis, & ſtillettis, num. 4.

Neque tempore Syndicatus, num. 5.

Licèt contrarium teneant aliqui Doct. nu. 6.

Qui autẽ veniant ſub nomine familiæ, vide n. 7.

RESOLVTIO XIX.

Officiales, & eorum familia an poſſint deferre arma ſine pœna incurſu.

1 OFficiales, & illorum familia poſſunt deferre arma abſque alicuius pœnæ incurſu, vt tradunt *Plax. in epit. delict. lib. 1. cap. 8. poſt num. 18. Menoch. de arbitr. caſu 394. num. 64. Decia. tract. crim. lib. 8. cap. 3. n. 44. & 48. Farin. de var. ac diu. crim. quæſt. 108. n. 99. Caball. reſ. crim. caſ. 107. n. 2. & ſeq. cent. 2.* vbi dicit, quod poſſunt etiam ſecum ducere perſonas armatas pro eorum ſecuritate, *Maſſin. de confiſc. bonor. quæſt. 8. num. 37. Ciriac. controu. 152. nu. 11.* vbi loquitur de Curialibus, & familiaribus Principis *Ill. Sperell. dec. 128. n. 63 par. 2. Vrſell. in exam. apum, concl. 143 num. 90. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 5. de pragm. Reg. tit. 41. num 3.* & de Cubicularijs Principis *D. Andreol. controu. 426. num. 2.*

2 Amplia primò dict. concluſionem, vt habeat etiam locum in familia, & famulis Epiſcoporum, quibus licitum eſt deferre arma, vt adnotarunt *Amad. de Syndic. num. 91. Decian.* licèt nimis reſtrictiue *tract. crim. lib. 8. cap. 3. num. 47. Farin. de var. ac diu. crim. d. quæſt. 108. n. 100. Menoc. de arb. caſ. 394. num. 72. & caſ. 562. num. 65.* latè *Ill. Sperel. d. deciſ. 128. num. 51. & ſeq.* plenè comprobans, & reprobans *Carlen. de iudic. diſp. 2. n. 528.* contrarium ſentientem *Vrſel. d. concl. 143. n. 90. litt. A.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt eo magis habeat locum in famulis, & familiaribus Inquiſitorum hæreticæ prauitatis, & alijs Officialibus S. Officij, quibus permiſſum eſt arma deferre *clem. 2. §. fin. & ibi not. gloſ. Zabar. & Card. de hæret. Menoch. d. caſ. 394. n. 66. Decia. d. lib. 8. cap. 3. num. 49. Farin. de var. ac diu. crim. d. quæſt. 108. num. 101. & in tract. de hæreſi, quæſt. 182. num. 91.* latè *Ill. Sper. d. deciſ 128. num. 82. Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 1. tit. 14 ferè per tot. Maſſin. de confiſ. bon. d. quæſt. 8. n. 40. & Vrſel. in exam. apum, d. concl. 143. num. 90.*

4 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in archibuſettis, & ſtillettis, quæ in Statu Eccleſiaſtico vigore Bullarum Pij IV. & Pij V. deferre non poſſunt neque Officiales, & Miniſtri Iuſtitiæ, vt not *Farinac. d. quæſt. 108. num. 104. & Maſſin. de confiſc. bonor. d. quæſt. 8. numer. 39.* qui alios dat concordantes.

5 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum tempore Syndicatus, quia tunc nec Officialem, neque eius familiam poſſe arma deferre voluerunt *Afflict. in Conſtit. Intentionis nu. 29. de illic. port. armor. Put. de Syndic. in verb. Officiali finito officio, num. 4. et Farinacc. de variar. ac diuer. crim. quæſt. 108. num. 12.*

6 Licèt contrariam opinionem incliuet *Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 3. n. 45.* & tenet expreſsè *Vrſell. in exam. apum, concl. 143. nu. 91.* ex eo, quia adhuc reliquæ dignitatis durare dicantur, & ideò idem honor ei debeatur, vt ibi per eum.

7 Declara d. concluſionem, vt familiæ Officialis appellatione ad effectum, de quo ſupra, veniat nõ ſolum qui ſtat in eadem domo ad panem, & vinũ Officialis, ſed etiam ille, qui ei inſeruit manẽdo extra domũ recipiendo ab Officiali mercedẽ in ſingulos dies, menſes, vel annum, ex qua viuere poſſit, cum adhuc dicatur cum eo ſtare ad panem, & vinum conſiderato effectu, qui magis attenditur quã verborum ſonus *Berret. conſ. 130. per tot.* & latè comprobat *Cabal. reſ. crim. caſ. 290. per tot. cent. 3.* & nõ diſſentit *Barboſ. de appel. ver. ſign. appell. 96. in prin.*

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Doctores, & eorum familia poſſunt deferre arma.*
Contrarium ſeruari in practica, tenent aliqui Doct. num. 2.
Contra quam inſurgunt alij Doct. num. 3.

R E S O L V T I O XX.

Doctores, & eorum familia an poſſint deferre arma.

1 Doctores, & eorum familia poſſunt impunè deferre arma, vt tradunt *Plax. in epit. delict. lib. 1. cap. 8. num. 20. Tiraq. de nobilit. cap. 20. n. 68. in fin. Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 3. num. 53*, loquens præcipuè de Aduocatis *Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt. 82. nu. 77. Menoch.* licèt dubius *de arbitr. caſu 394. num. 74. Farinac. de variar. ac diu. crim. quæſt. 108. nu. 95.* alios adducens, *& conſ. 45. num. 44. lib. 1. Iac. Beni. de priuil. Doct. priuil. 45. num. 2. & 3.* & latiſſimè comprobat nouiſſimè *Verſut. de Laudis inter controu. D. Andreol. controu. 325. per tot.* quibus addo *Vrſell.* ita tenentem *in exam. apum, concluſ. 143. num. 93. litera A.*

Cum enim arma militibus deferre ſit a iure conceſſum, vt tradunt *Plax. in d. cap. 8. num. 14. Decian. d. cap. 8. num. 39. Iac. Beni. d. priuil. 45. num. 2. Verſut. d. contr. 325. num. 24.* ergò illa deferre licet etiam Doctoribus, qui militibus æquiparantur, & ipſi quoque militare dicuntur, vt argumentantur *Plax. Decian. Iacob. Beni. Verſut.* & alij Doct. ſupra adducti.

2 Licèt contrarium ſeruari in practica, præcipuè in Alma Vrbe propter vniuerſalitatem verborum Bannimentorum, teſtetur *Farinac. in d. quæſt. 108. num. 96.* dicens, vidiſſe publice tortum Doctorem Medicum pro delatione armorum tempore noctis, licèt malè, cum ſufficiens fuiſſet carceratio, vel pœna pecuniaria, vt ibi per eum, cum quo ſentit *Vrſell. d. concl. 143. num. 93.*

3 Contra tamen d. practicam inſurgit *Verſut. in d. controuer. 325.* vbi dicit, quod cum d. priuilegium Doctoribus competens ſit clauſum in corpore iuris, vel extendatur ad clauſum, ideò proclamata Principum, licèt generalia, non comprehendunt ipſos Doctores, non facta de eis expreſſa mentione, & quod conſuetudo vnius loci non eſt extendenda ad alia loca, vt ibi per eum *num. 17. & ſeq.* benè comprobantem, & non diſſentit idem *Farinac. d. conſ. 45. num. 44. lib. 1.*

S V M M A R I V M.

1 *Conſuetudo, & qualibet cauſa excuſat a pœna delationis armorum.*
Dictam tamen conſuetudinem non valere, tenent plures Doct. num. 2.
Quod tamen declaratur, num. 3.

Reſol. Crim.

R E S O L V T I O XXI.

Conſuetudo, vel alia cauſa an excuſet a pœna delationis armorum.

1 Conſuetudo, & qualibet cauſa excuſat à pœna delationis armorum, vt tradunt *Pariſ. conſ. 171. num. 18. & 19. lib. 4. Bertaz. conſ. 329. num. 6. lib. 2. Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 3. num. 60. Farinacc. de pœn. temper. quæſt. 95. ſub num. 34. & de var. ac diuer. crimin. quæſt. 108. num. 146.* vbi dicit, de hoc non eſſe dubitandum plenè *Ciriac. controu. 152. per tot. Vrſell. in exam. apum, concl. 143. num. 74. & num. 83.* vbi declarat, quando iuſta cauſa excuſet *D. Andreol. controu. 426. num. 3. & 13.*

Bannimenta enim pœnalia prohibitiua delationis armorum requirunt dolum, itaut lata culpa non ſufficiat, vt poſt *Burſatt. conſ. 77. num. 13. & conſ. 141. num. 10. & ſeq.* per eum relatum not. *Ciriac. d. controu. 152. num. 6.* & ante eum *Farinac. dict. quæſt. 108. num. 144.* a dolo autem qualibet cauſa, etiam iniuſta, & beſtialis excuſat, vt tradunt *Farinacc. de pœn. temper. quæſt. 90. num. 1. & ſeq. Burſatt. d. conſ. 77. num. 15. & d. conſ. 141. num. 14.* quem referendo ſequitur *Ciriac. d. controu. 152. n. 7. & 8. Vermigl. conſ. 407. num. 8.*

2 Contrariam tamen opinionem, imò d. conſuetudinem non valere, & potiùs abuſum appellari, dixerunt *Rolan. conſ. 3. num. 46. lib. 2. Crauett. conſ. 314. num. 4. verſ. non obſtat tertium &c.* cum quibus tenere videtur *Menoch. de arbitrar. caſu 394. num. 35. in addit.*

3 Declara d. contrariam opinionem habere locum in conſuetudine deferendi arma indiſtincta quo ad omnes, quæ poteſt eſſe contra bonum publicum, ſecus tamen eſt quo ad conſuetudinem reſtrictam ad certum genus perſonarum, vel certum locum, & tempus, quia illa eſt valida, vt ſentiunt *Rolan. d. conſ. 3. num. 36. & ſeq. Farinacc. de var. ac din. crim. d. quæſt. 108. num. 147.* & benè declarat *Ciriac. d. controuer. 152. num. 9. & 10.* quibus addo *Vrſell. d. concl. 143. num. 74.* & non diſſentit *Menoch. d. caſu 394. num. 35. in addit.* & cum a pœna delationis armorum qualibet cauſa excuſat, vt probaui ſupra, debet in omnem caſum illam etiam conſuetudo inualida excuſare.

S V M M A R I V M.

1 *Arma reperta in terra penès aliquem præſumitur, quod ab eo fuerint in terram proiecta, ita vt poſſit condemnari.*
Quod procedit, etiam ſi arma reperta fuerint penès plures, num. 2.
Si tamen plura arma ſint reperta, ſecùs ſi vnum tantùm genus armorum, quia tunc ratione incertitudinis nemo tenetur, num. 3.
Licèt, quod omnes teneantur, velint aliqui Doct. ibi. num. 4.
Declara d. primam limitationem, num. 5.

D 3 Declara

Declara ſecundò, vt ſi concurrat aliqua alia præſumptio contra aliquem poſſit torqueri, nu. 6.

Limita ſecundò d. concluſionem, vt non procedat, quando ille, penès quem arma fuerunt inuenta, doceret de bona fama, & quod non eſt ſolitus illa deferre, num. 7.

RESOLVTIO XXII.

Arma reperta in terra penès aliquem an præſumantur eſſe illius.

1 ARma reperta in terra penès aliquem præſumuntur eſſe illius, & quod ab eo fuerint in terram proiecta, itaut ex d. præſumptione ille condemnari poſſit in pœna delationis armorum, vt tradunt *Plax. in epit. delict. lib. 1. cap. 8. poſt num. 17. Menoch. de arbitr. caſu 394. num. 15. in addit. Decian. tract. crimin. lib. 8. cap. 4. ſub numer. 12. Farinacc. de var. ac diu. crimin. quæſt. 108. numer. 163. & ſeq.* vbi dicit, pœnam eſſe debere extraordinariam tantùm *Caluin. de æquit. lib. 2. cap. 129. num. 24. Vrſell. in exam. apum, concluſ. 143. num. 64.* & ita diſponitur in Bannimentis generalibus Status Eccleſiaſtici, quando arma non diſtant plus, quam ſex paſſus, vt tradit *Vrſel. loc. cit.*

2 Amplia d. concluſionem, vt habeat locum non ſolum quando arma reperta ſunt penès aliquem ſolum, ſed etiam quando ſunt reperta penès duos, vel tres, qui inuenti ſunt ſine armis, quia præſumptio eſt, quod arma ſint propria ipſorum, non obſtante incertitudine, quæ ſolùm habet locum quando agitur de vnico genere armorum, & permulti ſunt, qui aderant in loco inuentionis, vt infra proximè dicetur, ita not. *Menoch. de arbitr. d. caſu 394. n. 53.* & videtur ſentire *Decian. tract. crim. d. lib. 8. cap. ... ſub n. 12. & Felic. alleg. 18. n. 8. t. alleg. 50. n. 7. & 8. par. 1.* quem refert, & ſequitur *Calui. de æquit. d. lib. 2. cap. 129. num. 24. & ſeq.*

3 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando vnum tantùm genus armorum, puta ſclopum reperitur penès quamplures perſonas exiſtentes, puta in tripudijs, vel alio loco ſimili, quia tunc ratione incertitudinis ſaltèm de æquitate nemo tenetur ad pœnam, ſed omnes veniunt abſoluendi, vt tenuerunt *Alberic. de Statu. lib. 2. quæſt. 121. Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 4. ſub num. 12.* latè comprobans, & contrarijs reſpondens, *Farinac. de var. ac diuerſ. crimin. quæſt. 108. num. 160.* vbi teſtatur, hanc opinionem eſſe veriorem, & alios dat concordantes, niſi tamen ſclopus eſſet propinquior vni, quam alteri, quos ſequitur, *Caluin. de æquit. d. cap. 129. num. 8. & ſeq.* qui pariter dicit, hanc opinionem eſſe veriorem, maximè attenta æquitate, cum quibus quò ad pœnam corporalem pertranſit *Caball. reſolut. crimin. caſu 230. num. 53. & ſeq. cent. 3.* licèt dicat, omnes eſſe condemnandos pœna pecuniaria, addo *Vrſell. in exam. apum, concl. 143. n. 63. lit. A,*

4 Licèt contrariam opinionem, quod omnes teneantur pœna delationis armorum, quam tamen vno ſoluente, cæteri liberentur, tenuerint *Gand. de maleſ. in tit. de mult. quæſt. depen. à Stat. num. 8. & Menoch. de arb. d. caſ. 394. num. 53. & ſeq. & in addit. ad d. caſum 394.* vbi hanc opinionem receptam teſtatur, *num. 20. & ſeq.*

5 Concorda d. contrarias opiniones, vt hæc ſecunda opinio *Menoch.* habeat locum, quando agitur de imponenda pœna extraordinaria, & pecuniaria, alia vero opinio Alberici, quando agitur de imponenda pœna ordinaria, & corporalis, vt tenet item *Menoch. in d. caſu 394. num. 43. & in addit. ibid. 21. & Caball. d. caſu 230. num. 54.* & videtur ſentire etiam *Farinac. in d. quæſt. 108. nu. 161. verſ. & quatenùs &c.*

Licet d. concordiam impugnet *Calui. de æquit. d. lib. 2. cap. 129. num. 12. & ſeq.* dicens, illam eſſe contra æquitatem, & contrarium ſeruare Senatum Mediolanenſem, quod omnes abſoluantur, vt ibi per eum, quod certè maximè æquum cenſeo, cum agatur de pœna delationis armorum, quæ dicitur leue delictum, vt dicit *Farinac. in d. q. 108. n. 150.*

6 Declara d. primam limitationem, quod ſi vltra inuentionem ſclopi, vel alterius generis armorum factam penès plures perſonas, concurrat contra aliquem ex eis aliqua alia coniectura, puta quod ſit ſolitus portare arma, vel eſſet malè conditionis, & famæ, & ſimilia, poſſit Iudex contra eum deuenire ad torturam ſi pro d. delatione ſit impoſita pœna vitæ, triremium, vel alia corporalis afflictiua, non tamen trium ictuum funis, vt poſt *Barbat. de Card. Legat. quæſt. 5. num. 24.* per eum relatum tradit *Farinac. de var. ac diuer. crim. d. quæſt. 108. num. 162. & Vrſell. in exam. apum, d. concluſ. 143. numer. 63.*

7 Declara ſecundo d. concluſionem, vt non habeat locum, quando is, penès quem arma fuerunt reperta, doceret de ſua bona fama, & quod non eſt ſolitus arma deferre, & eò magis quod arma reperta non ſunt propria, quia ex prædictis dicitur ſublata præſumptio ſupradicta contra illum inſurgens ex inuentione armorum penès eum, & ſic non eſſet puniendus, vt docet *Decian. tract. crim. d. lib. 8. cap. 4. ſub num. 12.* vbi dicit, ſecùs eſſe, ſi conſtaret de mala fama, & quod ſolitus eſſet arma deferre, & non diſſentit *Farinacc. in d. quæſt. 108. num. 164.*

SVMMARIVM.

1 *Arma prohibita aſportata ſine licentia Superioris confiſcantur.*

De conſuetudine tamen acquiruntur Bariſello, & executoribus, num. 2.

Quod non habet locum in archibuſettis prohibitis, num. 3.

Acquiruntur tamen Bariſello, & executoribus etiam ſi ſint aliena, num. 4.

Quod tamen declaratur, num. 5.

Licen-

6 *Licentia deferendi arma pro ſe, & duobus amicis an intelligatur pro defenſione ſua perſona, vel quod illi poſſint illa deferre ad eorum libitum, remiſſiuè.*

RESOLVTIO XXIII.

Arma prohibita adſportata ſine licentia Superioris an confiſcentur.

1 ARma prohibita aſportari ſinè licentia Superioris confiſcantur, vt tradunt, *Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 4. num. 18. Farinac. de var. ac diuer. crim. quaſt. 108. num. 10. Maſſin. de confiſc. bon. quaſt. 8. num. 53. illuſtriſſimus Sperellus deciſ. 124. num. 2. par. 2. & Vrſell. in exam. apum concl. 143. num. 44.*

2 De conſuetudine tamen, maximè in Stato Eccleſiaſtico vigore Bannimentorum generalium, acquiruntur Bariſello, & birruarijs illa inuenientibus, *Balar. ad Clar. §. fin quaſt. 82. num. 64. Decian. d. lib. 8. cap. 4. num. 18. Guazzin. defen. 29. c. 2. num. 21. Farinac. d. quaſt. 108. num. 11. Maſſin. de confiſc. bon. d. quaſt. 8. num. 54. Illuſtriſſimus Sperellus d. dec. 124. num. 2. & Vrſell. d. concl. 143. num. 44.* ſi tamen illa deferens fuerit cum eis effectualiter appræhenſus, licet conſtaret, illa detuliſſe, *Rip. de noct. temp. cap. 8. num. 52.* vbi teſtatur de generali conſuetudine totius orbis.

3 Limita d. conſuetudinem, vt non habeat locum in archibuſetis breuioris menſuræ, quia illa vigore Conſtitutionis Pij V. debent deuaſtari, vt declarant *Guazzin. d. defen. 29. cap. 2. num. 21. & Maſſin. d. quaſt. 8. num. 55.*

4 Amplia d. concluſionem, vt arma prohibita deferri, vel confiſceutur, vel Bariſellus de conſuetudine acquirantur, etiam ſi non ſint propria deferentis, ſed ſint aliena deferenti accommodata, etiam in præiudicium accommodantis, quia cum delatio armorum tam de iure communi, quam vigore bannimentorum ſit prohibita, accommodans dicitur eſſe in dolo, vel culpa, & ſic non poteſt ſe excuſare, vt in terminis dicit, *Ludou. deciſ. Peruſ. 31. n. 8. par. 1. Rip de noct. temp. cap. 8. n. 67.*

5 Limita, d. ampliationem non habere locum in accommodante arma, quæ in aliquo loco licitè poſſunt deferri quia, tunc, cum præſumantur accomodata ad effectum illas deferendi in loco permiſſo, ſi commodatarius illa detulit in loco prohibito ſine ſcientia accommodantis, accommodans non debet illas amittere ad tex. in *l. cotem ferro 11. §. dominus & ibi not. Bart. & Doct. ff. de public. & vectig. Boer. deciſ. 173. num. 24. & ſeq. & Ludouic. d. deciſ. 31. num. 7. & ſeq. Rip de noct. temp. cap. 8. num. 66. & ſeq.* vbi dicit, commodatarium teneri in d. caſu ad ſolutionem pretij armorum Birruarijs, & commodantem non poſſe repetere à commodatario pretium armorum amiſſorum, quando ſciuit, arma accommodata vſui prohibito eſſe inſeruitura, vt ibi per eum.

Licentia verò deferendi arma conceſſa pro ſe, & duobus amicis, vel familiaribus, an intelligatur conceſſa pro defenſione ſuæ perſonæ tantùm, vel quod illi poſſint d. arma deferre ad eorum libitum, tradit, *Farin. conſ. 45. n. 4. & n. 40. et ſeq. lib. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutiones Pij IV. et Pij V. prohibentes delationem archibuſetti ligant etiam Clericos.*

2 *Clericis eſt interdictus vſus cuiuſuis generis armorum.*

Ita vt illa portantes ſint excommunicandi. n. 3.

Et peccent mortaliter. num. 4.

Et Epiſcopus non poſſit licentiam armorum eis concedere. num. 5.

Quod non habet locum, ſtante iuſta cauſa. n. 6.

7 *Clerici ligantur Statutis Principis Laici prohibentibus delationem armorum.*

Contrarium, vti veriùs, tenent quamplures Doct. num. 8.

RESOLVTIO XXIV.

Conſtitutiones Pij IV. & Pij V. prohibentes delationem archibuſetti an ligent etiam Clericos.

1 COnſtitutiones Pij IV. & Pij V. prohibentes delationem, & retentionem archibuſetti minoris duorum palmorum volgò Mazzagatto compræhendunt etiam Clericos, licèt in eis ſpecialiter non nominatos, vt latè comprobat, *Poſit. reſol. 151. per tot.* quem ſequitur *Maſſin. de confiſc. bonor. quaſt. 8. num. 45.* Conſtitutio enim generaliter loquens, maximè per verba *cuiuſcunque ſit dignitatis, gradus, ordinis, conditionis, aut præeminentiæ*, vt ſe habent dictæ Bullæ, compræhendit omnes, & quaſcunque perſonas quamuis priuilegiatas, dummodo ſpecialia priuilegia non habeant in materia, de qua agitur, vt tradunt *Decian. in l. 1. num. 8. ff. de reg. iur. Natt. conſ. 613. num. 6. & 7. par. 4.* in terminis *Farinacc. de var. ac diuer. crim. quaſt. 108. num. 60. & Poſit. d. reſol. 151. num. 5. & ſeq.* Clerici verò quò ad delationem armorum, non ſolum non ſunt priuilegiati, imò ſunt magis prohibiti *clem. 1. de vita, et honeſ. Cleric. Farinac. in d. quaſt. 108. num. 21. Poſit. reſol. 151. num. 7. Maſſin. d. quaſt. 8. num. 46.* et habetur latiùs in ampliatione ſequenti.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt Clericis ſit interdictus vſus cuiuſuis generis armorum *clem. 1. de vita et honeſ. Cler. cap. 2. et ibi Abb. num. 1. eod. tit. Decian tract. crim. lib. 8. cap. 3. num. 23 Menoch. de arbitr. caſu 294. num. 31* latè *Farinacc. de var. ac diuerſ. crim. quaſt. 108. num. 21.* alios adducens concordantes *Maſſin. de confiſc. bonor. d. quaſt. 8. n. 46.* plenè *Illuſtriſ. Sperellus deciſ. 122. n. 1. et ſeq. p. 2. Poſit. d. reſol. 151. num. 7. Barboſ. de iur. Eccleſ. vni. lib. 1. cap. 40. numer. 137. et Vrſell. in exam.*

apum

epum concluſione 143. *numero* 35. *littera A.*

3 Subamplia primò d. primam ampliationem, vt Clerici portantes arma ſint excommunicandi *dict. cap.2.ccibi Abb.num.9.de vita.et honeſt.Cleric.Decian.d.lib 8.cap.3.nu.23.et ſeq.Farinacc.in d. quaſt.* 108.*num.*21.*et ſeq.Barboſ.in d.cap.*40.*num.*137. *Illuſtriſſimus Sperellus in d.deciſ.*122.*num.*2.qui alios dant concordantes, *Vrſell.in exam.apum d. concl.* 143. *num* 41.

4 Subamplia ſecundò d. primam ampliationem, vt Clerici portantas arma peccent mortaliter ad tex. *in cap.venio* 11. *quaſt.* 3. & tradunt *Foller. in pract.crim.can.par.*3.*cap.*33.*num.*168. *Graſſ. effect. cleric.*20.*num.*7. *Graffi. in ſuis deciſ.par.*2.*l.*3. *c.* 6. *num.*2.*et* 7. quos refert, & ſequitur *Illuſtriſſimus Sperellus d.deciſ.*122.*num.*6. alios adducens concordantes, *Vrſell.in d.concl.*143.*num.*41.

5 Subamplia tertiò d. primam ampliationem, vt neque Epiſcopus valeat Clericis licentiam deferendi arma concedere, vt ex *Ricci. deciſ.* 257.*par.* 3.*et Nauar. rag.de Cler.collect.*6.*n.* 4. per eum relatos tradit, *Maſſin.de confiſc.bonor.d.q.* 8.*num.*47.

6 Limita d. tertiam ſubampliationem, vt non habeat locum, ſtante iuſta cauſa, puta ob inimicitias capitales, ſi iter Clericus facturus ſit per loca periculoſa, & ſimilia, quia tunc Epiſcopus poteſt eis licentiam arma deferendi concedere, vt poſt *Vgolin.de offic.et poteſt.Epiſ cap* 13.§. 12. *ver. ſecundò excipitur &c.Ricci.deciſ.*257.*num.*7.*par.*3.*et Campanill.in diuer.iur.canon rub.*4.*num.*23.per eum relatos latè comprobat, *Illuſtriſſimus Sperell. d. dec.* 122.*num.*12.*et ſeq.* vbi dicit, hanc eſſe veriſſimam opinionem, ſubiungendo, d. licentiam non eſſe, niſi rariſſimè, concedendam, & ijs tantùm, quibus Epiſcopus neceſſarium duxerit, & non diſcolis, vt ibi latiùs per eum, cum quibus pertranſit, *Vrſell.in exam.apum d.concl.*143.*num* 39.*et ſeq.*

7 Amplia ſecundò principalem concluſionem, vt Clerici non ſolum ligentur Conſtitutionibus Pontificijs prohibentibus delationem armorum, ſed etiam ligentur Edictis Principum ſæcularium, vti concernentium publicam vtilitatem, & quietem, vt voluerunt *Clar.in pract.§.fin. quaſt.*36. *num.* 26. ſaltem quo ad pœnam pecuniariam, *Menoch. de arbitr.caſu* 394.*num.*33.*& ſeq. Decian. tract. crim. lib.*8 *cap.* 3. *num.* 1.*& ſeq.*& ſentiunt *Farinacc. de var.ac diuer.crim.quaſt* 108 *num.*24.*& Gratian.diſcept.foren.cap.*149.*num.*45.*par.*1.*Graff.effec. cler.* 2.*num.*267.*& effect.* 20.*num.* 73. quem refert, & ſequitur *Poſt.in reſol.* 151. *num.* 13. vbi teſtatur de magis communi Doct. opinione, & dicit, illos eò magis comprehendi in Bannimentis Legatorum, & hanc opinionem, ſaltem quo ad pœnam pecuniariam, tenet *Vrſ.in exā.apum concl.*143.*n.*38.

8 Contrariam tamen opinionem, imò Clericum nullo modo ligari Edictis Principis ſæcularis ex defectu iuriſdictionis, licèt publicam vtilitatem contineant, niſi à Summo Pontifice ſint confirmata, vti veriorem, & communiorem, tenuerint *Felic.Decian.Abb.Gram.Io.Andr.Calderin.Marta, Fortun. Garzia.Vaſq. Rebuff. Surd. Pariſ. Rouſett. Caſtr.Carol.de Graſſ.Ambroſ.Arct.P.Azor.P. Leſſ. P. Suarez. Silueſtr. & Duard.* quos refert, & ſequitur *Illuſtriſſimus Sperellus deciſ.*12.*num.*18.*& ſeq. par.*1.vbi hanc opinionem non minùs doctè, quàm latè comprobat, & teſtatur, hanc eſſe veriorem, tutiorem, communiorem, & practicatam opinionem, quam tenuerunt etiam *P. Dian. in ſumma in ver. Statutum Laicale num.*12. *&* 13.*Balth.Thomaſ. in ſuis tract. var.tom.*4. *de immun. Eccleſ. nu.*

1 123.*et num.*535. benè *Poſt. reſol.* 128. *num.* 17. *et ſeq.* vbi quam plures dat concordantes, *Donat. Ant. de Marin.reſol.quotid.cap.* 31. *num.* 2. *et ſeq. Ant.de Ball. tract.crim.lib.*5.*de pragm.regn.§. licèt Conſtitutiones num.* 4. & latè comprobat, *Tract. Archiep. Neap cap.*92.*per totum.*

ADDITIO.

N.1. VBi habetur Conſtitutiones Papales loquentis generaliter cum verbis cuiuſcumque gradus, ordinis, & conditionis comprehendere etiam perſonas priuilegiatas, niſi in illa materia habeant ſpeciale priuilegium, adde Et maximè cum Statuta Papalia, quicquid ſit quo ad iantum per Papam confirmatam, ligent etiam Clericos, vt tradunt *Fenzon. ad Stat. Vrb. in princ. num.*51. 52. *& ſeq. Rot. apud Pacif. de Saluia. deciſ.* 137. *num.* 2. vbi habetur, quod ita plures tenuit *Rota, & deciſ.* 250. *nu.* 1. *& ſeq. apud eundem Pacif. & deciſ.* 380. *num.* 1. *par.*1. *recent.* & quando Statutum eſt generale, & ex eo colligitur, voluiſſe comprehendere omnes perſonas quod liget

2 Clericos etiam ſi ſit confirmatum a Papa in forma ſpecifica voluit *Rot. deciſ.* 58. *num.* 34. *&* 35. *par.* 6. *recen.*

Et in fortioribus terminis Conſtitutiones Pontificias generaliter loquentes comprehendere etiam S. R. E. Cardinales voluit *Barboſ. de iure Eccleſ. vniu. lib.* 1. *cap.* 4. *n.*55. *& ſeq. nec non P.Dian.in ſumma in verbo Cardinales,n.*1.

N.2. Vbi habetur, Clericis non licere deferre arma adde *P. Azor. Inſtit. moral. par.* 2. *lib.* 7. *cap.* 15. *in prin. & Adden. ad Rot. deciſ.* 262. *num.* 243. *par.*8. *recen.* Cum arma Clericorum ſint lacrimæ, & orationes *can. cum venior*, 23. *quaſt.* 8. & not. *Nauar. conſ.* 8. *in tit. de his quæ vi, &c. num.* 10.

ARRESTATVS.

SVMMARIVM.

1 *Arreſtatus à Iudice, ſi ab eo appellauit, appellatione pendente, poteſt recedere, et ad Superiorem recurrere.*

RESOLVTIO VNICA.

Arreſtatus à Iudice ſi ab eo appellauit an poſſit recedere, et ad Superiorem recurrere.

1 ARreſtatus a Iudice, puta in Palatio, ſeù in domo, ſi ab eo appellauit, d. appellatione pendente, poteſt a Palatio, ſeù domo recedere, & ad Superiorem recurrere ſinè incurſu pœnæ, & interim ratione arreſti nihil poteſt contra eum fieri, vt tradunt *Guid. Pap. deciſ.* 436. *numer.* 104. vbi dicit, quod ita ſeruat

Curia

Curia parlamenti, *& in tract. de appell. quæſt. 87. Lancell. de attent. cap. 12. in præfat. num. 107. Guazzin. defen. 36. cap. 15. num. 6.* de quò vide latiùs infra in verbo *Fuga* Reſolutio 3. per totam.

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur quòd arreſtatus à Iudice ſi ab eo appellauit poteſt recedere, & ad Superiorem recurrere adde, *Farinac. in addit. ad quæſt. 30. de carcer. & carc. num. 173.* & faciunt notata per *Scialo. in prax. torq. reus capit. 5. num. 48.*

ARTICVLI.

SVMMARIVM.

1 *Articuli dati per carceratum ad effectum ſe defendendi ſunt admittendi, etiam ſi contineant defenſionem abſentis.*

Maximè in delictis connexis, vt in mandante, & in mandatario, num. 2

Non ſunt tamen admittendi, ſi dati ſint ad effectum iuuandi abſentes. & quomodo tunc admittantur, num. 3.

RESOLVTIO I.

Articuli dati per carceratum pro eius defenſione an ſint admittendi ſi contineant defenſionem abſentis.

1 ARticuli dati per carceratum ad effectum ſe defendendi, & docendi de ſua innocẽtia ſunt de iure admittendi, etiam ſi contineant defenſionem abſentis, vt tradunt, *Iul. Scarlat. conſ. 114. nu. 21. inter conſ. crim. diuerſ. l. 1.* vbi dicit, ita fuiſſe iudicatum in Ciuitate Ferrariæ, *Farinac. de var. ac diuer. quæſt. 99. num. 132. & ſeq.* vbi dicit, ita in facto obtinuiſſe in Alma Vrbe, & *conſ. 16 num 26 & conſ. 73. num. 5. lib. 1.* vbi reſpondet ad contraria, & in fine dicit, ita fuiſſe reſolutum *Bertaz. conſ. 184. nu. 1. & ſeq. & ibi Adden. lib. 1.* vbi teſtantur, ſecundùm prædicta ipſos iudicaſſe, & iudicari vidiſſe, & *conſ 287. num. 1. & ſeq. lib. 2.* & latè comprobat, *Guazzin. defen. 28. cap. 4. num. 2.* vbi dicit, ita ipſum iudicaſſe in Curia Romana in cauſa graui, facto etiam verbo cum Sanctiſſimo, *Caren. de Offic. S. Inquiſ par. 3 tit. 9. num 96. & Vermigl. conſ. 19. num. 1. & ſeq.*

Si enim articuli per reum dati pro eius defenſione non admitterentur, licèt contineant defenſionem abſentis, ei tolleretur defenſio, quæ ei competit de iure naturali, quod nullo mõdo eſt dicendum, vt teſtantur *Iul. Scarlat. d. conſ. 114. num. 20. & ſeq. Caren. d. tit. 9. num. 97. et Vermig. d. conſ. 19. in prin.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum in delictis connexis, ſeù correlatiuis, vt in mandante, & mandatario, & ſimilibus, & not. *Farinac. in d. quæſt. 99. num. 133. et in d. conſ. 71. num. 7.* vbi alios dat concordantes, *Guazzin. d. defen. 28. cap. 4. num. 2. in fin.* & in his terminis loquitur, *Caren. de Offic. S. Inquiſ. p. 3. d. t. 9. §. 20. in prin.* cum quibus pertranſit, *Verm. d. conſ. 19. n. 1. et ſeq.*

3 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando reus articulos producere vellet ad effectum iuuandi abſentes, quia tunc illi non ſunt admittendi, vt dicit *Caren. in d. 3. par. tit. 9. nu. 100.* imò Iudex in illorum admiſſione expreſsè debet declarare, & interloqui, quod probationes faciendæ ſuper d. articulis datis per reum pro ſua defenſione facienda non iuuent abſentes, cum illi in criminalibus non poſſint audiri, niſi in carceribus ſint conſtituti, vt docent *Iul. Scarlat. in d. conſ. 114. nu. 9. et 19. Farinac. in d. conſ. 73. nu. 8. in fin. Guazz. defen. 28. cap. 4. num. 3.* vbi dicit, hanc eſſe communem, & practicatam opinionem, *et Caren. in d. tit. 9. num. 200.*

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod articuli pro defenſione rei ſunt admittendi licet contineant defenſionem abſentis adde *Zuffi. de legit. proceſ. crim. lib. 3. quæſt. 126. n. 1. & ſeq.* vbi ampliat, hoc habere locum tàm in articulis datis pro defenſione, quam in interrogatorijs datis pro repetendis teſtibus per fiſcum examinatis, quæ pariter dicit eſſe admittenda, licet contineant defenſionem abſentis.

N. 3. Vbi habetur, in caſu de quo ſupra articulus eſſe admittendus cum clauſula. Dummodo non iuuent abſentes adde *Zuffi. de legit. proc. crim. d. quæſt. 126. in fin.* qui pariter approbat d. cautelam admittendi articulos, & interrogatoria.

SVMMARIVM.

1 *Articuli dicuntur pertinentes, quando qualitercunque cauſa adminiculantur.*

Impertinentes verò dicuntur, qui nec directè, nec indirectè faciunt ad cauſam, num 2.

3 *Articuli impertinentes nullo modo ſunt admittendi.*

Quod procedit, quando ſunt clarè impertinentes, aliàs ſecùs, num. 4.

5 *Articuli impertinentes admiſſi cum clauſula* ſaluo iure, &c. *habentur pro non admiſſis.*

RESOLVTIO II.

Articuli quando dicantur pertinentes, nec ne.

1 ARticuli dicuntur pertinentes non ſolùm quando directè, & principaliter faciunt ad cauſam, ſed etiam quando qualitercunque cauſæ adminiculantur, etiam leui præſumptione, & quoquo modo articulanti prodeſſe poſſunt, vt tradunt, *Affl. deciſ. 7. in prin. Andr. Gail pract. obſeruat. lib. 1. cap. 81. num. 4. Hond. conſ. 18. num. 30. & ſeq. lib. 1. Giurb. deciſ. 47. nu. 14. Guazzin. defen. 28. cap. 3. num. 3. Aldouin. conſ. 62. num. 1. Adden. ad Pattell. expedit. ciuil. 85. num. 29.*

Vermigl.

Vermigl.conſ.18.nu.12.Vrſell. in exam. apum concl. 148. num. 53. litera A.

2 Declara primò d. concluſionem, vt è contra articuli dicantur impertinentes, qui nec directè, nec indirectè quoquomodo faciunt ad cauſam, vt declarant, *Maſcar.de prob.concl.*1183.*num.* 15.*lib.* 3. *Hond.d.conſ.*18.*num.*21. *Adden. ad Paitell. d. expedit.ciuil.*85.*num.*33. *Vinc. de Franch. deciſ.* 220. *num.*11. *Aldouin.d. conſ.* 62. *num.* 6. qui alios dant concordantes quamplures, cum quibus pertranſit, *Guazzin.d. defen.*28.*cap.*3.*num.* 3. nec non *Vrſell.d.conc.*148.*n.*53.*& Barb.clauſ.*143. *num.*2.

3 Subdeclara d. primam declarationem illatiuè, vt d. articuli impertinentes nullo modo ſint per Iudicem admittendi, vt tradunt, *Rolan.conſ.* 34. *num.* 13.*lib.*3.*Andr.Gail.pract.obſeru.lib.*1.*obſeruat.* 81. *numer.*1. *&* 2. *Adden.ad Paitell.d.expedit.*85.*num.* 34. plenè *Guazzin. d. defen.* 28. *cap.*3.*num.* 2. vbi quamplures adducit ita ſentientes, *Aldouin.d.conſ.* 62.*num.*5.*& ſeq* vbi dicit, quod ſi articuli impertinentes admittantur, probationes ſuper illis factæ nullius ſunt momenti, *Vrſell.in exam. apum d. concl.*148.*num.*82.*& num.* 234. vbi dicitur ſufficere, quod vnus ſit releuans, vt omnes admittantur, *Poſt.de manut.obſer* 84 *in fin. Rot. in Romana Cenſus* 1. *Iulij* 1641. *coram R. P. D. Bichio.*

4 Limita d. ſubdeclarationem, vt habeat locum, quando articuli ſunt clarè, & manifeſtè impertinentes, quia tunc illi non ſunt admittendi, neque cum clauſula *ſaluo iure impertinentium* &c. ſecùs tamen eſt, ſi ſit dubium, an illi ſint impertinentes, nec ne, quia tunc illi veniunt admittendi cum d. clauſula, *ſaluo iure impertinentium &c.* per quam ſaluantur iura partium, vt not. *Hond d.conſ.*18.*n.* 22.*& ſeq.* vbi alios dat concordantes quamplures *Andr.Gail.d. obſeru.* 81. *num.* 9. *Adden. ad Paitell. d. expedit.*85.*num.*41. vbi dicunt, ita quotidiè practicari, *Guazzin.d.defen.*28.*cap.* 3.*num.*4. *Vrſell.d. concl.*148.*nu.*82. plenè *Barboſ. de clauſ. clauſ.* 143. *num.*2. *Vermigl.conſ.*416.*num.*4. vbi dicit, Iudicem meliùs facere, quando illorum admiſſionem, vel reiectionem diſcutit, vt ibi per eum, idem *Vrſell. in exam.apum.concl.*248.*num* 138.*& ſeq.*

5 Declara ſupradictam limitationem, quod clauſula prædicta *ſaluo iure impertinentium &c.* operetur, ne parti fiat præiudicium, & illius iura conſeruat, quia ſi poſt finitum proceſſum, Iudex cognoſcat, articulos fuiſſe impertinentes, perinde eſt, ac ſi illi non fuiſſent admiſſi, & reijciuntur vnà cum probationibus ſuper inde factis, vt declarant, *Andr.Gail. obſeru.*81. *num.*12. *Menoch conſ.* 367.*num.*8. *lib.*4. *Surd. conſ.*141.*num.*14. *lib.* 1. *& conſ.*327.*nu.*59.*lib.*3. *Adden. ad Paitell. de exped.* 85.*num.*42. *Guazzin.d. defen.*28.*cap.*3.*num.*5. vbi teſtatur de communi opinione *Barboſ d.clauſ.*143. *num.*3. *& Vrſell. in exam. apum d. concl.*148.*num.* 82. *ver. amplia eodem &c.* vbi dicit, prædicta non habere locum, quando admiſſio eſſet facta cum cauſæ cognitione, vt ibi per eum, *& num.* 241. *verſ & ſic igitur, &c.*

ADDITIO.

N. 2. VBi habetur, quod articuli dicuntur impertinentes, qui nec directè, nec indirectè faciunt ad cauſam adde, *Pract. Ridolph. par.* 1. *cap.* 11. *num.* 74. *&* 75. vbi dicit, articulus dici impertinentes, quando continent aliquid, quod probatum non releuat, *Rota deciſ.* 589.*num.*1. *par.*2.*rec. & deciſ.*634. *num.* 3.*par.*3.*rec. & apud Duran. deciſ.* 121. *num.* 1.

N. 3. Vbi habetur, quod articuli impertinentes non ſunt admittendi adde, *Pract. Ridolph. par.* 1. *cap* 11. *num.* 74. *& ſeq.* vbi dicit, idem eſſe in inueriſimilibus, & eadem *par.*1. *cap.* 10. *num.*83. *& ſeq.* in quibus locis dicit, hoc procedere quando ſunt clarè impertinentes, aliàs ſecùs, quia tunc admittuntur cum clauſula, *Saluo iure impertinentium*, *Rota deciſ.* 343.*num.*3. *& deciſ.*661.*num.*1.*par.* 3. *& deciſ.*416.*num.*10. *par.*5. *rec.*

SVMMARIVM.

1 *Articuli licèt obiectiui, veniunt admittendi, quando ſunt de iure dantis.*
Si enim illi non admitterentur, auferrentur reo defenſiones. num. 2.
Quod habet locum, etiam ſi articuli ſint calumnioſi. num. 3.
Et criminoſi, num. 4.
Declara, vt num. 5.
6 *Articuli quando dicantur obiectiui remiſſiuè.*

RESOLVTIO III.

Articuli obiectiui an veniant admittendi.

1 ARticuli, licèt obiectiui, veniunt admittendi, quando ſunt de iure dantis ad tex. *in clem. conſtitutionem* 4. *de election. Oldra. conſ.* 116. *num.*3. quem refert, & ſequitur, *Vermigl. conſ.*18. *num* 7. *& ſeq. & conſ* 205. *num.*1. *& ſeq. Vrſell. in exam. apum concl.* 148.*nu.* 100. *verſ. verùm &c. Rot. deciſ* 18. *de except. in antiq. & deciſ.* 1. *de ſequeſt. poſſeſſ. & fruct. in nou. & apud Caſſado.deciſ.*2. *de except. & deciſ* 309.*nu.* 1. *poſt* 2. *lib. conſil. Farinacc.*

2 Cum enim obiectus contineant neceſſariam rei defenſionem, & ſic non dicantur dati animo partem iniuriandi, ſi non admitterentur, denegarentur reo defenſiones, & ideò reiectio non fieret ſine ſumma iniuria, vt poſt *Bonifat. de Vital. in d. clem. conſtitutionem num.* 10. 11. *et ſeq.* per eum relatum ſcribit, *Vermigl. in d. conſ.* 18. *num.* 9. *& in d. conſ.* 205. *num.* 3.

3 Amplia primo d. concluſionem, vt admittendi etiam ſint articuli calumnioſi, quando ſunt de iure dantis, vt tenet, *Vermigl.d. conſ.*18.*num.*10. *& Rota deciſ.* 26.*num.*3. *de teſt. in antiq.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum, & in articulis criminoſis, quia etiam illi ſunt admittendi, quando ſunt de iure dantis, aliàs ſecus, vt not. *Vrſell. in exam. apum concl.* 148. *num.*

num. 223. & dixit *Rota deciſ.* 309. *num.*2. *poſt* 2. *vol.conſ.Farinac.* & *deciſ.* 661. *num.*2.*par* 2.*rec.*

5 Declara d. concluſionem principalem, vt quando ex probatione articulorum, de quorum admiſſione agitur, aduerſarius excluditur, & ipſi exhibenti ius acquiritur, licèt via vnius partis aliam partem impediens ſit obiectiuum, vt quia ex articulorum probatione reſultet non ſolum excluſio aduerſarij a criminalitate intentata, ſed etiam defenſio partis a d. criminalitate, tunc articuli dicuntur de iure dantia, & ideò veniunt admittendi, vt ſupra, vt poſt *Oldrad.* & *Rot.* per eum adductos declarat, *Vermigl. d. conſ.* 18 *num.*8. & 9. & *d. conſ.* 205. *num.* 2. & 3.

6 Quando autem articuli dicantur obiectiui, tradunt, *Vermigl. d. conſ.* 18 & *d. conſ.* 205. *per tot.* & latiùs *Vrſell. in exam. apum d. concl.* 148. *num.* 44. & pluribus ſeq. vbi plura ad materiam, & præcipuè quando articuli obiectiui ſint admittendi poſt terminũ datum ad articulandum, illũ conſulas.

ADDITIO.

N.1. VBi habetur, quod articuli licet obiectiui ſunt admittendi quando ſunt de iure dantes adde, *Pract. Ridolph. par.*1.*cap.*11.*n.*74. & *Rot. d. deciſ.* 661.*n.* *p.*2.*rec.* Vtrum verò articuli obiectiui dati poſſint in cauſa appellationis, ſi non ſint dati in prima inſtantia, & an poſſint probari obiectus dati, ſed non probati in prima inſtantia in cauſa appellationis vide *Rota*, qui tantum loquitur in ciuilibus *deciſ.* 259. *per tot.* & vide infra in verbo *Reus reſolut.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Articulos, ſeù capitula producens in cauſa criminali non cenſetur fateri in illis contenta.*

Et eò magis, ſi Fiſcus, vel aduerſarius illos impugnauit, num. 5.

*Facit tamen magnum adminiculum, nu.*2.

Fallit concluſio, quando in fine articulorum fuit dictum, omnia in eis contenta fuiſſe, & eſſe vera, & notoria, num. 4.

Et quando fuerunt dati articuli medio iuramento, num. 3.

RESOLVTIO IV.

Articulos producens in cauſa criminali an cenſeatur fateri in illis contenta.

PRoducens articulos, ſeù capitula in cauſa criminali, vel ciuili non cenſetur contenta in illis fateri, vt tradunt, *Scacc. de iudic. lib.* 2. *cap.*7.*num.* 685. *ver. capio primam* 1 &c. *Michal. de poſit.cap.*4. *num.* 15. vbi teſtatur videtur de communi opinione, & *num.*22. *Guazzin. defen.*28. *cap.*1. *num.*3. *Thom. deciſ. March.* 116.*nu.* 40. & *ſeq.* vbi dicit, hanc concluſionem eò magis habere locum, ſtante clauſula. *Non ſe adſtringens*, &c. vt ibi per eum *Adden. ad Paitel. expedit. ciuil.*85. *num.* 10. vbi teſtatur de communi opinione, & quamplures adducunt ita ſentientes, *Adden. ad Greg. XV. deciſ.* 143. *num.*5. *Vrſell. in exam. apum concl.* 148. *num.*3. alios pariter referens concordantes, *Rota apud Card. Seraph. deciſ.* 1054.*n.* 2. *apud Greg. XV. deciſ.*247. *n.*15. & *apud Buratt. deciſ.*600. *nu.*10. vbi dicit, hanc concluſionem eò magis procedere, ſi articuli ſint dati per Procuratorem, qui principali præiudicare non poteſt & *ibi Adden. litera B.*

Ille enim, qui articulat, quicquid ſit quò ad ponentem, nihil pro certò aſſerit, ſed ſolum proponit id, quod probare poſſe confidit, vndè nil mirùm ſi articulata per eum fateri non cenſetur, vt poſt *Bald.* & *Curt.* per eum relatos declarat, *Michal. de poſit. d.c.*4.*num.*16. vbi etiam aliter comprobat.

2 Limita primò d. concluſionem, quòd licèt confeſſio facta in articulis articulanti non noceat, negari tamen non poteſt, quin contra illum magnum faciat adminiculum, cum articuli dari non ſoleant ſinè magna conſideratione, vt not. *Adden. ad Greg. XV. d. deciſ.* 143. *num.*5. *Adden. ad Paitell. d. expedit.* 85 *num.*12. & *ſeq.* vbi dicunt, hanc limitationem eò magis habere locum, quando articulans illos iudicialiter reproduxit, quia tunc confeſſionem ei plenè dicunt præiudicare, *Michal. de poſit. d. cap.*4.*num.*18. *Vrſell d. concl.* 148. *num,* 6. *Rota in Spoletana prædij* 1. *Decembris* 1617. *coram Card. Pamphilio.*

3 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando articuli fuerunt dati medio iuramento, quia tunc confeſſio ex illa reſultans probat contra articulantem, ſi iuramentum ſit veritatis, ſecus, ſi de calumnia, vt aduotarunt, *Michal. de poſit. d. cap.*4. *num.*21. *Adden. ad Paitell. d. expedit.* 85. *num* 15. *Adden. ad Greg. XV. d. deciſ.* 143. *num.*5. *Thomas. d. deciſ. March.* 116. *num.*43. *Adden. ad Buratt. d. deciſ.* 600. *litera B. Vrſell. in exam. apum d. concl.* 148. *num.* 8. vbi alios dat concordantes quamplures, & dicit, hoc procedere etiam ſi articuli dati per principalem cum iuramento non ſint admiſſi per Iudicem, *Rota apud Greg. XV. deciſ.* 215. *num.*2. & *in Romana Legati librarum* 10. *Maij* 1624 *coram R.P.D. Vbaldo Seniore,* & *in Anagnina penſionis* 18 *Maij* 1630. *corã R.P.D. Veroſpio.*

4 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando in fine articulorum fuit dictum. *Omnia in eis contenta fuiſſe, & eſſe vera, notoria & manifeſta, & de eis extare publicam vocem, & famam*, quia tunc articulantem fateri, dixerunt, *Surd. conſ.* 105. *num.* 18. *lib.* 1. *Michal. de poſit. d. cap.* 4. *num.*19. *ad Paitell. d. expedit.* 85. *num.*14. qui alios dat concordantes.

5 Sublimita omnes ſupradictas limitationes, vt non habeant locum, quando pars aduerſa, ſeù Fiſcus articulos exhibitos impugnauit, & contra illos oppoſuit, & negauit, quia tunc nec Fiſcus, nec pars poteſt ſe fundare in tacita confeſſione ex d. articulis reſultante, vt poſt *Boer. deciſ.* 252. *num.*4. *Craue. de antiq. temp. par.*1. §. *viſo de verbis enunciat. num.* 51. *Gabr. comm. concl. de confeſ. concl.*4. *num.*28. & *ſeq.* & *Gargiar. conſ.* 126. *num.* 84. *inſ.*

conſ.

conſ. crim. diuer. lib. 1. per eum relatos tradunt, *Farinac. conſ.* 44. *num.* 14. *lib.* 1. & ante eum, *Maſcar. de prob. concl.* 348. *num.* 49. *vol.* 1. vbi teſtatur de communi opinione, *Rot. deciſ.* 42. *de teſt. in antiq. & apud Gregor. XV. deciſ.* 37. *num.* 7.

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod producens articulus non cenſetur fateri contenta in illis adde, *Pract. Ridolph. par.* 1. *cap.* 11. *num.* 77. *& Rot. deciſ.* 201. *num.* 21. *par.* 5. *rec. & apud Duran. deciſ.* 33. *num.* 17. *& deciſ.* 314. *nu.* 9. *& apud Poſt. de manut. deciſ.* 166. *num.* 50. *&* 53. *& dec.* 364. *numer.* 3.

Quicquid malè tenuerit contrarium, *Mar. Ant. var. reſol. lib.* 2. *reſol.* 11. *num.* 45.

N. 3. Vbi habetur, quod articuli probant contra illos exhibentem ſi ſint dati medio iuramento adde; *Pract. Ridol. par.* 1. *cap.* 11. *num.* 78. *& ſeq.* vbi dicit, quod quando in articulis adeſt clauſula, *Non ſe adſtringens &c.* illi nihil certi continere dicuntur, concordat, *Rota deciſ.* 187. *nu.* 15. *par.* 11. *rec.*

ASSASSINIVM.

SVMMARIVM.

1 *Aſſaſſinium non datur, niſi homicidium fuerit commiſſum mediante datione, vel promiſſione pecuniæ, vel alterius rei.*

Et niſi ſequatur acceptatio mandatarij, itaut non ſufficiat pollicitatio, num. 2.

Et promiſſio pecuniæ, vel alterius rei debet eſſe certa, & generalis non eſt ſufficiens, nu. 3.

Quicquid aliqui contrarium teneant, nu. 4.

Neque ſufficit, quod homicidium committatur ad complacentiam, etiam ſi ſperetur præmium, vel remuneratio, num. 5.

Licèt aliqui Doct. contrarium voluerint, n. 6.

7 *Aſſaſſinium non datur ex datione, ſeù promiſſione paruę rei.*

Neque ſi aliquid detur, vel promittantur pro expenſis, num. 8.

Declara, vt num. 9.

RESOLVTIO I.

1 *Aſſaſſinium an detur ſine permiſſione pecuniæ, vel alterius rei.*

2 ASſaſſinium non datur, niſi homicidiũ fuerit commiſſum mediante datione, vel promiſſione pecuniæ, vel alterius rei, vt tradunt, *Vulpell. conſ.* 143. *num.* 5. *et ſeq. Clar. in pract.* §. *aſſaſſinium in prin. Decian. tract. crim. lib.* 9. *cap.* 30. *num.* 17. *Gabr. conſ.* 170. *num.* 18. *lib.* 1. *Hond. conſ.* 93. *num.* 66. *lib.* 2. *Farinac. de homic. q.* 123. *num.* 153. *et conſ.* 10. *in princ. et ibi Adden. lib.* 1. *Cabal. de omn. gener. homic. num.* 472. *et ſeq. Guazzin. defen.* 1. *cap* 38. *num.* 42. *Giurb. conſ.* 41. *num.* 10. *et conſ.* 70. *num.* 24. *et* 37. vbi alios dat concordantes, *Gratian. diſcep. foren. cap.* 598. *nu.* 12. *par.* 3. *Ant. de Ball. tract. crim. lib.* 3. *quaeſt.* 3. *num* 8. *et* 9. *Illuſtriſſimus Sperellus Epiſcopus Eugubinus deciſ.* 102. *num.* 8. *et ſeq. par.* 2. *Vermigl. conſ.* 97. *num.* 6. *et conſ.* 105. *nu.* 12. *Vrſell. in exam. apum concl.* 150. *num.* 23.

2 Amplia primò d. concluſionem, quod ad effectum, vt dicatur aſſaſſinium, non ſolùm requiritur datio, vel promiſſio pecuniæ, vel alterius rei, ſed etiam requiritur acceptatio mandatarij, itaut non ſufficiat pollicitatio, vel oblatio ſinè acceptatione taliter, quod ſi contractus eſſet licitus, mandans ad ſoluendum cogi poſſit, vt not. *Rim. Iun. conſ.* 68. *num.* 12. *et ſeq. lib.* 6. *Hond. d. conſ.* 93. *num.* 66. *lib.* 2. vbi teſtatur de communi opinione, *Farinac. d. conſ.* 10. *num.* 4. benè comprobans, *Adden. ad Farinac. conſ.* 4. *litera K. ver. limitatur tamen etc.* idem *Farinac d. quaeſt.* 123. *nu.* 147. *Guazzin. d. defen.* 1. *cap.* 38. *num.* 42. *ver. et etiam etc. Giurb. conſ.* 46. *num.* 8. *et conſ.* 97. *num.* 3. *Anton. de Ball. tract. crimin. d. lib.* 3. *quaeſt.* 3. *num.* 8. *et* 9. *Vermigl. d. conſ.* 97. *num.* 6. *Illuſtriſſimus Sperellus d. deciſ.* 102. *nu.* 16. *et ſeq. P. Dian. in ſumma in ver. Immunitas Eccleſ. nu.* 29. *in fin.*

Quicquid contrarium voluerit, *Gram. Carrer. Boſſ. Plac. Gabr. Monticell. et Maſcar.* quos referunt, *Adden. ad Farinac. d. conſ.* 4. *litera K. et Baiard. ad Clar.* §. *aſſaſſinium num.* 6. per rationem per eum adductam.

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt promiſsio pecuniæ, vel alterius rei facta per mandantem mandatario debeat eſſe certa, & ſpecialis, vt dicatur cõmiſſum aſſaſsinium, ſecus ſi illa ſit generalis, & incerta, vt puta, *Preſtò tibi ero: Non tibi deficiam in tuis neceſſitatibus: Domus meam ſuper erit tibi aperta* & ſimilia, quia tunc non dicitur aſſaſsinium committi, vt docuerunt, *Vulpell. dict. conſ.* 143. *num.* 5. *Hond. d. conſ.* 93. *num.* 66. *lib.* 1. *Farinac. de homic. quaeſt.* 123. *num.* 145. *& dict. conſ.* 10. *num.* 1. *et nu.* 4. *et ſeq. Decian. tract crim. lib.* 9. *cap.* 30. *num.* 17. *et* 37. *Caball. de omn. gener. homic. num.* 494. *et num.* 548. *Vrſell. d. concl.* 150. *num.* 35. *Guazzin. defen.* 1. *cap.* 38. *num.* 42. *verb. promiſſio etiam etc. Giurb. d. conſ.* 70. *num.* 37. vbi alios adducit concordantes, & dicit, ita ſeruari in Mag. Reg. Curia, *Vermigl. conſ.* 14. *num.* 8. *et conſ* 105. *num.* 12. *Illuſtriſſimus Sperellus d. deciſ.* 102. *num.* 22. *par.* 2. vbi quamplures dat concordantes, *et P. Dian. in ſumma in ver. Immunitas Eccleſiaſtica, num.* 29. & ita ſentit *Ant. de Ball. dict. quaeſt.* 3. *num.* 8. *et* 9.

4 Quicquid contrarium tenuerint, *Vinc. de Franc. deciſ.* 176. *ferè per tot.* dicens, ita fuiſſe iudicatum, cum quo videtur ſentire, *Baiar. ad Clar. in dict.* §. *aſſaſſinium, num.* 6. *Nauar. quaeſt. foren.* 45. *num.* 1. *par.* 1. *Farinac.* ſibi contrarius *conſ.* 211. *num.* 18. *Maſcar. de prob. concl.* 138. *ſub nu.* 2. *lib.* 1. & alij relati per *Giurb. d. conſ.* 70. *num.* 26. contra quos adeſt communis, vt verior opinio de qua ſupra.

5 Amplia tertiò d. concluſionem, quod ſi homicidium commiſſum ſit per aliquem, vt alteri rem gratam faciat, & in gratiam alterius, & vt dicitur,

com-

complacentiam alterius vſq; aliqua certa promiſſione pecuniæ, vel alterius rei, non dicatur commiſſum per aſſaſſinium, etiam ſi ſperetur lucrum, præmium, & remuneratio, vt ſcripſerunt *Vulpell. d.conſ.143. n.7. Gabr.d.conſ.170.n.15. lib.1.* latè *Hond.conſ.93.n.67.lib.2.Cabal.de omn.gen. homic. n.546.et ſeq.Guazzin.deſen.1.cap.38.n.42.verſ.et ob id etc. et deſen.4 cap.13. num. 5.* vbi dicit hanc eſſe veritatem *Farinac. conſ. 10. num.6.lib.1 & in tract. de homic. d. quæſt.123.num. 40.* plenè *Giurb. d. conſ. 70. num. 39. & ſeq.* vbi alios adducit ita ſentientes, & dicit, ampliationem eò magis habere locum, quando committens homicidium eſt perſona libera, & nemini ſubiecta, vt ibi per eum, cum quibus pertranſeunt *Ant. de Ball. tract. crim. d. lib.3. quæſt. 3. num. 3.* bene comprobans latè *Illuſtr.Sperel.d.decis 102. num 19. Vermigl. conſ.14. num 7. & conſ. 97. num 8. & P. Dian. in ſum. in d. ver. Immunitas Eccleſiaſtica, num. 29.*

6 Licet contrarium voluerint *Grama.vot.9. nu. 3. Gabr. comm.concl.de malef concl.1. num.4. Decian. tract crim.lib 9.cap.10.ſub num 16. Viuian. opin. 74.ſub num.1.* vbi hanc opinionem contrariam dicit communem, & alij relati per *Giurb. d.conſ.70. num.27.* quorum plures non dicunt id, quod ſupponit *Giurb.* ibi, ſi benè aduertantur.

7 Limita primò d.concluſionem, vt habeat locum, quando pro homicidio committendo datur, vel promittitur pecunia, vel alia res conſiderabilis, ſecus tamen eſt, ſi daretur, vel promitteretur aliqua parua res, vel modica pecuniæ quantitas, quia tunc aſſaſſinium committi non dicitur, vt tradunt *Vulpel. d. conſ. 143. n. 9.* vbi de promiſſione vnius paris caligarum, *Ambroſ. de immun. Eccleſ. cap.7. ſub n 9.* quem refert, & ſequitur *Faria. de Immun. Eccleſ. n.126.* & idem tenere viſus fuit *de homic. q. 123. num. 43. Giurb. d.conſ.70. num.41. in fin. Pat. Dian. in ſumm. in d.verb. Immunitas Eccleſiaſtica, num. 29.*

8 Amplia d. primam limitationem, vt eo magis habeat locum, quando id, quod datur, vel promittitur pro homicidio committendo, eſt non ſolum modicæ quantitatis, ſed etiam eſt tale, vt ex eo nihil apud mandatarium ſit remanſurum, vt ſi detur ei pecunia pro expẽſis pro homicidio committendo, vel vt abire poſſit, & Curiæ manus euaderet, quia tunc non dicitur aſſaſſinium committi, vt docent *Rimin. Iun. d.conſ.685. num.22. & Ambroſ. d. cap.7 nu. 9* quos refert, & ſequitur *Giur. d.conſ.70. n.41* vbi dicit, pecuniam paruæ quantitatis datam poſt homicidium præſumi datã pro expenſis, non autem pro aſſaſſinio committendo, cum quibus pertranſit *Farinac. de homic. d. q.123. n.158. & de Immun.Eccleſ.n.127.* & ante eum *Gab. d.conſ.170 num 21 & ſeq. & Guazz.deſen. 4 cap. 13. num.10.* & de eo, qui dat id, quod tenebatur dare de iure, quod non dicatur datum ad d. effectum, ſcribit *Ant.de Ball. tract. crim. lib. 3. quæſt. 3. num. 22.*

9 Declara d. concluſionem, vt non ſolum, vt dicatur aſſaſſinium, debeat interuenire pecunia, vel alia res, vt ſupra, ſed etiam requiritur, quod conſtet plenè vel per teſtes, vel per confeſſionem partis, quod pecunia, vel alia res fuerit data pro illa cauſa, pro qua prætenditur datum mandatum, maximè quando apparere poſſet aliqua alia probabilis cauſa propter quam pecunia fuerit data, cum magis præſumatur data pro cauſa licita, quam illicita, vt declarat *Farinac. de homic. d.q.123.n.154. & ſeq* vbi ex *Gabr. in d. conſ.170.n.23.* dicit, in quã cauſam pecuniam fuiſſe datam, probari ex præſumptionibus, & coniecturis, vt ibi per eum, & idem not *Vrſell. in exam. epiſc. d. concl.150. ſub n. 23. & Guazz. def.1.cap.38. n.42. verſ. etiam &c.*

ADDITIO.

N. 2. VBi habetur, quod pena aſſaſſinii habet locum ex ſola promiſſione pecuniæ, vel alterius rei etiam ſi illa non ſit acceptata adde cum quibus pertranſit *Bell. Iun. conſ. 28. num. 14.* vbi declarat ex quibus verbis promiſſio dicatur acceptata, vel reiecta.

N. 4. Vbi habetur aſſaſſinium dici licet promiſſio pecuniæ, vel alterius rei non ſit ſpecialis, ſed generalis tantum adde *Bello. Iun. d. conſ. 28. num. 12.* vbi alios dat concordantes, & teſtatur de veriori, & frequentiori opinione, & *Criſpol. caſu milit. 26. num. 4. 5. & ſeq.* latè comprobantem.

N. 6. Vbi habetur, quod aſſaſſinium dicitur etiam ſi illud committatur ad complacentiam alterius, ſi ſperetur præmium adde *Bello. Iun. d. conſ. 28. num. 16 & ſeq.* vbi teſtatur de veriori opinione, & dat concordantes, & *Criſpol. caſu milit. 26. num. 5. 6. & ſeq:*

N. 7. Vbi habetur, quod aſſaſſinium non dicitur quando promittitur aliqua parua res, vel modicæ pecuniæ quantitas, adde Cum quibus pertranſeunt *Boſſi. Graſſ. Adden. ad Capic. Campa. & alii* quos referendo ſequitur *Scialo. in pract. torq. reus cap. 12. num. 22.*

SVMMARIVM.

1 *Aſſaſſinium non dicitur, quando per alium pretio conuento inimicus occiditur, ſi ipſe mandans in homicidio interuenit.*

Cum aſſaſſinium dicatur homicidium illatum ab illo, qui ab occiſo non fuerat iniuriatus, ita vt ab eo non teneretur præcauere, num. 2.

Declara concluſionem, num. 3.

4 *Aſſaſſinium non dicitur commiſſum ab eo, qui communem inimicum occidit, recepta etiam ab altero pecunia.*

RESOLVTIO II.

Aſſaſſinium an dicatur quando per alium pretio conuento inimicus occiditur, ſi mandans in homicidio interuenit.

1 ASſaſſinium non dicitur, quando per alium mercede conuenta inimicus mandantis occiditur, ſi ipſe mandans in executione homicidij interuenit, vt tradunt *Gabriel conſ.170 num. 11. & ſequen. lib. 1. Baiard. ad Clar. §. aſſaſſinium, num. 5. Farin. de homicid.* quæſt.

*quaſt.*123. *num.*148. *& de Immunit. Eccleſ. n.*133. *Guazzin defen.*4.*cap.*13.*num.*3. qui alios dant concordantes *Gratian.diſcep Foren. cap.*619. *num.*25. *par.* 3. *Caball. de omn. gen. homic. num.*496. *Giurb. conſ.crim.*48. *num.*25. *Ant.de Ball.tract.crim.lib.*3. *quaſt.*3. *num.*20. vbi dicit, quod neque principalis qui dedit pecuniam, in d. caſu dicitur aſſaſſinus, *& Vrſell. in exam. apum, concl.* 150. *num.* 21. *&* 73. *P.Dian. in ſumm. in verb. Immunitas Eccleſia, num.* 29. *in princip.*

2 Aſſaſſinium enim dicitur, ſi ab illo mors inferatur, quo nulla ab occiſo affectus fuerat iniuria, ita ut veriſimiliter occiſus ab eo non potuerit præcauere, illiuſque greſſus obſeruare, vt docent *Decian.tract. crim.lib.* 9. *cap.*30. *num.* 18. *Gratian.d. cap.*619. *num.*26. *& Giurb. d.conſ.* 48. *num.* 25. ex interuentu autem mandantis ſui inimici occiſus poterat præcauere, ideò non dicitur aſſaſſinium, vt not. Doct. ſupra adducti.

3 Declara d. concluſionem, vt habeat locum, quando à principio conuentum fuit cum mandatario, quod in homicidio interuenire debeat etiam ipſe mandans, cum ipſe poſſit pretio homines conducere ad occidendum inimicum, & tamen non eſſet aſſaſſinus, vt probat *Giurb. d. conſ.*48. *nu.*25. ſecùs tamen eſt, ſi præceſſit mandatum de occidendo ſimpliciter mediante pecunia ſinè d. conuentione, & mandatum fuit acceptatum, quia tunc, ſi mandans voluerit poſtea interuenire in executione homicidij, adhuc tamen quo ad mandantem dicetur aſſaſſinium, vt poſt *gloſ in cap.* 1. *de homic. in* 6. *Felic. alleg.*117. *num.*3. *par.*2. *Ronit.ad pragm.* 1. *num.* 17. *Gabr.d.conſ.*170. *n.*12. *& Gambacur.de Immun.Eccl.lib.* 5. *cap.*34. *num.*2. per eum relatos tradit *Giurb. d.conſ.*48. *num.*26. *&* 27. vbi ita concordare nititur *Felic.* & alios contra d. concluſionem principalem ſentientes, vt ibi per eum, licèt aliqui ex Doct. per eum ibi adducti, & ſupra relati eius intentionem non probent.

4 Amplia d. concluſionem, vt neque aſſaſſinium dicatur commiſſum ab eo, qui communem inimicum occidit, recepta etiam ab altero pecunia, vt tradidit *Apell. conſ.*143. *num* 10. *Baiar. ad Clar.* *S. aſſaſſinium, num.*20. *Farin.de homic. d.quaſt.*123. *num.*337. *& de Immun. Eccleſ.cap.*8. *nu.*132. *Honded. conſ.* 87. *num.*4. *lib* 2. *Guazz defen.*8. *cap.*38. *num.*42. *verſ.et ſi committens &c. P.Dian.in ſum. in verb. Immunitas Eccleſiaſ. num.*29. *Ciriac.contr.* 105. *num.*31. *et contr.*399. *num.* 11.

S V M M A R I V M.

1 *Mediator in aſſaſſinio punitur pœna mortis, vti mandans, et mandatarius.*

Idem eſt in depoſitario pecuniæ conuentæ pro aſſaſſinio, num. 2.

*Et in deferente ambaſciatã, vel litteras, n.*3.

*Et in portante pecuniam pro aſſaſſinio, n.*4.

*Et in mutuante pecuniam pro inueniendo aſſaſſinio, num.*5.

*Ac etiã in præſtante auxiliũ pro aſſaſſinio, n.*6.

Declara, concluſionem cum d. ampliationibus habere locum concurrente ſcientia, aliàs ſecùs, num 7.

Quæ ſcientia non præſumitur, ſed eſt probanda, num. 8.

RESOLVTIO III.

Mediator aſſaſſinio an puniatur pœna mortis vti mandans, et mandatarius.

1 Mediator, ſiuè proxeneta in crimine aſſaſſinij punitur pœna mortis, non ſecùs ac mandans, & mandatarius, vt latè comprobat *Giurb.conſ.*7. *per tot.* vbi in fine dicit, ita fuiſſe in M.R.C. iudicatum, & faciunt notata per *Caball.reſol.crim.caſu*243. *per tot. cent.*3. licèt contrarium teneant *P. Dian. in ſum. in ver. Immunitas Eccleſiaſ.num.*29.

Criminis enim mediator crimen ipſum cõmiſiſſe, & videtur ad tex. in *cap. mediatores,* 1. *& ibi not. Gemin. Ancar. Franc. & alij de teſt. Giurb. d. conſ.* 7. *num.* 7. *& ſeq. cap.* 2. *& ibi Abb. num.* 3. *de confeſſ. Decian. tract. crim. lib.* 9. *cap.* 13. *num.*11.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in depoſitario pecuniæ conuentæ, & ſoluendæ pro aſſaſſinio committendo, quem, vti auxiliatorem, pœna mortis puniendum eſſe, tenuit, benè cõprobat idẽ *Giurb.conſ.* 41. *n.*10. *& plur.ſeq.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in deferente ambaſciatam, vel litteras pro aſſaſſinio committendo, qui, ſequuto homicidio, tenetur eadem pœna, vt voluerunt *Ang. de malef. in verb. & Sempronium mandatorem, num.* 16. *& ibi Adden.n.*17. latè *Cabal.reſ.crim.caſ.*243. *n.*1. *& ſeq. Decia. tract.crim. lib.*9. *cap.*11. *n.*11. *& cap.*37. *n.*11. *Giurb.d.conſ.*7. *n.*11. *& ſeq.* qui alios dant concordantes quamplures, *& conſ* 41. *n.*19. *& Ant. de Ball.tract.crim. lib.*3. *q.*3. *num.* 12.

4 Amplia tertiò d. concluſionem in portante pecuniam pro committendo aſſaſſinio, quia etiam ipſe diceretur aſſaſſinus, vt not. *Bald. in l. vnic. §. ne autem n.*19 *C.de caduc. tollen. Ant.de Ball.tract.crim.lib.*3. *q* 3. *ſub n.*12. & faciunt notata *per Giurb.d. conſ.*7. *num.*9. *& d. conſ.* 41. *per tot.*

5 Amplia quartò d. concluſionem, vt habeat locũ etiam in mutuante pecuniam pro inueniendo aſſaſſinum, qui punitur vt principalis ad tex. *in l. vtrum*6. *ff. ad leg. Pomp. de parric. et in l. qui domũ* 8. *ff. ad leg. Iul. de adult.* & poſt *Villagn. de exten. leg. in tit. de exten. l. correct. et pœna ſimul. q.*6. *n.*95. *et Ronit. in pragm.* 1. *de aſſaſſ. n.*30. per eum relatos tradit *Giurb. d. conſ.*7. *num.*9. *et d. conſ* 41. *num.* 13.

6 Amplia quintò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in præſtantibus auxilium aſſaſſinis, qui tenentur eadem pœna aſſaſſinij, vt ſcripſerunt *Capic. deciſ.*155. *n.*13. *et ſeq. Pariſ.conſ.*166. *n.*1. *lib.*4. *Farin.de hom. q.*123. *n.*33. alios adducẽs concordãtes, *Giur. d. conſ.*7. *n.*14. *et conſ.*41 *n.*14. *Roni. in d. prag.* 1.

de aſ-

de aſſaſſin.num.27.Decian.tract.crim.lib.9.cap.30.num.42.Guazz.deſen.1.cap.38.num.42.verſ.circa verò &c. vbi alios refert ita ſentientes.

7 Declara ſupradictam concluſionẽ vnà cum ampliationibus ſequentibus, vt habeat locum concurrente ſcientia in mediatore, & alijs, de quibus ſupra, de aſſaſſinio committendo, alias ſecùs, vt declarant *Valp.d.conſ.143.in fin.Baiar.ad Clar.§.aſſaſſiniam,n.19.Farin.de homic.d.q.123.n.34.Cabal.reſ.crim.d.caſ.243.n.1.& ſeq.Guazzin.d.def.1.cap.38.n.42.in fin.Giarb.d.conſ.7.num.12.& d.conſ.41.num.7.& num.14.* qui alios dant concordantes.

8 Subdeclara d.declarationem,vt ſcientia in d.caſu non præſumatur,ſed illa ſit per fiſcum probanda, alias reus eſt abſoluendus, vt docent *Ant.Gomez var.reſ.tom.3.cap 3.ſub n.50.Guaz.def 4.cap.14.n.7.et def.33.cap.10.n.6.ver & aduocatus,&c.* plenè *Giur.d.conſ.41.num.8, & ſeq.* alios adducens ita ſentientes.

ADDITIO.

N.1. VBi habetur quod mediator in crimine aſſaſſinij punitur pœna mortis, vti mandans, & mandatarius adde *Nouar.de variat.fort.to.2.ſect.3.q.15.n.9.& 10.*

SVMMARIVM.

1 *Aſſaſſinus non dicitur occidens aliquem in domo, vel via publica, & illum pecunijs, vel armis expolians.*

2 *Aſſaſſiniū propriè dicitur, quando concurrunt mandatum ad occidendum, datio, vel promiſſio pecuniæ, & mandatarij acceptatio, & executio.*

Impropriè verò dicitur in multis caſibus ex communi vſu loquendi, num. 3.

RESOLVTIO IV.

Aſſaſſinus an dicatur occidens aliquem in domo, vel via publica, & illum pecunijs, vel armis expolians.

1 OCcidens aliquem in domo,vel in via publica, & illum expolians pecunijs, armis, vel alijs rebus non dicitur aſſaſſinus,niſi impropriè, & ſecundum opinionem vulgi, ſed verè dicitur homicida cum furto, vt declarant *Boſſ.in pract. in tit. de for. compet. num. 141. Capb. conſ. 57 num.25.lib.1.* licèt *num. 26.* aliter ſentire videatur *Menoch.de arb caſu 474. num.8.in addit 5.Guazz.deſen.1.cap.38. num.42. in fin. Giarb. conſ.46. num. 7.* vbi alios dat concordantes.

Quicquid contrarium, imò dici propriè aſſaſſinum, tenuerint *Monter. ad Stat Bon. crim. rub. 21. Card. Tuſch. pract.concl.lit.A. concl.573.n.6.* quos referendo reprobat, vti minùs rectè loquutos, *Giurb.d.conſ. 46. num. 7.* & videtur tenere *Farinac. conſ. 143. num.1. lib. 2.*

2 Aſſaſſinium enim propriè committi dicitur, quando tria concurrunt, nempè mandatum ad occidendum Chriſtianum, datio, ſeù promiſſio pecuniæ, vel alterius rei a mandante facta, & mandatarij acceptatio, ac eiuſdem mandati executio, vt tradunt *Honded.conſ 93.num.66, lib.2. Capic.deciſ.155. num. 12. Farin.conſ. 10. num. 27. lib. 1. Gratian. diſcep.Foren.cap.598. nu.12. par.3. Guazzin. deſen. 1. cap. 38, ſub num. 42. & deſen.4.cap. 13. num. 1. & ſeq.* plenè *Giarb. d.conſ 46.num.8.* vbi quamplures adducit ita ſentientes *Ant. de Bal. tract.crim. lib.3. quæſt. 3. num.8. & ſeq. & Cabal. de omni gener.homic. num.471. & num.492.*

3 Impropriè verò committi dicitur ex communi vſu loquendi in occidente cum derobatione, vt ſupra, in occidente per inſidias, & de retro, & in occidente ſolum, & inermem cum multitudine perſonarum, &, vt vulgo dicitur, con ſuperchieria, vt pariter declarant *Giurb. d. conſ. 46. num. 7. & Ant. de Bal. tract. crim. d. lib. 3. quæſt. 3. num. 14. & ſeq.* & in his terminis intelligendus eſt *Farinac. d. conſ. 143. in princ. lib. 2.*

SVMMARIVM.

1. *Aſſaſſinium propriè non eſt mandatum datum alicui ad vulnerandum, pecunia mediante.*

Licèt contrarium teneant aliqui Doct. num. 3.

Quod procedit, vt neque ſufficiat præſumptus animus occidendi mandantis, num. 4.

Puniri tamen debet d.mandatum ad vulnerandum grauiori pœna. num. 5.

2 *Aſſaſſinium vt dicatur, requiritur mandatum ad occidendum Chriſtianum, datio, vel promiſſio pecuniæ, vel alterius rei, & acceptatio mandatarij cum ipſius mandati executione.*

RESOLVTIO V.

Aſſaſſinium an propriè ſit mandatum datum alicui ad vulnerandum pecunia mediante.

1 MAndatum datum alicui ad vulnerandum aliquem, pecunia mediante, vulnere ſequuto non eſt propriè aſſaſſinium *cap. 1. & ibi Archid. Io. Andr. Gemin. Franch.& alij de homicid.in 6. Valpel.conſ.143. in prin. Baiar.ad Clar.in §. aſſaſſinium, num. 2. Caroc.deciſ. 39. num. 9. & ſeq. Decian. tract. crim. lib. 9.cap. 30. num. 41. Caball.de omni gener. homic.num.499.* vbi dicit, quod iſta eſt veritas *Hond.conſ.93.n.65. vol. 2.Guazz deſen.1.cap.38.nu.42. verſ. ſecùs erit &c. Gratian. diſcep.Foren. cap. 598. num.9. & ſeq. par 3. & cap.619. num.1. & ſeq. par. 4.* vbi teſtatur de veriori opinione, *Farin. de homic. ſecleſ. num.134. & conſ. 99. num.52. lib.1.* vbi teſtatur de veriori opinione latè *Giurb. conſ.46.num. 9.* vbi quàplures adducit ita ſentientes *Ant. de Bal. tract. crim.lib.3.q.3.n. 13.Vrſel.in exam.apum,concl.150 n.69.Vermigl.conſ.14.n.6.* vbi dicit,hanc eſſe veritatem,

rem, & magis receptam opinionē, *& conſ.29.n.1.*

2 Ad hoc enim vt dicatur aſſaſſinium tria requiruntur, primò mandatum ad occidendum Chriſtianum: ſecundò datio, vel promiſſio pecuniæ, vel alterius rei a mandante facta: tertiò acceptatio mandatarij cum eiuſdem mandati executione, vt docent *Clar. in pract.§.aſſaſſinium,in prin. Decian. tract.crim.lib.6.cap.28.n.18.Houd.d.conſ.93.n.66. lib.2 Guazz.def.1.cap.38.n.42.& def.4.cap.13.n.1. & ſeq.* & alij relati in reſolutione antecedenti *n.* 2.

3 Quicquid contrarium tenuerint *Ang. de maleſ. in ver.& Sempronium mandatorē, in prin. & ibi Addeu.n.3.Gram.vot.9.n.1.Maſc.de prob.concl.138.n. 5.par.1.Boſſ.in pract.in tit.de mand.ad homic. n.*16. & alij quos refert, & ſequitur *Farinac.* ſibi contrarius *de homic.q.* 123.*n.*142.quem meritò obiurgat *Giurb. d.conſ* 46.*n.9.in fin.* & contra quos adeſt verior, & magis cōmunis Doct. opinio de qua ſupra.

4 Amplia d.concluſionem adeò eſſe veram, vt neq; ſufficiat præſumptus occidendi animus mandantis ex vulneranda corporis parte reſultante, vt pura in capite, cum tex. *in d.cap.1. de homic.in* 6. explicitum mandatum occidendi requirat, vt contra *Muſcatel.in pract.crim.in tit.de prin homi.medi.aſſaſſi. n.5.& 8.* benè comprobat *Giurb. d. conſ.46. n.25.*

5 Limita d.concluſionem, vt non habeat locum. quando ex vulnere illato mors eſt ſequuta, quia tunc ſiuè mandatum ſit ad occidendū, ſiuè ad vulnerandum tantùm mediante pecunia, vel alia re, ſemper eſt aſſaſſinium, vt tradunt *Rouit.rub.de abolit. Pragm.*12.*n.*11.*Farin. conſ.*211. *n.*16. quos refert, & ſequitur *Giurb.conſ.46.n.21.* & docet etiam *Ant.de Ball.tract.crim.lib.3.quæſt.3. n.13.in fin.*

6 Declara d.concluſionem, quod licet mandatum ad vulnerandum etiam pecunia, vel alia re interueniente, non inducat propriè aſſaſſinium, grauior tamen pœna eſt irroganda ob conuentam pecuniā quam pro vulnere ſinè pecunia illato eſſet imponenda, vt monent *Decia.tract.crim.d.lib.9.cap.*30. *n.*41.*Cabal.de omn.gen.homic.n.*500.*Guazz.d.def.1 cap.38.n.42.ver.ſecus erat & c.Grat.diſc.For.d.cap.* 598.*num.*11. *par.*3.*& d.cap.*619.*n.*5.*par.*4.*Giurb.d. conſ.46.num.*33.vbi teſtatur de communi opinione *& Vrſell.in examinapum,d.concl.*150.*num.69.*

ADDITIO.

N.5. in fin. **A**Dde pro coronide, quod ſtante Statuto, quod aſſaſſinus deueniens ad actum proximum vulnerando occidendum puniatur pœna mortis, licet mors non ſequatur ex d. vulnere, ſi tamen intulit paruum vulnus non punitur pœna mortis, vt poſt *Campa. de forindic. reſol.* 16. *num.*33. per eum relatum not. *Sciolo in prax. torq.reor. cap.*12. *num.* 26.

SVMMARIVM.

1 *Aſſaſſinium probatur per præſumptiones, & probabilia argumenta.*

*Etiam ad effectum imponendi pœnam ordinariam mortis, num.*2.

Qualia tamen eſſe debeant d. probabilia argumenta declaratur, num. 5.

3 *Teſtes de auditu faciunt indicium ad torturam in crimine aſſaſſinij.*

4 *Teſtes examinati parte non citata probant in crimine aſſaſſinij.*

Dummodo conſtet de qualitate aſſaſſinij ante omnia, num. 6.

RESOLVTIO VI.

Aſſaſſinium an probetur per præſumptiones, & probabilia argumenta.

1 **A**Sſaſſinium propter illius immanitatē probatur præſumptiones, coniecturas, & per probabilia argumenta, tex.eſt *in cap.1. & ibi not. Canoniſtæ communiter de homic.in* 6.& tradunt etiam *Maſcard. de prob.concl.*137.*in prin.lib.1.Decia.trac.crim.lib.9.cap.*30 *n.*22. *Farin. de reo.confeſſ.& conu.q.*86.*n.*41. vbi plures dat concordantes etiam de cōmuni opinione fidem facientes, *& de homic.q* 123.*inſpect.*3.*n.*46.*& conſ* 99.*n.* 3.*lib.*1.*Guaz def.*4.*cap* 13.*n.*11.*Cabal.de omni gen. homic.n.*516.pleuè *Giur.conſ.*70.*n.* 22 *& Ill.Sperel. deciſ* 101.*n.*3.*par.*2. qui alios adducunt, ita ſententes, quibus addo *P.Graſſ de uece prodit.*529.*n.*260 *& ſeq.Merl.Pignat.contr.Forcu. lib.*1.*cap.*54.*num.* 19. *& ſeq.* vbi vult, hanc concluſionem habere locum, quando agitur coram Iudice Eccleſiaſtico, non autem coram Iudice ſæculari.

2 Amplia primò d.concluſionem, vt habeat locum etiam ad effectum imponendi pœnam ordinariam mortis, vt voluerunt *Clar.in pract.§.aſſaſſinium,ver. preterea quamuis.&c.& §.fin.q.*20.*ver.ſcias etiam & c.Decia.tract.crim.d.lib* 9.*cap.*30.*n.*22.*Guazz. d. def.*4.*cap.*13.*n.*11 *et* 12.*Farin.de reo conſ.et conuin. d.q.*86.*n.*42.*& conſ.*196.*n.*8.*lib.*1. *Giurb.d conſ.*70. *n.*22.*circa medium, et Ill.Sperel.dec* 101.*n.*3.*par.*2.

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt in crimine aſſaſſinij teſtes de auditu faciant indicium ad torturam, vt not. *Maſcard. de prob.d.concl.*137 *num.* 4.*lib.*1. benè comprobans *Gabr. comm. concl. de maleſ.concl.*1. *num.*22. *Decian. tract. crim. d.lib.*9. *cap.*30.*num.*22.*Farinac.de teſtib.quæſt.*69.*num.*17. *& ſeq.* vbi dicit, hanc ampliationem habere locum concurrentibus adminiculis, aliàs ſecùs, vt ibi per eum, & *de homic. d. quæſt.* 123. *num.* 50. vbi alios adducit concordantes, *Giurb.d.conſ.*70. *num.* 30. *& conſ.*41. *num.* 30. de quo vide latiùs infra in verb. Teſtis *reſol.* 4. *num.* 2.

4 Amplia tertiò d. concluſionem, vt in crimine aſſaſſinij teſtes examinati parte non citata probent, vt tradunt *Maſcard.d.concl.*137.*n.*2.*Gabr.commun. concl.de maleſ.d.concl.*1.*n.*21.*Decia.d.lib.*9.*cap.*30. *num.*23.*Plax.in epit.delict.lib.* 1. *cap.*19. *num.* 17. vbi reprehendit contrarium tenentes *Hond. conſ.* 101. *num.*13 *lib.* 1.& alij plures, quos refert *Farinac. de teſtib. quæſt.* 72. *num.* 122. *Felic. alleg.* 3. *num.* 19. vbi teſtatur de veriori, & communiori

opi-

opinione, quem refert, & ſequitur *Caluin. de aquit. lib. 2. cap. 172. num. 60. & ſeq.*

Licèt contrariam opinionem tenuerint *Grun. Burſat. Vin. Farin. Cabal. Guazzin. & Cirinc.* quorum aliqui teſtantur de veriori opinione in locis relatis infra in verbo *Teſtes, Reſol. 6. in 4. amplias.* ibi vide.

5 Declara d. concluſionem, quod licèt ſatis controuerſum ſit inter Doctores qualia eſſe debeant d. probabilia argumenta, & præſumptiones, quæ ſufficientia dicuntur ad condemnandum reum in crimine aſſaſſinij, in pœnam ordinaria, alijs volentibus ſufficere ſemiplenam probationem, alijs ſufficere indicia ad torturam, & alijs præſumptiones iuris, vt videre eſt ex *Farinac. de reo confeſſ. et conuinct. quaſt. 86. num. 45. et ſeq.* verior tamen, & magis recepta eſt opinio, vt ſint illa, quæ conſtituunt indicium indubitatum, & indicia indubitata, vt declarant *Farinacc. de reo confeſſ. et conuinct. d. quaſt. 86. num. 48.* vbi dicit, hanc opinionem non ſolum eſſe veriorem, & magis communem, ſed etiam in practica ſeruatam, *Guazzin. d. defen. 4. cap. 14. num. 12. et Giurb. d. conſ. 70. n. 22. verſ. probabilia autem etc.* vbi alios dat concordantes, *Merlin. Pignatell. d. cap. 54. n. 20. par. 1.*

Quæ autem dicantur indicia indubitata, dixi infra in verbo *Indicium* Reſolutio 2. ibi *per tot.* vide.

6 Declara ſecundò d. concluſionem cum ampliationibus ſequen. vt habeat locum, ſi conſtet prius de qualitate aſſaſſinij, alias ſecus, vt not. *Farinac. d. quaſt. 123. num. 49.* vbi docet, quomodo de d. qualitate ſufficiat conſtare.

ADDITIO.

N. 2. Vbi habetur, quod inditia, & præſumptiones probant aſſaſſinium etiam ad effectum imponendi pœnam ordinariam adde *Farinac. conſ. 190. num. 8. lib. 3.* & quod aſſaſſinus condemnari poſſit pœna ordinaria ex inditijs indubitatis tradunt *Boſſ. Boer. Gabr. Clar. Ricc. Farinac. Muſcatell. & Anſald.* quos referendo ſequitur *Scialo in prax. torq. reos, cap. 4. num. 13.*

ASSERTIO VVLNERATI.

SVMMARIVM.

1 *Aſſertio vulnerati conſtituti in articulo mortis non facit indicium ad inquirendum ſpecialiter, ſed generaliter tantùm.*

Quod non habet locum, quando offenſus aſſerit, ſe vulneratum ab vno ex duobus, quorum vnum certum eſt vulneraſſe, num. 3.

Neque quando cum aſſertione vulnerati concurrunt adminicula, num. 4.

Ita, vt tunc d. aſſertio faciat etiam indicium ad torturam, num. 5.

Quod non habet locum, quando aſſertio vulnerati non eſt certa, ſed eſt facta dubitatiuè, num. 6.

Et quando vulneratus erat aliàs inimicus, n. 7.

Et ſi contra d. aſſertionem adeſſent grauiora indicia, num. 8.

Vel ſi aſſertio prædicta ſit facta ſinè iuram. n. 9.

2 *Inquiſitio vt formari valeat, indicia non debent eſſe leuia, ſed grauia, & vrgentia.*

10 *Aſſertio vulnerati vt operetur contra nominatum, debent plura concurrere.*

11 *Et debet eſſe probata per duos teſtes.*

Et facta in articulo mortis, alias ſecùs, nu. 12.

RESOLVTIO VNICA.

Aſſertio vulnerati non facit inditium ad inquirendum generaliter, vel ſpecialiter.

1 Aſſertio vulnerati in articulo mortis conſtituti non facit indicium ad traſmittendam inquiſitionem, ſed ſolum aperit viam iudici ad aſſumendum cõtra nominatum informationes ad tex. *in leg. ſi quis in graui, 3. §. ſi quis moriens,* & ibi not. *Doct. ff. ad Sillan.* & tradunt *Clar. in pract. §. fin. quaſt. 21. verſ. aſſertio vulnerati &c.* licet dicat contrarium de cõſuetudine ſeruari *Plaz. in epit. delict. lib. 1. cap. 13. n. 15. & ſeq.* vbi dicit, d. aſſertionem tãtum ſufficere ad capturã *Hond. conſ. 102. nu. 60. in fin.* vbi teſtatur de magis comm. Doct. opinione, *lib. 1. Maſc. de prob. concl. 1134. n. 15. lib. 1. Farin. de indic & tort. q. 46. n. 26.* vbi hanc cõcluſionem benè comprobant, Doct. contrarium tenentibus reſpondet, & contraria *Clar.* conſuetudinem, de qua ſupra, dicit non eſſe ſeruandam extra Statum Mediolani, *& n. 18.* vbi dicit, illa ſufficere ad capturam, *& conſ. 127. in fin. lib. 2. Ciriac. contr. 250. n. 6. & ſeq. Vermigl. conſ 228. n. 5. et 6. Caluin. de aquit. lib. 2. cap. 132. n. 1. et ſeq.* quamplures adducens concordantes, & dixi ego *alleg. foren. 93. num. 4.*

2 Ad formandam enim, & tranſmittendam inquiſitionem, cum agatur de magno præiudicio, indicia non debent eſſe leuia, ſed grauia, & vrgentia, vt not. *Fari. de inqui q. 1. n. 45. et ſeq. et q. 11. n. 16. et de ind. et tort. d. q. 46. n. 26. Guaz. def 9. cap. 2. per tot. et Ambroſ. in proc. infor. lib. 5. cap. 1. n. 1. et ſeq.* aſſertio autẽ vulnerati, vti proueniens a faciente ſe offenſum, nõ grauem, ſed leuem, & vilem inducit præſumptionem, vt tradũt *Ant. Gomez var. reſ. tom. 3. cap. 12. n. 6.* vbi teſtatur de communi opinione, *Maſc. de prob. concl. 144. n. 2. lib. 1. Franc. Becc. conſ. 85. n. 9. lib. 1.* plenè *Farin. d. quaſt. 46. n. 14. & 26.* meritò &c.

Quicquid contrarium, imo d. aſſertionem vulnerati ſufficere ad inquirendũ ſpecialiter voluerint *Brun. de indic. par. 1. q. 3. n. 26. Menoch. de præſ. lib. 1. quaſt. 88. in fin. Maſcar. de prob. d. concl. 1134. num. 16.* quĩ tamen loquitur de ſtylo, & alij, quos refert, & reprobat *Farinac. d quaſt. 46. num. 26. et ſeq.*

3 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando vulneratus aſſerit, ſe fuiſſe vulneratum ab vno ex duobus rixantibus, quorum vnũ certum eſt commiſiſſe delictum, & vulneraſſe, licet ignoretur a quo, quia tunc quo ad nominatum, ſi non appareat occaſio cur magis vnum, quam alium grauare debuerit, probat ſi credendum eſt *Ciriac. contr. 250. num. 11. et ſeq.*

4 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando cum aſſertione vulnerati exiſtentis in articulo mortis concurrit aliquod aliud adminiculum, quia tunc illius aſſertio benè ſufficeret ad formandam, & traſmittendam reo inquiſitionem, vt ſcripſerunt *Maſcar. de prob. d. concl. 144. num. 3. verſ. concilies, &c. Farinacc. de indic. & tortur. d. quæſt. 46. num. 34.* vbi dicit, ita practicari in Alma Vrbe, *Caluin. de æquit. d. cap. 132. num. 4. & ſeq.* latè comprobans, & ſentit *Ciriac. d. controu. 250. num. 15.* & læiuior Doct. adducti in ſequenti ampliatione volentes, d. aſſertionem facere indicium etiam ad torturam, concurrentibus adminiculis, & ſic eo magis ad tranſmittendã inquiſitionem, quæ minora requirit indicia.

5 Amplia d. ſecundam limitationem, vt aſſertio vulnerati in articulo mortis conſtituti non ſolum faciat indicium ad formandam cõtra reum, & traſmittendam inquiſitionem, ſed etiam ad torturam, maximè in delictis occultis, quando alia adminicula concurrunt, ſecùs tamen ſi adminicula deficiant, vt ſcriptum reliquerunt *Vulpell. conſ. 72. n. 3. & ſeq. Maſcar. de prob. d. concl. 144. nu. 3. verſ. Concilies &c. Farinac. de indic. & tortur. d. quæſt. 46. num. 35.* vbi teſtatur de communi opinione, & dicit, non inueniſſe in hoc contradictorem, & *nu. 52. Maſtrill. deciſ. 232. num. 5. par. 3.* quem refert, & ſequitur *Ciriac. contr. 80. num. 3.* vbi dicit, in hoc caſu ſufficere illa adminicula, quæ ſufficiunt in ſocio criminis, & *contr. 150. num. 27.* plenè *Calui. de æquit. d. cap. 132. num. 4. & ſeq.* vbi hanc ampliationem latè comprobat, & quamplures adducit Doct. authoritates, & adminicula ſufficientia, & *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 1. quæſt. 11. num. 6.*

6 Sublimita primò d. primam, & ſecundam limitationem cum ampliatione ſequenti, vt non habeat locum, quando aſſertio vulnerati non eſt certa, ſed eſt dubia, vt quia vulneratus dixerit ſe credere, ſuſpicari, & ſimilia, quia tunc nullum facit indicium, vt probant *Honded. conſ. 107. num. 18. lib. 1.* vbi dicit, hoc procedere, etiam ſi ſit dictum pro certo credere, & *Ciriac. d. controu. 150. n. 28. & ſeq.*

7 Sublimita ſecundò d. limitationem, vt non habeant locum, quando vulneratus erat inimicus, malè affectus, & odioſus ex alia cauſa ipſius nominati, quia tunc d. aſſertio non facit indicium, vt in terminis ſocij criminis, inimici, & maleuoli dicit *Farin. de indic. & tortur. quæſt. 43. num. 179.* & in puncto tradit *Ciriac. controu. 80. num. 16. & 17.*

8 Sublimita tertiò d. limitationes, vt non habeant locum, quando contra d. aſſertionem vulnerati alia grauiora adeſſent indicia, vt quia teſtis examinatus diceret, fuiſſe vulneratum ab alio, quia tunc d. aſſertio nil operaretur, vt docent *Caſon. de indic. & tort. tract. 8. cap. 1. num. 5. & ſeq. Farinacc. d. quæſt. 46. num. 1. verſ. ſeptimo quod, &c. Caluin. de æquit. d. cap. 132. num. 24. & 38. & Ciriac. d. controu. 80. num. 8.*

9 Sublimita quartò d. limitationes, vt non habeant locum, quando aſſertio prædicta vulnerati facta fuit ſinè iuramento, quia tunc ex ea nullum deſumi poſſe indicium, ſcripſerunt *Caſon. de indic. & tortur. tract. 8. d. cap. 1. num. 5. Maſcar. de probat. d. concluſ. 144. num. 6. Ant. Gomez variar. reſol. tom. 3. cap. 13. num. 16. Farin. de indic. & tortur. d. quæſt. 46. numer. 50.* vbi alios dat concordantes, *Caluin. de æquit. d. cap. 132. num. 5. & Ant. de Ball. tract. crim. lib. 1. quæſt. 11. num. 3.*

10 Declara primò d. concluſionem, vna cum limitationibus, & ampliationibus ſequen. quod ad hoc, vt aſſertio vulnerati, de qua ſupra, aliquid operetur contra nominatum, plures debeant concurrere circumſtantiæ, & primò, quod d. aſſertio ſit facta in mortis articulo, ſecundò, quod ſit facta cum iuramento, tertiò quod vulneratus ſit in plenitudine intellectus, quartò quod ſit bonæ famæ, quintò quod delictum non poſſit per alios probari, ſexto quod delictum fuerit commiſſum tempore, quo videri, & cognoſci potuerit delinquens ab offenſo, & vltimo quod aliæ non contradicant circumſtantiæ; vt declarant *Caſon. de indic. d. tract. 8. cap. 1. per tot. Farinacc. de indic. et tortur. d. quæſt. 46. num. 1. et pluribus ſequen. et Caluin. de æquit. d. cap. 132. num. 5.*

11 Declara ſecundò d. concluſionem cum limitatione ſequen. quod aſſertio vulnerati prædicta, vt operetur, debeat eſſe probata per duos teſtes, vt probant *Brun. conſ. 64. num. 45. et Guazzin.* qui illum referendo ſequitur, *defen. 30. cap. 31. n. 2. in fin.*

12 Declara tertiò d. concluſionem, vt ſupra, vt habeat locum in aſſertione facta à vulnerato exiſtente in periculo vitæ, ſecùs ſi illa facta ſit a ſimpliciter vulnerato abſque periculo, quia illa non plus operatur, quàm facit ſimplex denunciatio, vt declarant *Clar. in pract. in d. §. fin. quæſt. 21. verſ. aſſertio vulnerati etc. Hond. d. conſ. 107. numer. 17. lib. 1. Maſcar. de prob. d. concluſ. 1134. num. 17. Farinac. in d. quæſt. 46. num. 20. et 23.* vbi alios dat concordantes, *et Ant. de Ball. tract. crim. lib. 1. quæſt. 11. num. 2.*

ADDITIO.

N. 2. in fin. VBi habetur, aſſertionem vulnerati eſſe leue, & debile indicium adde *Farinac. conſ. 5. num. 103. lib. 1. & Zuffi. de legit. proceſſ. crim. lib. 1. quæſt. 19. num. 7. & lib. 3. quæſt. 180. num. 3.*

N. 4. Vbi habetur, quod aſſertio vulnerati adminiculata eſt ſufficiens ad tranſmittendam Inquiſitionem adde *Zuffi. de legit. proceſſ. crim. lib. 3. quæſt. 180. num. 2. & 3.* qui in *d. quæſt. 180. in princ.* dicit, d. aſſertionem vulnerati adminiculatam ſufficere etiam ad tortura, vt habetur in hac *reſolut. 5.*

ASSISTENTIA.

SVMMARIVM.

1 *Aſſiſtens armatus homicidio dicitur illi opem præſtare, & punitur eadem pœna, qua principalis delinquens, & num. 2.*

Contrarium, quod puniatur pœna mitiori, tenent plures, num. 3.

Etiam

Etiamſi adſtitit manus ad arma non poſue-rit, num. 4.

Licèt contrarium teneant plures Doct., num. 5.

Et eò magis, ſi poſt aſſiſtentiam aſſociauerit etiam delinquentem. num. 6.

7 *Aſſiſtens armatus punitur, quando id fecit ſcienter, & dolosè, aliàs ſecùs.*

Et cum armis, aliàs ſecùs. num. 11.

Et quando adſtitit delicto a principio, ſecùs ſi ſuperuenit post illud commiſſum, num. 13.

Si verò adſtitit animo diuidendi rixam, non punitur, num. 12.

Pro vt etiam, ſi adſtitit in loco remoto, n. 14.

8 *Aſſiſtentia in delicto præſumitur potius accidentalis, quàm appenſata.*

Licèt aliqui contrarium teneant, num. 9.

Quod tamen circa hoc attendantur coniectura, dicit, author, num. 10.

15 *Aſſiſtens homicidio, quando poſſit torqueri ad ſciendum an caſualiter, vel appenſatè adſtiterit, remiſſiuè.*

RESOLVTIO VNICA.

Aſſiſtens armatus homicidio an dicatur illi opem præſtare, & qua pœna puniatur.

1 ASſiſtens armatus homicidio, vel alij delicto dicitur illi opem, & auxilium præſtare, & ideò puniri debet eadem pœna, qua punitur ipſe homicida, & delinquens, vt ſcripſit, *Bald. in l.* 1. *circa medium C. de Nili agger. non rump. & in l. c. num.* 6. *C. de ſeru. fugit.* & alibi paſſim, quem ſequuti ſunt, *Alex. conſ.* 138. *n.* 6. *lib.* 6. *& ibi adden. litera C. Ant. Gomez. var. reſol. tom.* 3. *cap.* 3. *num.* 49. latè comprobans, & quamplura iura adducens, *Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt.* 90. *num.* 16. *Maſcard. de prob. concl.* 159. *num.* 18. *lib.* 1. quamplures adducens ita ſentientes, plenè, *Farinac. de conſult. & mandat. quæſt.* 131. *num.* 67. *& ſeq.* vbi quamplures dat concordantes, & dicit, hanc eſſe magis communem Doct. opinionem, *& conſ.* 181. *num.* 11. *lib.* 2. cum quibus pertranſire videntur *Decian. tract. crim. lib.* 8. *cap.* 10. *num.* 6. *Menoch. de arbit. caſu* 350. *in fin. & Vrſell. in exam. vnum concl.* 175. *in prin.* quando dolosè adſtitit, vt ibi per eum, *Illuſtriſſimus Sperellus decis.* 64. *num.* 1. *par.* 1. vbi dicit, hanc eſſe regulam ſatis tritam, *& P. Graſſet. de nece prodit. §.* 20. *num.* 15.

2 Stans enim armatus propè homicidam, vel delinquentem dicitur illi opem, & auxilium præſtare ad delinquendum ad tex. *in cap. ſicut dignum* 6. *§.* 1. *& ibi Felin. num.* 1. 2. *& ſeq. de homic. Alex. in d. conſ.* 138. *num.* 6. *Eugen. conſ.* 90. *num.* 2. *l.* 1. *Maſc. de prob. d. concl.* 159. *in princ.* vbi alios dat concordantes, & teſtatur de communi opinione, *Natt. conſ.* 458. *num.* 2. vbi dicit, d. aſſiſtentem cum armis dici præſtare auxilium proximum, *Menoch. de præſump. lib.* 1. *quæſt.* 89. *num.* 139. *& d. caſu* 350. *nu.* 2. & ideò eadem pœna, qua tenetur principalis delinquens, teneri debet, vt argumentantur Doct. ſupra relati.

3 Licèt contrariam opinionem, quod imò aſſiſtens armatus delinquenti non ſit puniendus eadem pœna, qua punitur principalis delinquens, ſed alia mitiori, tenuerint, *Bald. ſibi contrarius in conſ.* 492. *num.* 1. *lib.* 1. *Carer. in pract. in* 3. *tract. de homic. & aſſaſſin. §. homicidium autem &c. in fin. & §. circa ſecundum num.* 10. & alij plures, quos refert *Farinac in d. quæſt.* 131. *num.* 68. cum quibus pertranſit, *Giurba conſ.* 4. *num.* 10. *& ſeq.* latè comprobans, & ita dicens fuiſſe iudicatum *conſ.* 6. *in fin.* ſed fortè quia conſtabat, adſtantem armatum fortuitò adfuiſſe, vt habetur *in d. conſ.* 4. *num.* 6. *& ſeq.* in quam opinionem inclinare videntur etiam, *Guazzin. def.* 33. *cap.* 10. *num.* 5. *Theſa. quæſt. foren.* 46. *num.* 2. *l.* 1. vbi in fine dicit, ita pro pœna mitiori fuiſſe in illo Senatu iudicatum, & idem vidiſſe ſeruari per Senatum Mediolani, dicit *Clar. in pract. §. fin. quæſt.* 90. *ver. quæro numquid &c. & Ant. de Ball. tract. crim. lib.* 3 *caſu* 1. *ſub num.* 90.

4 Amplia primò d. concluſionem, quod adſtans armatus delinquenti puniatur eadem pœna, qua punitur delinquens, vt habeat locum, etiam ſi adſtans nullum fecerit actum, nec manus ad arma poſuerit, neque illa euaginauerit, quia adhuc d. pœna illum eſſe puniendum, voluerunt, *Carer. in pract. in* 3. *tract. de homic. & aſſaſſ. §. circa ſecundùm n.* 10. *& §. ſequitur de conſulente num.* 1. *Ant. Gomez. var. reſol. tom.* 3. *cap.* 3. *num.* 49. *Ang. de malef. in ver. d. Andreas armatus nu.* 1. vbi dicit hoc eſſe notandum *Natt. d. conſ.* 458. *ſub num.* 2. latè *Maſcar. de prob. d. concl.* 159. *num* 2. vbi quamplures dat concordantes *& nouel.* 1144 *num.* 8. *ſub nu.* 3. *Rimin. Iun. conſ.* 349. *num.* 2. *lib.* 3. vbi teſtatur de communi opinione, quem vnà cum alijs pluribus refert, & ſequitur, *Farinac. de conſult. & mand. d. quæſt.* 131. *num.* 65. *& n.* 9. *& ſeq.* vbi dicit, hanc eſſe veriſſimam opinionem, quando præceſſit ſcientia, & tractatus, & delictum eſt auctum, quia aggreſſum fuit effectus timidior, & aggrediens audacior, vt ibi per eum, quam ampliationem ſequuntur etiam alij plures Doct. quos refert *Giurb. d. conſ.* 4. *num.* 3. *Illuſtriſſimus Sperellus deciſ.* 64. *num.* 4. *par.* 1.

5 Licèt contrariam opinionem tenuerint, *Doct.* adducti *ſupra num.* 3. *& Menoch. de arbitr. caſu* 349. *n.* 20. *Thob. Noni conſ.* 101. *num.* 15. *Burſatt. conſ.* 216. *num.* 63. *& Rimin. Iun. d. conſ.* 349. *nu.* 7. *& ſeq.* quos refert, & ſequitur *Farinac d. quæſt.* 131. *num.* 70. *& ſeq.* quando non conſtat de ſcientia aſſiſtentis, & quando delinquens adhuc erat delictum commiſſurus, & delictum ex aſſiſtentia non eſt auctum, quia delinquens non fuit redditus audacior, & aggreſſus timidior, conſtito etiam de ſcientia, vt ibi per eum, quod vix in facto contingere poteſt, cum ferè ſemper ex aſsiſtentia armati offendens reddatur audacior, & offenſus timidior, vt aduertunt, *Bald. Soc. Aug. ad Ang. & Maſcar.* in hoc relatis per eundem, *Farinac. d. quæſt.* 131. *num.* 93. licèt *num.* 71. *ſeq.* alios contrarium tenentes referat, ſed malè, iudicio meo.

6 Amplia

6 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando adſtans armatus poſt præſtitam aſsiſtentiam cum armis aſſociauit etiam delinquentem, & auxilium præſtitit ad euadendum, quia tunc ex d. aſſociatione præſumitur adſtitiſſe delicto ſcienter, & doloſè, & ideò teneri debet eadem pœna tenetur principalis delinquens, vt tradunt, *Boſſi. in pra. in tit. de homic. num. 25. Thob. Noni. d. conſ. 101. ſub num. 18. Blanc. de indic. n. 237. ver. hoc intellige &c. Farinac. conſ. 181. num. 11. lib. 2. de conſult. & manda. d. quæſt. 131. num. 72. & ſeq.* vbi dicit, idem eſſe, quando aſsiſtens clamando reddidit offendentem audaciorem, & offenſum timidiorem, & quando impediuit, ne quis accurreret in auxilium inſultati, vt ibi per eum; cum quibus pertranſeunt, *Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt. 90. nu. 15. Giurb. con. 2. num. 55. Ant. de Ball. tract. crim. l. 3. caſu 1. ſub nu. 90. & Vrſell. in exam. apum concl. 175. n. 4. & 7.* nec non *Illuſtriſs. Sperel. d. dec. 64. num. 13.*

7 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locum in eo, qui adſtitit armatus homicidio, ſeù delicto ſcienter, & doloſè, animo præſtandi auxilium delinquenti, ſecùs tamen eſt in exiſtente armato caſualiter, & ignoranter, quia tunc non videtur puniendus aliqua pœna, vt docuerunt *Boſſi. in pract. in tit. de homic. num. 22. Menoch. de arbitr. caſu 350. nu. 3. Vulpell. conſ. 96. in prin. Thom. Non. conſ. 96. nu. 3. Odd. conſ 15. num. 10 Maſcar. de prob. d. concl. 159. n. 9. Farinac. de conſult. & mand. d. quæſt. 131. num. 78.* vbi quamplures adducit ita ſentientes, *Caball. reſ. crim. caſu 192. num. 4. cent. 2. Coſta de ſcien. & ignor. cent. 1. diſt. 40. nu. 3.* plenè *Giurb. conſ. 2. num. 10.* vbi quamplures dat concordantes, *& conſ. 4. num. 20. Guazzin. defen. 33. cap. 10. nu. 5. Vrſell. in exam. apum d. concl. 175. num. 3. et Ant. de Ball. tract. crim. lib. 3. caſu 1. num. 80. et pluribus ſeq.* addo *Eugen. conſ. 90. num. 18. lib. 1. et Illuſtriſſimum Sperellum d. deciſ. 64. num. 3. et deciſ. 108. num. 32. par. 2.*

8 Amplia primò d. primam limitationem, vt aſsiſtentia in delicto præſumatur fuiſſe potiùs accidentalis, & ignoranter adhibita, quam appenſata, & ex propoſito, & vigore tractatus præcedentis, niſi contrarium probetur, vt adnotarunt, *Boſſi. in pract. in tit. de homic. num. 33. Menoch. de arbit. dict. caſu 350. num. 3. Vulpell. d. conſ. 96. num. 1. & ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione *Odd. d. conſ. 15. n. 10. Maſcar. de prob. d. concl. 159. num. 10. Coſta de ſcien. & ign. cent. 1. diſt. 8. num. 4.* plenè *Farin. d. quæſt. 131. num. 80. & ſeq.* vbi dicit, adeo hoc eſſe verum, vt credatur adſtanti armato dicenti cum iuramento, adfuiſſe delicto caſualiter, & ignoranter, non autem ſcienter, vt ibi per eum, & *conſ. 219. num. 3. l. 3.* latè *Giurb. d. conſ. 2. num. 22.* vbi dicit, Fiſcum contrarium aſſerentem teneri id probare, *& d. conſ. 4. num. 10.* alios adducens ita ſentientes quamplures, *Vrſell. in exam. apum d. concl. 175. ſub num. 3. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 3. caſu 1. num. 82. Eugen. d. conſ. 90. num. 16. & ſeq. Sperell. d. deciſ. 108. num. 33. Rota deciſ. 297. num. 4. poſt 2. vol. conſ. Farinac.*

9 Quicquid contrarium tenuerint, quod imò aſsiſtens armatus id fecerit ſcienter, & doloſè, *Bald. Blanc. Natt. Ludo. & Baiar.* in locis relatis *per Farinac. in d. quæſt. 131. num. 82.* cum quibus pertranſit, *Caball. reſol. crim. caſu 192. n. 8. cent. 2.* contra quos adeſt receptior, & verior Doct. opinio, de qua ſup.

10 Declara d. primam limitationem, quod an quis adſtiterit armatus delicto doloſè, & ſcienter, an vero ignoranter, & caſualiter, veniunt attendendæ coniecturæ, ex quibus Iudex id poterit arbitrari, vt docent *Alex. conſ. 138. num. 6. lib. 6. Boſſi. in pract. in tit. de homic. num. 22. & ſeq. & num. 25. & ſeq. Vulpell. d. conſ 96. num. 4. Natt. d. conſ. 458. n. 2. Baiar. ad Clar. in d. quæſt. 90. nu. 17. Maſcar. de prob. d. concl. 159. num. 10. Farinac. de conſult. & mandat. d. quæſt. 131. nu. 33. & ſeq.* vbi aliquas ponderat coniecturas excluſiuas doli, & ſcientiæ, & è contra, & idem tradunt, *Giurb. d. conſ. 4. num. 6. Eugen. dict. conſ. 90. num. 13. & ſeq. & Ant. de Ball. tract. crim. lib. 3. caſu 1. ſub num. 90.*

11 Limita ſecundo d. concluſionem, vt non habeat locum in præſente, & aſsiſtente delicto ſinè armis, quia tunc non præſumitur illi aſsiſtere doloſè, & malo animo ad effectum præſtandi auxilium delinquenti, & ideò ad nullam pœnam tenetur, vt voluit, *Auguſt. ad Angel. de malef. in ver. d. Andreas armatus num. 4. & verſ. per prædicta iuncto verſ. ſecundò niſi &c.* quem refert, & ſequitur, *Farinac. de conſult. & manda. d. quæſt. 131. nu. 98.* & ſentit *Alex. d. conſ. 138. num. 6. lib. 6. Illuſtriſſimus Sperellus deciſ. 108. num. 35. par. 2.*

12 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum in eò, qui fuit præſens, & armatus in rixa, interponendo ſe in ea animo diuidendi, quia pœnam non meretur, vt tradunt *Alex. conſ. 138. nu. 6. lib. 6. Clar. in pract. §. fin. d. quæſt 90. verſ. quæro numquid. in fin. & ibi Baiar. num. 21. & ſeq. Maſcard. de prob. d. concl. 159. num. 11. et Farinacc. de conſult. et manda. d. quæſt. 131. num. 97.* vbi dicit, in dubio præſumi, quem in rixa interueniſſe potiùs ad effectum diuidendi, quam offendendi, & opem præſtandi, etiam quod in diuidendò aliquem vulnerauerit, & quod id probatur præſumptionibus, aliquas ex eis referendo, vt ibi per eum, *Coſta de ſcien. et ignor. cent. 1. diſt. 8. num. 3.*

13 Limita quartò d. concluſionem, vt habeat locum in eo, qui adſtitit armatus rixæ à principio, ſecùs in eo, qui ad illam acceſſit poſtquam rixa eſt incœpta, & poſt vulnera, & mortem ſequutam, quia tunc, etiamſi offendentem auxiliauerit, tenetur tantùm de eo, quod fecit, nō autem vti opem præſtans, & vti auxiliator, vt voluerunt, *Maſcar. de prob. d. concl. 159. num. 23. & concl. 1144. num. 5. lib. 3. Odd. d. conſ. 15. num. 13. & ſeq. Farinac. in d. q. 131. num. 100. Eugen. d. conſ. 90. num. 20. Giurb. conſ. 42. num. 2. & ſeq.*

14 Limita quintò d. concluſionem, vt non habeat locum in eo, qui ſtat armatus in loco remoto à rixa, & homicidio, quia ille non punitur eadem pœna, qua punitur principalis delinquens, vt adnotarunt, *Bald. in l. ob hæc verba 20. num. 5. ff. de his qui notab. infam.* vbi dicit, proximum locum dici, quando ex eo poteſt delinquenti auxiliari. *Clar. in pract.*

pract. in d. quæſt. 90. verſ. quæro numquid &c. Thob. Non. d. conſ. 96. num. 6. & conſ. 101 num. 14. Maſcar. d. concl. 159. num. 1. ver. intellige tamen &c. Farin. de conſult. & mand. d. quæſt. 131 num. 90. & ſeq. vbi tenet, quod contra aſſiſtantem in loco remoto ſit locus eidem pœnæ, quando ex d. aſſiſtentia offendens reddi poteſt audacior, vel offenſus timidior, vt ibi per eum, addo, *Giurb. d. conſ. 4. num. 2. in fin.* alios referentem concordantes, & *Anton. de Ball. tract. crim. lib. 4. quæſt. 7. num. 15.* circa quæ plurimum deferendum prudentis Iudicis arbitrio cenſorem, prout de hac difficili materia dicit, *Menoch. de arbitr. caſu 350. per totum.*

15 Aſſiſtens verò armatus homicidio, ſeù delicto quando potuit per Iudicem torqueri ad ſciendum, an ſcienter, & doloſè adſtiterit, ſeu potius caſualiter, & ignoranter, tradit late, *Farinacc. de conſult. & mand. d. quæſt. 131. num. 36. & 37. Giur. conſ. 42. ferè per totum, & Ant. de Ball. tract. crim. lib. 3. caſu 1. num. 31. & num. 90.* Ipſos conſulas.

ASSOCIATIO.

SVMMARIVM.

1 *Aſſociatio delinquentis poſt delictum, ad effectum illum euadendi à Curia, punitur ſolùm pœna extraordinaria:*

Si tamen aſſocietur ad euadendum illum ab inimicis, nulla pœna punitur, num. 3.

Idem eſt, ſi aſſociatio ſit facta ignoranter, n. 4.

Prout de iure ignoranter facta præſumitur, n. 5.

Licèt contrarium teneant plures Doct., n. 6.

Neque punitur aſſocians ſine armis, & parùm longè, num. 7.

Nec quãdo aſſociatio eſt facta ad bonũ finẽ, n. 8.

Nec quando non aderant birruarij parati ad capiendum delinquentem, num. 9.

Prout neque, quando aſſociatio non eſt facta locum tutum, num. 10.

2 *Aſſocians delinquentem poſt delictum non dicitur propriè opem ferre delicto.*

11 *Aſſociatio facta poſt delictum punitur pœna ordinaria, quando eſt facta præcedente tractatu.*

Licèt contrarium teneant aliqui Doct. nu. 12.

Et idem eſt, quando quis aſſociauit, & adſtitit etiam delicto, num. 13.

Declara, vt num. 14.

RESOLVTIO I.

Aſſociatio delinquentis poſt delictum ad effectum illum euadendi à Curia qua pœna puniatur.

ASſociatio delinquentis poſt commiſſum delictum ad effectum illum euadendi à Curia, ſi delicto non interfuit, non punitur pœna ordinaria delicti, ſed alia extraordinaria, & mitiori, vt tradunt, *Plax. in epit. delict. lib. 1. cap. 16. num. 5.* vbi teſtatur de magis communi Doct. opinione, *Thob. Non. conſ. 101. nu. 19. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 90. ver. aut verò &c. Menoch. de arbitr. caſu 349. in prin. Ant. Gomez. var. reſol. tom. 3. cap. 3 num. 50.* vbi hanc concluſionem dicit communiter receptam per Doct. *Eugen. conſ. 90. num. 9. & 27. lib. 1. Maſc. de prob. concl. 1144. num. 12. lib. 3.* latè, *Farinacc. de conſult. & mandat. quæſt. 132. num. 4.* vbi quam plures adducit ita ſentientes, *et numer. 10. et ſeq.* ampliat hanc concluſionem, vt habeat locum, etiam in aſſociatione facta in continenti, ſi tamen non adſtitit delicto cum armis vt ibi per eum, *Guazzin. defen. 33. cap. 10. num. 7. Giur. conſ. 42. num. 6.* & ſentit etiam *Vermigl. conſ. 70. nu. 11.* nec non *Vrſell. in exam. apum, concl. 175. num. 4.*

2 Aſſocians enim reum poſt commiſſum per eum delictum non dicitur propriè, opem præſtitiſſe delicto, vt tradunt, *Canoniſtæ in cap. 1. de Offic. deleg. Angel. de malef. in ver. & Andream auxiliatorem n. 3. & ibi Adden.* atteſtantes de communi opinione, *Farinac. d. q. 132. in prin.* alios referens quamplures, ita ſentientes *Guazzin. d. defen. 33. cap. 10. num. 7. ac Merlin. Pignatell. controu. foren. cap. 26. num. 21. par. 2.* iniquum autem eſt, quod vbi minùs auxilij ſit eadem quoque ſit veri auxilij pœna, vt dixit *Salic. in l. 1. num. 24. C. de rapt. Virg.* quem ſequuntur, *Giurb. conſ. 4. num. 10. Illuſtriſſimus Sperellus deciſ. 108. num. 3. par. 2.*

3 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locum in aſſociante delinquentem poſt delictum ad effectum illum euadendi à manibus Curiæ, ſecus tamen eſt, ſi illum aſſociauit ad effectum ne offenderetur ab inimicis, ſeù ab aliquo priuato, quia tunc nulla pœna, neque extraordinaria, puniri debet, vt voluerunt, *Gram. conſ. 58. numer. 22. et ſeq. Thob. Non. conſ. 96. num. 10. et ſeq. Eugen. conſ. 76 num. 81. et conſ. 90. num. 29. et 34. lib. 1. Odd. d. conſ. 15. nu. 16. et ſeq. Aldouin. conſ. 23. nu. 29. Guazzin. d. defen. 33. cap. 10. num. 11.* vbi alios dat concordantes, vbi dicit, aſſociationem factam fuiſſe ad alium finem, probari ex aſſertione aſſociantis medio iuramento, vt ibi per eum, cum quibus pertranſeunt, *Farinac. de conſult. et mand. d. quæſt. 132. n. 19. Vermig. d. conſ. 70. num. 11. et Giurb. conſ. 28 num. 14.*

4 Limita ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum in aſſociante delinquentem poſt delictũ ſcienter, & doloſè, ſecùs ſi ignoranter, nulla habita notitia de delicto commiſſo, quia tunc nulla intrat pœna, nec ordinaria, nec extraordinaria, vt tradunt *Curen. in pract. in 3. tract. de homic. §. circa ſecundùm num. 8. Thob. Non. conſ. 96. nu. 9. Vulpell. conſ. 9. num. 10. Farin. de conſult. et manda. d. quæſt. 132. num. 9. et 32. Odd. d. conſ. 15. num. 15. et ſeq. Aldouin. conſ. 23. num. 28.* & alij quos refert, & ſequitur *Giurb. d. conſ. 42. ſub num. 6. in fin.* & idem tenet *Menoch. de arbitr. caſu 349 num. 6. et 16.*

5 Declara d. ſecundam limitationem, vt in dubio præſumatur, aſſociantem delinquentem ignoranter, & non doloſè illum aſſociaſſe, cum aſſociatio poſſit eſſe ad bonum, & ad malum, vt not. *Thob. Non. d. conſ. 96. num. 9. Eugen. conſ. 90. nu. 16. et ſeq. lib. 1. Coſta, de ſcien. et ignor. cent. 1. diſt. 8. num. 5. 6. et ſeq.*

et ſeq. Odd. d. conſ. 15. nu. 15. et ſeq. Aldouin. conſ. 23. num. 28. Giurb. d. conſ. 2. num. 19. et conſ. 41. num. 8. vbi hoc limitat, niſi delictum eſſet notorium, *&* *conſ. 42. num. 6.* & ſentit etiam, *Guazzin. defen. 33. cap. 10. n. 11.* & not. expreſsè, *Men. d. caſ. 349. n. 6.*

6 Licèt contrariam opinionem, imò aſſociationem factam poſt delictum præſumi non ſolùm ſcienter, & doloſè, verùm etiam præcedēte tractatu factam, ſcripſerint, *Decian. in cap. 1. num. 66. in fin. de Offic. delegat. Caſon. de indic. & tortur. in tit. de indic. maleſ prænca. poſt delict. tract. 5. num. 5.* quos referendo ſequitur, *Farinac. de conſult. & mandat. d. quaſt. 132. n. 33. & n. 37.* vbi dicit, in hoc eſſe attendēdas coniecturas, & dicam latiùs in reſolutione ſequen.

7 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum in aſſociante ſinè armis, & non longè, puta per viginti, vel vigintiquinque paſſus in circa, quia tunc non punitur, cum non dicatur propriè aſſociatio, vt tenent, *Vulpell. dict. conſ. 99. n. 8. Thob. Non. conſ. 101. num. 18. & ſeq. Farinac. de conſult. & mand. dict. quaſt. 132. num. 8. & Guazzin. d. defen. 33. cap. 10. num. 7. in fine.*

8 Limita quartò d. concluſionem, vt non habeat locum in aſſociante delinquentem non ad malum finem, ſed ne alia delicta committeret, quia tunc illum nulla pœna teneri, voluit, *Eugen. d. conſ. 76. num. 82 & ſeq. lib. 1.* cum quo pertranſit, *Guazzin. defen. 33. cap. 10. n. 8.* vbi alios adducit concordantes *& num. 11. in fin.* qui *num. 7.* dicit, idem eſſe, quando reus ex aſſociatione nullam recepit vtilitatem, vt ibi per eum.

9 Limita quintò d. concluſionem, vt non habeat locum quando non aderant officiales, & birruarij parati ad capiendum delinquentem, quia tunc aſſociatio non dicitur facta ad effectum excedendi reum è manibus Curiæ, & ideò non eſt punibilis, vt tradunt, *Horat. Lut. conſ. 168. num. 26. inter conſ. crim. diuer. lib. 1. Bertaz. conſ. 315. num. 7. lib. 2. Rim. Iun. conſ. 675. num. 11. Turre. conſ. 66. num. 20. in fin.* quos refert, & ſequitur, *Guazzin. d. defen. 33. cap. 10. num. 12.* & tenuit etiam *Giurb. d. conſ. 42. ſub n. 6.*

10 Limita ſextò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando aſſociatio non eſt facta ad locum tutum a Curia, quia tunc illam non eſſe punibilem, voluerunt *Thob. Non. conſ. 101. num. 19. Rim. Iun. dict. conſ. 675. num. 11. Bertaz. conſ. 310. num. 8. lib. 2. & Turrett. d. conſ. 66. num. 20.* quos pariter refert, & ſequitur *Guazzin. d. defen. 33. cap. 10. num. 12. in fin.* vbi dicit, d. qualitatem loci tuti eſſe probandam per Fiſcum, vt ibi per eum, cum quibus pertranſit, *Aldouin. d. conſ. 23. nu. 30.* & faciunt notata per *Vermigl. conſ. 70. num. 10. & 11.*

11 Declara primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando aſſociatio facta fuit præcedente prius tractatu, & promiſſione de aſſociando poſt patratum delictum, quia tunc d. aſſocians poſt delictum non mitiori pœna, ſed eadem, qua punitur delinquens principalis, puniri debet, vt generaliter de præſtante auxilium poſt delictum, *Ant. Gomez. var. reſol. tom. 3. cap. 3. ſub num. 50.* vbi dicit, ita in Ciuitate Salmaticen: fuiſſe in facto ſeruatum, *Plaz. in epit. delict. lib. 1. cap. 16. nu. 5. ante fin. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 90. in prin. Farinac. de conſult. & mand. d. quæſt. 132. num. 29.* vbi alios quamplures adducit concordantes, & teſtatur de magis communi Doct. opinione & ſentit etiam, *Guazz. d. defen. 33. cap. 10. num. 7. in prin.* nec non, *Giurb. d. conſ. 42. num. 9.* alios referens ita ſentientes, *& Illuſtriſſimus Sperellus deciſ. 108. num. 32. par. 2.* alios adducens concordantes.

12 Licèt contrariam opinionem, non eſſe locum pœnæ ordinariæ, tenuerint *Capoll. conſ. 27. per tot. Bertaz. conſ. 324. per tot. lib. 1. Laderch. conſ. 194. per tot.* qui teſtatur de veriori, & receptiori opinione, *& Baiard. ad Clar. d. quæſt. 90. num. 5. ver. addo quod &c.* contra quos fuiſſe in facto iudicatum, dicit, *Farinac. d. quæſt. 132. nu. 31.* & idem tenet, *Menoch. de arbitr. caſu 349. num. 24.* & vide ſcripta per me in *ſequen. Reſolut.*

13 Declara ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in eo, qui non ſolùm aſſociauit delinquentem poſt delictum, verùm etiam adfuerit armatus in rixa, quia tunc d. aſſocians punitur eadem pœna, qua punitur delinquens, vt ſcripſerunt, *Boſſ. Thob. Non. Blanc. Farinac. Baiar. Giurb. Vrſell. & Illuſtriſſimus Sperellus in loc. relatis infra in ver. Aſſiſtentia reſolut. vnica num. 6.*

14 Subdeclara tamen notabiliter d. ſecundam declarationem, quod aſſocians, & præſens homicidio non poſſit puniri maiori pœna, quàm principalis delinquens, & homicida, itaut ſi integre iens nulla pœna puniri poſſit, vt quia occidit vxorem repertam in adulterio, vel adulterum, & ſimilia, ipſe quoque aſſocians, & præſens homicidio impunitus remanere debeat, & ſi principalis pœna exilij tantùm ſit puniendus, ipſe quoque d. pœnam tantùm ſubire debeat, cum quod quis poteſt facere per ſe, poſſit etiam facere per miniſtros ad id neceſſarios, vt ſcribit, *Menoch. de arbitr. caſu 349. num. 15. &* iſtè quamplurìbus adductis authoritatibus, diſſerit *Caball. reſol. crim. caſu. 300. nu 60. & ſeq. cent. 3. & Vermigl. conſ. 44 n. 6.* Ipſos adeas.

A D D I T I O.

N. 3. VBi habetur quod aſſociatiò delinquentis facta poſt delictum cum animo euadendi illum a Curia, ſed ſaluandi illum ab inimicis nulla pęna punitur adde *Farinac. conſ. 219. num. 5. lib. 3.* dicentem ita in dubio eſſe præſumendum.

N. 4. Vbi habetur quod aſſocians delinquentem poſt delictum ignoranter, & non habita ſcientia de delicto nulla pęna punitur adde *Farinac. conſ. 219. num. 3. & ſeq. lib. 3.* qui dicit ita eſſe præſumendum, & quod pariter nulla pęna punitur aſſocians delinquentem ſine armis, & non multum longe, vt habetur in hac *Reſolut. num. 7.*

S V M M A R I V M.

1 *Aſſocians delinquentem ad euadendum illum à Curia poteſt torqueri ſuper tractatu, & ſcientia.*
Licèt contrarium teneant plures Doct. num. 3.

Proce-

Procedit, ſi aſſociatio ſit facta in continenti, ſecùs ſi ex internallo, num. 1.

Et non habeat locum in conſanguineo, vel affine aſſociante, num. 4.

Neque in aſſociante non multùm à longè à rixa, num. 5.

Neque in aſſociante ignorante, fuiſſe commiſſum delictum, num. 6.

Neque quando apparet ex coniecturis, aſſociatione in fuiſſe factam abſque participatione delicti, num. 9.

7 *Aſſociatio, & auxilium poſt delictum præſumitur præſtitum ignoranter.*

Contrarium tenent plures Doct. num. 8.

30 *Aſſociatio, vt arguat tractatum, probari debet per duos teſtes.*

RESOLVTIO II.

Aſſocians delinquentem ad euadendum illum à Curia an poſſit torqueri ſuper tractatu, & ſcientia.

1 ASſocians delinquentem poſt delictum ad effectum illum euadendi à Curia, ſeù illum occultans, receptans, vel alio modo auxilium illi præſtans pro dicto auxilio præſtito non ſolùm puniri poteſt pœna extraordinaria, vel ordinaria, vt *in reſolutione præcedenti*, ſed etiam torqueri poteſt ſuper tractatu præcedenti, & ſcientia, cum ex dicta aſſociatione, & auxilio præſtito poſt delictum oriatur præſumptio ſcientiæ, & occulti tractatus contra illum, quæ facit contra eum indicium ad torturam, vt tradunt *Clar. in pract. §. fin. quæſt 90. ver. Aut verò &c.* vbi dicit, ita fuiſſe in facto leruarum per Senatum Mediolani, *Vulpell. conſ. 99 num. 6. Thob. Non. conſ. 96. num. 7. Menoch. de præſump. lib. 1. quæſt. 89. nu. 109. Maſcar. de prob. concl. 1144. num. 13. lib 3.* plenè *Farinac. de conſult. & mand. quæſt. 132 num. 34.* vbi quamplures adducit ita ſentientes, & dicit, ex d. auxilio præſtito poſt delictum oriri contra aſſociantem, & ſimiles præſumptionem transferentem in eos onus probandi contrarium, & producentem indicium ſufficiens ad torturam, vt ibi per eum, *& conſ. 55. num. 52. lib. 1 Eugen. conſ. 90. num. 13. lib. 1. Guazzin. defen. 33 cap 11. in prin* alios referens concordantes plenè *Giurb. conſ. 42. num. 10. & ſeq. Vermigliol. conſ 82. num. 6. & Illuſtriſſimus Sperellus deciſ. 64. num. 13. par. 1.*

Ex aſſociatione enim, & auxilio præſtito poſt delictum oritur præſumptio occulti conſilij, & tractatus contra aſſociantem, & opem ferentem, quæ vel tranſfert in eum onus probandi contrarium, vel facit contra ipſum indicium ad torturam, vt dixi, & not. *Farinac. in d. quæſt. 132. num. 34. Guazzin. d. defen. 33. cap. 11. in prin. Giurb. d. conſ 42. n. 10. & ſeq.* & alij Doct. ſupra adducti.

2 Quicquid contrarium teneatur, *Turret. conſ 66. n. 7. & ſeq. lib. 1.* volens, ex d. præſumptione non oriri indicium ad torturam, quem refert, *Guazz dict. cap. 11 ſub numer 1.* & cum eo pertranſire videtur idem *Giurb.* ſibi contrarius *conſ. 2. n. 17. & ſeq.*

3 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locum in aſſociante, vel in præſtante auxilium delinquenti poſt delictum in continenti ſequuto delicto, ſecùs tamen eſt, ſi illa fiat ex interuallo, quia tunc nullum ex ea reſultat indicium, cum ex temporis interuallo excludatur omnis doli præſumptio, vt voluerunt, *Menoch. de præſump lib. 1. quæſt. 89. nu. 110. Farinac. de conſult. & mand. d. quæſt. 132. nu. 35. & quæſt. 133. nu. 28. & ſeq. & conſ. 219. in prin. l. 3. Aldouin. conſ. 23 num. 24. Eugen. conſ. 76. nu. 98. l. 1. Guazzin. d defen 33 cap. 11. n. 2. circa medium, Giur. dict. conſ. 42. num. 19. & Vermigl. conſ. 82. num. 6. & conſ. 94 in prin.*

4 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in aſſociante, vel aliter auxilium præſtante poſt delictum, qui ſit conſanguineus, vel affinis delinquentis, quia ex d. conſanguinitate, vel affinitate in eo ceſſat d. præſumptio tractatus, & conſilij ad delinquendum, vt docuerunt *Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt 89 nu. 111.* alios adducens ita ſentientes. *Farinac. de conſult. & mand. d. quæſt. 132. num. 39. & quæſt. 133. nu. 27.* vbi loquitur in conſanguineo receptante, & *d. conſ. 219. in prin. lib. 3.* quem refert, & ſequitur, *Vermigl. d. conſ. 82. num. 7.*

5 Limita tertiò d. concluſionem, vt habeat locum in aſſociante delinquentem longè procul à rixa, ſecùs tamen eſt in aſſociante non longè, puta per viginti, vel vigintiquinque paſſus, vel circa, quia tunc nullum contra eum inſurgit indicium ad torturam, cum illa non dicatur aſſociatio, vt in terminis incendus pœnæ tradunt, *Vulpell. Thob. Non. Farinac. & Guazzin.* in locis relatis *in reſol. præcedenti in 4 limit.* & in terminis noſtris ſcribit idem, *Farin. de conſult. & mand. d. quæſt. 132. num. 38.*

6 Limita quartò d. concluſionem, vt non habeat locum in aſſociante delinquentem ignorante, per eum fuiſſe commiſſum delictum, quia tunc nulla contra eum inſurgit mala præſumptio tractatus, ſeù conſilij ſufficiens ad torturam, vt not. *Vulpell. conſ. 99. num. 11. Farinac. de conſult & mand. d. quæſt. 132. num. 18. Guazzin. d. defen. 33. cap. 11. ſub num. 2. Vermig. conſ. 63 in fin. & conſ. 394. in prin.* & faciunt *Carer. Thob. Non. Odd. Aldouin. Eugen. & Giurb. allegat. in reſol. præcedenti in 2. limitatione*, volentes aſſociantem ignoranter delinquentem nulla pœna puniri debere, prout ibi eſt videre.

7 Declara d. quartam limitationem, vt in dubio aſſociatio, & auxilium præſtitum poſt delictum, præſumatur facta, & præſtitum ignoranter, ita vt Fiſcus teneatur probare ſcientiam, alias reus non poſſit moleſtari, vt voluerunt, *Alb. conſ. 47 in fin. lib. 1. Maſcar. de prob. concl. 1265. num. 3. lib. 3.* vbi loquitur in receptatore, *Menoch. de arbit. caſu 349. num. 6. Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 34. num. 7. Odd. d. conſ. 15 num. 15 & ſeq. Aldouin. conſ. 23. nu. 28. Turret. d. conſ. 66. num. 18 lib. 1. Ant. Gomez. var. reſolut. tom. 3. cap. 3. num. 50. Coſta. de ſcien. & ignor. cent 1. diſl. 8. num. 4. & ſeq. Rim. Iun. conſ 675. num. 6. & ſeq. lib. 6.* plenè *Guazzin. defen. 33. cap. 11. ſub. num. 2.* vbi

hoc

hoc latè comprobat, *Giurb.conſ.2.num.19.et conſ.41.num.8.et conſ.32.nu.6.* qui alios adducunt concordantes, & dicunt, prædicta non habere locum, quando delictum eſset notorium, vt ibi per eos.

8 Licet contrariam opinionem, quod imò aſsociatio facta poſt delictum in dubio præſumatur facta non ſolùm ſcienter, & doloſè, ſed etiam præcedente tractatu, voluerint *Decian.in cap.1.num.66. in fin.de offic.delegat & Caſon.de iudic.& tort.tract.5.num.5.* quos referendo ſequitur *Farinac.de conſul.& mand.d quæſt.132.nu.33 et 37.* vbi dicit, in hoc eſſe attendendas coniecturas, & idem dicit *in eod.tit.de conſult.quæſt.130.num.8.*

9 Limita quintò d.concluſionem, vt non habeat locum, quando ex præſumptionibus, & coniecturis apparet, quod quis aſſocians delinquentem abſque vlla participatione delicti quia tunc nullum iudicium oriri contra aſſociantem, voluerunt, *Thob.Non.d conſ.96.num.8.et ſeq.* vbi plures adducit præſumptiones d. tractatum excludentes, *Menoch.de præſump.lib.1.quæſt.89.nu.139.in fin. Baiar.ad Clar.in pract.§.fin.d.quæſt.90.num.18. Farin.de conſult.et mand.d.quæſt.132.num.37* plenè *Turrett.d.conſ 66.num.11.lib.1.* vbi ponit plures coniecturas excludentes præſumptionem conſilij, & tractatus, & præcipuè ſi aſſocians, ſit bonæ famæ, ſi ſponte in carceribus ſe conſtituerit, ſi delictum fuit commiſſum in rixa, & ſit ſinè tractatu, vt ibi per eum, & idem facit *Guazzin d.defen.33.cap.11.num.2.per totum* cum quibus pertranſit, *Eugen num.d.conſ 90.num.15.lib.1.*

10 Declara poſtremò d.concluſionem, quod aſſociatio, vt ex ea præſumatur tractatus, vti indicium à remotis, probari debet per duos teſtes integros, vt poſt *gloſ.in l.fin.C.famil erciſc,* per eum relatam ſcribit, *Vulpell.conſ 99.num.7.*

A D D I T I O.

N.1. VBi habetur, quod aſſocians delinquentem ad illum euadendum à Curia poteſt torqueri ſuper tractatu, & ſcientia adde, *Farinac.conſ. 219. in prin. lib. 3.* vbi alios dat concordantes.

N.3. Vbi habetur aſſociantem delinquentem poſt delictum non incontinenti, ſed ex interuallo nulla pœna puniri adde *Farinac.conſ.219.num.1.& ſeq.lib.3.* vbi dicit, aſſociationem præſumi factam ignoranter, maximè ſi ſit facta ſine armis, vt ibi per eum.

A V X I L I V M.

S V M M A R I V M.

1 *Auxiliatores inquiri non poſſunt, non conſtito de principali delinquente, & eius delicto.*

Et quidem plenè per teſtes, vel veram delinquentis confeſſionem, non autem per ſententiam contumacialem, num.2.

Quod tamen non ſeruari de conſuetudine, tenent plures Doct, num.3.

Quam non eſſe extendendam ad alia loca, voluit plures, num.4.

5 *Auxiliatores, vt inquiri non poſſint non conſtito de principali delinquente incertitudo debet eſſe omnimoda.*

R E S O L V T I O I.

Auxiliatores an poſſint inquiri non conſtito de principali delinquente, & eius delicti.

1 COntra auxiliatores procedi non poteſt, non conſtito de principali delinquente, & eius delicto ad tex.*in l.ſi is, qui rem 68.§ ſi in 7 ſtium* & ibi not *Bart.et alij ff.de furt. Surd. conſ.40.num.47.lib.1 Vulpell.conſ.113.nu.9. Hond.conſ.98.num.13.lib.1* alios adducens ita ſentientes, *Menoch.de arbitr.caſu 349 num.13. Farin.de inquiſ.quæſt.3.num.4.* vbi dat concordantes, *& de conſult.& mand.quæſt 131.numer.54.& conſ.37.num.18.& conſ.60.num.121.lib.1. Guazzin.defen.33.cap.10.num.16.* plenè *Giurb.conſ.41.num.42, & conſ.87.num.1 Flam.Cartar.de execut.ſent c. bann.cap.1.num.340.* vbi teſtatur de communi opinione, *Mut.Cartar.de pœn innoc.art.3.num.699.* vbi dicit, hoc habere locum etiam in mandante, de quo dixi infra *in ver.mandatum. Ciriac.contr.132.nu.40.* Acceſſorium enim non datur ſinè principali, *cap. acceſſorium 42.de reg.iur in 6.Surd d.conſ.40.num.47. Farinac.de inquiſ.d.quæſt.3.ſub nu.2.Hond.conſ.107.num.12.lib.1.Ciriac.contr.220.num.15.*

2 Amplia primò d.concluſionem, vt de delicto principalis, ad hoc vt contra auxiliatorem, procedi valeat, conſtare debeat plenè, & concludenter, puta per teſtes, vel per veram illius confeſſionem ex ore proprio prouenientem, non autem per indicia, vel per fictam illius confeſſionem ex contumacia reſultantem, & ſic ex condemnatione contumaciali ipſius principalis, quia illa non eſt ſufficiens ad procedendum contra auxiliatorem, vel mandantem, vt voluerunt, *Menoch.de arbit.d.caſu 349.num.13.& ſeq.Thob.Non.conſ.101.nu.7. Maſcar.de prob.conſ.169.num.17.lib.1.Surd.d.conſ.40.nu.47.Clar.in pract.§.fin. quæſt.90.num.6.Hond.conſ.98.num.13.& pluribus ſeq.lib.1.* vbi vult, neque ſufficere veram principalis confeſſionem, *& conſ.107.num.13.eadem lib.1.& conſ 87.num.145.lib.2.Cartar.de execut ſent.cap.ban.d. cap 1.n.349. Farinac.conſ 37.num.19 lib.1.* vbi dicit, de delicto principalis conſtare debere, vel per confeſſionem principalis veram, vel per duos teſtes verè, & concludenter *& de conſult.& mand. quæſt.131.nu 55.& ſeq Guazzin.defen. 33.cap.10.num. 16. et 17. Giurb. d.conſ. 87.nu.1. et Muti. Cart. de pœn. innoc. d. art.3.num. 699.*

3 Declara d. primam ampliationem, vt quicquid ſit de iure dicendum, de conſuetudine, tamen contrarium ſeruatur, vt de conſuetudine, Status Mediolani teſtatur, *Clar. in pract d. quæſt. 90. verb. ſciat etiam &c.* vbi dicit, quod hæc eſt bona pra-

ctica,

ctica, & de conſuetudine Status Eccleſiaſtici, & Regni Neapolit. teſtatur *Baiar ad Clar. d. q. 90. n. 9. et ſeq.* vbi dicit, contrarium ſeruare ridiculum eſſe, & contra bonum publicum, cum plura delicta remanerent impunita, vt ibi per eum, & de conſuetudine, & practica Almæ Vrbis, & totius pariter Status Eccleſiaſtici fidem facit *Farinac. de inquiſ. d. q. 3. num. 5. ver. ego autem etc.* vbi dicit, quotidiè practicari, quod procedatur contra auxiliatores, licèt ita plenè de principalis delicto non conſtet, & ſufficere de eo conſtare per ſola indicia, & quod alias multa delicta remanerent impunita, & quod ampliatio ſupradicta non eſt vera, dummodo tamen de principali delinquente aliqualiter conſtet, ſaltem per indicia, vt ſupra, cum non poſſit inquiri, nec interrogari auxiliator ſuper auxilio, niſi ei nominetur principalis delinquens, vt ibi per eum, & ita ego ſeruari, & ſeruari vidi pluries in Statu Vrbini, dum in illius Ciuitat. Iudicis, & Auditoris legationis Officio per plures annos functus fui.

4 Licèt d. conſuetudinē non eſſe extendendā, vtpote ſtricti iuris, extra loca, in quibus Doct. ſupradicti teſtantur illam adeſſe, voluerint *Burſat conſ. 146. num. 10. & Cartar. de exec. ſent. cap. bannit. n. 349.* cum quibus ſentire videntur *Guazzin. d. defen. 33. cap. 10. num. 15. & Giurb. d. conſ. 87. ſub num. 1.*

5 Declara d. concluſionem principalem, quod incertitudo principalis delinquens, nec contra auxiliatorem procedi poſſit, omnimoda eſſe debet, alias ſecùs, vt tradunt *Natt. conſ. 422. n. 14. par. 2. Surd. d. conſ. 40. n. 10. Giurb. d. conſ. 87. n. 22. verſ. ſecundò reſpondeo &c.* & ſcribit etiam *Farin. de inquiſ. d. quæſt. 3. num. 5. verſ. nam pro declaratione &c.*

S V M M A R I V M.

1 *Auxiliatores vt poſſint inquiri de auxilio, debent præcedere indicia ſpecialia auxilium indicantia.*

R E S O L V T I O II.

Auxiliatores vt poſſint inquiri de auxilio an debeant præcedere indicia ſpecialia auxilium indicantia.

1 VT poſſit procedi contra aliquem de auxilio, ſeù participatione in delicto, debent præcedere indicia ſpecialia ſuper auxilio, & participatione, & illorum qualitatibus, itaut non ſufficiant indicia generalia deſumpta ex inimicitia, & ſimilia, vt tradunt *Eugen. conſ. 76. num. 26. & 37. lib. 1. Guazzin. defen. 4. cap. 14. n. 7. et ſeq. Farin. de conſul. et mand. quæſt. 129. ſub num. 21. Ciriac. contr. 106. num. 33. et ſeq. et num. 71.* qui alios adducunt ita ſentientes *D. Andreol. controu. 149. num. 1. et ſeq.* & dixi ego *allegat. forenſ. 90. num. 10. et ſeq.*

Cum enim in d. caſu fiſcus procedat contra auxiliatores, & participes in delicto, non vti principales authores delicti, ſed vti auxiliatores, & participes, vt dixi, ſi vult eos torquere, neceſſe eſt, quod indicia reſpiciant ipſum auxilium, participationem, vel tractatum, & ſint talia, quæ verè, vel præſumptiuè apparere faciant de corpore auxilij, ſeù participationis, vel tractatus, vt tradunt *Eugen. conſ. 27. n. 32. et ſeq. et d. conſ. 70. num. 36. et ſeq. lib. 1. Ciriac.* benè declarans *d. controu. 106. n. 33. et 34. D. Andreol. d. contr. 149. num. 5. in fin.* & dixi ego *d. alleg. foren. 90. num. 10. et 11.*

S V M M A R I V M.

1 *Statutum puniens auxiliatores, et fautores intelligitur de auxiliatoribus, et fautoribus in ipſo delicto, non autem poſt delictum.*
Limita vt num. 3. et 4.

2 *Statutum puniens auxiliatorem non comprahendit conſultorem, et è contra.*

5 *Auxilium quando dicatur præſtare cauſam proximam, vel remotam delicto, remiſſiuè.*

R E S O L V T I O III.

Statutum puniens auxiliatores, et fautores an intelligatur de auxiliatoribus, et fautoribus in ipſo delicto, vel poſt.

1 STatutum, ſeù conſtitutio puniens auxiliatores, & fautores eſt intelligēdum de auxiliatoribus, & fautoribus in ipſo delicto, non autem poſt delictum, vt docent *Vital. in clemen. 1. num. 37. de pæn. Carer. in pract. in 3. tract. de homic. et aſſaſſ. §. circa tertiū num. 11. Marſil. conſ. 30. num. 22. et ſeq. Rom. Sen. conſ. 80. ſub num. 6. lib. 1.* quos refert, & ſequitur *Farin. de conſul. et mand. quæſt. 132. num. 41. Guaz. defen. 33. cap. 10. num. 7. in fin. Giurb. conſ. 412. n. 4.*

Auxilium præſtitum poſt delictum non dicitur propriè auxilium, vt tradunt *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 90. num. 2. Surd. conſ. 425. num. 53. lib. 3. Guazz. d. defen. 33. cap. 1. num. 7. Giurb. d. conſ. 42. in prin. Merlin. Pignatel contr. foren. cap. 26. num. 21. par. 2.* in pœnalibus autem verba propriè, & ſtrictè ſunt accipienda *l. interpretatione 42. ff. de pæn. cap. odia 15. de reg. iur. in 6. Farin. de carcer. et carcer. quæſt. 30. ſub num. 184. Ciriac. contr. 101. num. 56.* alios dans concordantes *Vermigl. conſ. 394. num. 1. Ant. de Ball. tract. crim. caſu . num. 124. lib. 3.*

2 Amplia d. concluſionem, vt Statutum puniens auxiliatorem non trahatur, nec cōprehendat conſultorem, & è contra, cum conſilium differat ab auxilio, & dicatur auxilium impropriè, vt tradunt *Boſſ. in pract. in tit. de mandat. et ad homic. num. 66. Plaz. in epit. delict. lib. 1. cap. 17. n. 15. Farin. de conſul. et mand. quæſt. 129. nu. 7.* vbi alios dat concordantes *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 4. quæſt. 2. nu. 2.*

3 Limita d. concluſionem cum ampliationib. ſeq. vt non habeat locum quando Statutum puniret auxilium non ratione certi actus, quia tunc auxiliū ca-

pitur largo modo, & ideò Statutum verificatur etiam in præſtante auxilium poſt delictum commiſſum, vt poſt *Ang. ad Ang. de maleſ. in ver. & Andream auxiliatorem*, *num. 7. & 8.* per eum relatum ſcribit *Farin. in d. quæſt. 131. n. 42.* & dixerat ante *quæſt. 129. num. 7. in fin.*

4 Limita ſecundò d. concluſionem, vt Statutum puniens auxiliatores non habeat locum, niſi auxilium dederit cauſam delicto, aliàs ſecùs, vt not. *Capol. conſ. 27. num. 15.* vbi dicit, hoc non habere locum, quando Statutum vteretur verbis vniuerſalibus, vt ibi per eum, *Rimin. Iun. conſ. 349. num. 31. lib. 3. Bertaz. conſ. 324. n. 6. & conſ. 386. num. 10. & 11. lib. 2. & Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt. 90. in princ.* quos vna cum alij pluribus refert, & ſequitur *Far. de conſul. & mand. d. q. 130. n. 44. et n. 57.*

5 Quando autem auxilium dicatur dare cauſam proximam, ſeù remotam delicto; latè explicat *Farin. de conſul. & mand. d. quæſt. 130. num. 49. & ſeq.* nec non *Giurb. d. conſ. 7. num. 5. & Vermigl. conſ. 63. num. 5.* ipſum conſulas.

ADDITIO,

N. 1. VBi habetur, quod auxilium præſtitum poſt delictum non dicitur propriè auxilium, & non punitur, Adde Vt eo magis habeat locum quando præſtans auxilium poſt delictum illius commiſſionem ignorauit, vt not. *Farin. conſ. 221. num. 25. lib. 3.* & auxilium propriè datum non dici ex ſolis verbis, tradit idem *Farinac. conſ. 225. n. 10. d. lib. 3.* niſi aliquod factum interueniat, vt ibi per eū.

SVMMARIVM,

1 *Abſolutus quādo eſt delinquens principalis de delicto, eò magis abſoluēdus eſt imputatus de auxilio.*

2 *Proceſſus informatiuus ſi ſit nullus contra principalem, eſt etiam nullus contra auxiliatorem.*

RESOLVTIO IV.

Abſolutus quando eſt principalis delinquens an eò magis ſit abſoluendus imputatus de auxilio,

1 PRincipalis delinquens ſi fuit abſolutus de delicto, eò magis abſoluendus eſt imputatus de auxilio, vt tradunt *Menoch. de arbitr. caſu 349. nu. 15. & conſ. 230. n. 123. lib. 2. Hond. conſ. 98. num. 22. lib. 1. Guazzin. defen. 33. cap. 10. num. 17. & Giurb. conſ. 87. num. 3.* Vbi enim non deliquit principalis, eò minùs dici poteſt deliquiſſe acceſſorios *Cranet. conſ. 319. num. 12. Mar. Ant. var. reſol. lib. 3. reſol. 26. num. 10. Farin. de inquiſ. quæſt. 3. num. 4. & Giurb. d. conſ. 87. nu. 3.* vbi alios adducit concordantes.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt proceſſus informatiuus ſi ſit nullus contra reum principalem, ſit etiam nullus quo ad auxiliatorem, vt poſt *Carer. in pract. in 3. tract. de homic. & aſſaſ. §. circa ternum, n. 26.* per eum relatum dicit *Farin. de conſul. & mand. quæſt. 131. num. 60.* & poſt *Burg. de modo proced. ex abrup. quæſt. 70. num. 8.* per eum relatum ſcribit *Giurb. d. conſ. 87. num. 4. in fin.*

De materia tamen huius concluſionis, vide ſupra in verb. *Abſolutio, Reſol. 2.* & infra in verb. *Mandatum, Reſol. 4.*

BANNITVS.

SVMMARIVM.

1 *Bulla, & bannimenta prohibentia allocutionem, & conuerſationem cum bannitis, habent locum quando illa eſt doloſa, & in damnum fiſci, vel Reipublicæ, aliàs ſecùs.*

Ideò non comprahendunt ſimpliciter loquentes cum bannitis, num. 4.

Etſi bannimenta loquantur de diffamatis, qui tales dicantur, num. 5.

2 *Receptare proximum, & cum illo conuerſari non eſt de iure prohibitum.*

3 *Bannimenta prohibenti aliquid non propter ſe, ſed ad euitandum malum, non habent locum, ſi finis illorum non violatur.*

6 *Dolus in alloquente, & repetente bannitum non præſumitur.*

RESOLVTIO I.

Bannimenta prohibentia allocutionem, & conuerſationem cum bannitis an habeant locum quando illa non eſt doloſa, ne in damnum fiſci, vel Reipublicæ.

1 BVllæ, & bannimenta prohibentia allocutionem, conuerſationem, & receptationem Bānitorum habent locum, quando receptatio, allocutio, & conuerſatio eſt doloſa, & fit in dānum fiſci, vel Reipublicæ, & ex qua fiſcus, & Reſpublica ſunt læſi, vt puta dando eis auxilium, & loquendo cum eis ad effectum illos euadendi à Curia, illos occultando, arma eis ſubminiſtrando, & ſimilia, ſecùs in aſſociante ſe cum eis ſimpliciter in itinere, & loquendo cum eis de negocijs particularibus fiſco non præiudicialibus, & ſimilibus, quia tunc pœna d. Bannimentorum non habet locum, vt tradunt *Bertaz. conſ. 100. numer. 7. & ſeq. & numer. 18. & ſeq. & ibi Adden. littera C. & conſ. 125. num. 8. et ſeq. et num. 15. & ſeq.* vbi dicit, hoc habere locum etiam ſtantibus verbis vniuerſalibus Bannimentorum, & ibi *Adden. lit. B. & C. lib. 1. & conſ. 359. n. 2. & n. 20. & ſeq. lib. 2. Andr. Gail. de pac. publ. lib. 2. cap. 10. n. 6. & 13. Baiar. ad Clar. § fin. q. 82. n. 40.* & latè comprobat *Far. de conſ. & mād. q. 133. n. 57. et ſeq.* vbi dicit, hāc concluſionem habere locum, non obſtante Bulla Sixti V. puniente receptationem Bannitorum etiam non doloſam dicens, ita vidiſſe, ſæpiſſimè reſcribi per Sac. Conſultā, cum valdè inhumanū ſic

tam

tam graui pœna ſinè dolo errantes punire, vt ibi per eum, *Guazzin. defen.29. cap.2. num.23. Giurb. conſ.28. num. 10. Ciriac. contron.345. num. 55. & ſeq. Vermigl. conſ.231. n.22. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 5. de offic. recep. bann. num.15.* & dixi ego *alleg. foren. 95. num. 29. & ſeq. & allegat. 96. num. 18. & ſeq. & alleg. 97. num. 1. & ſeq.* & ita ego obtinui in cauſa graui in Auditorio Legationis Vrbini, dum erat Prolegatus nunc Eminentiſſimus Cardinalis Grimaldus, vt dixi in d. *alleg. 96. in fin.*

2 Receptare enim proximum, & cum eo alloqui, & conuerſare non eſt de iure prohibitum, imo eſt opus caritatis, cum de iure naturali homo homini ad benefaciendum adſtringatur, vt not. *Andr.*

3 *Gail. Batar. Farin. & alij Doct. ſupra adducti*, vnde † d. bannimenta, vti prohibentia conuerſationem, receptationem, & allocutionem cum bannitis, non propter ſe, ſed ad euitandum malum non ligant transgreſſores ad illius pœnam, ſi finia illorum non violant, vt poſt *Felin. Burſat. Falic. & Nizzol.* per eum adductos tradit *Giurb. d. conſ.28. num. 16.* nec non *Vermigliol. d. conſ 231. num. 22.* & dixi ego *d. alleg. foren. 95. num. 30. & d. alleg. 97. num. 2.*

4 Amplia primò d. concluſionem illatinè, vt Bullæ, & Bannimenta prohibentia conuerſationem cum bannitis, & diffamatis non comprehendant illos, qui tantummodo, & ſimpliciter alloquuntur cum bannitis, puta inuentis in itinere, vel alibi, ſed ſolum eos, qui d. bannitos, & diffamatos occultant, & celant, vt tradunt *Burſatt. conſ.402. in fin. lib. 4. Marc. Anton. var. reſol lib.3. reſ.19. per tot.* quos refert, & ſequitur *Guazzin. d. defen. 29. cap. 2. ſub num.22.* nec non *Honded. conſ.88. num. 36. & ſeq. lib. 2. & Caball. reſol. crim. caſ.287. nu. 49. & ſeq. cent. 3.* & conuerſationem, & allocutionem cum bannitis factam fortuitò, & incidenter non eſſe punibilem poſt *Bert. Ciriac. Odd. Giur.* & alios per me adductos; probaui ego *d. alleg. 95. num. 36.* & ſcribit etiam *Ant de Ball. tract. crim. lib. 5. de offic. recep. bann. num. 9.*

5 Declara d. primam ampliationem, vt Bullæ, ſeù Bannimenta prædicta, vt comprehendant receptantem, ſeù conuerſantem cum bannitis, ſeù diffamatis, & adhuc non condemnatis, requiratur, quod contra d. diffamatos adſit publica vox, & fama de delicto per eos commiſſo, & ſuper ea ſint teſtes examinati, aliàs ſecùs, vt not *Burſ. d. conſ 402. n.11. lib.4. & Guazz. d. def.29. cap.2. n. 22. in fin.*

6 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt in dubio dolus in alloquente, conuerſante, vel receptante bannitū non præſumatur, ſed ille debeat probari, vt voluerunt *Gabr. conſ. 168. n.1. & 2. lib. 2. Rim. Iun. conſ. 635. n.44. & ſeq. & n.53. & ſeq. lib.6. Turret. conſ.8. n.17. lib.2. Maſc. de prob. concl. 1265. n.3. vol.3.* qui loquitur in ſcientia *Farin. de conſ. & mand. q. 133. n.59.* vbi id extendit in perſona rudi, & idiota, cum quibus pertranſeunt *Boſſ. in pract. in tit. de rapt. nu. 21. Hond. d. conſ.88. n.38. lib.2. Ciriac. contr. 345. n. 57. & ſeq.* qui alios dant concordantes *Giur. d. conſ. 28. ſub num. 12.* & dixi ego *d. alleg. foren. 95. num.*

31. & d. alleg. 96. num. 19. & dict. allegat. 97. numer. 3.

Quicquid contrarium in ſciente, vel ſcire debente tenuerit *Batard. ad Clar. in §. fin. quaſt. 90. n.41.*

S V M M A R I V M.

1 *Bannimenta prohibentia receptationem, & allocutionem cum bannitis non habent locum in bannito tolerato.*

Quę habent locum etiam in bannito tolerato ex ſola conuerſatione abſque ſcientia Principis, & Officialis, num. 2.

Licèt contrarium teneant aliqui Doct. num. 3.

4 *Bannitus tolerans abſque ſcientia Principis an poſſit impunè occidi, remiſſiuè.*

RESOLVTIO II.

Bannimenta prohibentia acceptationem, et locutionem cum bannitis an habeant locum in bannito tolerato.

1 BVllæ, & Bannimenta prohibentia ſub grauibus pęnis receptationem, conuerſationem, & allocutionem cum bannitis non habent locum, quando banniti ſunt tolerati, ita vt communi æſtimatione non habeantur pro bannitis, vel habeantur pro aggratiatis, vt ſcripſerunt *Bottaz. conſ. 126. num. 8. et ibi Adden.* qui teſtatur de communi opinione, *Surd. conſ. 190. n. 24. lib. 2.* ad quem ſe refert *Ant. de Bal. tract. crim. lib. 5. de offic. recep bann. nu. 27.* & poſt *Aret. Franc. Becc. Menoch.* & alios per eum adductos firmat *Io: Bapt. Cauat. in ſuo conſ. de bann. impreſſ. apud Carpa. ad nou. Conſtit. Mediol. nu. 87. et ſeq. Batar ad Clar. § fin. quaſt. 90. num. 50. Lud. deciſ. Peruſ 31. n. 31. Farinac. de conſul. et mand. quaſt. 133. num. 48.* vbi alios adducit ita ſentientes *Vermi. conſ 394. n. 11.* & dixi ego *alleg for. 95. n 38. et alleg. 97. num. 15.*

Videre enim publicè bannitum ire, & conuerſari per vias, & plateas, præſtat iuſtam cauſam credendi, vel illum non eſſe m bannitum, vel eſſe re bannitum, ſeù eſſe legitimè toleratum, vel habere ſaluum conductum, & ſimilia, quælibet autem cauſa, & credulitas excuſat a dolo, & a pœna, vt tradunt *Tiraq. de pœn. temper. cau. 47. in princip. Vermigl. conſ. 407. num 8.* & in his terminis tradunt *Io: Bapt. Cauat in conſ ſupra adducto, numer. 81. & ſeq. et Farinac. in d. quaſt. 133. num. 53.* & alij plures quos adduxi ego *in d. allegat. forenſ. 95. num. 39. et 40.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in receptante, conuerſante, vel alloquente cum bannito tolerato ex ſola publica conuerſatione abſque ſcientia Principis, & Officialis, quia quicquid ſit quo ad effectum occidendi bannitum toleratum ſinè ſcientia Principis, quo tamen ad effectum excuſandi receptantem, conuerſantē, vel allo-

quentem cum eo, ſufficere ſolam publicam conuerſationem, ſcripſerunt *Bertaz. d. conſ. 125. n. 7. in fin. lib. 1. & conſ. 439. num. 9. & conſ. 442. num. 1. & ſeq. lib. 2. Rimin. Iun. conſ. 28. num. 6. lib. 1. & conſ. 635. num. 40. in fin. lib. 6. Burſat conſ. 318. n. 11. & 12.* vbi teſtatur de communi opinione, quos refert, & ſequitur *Farin. de conſul. & mand. d. quaeſt. 133. num. 53.* cum quibus pertranſit *Io: Bapt. Canat. in d. conſ. impreſſo apud Carpan. ſupra relato, n. 87. & ſeq.* nec non *Vermigl. d. conſ. 394. n. 11.* & dixi ego *d. alleg. foren. 95. n. 38. & d. alleg. 97. n. 15.*

Negari enim vix poſt, d. tolerantiam reſultantem ex publica conuerſatione inducere in receptante, & conuerſante vel verisimilem credulitatem, quod ille non eſſet bannitus, vel ignorantiam banni, etiam quod ſibi non conſtet de ſcientia, & patientia Principis, vel officialium, vt tradunt *Bertaz. d. conſ. 125. num. 6. & ſeq. Farinac. in d. quaeſt. 133. num. 53* & alij Doct. ſuprà proximè adducti.

3 Quicquid contrarium voluerint *Foller. in pract. in ver. Banniantur, num. 14.* & alij relati per *Farin. de conſul. & mand. d. quaeſt. 133. num. 49.* quorum opinio poteſt procedere, quando conuerſatio banniti non eſſet publica, ſed clandeſtina, vt quia bannitus non publicè, & palàm, & non in omnibus locis conuerſaretur, cum tunc non diceretur verè toleratus, & non aliter, vt ſenſit *Farinac. in d. q. 133. nu. 49.* & alij et Doct. ibi per eum adducti.

4 Vtrum verò bannitus toleratus ex publica conuerſatione illius in loco abſque tamen ſcientia Principis, & illius, qui poteſt illum rebannire poſſit impunè occidi, dixi infra in hoc verbo *Bannitus reſol. 4. num. 5.* vide ibi.

S V M M A R I V M.

1 *Pena impoſita contra conuerſantes, vel loquentes cum bannitis non habet locum, niſi probata ſcientia, illos eſſe bannitos,*

Etiam quod conuerſans, vel alloquens cum eo habeat ſuſpicionem, illum eſſe bannitum, n. 2.

Quod non habet locum in conuerſante, vel alloquente cum bannito in loco, vbi adeſt fama, vel notorium, illum eſſe bannitum, num. 3.

Neque in conſanguineo, vicino, & amico, qui praeſumuntur id ſcire, num. 4.

Neque in conuerſante, vel loquente cum bannito famoſo, num. 5.

Neque quando in loco receptationis, ſeù allocutionis cum bannito fuit publicatum bannum n. 6.

Niſi publicatio ſit facta in Ciuit. & conuerſatio, vel alloquutio ſequuta ſit in Caſtro, vel Villa, n. 7.

Quando tamen ſcientia eſt praeſumpta intrat tantum pena extraordinaria, num. 8.

In dubio tamen in receptante, & alloquente cum bannito, praeſumitur ignorantia, num. 9.

Pena praedicta habent locum in conuerſantibus cum bannitis capitalibus, non in alijs, num. 10.

11 *Pena contra receptantes condemnatos pro crimine capitali non habent locũ, non probata d. qualitate.*

RESOLVTIO III.

Pena impoſita contra conuerſantes, & loquentes cum bannitis an habeat locum non probata ſcientia, illos eſſe bannitos.

1 PÆna impoſita per bannimenta, & Statuta contra conuerſantes, receptantes, vel alloquentes cum bannitis nõ habet locum, niſi probata concludenter ſcientia in conuerſantibus, alloquentibus, vel receptantibus illos eſſe bannitos, & non aliter, vt ſcripſerunt *Ant. Gomez var. reſ. tom. 3. cap. 3. n. 50. Menoch. de arb. d. caſ. 348. n. 15. et in addit. ibi n. 4. Baiar. ad Clar. §. fin. quaeſt. 90. nu. 36. et ſeq.* plenè *Farin. de conſul. et mand. quaeſt. 133. num. 103.* vbi quamplures dat concordantes, & *num. 113.* dicit, inquiſitionem non procedere, niſi in ea apponatur, ſcienter fuiſſe receptatos, & allocutos, *Decian. tract. crim. lib. 7 cap. 34. num. 7. et 14.* plenè *Vermigl. conſ. 394. num. 4.* vbi pariter alios adducit ita ſentientes quamplures, cum quibus pertranſeunt *Cabal. reſ. crim. caſ. 287. num. 4. et n. 21. cent. 3 Coſta de ſcient. et ignor. cent. 1 diſt. 49 n. 5 Ant. de Ball. tract. crim. lib. 5. de Offic. recep. bann. num. 15. et ſeq. et Caluin. de aequit. lib. 1. cap. 41. num. 30.* & dixi ego *alleg. foren. 66. num. 20. et alleg. 97. num. 10.*

Ignorans enim non dicitur delinquere *l. cotem, 12. §. dominus, ff. de publ. Afflict. decis 190. nu. 3. Bertaz. conſ. 449. num. 4. et ſeq. lib. 2. Felic. alleg. 2. per tot. par. 1.* quos refert, & ſequitur *Caluin. de aequit. d. cap. 41. num. 31.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam ſi receptans bannitum, vel conuerſans cum eo habeat ſuſpicionem, quod ille ſit bannitus, quia adhuc puniri non poteſt aliqua pœna, cum, ad illam incurrendam, dubitans aequipararetur ignoranti, vt voluerunt *Bal. in l. 2 per illum tex C. de adult. Auguſt. ad Angel. de malef. in ver. dicto maleficio ſemper adſiſtit, num. 23. in fin. Gabr. conſ. 168. num. 12. in fin. lib. 2. Coſta de ſcien. & ignor. cent. 1. diſt. 49 num. 5. Rol. conſ. 45. num. 17. lib. 2. Cabal. reſol. crim. d. caſ 287 num. 10. cent. 3.* & ſentit *Farin. de conſult. & mand. d. quaeſt. 133. n. 123.* & clariùs in *conſ. 87. num. 7. lib. 1.* & benè comprobat *Vermigl. conſ. 394. in fin.* qui alios dant concordantes, & not. etiam *Ant. de Ball. in d. tit. de offic. recept. bannit. num. 35. in fin.*

Quicquid contrariũ voluerit idẽ *Far. de conſ. & mand. d. q. 133. n. 106. & ſeq.* vbi alios adducit ita ſentiẽtes quorũ aliqui contrariũ dicunt, vt ex eis eſt videre.

3 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in receptante, conuerſante, vel alloquente cum bannito in loco, vbi adeſt publica vox, & fama, vel notorium, receptatum eſſe delinquentem, ſeù bannitum, quia tunc praeſumitur ſcientia, & ideò intrant pœnae contra receptantes, & conuerſantes cum bannitis indictae, vt tradunt *Ant. Gomez var. reſ. tom. 3. cap. 3. num. 50. in fin. Menoch. de arb. caſ. 348. nu 5. in addit. Decian. tract. crim. lib. 5.*

cap.

cap. 51. *ſub num.* 70. *Baiar ad Clar in d. quæſt.* 90. *num.* 3. *& num.* 38. *Andr. Gail. de pace publ. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 9. *& ſeq.* plenè *Farinac. de conſult. & mand. d. quæſt.* 133. *num.* 120. *& ſeq.* vbi alios adducit concordantes, & dicit, requiri ad hoc notorium, & non ſufficere adeſſe rumorem in Ciuitate. & loco, imò requiri, notorium, & publicam famam adeſſe ſpecialiter in eo vico Ciuitatis, vbi delinquens fuit receptatus, ſeù cum eo fuit conuerſatum, vel allocutum, vt ibi per eum, *& conſ.* 37. *num.* 7. *lib.* 1. cum quibus pertranſeunt *Caball. d. caſ.* 287. *num.* 8. *& Vermigl. conſ.* 394. *num* 4. vbi alios adducit ita ſentientes *& Ant. de Ball. in d. tit. de offic. recep. bannit. num.* 21. vbi dicit, tunc dici ignorantiam affectatam, quæ non excuſat, vt ibi per eum.

4 Limita ſecundò d. concluſionem vt non habeat locum in conſanguineo, vicino, & etiam amico, qui, cum præſumatur ſcire facta ſuorum conſanguineorum, vicinorum, & amicorũ. ideò non excuſantur, ſi allegent, & aſſerant, receptaſſe bannitos, vel cum eis conuerſaſſe, ſeù illos fuiſſe allocutos ignoranter, vt not. *Baiar. ad Clar. in fin. quæſt.* 90. *num.* 42 *Menoch. de arb. d. caſ.* 348. *nu.* 6. *in addit. Farin. de conſul. & mand. d. quæſt.* 133. *num.* 124. vbi alios adducit ita ſentientes, licèt conſanguinitatis ratione illum mitiùs puniendum eſſe, dixerit, & *Coſta de ſcien. & ignor. cent.* 1. *diſt.* 49. *num.* 4. vbi alios dat concordantes.

5 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum in receptante, vel conuerſante cum bannito famoſo, ſeù latrone inſigni, quia tunc ad ſe excuſandum a pœna non poteſt allegari ignorantia, vt voluerunt *Carer. in pract. in tract. de hæret. ſub num.* 170. *Baiar ad Clar. in d. quæſt.* 90 *num.* 42. *& Farinac. in d. quæſt.* 133. *num.* 125. *& ſeq.* vbi dicit, prædicta non habere locum quando bannitus famoſus nemo ſibi mutaſſet, itaut veriſimiliter receptans, vel conuerſans ignorauerit, receptatum eſſe illum, qui pro famoſo bannito habebatur, vt ibi per eum.

6 Limita quartò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando in loco receptationis, conuerſationis, ſeù allocutionis cùm bannito fuit publicatum Bannum, quia tunc d. conuerſans, alloquens, vel receptans non poteſt excuſari ſub prætextu ignorantiæ ab incurſu pœnæ bannimentorum, vt tradunt *Boſſ. in pract. in tit. de rapi. n.* 22. *& ſeq. Adden. ad Bertaz. conſ.* 126. *lit. C. lib.* 1. vbi teſtatur de communi opinione, prout facit *Maſcar. de probat. concl.* 1265. *n.* 5. *lib.* 3. *Baiar. ad Clar. d. quæſt.* 90. *n.* 38. *in fin.* pleaè *Farinac. de conſult. & mand d. q.* 133. *n.* 127. *& ſeq.* vbi refert *Laderch.* ſentientem, non ſufficere banni publicationem, niſi publicetur etiam condemnatio, vt ibi per eum *Coſta de ſcien. & ignor. cen.* 2 *diſt.* 98. *in prin. Caball. d. caſ.* 287. *n.* 8. *&* 28. & dixi ego *alleg. foren.* 95. *num.* 15. *& ſeq.*

7 Declara d. quartam limitationem, quod ad hoc, vt publicatio banni faciat ceſſare præſumptionem ignorantiæ in receptante, conuerſante, vel alloquente cum bannito, non ſufficiat, quod illa facta fuerat in Ciuitate, ſi receptatio, allocutio, vel conuerſatio facta fuerit in Caſtris, vel Villis, cum illa non inducat ſcientiam in Caſtris, & Villis, niſi etiã in eis facta fuerit, vt declarant *Bertaz. conſ.* 125. *n.* 4. *& ſeq. Rim. Iun. conſ.* 635. *num.* 42. *lib.* 6. quos vnà cum alijs refert, & ſequi videtur *Farin. de conſul. & mand. d. q.* 133. *n.* 126 *& n.* 127. *Eugen. conſ.* 87 *per tot. lib.* 2. latè comprobans, & dicens, ita fuiſſe iudicatum *Giurb. conſ.* 27. *n.* 22. *Vermigl. conſ.* 434. *n.* 21. & dixi ego *alleg. For.* 96. *n.* 16. *& alleg.* 97. *n.* 11

8 Sublimita d. limitationes, in quibus dixi receptantem, conuerſantem, vel alloquentem cum bannitis non excuſari ob præſumptam ſcientiam, vt in d. caſibus extraordinaria tantum pœna, non autem ordinaria receptantem, conuerſantem, & alloquentem puniri poſſe, imò non corporali pœna, ſed pecuniaria tantum, vt tradunt *Foller in pract. in verb. Bannitantur n.* 13. *& ſub n.* 17 *Menoch. de arb. d. caſ.* 348. *n.* 15. *verſ. aut hic receptator, &c. Laderch. conſ.* 204. *n.* 2. *verſ quartò, vt mihi &c. Baiar. ad Clar. d. q.* 90. *n.* 44. *& ſeq. Bertaz. conſ.* 127. *in prin. lib.* 1. vbi dicit, ad incurrendam hanc pœnam extraordinariam bannum eſſe debere notorium, & non ſufficere illius rumorem, vt ibi per eum, & concordat *Farin. de conſult. & mand. d. q.* 133. *n.* 136. *& ſeq.* plures cumulans ſectatores, vbi ſubdit, Iudicé poſſe ob d. præſumptam ſcientiam etiam reum torquere, omiſſa illius condemnatione. vt ibi per eum. Licet præſumptam ſcientiam non ſufficere ad incurrendam pœnam generaliter tenuerit *Caball. d. caſ.* 287. *n.* 41. *&* 42. *Laderch. d. conſ.* 204. *n.* 2. *&* 3. qui loquitur de pœna corporalis, prout facit *Ant. de Bal. in d. tit. de offic. recep. ban. n.* 16. *Farin. conſ.* 125. *n.* 8. *Vermigl. conſ* 146. *n.* 5. *et Rot. apud Burat. dec.* 282. *n.* 10 *et apud Duran. deciſ.* 426. *n.* 16. *et ſeq.* & dixi ego *d. alleg.* . 6. *num.* 17 *et d. alleg.* 97. *num* 12.

9 Declara d. principalem concluſionem, vt in receptante, conuerſante, vel alloquente cum bannito in dubio ignorantia præſumatur, ita vt ſcientia ſit probanda per fiſcum, vel accuſatorem, vt tradunt *Rolan. conſ.* 45. *n.* 12. *et ſeq lib.* 1. *Ant. Gomez var. reſ. tom.* 3. *cap.* 3. *n.* 30. *in fin. Menoch. de arb. d. caſ.* 348. *n.* 5. *in addit. Gabr. conſ.* 168. *n.* 5. *lib.* 2. *Maſc. de prob. concl.* 1263. *n.* 3. *lib.* 3. *Deciæ tract. crim. lib.* 5 *cap.* 51. *n.* 70. *in fin. Baiar. ad Clar. d. q.* 90. *n.* 63. *in fin.* latè *Farin. de conſult. et mand. d quæſt.* 133. *n.* 111. vbi alios quamplures adducit concordantes etiam de communi opinione atteſtantes, *et conſ.* 37. *nu.* 15. *et conſ.* 56. *num.* 13. *lib.* 1. *Caball. reſol. crim. d. caſ.* 287. *num.* 26. *et ſeq cent.* 3.

10 Declara ſecundò d. concluſionem, vt pœnæ impoſitæ per Bullam Sixti V. contra receptantes, cõuerſantes, vel alloquentes cum bannitis non habeant locum, niſi illi ſint homicidæ, graſſatores viarum, & de alio crimine capitali cõdemnati, vel diffidati, non autem ſi ſint contumaces, vel condemnati de aliquo leui delicto, vel rixa, quia tunc d. pœnis nõ eſt locus, vt declarãt *Farin. in conſ.* 37. *n.* 6 *l.* 1

11 Declara tertiò dictam concluſionem, quod pœnæ reductæ per Conſtitutionem contra receptantes, ſeù auxiliantes condemnatos, ſeù diffamatos,

pro crimine capitali non habent locum, niſi probato, quod delictum ſit capitale, & verificata qualitate diffamationis capitalis, alias ſecùs, vt notat *Rimin. Iun. conſ.* 738. *num.* 36. *& ſeq lib.* 6. quem refert, & ſequitur *Guazzin. defen.* 33. *cap.* 10. *num.* 20.

ADDITIO.

N. 11. VBi habetur, quod Conſtitutio puniens acceptantem bannitum pro crimine capitali non habet locum, niſi conſtito de d. qualitate, adde Neque receptatores bannitorum puniuntur non conſtito de banno receptati *Farin. conſ.* 205. *num.* 1. *&* 5. *& ſeq. lib.* 3. vbi alios dat concordantes, & dicit id non probari per confeſſionem receptatoris, concordat *Chorl. ad Bull. bon. regim. cap.* 29. *num.* 28.

SVMMARIVM.

1 *Statutum mandans, quod bannitus ex delicto poſſit impunè occidi, non habet locum in bannito in contumacia.*

2 *Contrarium, vti veriùs, tenent alij Doct. n.* 2.

3 *Statutum puniens receptantem bannitum non habet locum in receptante bannitum in contumacia.*

Contrarium tenent plures Doct. num. 4.

5 *Statutum mandans, quod bannitus poſſit impunè occidi non habet locum in occidente bannitum toleratum.*

Licet contrarium teneant plures Doct. num. 6.

7 *Bannitus quando dicatur toleratus, vt non poſſit impunè occidi, remiſſiuè.*

RESOLVTIO IV.

Statutum mandans, quod bannitus ex delicto poſſit impunè occidi an habeat locum in bannito in contumacia.

1 STatutum mandans, quod bannitus ex delicto poſſit impunè occidi, habet locum in bannito ex veris probationibus, non autem ex contumacia, niſi id expreſsè dicatur, vt tradunt *Rolan. conſ.* 45. *num.* 66. *lib.* 1. vbi quamplures dat concordantes etiam de magis communi opinione teſtantes, *& conſ.* 94. *num.* 17. *lib.* 3. *Carpan. ad nou. Conſtit. Mediolan. cap.* 1 *de homic. num.* 706 *Scacc. de iudic. lib.* 1. *cap.* 93. *num.* 1. *verſ. alij ſequentes &c. & cap.* 197. *ſub num.* 126. vbi teſtatur de communi opinione *Giurb. conſ.* 3. *num.* 15. *& conſ.* 27. *num* 12. *& ſeq. Altograd. conſ.* 98 *num.* 8. *lib.* 1.

Cum bannitus in contumacia non dicatur bannitus propter delictum *Rolan. d. conſ* 45. *num.* 67. *Giurb. d. conſ.* 3 *ſub num.* 15. *Altograd. d. conſ.* 98. *num.* 8. *& ſeq.* & alij Doct. ſupra adducti.

2 Contrariam tamen opinionem, imò diſpoſitionem dicti Statuti habere locum etiam in bannitis in contumaciam, tenent *Cartar. de execut. ſent. cap. bann. cap.* 1. *num.* 37. *& ſeq.* vbi teſtatur de vera, & communi opinione *& Farinac. de var. ac diu. quaſt. quaſt.* 193. *num.* 197. *& ſeq.* vbi dicit, quod ſupradicta concluſio in practica non recipitur, & quod alias d. Statutum numquam haberet locum, cum non ſit in poſſe occidentium ſcire, quibus probationibus bannitus fuerit condemnatus, & quamplures adducens concordantes, & ita diſponit *Conſtit. March. lib.* 4. *cap.* 30.

3 Amplia primò d. concluſionem, vt Statutum puniens receptantem bannitum non habeat locum in receptante bannitum in contumaciam, vt volunt *Rolan. d conſ* 45 *num.* 65. *& ſeq Burſat. conſ.* 318. *num.* 15. *& ſeq. lib.* 3. *Rolan. ad Decretu Sabaud. in tit de recep. bann. gloſ.* 11. *num.* 2. *Nizzol. alleg.* 43. *num.* 2. quos referendo ſequitur *Giurb. d. conſ.* 3. *ſub num.* 15.

4 Licèt contrarium ſeruari in practica, aſſerat *Farinac. de conſult. & mand. quaſt.* 131. *num.* 70. & in Statu Eccleſiaſtico adeſt Bulla Sixti V. ſexta in ordine, de qua meminit *Farinac. in loc. cit.*

5 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt Statutum mandans, bannitum poſſe impunè occidi, neque habeat locum in bannito tolerato in Ciuitate, qui non poteſt impunè offendi, cum habeatur pro non bannito, & tolerantia præbeat ſecuritatem, vt not. *Adden ad Bertaz. conſ.* 227. *litt. A* vbi teſtatur de veriori, & receptiori opinione, & contrarium tenentes reprobant, plenè *Farinac. de var. ac diu. quaſt. quaſt.* 103 *num.* 289. vbi alios adducit concordantes, & teſtatur de magis communi Doctor. opinione *Cobel. ad Bull. bon. reg. cap.* 31. *num.* 53. *& P. Graſſet. de pace prodit.* §. 12. *numer.* 16. vbi alios dat concordantes.

6 Quicquid contrarium malè tenuerint *Decian. Quin.* & alij relati *per Farinacc. in dict. quaſt.* 103. *num.* 290. contra quos adeſt magis communis Doct. opinio, de qua ſupra.

7 Quando vero bannitus dicatur toleratus, ita vt non poſſit impunè occidi, ex eo, quia publicè conuerſetur in loco, & an requiratur ſcientia Principis, vel Officialium tradit *Farinac. in d. quaſt.* 103. *num.* 291. ipſum conſulas.

SVMMARIVM.

1 *Occidens bannitum, qui poteſt impunè offendi, non dicitur frangere pacem factam cū eo ante bannū.*

Quod habet locum etiam ſi pax ſit facta poſt ſequutum bannum, num. 2

Licèt contrarium teneat aliqui, num. 3.

Amplia, concluſionem habere locum etiam in cautione de non offendendo num. 4.

Et ex quauis cauſa fuerit bannitus, num. 5.

Limita concluſionem, vt non habeat locum in bannito offendente eum, cum quo pacem fecerat, num. 6.

Neque habet locum in bannito tolerato, in habente ſaluum conductum, & in exiſtente in ſeruitijs Curiæ, num. 7.

RESO-

RESOLVTIO V.

Occidens bannitum, qui poteſt impunè offendi an dicatur frangere pacem factam cum eo ante bannum.

1 Occidens bannitum, qui poteſt impunè offendi, vigore Statuti, vel vigore Bullarum Summ. Pontificum in Statu Eccleſiaſtico, & qui poſt factam pacem cum inimico, qui occidit etiam medio iuramento effectus eſt bannitus, non incurrit pœnam fractæ pacis, vt tradunt, *Vulpell. de pace quæſt 36. num. 1. & ſeq.* vbi teſtatur de crebriori opinione, *Clar. in pract. in §. homicidium num. 60.* vbi teſtatur de communi opinione, *& ibi Baiard. num. 231.* qui hanc opinionem dicit magis communem eſſe, *Moron. de treg. & pace quæſt. 107. num. 2. Farinac. de var. ac diuer. quæſt. quæſt. 103. num. 46.* vbi quamplures adducit ita ſentientes, & dicit, d. ſic occidentem, non ſolùm non puniri, ſed etiam præmium conſequi poſſe, *Guazzin. de pace par. 1. quæſt. 23. num. 8. & ſeq. & quæſt. 61. num. 3. & ſeq.* vbi alios dat concordantes, *Card. Mant. de tacit. lib. 22. tit. 5. num 42 & ſeq. & Pater Graſſ de nece prod. §. 12. n. 20.* benè comprobans.

Quælibet enim conuentio intelligitur rebus ſic ſtantibus, & aliquo de nouo non ſuperueniente, *Dec. conſ 334. num. 4. Cranet. conſ. 95. num. 4. Zacchia de oblig. camer. quæſt 17. num. 131. P. Graſſet. d. § 12. nu. 23.* qui dicunt, hoc habere locum etiam in iuramento, tempore autem offenſionis bannitus conſideratur vti hoſtis Ciuitatis, & alia perſona diuerſa à prima, & noua offendendi cauſa emerſit, id eſt bannum merito &c. vt docent, *Vulpell. d. quæſt. 36. num. 2. et 3. et P. Graſſet. d. § 12. num. 23.*

Quicquid contrarium tenuerint, *Bero in cap. quæſt. in Eccleſiarum 7. num. 121. & ſeq. de conſtit. Menoch. de arbi. lib. 1. quæſt. 90. n. 49.* & alij relati *per Guazz. d. quæſt 23. num. 12.* cum quibus ſentire videtur, *Caball. de omn. gen. homic. num. 434.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum, licèt pax cum bannito facta ſit poſt bannum, & poſt illud præſtita etiam ſit cautio de illum non offendendo, quia adhuc, ſequuto homicidio, ſeù offenſione, in perſonam banniti, non dicitur rupta pax, ſeù contrauentum d. cautioni, cum d. promiſſiones non valeant ratione publicæ vtilitatis, & cum eis pax vigore Statutorum mandantium, illos occidi, fieri non poſſit, vt ſcriptum reliquerunt, *Nell. de bann. in 3. par. 2. temp. num. 52. in fin.* vbi dicit ita ſeruari, *Vivi. opin. 770. num. 7.* vbi hanc ampliationem vti communem, ſequendam eſſe, dicit *Bertaz conſ. 151. num. 6. lib. 1. Vulpell. de pace quæſt. 17. num. 5. & ſeq.* vbi hanc dicit veriorem, & magis communem Doct. opinionem, licèt aliud eſſe dicat in foro honoris, *Thob. Non. conſ. 112. num. 23. & 24 Farinac. in d. quæſt. 130. num. 57.* vbi alios adducit ita ſentientes, & dicit, hanc ampliationem eò magis locum habere, quando Statutum expreſsè mandat bannitum occidi, maximè omni meliori modo, *Guazzin. de pace d. quæſt. 23. num. 13. ver. contrarium &c. & d. quæſt. 61. num. 5. & nu. 12.* & hanc ampliationem valdè probabilem dicit, *P. Graſſet. de nece prodit. §. 12. n. 11. verb. quamquam & 18. & 19.* benè comprobans.

3 Licèt contrariam opinionem tueantur, *Ber. in d. cap. quæ in Eccleſiarum 7. num. 123. & ſeq. de conſt. Baiar. ad Clar. §. homicidium num. 233. & num. 236. in fin.* & ſentit *Clar. in d. §. homicidium ver. ſed an licebit, in fin.* & alij plures relati, *per Farinac. in d. quæſt. 103. num. 55.* quam opinionem probabiliorem videri, dicit, *P. Graſſet. d. §. 12. num. 19.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in cautione de non offendendo, quæ pariter per offenſionem banniti non cenſetur rupta, vt tradunt, *Simon. de Præt. conſ. 78. num. 18. et ſeq. Farinac. de var. ac diuer. quæſt. d. quæſt. 103. num. 46. et Guazzin de pace d. quæſt. 23. num. 8. et d. quæſt. 61. num. 11.* addo *Ptr. Maur de fideiuſ. par. 1. ſect. 2. c. 4. num. 160. & ſeq.* & eundem, *Guazzin. de controu. de non offen. quæſt. 56. per tot.*

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum ex quacunque cauſa fuerit bannitus, ſiuè ex cauſa, pro qua facta fuit pax, ſiuè pro alia, vt contra, *Clar. in d. §. homicidium num. 60.* tenent *Carauit. in pragm. 1. de exul. num. 127. et ſeq.* quem referendo ſequitur, *Farinac. in d. quæſt 103. num. 48. et Guazzin. de pace d. quæſt. 23. num. 9.*

6 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in bannito, qui ſi è contra offendat, ſeù occidat eum, cum quo pacem fecerat, vel promiſerat non offendere, tenetur pœna pacis ruptæ, vel fractæ cautionis, quia per ſubſequens bannum hæc obligatio non tollitur, vt adnotarunt, *Moron. de pace. & treg. quæſt. 108. per tot. Guazzin. de pace d. quæſt. 61. num. 19. Farinac. de var. ac diuer. quæſt. d. quæſt. 103. num. 52 & ſeq* vbi alios adducit concordantes, & teſtatur de magis communi Doct. opinione, & limitat, niſi bannitus, ſe defendaret, & ita ſentit etiam, *P. Graſſet. d. §. 12 ſub num. 11.*

7 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in bannito tolerato, in habente ſaluum conductum à Principe, & in bannito exiſtente in fortijs Curiæ, cum licentia occidendi bannitum expiret per capturam, qui non poſſunt offendi, nec occidi ſinè incurſu pœnæ fractæ pacis, vel cautionis de non offendendo, vt docent, *Farinac. conſ. 53. num. 6. lib. 1.* & poſt *Marſil. Nell. Gand.* & alios per eum relatos *Guazzin. de pace d. quæſt. 61. num. 21. & 22. & P. Graſſet. de nece prodit. d. §. 12. nu. 16.* vbi alios dat concordantes quamplures, & hanc limitationẽ extendi etiam ad bannitum habentẽ ſecuritatẽ à Iudice ad modicũ tempus, vt ibi per eũ.

SVMMARIVM.

1 *Statutum puniens alloquentem cum bannitis cõprehendit etiam illi mittentem litteras, vt nunc num. 1.*
Licèt contrarium teneant aliqui Doctores n. 2.
Quod eò magis procedit, quando Statutum prohibet conuerſationem cum bannitis, num. 3. 2

Concluſio

Concluſio procedit, quando littera mittuntur bannito in damnum Reipub. num. 5.

4 *Literas ſcribens bannito dicitur illi præſtare auxilium, & fauorem.*

RESOLVTIO VI.

Statutum puniens alloquentem cum bannitis an comprehendat mittentem illi litteras, vel nuncium.

1 STatutum puniens ſub certa pœna alloquentem cum bannitis comprehendit etiam litteras illi mittentem, vel nuncium, propter identitatis rationem, vt tradunt, *Rom. in l. 1. num. 3. & ibi Iaſ. num. 10. Crot. num. 43. Rip. nu. 58.* vbi hanc dicit veriſſimam opinionem, *Alex. num. 22. Bolognet. num. 136. Aret. num. 4. Soc. Iun. nu. 63.* qui hanc dicit eſſe magis communem Doct. opinionem, licèt ipſe diſſentire videatur, quando nulla ratio eſt expreſſa in Statuto, & alij plures *ff. de verbo. obligat. Vaſq. de ſucceſſ. lib. 2. §. 15. num. 55. & ſeq.* vbi teſtatur de veriori, & magis communi opinione, *Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt. 82. num. 41. & ſeq. Giurb. conſ. 44. num. 23.* alios adducens ita ſentientes, & non diſſentit, *Farinac. de conſult. & mand. quæſt. 133. num. 13.*

Licet enim qui ſcribit propriè loqui non dicatur, *leg. miles ad ſororem 77. ff. de legat. 2.* & not. *Alciat. in d. l. 1. num. 20 ff. de ver. oblig.* cum tamen ratio Statuti ſit fauor publicus, propter illum licita eſt extenſio ex identitate rationis etiam in pœnalibus, *l. quemadmodum 7. C. de agricol. & cenſit. lib. 11. l. 3. §. illud C. de ſec. nupt.* & tradit *Rip. in d. l. 1. num. 58.* nec non *Iaſ. ibi num. 14. Cabal. reſol. crim. caſu 178. n. 5.* maximè cum, niſi fieret extenſio, fraus fieret Statuto, vt conſiderant. *Iaſ. Rip. & alij Doct.* in loc. ſupra adductis.

2 Licèt contrarium teneant, *Soc. Sen. in d. l. 1. num. 8. Alciat. num. 20. & Soc. Iun. num. 63. ff. de verb. oblig.* cum quibus pertranſit, *Clar. in pract. §. fin. q. 82. in 2. ſtatuto verſ. quæro ſi Statutum &c.* vbi hanc dicit communem opinionem, *& Ciriac. contr. 45. num. 29.* & ſentit etiam *P. Dian. in ſum. in verſic. alloqui moniales, num. 2.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando Statutum prohibet participationem cum bannito, quia comprehenditur ſub eo ſcribens literas bannito, vt tradunt *Soc. Sen. in d. l. 1. num. 6 & ibi Iaſ. num. 13. & Rip. ſub num. 58. ff. de verb. oblig.* & ante eos, *gloſ. in cap. conſtitutione 9. de ſent. excom. in 6.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt ſcribens literas bannito dicatur ei præſtare auxilium, & fauorem, *l. 1. & ibi not. Bar. Angel. & alij ff. ad leg. Iul. Maieſt. Boſſi. in pract. in tit. de crim. læſæ maieſt. num. 12. Felin. conſ. 46. num. 11. inter conſ. crim. diuer. vol. 2. Baiard. ad Clar. §. fin. d. q. 82. num. 38. Neguſ. Iun. conſ. 281. num. 4.* quem refert, & ſequitur *Giurb. d. conſ. 44. num. 17.*

5 Limita d. concluſionem, vt habeat locum, quando ſcribens literas bannito id facit doloſè, & in damnum Fiſci, vel Reipublicæ, ſecùs tamen eſt, ſi id faciat bona fide, & ex aliqua iuſta cauſa, vt voluerunt *Soc. Sen. in d. l. 1. num. 9. ff de verb. oblig. Baiard. ad Clar. in d. q. 82. nu. 40.* & dixi latiùs ſupra in hoc ver. *Bannitus* ad interpretationem Bullæ Sixti V. prohibentis conuerſationem cum bannitis, *Reſol. 1. num. 1.* & cum hac limitatione pertranſit etiam *Vermigl. conſ. 231. num. 22. & conſ. 232. num. 9.* vbi quam plures adducit ita ſentientes.

SVMMARIVM.

1 *Bannitum coactè, & per metum receptans nulla pœna puniri debet.*

Ad inducendũ tamen metũ ſufficiunt minæ, n. 2.

Ac etiam armorum viſus, etiamſi illis deferens eis non vtatur, num. 3.

4 *Receptatio banniti in dubio per vim, & coactè facta præſumitur.*

5 *Metus, vt excuſet receptantem bannitum, debet eſſe talis, vt cadat in conſtantem virum.*

RESOLVTIO VII.

Bannitum coactè, vel per metum receptans an ſit puniendus.

1 BAnnitos coactè, & per vim, & metum receptans, dum illos expellere non poſſit abſque eius periculo, nulla pœna puniri debet, vt tradunt *Rolan. conſ. 45. num. 70. lib. 1. Menoch. de arbitr. caſu 348. num. 16. Decian tract. crim lib. 5. cap. 51. nu. 71. Baiard. ad Clar. §. fin q. 90. num. 46. & ſeq. Coſta de ſcien. & ignor cent. 1. diſt. 49. num. 1.* latè *Farinac. de conſult. & mand. q. 133. num. 36.* alios adducens concordantes, *Caball. reſol. crim. caſu 287. num. 18. & ſeq. & nu. 79.* vbi dicit hoc habere locum etiam ſtante ſcientia receptatos eſſe bannitos *Giurb. conſ. 28. num. 17.* vbi pariter alios refert ita ſentientes, & dicit, neminem teneri domo cedere, & ibi bannitos relinquere.

Coacta enim voluntas quò ad pœnam non eſt voluntas, *l. velle non creditur 4. & ibi not. gloſ. Decian. & Cagnol. ff. de reg. iur. l. ſcientium 45. §. qui cum aliter ff. ad l. Aquil.* & tradunt *Menoch. de arbitr. caſu 354. num. 8 & ſeq.* et *Farin. de pœn. temp. quæſt. 97. n. 16.*

2 Declara d. concluſionem, quod ad effectum, vt coactè, & per metum quis receptaſſe dicatur, nõ requiratur vis de facto, ſed ſufficiant minæ *Paſc. de patr. poteſt. par. 3. cap. 2. num. 39. Marta deciſ. 64. n. 10. Giurba. dict. conſ. 28. num. 20.* et *Caball. dict. caſu 287. num. 80.*

3 Amplia primò d. declarationem, vt ſufficiat etiam armorum viſus ad incutiendum iuſtum, metum in receptante, etiam ſi arma deferens illis non vtatur, vt not. *Maſcar. de prob. concl. 1417. num. 22. et 23. lib. 3. Caualc. de brac. reg. par. 6. num. 309. Farinacc. in fragm. crim. litera M. num. 87. Giurb.* benè com-

probans

probans *d. conſ. 28 num. 20. & conſ. 29. nu. 17. in fin.*

4 Amplia ſecundò d. declarationem, vt in dubio receptatio per vim, & metum, & coactè facta præſumatur, vt voluerunt *Afflic. in Conſtit. num. 15. Bertaz. conſ. 99. num. 25. lib. 1. & conſ. 337. num. 5. et conſ. 498. lib. 2.* vbi dicit, Iudicis arbitrio remitti, *Farinac. de conſult. et mand. d. quæſt. 133. num. 37.* licèt in contrarium referat eundem *Bertaz.* in loco per eum allegato *num. 38. et ſeq.* vbi dicit, hoc non habere locum in Statu Eccleſiaſtico, niſi ſequuta poſtea per receptantem denunciatione apud Curiam,

5 Declara ſecundò d. concluſionem cum declaratione, & ampliationibus ſequen. quod non omnis metum excuſat receptantem bannitum, ſed ſolùm ille excuſat qui eſt iuſtus, & poteſt cadere in conſtantem virum, vt poſt *Bertaz. in d. conſ. 99. num. 28. & in d. conſ. 498. num. 11.* per eum relatum declarant *Farinac. in d. quæſt. 133. num. 40. Caball. in dict. caſu 287. num. 80. Menoch. de arbitr. caſu 135. nu. 2. & ſeq. Illuſtriſſimus Sperellus deciſ. 5. num. 10. & deciſ. 79. n. 42. par. 1* qui dicunt quando, metus dicatur cadere in conſtantem virum, relinqui arbitrio Iudicis.

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod receptans bannitum coactè, & per vim nulla pœna punitur adde, & ita poſt, *Rolan. tract. Blanc. Boſſi. & Rolan.* per eum adductos tradit, *Caluin. de equit. lib. 1. cap. 41. num. 25. & 26.* cum ea, quæ coactè fiunt non imputentur facienti, vt ibi per eum.

N. 4. Vbi habetur quod receptatio banniti in dubio coactè facta præſumitur adde, *Gram. deciſ. 18. num. 5. & Caluin. de equit. d. cap. 41. num. 27. & ſeq.* vbi contra, *Bart. & alios* tenet, hoſpitem non excuſari à pœna receptationis bannitorum ſub prætextu neceſſarij exercitij, vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Præmium pro capientibus bannitis non debetur birruarijs, & alijs Iuſtitiæ Miniſtris.*

Maximè ſi occidatur, vel capiatur mulier bannita, num. 2.

Si tamen mulier occidat bannitum, & præmium debetur, num. 3.

Concluſio non procedit, quando Statutum, concedit præmium etiam birruarijs, num. 5.

Neque quando Princeps, ex gratia illud etiam birruarijs concedit, num. 6.

Debent tamen eis refici expenſæ factæ in capiendis bannitis, num. 7.

4 *Statutum puniens receptantem bannitum non habet locum in receptante mulierem bannitam.*

8 *Statutum concedens præmium capienti, vel occidenti bannitum eſt fauorabile, & latè interpretandū.*

RESOLVTIO VIII.

Præmium pro capiendis bannitis an debeatur birruarijs, & alijs Iuſtitiæ Miniſtris.

PRæmium, ſeù talea impoſita ad fauorem capientium, ſeù occidentium bannitos non debetur birruarijs, cæteriſque Iuſtitiæ Miniſtris bannitos capientibus, vel occidentibus, cum ipſi teneantur id facere ex debito, & ratione officij, vt tradunt, *Clar. in pract. §. fin. q. 29. num. 8. Farinac. de var. ac diuer. quæſt. q. 103. n. 356.* vbi alios dat concordantes, *Baiar. ad Clar. in d. q. 29. nu. 19.* dicens, hoc habere locum etiam in hominibus Terrarum vocatis in auxilium Curiæ, *Guazzin. defen. 5. cap. 1. num. 18. & defen. 28. cap. 2. n. 10. Caball. reſol. crim. caſu 279. n. 3. & 4. cent. 3.* latè *Giurb. conſ. 14. num. 7. & per tot.* vbi dat concordantes, *Cobell. ad Bull. bon. Regim. c. 19. nu. 56.* plene *Carleual. de iudic. tom. 1. diſput. 4. num. 23.* vbi alios quamplures adducit ita ſentientes, & hoc extendit etiam ad Præfectum triremium capientem piratas, cui nec præmium debetur, vt ibi per eum, *Peguer. deciſ. 67. per tot.* 8

Cui enim gratis facere tenetur, ſi pecuniam accipit, turpiter facit *l. fin. ff. de condit. ob turp. cauſ. Bart. in l. ſi quis in graui, 3. §. vtrum num. 2. ff. ad Sillan. Carleual. in d. quæſt. 4. num. 23.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum in capiente, vel occidente mulierem bannitam, quia illi nullum præmium debetur quicunque ſit, qui illam occidat, vel capiat, licèt illam occidendo non puniatur, vt ſcripſerunt *Baiar. ad Clar. in §. homic. num. 226.* vbi bonam affert rationem, *Farinac. de var. ac diuer. q. d. q. 103. num. 61. & ſeq. Caball. reſol. crim. caſu 276. n. 1. & ſeq. cent. 3.* vbi hanc ampliationem latè comprobat, niſi in capiente mulierem bannitam ob occiſionem proprij partus, vt ibi per eum, *Caluin. de æquit. lib. 1. cap. 41. num. 7. Ferraigl. conſ. 319. in fin.* & non diſſentit *Guazzin. d. cap. 2. num. 20.*

3 Declara d. primam ampliationem, vt habeat locum in capiente, ſeù occidente mulierem bannitam, ſecùs tamen eſt è contra, ſi mulier capiat, ſeù occidat bannitum, quia ipſa præmium, ſeù taleam conſequi debet, vt not. *Baiard. ad Clar. in d. §. homic. num. 227. & Farinac. in d. quæſt. 103. nu. 65.* vbi alios dat concordantes.

4 Subamplia d. primam ampliationem, vt Statutum prohibens ſub pœna receptationem bannitorum, non habeat locum in eo, qui receptauit mulierem bannitam, ſaltem de æquitate, vt latè comprobat, *Caluin. de æquit. l. 1. c. 41. per tot.*

5 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando bannum, vel Statutum præmium, vel taleam concedens loquitur etiam de Officiali birruario, & ſimilibus, quia tunc præmium etiam illis debetur, vt ſcripſerunt *Guazzin. d. defen. 28. c. 2. num. 10. & Giurb. d. conſ. 14. num. 17.*

6 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando Princeps d. præmium ex gratia Officialibus, ſeù alijs Iuſtitiæ Miniſtris dare velit, vt tradunt *Baiard. ad Clar. d. q. 29. n. 21.* vbi dicit ita fuiſſe ſeruatum per Sixtum V. ad effectum extirpandi magnam quantitatem bannitorum, qui de eo tempore Statum Eccleſiaſticum infeſtabant, *Caball. d. caſu 279. num. 4. & 11. Guazzin. d. defen. 28. cap. 1. num. 40. Giurb. d. conſ. 14. num. 15. & Cobel. ad Bull. bon. reg. d. cap. 19. num. 57.* vbi dicit, Cameram Apoſtolicam aliquando ſolere d. præmium dare

etiam

etiam Bariſellis, vt ibi per eã *Pegue.d.dec.67.in fin.*

7 Declara primò d. concluſionem, quod licèt præmium, ſeù talea non debeatur Officialibus, nec birruarijs capientibus bannitos, vt ſupra ſi tamen illi aliquas fecerint expenſas pro illis capiendis, vel occidendis, eas poſſuat recuperare a fiſco, vt declarant *Put.de Sindic.in ver.Salarium §. ſi Officialis num.7.* quem referendo ſequitur, *Baiard.ad Clar.in §.fin.d.q.29.n.20.* alios adducens ita ſentientes, *& Guazz.d.defen.18.c.2.n.10.*& ſentiunt *Caball. reſol. crim.d.caſu 279.n.5.& ſeq.& Farinac. in d.q.103. nu.174.& ſeq.* vbi dicunt, expenſas non deberi, quando etiam præmium debetur, vt ibi per eos, & non diſſentit, *Guazz. d.c.2.n.6.*

8 Declara ſecundo d.concluſionem, vt d. Statutum concedens præmium, ſeù taleam occidenti bannitum, vel illum capienti dicatur fauorabile propter publicam vtilitatem, & ideò illud ſit latè interpretandum, vt dicunt, *Farinac.de var.ac diuer. quæſt.d.quæſt.103.nu.6.* vbi alios dat concordantes quamplures, & teſtatur de communi opinione, licèt aliquos contrarium tenentes referat, *Caball. d.caſu 279.n.12.*latè *Adden.ad Farinac.conſ.65.litera P.lib.1.* licèt illud non deberi occidenti bannitum ad propriam defenſionem dixerit, *Coſta de ſcien.& ign.cent.2.diſt 43.n.4*

BIRRVARIVS.

SVMMARIVM.

1 *Birruarius denuncians reo capiendo mandatum punitur pœna extraordinaria.*

Etiam ſi mandatum ſit pro cauſa ciuili, quia punitur birruarius priuatione officij. num.2.

Et concluſio procedit etiam in birruario negligente capere, vel captum dimittente, nu.3.

Ac etiam in tertio certiorante delinquentem de carceratione, num.4.

Et ſi cauſa ſit ciuilis, d. denuncians tenetur ad ſolutionem debiti, num.5.

RESOLVTIO I.

Birruarius denuncians ſit capiendo mandatum, qua pœna puniatur.

1 BIrruarius, qui denunciat reo capiendo pro cauſa criminali mandatum, quod habet contra illum, venit puniendus pœna arbitraria iuxta qualitatem cauſæ, vt ſcripſerunt, *Iodoc.in pract.in tit. de citat.real.c.15.nu.12.* vbi loquitur etiam in executore negligente capere illum, quem habeat in mandatis, vel capiendum prece, vel pretio qui fugere fecit, vel captum dimiſit, vt ibi per eum, *Farin.de carcer.& carcer.q.32.nu.17.& 18.et ſeq.* vbi dicit, quod ſi capiendus ita per birruarium admonitus eſſet homicida, latro, bannitus, & de comprehenſis in Bulla Sixti V. edita contra bannitos, & facinoroſos, birruarius puniendus eſſet pœnis in dict. Bulla contentis ex ratione ibi per eum adducto, cum quo concordat, *Menoch.de arbitr caſu 583. in fin.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum non ſolum in birruario, vel executore denunciante mandatum de capiendo pro cauſa criminali, ſed etiam in denunciante debitori mandatum contra eum relaxatum pro cauſa ciuili ad inſtantiam creditoris, qui ſi aufugiat, birruarius non ſolùm tenetur ad ſolutionem debiti, ſed etiam puniri debet ſaltem priuatione officij tanquam in officio delinquens ad tex.*in l.ſi aliquid 12 & ibi Doct. omnes C.de ſuſcep.lib.10.& in l.Iudices 12.C.de dign.lib.12. Capic.deciſ.21.nu.17.*benè *Farinac.de carc.& carc. d.q.32.num.17.& ſeq* licèt illum puniri etiam arbitrariè, voluerit *Menoch.in d.caſu 583.in fin.*

3 Amplia ſecundò d.concluſionem, vt eò magis habeat locum in birruario, vel executore negligente capere illum, quem in mandatis habet, vel ex malitia prece, vel premio illum fugere faciente, vel captum dimittente, quem puniri pœna arbitraria, vel etiam capitali, ſi ille captus erat pœna capitali puniendus, voluerunt *Iodoc in d cap.15.n.12. Farinac.in d.q.32 n.17.18.& ſeq.Menoch.in d. caſu 583.in fin. Ant.de Ball.tract. crim.lib.3.caſu 7.n.29.*

4 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum non ſolùm in birruario, & executore, ſed etiam in omni alio certiorante bannitum, vel homicidam, ſeù delinquentem, quod Miniſtri veniebant ad illum capiendum, quia, cum dicatur bannito opem præſtare poſt delictum ad euadendum, puniri debet pœna extraordinaria Iudicis arbitrio, vt tradunt *Ant.Gomez var.reſol.tom.3 cap.3. num 50.in fin.Baiard.ad Clar.§ fin.q.68 num.43. & Guazz. defen.5.cap.5.n.18.in fin.* vbi alios referunt, volentes eandem pœnam intrare, qua tenetur principalis, quod poteſt habere locum in terminis Bullæ Sixti V. contra bannitos, vt dicit, *Farin.in d.q.32.n 21.*

5 Subamplia d. tertiam ampliationem, vt tertius admonens debitorem ad effectum ne capiatur per birruarios pro debito, ſi ille aufugiat, teneatur creditori ad intereſſe, & ad ſolutionem debiti, vt ſcriptum reliquerunt, *Boer.deciſ.217.n.10.ver.condeſcendo &c.par.1.Strac.de mercat.in tit.de decoct.in 2.par.vlt.par.§.circa propoſitum &c nu.11.& ſeq. Farinac.de carcer.& carcer d.q.32.nu.15.* alios adducens ita ſentientes, *Menoch.de arbitr.d.caſu.483. num.5* licèt aliquos referat volentes, illum etiam criminaliter puniri, *Baiard.ad Clar.in d.q.68.n.44. Ant.de Ball.tract.crim.lib.3.caſu 7.num 29.* vbi loquitur in birruario dimittente captum, *& Guazz. defen.5.cap.5. num.2.*

ADDITIO.

N.5. VBi habetur quod tertius admonens debitorem, ne capiatur per birruarios quo debito, ſi debitor aufugiat tenetur ad intereſſe, & ad ſolutionem debiti adde eundem, *Guazz.in.defen.5.cap.5. num. 17.in fin.* vbi dicit admonentem debitorem, vt ſupra, nulla pœna teneri erga fiſcum, ſed ſolum ad intereſſe erga partem, & ibi dat concor-

concordantes, & an occultam domi debitorem, vt capiatur ad inſtantiam creditorem teneatur ad ſolutionem debiti adde, vide *Farinac. in addit. ad quæſt. 32. de carcer. & carcerat. numer. 16.*

SVMMARIVM.

1 *Birruarij volentes facere executionem realem, vel perſonalē debent oſtendere mandatum de capiēdo.*

Aliàs licet eis propria authoritate reſiſtere, num. 2.

Licèt contrarium teneat Theſa. ibi relatus, n. 3.

Non tenentur tamen oſtendere mandatum, quando poſſunt delinquentes capere propria authoritate, num. 4.

Neque tenentur illud oſtendere ante capturam ſed ſolùm poſt illam, num. 5.

RESOLVTIO II.

Birruarij volentes facere executionem realem, vel perſonalem an debeant oſtendere mandatum de capiendo.

1 Birruarius, qui vult facere executionem realem, vel perſonalem contra aliquem debet ei oſtendere mandatum in ſcriptis *l. prohibitum 5. & ibi not. Bar. in ſummario C. de iure Fiſc. lib. 10. Boer. deciſ. 170. ſub nu. 2. par. 1. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 28. ver. dictum eſt &c. & q. 29 in princ. Farinac. de carcer. & carcer. quæſt. 32. num. 31.* alios adducens ita ſentientes, *Scacc. de iudic. lib. 1. c. 46. num. 1. Guazzin. defen. 5 cap. 4 num. 8. Poſt. de ſubhaſt. inſpect. 11 in fin.* vbi dicit quod d. mandati eſt etiam danda copia parti ſi petatur, *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 2. num. 33. & Vermigl. conſ. 87. nu. 4. et conſ. 116. num. 10.*

Birruarij enim, & executores non poſſunt aliquem capere ſinè Iudicis mandato *l. neminem 3. & ibi hoc not. gloſ. Cin. Bart. Bald. Alber. Angel. Salic. et communiter. Doct. C. de exhiben. reis Ant. Gomez var. reſol. tom. 3 cap. 9. num. 1.* pe nè *Farinac. de carcer. et carcer. quæſt. 27. num. 8.* vbi alios dat concordantes, *d. q. 32 num. 31. Poſt. d. inſpect. 11. n. 83.*

2 Amplia primò d. concluſionem adeò eſſe veram, vt quando birruarij procedunt ad capturam, vel executionem ſinè Iudicis mandato, cum iniuſtè agant, & exequi dicantur tamquam priuati, eis liceat per capiendum impunè reſiſti *d. l. prohibitum 5. & ibi hoc not. Bart. & Luc. de penna C. de iur. Fiſc. lib. 10. Angel. in l. item apud 15. §. ſi quis virginem. ff. de iniur.* vbi dicit ita in contingentia facti fuiſſe ſeruatum, & ita ſentit, *Clar. in pract. d. q. 29. in princ. Farinac. de carcer. & carcer. d. q. 32. num. 32. Maran. diſp. 1 n. 28. Poſt. de ſubhaſt. d. quæſt. 11. in fin. Caren. de offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 2 n. 33. Caball. reſol. crim. caſu 132. num. 7. in fin. et nu. 11. cent. 2. Vermigl. dict. conſ. 116. num. 10. et ſeq. et Gilian. ad Stat. Peruſ. in verb. execut. num. 6.* nec non *Guazzin. defen. 5. capit. 4. num. 7. et 8.*

3 Licèt contrarium, imò reſiſtentiam generaliter non eſſe licitam, & ſic reſiſtentem eſſe puniendum ſaltem pœna pecuniaria, maximè, quando haberi poteſt copia Iudicis, ne homines fiant audaciores in iſtis oppoſitionibus, niſi manifeſtè appareat de exceſſu, & violentia executorum, voluerit, *Theſa. deciſ. 195. num. 3.* dicens, ita fuiſſe ſeruatum per Senatum, & ibi *Adden. litera A.*

4 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in caſibus, in quibus birruarijs licet delinquentes, & reos capere propria authoritate, & ſinè Iudicis mandato, vt puta quando inueniuntur cum armis, & in fragranti crimine repertis, vel in contrauentione bannimentorum, & ſimil. quia tunc eis licet delinquentes capere ſinè Iudicis mandato, & ideò non tenentur ad illius oſtenſionem, nec eis licet reſiſti, vt tradunt *Clar. in pract. in d. q. 28. verb. dictum eſt &c. Farinac. de carcer. & carcer. d. q. 32. n. 14. & Vermigl. d. conſ. 116. n. 10. & 11.*

5 Declara d. concluſionem, quod birruarij teneantur oſtendere mandatum de capiendo delinquenti, vel de exequendo poſt capturam, vel poſt factam executionem, ne alias reus inſtruatur ad fugam, vt poſt *Canale de brach. regi. par. 1 num. 44. & num. 244.* per eum relatum tradit, *Guazzin. defen. 5. cap. 4. numer. 8.*

SVMMARIVM.

1 *Birruarij ſi capiant aliquem cum armis, illum conuincunt de d. delatione.*

Quod procedit, quando pœna pro delatione eſt leuis, ſecùs tamen, ſi ſit grauis, et corporalis, vel capitalis, num. 2.

Etiam ſi birruarij ſint plures, quando pœna eſt grauis, num. 3.

Licèt contrarium teneant aliqui, num. 4.

Quod tamen id relinquatur Iudicis arbitrio, dicit author, num. 5.

Maximè ſi birruarij alias patiantur exceptiones, num. 6.

Si tamen cum depoſitionibus birruariorum concurrant adminicula, illi plenè probant, n. 7.

Licèt contrarium tenuerint aliqui, num. 8.

Item birruarij plenè probant ſic mandante Statuto, num. 9.

Quod non habet locum, quando birruarij aliàs paterentur exceptiones, num. 10.

Item birruarij conuincunt, quando cum eorum depoſitionibus concordat depoſitio teſtis fide digni, num. 11.

Quicquid contrarium teneant aliqui, num. 12.

Concluſio, de qua ſupra, cum limitationibus ſequen. habet locum etiam, quando birruarij ceperent aliquem in fragranti, num. 13.

Perſonæ priuatæ ſi capiant aliquem cum armis, ſeù in fragranti illum conuincunt, ſi ſint duo idonei, et ſi ſit vnus facit indicium ad torturam contra captum, num. 14.

RESO-

RESOLVTIO III.

Birruarij ſi capiant aliquem cum armis an illum conuincant de delatione.

1 BIrruarij ſi capiant aliquem cum armis prohibitis illum conuincunt de delicto, & delatione armorum alijs non extantibus, vti legitimi teſtes, vt tradunt, *Bart. in l. diuus 3. nu. 8. ff. de cuſtod. reis, Pute. de ſyndic. in ver. Nuncius cap. 2. in prin. Natt. conſ. 550. num. 8. et ſeq. par. 4. Maſcar. de prob. concl. 389. num. 13. lib. 1. Clar. in pract. §. fin. q. 8. ver. ſcias tamen etc. Giurb. conſ. 98. num. 9. Farinac. de var. ac diuer. q. q. 108. num. 150. Guazzin. defen. 5. cap. 9. n. 8.* & nouiſſimè doctiſſimus, *Maſſi. in ſuo eleganti tract. de confiſc. bonor. quaſt. 8. num. 27.*

2 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locum, quando pro delatione armorum eſt impoſita aliqua pœna leuis, ſecùs tamen eſt, quando eſt impoſita pœna grauis, puta corporalis, & præcipuè triremium, & capitalis, quia tunc birruarijs propter eorum vilitatem, licèt deponant in ſpectantibus ad illorum officium, non creditur, & non dicuntur integri teſtes, ita vt reum appræhenſum non conuincat, ſed ſolùm faciunt contra eum indicium ad torturam, vt declarant *Maſcar. de probat. d. concl. 189. num. 13. Baiar. ad Clar. in d. q. 8. n. 2. & 8. Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 4. num. 6. & 7.* vbi indiſtinctè loquitur, *Farinacc. de delict. & pœn. quaſt. 21. num. 157. & de indic. & tort. q. 52. num. 157. & ſeq.* vbi loquitur de denunciatore, *& de teſt. q. 56. nu. 383. et q. 63. n. 228. et de var. ac diuer. q. d. q. 108. num. 150. et ſeq. et in tract. de hereſi. q. 188. num. 71. et ſeq. et conſ. 100. num. 29. Giurb. d. conſ. 98. num. 10. et ſeq. Caball. reſol. crim. caſu 126. num. 4. et ſeq. cent. 2. Guazzin. defen. 5 cap. 9. nu. 8. ver. ideò tu dicas etc.* qui alios adducunt, *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 3. caſu 6. num. 4. Practic. Archiep. cap. 47. num. 1. Vinc. de Franch. deciſ. 379. per totam,* vbi dicit, ita fuiſſe reſolutum in Sacro Conſilio, & in Magna Curia Vicariæ, & ita ſentit etiam, *Carea. de offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 2. num. 34.* & tenet etiam, *Vrſell. in exam. apam concl. 143. n. 62. et ſeq. litera A.*

3 Amplia primò d. limitationem, vt habeat locum etiam ſi birruarij eſſent plures, quia propter eorum vilitatem, & infamiam adhuc non eſt eis credendum quo ad plenam probationem, quando agitur de imponenda pœna corporali, & præcipuè capitali, ſed ſolum faciant indicium ad torturam, vt ſupra, vt voluerunt *Vinc. de Franch. d. deciſ. 379. per tot. Farinac. d. q. 108. num. 156. Guazzin. d. defen. 5. c. 9. num. 8. ver. item tu dicas &c.* vbi loquitur quando ſunt duo tantùm birruarij, & in delictis leuibus tantum contra, *Caball. infra allegat* & in iſtis terminis loquitur, *Giurb. d. conſ. 98. num. 10. & ſeq.* & intelligendus eſt, *Capic. Latro deciſ. 179. n. 53. par. 2.*

4 Contrarium tamen opinionem tenet, *Cabal. d. caſu 126. num. 11. ver. & ita non ſemel &c.* volens, quod ſi birruarij ſunt vltra tres, & factum ſit veriſimile, vel concurrant alia adminicula, & agatur de delicto difficilis probationis, eorum dicta ſufficiunt ad condemnandum, dicens ita aliquando fuiſſe in facto ſeruatum, cum quo pertranſit, *Criſpol. in caſu militar. 14. num. 11. & ſeq. & num. 16. & ſeq.* & vide dicta *infra Reſol. 4. num. 6. & ſeq.*

5 Concorda d. contrarias opiniones, vt Iudicis arbitrio relinquendum ſit an in d. caſu birruarij plures, quam tres, plenè probent, nec ne, conſiderato numero teſtium, qualitate facti, illius veriſimilitudine, & alijs circumſtantijs, vt voluerunt, *Ang. de maleſ. in ver. Petro publico, & iurato nuncio num. 5. Menoch. de arbitr. caſu 112. num. 8. verb. tertia eorum &c. Caball. d. caſu 126. num. 10. & Criſpol. d. caſu 14. num. 24. ver. quod ſi nulla &c.* & ſentit *Sperell. deciſ. 149. num. 22. & 23. par. 2.*

6 Amplia ſecundò d. primam limitationem, vt eò magis habeat locum, quando birruarij vltra vilitatem eorum exercitij aliquam aliam patiuntur exceptionem, & præcipuè, ſi haberent partem in pœna ſoluenda, ſi haberent mercedem ex captura, quod tamen non admitto, niſi quando merces eſſet admodum conſiderabilis, ſi facerent ſe offenſos, vel vulneratos in actu capturæ, & ſimilia, quia tunc, vti patientes plures defectus, nullum faciunt probationis gradum etiam in caſu difficilis probationis, vt not. *Turret. conſ. 57. num. 7. lib. 1. Giurb. d. conſ. 98. num. 10. in fin. Baiar. ad Clar. § fin. q. 24. num. 128. Maſcar. de prob. concl. 1366 in fin. lib. 3. Guazzin d. defen. 5. cap. 9. num. 8. ver. ſed aduerſus, &c. Farinac. de teſt. q. 62. num. 381.* vbi dicit generalem concluſionem, quod teſtis patiens plures defectus nunquam probat, & quamplures adducit Doct. authoritate, & dixi ego *allegat. foren. 92 nu. 14. & ſeq. addo Sperell d. deciſ 149. num 23.*

7 Limita primò d. primam limitationem, vt non habeat locum quando cum depoſitionibus birruariorum concurrunt adminicula, & præſumptiones illorum depoſitiones coadiuuantes, quia tunc birruarij dicuntur integri teſtes, & plenè probant delationem armorum, etiam ſi agatur de pœna graui, vt tradunt *Clar. in pract. §. fin. q. 7. ver. habes igitur &c. in fin. Farinac. de teſt. q. 56. nu. 348. & quaſt. 62. num. 330. & num 385 et in tract. de hereſ. quaſt. 188. num. 73.* vbi dicit, de anno 1614. fuiſſe furca ſuſpenſum quendam, qui vulnerauerat ad mortem duos cuſtodes carcerum, contra quos deponebant duo vulnerati, & duo carcerum cuſtodes, concurrentibus tamē pluribus adminiculis, vt ibi per eum *Caball. d. caſu 126. per tot. Criſpol. d. caſu milit 14. n. 19. et ſeq. Guazzin. defen. 1. cap. 37. in fin. et Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 5. num. 34. et 35.* qui hoc ampliant eò magis habere locum in caſu difficilis probationis, vt ibi per eos, & vide *reſolut. 4. num. 9. in hoc ver. Birruarius.*

8 Quicquid contrarium dixerit, *Guazzin. in dict. defen. 5. cap. 9. num. 8. ver. ideò tu dicas etc,* cum quo pertranſit, *Giurb. d. conſ. 98. num. 11. in fin.* volentes d. limitationem habere locum ſolum, quando agitur de pœna leui, quod eſt contra *Doct. adductos ſupra num. 1. et 2.* volentes, quod birruarij ſoli in leuibus plenè probent, vt aduertit *Chriſpol in dict.*

caſu

caſu 14.*num.* 24. maximè cum Doct. adducti per *Giurb.* eius intentionem non probent, vt pariter aduertit *Criſpol. loc.cit.* quæ tamen opinio *Guazz.* poſſet ſaluari quo ad pœnam extraordinariam, per rationem per eum adductam, & quia Iudex quando condemnat ex præſumptionibus, & coniecturis multùm debet temperare officium ſuum, vt dixi ſuo loco.

9 Limita ſecundò d. primam limitationem, vt non habeat locum, quando per Statutum eſſet aliter prouiſum, vt eſt in Ciuitate Florentiæ, quia tunc ſtatur dicto birruariorum, niſi per reum contrariũ probetur, vt not. *Plot.de in litem iur.* §.49.*n.*22. *Cabal.reſ.crim.d.caſ.*126.*n.*11.*&caſ.*127.*n.*7.*Guaz. d. defen.*5. *cap.*9. *num.*8. *ver.niſi tamen &c.& Farinac. de var. ac diu. crim quæſt.*108. *num.*153.

10 Sublimita d. ſecundam limitationem, vt non habeat locum quando birruarij vltra vilitatem exercitij paterentur alios defectus, & exceptiones, quia tunc nullam facerent probationem d. Statuto non obſtante, cum Statutum admittens teſtes inhabiles intelligatur, dũmodo teſtes non patiantur plures defectus, vt poſt *Burſat. Chart. Maſcar.& Baiard.* per eum adductos declarat *Guazzin. d. cap.* 9. *num.*8. *verſ.ſed aduerſus &c.* & ipſemet *Maſcard. de prob. concl* 1318. *num.* 42. *lib.*3.

11 Limita tertiò d. limitationem, vt non habeat locum, quando cum depoſitionibus birruariorum concurreret depoſitio vnius teſtis fide digni & ſpectatæ fidei, quia tunc plenè probarent, vti adiutæ, & adminiculatæ ex magna fide conteſtis, vt tradunt *Grat. conſ.*42 *num.*22.*& ſeq.par.*1.*Maſcar.de probat.d.concl.*189.*num.*6.*lib.* 1. *Clar.in pract.*§.*fin. quæſt.*7.*ver.habes igitur in fin. & Farina. de teſt.d.q.* 56.*n.*398.& ita voluit *Cabal.d.caſ.*126.*n.*11.vbi dicit, birruarios probare quando cum eorum dicto concurrit aliud adminiculum, & tradunt *Doct. adducti ſupra, num.* 7.

12 Quicquid contrarium tenuerit *Giurb. conſ.*98.*n.* 14.volens d. limitationem habere tantum locum ad effectum torquendi, non autem condemnandi, quem effectum operari magnam fidem conteſtis, dicit *Farin.de teſt.quæſt* 62.*n.*319. quia in hoc caſu non agitur propriè de ſupplendo fidem birruariorum, ſed de coniungendis duabus ſemiplenis probationibus eiuſdem generis, vna reſultantem ex depoſitionibus birruariorum, qui faciũt in grauibus indicium ad torturam, & ſic ſemiplenã probationem, vt dixi ſupra *n.* 2. & alia ex depoſitione teſtis integri, quod non recipit difficultatem.

13 Declara ſupradictam concluſionem, vna cum limitationibus ſeq. vt habeant locum etiam quando birruarij caperent aliquem in fragranti, in quibus terminis loquuntur omnes ferè Doctores ſupra adducti, & præcipuè *Guazzin.in d.defen.*5.*cap.*9.*num.* 28.*& Giurb.d conſ.*98. *num.*5.*& ſeq.*

14 Declara d. concluſionem cum limitationibus ſeq. vt habeant locum in birruarijs capientibus aliquem cum armis, ſeù in fragranti, ſecus tamen eſt, ſi priuatæ perſonæ aliquem cum armis, vel in fragranti appræhendiſſe teſtentur, quia ſi illi ſint duo, vel plures idonei, illum plenè conuincunt, & ſi ſit vnus facit contra illum indicium ad torturam vt declarant *Maſc.de prob. concl.* 497.*n.*10. vbi loquitur maximè quãdo adeſt difficultas probationis *Scacc. de iudic.lib* 1.*cap.*78.*n.*23. *Guazz.d.defen.*5. *cap.*9.*n* 8.*in fin.* & plenè *Giur. d.conſ.*98.*n* 5.*& ſeq.* & quod Curſores Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ, vti Clerici, probent in ſpectantibus ad eorum officium, dixit *Pract. Arch. Neap. cap.*47.*n.*2.

S V M M A R I V M.

1 *Birruarij deponentes, in aliqua executione fuiſſe impeditos non probant.*

*Maximè, ſi deponant, fuiſſe impeditos ab aliquo tertiò, num.*2.

Et quando deponunt fuiſſe in exequendo iniuriatos, vel offenſos, num. 3.

*Etiam ſi birruarij id deponentes ſint plures, n.*4

*Contrarium tenent quamplures, n.*5.

*Quod declaratur, num.*6.

*Præcipuè, quando cum depoſitionibus birruariorum concurrit depoſitio teſtis fide digni, n.*7.

*Faciunt tamen depoſitiones birruariorum qualem præſumptionem, num.*8.

Et quando cum eis concurrunt præſumptiones ſufficiunt ad torturam, num. 9.

Quod tamen Iudicis prudentis arbitrio remittuntur, num. 10.

R E S O L V T I O IV.

Birruarij deponentes, in aliqua executione fuiſſe impeditos non probant.

1 BIrruarij deponentes in aliqua executione ciuili, vel criminali reali, vel perſonali fuiſſe impeditos ab eo, contra quem exequi debebant, non probent, licèt id videatur pendere ab eorum officio, cum vltra eorum vilitatem dicantur deponere ad propriam exonerationem, vt tradunt *Alciat.de præſum.reg* 3 *præſum.*14.*n.*7. *Maſcar.de prob. concl.*1115.*n.*8.*lib.*2. *Menoch. de arbitr.caſ.*112.*n.*12.*Farin.de carcer.& carc.quæſt.*32.*num.*80.*& in tract.de teſtib.quæſt.*56. *num.*376.*Guazz.d.defen.*5.*cap* 9.*ſub num.*8.*Decian. tract.crim.lib.*8 *cap.*4 *num.* 7. *& ſeq. Caball. reſol. crim.caſu* 127.*num.*15.*cent.*2.*Carena de Offic. S. Inquiſ.par.*3. *tit.*5.*num.*31. *Ciriac. contr.*180.*num.*8. *et Vermigliol.conſ.*375.*num.*3.

Deponẽs enim ad ſui exonerationẽ nullã facit probationis gradum, vt not. *Boſſ.in pract.in tit. de oppoſ. contra teſt.n.*57.*Ber* 1.*conſ.* 60.*n* 9.*lib* 1 *et conſ.*499. *n.*17.*lib.*2.late *Farin.de teſt.q.* 56.*n.*376. vbi agit in terminis de birruario *et q.*60.*n.*18. vbi alios dat cõcordantes quamplures *et Vermigl.conſ.*286.*num.*6.

2 Amplia primò d. concluſionẽ, vt birruarij eo magis non probent, ſi deponant, in executione facienda contra aliquẽ fuiſſe impeditos non ab ipſo reo,

ſed ab aliquo tertio, vel, reum fuiſſe eſſe per tertium ereptum de manibus, cum hoc non ſit de cõnexis eorum officio, vt tradunt Alciat. in d. præſump. 14. num. 6. ver. puto contrarium &c. Menoch. de arbitr. d. caſ. 112. num. 15. Farin. de carc. & carc. d. quæſt. 32. num. 80. ver. limita quartò &c. & Cabal. reſol. crim. d. caſ. 127. num. 15.

3 Amplia ſecundò d. concluſionem vt eò magis habeat locum, quando birruarij deponunt in executione facienda fuiſſe per debitorem, vel reum iniuriatos, verberatos, vel vulneratos, quia cum in d. caſu faciant ſe offenſos, & dicantur ideò deponere in cauſa propria, nulla fides venit eis præſtanda Alciat. in d. præſump. 14. num. 5. & 6. vbi dicit hanc eſſe veriorem opinionem Menoch. de arbit. d. caſ. 112. num. 12. Maſcar. de prob. concl. 189. num. 5. lib. 2. plenè Farin. de carc. & carc. d. quæſt. 32. n. 80. & ſeq. & de teſtib. quæſt. 56. num. 377. vbi alios adducit ita ſentientes, & teſtatur de communi opinione & conſ. 116. num. 2. lib. 2. plenè Cabal. reſol. crim. caſu 127. num. 2. cent. 2. quamplures pariter recenſens concordantes, Guazz. defen. 5. cap. 9. ſub num. 8. Girib. conſ. 98. num. 10. in fin. Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 5. num. 31. & dixi ego allegat. forenſ. 92. num. 14.

4 Subamplia d. primam, & ſecundam ampliationes, vnà cum concluſione principali, vt habeant locum, etiamſi birruarij deponentes eſſent plures, quia adhuc nullam in d. caſibus facerent probationem, vt voluerunt Boſſ. in pract. in tit. de denunc. n. 12. & 13. vbi dicit, quod ita ſeruat Senatus Mediolani, Alciat. in d. præſump. 14. num. 5. & 6. reg. 3. & Vermigliol. conſ. 114. in prin. & conſ. 375. n. 3.

5 Contrariam tamen opinionem, quod imò ex depoſitione birruariorum, vel aliorum teſtium inhabilium, ſi eorum numerus ſit magnus ſaltem vltra quatuor, inducatur probatio, ita ut contra reum deueniri poſſit ad condemnationem, etiam in pœnam ordinariam Iudicis arbitrio conſideratis circumſtantijs facti, & illius veriſimilitudine poſt Pegner. Farin. Sonſam. P. Dian. & Caſtropal. per eum relatos tenent Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 5. n. 77. & Cabal. reſol. crim. caſ. 126. n. 9. & ſeq. dicens, aliquando in facto ita fuiſſe ſeruatum, & meliùs caſu 127. num. 3. & ſeq. cent. 2. nec non Criſpol. d. caſu milit. 14. num. 16. & ſeq. qui tamen loquuntur, quando aliud etiam concurrit adminiculum, vel coniectura iuxta terminos ampliationis ſequen. & id totum Iudicis prudentis arbitrio remittunt iuxta dicta per me ſupra in reſol. praeced. n. 5. & dicetur etiam infra num. 10.

6 Declara d. contrariam opinionem, vt habeat locum, quando cum dicto birruariorum, qui ſunt in magno numero, vt ſupra, concurrit aliquod aliud adminiculum, ſeù coniectura, vt ſentiunt Doct. adducti ſupra n. 5. & non aliàs, in quibus terminis loquitur etiam Farin. de hæreſi quæſt. 188. num. 73. vbi refert, fuiſſe quendam furca ſuſpenſum ex eo, quia vulnerauerat ad mortem duos cuſtodes carcerum ex depoſitionibus vulneratorum, & aliorum Cuſtodum, & concurrentibus grauibus coniecturis, vt ibi per eum & Criſpol. d. caſu 14. n. 1. & ſeq. & nu. 16. & ſeq. qui loquitur præcipuè in caſu difficilis probationis, & idem voluit idem Farinac. de carc. & carc. quæſt. 32. n. 83. licèt loquatur, quando vnus eſt tantum birruarius, & certè cum birruarij ſoleant multa committere, vt ego expertus ſum in quampluribus officijs, & ſit malum genus hominum, vt tradunt etiam Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 4. n. 7. & ſeq. & Farinac. de teſtib. quæſt. 56. n. 370. ideò cenſeo, quod in præſtando eis fidem admodum cautè ſit agendum, licèt adminicula nihil operari in depoſitionibus birruariorum, dixerit idem Farin. conſ. 120. n. 3. lib. 2.

7 Amplia d. declarationem, vt idem ſit, quando cum depoſitionibus birruariorum concurrit depoſitio teſtis fide digni, quia tunc dicerentur teſtes idonei, vt tradunt Maſcar. de prob. concl. 189. nu. 6. lib. 3. Farin. de teſtib. quæſt. 56. num. 395. & conſ. 100. num. 20. lib. 1. Criſpol. in d. caſu milit. 14. numer. 16. & num. 19. & ſeq.

8 Declara primo d. concluſionem principalem vnà cum ampliationibus ſeq. licèt birruarijs deponẽtibus fuiſſe in executione, vel captura facienda impeditos, verberatos, vel vulneratos, non credatur plenè, examinati tamen faciunt qualem præſumptionem, quæ eſt ſufficiens ad aperiendam viam Iudici ad aſſumendas informationes ſuper impedimento eis dato, & ſuper percuſſione, vel vulneribus eis illatis, vt tradunt Boſſ. in pract. in tit. de denun. n. 12. ver. ſi igitur &c. Caph. conſ. 241. n. 7. lib. 2. Iodoc. in tract. in tit. de cit. real. n. 31. Grammat. theorem. 19. n. 6. quem refert, & ſequitur Farin. de carc. & carc. d. quæſt. 32. nu. 82. vbi alios adducit ita ſentientes, & teſtatur de communi opinione, & d. conſ. 100. n. 3. & dixi ego d. alleg. foren. 92. n. 15.

9 Limita d. primam declarationem, vt non habeat locum, quando cum depoſitionibus birruariorum concurrit aliqua bona coniectura, vel adminiculum, quia tunc depoſitiones illorum non ſolùm faciunt indicium ad inquirendum generaliter, ſed etiam ſpecialiter, & ad torturam, licèt ſint duo tãtum, vt tradunt Alciat. in præſ. 14. n. 5. & 6. Maſc. de prob. concl. 189. n. 6. lib. 1. vbi loquitur, quando concurrit dictum alterius teſtis fide digni, & concl. 219. n. 7. lib. 2. Farin. de carcer. & carc. d. q. 32. n. 83. alios adducens concordantes, & in his terminis intelligo, procedere dictum Corn. conſ. 217. in prin. lib. 1. volens poſſe deueniri ad torturam ex dicto duorum birruariorum, & Viui. deciſ. 19. relatum per Farinac. vbi ſupra qui teſtatur, in Audientia Barenſi fuiſſe auxiliatum quendam ex depoſitione trium birruariorum, & vnu alia.

10 Declara tamen d. limit. vnà cũ ſupra adductis, vt id totũ relinquendũ ſit arbitrio boni, & prudentis Iudicis, qui, attenta facti, & perſonarũ qualitate, & circumſtantijs, iudicabit quanta fides ſit birruarijs præſtanda in caſibus ſupradictis, vt voluerũt Alciat. d. præſ. 14. n. 7. Meno. de arb. d. caſ. 112. n. 8. & ſeq. Farin. d. q. 32. n. 87. in fin. Cabal. d. caſ. 126. in fin. & d. caſu 127. num. 4. & ſeq. vbi docet quomodo Iudex in d. caſu regulare debeat arbitrium ſuum.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Birruarij, vt infames, repelluntur a teſtificando in criminalibus.*

Et eò magis, quando aliam patiuntur exceptionem, num. 2.

Etiamſi deponant de ijs, quæ antecedunt illorum officium, num. 3.

Probant tamen, ſi deponant in pertinentibus ad illorum officium, num. 4.

Et quando deponunt ad defenſum alicuius, n. 5.

Et contra Curiam, num. 6.

Non ſunt tamen in d. caſibus teſtes omni exceptione maiores, num. 7.

R E S O L V T I O V.

Birruarij an repellantur a teſtificando in criminalibus.

1 Birruarij, cum apud omnes communiter infames reputentur, omninò repelluntur a teſtificando in criminalibus, vt tradunt *Ludou. deciſ. Lucen.* 1. *num.* 3. *Maſcard. de probat. concl.* 189. *in prin. lib.* 1. *& concluſ.* 1365. *num.* 6. *lib* 3. latè *Farinac. de teſt. quæſt.* 56. *num.* 371. *& ſeq.* vbi teſtatur de magis communi Doct. opinione, & reprobat *Grat. Monet* & alios contrarium tenentes *et conſ.* 39. *num.* 2. *& ſeq. lib.* 1. *& conſ.* 116. *in prin. & conſ.* 120. *nu.* 1. *& conſ.* 193. *num.* 34. *lib.* 2. vbi dicit, talem depoſitionem ſolùm ſufficere ad aſſumendas informationes *Cabal. reſol. crim. caſu* 127. *in prin. cent.* 2. *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par.* 3. *tit.* 5. *num.* 31. vbi alij dantur ita ſentientes *Vermigliol. conſ.* 31. *num.* 11. *Rot. deciſ.* 138. *num.* 4. *poſt* 2. *vol. conſ. Farinac.* dixi ego *alleg. foren.* 93. *num.* 25.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando birruarij patiuntur, vltra eorum vilitatem, aliquam aliam exceptionem, quia tunc nullam omninò faciunt probationem, vt not. *Turret. conſ.* 57. *num.* 7. *lib.* 1. quem refert, & ſequitur *Giurb. conſ.* 98. *num.* 10. *in fin. Guazzin. defen.* 5. *cap.* 9. *num.* 8. *ver. ſed aduerſus &c. Vermigliol. conſ.* 31. *num.* 11. *Criſpol. caſu milit.* 14. *nu.* 24. *verſ. vel ſaltem &c.* & dixi ſupra in hoc ver. *Birruarius, reſol.* 3. *num.* 6. vbi alios adduxi ita ſentientes, *& alleg. foren.* 92. *num.* 17.

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum etiam ſi birruarij deponant de ijs, quę ſunt annexa eorum officio, & illud antecedunt, vt ſi dicant, habere in mandatis aliquid faciendi, citandi, & ſimilia, quia ſi de mandato non doceant, eis non creditur *Clar. in pract.* §. *fin. quæſt.* 28. *verſ. dictum eſt &c. Maſc. de prob. concl.* 189. *nu.* 3 *lib.* 1. plenè *Farin. de teſtib. quæſt.* 56. *nu.* 174. *& ſeq.* & non diſſentit *Caren. de offic. S. Inquiſ. par.* 3. *tit.* 3. *num.* 31. & not. *Vermigliol. conſ.* 87. *num.* 9.

4 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, & hoc videtur concernere ciuilia, quando birruarij deponunt de pertinentibus ad illorum officium, puta de citatione, vel executione ab eis facta, non inueniſſe bona, in quibus poſſent facere executionem, & ſimilia, quia tunc benè probant cum eorum fides in hoc dicatur approbata à publico, vt tradunt *Menoch. de arbitr. caſu* 112. *in prin. Maſc. de prob. d. concl.* 189. *n.* 7. *& ſeq.* & latè comprobat *Farin. de teſt. d. q.* 56. *n.* 380. *& ſeq.* vbi alios dat concordantes *Poſſ. de ſubhaſt. inſpec.* 18. *n.* 231. *& inſpect.* 29. *nu.* 111. *et ſeq.* declarando vt ibi per eum, *Rot. in Cracouien. iuriſpatronatus* 4. *Aprilis* 1642. *coram R. P. D. Cerillo*, §. *de contumacia nu*tem *&c. Sperell. deciſ.* 149. *num* 15. *par.* 2. quicquid dixerit *Vermigl. conſ.* 30. *num* 19.

5 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando birruarij deponunt ad defenſam alicuius, qui tunc probant, vt not. *Farin. de teſt. q.* 56. *n.* 388. vbi agit quando admittantur ad defenſam pro ſuo Poteſtate, & *conſ* 36. *num.* 16. *lib.* 1. vbi teſtatur de communi opinione, *& conſ.* 166. *nu.* 12. *lib.* 2. *Ant. Gomez var. reſ. tom.* 3. *tit.* 12. *n.* 13. qui pariter hanc dicit eſſe communem opinionem *Clar. in pract.* §. *fin quæſt.* 24. *ver. item ſcias &c. Honded. conſ.* 87. *n.* 36. *lib.* 1. *Menoch. de præſump. lib.* 5 *præſump.* 48. *n.* 7 *Ill Sperel. d. dec ſ.* 149. *in fin.*

6 Limita tertiò d. concluſionem vt non habeat locum contra Curiam, quia birruarij examinati pro informatione Curiæ contra eam plenè probant *ad tex. in l. ſi quis* 13. *C. de teſt. Far. conſ.* 166. *n.* 12. *lib.* 2.

7 Declara d. limitationes, vt birruarij in d. caſibus, in quibus admittuntur in teſtes, non tamen dicuntur omni exceptione maiores, cum ob eorum vilitatem multum de fide eis minuatur, vt poſt *Lanfranc. Clar. Oſaſch et Maſcar.* per eum relatus benè declarat *Farin. de teſt. d. quæſt.* 56. *num.* 396. *& ſeq.* vbi dicit, neque illos admitti ſinè tortura.

Quid verò dicendum ſit, quando teſtes birruarij ſunt in magno numero, vide ſupra in duabus reſolut. præced. ex quibus quæ hic deficere videntur ſuppleri benè poſſunt.

S V M M A R I V M.

1 *Birruarij, quando mandatum de carcerando eſt iniuſtum, ſi vulnerent, vel occidant reſiſtentem cum armis, non puniuntur.*

Imò non puniuntur etiamſi mandatum ſit relaxatum indebitè, num. 2.

Licèt contrarium teneant aliqui Doct. num. 3.

Niſi tamen birruarij habeant notitiam de iniuſtitia mandati, vel illa ſit notoria, num. 4.

Vel iniuſtitia capturæ proueniat ex culpa birruariorum, num. 5.

Concluſio ſupradicta eò magis procedit quando capiendus poterat impunè offendi, num. 6.

Et quando captura ſit pro cauſa ciuili, num. 7.

Fallit concluſio quando carceratus non cognouit birruarios, num. 8.

Et quando capiendus non reſiſtit, ſed aufugit, n. 9.

Licèt contrarium teneant aliqui, num. 10.

11 *Birruarij vulnerantes reſiſtentem debent id facere cum moderamine inculpatæ tutelæ.*

Et quando non poſſunt reum aliter capere, n. 12.

13 *Reſiſtentia contra birruarios non præſumitur, ſed illa per eos eſt probanda.*

RESOLVTIO IV.

Birruarij quando mandatum de carcerando eſt iuſtum, ſi vulnerent, vel occidant reſiſtentem cum armis an puniantur.

1 Birruarij, quando mandatum Iudicis de carcerando criminoſum eſt iuſtum, ſi illum reſiſtentem, & armis ſe defendentem vulnerent, vel occidant, nulla pœna veniunt puniendi, vt tradunt *Boſſ. in pract. in tit. de captur. n. 12. & ſeq. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 29. in princip. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 9. n. 6. Menoch. de arb. caſ. 478. in princ. Laderch. conſ. 381. num. 24. & ſeq. Maſcard. de prob. concl. 1131 num. 57. lib. 3.* plenè *Farin. de carcer. & carcerat. quæſt. 32. num. 39.* vbi alios quamplures adducit ita ſentientes *Giurb. conſ. 29. num. 16.* qui alios pariter dat concordantes *Caball. reſol. crim. caſ. 132. in princip. cent. 2.*

Vbi enim offenſio eſt licita, ibi defenſio eſt prohibita, vt not. *Doct. in l. vt vim, 3. ff. de iuſt. & iure, Farin. de homic. quæſt. 125. num. 112.* vbi alios dat concordantes *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 3. caſu 1. n. 132. P. Graſſett. de nece prodit. §. 28. n. 30.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locũ, etiam ſi mandatum de capiendo contra reum relaxatum, eſſet relaxatum indebitè, & iniuſtè, quia etiam tunc ſi birruarij offendant, vel occidant eis reſiſtentem, & ſe defendentem cum armis, ne capiatur, nulla pœna tenentur, cum eorum non ſit cognoſcere de iuſtitia, vel iniuſtitia mandati relaxati, maximè dum obediunt Superiori, cui parere tenentur, vt not. *Clar. in pract. d. quæſt. 29. in prin. & quæſt. 60. num. 16. Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 11. num. 13. Farinac. de carcer. & carc. quæſt. 32. num. 47. Cabal reſ. crim. caſ. 132. num. 7. cent. 2.* latè probat *Giurb. d. conſ. 29. num. 11. & ſeq.* vbi dicit, illam eſſe ſequendam in iudicando, & alios dat concordantes, & *num. 26.*

3 Licèt contrarium tenuerint *Amad. de ſyndic. num. 100. & ſeq. Foller. in pract. in ver. Notatos capiat &c. num. 7. in fin. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 46. n. 30.* qui loquitur, quando mandatum eſt notoriè iuſtum, ſecùs ſi id ſit dubium, *Odd. conſ. 72. num. 33. Guazzin. defen. 5. cap. 4. num. 7.* qui pariter loquitur quando mandatum eſt notoriè iuſtum, & alij quos refert *Giurb. d. conſ. 29. num. 9.*

4 Limita primò d. primam ampliationem, vt non habeat locum, quando birruarij habeant ſcientiam de iniuſtitia mandati, & reus armis ſe defendebat, vel iniuſtitia mandati erat notoria, quia tunc ſi reum offendant, vel occidant, a pœna non excuſantur, vt not. *Amad. de ſynd. n. 100. & ſeq. Menoch. de arb. d. caſ. 578. n. 4. Scac. de iudic. lib. 1. d. cap. 46. n. 30. Guaz. d. def. 5. cap. 4. n. 7. & 9. Farin. d. q. 32. n. 47. Giur. d. conſ. 29. n. 12.* vbi dicunt, idem eſſe, quando præiudicium eſſet irreparabile, vt ibi per eos.

5 Limita ſecundo d. primam ampliationem, vt non habeat locum, quando iniuſtitia capturæ prouenit ex facto, & culpa ipſorum birruariorum, vt quia aliquem ſinè mandato Iudicis in caſibus a iure nõ permiſſis capere vellent, vel vellent exequi pro maiori ſumma, quam ſit in mandato expreſſa, & ſimilia, quia tunc offendentes, vel occidentes reſiſtentem puniuntur, vt docent *Grammat. Theor. 19. num. 1. & ſeq. Rolan. conſ. 17. nu. 4. lib. 3. Farin. de carc. & carc. d. q. 32. n. 47. et Giurb. d. conſ. 29. n. 13.* & ſentit *Guazz. d. def. 5 cap. 4. n. 7. 8. & ſeq.*

6 Amplia ſecundò principalem concluſionem, vt eo magis habeat locum, quando reus capiendus eſt talis, vt a quolibet priuato offendi poſſit, vt ſunt banniti, hoſtes publici, & ſimiles, quia ſi ille reſiſtat, & armis ſe defendat, birruarij illum offendere, & occidere poſſunt, vt ſcripſerunt *Angel. de malef. in ver. quod fama publica, num. 54. Menoch. de recup. poſſeſſ. remed. 8. num. 11. Farinac. de carc. et carcer. quæſt. 32. num. 45.* vbi dicit, idem eſſe, quando birruarij habent mandatum a Iudice illum capiendi viuum, vel mortuum, vt ibi per eum, et *num. 49. et num. 76. Cabal. reſol. crim. d. caſ. 132. num. 5. Turret. conſ. 45. num. 15. lib. 2. Giurba* qui alios concordantes refert *d. conſ 29. num. 20.*

7 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum non ſolùm quando birruarij exequuntur mandatum pro cauſa criminali, ſed etiam quando illud exequuntur pro cauſa ciuili, quia etiam in d. caſu illos poſſe reſiſtentem cum armis vulnerare, & occidere, ſcripſit *Farinac. de carc. et carc. d. quæſt. 32. num. 56.* vbi hanc ampliationem dicit eſſe veriorem, maximè in Statu Eccleſiaſtico vigore Bullæ Sixti V & reprobat *Caſon.* & alios contrarium ſentientes, *Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 46. ſub num. 32.*

8 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando reus capiendus Iudicis familiam, & birruarios non cognoſcens, vt quia non deferebant ſigna conſueta, vel erant de alio loco, & ſimil. eis reſiſtentiam fecit, quia tunc ſinè pœnæ incurſu à birruarijs offendi, & occidi non poteſt, vt tradunt *Auguſt. ad Ang. de malef. in ver. quod fama publica, num. 54. Put. de ſynd. in ver. familia, cap. 1. num. 5. et cap. 2. num. 3.* latè *Giurb. d. conſ. 29. num. 22.* qui quamplures ita ſentientes adducit, & non diſſentit *Farin. de carc. et carc. d. quæſt. 32. num. 37.* & dixi ego *alleg. foren. 92. num. 13.*

9 Limita ſecundò d. concluſionem, vt habeat locũ, quando reus capiendus reſiſtit, & armis ſe defendit, ne caperetur, ſecùs tamen eſt, ſi non reſiſtit, neque aliquam defenſionem facit, niſi fugiendo, quia tunc birruarijs non licèt ſinè incurſu pœnæ capiendum offendere, & occidere imò nequè verbis iniuriare, cum fugiens non dicatur reſiſtere *Cabal. d. caſu 132 num. 5.* vt not. *Iodoc. in pract. cap. 15. n. 27. Foller. in pract. in ver. Notatos capiat, n. 16. et ſeq. et nu. 30. et ſeq.* & benè declarat *Farinacc. in d. tit. de carcer. et carc.*

& carcer.quæſt. 32. *num.*44. *et* 61. vbi alios adducit concordantes, vbi dicit d. birruarios ſic offendentes fugientes eſſe grauiùs puniendos, cum d.offenſa cenſeatur facta cum abuſu iuſtitiæ, & publicæ authoritatis, niſi tamen fugiens eſſet bannitus, vel adeſſet mandatum Iudicis de occidendo, vt ibi per eum, *Scacc.de iudic.lib.* 1. *cap.* 46. *num.*32.

10 Quicquid contrarium tenuerint *Menoch. d. caſ.* 578. *num.* 2. *et Giurb. d. conſ.*29.*num.*18. & alij ab eis relati, quorum ſententia fortè poſſet admitti, quando fugiens priùs aliquem ex birruarijs vulneraſſet, vt videtur ſentire *Giur.in d cõſ.*29.*n.*24. *in fin.*

11 Declara primò d. concluſionem, vt birruarijs non liceat reſiſtentem, & ſe defendentem indefinitè vulnerare, & occidere, ſed id facere debent cum moderamine inculpatæ tutelæ, ita vt ſi reus ſe defendat cum pugnis, non ſit offendendus cum armis; niſi ſit ita robuſtus, vt plùs valeat vnus eius pugnus, quam armorum percuſſio, aliàs birruarij tenentur de exceſſu, vt benè comprobat *Facbin. controu. iur.lib.*9. *cap.*73. vbi reprobat contrarium tenentes, & alios dat concordantes, *& Farinac. de carcer. & carcer. dict. quæſt.*32. *num.*42. vbi teſtatur hanc eſſe veriorem opinionem *Scacc. de iudic. lib.* 1. *cap.*46. *num.* 32. *& Caball. d. caſ.* 132. *n.*4.

12 Declara ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum, quando birruarij non poſſunt aliter capere delinquentem, quàm illum vulnerando, vel occidendo, quia ſi aliter illum capere poſſunt, non licet eis illum vulnerare, & occidere ſinè incurſu pœnæ, vt puta ſi vulnerent illum, qui in terram ceciderat & ſimilia, vt voluerunt *Grama.deciſ.*41. *per tot. Clar. in pract.§. fin. quæſt.*29. *in princ. Menoch. de arb. d.caſ.* 578. *num.* 6. *Farinac. de carcer. & carcer. d. quæſt* 32. *num.* 48. *Scacc. de iudic. lib.* 1. *d. cap.* 46. *num.* 32. *& Giurb. d. conſ.* 29. *num.* 24. vbi quamplures adducit ita ſentientes.

13 Declara tertiò d. concluſionem, vt reſiſtentia facta birruarijs non præſumatur, ſed illa ſit probanda per ipſoſmet birruarios, qui ad illorum excuſationem allegant vulneraſſe, vel occidiſſe capiendum, qui armis ſe defendebat, & reſiſtentiam faciebat, vt probant *Iodoc. in pract. cap.* 15. *n.* 28. *in fin. & Farinac. de carcer. & carcer. d. quæſt.* 32. *num.*59. vbi hanc declarationem benè comprobat, & ita ſcripſit etiam *Vermigl.conſ.*117. *in princ.*

ADDITIO.

N. 5. VBi habetur, quod birruarij puniuntur ſi vulnerent, vel occidant reſiſtentem quando captura eſt nulla ex eorum facto adde *Farinac. in addit. ad quæſt.* 32. *nu.* 47. *de carcer. & carcer.* vbi d. limitationem confirmat dicens, illam eſſe veriſſimam, & communem, & reprobat *Cabal.caſu* 132.*n.*29. aliqua in contrarium adducentem, vt ibi per eum.

BLASPHEMIA.

SVMMARIVM.

1 *Blaſphemia crimen omnium immane, & ſceleratiſſimum eſt.*

Itaut de iure Diuino, & ciuili puniatur pæna mortis, num. 2.

Quod procedit in blaſphemantibus Deum, non autem Sanctos, num. 3.

Et inſolitò, & conſueto blaſphemare, aliàs ſecùs, num. 4.

*Pæna autem mortis receſſit ab aula, num.*5.

*Maximè attenta diſpoſitione iuris Canonici, & Bullarum, num.*6.

7 *Blaſphemator nõ admittitur ad teſtificãdũ vt infamis*

*Etiam ſi de crimine blaſphemiæ non fuerit cõdemnatus, num.*8.

Licet contrarium teneant aliqui. num. 9.

10 *Blaſphemans per ebrietatem non punitur, vel mitius punitur.*

Declara vt num. 11.

Idem eſt in blaſphemante ex ira, vel iuſto dolore, num. 12.

*Declara vt num.*13.

Et qui in continenti poſt blaſphemiam ſe correxit, num. 14.

*Blaſphemator verò allegans d. cauſas tenetur illas probare, num.*15.

RESOLVTIO I.

Blaſphemia crimen an omnium immane, & ſceleratiſſimum ſit.

1 BLaſphemiæ crimen omnium immane, & ſceleratiſſimum eſſe, exclamant Doctores omnes communiter & præcipuè *Decian. tr.cri.lib.*6. *cap.*3. *in prin. Farin. de delict. & pæn. q.*20 *n.*3. *& plurib. ſeq.* latiſſimè *Lazar. in tract. de blaſph. quæ.*1.*q. per tot. Criſpol. in ſuis caſib. milit. caſ.*4.*n.*1. *& ſeq.* vbi dicit, ex hoc ſcelere immitti bella, populos in captiuitatem eijci, transferri Regna, euerti Imperia, famem, peſtem, omniſque generis ærumnas prouenire, vt ibi per eum, & hanc concluſionem latè comprobat *Paul. Rub. de valid. legal. cap.*32. *in prin. & cap.*33.*n.*45. *& ſeq.* & ante eos *Caball. reſol. crim. caſ.*296. *n.*40. *cent.* 7.

In alijs enim delictis, puta furti, adulterij homicidij, & ſimilium delinquens principaliter intendit eius commodum, ſenſualitatem, & ſimilia, in conſequentiam tamen Dei contemptus ex eis naſcitur: blaſphemans verò directè, & immediatè Dei iniuriam intendit, & illius honorem, quantum in ſe eſt, tollit, itaut nullum admittat velamen, vel excuſationem, vt aduertunt *Campanil. in diuer. iur. canon. rub.* 11. *cap.*26. *num.*70. *Lazar. de blaſph. d. q.* 4. *num.*2. *& ſeq. & Paul. Rub. in d. cap.*34. *num.* 28. *& ſeq.* & cum blaſphemia in odium Dei proferri videatur, quod nullum vincit peccatum, vt ponderat *Lazar. de blaſph. d. quæſt.*4. *n.*7. benè comprobans.

2 Amplia primò illatiuè d. concluſionem, vt delictum blaſphemiæ ob eius atrocitatem puniendum ſit pœna vltimi ſupplicij tam de iure Diuino, quo blaſphemi lapidibus obruebantur, vt eſt tex. *in leuit. cap.*24. & tradunt *Farin. in d. q.*20. *num.* 10. *&*

Reſol. Crim. G 3 *Lazar.*

Lazar. de blaſph. quæſt.5. num.1.& ſeq. quamplura adducens exempla in quibus in lege veteri d.pœna mortis fuit ſeruata, quàm etiam de iure ciuili, vt eſt tex. *in §.ſi enim contra*, & ibi not. *gloſ. Bart. Angel. & communiter omnes Doct. Auth. vt non luxur. contra natur.* & not. *Clar. in pract. §. blaſphemia ver. ſed quæro &c. Menoch. de arbitrar. caſu 375. num. 23. Decian. tract. crim. lib.6.cap.6. num.4.* vbi teſtatur de communi opinione *Cabal.d. caſu 296. num.43. Lazar. de blaſph. d. quæſt.5.num. 16. & ſeq. & Paul. Rub. de valid. legal. cap. 34. num. 65. & ſeq.* vbi diſpoſitionem *tex. in d. §. ſi enim Auth. vt non luxur. contra natur.* valdè extollit, *& cap. 35. num.24.* & ante eum ſcripſit *Caren, de Offic. S. Inquiſ. par. 2. tit. 7. num. 90.*

3 Declara primò d. primam ampliationem, vt habeat locum in blaſphemantibus Deum, ſecùs tamen eſt in blaſphemantibus Sanctos, quia cùm perſona Dei ſit maior abſque comparatione omnibus alijs Sanctis, & ſic grauius dicatur delictum blaſphemia in Deum, quàm in Sanctos, ideò in d. caſu non intrare pœnam mortis, ſed tantummodo eſſe locum pœnæ extraordinariæ Iudicis arbitrio, meritò dixerunt *Vital. de malef. in tit. de pœn. blaſphem. Deum &c. num. 3. & Farinac. de delict. & pœn. d. quæſt.20. num. 27.* benè comprobans, & faciunt adducta *per Paul. Rub. in d. tract. de valid. legal. cap. 33. num. 41. & ſeq.* licèt vtramque blaſphemiam eſſe eiuſdem ſpeciei, declarando vt per eum, dixerit *P. Laiman. in Theol. moral. tract. 10 cap. 6. num. 10. lib. 4.*

4 Declara ſecundò d. primam ampliationem, vt habeat locum in eo, qui eſt ſolitus, & conſuetus Deum blaſphemare, cum conſuetudo delinquendi aggrauet delictum, & pœnam, ſecùs tamen eſt in eo, qui non eſt conſuetus blaſphemare, vt quia ſemel, vel bis tantùm blaſphemauit, quia is non pœna mortis, ſed tantùm pœna extraordinaria Iudicis arbitrio venit puniendus, vt declarant *Bal. & Salic. in l.2. C. de rebus credit. Menoch. de arbit. caſu 375. num. 30. Decian. tract. crim. lib.6.cap.5. num. 5. & cap. 6. nu. 4. Farinac. de delict. & pœn. d. quæſt. 20. num.43. & ſeq.* vbi dicit blaſphemantem ſemel, vel bis non dici ſolitum blaſphemare, ſed requiri, quod pluries blaſphemauerit, vt ibi per eum *P. Azor. Inſt. moral. par. 1. lib. 9. cap. 28. q. 6.* vbi teſtatur de communi opinione, quem vna cum alijs pluribus ita ſentientibus refert, & ſequitur *Lazar. de blaſph. quæſt. 5. num. 18.* & conſuetum blaſphemare non dici, niſi illum, qui per plures dies, puta quinque, vel vltra blaſphemauit, plenè probat *Caren. de Offic. S. Inquiſit. dict. par. 2. tit. 7. num. 22.*

5 Declara tertiò d. primam limitationem, vt pœna mortis impoſita contra blaſphemantes de iure ciuili receſſerit ab aula, & de generali conſuetudine nõ ſeruetur, ſed illius loco pro ſimplici blaſphemia imponatur pœna arbitraria, iuxta facti, & perſonarum qualitatem, quę tamen propter grauitatem blaſphemiæ, & blaſphemandi conſuetudinem extendi valet vſque ad mortem, vt not. *Clar. in pract. §. blaſphemia, ver. ſed. quæro &c. Menoch. de arb. caſu 375. n. 26. Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 6. n. 4. Farinac. de delict. & pœn. d. quæſt. 20. num. 64.* vbi dat concordantes, & *num. ſeq.* dicit, nunquam vidiſſe pro blaſphemia imponi pœnam mortis, iuxta qualitatem blaſphemiæ, *Lazar. de blaſph. d. quæſt. 5. nu. 19. & ſeq.* vbi recenſet varias pœnas, quæ pro d. crimine imponuntur *Illuſtr. Sperel. deciſ. 134. num. 52. par. 2.* latè *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 2. tit. 7. num. 91. & ſeq.* vbi dicit Senatum Mediolani, quando blaſphemiæ ſunt atroces, condemnare blaſphemos ad triremes, & etiam ad mortem, vt ibi per eum, *& Paul. Rub. de valid. legal. cap. 34. num. 65. & ſeq.*

6 Amplia e. tertiam declarationem, vt eò magis habeat locum de iure canonico, & vigore Concil. Lateranen. & Bullæ Pij V. contra blaſphemantes, in quibus aliæ contra eos imponuntur pœnæ, mortis pœna longè leuiores, quas recenſent, *Farinac. in d. quæſt.20. num.62. & ſeq. & Lazar. de blaſph. d. quæſt. 5. num. 20. & pluribus ſeq. & Barboſ. de Epiſc. allegat. 51. num. 97. et ſeq.*

7 Amplia ſecundò d. concluſionem principalem, in qua habetur, crimen blaſphemiæ eſſe enorme, & grauiſſimum, adeò eſſe veram, vt blaſphemator, vti infamis, non ſit teſtis idoneus, & repellatur omninò a teſtificando, maximè in cauſis grauibus, vt ſcripſerunt *Maſcard. de prob. concluſ. 194. num. 13. & ſeq. lib. 1. Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 6. num. 21. Farinac. de teſtib. quæſt. 56. num. 414. & ſeq.* vbi alios dat concordantes quamplures, & teſtatur de communi opinione latè *Lazar. de blaſph. d. quæſt. 5. num. 66 & ſeq.* vbi dicit, neque illum poſſe iurare in litem, nec in ſupplementum, vt ibi per eum *Caren. de offic. S. Inquiſ par. 3. tit 5. num. 40. & Paul. Rub. de valid. legal. cap. 31. num. 69. & ſeq.* benè comprobans, & dicens, neque illum admitti ad accuſandum.

8 Subamplia d. ſecundam ampliationem, vt blaſphemator nullam faciat fidem in iudicio, etiam ſi de crimine blaſphemiæ non ſit condemnatus, maximè ſi ſit blaſphemator publicus, vel conſuetus, vt poſt *Gram. Alex.* & alios per eum adductos tradit *Farinac. de teſt. quæſt. 56. num. 418. & ſeq.* vbi dicit ita ſenſiſſe *Rotam coram D. Cæſare de Graſſ. deciſ. 7. 5. num. 6. & ſeq. et num. 426.* ſentit illum neque admitti ad faciendum indicium, declarando vti per eum *dict. quæſt. 56. numer. 61. et ſequen.*

9 Licèt contrarium teneant *Boer. deciſ. 301 nu. 13. et Couar. in cap. quamuis par. 1. §. 7. num. 12. de pact. in 6.* cum quibus ſentire videtur, *Lazar. de blaſph. d. q. 5 n. 67. ver. nec minus*, & in iſtis terminis loquitur *Decian. adductus ſupra in d. lib. 6. cap. 6. n. 21.*

10 Declara primò d. concluſionem principalem vnà cum ampliationibus ſequen. vt non habeat locum in blaſphemante, per ebrietatem, quia ille vel non punitur aliqua pœna, vel ſaltem mitius puniri debet, cum ebrius æquiparetur furioſo, vt docent, *Clar. in pract. § fin. quæſt. 60. ver. præterea quæro &c. Maſcar. de prob. concl. 194. n. 4. lib. 1. De-*

cian.

cian.tract.crim.lib.6.cap.5.num.8.Farinac.de delict. & pœna d.q.20.num. 50. vbi alios dat concordantes dicentes, hoc eſſe communiter receptum per Doct. *Lazar.de blaſph.q.8 num.47.& ſeq.Caren.de Offic.S.Inquiſ.par.2.tit 7.num. 31. & ſeq* vbi loquitur in fortioribus terminis, nempè in blaſphemia hæreticali.

11 Subdeclara d. primam declarationem, quod ebrietas conſideratur tripliciter, prima dicitur leuiſſima, quæ tantum hominem exhilarat, ſed mentem non impedit, & ob hanc ebrietatem pœna non minuitur: ſecunda dicitur leuis, quæ mentem hominis turbat, & ob hanc pœna blaſphemiæ minuitur: tertia verò dicitur magna, quæ mentis alienationem inducit, itaut furori ſit ſimilis, & ob hanc omnis ceſſat pœna, vt declarant *Caren. de Offic. S. Inquiſ.d.par.2.tit.7.nu.32.* qui alios dat concordantes, *& par. 3.tit.9.nu 40.& ſeq.& Lazar.de blaſp. d.cap.8.num.*50.qui pariter quamplures adducit ita ſentientes, & vide adducta infra, *in ver.Ebrietas.*

12 Declara ſecundò d.concluſionem, vt non habeat locum in eò, qui ex ira, vel ex aliquo iuſto dolore motus blaſphemiam profert, qui licet in totum blaſphemiæ pœnam non euadat, mitius tamen venit puniendus, vt tradunt, *Canoniſtæ in cap.2. de maled.Clar.in pract.§.fin.q 60. ver.eſt etiam &c. & in § blaſphemia ver.excuſari poteſt.&c.Menoch. de arbitr caſu 375.nu.33.Farinac.*qui alios dat concordantes quamplures *de delict.& pœn.d. quæſt.20. num.47.et de hæreſ.q.179.num.63.Cabal.reſol.crim. caſu 296.num.33.* qui plures pariter recenſet ita ſentientes, *Lazar.de blaſph.q.6.n 35* vbi id extendit ad eum, qui per linguæ lubricum blaſphemauit, *Caren.de Offic.S.Inquiſ.par.2.tit.7.n.29* qui loquitur de eò, qui profert blaſphemas hæreticales *et Decian.Tranſmic.de oblig. denunc. quæſt. 11.ſect. 4 caſu 3.num 1.*

13 Subdeclara pariter d.ſecundam declarationem, vt habeat locum, quando ira, & dolor ſunt tales, vt homines ferè à recto ſenſu alienauerint, & proceſſerint à iuſta cauſa, ſecus tamen ſi ex leui, vel iniuſta cauſa deuenerint, quia tunc non excuſant blaſphemantes, itaut pœna minuatur, vt declarant *Decia.tract.crim.lib.6.cap.5.n.9.*plenè *Farin.de delict.& pœn.d.quæſt.20.nu.* 48. qui plures refert cauſas ſufficientes, & iuſtas, *nu.ſeq.* dicit, iram prouenientem ex ludo dici ex cauſa iniuſta prouenire, cum ludus, præcipuè alearum, ſit à iure reprobatus, *Lazar.de blaſph. d.q.6.num. 35. Caball. d. caſu 296.num. 34.*benè *Caren.de Offic.S. Inquiſ.d.part.2. tit.7.num.28.& ſeq.*vbi dicit, diſtinctionem ſupra allatam de ebrietate leuiſſima, leni, & magna habere locum, & attendendam eſſe etiam quò ad iram, vt ibi per eum.

14 Declara tertiò d. concluſionem, vt mitius etiam puniendus ſit, qui poſtquam blaſphemauit, in continenti, & antequam recedat de loco pœnitentia ductus blaſphemiam reuocauit, vel retractauit, cum tunc præſumatur per lubricitatem linguæ blaſphemaſſe, vt docuerunt *Arnal. Albert.de agnoſc. aſſert.cathol.& hæret.quæſt.27.num.9. & 13.* quem refert, & ſequitur *Farinac.d.quæſt.20. num.57.* vbi alios dat concordantes, *& de hæreſ quæſt. 179.nu. 40.& Lazar.de blaſph.quæſt.12.num.35.& 36.* vbi idem eſſe dicit, ſi blaſphemans ſtatim ſigna pœnitentiæ dederit, puta percutiendo os, vel pectus, vel dicendo *Dio mel perdoni*, & ſimilia, & quamplures dat concordantes, addo *Pegn.ad direct. Inquiſ.par.3.commen.17.& Didac.Tranſmic.d.quæſt. 11.ſect.4.cap.3.num.1.*

15 Subdeclara poſtremò omnes ſupradictas declarationes, in quibus dixi, blaſphemantem mitius eſſe puniendum, puta ex cauſa ebrietatis iræ iuſti doloris, & ex lubrico linguæ, vt habeat locum ſi d. cauſæ per blaſphemantem probentur, alias ſecus, cum ipſi ex d.cauſis blaſphemaſſe aſſerenti non ſit credendum, vt docent *Arnal.Albert.de agnoſc aſſert.cath.quæſt.36.num.18. Homob.de exam.Eccleſ.tom.1.tract.7.quæſt. 4. Caren.de Offic. S.Inquiſ.par.2.tit.1.num.72.& tit.7.num.35,* & idem firmat *Didac.Tranſmic.de obligat. denunc. quæſt. 11.ſect.4 cap.3 num. 3.* vbi alios dat concordantes quamplures, *& Farinac.de hæreſi.quæſt.179.n.62.* vbi dicit, id probari ex coniecturis.

SVMMARIVM.

1 *Blaſphemia crimen eſt mixti fori.*
Etiam ſi blaſphemans ſit Iudæus. num.2.
Contrarium, quod contra Iudæum Blaſphemantem ſolus Iudex laicus procedat. num.3.
Si blaſphemia ſit hæreticalis ſolus Inquiſitor procedit. num. 4.
5 *Blaſphemia hæreticalis quænam dicatur.*

RESOLVTIO II.

Blaſphemia crimen an ſit mixti fori.

1 BLaſphemiæ crimen eſt mixti fori, itaut per vtrumque Iudicem tàm laicum, quàm Eccleſiaſticum puniri poſſit, & inter eos ſit locus præuentioni, vt tradunt *Decian.tract.crim. lib. 4.cap. 10. num. 3. verſ duodecimò limita etc. et cap.26. num.13. Scacc. de iudic lib.1 cap.12.num.56.Farina.de Inquiſ.quæſt.8.num. 127.in fin.Guazzin.defen.1. cap.11.nu.5.* vbi alios adducit concordantes *Bald.Tom.in ſuis tract. var. tom.4 in tit.de mixtô foro num.24.Illuſtriſs.Sperel. deciſ.134.num.9.par.2.vbi num.52.*dicit, d.crimen ab vno Iudice punitum ab alio puniri non poſſe, & ſcripſerunt etiam *Lazar.de blaſph.quæſt.6. num. 3.* vbi alios recenſet ita ſentientes quamplures *Caren. de Offic.S.Inquiſ.par.2.tit.7.num.14.P.Sanch.in præcep.Decal.lib.2.cap.32.num.37.Barboſ.alleg.51.num. 93.& 94.Didac.Traſmic.de oblig.denunc.q.2.cap.4. n.15.& Paul.Rub.de valid. legat. c.34.n.80. & ſeq.*

2 Amplia primò d.concluſionem, vt habeat locum etiam in Iudæo blaſphemante, quia cum agatur de delicto mixti fori, vt ſupra, poteſt per vtrunque

que

que Iudicem præuenientem puniri, vt voluerunt, *Marquar. de Iud. par. 2. cap. 9. n. 4. & 5. Decian. tract. crim. lib. 5. cap. 14. num. 2. Card. Tuſc. pract. concl. in ver. Iudæus concl 372. num. 2. & ſeq. Theſ deciſ 224. nu. 7. ver. tertia fuit &c.* quam opinionem dicit ſeruare illum Senatum *Ricciull. de iure perſon. lib. 2. c. 52. num. 6.* quem vnà cum alijs pluribus refert, & ſequitur *Carena de Offic. S. Inquiſ par. 2. tit. 14. num. 6. verſ. ſed Baldus &c.* vbi hanc ampliationem benè comprobat, & contrarijs reſpondet, & ita ſenſit etiam *Guazzin. defen. 1. cap. 11. ſub num. 5.*

3 Licet contrariam opinionem, quod imò ſolus Iudex laicus poſſit contra Iudæum blaſphemantem procedere, tenuerint *Alex. conſ. 99. n. 13. lib. 6. Clar. in pract. §. blaſphemia § ſed poſſe &c.* vbi teſtatur de magis communi opinione, *Decian.* ſibi contrarius *tract crim. lib. 6. cap. 4. num. 2. Farinacc. de delict. & pœn. quæſt. 20. nu. 41.* vbi teſtatur de communi opinione, cum quibus perſtrinſeunt, *Lazar. de blaſph. quæſt. 6. num. 5.* vbi loquitur in Terris Imperij, vt ibi per eum, *& Balth. Tomaſ. in dict. tit. de mixto foro num. 25.*

4 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in blaſphemia hæreticali, quia illa punitur per ſolum Inquiſitorem priuatiuè, vt tradunt *Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 12. num. 56. Balth. Tomaſ. in d tit. de mixto foro num. 26. Leon. in Theſ. fori Eccleſ. par. 2. cap. 16. num. 30. Barboſ. de Epiſc. alleg. 51. num. 89.* plenè *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 2. tit. 7. nu. 13.* vbi alios adducit concordantes *P. Sanch. in præcep. Decal. lib. 2. cap. 32. nu. 37. & Didac. Trunſmie. de oblig. denunc. quæſt. 2. cap. 4. num. 15. Barboſ. de Epiſc. allegat. 51. num. 89.*

5 Declara d. primam limitationem, quod blaſphemia hæreticalis dicitur illa, quæ hæreſim, aut falſitatem contra fidem formaliter, ſeu virtualiter continet, ac ſignificat, & regulariter quæ ſanctæ Fidei articulis Chriſtianis omnibus notis, vel qui noti omnibus eſſe debent, expreſsè contradicit, & directè fidei confeſſioni aduerſatur, licèt proferens non conſentiat, vt declarant *Lazar. de blaſp. quæſt. 7 num. 5. P. Sanch in præcep Decal. lib. 2. cap. 32. nu. 36. Barboſ. de Epiſc. allegat. 51 nu. 87. Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 2. tit. 7. num. 7. Didac. Truſmie. de oblig. denuncian. quæſt. 4. cap. 6. num 3.* qui alios adducunt ita ſentientes, & quamplura d. blaſphemiarum hæreticalium afferunt exempla, quæ vide per eos in dict. locis.

BONA FAMA.

SVMMARIVM.

1 *Bona fama alicuius in genere tollit malam famam eiuſdem pariter in genere, & omnem præſumptionem ex mala fama reſultantem.*

RESOLVTIO I.

Bona fama in genere an tollat malam famam punitur in genere, & omnem præſumptionem ex mala fama reſultantem.

1 BOna fama alicuius in genere tollit malam famam eiuſdem pariter in genere, omnemque præſumptionem ex d. mala fama reſultantem aufert, vt tradunt *Peguer. deciſ. crim. 17. nu. 13. Farinacc. de indic. & tort. quæſt. 47. num. 181.* alios referens concordantes. *Aldouin. conſ 27. nu. 27. Guazzin. defen. 28. cap. 1. num. 18. Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 10. nu. 79. Ciriac. contr. 150. num. 50. Vermigl. conſ. 24. nu. 17. & conſ. 62. n. 3.* & alij plures relati infra latius in ver. *fama reſol. 5.* vbi vide de hoc materia.

SVMMARIVM.

1 *Bona fama inquiſiti tollit indicia reſultantia ex inuentione apud aliquem de inſtrumentis aptis ad cudendum monetam.*

RESOLVTIO II.

Bona fama inquiſiti an tollat inditia reſultantia ex inuentione apud aliquem de inſtrumentis aptis ad cudendam.

1 BOna fama inquiſiti tollit indicia reſultantia ex inuentione apud aliquem de inſtrumentis aptis ad cudendam monetam, vt tradunt *Muſcar. de prob. concl. 1066. nu. 10. lib. 2. Farinacc. de crim læſa Maieſt. quæſt. 115. num. 24. & ſeq. & conſ. 175. nu. 16 lib. 2.* alios adducens concordantes, *Guazz defen. 4. cap. 9. num. 6. Decian. tract. crim. lib 7. cap. 26. num. 6.* & alij plures, quos retuli infra in ver. *fama reſolut. 6.* vbi retuli effectus plures ex bona fama reſultantes, & in ver. *Moneta falſa*, vide latius in dict. locis.

BVLLA.

SVMMARIVM.

1 *Bulla Sixti V. contra caualcatam facientes non habet locum quando collectio armatorum fit in auxilium Curiæ.*

Neque quando fit contra latrones, bannitos & graſſatores, num. 2.

Neque quando fit pro tuenda propria poſſeſſione, num. 3.

De qua tamen nunquam deiectus, nec ſpoliatus fuit, aliàs ſecus, num. 4.

Etiamſi recuperatio poſſeſſionis fieret in continenti, num. 5.

Neque pœna d. Bullæ habeat locum, quando conſtat, armatos fuiſſe collectos pro deſenſione propriæ perſonæ, num. 6.

RESOLVTIO I.

Bulla Sixti V. contra caualcatam facientes an habeat locum quando collectio armatorum ſit auxilium Curiæ.

1 BVlla Sixti V. edita contra caualcatam facientes non habet locum quando collectio hominum armatorum fit in auxilium Curiæ, & Miniſtrorum Iuſtitiæ, vt habetur in eadem Bulla, & tradunt *Farinac. conſ. 65. num. 48. lib. 1. & Guazzin. de confiſc. bonor. concl. 13. ampl. 86. in fin.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt Bulla prædicta neque habeat locum, quando coadunatio armatorum fit contra latrones, graſſatores, & bannitos, & ad tuenda, & propugnanda loca maritima, vt pariter in ea habetur, & not. *Farinacc. & Guazzin in loc. ſupra proximè adductis*, idem *Farin. de crim. læſæ Maieſt. q. 113 num. 153. & Vermigliol. conſ. 356. num. 6. & Cobel. ad Ball. bon. regim. cap. 13. ſub num.* 10.

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt pœnæ Bullæ prædictæ contra caualcatam facientes neque habeant locum, quando coadunatio hominum armatorum fit pro tuenda propria poſſeſſione ex vera, & neceſſaria cauſa ad vim vi repellendam cum moderamine inculpatæ tutelæ, vt voluerunt, *Farinac. de furt. quæſt. 175. num 86.* dicens, ita obtinuiſſe in Alma Vrbe in cauſa grauis, *Poſt de manut. obſer. 1. num. 78 Vermigl. conſ. 134. nu. 9 & conſ. 154. num. 7.* & dixi *Rota in Piſauren. manutentionis 4. Iulij 1646. coram R. P. D. Arguelles & in Auximana attentatorum 16. May. 1648. coram Reuerendiſſimo Cerro, Decano Cobel. d. cap. 13. num.* 10. quicquid contrarium dixerit idem, *Farin. conſ. 65. n. 48. lib.* 1.

4 Declara d. ſecundam ampliationem, vt habeat locum, quando agitur de tuenda poſſeſſione, vt ſupra, de qua quis nunquam deiectus, neque ſpoliatus fuit, ſecùs tamen eſt, quando armatorum coadunatio fit ad tuendam poſſeſſionem, quam priùs de facto occupauit, vel recuperauit, quia tunc locum eſſe d. pœnis habetur in eadem Bulla, & declarant *Farinac. de furt. d. quæſt. 175. num. 86. & Poſt d. obſer. 1 num. 78.*

5 Amplia d. declarationem, vt pœnæ d. Bullæ Sixti V. habeant locum, etiam quando coadunatio armorum fit pro tuenda poſſeſſione recuperata etiam in continenti, vt comprobat *D. Io. Baptiſta Spada apud Farinac. conſ. 229. num. 35. & ſeq. lib. 3.* quem refert, & ſequitur *Poſt. d. obſeru. 1 num. 78. in fin.* vbi refert etiam Bullam Pauli V. declaratoriam Bullæ Sixti V. licèt contrarium teneat, *Farinac. de furt. d. quæſt. 175. num. 84.*

6 Amplia tertiò d. concluſionem, vt pœnæ Bullæ prædictæ neque habeant locum, quando probatur, homines armatos coadunatos fuiſſe pro defenſione propriæ perſonæ, cum d. Bulla recipiat interpretationem paſſiuam à iure communi, vt not. *Boſſi. in pract. in crim. de læſa maieſt. ſub num. 23.* & benè comprobat *Vermigl. conſ. 134. n. 8. & ſeq.*

ADDITIO.

N. 3. VBi recenſetur, *Farinac. conſ. 65. num. 48. lib. 1.* volens *Bullam Sixti V.* contra armatam, & caualcatam facientes habere locum generaliter in omnibus caſibus præter quam in tribus in ea exceptis, nempè quando fit in auxilium iuſtitiæ, contra graſſatores, & latrones, & ad tuenda loca maritima adde. Cum quo concordat, *Spada inter conſ. Farinac. conſ. 229. num. 1. & fere per tot. lib. 3.* qui reprobat *conſ. Lentu. Cappel. inter conſ. Farin conſ. 65. lib. 1.* Adde vlterius, quod d. Bulla *Sixti V.* eſt in viu, & in viridi obſeruantia, vt dicit *Cobel ad Ball. bom regi. cap. 29. n.* 16. Vt autem intret pœna d. *Bullæ* debent eſſe armati ſaltem decem pedites, & quatuor equites, vel vltra, vt not. *Lentul. Cappel. d. conſ. 65. nu. 7. & ſeq.* Vide tamen quo ad conuenticulas, *Bannimenta generalia Status Eccleſiaſtici num. 27. & ſequen.*

SVMMARIVM.

1 *Bulla Pij IV. compellens Patrem ad ſoluendam legitimam pro Filio, vti odioſa, & correctoria, non comprehendit alios caſus.*

RESOLVTIO II.

Bulla Pij Quarti compellens patrem ad ſoluendam legitimam pro filio vti odioſa an comprehendat alios caſus.

1 BVlla Pij IV. ſeù Statutum compellans Patrem ad ſoluendam legitimam fiſco pro filio delinquente vti iuris communis correctoria, pœnalis, & odioſa, in caſu ſuo tantum eſt intelligenda, & ſic quò ad legitimam ſoluendam tantùm, non autem eſt extendenda ad alios caſus, puta ad bona adnenticia filij, in quibus pater habet vſumfructum, & ſimiles vt tradunt *Thob. Noni. conſ. 102. num. 5. & Cartar. de pœn. in aoc art. 3. num. 728. & ſeq.* vbi hanc concluſionem late comprobat, & quamplures adducit rationes, quas hic referre breuitatis ſtudio non conuenit.

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod *Bulla Pij Quarti*, & Statutum mandans, patrem teneri ad ſoluendam legitimam pro filio eſſe correctoriam, & odioſam, & ideo illam eſſe ſtrictiſſimè intelligendam, & non deberi extendi ad alios caſus in ea non expreſſis adde, *Farinac. de delict. & pœn. q. 24. num. 195. & ſeq. Maſſin. de confiſc. bonor. quæſt. 28. num. 39.* & late comprobaui ego *alleg. foren. 82. num. 11. & ſequen.*

SVMMARIVM.

1 *Bulla Pij IV. compellens Patrem ad ſoluendam legitimam Fiſco pro Filio, non habet locum, quando filius eſt nulliter condemnatus.*

Neque habet locum, quando filius eſt condemnatus iniuſtè quomodocunque Bulla loquatur nu. 2.

Licet contrarium teneant Bald. & alij relati, num. 3.

RESOLVTIO IIII.

Bulla Pij Quarti compellens patrem ad ſoluendum legitimam pro filio an habeat locum quando filius eſt nulliter condemnatus.

1 BVlla Pij IV. ſeù Statutum compellens patrem ad ſoluendum legittimam fiſco pro filio delinquente habet locum, quando filius in contumaciam fuit ritè, & ſeruatis ſeruandis condemnatus, ſecùs ſi inualidè, & nulliter, quia tunc pater ad illam ſoluendam, non tenetur, vt tradunt *Thob. Non. conſ. 94. num. 12. Flam. Cartar. de execut. ſent. cap. banni, cap. fin. nu. 148. & Mutl. Cartar. de pæn. innoc. art. 3. num. 723. & ſeq.*

Bulla enim, ſeù Statutum loquens de Bannitis, & condemnatis intelligitur de ritè, & rectè bannitis, & condemnatis, vt not. *Alex. conſ. 77. num 15. lib. 3. Ancar. quæſt. famil. 60. num. 6. lib. 3. Bertaz. conſ. 14. nu. 3. lib. 1. & conſ. 233. n. 2. & ſeq. lib. 2.* quos referunt, & ſequitur *Flam. Cartar. in d. cap fin. nu. 148. & num. 153. & Mutl. Cartar. in d. art. 3. num. 726.* qui alios dat concordantes, cum ſententia nulliter lata non dicatur ſententia *l. 4 §. condemnatum ff. de re iudic. Adden. ad Rot. deciſ. 617. num 132. par. 4. rec. tom. 3. Rota deciſ. 38. num. 2. par. 7. recen.*

3 Amplia d. concluſionem, vt habeat locum etiam ſi condemnatio de filio facta ſit iniuſta, quia neque in d. caſu pater tenetur pro eo ſoluere legitimam, ſiuè Bulla, vel Statutum reſpiciat ſententiam, & condemnationem, ſeù reſpiciat factum, & delictum, cum Bulla recipiat interpretationem, ſi Filius fuerit legitimè condemnatus, ſecùs ſi iniuſtè, & benè comprobat *Mut. Cartar. de pæn. innoc. d. art. 3. num. 338. & ſeq.* & ante eum ſcripſit, *Carp. ad Stat. Mediolan. lib. 1. cap. 41. 6. num. 123.* licèt malè alleget *Bald.* in loco infra proximè adducto.

Quicquid contrarium tenuerit *Bald. in l. vni. nu. 6. C. ne filius pro patr.* quem ſimpliciter ſequitur *Baiard. ad Clar. §. fin. q. 86. num. 42.* & non videtur diſſentire *Surd.* Baldum referendo *deciſ. 314. in prin.*

SVMMARIVM.

1 *Bulla Pij V. contra bannitos captos poſt annum habet locum in captis in iuriſdictione Eccleſiaſtica, aliàs ſecus.*

Declara d. concluſionem, vt num. 2.

RESOLVTIO IV.

Bulla Pij V. contra bannitos captos poſt annum an habeat locum in captis tantum in iuriſdictione Eccleſiaſtica.

1 BVlla Pij V. edita contra contumaces, & bannitos captos poſt annum à Curia habet locum, quando illi ſunt capti in iuriſdictione Eccleſiaſtica, ſecùs tamen, ſi ſint capti in aliena iuriſdictione, in qua ipſi morabantur, vt tradunt *Bald. in auth. item nulla communitas in fin. C. de Epiſ. & cler. Marſil. in l. 1. num. 78. C. ad leg. Corn. de ſicar. & conſ. 99. num. 1. & ſeq. lib. 2. & in pract. crim. §. vlt. nu. 34.* quos refert, & ſequitur *Vrſell. in exam. apum. concl. 128. num. 494.* qui allegat etiam *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 38. ver. eſt autem*, qui id in libro meo non dicit, imò tenet contrarium in loco infra adducto, addo *Rolan. conſ. 60. num. 9. lib 2.* & alios, quos recenſet *Cartar. de execut. ſent. capt. bann. cap. fin. num. 263.* vbi teſtatur de communi opinione, cum quibus ſentit *Eugen. conſ. 20 num. 4. & ſeq. lib 1.*

2 Declara d. concluſionem, vt habeat locum, quando bannitus per vim capitur à priuatis in alio territorio, & ducitur ad locum Iudicis bannientis, ſecùs tamen eſt, ſi bannitus fuerit captus à Iudice territorij, in quo morabatur, & ab eo ſit remiſſus ad Iudicem bannientem, quia tunc ſententiam contra eum latam exequi poſſe, dicit *Clar. in practic. § fin. q. 96. ver. ſed quid* vbi dicit, ita plures vidiſſe in facto ſeruari, & idem dicit vidiſſe ſeruari in Statu Eccleſiaſtico, *Cartar. in d. cap. fin num. 263. & ſeq.* & quos banniti non confidant de Doctoribus ſupra adductis, & allegat *Bonacoſ. in commun. opin. in ver. exequt. com. opin. tom. 2. lib. 7. tit. 15.* & non diſſentit *Eugen. vbi ſupra.*

SVMMARIVM.

1 *Bulla Alexandrina contra offendentes ex cauſa litis, vt habeat locum, tria copulatiuè requiruntur.*

Offenſio autem præſumitur facta ex noua cauſa, ſi de illa conſtat, aliàs ſecus, num. 2.

Et quando probetur, illam factam fuiſſe ex noua, vel veteri cauſa, num. 3.

4 *Bullæ Alexandrinæ diſpoſitio extenſa fuit ad totum Statum Eccleſiaſticum.*

RESOLVTIO V.

Bulla Alexandrina contra offendentes ex cauſa litis, vt habeat locum, quæ requirantur.

BVllæ Alexandrinæ pœnis contra offendentes ex cauſa litis, vt ſit locus, tria copulatiuè requiruntur, primò, quod in offenſione minis, & iniurijs interuenerit dolus, ſecundò quod offenſio proceſſerit ex cauſa litis, tertiò quod ex parte offenſi nulla interuenerit prouocatio, itaut vno ex

d. tribus requiſitis deficiente, diſpoſitioni d. Bullæ locus eſſe non poſſit, vt teſtantur, *Farinac. conſ. 67. in princ. lib. 1. Guazzin. de confiſc. bonor. concl. 13. ampliat. 87. num. 5. & Rota coram Card. Blanchetto* 10. *Nouemb.* 1581. relata per *Farin. poſt d. conſ. 67. lib. 1.*

2 Declara primò d. concluſionem, vt offenſio in dubio præſumatur ex noua cauſa, ſi de illa etiam conſtet, alias præſumatur ex cauſa litis, vt declarant *Guazzin. d. ampliat. 87. num. 4. & Rot. apud Puteo deciſ. 102 per tot. & deciſ. 103. per tot. lib 1. eadem Rota deciſ. 2 num. 1. & 2 poſt 1. vol. conſ. Farinac. & deciſ. 868. num. 2. & deciſ. ſeq. par. 3. diuer.* & ſecundum hanc declarationem intelligendos cenſeo, *Farin. in d. conſ. 67. num. 3 & Rot. coram Card. Blanchetto*, de qua per eum ibi *num. 9.* qui dicunt indiſtinctè, offenſionem præſumi factam ex noua cauſa, & eſt de mente *Capb.* per eos adducti in *d. conſ. 35 num. 4. & ſeq. lib. 1.*

3 Declara ſecundò d. concluſionem, quod ſicut offenſio, vt dicatur facta ex cauſa litis, probatur ex depoſitione vnius teſtis, & ex coniecturis, vt vult *Rota d. deciſ. 2. num. 2. poſt 1 vol. conſ. Farinac.* ita illam factam fuiſſe ex alia cauſa, & non ex cauſa litis, probatur ex depoſitione teſtis pro fiſco examinati, qui contra inducentem plenè probat, vt poſt *Granet. Soc. Iun. Burſatt. & Gabr.* per eam adductos tradit eadem *Rota coram Card. Blanchetto nu. 3.* quæ habetur *poſt d. conſ. 67. Farinac. lib. 1.*

4 Declara tertiò d. concluſionem, quod licèt diſpoſitio Bullæ Alexandrinæ dicatur localis, quo ad Curiam Romanam, illa fuit tamen per Bannimenta generalia Status Eccleſiaſtici ex cauſa ad totum Statum Eccleſiaſticum, vt teſtatur *Guazz. de confiſc. bonor. concl. 13. ampliat. 87. num. 3.*

A D D I T I O.

N. 1. VBi habetur, quod vt ſit locus pœnæ *Bullæ Alexandrinæ* requiritur etiã dolus ad *Vrſell. in exam. apud concl. 83. num* 8. vbi alios dat concordantes, & dicit, d. pœnam non intrare ob leuem offenſionem, vt ibi per eum.

N. 2. Vbi habetur quod offenſio in dubio præſumitur ex noua cauſa, ſi de illa etiã conſtat, alias præſumitur ex cauſa litis. adde & ſecundum d. diſtinctionem intelligo *Grat. deciſ. March. 84. num. 1. & Vrſell. in exam. apud d. concl. 83. num. 2. & 3.* prout ipſemet ſe declarat *ibi num. 10.* cum in dubio ſemper vt facienda interpretatio, per quam euitatur verior pœna, vt dixi infra in verbo *Interpretatio Reſ. 1. nu. 3.*

In fin. Vbi habetur, quod *Bulla Alexandrina* extenſa fuit ad totum Statum Eccleſiaſticum adde, *Vrſell. in d. concl. 83. in fin. & Gratian. d. deciſ. March. 84. num. 5.*

S V M M A R I V M.

1 *Bulla Sixti IV. compellens patrem ad ſoluendam legitimam pro filio non comprehendit legitimam Clericorum.*

2 *Bulla Pij IV & Pij V. prohibentes appellationes in criminalibus cauſis pecuniarijs, niſi facto depoſito, non ſeruantur in foro Epiſcopali.*

3 *Bulla Sixti IV. de qua ſupra, non habet locum in Terris Baronum.*

4 *Bullæ Pij IV & Pij V. prohibentes delationem archibuſetti breuioris menſura duorum palmorum ligant etiam Clericos.*

R E S O L V T I O VI.

Bulla Sixti Quarti compellens patrem ad ſoluendam legitimam pro filio an comprehendat legitimam Clericorum.

1 BVlla Sixti IV. mandans, patrem teneri ad ſoluendam legitimam Fiſco pro filio condemnato, & delinquente, de qua habetur *in Conſtit. March. lib. 4. cap. 19.* non comprehendit legitimam Clericorum ex defectu voluntatis Papæ, cum in ea nulla fiat mentio de Clericis, & illam Papa condidiſſe videatur vt Dominus Temporalis, non autem vt ſupremum Caput Eccleſiæ, vt latè per plures rationes benè comprobat, *Maſſin. de confiſc. bonor. q. 2. num 44. & ſeq.* vbi contrarijs reſpondet, & dicit, ideo d. Bullam neque locum habere in foro Eccleſiaſtico, vt ibi per eum.

Bulla enim prædicta, vltra ſupra adducta ponderata per *Maſſin. in d. quæſt. 2. num. 44. & ſeq.* vti grauans vnum pro delicto alterius, dicitur eſſe odioſa, correctoria, & pœnalis, vt tradunt *Merlin. de legit. lib 3. tit. 1. quæſt. 33. num. 10. Maſſin. d. quæſt. 2. num 49. & Cartar. de pœn. innoc. art. 3. ſub num. 555.* vbi teſtatur de communi opinione, & ideò illa eſt reſtringenda, & ſtrictiſſimè interpretanda, vt Eccleſiaſticos, de quibus non loquitur, non comprehendat, vt not. *Merlin. Maſſin & Cartar.* in loco ſupra adductis, & vltra eos *Farinac. conſ. 65. num. 132. lib. 1. Vermigl. conſ. 115. num. 2.* & dixi ego *allegat. foren. 82. num. 12.* vbi quamplures retulit ita ſentientes.

Itaut vbi vnum, vel plures effectus operari poſſit, intelligatur, vt vnum tantùm operetur *Capb. conſ. 323. num. 25. lib. 3. Altogr. conſ. 4. num 19. & 26. lib. 1. Maſſin. d. q. 2. num 51. Vermigl. conſ. 115. num. 8. & conſ. 127. num 15.* latè *Cartar in d. art. 3. num. 732 & ſeq* alios adducens concordantes.

2 Declara primò d. concluſionem, vt neque Bullæ Pij V. 51 & Pij V. 24. tom. 1. quòd appellationes in cauſis criminalibus, in quibus agitur de pœnis pecuniarijs, non admittantur, niſi facto depoſito, obſeruentur in foro Epiſcopali, vt docent *Guazzin. defen. 6. cap. 5. num. 12 & Maſſin. de confiſc. bonor d. q 2. num* 52 vbi dicit, neque habere locum in foro Eccleſiaſtico Bullam cogentem conſanguineos ad emendum bona confiſcata delinquentium, vt ibi per eum *num. 48.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt Bulla Sixti IV. de qua ſupra, cogens patrem ad ſoluendam legitimam Fiſco pro filio delinquente neque habeat locum in Terris Baronum, *Farinacc. de delict. & pœn. quæſt. 24. num. 182. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæſt. 35. num. 13. & Maſſin. de confiſc. bonor. quæſt. 28. num. 18.*

4 Declara

4 Declara d. concluſionem, vt habeat locum in Bulla Sixti IV. compellente patrem ad ſoluendam legitimam Fiſco pro filio delinquente, quæ non ligat Clericos, per rationes ſupra adductas, ſecùs tamen ex quò ad Bullas Pij IV. & Pij V. prohibentes delationem, & retentionem archibuſetti minoris duorum palmorum vulgò mazzagatto, quia illæ compræhendunt, & ligant etiam Clericos, licèt in eis ſpecialiter non nominatos, vt ſcripſerunt *Poſt. reſol. 151. per tot. & Maſſin. de confiſc. bonor. q. 8. num. 45.* & comprobaui ego ſupra in *ver. Arma reſol. 24. in prin.*

Bulla enim cogens patrem ad ſoluendam legitimam pro filio delinquente eſt correctoria iuris communis, odioſa, & pœnalis, & ideò eſt reſtringenda, & ſtrictiſſimè interpretanda, vt minùs corrigat ius commune, quàm fieri poteſt, vt tradunt *Merlin. Cartar. Farinac. Maſſin. & egomet. in loc. adductis ſupra in prin.* nec non *Ciriac. controu. 393. num. 44.* Bulla verò prohibens delationem armorum, & præcipuè d. archibuſetti non eſt talis, cum de iure communi armorum delatio ſit prohibita, *Auth. vt armorum vſui &c,* & tradit *Farinace. de var. ac diuer. crim. quæſt. 108. num. 3.* & præcipuè Clericis, vt ego probaui ſupra in d. *ver. Arma d. reſol. 24. nu. 2.* & admittit *Poſt. d. reſol. 151. num. 7.* itaut illa, vti facta pro conſeruanda publica quiete, & ad extirpandum d. abominabile armorum genus, & pro publica vtilitate, dicetur fauorabilis, licèt quo ad pœnam ſit odioſa, vt tradunt *Boſſi. in pract. in tit. de pæn. num. 12. & ſeq. Capb. conſ. 35. nu. 33. & ſeq. lib. 1. Farinac. in d. quæſt. 108. num. 61. in fin. & Rip. de noct. temp. cap. 8. nu. 27.* & ideò eſt amplianda *Capb. d. conſ. 35. nu. 33. & ſeq.* plenè *Maſcar. de gener. Stat. interp. concl. 4. num. 148. & ſeq. Fenzo. ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 143. num. 18.* benè comprobans, *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 5. in præiud. num. 73.* & cum inter vnum caſum, & alium adſit diuerſa ratio, diuerſa etiam eſſe debet iuris diſpoſitio *l. ſi ita 8. ff. de manum. teſta. l. ſeruus 14. ff. de ſtatu lib. Surd. conſ. 67. num. 19. lib. 1.* plenè *Barb. axiom. 197. num. 5.*

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, *Sixtum Quartum* fuiſſe Bullam ſuper ſolutione legitimè facienda per patrem pro delicto filij non vti ſupremum Caput Eccleſiæ, ſed vti Rex, & dominus temporalis adde. Quando verò Papa præſumatur feciſſe Conſtitutiones vti ſupremum Caput Eccleſiæ, vel vti Rex, & Dominus temporalis latè diſcerit coniecturas, & verba Conſtitutionem ponderando, *Cobel. ad Bull. bon. Regim. cap. 2. num. 14. & ſeq.* ipſum conſulas.

SVMMARIVM.

1 *Bulla Sixti V. probibens contractus ad caput ſaluum comprahendit ſolùm contractus probibitos de iure communi.*

2 *Pactum ſuſcipiendi in ſe periculum capitalis eſt licitum, quando habet recompenſationem.*

RESOLVTIO VII.

Bulla Sixti Quinti prohibens contractus ad caput ſaluum an comprahendit ſolum contractus probibitos de iure communi.

1 BVlla Sixti V. incipien. *Deteſtabilis* prohibens contractus ad caput ſaluum compræhendit ſolùm contractus, qui ſunt prohibiti de iure communi, addendo nouas pœnas ad d. contractus palliatos, & prohibitos, non autem compræhendit eos, qui de iure communi ſunt permiſſi, vt quando aliquid ſoluitur, vel remittitur pro aſſecurationibus, & periculi ſuſceptione, vt tradunt *Scacc. de commer. & camb. §. 3. gloſ. 3. num. 35. ver ſecundò reſpondeo &c, Gait. de credi. quæſt. 5. num. 1944. Michal. de fratr. par. 3. cap. 59. num. 27. in fin. Vermigl. conſ. 413. num. 2. Rota in Ferrarien. Societ. 17. Martij 1600. coram Card. Mellino, et in Romana Societ. 3. Iunij 1602. coram Reuerendiſſimo Coccino Decano,* quæ inter eius impreſſas eſt *deciſ. 70. in fin. Eminentiſſimus Card. de Lugo de iuſt. et iur. diſput. 30. ſect. 4. num. 77.* vbi dicit, ita de ſenſu d. Bullæ interrogatum reſpondiſſe condemnet Sixtum Quintum ex relatione Eminentiſſimorum DD. Cardinalium Toleti, & S. Seuerinæ, vt ibi per eum, & probaui ego latè *alleg. foren. 1. num. 61 et alleg. 2. num. 62.*

2 Pactum enim ſuſcipiendi in ſe periculum, puta animalium, & aſſecurationis capitalis eſt licitum, & iuſtum, quando in recompenſationem illius per dantem animalia, vel pecunias ei remittitur pars fructuum per eum percipiendorum, & ſic compenſatur ſuſceptio periculi, & aſſecurationis, vt tradunt *P. Leſſi. de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 25. dubit. 3. num. 32. P. Laiman. in Theol. moral. lib. 3. tract. 4. cap. 20. num. 4. Eminentiſſimus Card. de Lugo de iuſt. et iur. diſput. 29. ſect. 5. num. 74. et diſput. 30 ſect. 4. num. 40. et ſeq.* vbi dicit, hanc eſſe veriorem, & magis communi Doct. opinionem *P. Rebell. de oblig. iuſt. lib. 16. de contra. aſſecur. quæſt. vii. num. 3. Ciriac. controu. 357. num. 14. et ſeq. et contr. 465. nu. 16. et ſeq. Leotar. de vſur. quæſt. 31. num. 13.* & latè comprobaui ego *d. allegat. foren. 1. num. 42.* vbi quamplures adduxi ita ſentientes, & de magis communi opinione atteſtantes, & dixi; hanc eſſe communiſſimam opinionem.

Quicquid contrarium tenuerint, *Corrad. S. Antoni. Medin* & alij relati *per Coſtam,* qui tenet opinionem, de qua ſupra *de ratio rata quæſt. 200. nu. 2. et per P. Laiman.* vbi ſupra, quorum rationibus benè reſpondent, *P. Leſſi et alii Doct.* ſupra adducti.

ADDITIO.

In fin. VBi habetur, quod pactum ſuſcipiendi in ſe periculum capitalis eſt licitum, quando habet recompenſationem non obſtante *Bulla Sixti V.* adde, & ideo contractus, in quo dantur Mercatori puta mille, vt aſſecurata ſorte ſoluat danti quinque vel ſex pro centenario, remiſſa Mercatori reliqua parte lucri, quæ debetur danti pecu-

pecunias in compenſationem aſſecurationis promiſſæ eſt licitus non obſtante d. *Bulla Sixti V.* vt docent ex Theol. *P. Leß. de iuſtit. & iur. lib. 2. cap. 25. dubit. 3. per tot. P. Laiman. in Theol. mor. lib. 3. tract. 4. cap. 18. num. 11. & cap. 20. num. 2. Card. Delugo de iuſtit. & iur. diſput. 29. ſect. 5. num. 74. & diſput. 30. ſect. 4. num. 40. & ſeq.* vbi teſtatur de veriori, & magis communi opinione, & alij plures per me relati *allegat. forenſ. 1. num. 60.* vbi plenè comprobaui.

S V M M A R I V M.

1 *Bulla Sixti V. deferens fiſco fructus bonorum fideicommiſſi, durante vita delinquentis, habet locum ſolùm in caſu receptationis Bannitorum.*

2 *Pœnæ, vti odioſæ, non excedunt proprium caſum, nec extenduntur.*

R E S O L V T I O VIII.

Bulla Sixti V. deferens fiſco fructus bonorum fideicommiſſi durante vita delinquentis an habeat locum ſolum in caſu receptationis Bannitorum.

1 BVlla Sixti V. quæ eſt *Conſtit. 6. tom. 2. Bullar.* deferens fiſco fructus bonorum fideicommiſſi, durante vita delinquentis, habet locum tantummodo in caſu ſpeciali receptationis bannitorum, in quibus illa loquitur, non autem in alijs delictis, vt ſcripſit *Odd. conſ. 53. n. 14. verſ. quò ad ſecundum &c.* latè comprobans *Guazz. de confiſc. bon. concl. 13. limit. 17. num. 16. Vermigliol. conſ. 57. num. 8. & conſ. 86. nu. 6. & conſ. 87. in prin. & Maſſin. de confiſc. bonor. q. 29. n. 4.* & dixi infra in ver. *Confiſcatio Reſ.* ...

2 In odioſis enim, & pœnalibus pœnæ non excedunt proprium caſum *cap. pœna 18. de pœnit. diſt. 1. gloſ. in cap. in pœnis 49. de reg. iur. in 6. Odd. d. conſ. 53. num. 17. Vermigl. conſ. 107. num. 6. & conſ. 120. num. 2.* & in eis non proceditur de ſimilibus ad ſimilia *gloſ. in d. cap. pœna 18. de pœnit. diſt. 1. & in d. cap. in pœnis 49. de reg. iur. in 6. Odd. d. conſ. 53. num. 18. Vermigl. conſ. 137. num. 6. & conſ. 399. num. 2. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 4. quæſt. 3. num. 65.*

S V M M A R I V M.

1 *Bulla Pii V. diſponens, quod banniti in contumaciam, ſi ſint capti, non audiantur, intelligitur, ſi ſententia contra eos lata ſit legitimis præcedentibus indicijs.*

Et quatenus d. ſententia ſit valida, ſecùs ſi ſit nulla, num. 2.

Ita ut reo capto ſit danda copia proceſſus, & indiciorum ad videndum, an indicia procedant, & proceſſus ſit validus, num. 3.

R E S O L V T I O IX.

Bulla Pij V. diſponens, quod banniti in contumaciam ſi ſint capti non audiantur an intelligatur, ſi ſententia contra eos lata ſit legitimis præcedentibus indicijs.

1 BVlla Pij V. *Conſtit. 6. cum declaratione ſeq. in Bullar. tom. 2.* diſponens quod banniti in contumaciam condemnati in pœnam vitæ, ſi capti ad manus Curiæ deuenerint etiam intra annum, non poſſint audiri in ſuis defenſionibus, ſed ſententiæ contra eos latæ ſint executioni demandandæ, intelligitur, quatenùs ſententiæ legitimis præcedentibus indicijs fuerint promulgatæ, & non alias, vt declarant *Farin. de inquiſ. q. 11. num. 16. & ſeq.* vbi dicit, quod ita ſeruatur in practica, & alios dat concordantes *Cartar. de execut. ſent. cap. banni. cap. fin. num. 58. & plurib. ſeq. & num. 63. & ſeq. & num. 81. & ſeq. & Vermigliol. conſ. 228. in princ.* & priùs dixerat *in conſ. 110. in prin.* & benè declarat nouiſſimè *Antonell. de tempor. legal. lib. 3. cap. 13. num. 31.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt d. Bulla Pij V. non ſolum intelligatur, vt habeat locum quatenus præcedant legitima indicia ad condemnandum, vt ſupra, verùm etiam intelligatur, vt habeat locum, quatenus proceſſus contra bannitum fabricatus ſit ritè, & rectè fabricatus cum omnibus ſuis requiſitis, & quatenùs ſententia contra bannitum lata ſit valida, & non alias, quia, ſi proceſſus, & ſententia ſint nulli, non eſt locus illius executioni contra bannitum captum, & in contumaciam condemnatum, non obſtante Bulla prædicta, quæ habet locum in ritè, & rectè bannito, & condemnato, & non alias, vt in terminis d. Bullæ declarant *Cartar. de execut. ſent. cap. ban. cap. fin. num. 58. & pluribus ſeq. et num. 63. et ſeq. et nu. 143. et pluribus ſeq.* latè comprobans, prout facit *Farin. de inquiſ. quæſt. 11. num. 34.* vbi dicit, ita ſeruari in Alma Vrbe in terminis d. Bullæ, & probat *Baiar. contrarium tenentem in addit. ad Clar. §. fin. quæſt. 94. num. 56. et ſeq.* dicens ab hac opinione non eſſe recedendum, & *Vermigl. conſ. 110. in prin.* vbi dicit, hoc habere locum, etiam ſi nullitas requirat altiorem indaginem, vt ibi per eum, maximè ſi nullitas appareat ex ijſdem actis *Cobel. ad Bull. bon. regim. cap. 29. num. 24*

Quicquid contrarium voluerit *Baiar. ad Clar. d. quæſt. 94. num. 56. et ſeq.* quem reprobat *Farin. vbi ſupra,* & communis practica Status Eccleſiaſtici.

3 Amplia d. concluſionem illatiuè, vt ideò reo capto iam condemnato non ſolùm ſit aſſignandus terminus ad dicendum cauſam, quare ſententia cõtra eum lata exequi non debeat, ſed etiam dari ei debeat copia proceſſus indiciorum, & ſententiæ, vt videre poſſit, an ſententia contra eum lata fuerit legitimis præcedentibus indicijs, & proceſſus ſit validus, necne, cum ſinè illis illius Aduocatus nõ poſſit id benè ſcire, & prædicta in iudicio deducere vt docent *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 49. in prin. Farin.* de in-

de inquiſ. d. quaſt. 11. num. 47. verſ. amplia hanc ſeptimam &c. latè comprobans *Eugen. conſ. 20. n. 17. & ſeq. lib. 1. & Vermigl. conſ. 228. in princ.* & dixi latiùs infra in verb. *Confeſſio, reſ. 6. n. 3. & 4.*

ADDITIO.

N. 2. VBi habetur, quod Bulla Pij V. diſponens, quod banniti in contumacia ſi ſint capti non audiantur habet locum ſi ſententia contra eos lata ſit valida adde eundem *Farin. in addit. ad q. 11. n. 34. de Inquiſ.* vbi plures dat concordantes, & teſtatur de veriori, & magis recepta opinione, & ita fuiſſe iudicatũ in Vrbe de anno 1610.

CAPTVRA.

SVMMARIVM.

1 *Capi in domo propria nemo poteſt.*

Procedit pro cauſa ciuili, ſecùs tamen eſt pro criminali, num. 3.

Itaut pro cauſa criminali executores frangere poſſint oſtia, & feneſtras, num. 4.

Secùs tamen eſt pro cauſa ciuili, ſi non adſit licentia Iudicis, num. 5.

2 *Domus ſua cuilibet eſſe debet tutiſſimum refugium*

RESOLVTIO I.

Capi in domo propria quando quis poſſit?

1 IN domo propria nemo capi poteſt, vt ad carceres ducatur, cũ illa vnicuique eſſe debeat tutiſſimum refugium, ad tex. *in l. plerique 18. de in ius vocan. & in l. nemo de domo 104. ff. de reg. iur.* & vtrobique notant communiter Doct. & tradunt etiam *Gabriel comm. concl. de malef. concl. 10. per tot. Farinac. de carc. & carc. quaſt. 27. num. 91. Paiſel ad exped. ciuil. 27. ſui patris, n. 46.* vbi teſtatur de communi opinione *Card. Tuſch. pract. concl. lit. D. concl. 620. in prin. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 46. num. 9. Gargiar. Inn. conſ. 10. n. 11. lib. 2. Thom. deciſ. Mareb. 277. n. 1. P. Graſſ. de nece prodit. §. 10. num. 31.*

2 Domus enim propria cuilibet eſſe debeat, vt dixi, tutiſſimum refugium *d. l. plerique 18. ff. de in ius voc.* & not. *Gabr. in d. concl. 10. in princ. Card. Tuſc. d. concl. 620. in princ. Caluin. de aquit. lib. 1. cap. 33. num. 6 & alij Doct. ſupra adducti.*

3 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locum in ciuilibus, ſecùs tamen in criminalibus, in quibus benè delinquens capi poteſt in propria domo, & ad carceres duci, vt ſcripſerunt *gloſ. in d. l. nemo de domo 104. ff. de reg. iur. eadem gloſ. & Bald. in l. ſeq. & ſi 10. num. 1. & 2. lectura ff. de in ius voc. Ang. Caſtr. Alex & Iaſ. in d. l. plerique 18. ff. de in ius voc. Foller. in pract. in verb. Notatos capias &c. n. 4. Iodoc. in pract. cap. 13. n. 17. Gabr. d. concl. 10. num. 37.* alios adducens concordantes *Farinac. in d. quaſt. 27. num. 93. Guazzin. defen. 5. cap. 1. num. 23.* vbi dicit, hoc habere locum tàm in domo propria, quàm in aliena, *Scacc. de iudic. d. lib. 1. cap. 46. num. 22. in fin.*

4 Amplia d. primam limitationem, vt in criminalibus delinquens non ſolùm capi poſſit in propria domo, verùm etiam executores, & birruarij, vt delinquentem in domo clauſum capere poſſint, valeant frangere oſtia, & feneſtras ipſius domus, etiam quod a Iudice non habeant ſpecialem licentiam id faciendi, vt tradunt *Put. de ſynd in ver. captura, cap. 5. n. 2. & 3. Foller. in pract. in d. ver. Notatos capiat &c. n. 4. Iodoc. in d. cap. 13. n. 17. & Farin. in d. quaſt. 27. n. 93. & 94.* vbi dicit, ita ſeruari in practica, addo ita tenentes *Scac. de iud. lib. 1. cap. 46 n. 27. in fin. & Guazz. d. defen. 5. cap. 1. num. 23.*

5 Limita d. ampliationem, vt habeat locum in criminalibus, ſecùs autẽ in ciuilibus cauſis, in quibus birruarij, & executores non poſſunt pro executione facienda reali, vel perſonali frangere oſtia, & feneſtras domus debitoris ſinè licentia Iudicis, alias tenentur de violentia, vt dicit *Bal. in d. l. plerique 18 in 2. lectura, ff. de in ius vocan.* quem refert, & ſequitur *Put. de ſynd. in d. cap. 5. n. 2. Farin. de carc. & carc. d. q. 27. nu. 93. in fin.* & vltra eos tradunt *Sola ad Decreta Sabaud. lib. 3. de forma proceed. in pign. ſubhaſ. & delib. rerum mobil. gloſ. 1. n. 16. Poſt. de ſubhaſt. inſpect. 14. num. 75. & Nig. de excep. cap 12. §. 6. num. 36. & 37. Scacc. d. cap. 46. num. 9.*

ADDITIO.

N. 5 VBi habetur, quod birruarij pro executione facienda non poſſunt frãgere portas debitoris ſine licentia Iudicis adde Vnde inoleuit practica, quod debitore tenente domum clauſam ad impediendam executionẽ vtatur ad tenendam portam apertam, & Iudex mandat, quod ſi porta non aperiatur pura ad primam, vel ſecundam, illa aperiatur per vim, & tunc ſi debitor poſt notificationem non pareat, birruarij poſſunt illam frangere, & aperire per vim, vt docent *Pract. Ridolph. par. 1. cap. 14. n. 73. Poſt. de ſubhaſt. inſpect. 14. n. 45. & Nig. de excep. cap. 12. §. 7. num. 26. & ſeq.*

SVMMARIVM.

1 *Captura decerni poteſt contra delinquentem, etiam ſi ſit locus pœna pecuniaria tantum.*

Contrarium, imò non eſſe locum capturæ, niſi intret pœna corporalis, tenent aliqui Doct. n. 2.

RESOLVTIO II.

Captura an poſſit decerni contra delinquentem ſi ſit locus pœna pecuniaria tantum.

1 CAptura per Iudicem decerni poteſt contra delinquentem non ſolum quando pro delicto intrat pœna corporalis, verùm etiam quando intrat ſola pœna pecuniaria, vt tradunt *Corrad. de Offic. Prator. in tit. de captur. n. 3. Boſſ. in pract. in tit. de carcer. fideiuſ. relax. num. 2.*

Farinac.

Farin.de carc. & carc. quæſt.27.num.59. vbi teſtatur de veriori opinione, & quod ita ſeruari in practica *Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt. 28. nu. 10.* & non diſſentit *Scacc.* malè *per Guazz.* vt infra intellectus *de iudic. d.lib.1. cap.42. num.15.* dum vult, capturam poſſe decerni, ſed captum eſſe ſub fideiuſſoribus dimittendum, neque diſſentit idem *Guazz. defen.5. cap.3. num. 14.* quando pœna pecuniaria eſt grauis, & delinquens non eſt perſona diues, grauis, vel in dignitate conſtituta, vt ibi per eum.

2 Licèt contrarium teneant *Angel.de maleſ. in ver. Iudex commiſit, quod Caius, num.4. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 28. poſt princ. & ver. ſcias autem &c.* & cum eis ſentit *Guaz.d.defen 5. cap. 3. num. 14.* loquendo quo ad perſonas nobiles, diuites, & in dignitate conſtitutas, & quando pœna eſt leuis, vt ibi per eum, qui dicit, ita ipſum ſeruaſſe, & ſeruari vidiſſe in practica.

SVMMARIVM.

1 *Iudex poteſt capi facere, & carcerare filium ad inſtantiam patris.*

Et poteſt etiam illum punire pœna à patre deſignata, num. 2.

Hoc tamen non poteſt facere ad inſtantiam matris, neque propinquorum, num. 3.

RESOLVTIO III.

Iudex an poſſit carcerari facere filium ad inſtantiam Patris.

1 IVdex poteſt, & debet capi facere, & carcerare filium ad inſtantiam patris, ſi pater ſit perſona diſcreta, & honeſta, ratione patriæ poteſtatis, alias ſecus *l.3. C. de patr. poteſt.* & tradunt *Alex. in l. moribus 2. num.24. ff. de vulg. & pup. Clemen. de patr. poteſt cap.6. effect.1. num.19. Menoch. de præſ. lib.5. præſ.14. num 2. Baiar ad Clar. §. fin. q.28. n.18. Guazz. def.5. cap.1. n.20. Paſcal. de patr. poteſt. par.3. cap.4. num. 2. & ſeq.*

2 Amplia d. concluſionem, vt Iudex non ſolum debeat carcerari facere filium ad inſtantiam patris, quando pater eſt perſona diſcreta, & honeſta, vt ſupra, ſed debeat etiam illum punire pœna a patre deſignata *d. l.3. C. de patr. poteſt.* & not. *Alex. Clem. Menoch. & Paſc. in loc. ſupra proximè adduct.*

3 Declara d. concluſionem, vt Iudex poſſit, & debeat carcerari facere filium, & illum punire ad inſtantiam ſolum patris, non autem ad inſtantiam matris, neque aliorum propinquorum, quibus licèt permiſſa ſit quædam modica correctio, non tamen eis competit poteſtas, vt Iudex illum faciat ad illorum inſtantiam carcerare, & punire, vt bene declarant *Pinel. in rub. C. de bon. mater. par. 2. num. 31. & Paſcal. de patr. poteſt. d. par.3 cap. 4. num. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Carcerari nemo poteſt pro debito ciuili diebus feriatis in honorem Dei, & Sanctorum.*

Poteſt tamen carcerari pro delicto etiam in diebus feriatis, num. 2.

Quod procedit in delictis grauibus, non autem in leuibus, num. 3.

RESOLVTIO IV.

Carcerari an quis poſſit pro debito ciuili in diebus feriatis in honorem Dei, & Sanctorum.

1 CApi, & carcerari nemo poteſt pro debito ciuili in diebus feriatis in honorem Dei, & Sanctorum *l. fin. & ibi not. Doct. communiter, C. de feriis, Put. de ſyndic. in verb. Captura, cap. 5. num. 6. Far. de carc. & carc. quæſt.27 num.106* vbi ex *Bald.* per eum relato dicit, hoc procedere non obſtante Statuto, vel renunciatione in contrarium, *Theſaur. deciſ. Pedem. 95. in princ.* vbi ampliat etiam in Hebdomoda Sancta *Menoch de arbitr. lib.1. quæſt.22. num. 11. Scacc. de iudic. lib.1. cap.46. nu. 15. Rota apud Nigr. de ſubhaſt. deciſ.8. ſub num. 3. & in Bononien. prædij 16. Iunii 1642. coram R. P. D. Pentingerio poſt prin.* vbi dicit, d. concluſionem non habere locum quando executio fit cum mandato Rotæ, & quando fit pro re expreſsè in ſententia contenta.

2 Limita d. concluſionem, vt habeat locum in ciuilibus, prout loquitur, ſecùs tamen eſt in criminalibus, in quibus captura fieri poteſt pro delicto etiã in die feriata in honorem Dei, & Sanctorum, cum publicè interſit delicta puniri, vt not. *Folle. in pract. in verb. Notatos capiat de perſona num.5 Corrad. de Offic. Prat. in tit. de capt. num. 8. Farin. de carc. & carc. d. quæſt. 27. num. 109.* vbi alios adducit concordantes *Caualcan. de Brach. Reg. par.2. num.21.* quem vna cum aliis pluribus refert, & ſequitur *Guazz d. def.5. cap. 1. num. 22.* vbi dicit, quod ita obſeruatur, maximè in grauibus delictis, & *Scac. de iudic. lib. 1. cap.46. num. 24.* vbi poſt *Clar.* per eum adductum dicit, prædicta habere locum de conſuetudine, non autem de iure, vt ibi per eum.

3 Declara d. limitationem, vt habeat locum, quando agitur de delictis grauibus, & enormibus, ſecùs tamen eſt, ſi agatur de delictis leuibus, quia tunc non licere deuenire ad capturam in diebus feriatis in honorem Dei, ſcripſerunt *Farin. in d. q. 27. num 110.* vbi limitat, niſi reus eſſet ſuſpectus de fuga & *Guazzin. in d. defen. 5. cap.1. num. 22.* qui adducit etiam *Caualcan. de brach. Reg. d. par.2. n.21.* & voluit etiam *Scacc. de iudic. d lib. 1. cap 46. nu. 24.* & capturam pro delicto fieri poſſe quocumque tempore etiam de nocte, dixit *Rip. de nocti. tempi cap.71. num.3.*

SVMMARIVM.

1 *Infirmus graui infirmitate, vel grauiter vulneratus non poteſt carcerari, ſed eſt aſſecurandus fideiuſſione, vel cuſtodia.*

Amplia, vt grauis infirmitas excuſet etiam à contumacia. num.2.

Quod procedit, probata infirmitate, n.3.

RESOLVTIO V.

Infirmus graui infirmitate, vel grauiter vulneratus an poſſit carcerari, vel aliter ſit aſſecurandus.

1 Infirmus graui infirmitate, ſeu grauiter vulneratus, qui non poteſt carcerari ſinè periculo vitæ, non poteſt per Iudicem pro delicto per eum commiſſo carcerari mandari, ſed eius perſona debet aſſecurari mediante fideiuſſoria cautione, & ſi fideiuſſorem non inueniat, per appoſitionem cuſtodiæ ſumptibus ipſius infirmi, donec conualeſcat, vt tradunt *Gram. conſ.* 55.*num.*9.*& ſeq.Put de ſyndic. in ver. carcer. cap.* 4. *nu.*3. quos refert, & ſequitur *Far. de carc. & carc. quæſt.*27. *num.*27 vbi dicit, ita ipſum in d. caſu ſeruari vidiſſe in Alma Vrbe, & extra.

2 Amplia illatiuè d. concluſionem, vt infirmitas grauis excuſet reum etiam à pœna non comparentis, & contumaciæ *cap. ſi ægrotantes*, 5. q. 3. *cap. ſi Epiſcopus*, 18. *diſt.* & tradunt *Foller. in pract. in tit. Admittantur excuſatores, num* 27.*& ſeq.* vbi dicit illam allegari poſſe quemcumque etiam ſine mandato *Grat. conſ.*92. *num.*2. *tit.*1. *Iudoc. in pract. cap.* 25. *per tot. Clar. in pract. ʃ. fin. quæſt.*3. *num.*4 *Farin. latè de inquiſ. quæſt.* 1 & *n.*53. benè *Guaz. def.* 12. *cap.* 1. *n.*22.*& ſeq* vbi alios adducunt concordantes, & volunt excuſare à d. pœna non ſolum infirmitatem propriam, ſed etiam infirmitatem grauem, vel mortem parentum, & conſanguineorum, & docent quomodo infirmitas in d. caſu ſit probanda, per atteſtationem Medicorum, Ipſos conſulas.

3 Declara d. ampliationem, vt habeat locum allegata, & probata d. graui infirmitate per fidem teſtium, vel atteſtationem Medicorum, vt dicunt *Clar. in pract* §.*fin. d. quæſt.*34. *num.*4. & latè proſequitur *Guaz. d. def.*5. *cap.*1. *num.*23. vbi inter alia dicit, ſufficere atteſtationem vnius Medici tantum quando in loco alius non reperitur, vt ibi per eum, qui eſt adeundus in hac materia, vt dixi ſupra, *num.* 2. *in fine*.

SVMMARIVM.

1 *A captura in criminalibus non eſt inchoandum.*

2 *Captura decreta ſinè legitimis indicijs eſt iniuſta, & nulla.*

Licèt contrarium tenuerint aliqui, num. 3.

*Quæ concluſio habet locum etiam in atrociſſimis, num.*4.

*Et de legitimis indicijs debet cōſtare in actis n.*5

*Quod tamen non eſt neceſſarium in capto in fragranti crimine, num.*6.

*Neque in vagabundo, & de fuga ſuſpecto, n.*7.

Qualia tamen debeant eſſe d. indicia, remittitur arbitrio Iudicis, num 8.

9 *Captura non poteſt decerni per Iudicem ex ſola querela partis.*

10 *Captura vt validè ſit decreta, vltra indicia, requiritur, quod conſtet de corpore delicti.*

*Contrarium tenent plures Doctores, num.*11.

12 *Index, qui facit carcerare non præcedentibus legitimis indicijs, tenetur ſyndicato, & punitur arbitrio Syndicatorum.*

RESOLVTIO VI.

A captura in criminalibus an ſit inchoandum.

1 A Captura in criminalibus nullo modo eſſe inchoandum, vulgatum eſt iuris axioma ad tex. *in l. nullus in carcerem*, 2. *& in l. fin & ibi not. Bart. Bal. Salic. & alij, C. de exib. & tranſm. reis*, & tradunt *Ant. Gom. var. reſ. tom.*3. *cap.*9. *num.* 1. *Clar. in pract.* §. *fin. quæſt.* 28. *in prin.* benè *Scacc. de iudic. lib.* 1. *cap.*42 *num.*1. *circa medium* alios adducens concordantes, & alij Doct. infra in prima ampliatione adducti, & dixi ego *alleg. foren.*99. *num.*22.

2 Amplia primò d. concluſionem illatiuè, vt captura relaxata per Iudicem de facto, ex abrupto, & ſua propria ceruice, non præcedentibus indicijs, vel non legitimis, ſit omninò iniuſta, & nulla, vt not. *Clar. in pract. in d. quæſt.* 28. *in prin. Farin. de carc. & carc. q.*27. *n.*112. vbi teſtatur de communi opinione, & æquiori, & ſeruata de conſuetudine totius Italiæ, *& conſ.*192. *num* 7. *lib.*2. *Hond. conſ.* 108. *n.*23. *& ſeq. lib.*1. *& conſ.*94. *num* 7. *lib.* 2. *Sur. conſ.*182. *n* 2. *lib.*2. *Eug. conſ.*64. *n.*14. *& ſeq. lib.*1. vbi teſtatur de veriori, magis communi, & ſeruata opinione *Fachin. contr. iur. lib.*9 *cap.*55. vbi teſtatur de veriſſima opinione *Guaz def.*5. *cap.*3. *n.* 15. *& ſeq* vbi alios adducit concordantes, & dicit hanc opinionem eſſe communem, veram, & in practica ſeruandam *Scac. de iudic. lib.* 1. *d. cap.*42. *n.* 1. *& ſeq. Caren. de Off. S Inquiſ. par.*3. *tit.*2. *num.*18. *Vermigl. conſ.*358. *n.*4. *Ant. de Bal. tract. crim. lib.*5. *prag.*7. *tit.*12. *n.*2. & dixi ego *alle. for.*99. *n.*21. *& 22.*

3 Quicquid contrarium tenuerint *Bald. Ang. Boſſ.* & alij relati per *Farinac. d. quæſt.* 27. *num.* 115. *& per Card. Tuſch. pract. concl litt. C. concluſ.* 69. *in princ.* contra quos adeſt magis communis, verior, & æquior opinio, de qua ſupra, quorum opinionem erroneam dicit *Scacc. vbi ſupra.*

4 Amplia primò d. concluſionem, vt illa habeat locum etiam in delictis atrociſſimis, puta læſæ maieſtatis, & ſimilibus, quia etiam in illis debent præcedere legitima indicia ad decernendam capturā, vt voluerunt *Rol. conſ.*17. *n.*3. *lib.*3. *Farin. in d. q.* 27. *n.*114. alios adducens concordantes *Hond. in dict.*

conſ.

conſ. 94. num.8. lib.2. & Guazzin. d def 5. cap. 3. num. 16. Gargiar.Iun. conſ.52. num 6. lib.2.

5 Amplia ſecundo d. concluſionem, vt de d. indicijs conſtare debeat in actis per depoſitiones teſtium examinatorum ſuper delicto, de quo agitur, vt captura decerni validè poſſit, vt tradunt *Marſil. in pract. in §. conſtante, num. 11.* vbi ponit practicam examinandi d. teſtes, & recipiendi d. indicia, *Farin.de carcer. & carc.d.quæſt.27.n.113.* vbi teſtatur de generali conſuetudine totius Italiæ, *& num. 130.* vbi dicit, ex informatione extraiudiciali vidiſſe aliquando decerni capturam ſolum quando delictum eſt enorme, adeſt ſuſpicio fugæ, & Iudex eſt certus quod poſt capturam venient teſtes ad ſe examinandum, & non aliàs, vt ibi per eum *Scacc. de iudic.lib.1.cap.42.nu.7. & 8.* ben. comprobans *Eugen. conſ.64.num.14.& ſeq lib.1* vbi teſtatur de generali conſuetudine totius Italiæ, & not. etiam *Guazzin.d. defen.5.cap.3.num.17. Præſes Abano in pract.§.captura,num.1.& ſeq.* quem refert, & ſequitur *Caren.de Offic.S.Inquiſ. par.3.tit. 2. num.19. & ſeq.* alios adducens ita ſentientes.

6 Limita primò d.concluſionem, vt non habeat locum in delinquente reperto in fragranti crimine, qui abſque indicijs poteſt capi, & carceribus mancipari, vt tradunt *Corrad. de offic. Prætor. in tit. de captur. ſub num.3. Iodoc. in pract.in tit. de cit. real. num.3. Guazz.d def 5. cap 3. num.18.* alios referens concordantes, & in fortioribus terminis *Vermigliol. conſ. 276. num. 7.*

7 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando agitur contra vagabundum, & fugitiuum, & de fuga ſuſpectum, quia tunc propter periculum in mora ille poteſt capi, & carcerari, etiam non præcedentibus indicijs, ſi de fugæ ſuſpicione Iudici ſummariè conſtiterit, vt not. *Ant. Gomez var. reſ. tom. 3. cap.9. in prin. Corrad. de Offic. Prat.in d.tit.de capt.n.4. Nouel.in pract.§.1.n.23.et ſeq.* latè *Far.de carc.& carc.d.q.27.n.125.* alias quamplures adducens Doct. authoritates, *Seraph.de priuil.iuram.priu.132.n.94. Guazz. d.def.5.cap.3.num. 24.* vbi dicit ita ſeruari in practica, & admittit etiam *Scacc. d. cap. 42. num. 5.*

8 Declara primò d.concluſionem cum ampliatione ſequenti, quod qualia eſſe debeant d. indicia ad capturam ſufficientiam, tàm variæ ſint Doct. opiniones, quarum octo refert *Far.d. quæſt.27. n.117. & ſeq.* vt difficilè ſatis ſit id poſse diffiniri, vndè id prudētia Iudicis arbitrio eſſe remiſſum, qui iuxta delicti, & perſonarum qualitatem poterit determinare, & decernere capturam contra reum, recepta informatione, quæ ſibi videbitur neceſſaria, voluerunt *Clar. in pract. §.fin. quæſt. 28. verſ. ſcias autem &c. Farhin. contr. iur. lib.9.cap.56 per tot.* cum qua opinione, vti vltimo loco relata, pertranſire videtur *Farin.d.quæſt.27.n.126.& ſeq.* vbi quatuor par Iudicem proponit eſſe obſeruanda, vt rectè capturam decernere valeat, & præcipuè ſufficere aſſertionem vulnerati exiſtētis in periculo vitæ, quæ vide ibi per eum, qui magiſtraliter loquitur, & *n.133.* vbi dicit in delictis occultis, & grauibus, & contra perſonas viles, & malè famæ ſufficere leniora indicia, quam contra nobilem, & in delictis lenibus, vt ibi per eum, & ita ſentit etiam *Guazz.d def.5.cap.3.n.29. & ſeq.* vbi dicit, ſufficere depoſitiones teſtium inhabilium, & ſocij criminis, & aſſertionem vulnerati, & concordat *Caren. de Offic.S.Inquiſ.d.par.3.tit. 2.n.22.* alios adducens ita ſentientes, & *Vermigl.conſ 142. num.6.* & ante eum *Scac. d. cap. 42. num. 2.*

9 Subdeclara d.primam declarationem, vt ad decernendam capturam contra delinquentem non ſufficiat querela iniuriati, ne ſit in facultate cuiuſnis vilis perſonæ facere carcerare quemlibet probum virum, vt contra *Caſtr.conſ.328.n.1.lib.2.* tenent *Clar.in pract.§ fin.q.28.ver.ſcias autē &c Far. in d.q 27.n.122.& 124. Scacc.de indic. d.lib.1. cap. 42.n.5.* vbi hoc limitat, quando querelatus eſſet mortaliter vulneratus, & quando querelatus eſſet perſona vilis, ageretur de delicto graui, adeſſet ſuſpicio fugæ, declarando; vt ibi per eum, & querelans ſe obligaſſet de reficiendis expenſis in caſu, in quo non dederit neceſſarias informationes, vt ibi per eum *Eugen.conſ.64.n.14 & ſeq.lib 1. Guazz.d. def.5.cap.3 n.23.* vbi dicit contra *Caſtr.* adeſſe magis communem Doct.opinionem, & *Caſtr.* opinionem poſſe procedere, quando ageretur de captura perſonæ malæ vocis, & famæ, & querelās ſe obligaſſet de reficiendo expenſas, vt ſupra, & adeſſet ſuſpicio fugæ, vt ibi per eum, & dixi ego *allegat. forenſ. 99 num. 23.*

10 Declara ſecundò d.concluſionem, quod pro iuſtitia, & validitate capturæ, vltra concurſum iudiciorum, de quibus ſupra, requiritur etiam, quod conſtet de corpora delicti commiſſi antequam illa decernatur, vt ſcripſerunt *Boſſ. in pract. in tit. de delict in fin.& in tit.de capt.n.3. Ant Gom. var. reſ. tom.3.cap.9.in prin.Scac.de ind.lib.1.d. cap.42. n.6.* vbi alios dat concordantes etiam de communi opinione atteſtantes *Far.de inquiſ.q.2.n.2* vbi hanc dicit communem opinionem eſſe *Hond. conſ. 107. ſub n.7.lib.1.& conſ.88.n.9. & conſ.91. n.10. lib.2. Baia.ad Clar.§ fin.q.28.n 16.* latè *Guaz.def.4.cap.1. n.6.& def.5.cap 3.n.26.* vbi alios dat concordantes *Gargiar.Iun.d.conſ.52.num.4.lib.2.*

11 Contrariam tamen opinionem, quod imò Iudex poſſit deuenire ad capturam, habita notitia, fuiſſe commiſſum delictum, contra ſuſpectos, etiam non conſtito de corpore delicti, ſi periculum ſit in mora, vel aliqua ſubſit iuſta cauſa, puta ſtante grauitate criminis, & attenta qualitate perſonæ, ſi ſit bonæ famæ, vel rixoſus, & ſolitus delinquere, diues, vel pauper, vel ſuſpectos cogere ad ſe repræſentādum ne, dum Iudex corpus delicti inueſtigat, reus impunitus euadat, tenet *Ambroſ.in proc.infor.lib.1 cap.1.n.10,* vbi dicit, ita pluries vidiſſe obſeruari in practica, quam valdè commendat *Adden.ibi n.10.* licèt id non paſſim, ſed cum circumſpectione faciendum eſſe ſuadeant, cum quibus pertranſit *Guaz.d.def.4.cap.1.num.7.& ſeq.* vbi concludit, id totum reſidere in arbitrio prudentis Iudicis, reprobando contrariam generalem conſuetudinem,

da qua teſtantur Doct. par eum adducti, & quod, quando agitur de captura, leuiora ſufficiunt indicia ad probandum corpus delicti, quam quando agitur de condemnando, vt ibi per eum, cum quibus pertranſit indiſtinctè *Hier. de Federic. reſolut. crim. 4t. num. 5.*

12 Addo pro coronide, quod Iudex aliquem ex abrupto, & ſinè indicijs legitimis carcerati faciens tenetur in ſyndicatu, & punitur arbitrio ſyndicatorum pro facti, & perſonarum qualitate, vt tradunt *Clar. in pract. §. fin. d. quaſt. 28. verſ. ſcias autem, &c.* circa medium, *& ibi Baiar. numer. 3. & ſeq. Farinac. de carcer. & carc. d. quaſt. 27. num. 134. & ſeq.* latè diſſerens, qua pœna ſit puniendus *Scacc. de indic. lib. 1. cap. 42. nu. 3. in fin. & cap. 94. ſub num. 1.* vbi hanc concluſionem ampliat habere locum, etiam ſi poſt capturam ſuperueniant indicia, cum id non faciat, quin Iudex fecerit contra legem, vt ibi per eum, qui benè comprobat, & contrarijs reſpondet; & non diſſentit *Baiar. ad Clar. in d. quaſt. 28. num. 8.* vbi dicit, quod captura nulla non poteſt iuſtificari ex nouis indicijs poſtea ſuperuenientibus, vt ibi per eum.

ADDITIO.

N. 9. VBi habetur, quod ex ſola quærela partis non poteſt deueniri ad capturam adde *Zuff. de legit. proc. crim. lib. 1. quaeſt. 19. num. 5.*

N. 8. Vbi quæritur quæ inditia requirantur, vt captura ſit valida adde *Scialo in pract. torq. reos, cap. 2. num. 5. & ſeq.* vbi plures refert Doctorum opiniones, & ſentire videtur, quod captura ſit ferè Iudici arbitraria, maximè in delictis grauibus, & occultis præcedente tamen aliquali informatione, & ſuſpicione de delicto ſaltem extraiudiciali, vt ibi per eum videndum.

N. 11. Vbi habetur, capturam decerni poſſe etiam non conſtito de delicto quando periculum eſt in mora, & ſtante grauitate criminis qualitate perſonæ, & ſimul. adde *Scialo in prax. torq. reos cap. 2. nu. 13. & ſeq.* benè comprobantem.

N. 12. Vbi habetur, quod Iudex qui ſine legitimis inditijs aliquem carcerari fecit tenetur in Sindicatu, & punitur arbitrio Sindicatorum adde *Scialo in pract. torq. reos, cap. 2. num. 19. & ſeq.* vbi dicit, illum teneri etiam ad intereſſe ſi id fecerit ad vindictam, vel cauſam ſimilem ex *Cabal. caſu 86.* & non teneri ſi illum carcerari fecit pro modica coerctione ex *Peguer. deciſ. 82.* & iniuſtè carcerari procurantem teneri actione iniuriarum, & ad intereſſe voluit *Ciriac. contr. 702. ante fin. tom. 4.*

In fin. Vbi habetur, quod captura nulla à principio non poteſt iuſtificari ex inditijs poſtea ſuperuenientibus adde *Guazzin. defen. 4. cap. 3. num. 17.*

Contrarium autem quod illa confirmetur per ſuperuenientiam inditiorum tenent *Balth. de Ang. ad Foller. in pract. crim. in verb. Notatos de perſona, num. 13. Guazz. ſibi contrarius defen. 5. cap. 2. num. 8. & Scialo in pract. torq. reos, d. cap. 2. num. 16.*

SVMMARIVM.

1 *Carceratus pro cauſa criminali non poteſt in carcerem commendari pro cauſa ciuili.*

Licèt contrarium teneant plures Doctores, num. 2.

Quæ concluſio procedit etiam in retento Palatio, vel domo pro delicto ſub fideiuſſione, num. 3.

Recommendari tamen poteſt pro alio delicto, num. 4.

5 *Carceratus pro cauſa ciuili poteſt recommendari pro cauſa criminali.*

6 *Carceratus pro debito Fiſcali poteſt recommendari pro debito priuato.*

7 *Condemnatio in exilium, vel ad triremes an poſſit retardari per creditores donec fuerint conſequuti eorum credita.*

RESOLVTIO VII.

Carceratus pro cauſa criminali an poſſit recommendari pro cauſa ciuili.

1 CAptus, ſiuè carceratus pro cauſa criminali, & pro delicto non poteſt in carcere recommendari pro cauſa ciuili, & pro debito, vt tradunt *Brun. de ceſſion. bonor. quaſt. 1t. quarta quaſt. princ. num. 33.* vbi refert quoddam *conſ. Rom.* non impreſſum, *Ludou. deciſ. Peruſ. 70. per tot.* vbi *num. 9.* dicit, hanc eſſe veram concluſionem, & ita ſeruari in toto Statu Eccleſiaſtico, *Farin. de carc. & carc. quaſt. 27. num. 155.* vbi dicit, hanc eſſe veriorem, & receptiorem opinionionem, *Pract. Archiep. Neap. cap. 34. num. 9.* in vltima impreſſione, vbi teſtatur de magis communi Doct. opinione, quam de conſuetudine ſeruari, dicit *Cabal. reſ. crim caſ. 146. num. 10. cent. 2.* & hanc concluſionem latè comprobat idem *Cabal. caſ. 299. num. 18. & ſeq. cent 3.* quam ſequitur etiam *Guazzin. defen. 5. cap. 2. in fin.* vbi dicit, ita vidiſſe in Alma Vrbe ſemper ſeruari, & *defen. 6. cap. 1. num. 85. & Vermigliol. conſ. 351. nu 2.* vbi dicit, dimiſſum ex carcere pro cauſa criminali non poſſe carcerari pro cauſa ciuili, niſi poſt horam ex *Conſt. Pauli V.* de qua dicetur infra in Reſolut. ſequen.

Sicut enim quis eſt ſecurus in domo ſua, vt in illa carcerari non valeat *l. plerique 18. ff. de in ius voc. l. nemo de domo 104. ff. de reg. iur.* & vtrobique not. communiter Doct. & dixi ſupra in hoc verb. *captura, reſol. 1. num. 1.* ita tutus eſſe debet quo ad debita ciuilia in carceribus, in quibus ad inſtantiam fiſci detinetur, vt conſiderat *Cabal. in d. caſ. 299. num. 19. & ſeq.* maximè cum Cuſtos carcerum æquiparetur Depoſitario, cui committitur cuſtodia rerum *l. 1. ff. depoſ. cap. 1. eod. tit.* tradit *Bart. in ſua quaſt. 6. num. 9.* vndè ſicut per ſequeſtrationem factam Depoſitario non debet impediri depoſiti reſtitutio *l. pen. C. depoſ* ita per recommendationem factam Cuſtodi non debet impediri relaxatio carcerati, vt not *Cabal. vbi ſupra, num. 21. & ſeq.* vbi alias adducit rationes;

2 Quicquid contrarium, quod imò carceratus pro cauſa criminali poſſit recommendari pro cauſa ciuili, & pro debito, voluerint *Bart. in tract. de carcer. ſub num. 20. Boſſ. in pract. in tit. de capt. num. 91. & Caucer. var. reſ. par. 2. cap. 7. in fin.* vbi malè teſtatur de communi opinione, & dicit ita eſſe te-

ncn-

nendum, licèt poſtea dicat, eſſe videndum *Farin. in loc. ſupra adducto.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum, non ſolùm in carcerato in publicis carceribus, ſed etiam in retento pro delicto in Palatio, in domo, vel in Caſtro ſub fideiuſſione de non diſcendendo, quia neque tunc poteſt pro cauſa ciuili, & pro debito retineri, vel recommendari, cum ita retentus dicatur carceratus, vt tradit *Borga.deciſ. 14. in 3. dubio par. 5.* quem referendo ſequitur, *Caball.d. caſu 299. num. 29.* cum quibus pertranſit *Guazzin.d. defen. 6. cap. 1. num. 85.* circa medium, vbi dicit notandum.

4 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locum, quando recommendatio carcerati fit pro debito ciuili, ſecus tamen eſt ſi illa fiat pro alio delicto, quia tunc benè recommendatio procedit, vt not. *Aret. de malef. in ver. Quod fama publica num. 63. Brun. de ceſſio. bon. d. quaeſt. 11. quarta q. prin. num. 21. & ſeq. Foller. in pract. in ver. vel carcerentur &c. nu. 26. Farin. de inqu ſ. quaeſt. 7. nu. 42.* vbi diſſerit, quando reus poſſit recommendari pro alio delicto per alium iudicem, *& de carc & carc. d. q. 27. nu. 154.* alios adducens ita ſentientes, *Guazzin. d defen. 6. cap. 1. num. 85.* ſi non impediatur executio ſententiae primi delicti, & ita in practica quotidiè ſeruari, dicit *Caball. d. caſu 299. num. 11. in fin.* licèt *num. 1. & ſeq. ex Bart.* quem allegat, ſatis longam referat diſtinctionem, *Vermigl. conſ. 351. in prin.*

5 Declara d. concluſionem è contra, vt, ſi carceratus ſit debitor pro cauſa ciuili bene recommendari poſſit pro cauſa criminali, & pro delicto, vt tradunt *Bart. in tract. de carc. num. 20. ver. reſtat. quartò &c. Marſil. in pract. §. attingam nu. 32. Brun. de ceſſio. bono. d. quaeſt. 11 ſub nu. 33. & Caball. d. caſu 299. num. 30. cent. 1.*

6 Declara ſecundò d. concluſionem, vt carceratus pro debito Fiſcali, & priuilegiato poſſit recommendari pro debito priuato, & è contra, vt not. *Guid. Papa deciſ. 61. in n. 3. Brun. de ceſſio. bonor. dict. quaeſt. 11. num. 21. Peguer. de iure Fiſc. lib. 6. tit. 7. nu. 23. ver. item debitor &c. Caball. d. caſu 299. num. 31. & ſeq.* vbi dicit, non ſeruari in Ciuitate Florentiae, quod carceratus pro debito Fiſcali poſſit recommendari pro debito priuato, vt ibi per eum.

7 Condemnatio verò facta de aliquo in exilium, vel ad triremes an retardari valeat ad petitionem creditorum comparentium, & inſtantium, antequam ad executionem condemnationis deueniatur, per condemnatum eis perſolui eorum credita, vide *Peguer. deciſ. 22. per tot.* tenentem partem affirmatiuam, *& deciſ. 69. per tot. Vinc. de Franc. deciſ. 317.* qui tenet opinionem negatiuam, cum quo pertranſit, *Caball. reſol. crim. caſu 146. per tot. cent. 2. & Guazzin. defen. 2. cap. 2. in fin.*

ADDITIO.

N. 3. VBi habetur quod retentus in domo, vel in palatio ſub fideiuſſione pro delicto non poteſt recommendari pro debito adde Contrarium tamen quod relaxatus ſub fideiuſſione de non recedendo à domo non dicatur carceratus tenet, *Capic. deciſ. 154. num. 4. Farinac. de carcer. & carcer. quaeſt. 30. num. 58. & Caren. reſol. 80. num. 13. & ſeq.*

N. 7. Vbi quaeritur an damnatus in exilium, vel ad triremes poſſit interim arreſtari per creditorem ad effectum conſequendi ſuum creditum adde, *Farinac. in addit. ad quaeſt. 27. de carc. & carc. num. 155.* vbi poſt allatam diſtinctionem *Peguer. deciſ. 69.* teſtatur, in Alma Vrbe ſeruari, d. arreſtum indiſtinctè non admitti.

SVMMARIVM.

1 *Captus indebitè, ſeù nulliter, ita debet relaxari, vt iterum capi non poſſit.*

2 *Carceratus pro cauſa criminali, & dimiſſus ex carcere non poteſt carcerari pro cauſa ciuili, niſi poſt horam.*

RESOLVTIO VIII.

Captus indebitè, ſeu nulliter, an debeat ita relaxari, vt iterum capi non poſſit.

1 CApus indebitè, puta ſub Saluaconducto, in Eccleſia, vel aliàs nulliter ita debet relaxari, & in priſtinam libertatem reponi, vt iterum capi non poſſit, ſed eius captura fiat difficilis, aliàs non diceretur liberatus, nec relaxatus, vt voluerunt *Marſil. de banni. in verb. capt. ſub num. 7. Brun. de ceſſio. bonor. quaeſt. 11. quarta q. prin. num. 36. in fin. Pute. de ſyndic. in ver. captura cap. 4. num. 3.* latè *Farinac. de carc. & carc. quaeſt. 29. nu. 11.* alios adducens ita ſentientes, *Guazzin. defen. 6. cap. 1. num. 85. in fin. Maſſin. de confiſc. bonor. quaeſt. 5. n. 4.* & dixi infra in ver. *Saluus conductus Reſol....*

Qui enim tenetur aliquem relaxare, ſeù ad priſtinam libertatem reſtituere non dicitur eius obligationi ſatisfeciſſe, niſi illum ne dum relaxet, ſed etiam permittat, illum ſe conferre ad locum, vbi poſſit securè ſtare, vt not. *Cagnol. in l. libertas 107. num. 3. ff. de reg. iur. Hercul. de caut. de non offen. cap. 37. nu. 23. Farinac. de carc. & carc. d. quaeſt. 29. num. 11.* circa medium.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt carcerati pro cauſa criminali, & dimiſſi ex carceribus non poſſint capi, vel carcerari pro cauſa ciuili, niſi poſt ſpatium vnius horae poſtquam fuerunt relaxati, vt habetur in *Reformatione Pauli V. in tit. de carcer. & carc. num. 16.* quam referunt *Guazzin. defen. 5. cap. 2. in fin. & defen. 6. cap. 1. num. 85. in fin. & Vermigliol. conſ. 351. num. 2.*

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod captus indebitè, vel nulliter ita eſt relaxandus, vt iterum capi non poſſit adde *Fontanell. de pact. nupt. tract. 4. gloſ. 18. par. 4. num. 18.* vbi alios dat concordantes, & dicit ita plures in illo Senatu fuiſſe iudicatum.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Captus iniuſtè poteſt impunè à capiente propria authoritate relaxari.*

Declara vt num. 2.

R E S O L V T I O IX.

Captus iniuſtè an poſſit impunè à capiente propria authoritate relaxari.

1 CAptus iniuſtè poteſt impunè à capiente propria authoritate, & ſinè mandato Iudicis relaxari ad tex. *in l. quis vxori 53. §. ſi fugitiuum ff. de furt.* & tradunt *Pute. de ſyndic. in ver. captura cap. 8. in fin. Farinac. de carcer. & carcer. quaeſt. 31. nu. 94. in fin. Guazzin. defen. 26. cap. 1. num. 6.* & idem dixerat prius *defen. 5. cap. 4. num. 18.* & ſcripſit etiam, *Baiard. ad Clar. §. fin. quaeſt. 28. num. 17.*

2 Declara d. concluſionem, vt habeat locum, quando birruarius relaxat captum iniuſtè antequam carceretur, vel ſit deſcriptus in albo carceratorum, ſecùs tamen eſt poſtquam captum duxit ad carcerem, & in albo carceratorum illum deſcripſit, quia tunc birruarij non habent amplius illum relaxandi poteſtatem, etiam ſi nulliter, vel iniuſtè captus fuit, vt benè declarant *Farinacc. in d. quaeſt. 31. num. 94. & Guazzin. d. defen. 26. cap. 1. num. 6.* vbi vult, quod poſt carcerationem nullo modo captus valeat relaxari, vt ibi per eum.

S V M M A R I V M.

1 *Captus indebitè non poteſt dare de nullitate capturae, quando praeſtitit cautionē de ſe repraeſentando.*

Licèt contrarium tenent plures Doctores, nu. 2.

Quae concluſio habet locum etiam in ſoluente debitum, num. 3.

Et in eo, qui faſſus fuit delictum, qui non poteſt dare de nullitate capturae, num. 4.

Licèt contrarium teneant alij, num. 5.

Limita vt num. 6. & 7.

R E S O L V T I O X.

Captus indebitè an poſſit dare de nullitate capturae, quando praeſtitit fideiuſſionem de ſe repraeſentando.

1 CAptus indebitè non poteſt dare de nullitate capturae, quando fuit relaxatus cùm cautione de ſe repraeſentando, de iudicio ſiſti, vel de iudicatum ſoluendo, cum per illam cenſeatur approbata ipſa captura, & captus videatur fateri ſuiſſe legitimè captum, ita vt neque Iudex poſſit d. de cauſa conueniri, vt tenuerunt *Ferrat. cautel. 14. num. 1. Amad. de ſyndic. ſub num. 258. Rodinel. in eod. tract. de ſynd. num. 288. Corrad. in pract. in tit. de capt. num. 17. in fin. Hercul. de caut. de non offen. cap. 50. num. 66. Farinac. de carcer. & carcer. quaeſt. 27. num. 150.* vbi alios adducit concordantes, *incertus Conſulens conſ. 93. num. 5. inter conſ. crimin. diuer. lib. 1. Guazzin. defen. 5. cap. 2. num. 7.* vbi alios quamplures refert ita ſentientes, *& Vermigl. conſ. 308. num. 11.*

Carceratus enim, vt dixi, per talem cautionem per eum praeſtitam cenſetur tacitè approbaſſe capturam nullam, & fateri ſe legitimè captum, vt tradunt *Ferrat. d. caut. 14. num. 3. Farinacc. d. quaeſt. 27. num. 150. Guazzin. dict. defen. 5. cap. 2. num. 7.* & alij Doct. ſupra adducti.

2 Licèt contrarium teneant *Petr. Peeb. de iur. ſiſten. cap. 13. num. 6.* vbi loquitur ceſſante etiam proteſtatione, *Pariſ. conſ. 48. num. 1. lib. 1.* quos refert, & ſequitur *Cancer. var. reſol. par. 2. cap. 2. num. 174. & ſeq.* vbi hanc contrariam opinionem latè comprobat, & illam dicit eſſe veriorem, & pro ea fuiſſe iudicatum, licèt poſtea dicat, Senatum ſeruare, quod cenſeatur approbata captura, ſi cautio eſt praeſtita publicato proceſſu, ſecus ſi ante, vt ibi per eum, & eadem opinionem tenuit *par. 3 cap. 12. num. 206.* quam veriorem dicit, & aequiorem, illam pluribus rationibus tuendo, *Peguer. deciſ 74. per tot.* dicens, ita illum Senatum iudicaſſe.

3 Amplia primò d. concluſionem, quae videtur communis, vt habeat locum etiam in nulliter capto pro debito, qui, ſi ſponte ſoluat, videtur capturae conſenſiſſe, & illam approbaſſe ad tex. *in l. 2. C. de his, quae vi, metuſuè cau. fiunt*, & ſentit, *Bart. in q. 6. num. 1. & expreſſè ſcripſit Socein. Sen. in l. a diuo pio 15. §. in venditione num. 10. ff. de re iudic.* quem refert *Cancer. d. par. 2. cap. 2. num. 173.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum, non ſolùm in praeſtante cautionem de ſe repraeſentando, vt ſupra, ſed etiam in eo, qui nulliter captus fatetur delictum, quem non poſſe poſtea dare de nullitate capturae, voluerunt *incer. Conſul. conſ. 93. num. 5. inter conſ. crim. diuer. lib. 1. Boſſi. in pract. in tit. de confeſ. ſub num. 66. & Farinac. de reo confeſ. & conui. quaeſt. 81. num. 71.* vbi dicit, quod apud eos dirideutur Aduocati, qui reos confeſſos defendere vellent ſub praetextu nullitatis capturae, quando confeſſio habet ſua requiſita, vt ibi per eum, & faciunt notata per *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 2. quaeſt. 20. num. 15.*

5 Quicquid contrarium voluerint, *Arcar. Alex.* & alij relati *per Farinacc. dict. quaeſt. 81. num. 72.* quos reprobant, *Boſſi. et Farinac. in locis ſupra proximè adductis.*

6 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locum, quando d. ſatiſdatio de ſe repraeſentando praeſtita fuit voluntariè, ſecùs, ſi ex neceſſitate, puta ex cauſa infirmitatis, & ſimilis, quia tunc illam praeſtans non dicitur approbare capturam nullam, vt not. *Aret. conſ. 87. num. 1. et ſeq. Caccialup. de debit. ſuſp. quaeſt. 15. num. 4 Bero. conſ. 9 num. 16. et ſeq. lib. 3.* quos vnà cum alijs refert, & ſequitur *Vermigl. d. conſ 308. num 13.*

7 Limita ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum

cum; quando præſtans d. ſatiſdationem habuit ſcientiam nullitatis præcedentis capturæ, ſecù. verò, quando illam ignorauit, vt puta quia proceſſum non viderit, neque Iudicis facultates, quia tunc præſtando fideiuſſionem de ſe repræſentando non cenſetur nullitatem capturæ approbaſſe, cum nullitas non ſit; purgabilis ſinè ſcientia nullitatis ipſius, vt declarant *Soc. Iun. conſ. 24. ſub num. 5. lib. 1. Gabr. conſ 36. num. 60. lib. 1. Vermigl. d. conſ. 308. num. 14.* vbi alios dat concordantes, & dicit, non ſufficere ſcientiam genericam, cum quibus pertranſeunt, *Gurb. deciſ. 105. num. 12. & Roſa apud Merlin. deciſ 76. num. 6. & in Romana pecuniaria 23. Martij 1648. coram R. P. D. Melzio §. nec dictum prætenſum &c.*

ADDITIO.

N. 1 VBi habetur, quod relaxatus cum fideiuſſione de ſe repræſentando non poteſt dare de nullitate capturæ, nam Iudex ex d. cauſa non poſſit iudicari adde, *Balth. de Ang. ad ſoiler. in pract. in d. verbo Notatos de perſona n. 7. & Scialo. in pract. torq. reus cap. 2. num. 22.* qui poſtea ſe refert ad dicta per eum *in tract. de foro compet. cap. 23. num. 52. & ſequen.*

SVMMARIVM.

1 *Captus a birruarijs ſi dicat fuiſſe captum in Eccleſia, & birruarij id neget, cognitio ſpectat ad iudicem Eccleſiaſticum.*

Ad eundem ſpectat cognitio ſuper immunitate loci Sacri, num. 2.

Et quando inter Iudicem laicum, & Eccleſiaſticum incidit quæſtio iuriſdictionis, num. 3.

Et in diſcordia inter birruarios, & captum cui ſit credendum, num. 4.

Creditur birruarijs dicentibus, cepiſſe aliquem in Eccleſia, num. 5.

RESOLVTIO XI.

Captus à birruarijs ſi dicat fuiſſe captum in Eccleſia, & birruarij id negent, cognitio an ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum.

1 CAptus a birruarijs ſi aſſerit fuiſſe captum in Eccleſia, vel loco immuni, & birruarij aſſerunt, illum appræhendiſſe extra Eccleſiam, & locum immunem, hæc cognitio ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum, vt probant *Farinacc. de immun. Eccleſ. nu. 54. in fin. P. Dian. reſol. moral. par. 1. tr. 3. de immun. Eccleſ. reſ. 32. & in ſumma in verb. Iudex Eccleſiaſticus num. 12. Balth. Tomaſ. in ſuis tract. var. tom. 4 de immun. Eccleſ. num. 465. & in tit de ſecul. in Eccleſ. cognoſc. num. 19.* & hanc concluſionem latè comprobat, & contrarijs reſpondet *Illuſtriſſimus, ac Doctiſſimus Dominus meus Sperellus Epiſcopus Eugubinus deciſ. 149. numer. 1. & pluribus ſequen. par. 2.* vbi alios dat concordantes.

2 Ad iudicem enim Eccleſiaſticum ſpectat cognitio, an quis gaudeat immunitate loci Sacri, nec ne *cap. fin. de immun. Eccleſ. cap. Epiſcopo 17. q. 4. Lotter. de re benef. tom. 1. lib. 1. q. 13. nu. 96. P. Dian. in ſumm. in d. ver. iudex Eccleſiaſt. num. 11. et Balth. Tomaſ in ſuis tract. var. tom. 4. in tit. de Eccleſiaſt. in ſecul. cogn. limit. 218.* nec non *Illuſtriſſimus Sperellus d. deciſ. 149 num. 4.* cognitio autem, de qua ſupra, eſt illi acceſſoria, vndè ſequi debet naturam principalis, *c. acceſſorium 42. de reg. iur. in 6.* & tradunt *P. Dian. vbi ſupra et Ill. Sperellus d. deciſ 149. n. 4. et ſequ.*

3 Amplia primò generaliter d. concluſionem, quod vbicunque inter Eccleſiaſticum, & laicum Iudicem contigit quæſtio iuriſdictionis, Iudex Eccleſiaſticus propter maiorem authoritatem illam cognoſcere debet, vt tradunt *Felin. in c. paſtoralis 14. n. 4. de reſcrip.* vbi dicit, hoc eſſe perpetuò notandum, *Couar. pract. q. cap. 33. nu. 1. et ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione, *Farinacc. de immun. Eccleſ. num. 362. Decian. tract. crimin. lib. 6. cap. 36. num. 12. Carol. de Graſſ. de effect. cler. effect. 1. nu. 1261. & ſeq.* plenè *Illuſtr. Sperellus deciſ. 8. num. 23.* vbi quamplures dat concordantes, & teſtatur de communi opinione, & *dec. 17. n. 15. p. 1.* benè comprobans.

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, quod ſi reus dicat fuiſſe captum in Eccleſia, & in loco immuni, & birruarij è contra aſſerant, delinquentem cæpiſſe extra Eccleſiam, & in loco non immuni, birruarijs de facili non ſit credendum, cum in dubio tenendum ſit pro immunitate Eccleſiaſtica, ſed id totum ſit relinquendum prudentis Iudicis arbitrio, qui, conſideratis circumſtantijs, numero birruariorum, facti veriſimilitudine, & alijs qualitatibus, id poterit benè diſtinguere, vt docent *Decian. tract crim. lib. 6. cap. 29. num. 10. Farinacc. de immun. Eccleſ. Peguer. de immun. Eccleſ. cap. 13. num. 36.* vbi recenſet circumſtantias *Guazzin. defen. 1. cap. 37. nu. 78. P. Dian. in d. reſol. 32. & in ſumma in verb. Iudex Eccleſiaſticus num. 12. Balth. Tomaſ. in d. tit. de immun. Eccleſ num. 93 2. limit. 271.* alios dat concordantes, & *Illuſt. Sperellus d. deciſ. 149. nu. 22. par. 2.*

5 Declara d. ſecundam ampliationem, quod licèt non credatur birruarijs aſſerentibus, cæpiſſe aliquem extra Eccleſiam, & locum immunem, niſi vt ſupra, creditur tamen eis, dum affirmant, aliquem cæpiſſe in Eccleſia, vel loco Sacro, vt tradunt *Farinac. de immun. Eccleſ. num. 54. & Guazzin. d. defen. 1. cap 37. num. 78 ver. ſi iſti birruarij &c.* vbi plures recenſet ita ſentientes.

SVMMARIVM.

1 *Miles, ſiuè alius confugiens ad Caſtra, & ſigna militaria, ibi capi non poteſt.*

2 *Iuriſdictionem nemo in alieno territorio exercere poteſt*

3 *Scholares non poſſunt capi in ſcholis, niſi in criminibus exceptis.*

4 *Aduocati, & Doctores non poſſunt capi in foro, & in ſcholis.*

RESO-

RESOLVTIO XII.

Miles, ſeu alius confugiens ad Caſtra, & ſigna militaria, an ibi capi poſſit.

1 Miles, ſiuè alius ad Caſtra confugiens, & præcipuè ad ſigna militaria, ſi delictum militare non admiſit, ibi carcerari, & capi non poteſt, vt ſcripſit *Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 29. nu. 12.* vbi loquitur in delictis non exceptis, vt de Planco refert, *Tacit. lib. 1. annal.* & de Suilliano quodam referat, *Marcell. lib. 25.* qui ad Caſtra confugientes euaſerunt, quorum meminit, *Decian. vbi ſupra* & ita tenet etiam, *Criſpoll. in ſuis caſibus milit. caſu 33. num 17.* benè comprobans, & aliud de D. Ycarte copiarum Duce Regis Catholici refert exemplum.

2 Nemo enim, in territorio alieno, niſi de licentia Domini iuriſdictionem exercere poteſt *l. fin. ff. de iuriſd. omn. iud. Caball. reſol. crim caſu 120. a num. 3. cent. 2. Giurb. conſ. 59. num. 19. & ſeq. Criſpol. d. caſu 33. num. 17.* alios adducens concordantes, Caſtra verò, & ſtationes territorium ſunt militantium, ibique niſi Præfecti militum, ius dicunt *l. fin. cum ſuis ff. C. de re milit. lib. 12. Cotor. de iur. milit. cap. 6. lib. 2.* quem refert & ſequitur, *Criſpoll. in loco ſupra adducto*, meritò &c.

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in Scholaribus, quos non poſſe capi in ſcholis, niſi in criminibus exceptis, voluerunt *Rebuff. de priuil. ſchola. priuil. 102. Hora. Luti. in eod. tractat. cap. 51.* benè comprobans *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 30. verb. in hac autem propoſitio &c. Decian. tract. crim. d. lib. 6. cap. 29. nu. 11.* & non diſſentit *Criſpol. in d. caſu milit. 33. num. 17. ver. ſecundò quia in fin. Scacc. de iudi. lib. 1. cap. 46. num. 11.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat etiam locum in Aduocatis, & Doctoribus legentibus, quos non poſſe capi in foro, vbi cauſas agunt, neque in ſcholis, in quibus legunt, niſi pro criminibus exceptis, tradunt *Decian. in d. lib. 6. cap. 29. nu. 13. & 14.* & non diſſentit *Criſpol. in d. caſu milit. 33. ver. ſecundò quia in fin.* quod quidem neſcio an in practica ſeruaretur.

CARCER.

SVMMARIVM.

1 *Effractores carcerum puniuntur pœna arbitraria.*

Et contra eos non intrat pœna confeſſati criminis, num. 2.

Licèt contrariũ teneant plures Doctores, n. 3.

Quod eò magis procedit, quando carceratus ignorauit cauſam carcerationis, num. 4.

Et quando aufugit ianuis apertis, & ſinè fractura, num. 5. & 6.

Iudex tamen poteſt carceratum fugientem in pœnam condemnari confeſſati criminis non ob fugam, ſed quia fuga facit contra eum inditium ad torturam, num. 7.

8 *Effractores carcerum puniuntur pœna arbitraria, quando fugiunt culpa cuſtodis.*

Et quando fugiunt ex carcere ſinè fractura illorum, num. 9.

Et quando carceres frangunt, ſed non effugiunt ex eis, num. 10.

11 *Carceratus iuſtè frangendo carceres, & fugiendo nulla pœna punitur.*

Licèt aliqui contrarium teneant, num. 12.

Et qui fugit de licentia cuſtodis, num. 13.

Etiamſi fugiens cum licentia cuſtodis cautionem dederit de tuto carcere, num. 14.

Neque carceratus, qui aufugit animo reuertendi, num. 15.

Neque qui conſpirationem de frangendo carceres regulauit, num. 16.

Neque carceratus, qui alijs exeuntibus, in carcere remanſit, num. 17.

18 *Effractor carceris punitur ſiuè ſit carceratus pro delicto, ſiuè pro debito.*

19 *Effractor carceris dicitur etiam qui, ruptis vinculis, & compedibus ſinè fractura carceris, aufugit, & qui per funem, vel alio modo exiuit.*

RESOLVTIO I.

Effractores carcerum quæ pœna puniantur.

1 Effractores carcerum puniuntur pœna arbitraria iuxta facti, & perſonarum qualitatem, ſiuè fuga ex eis fit ſequuta, ſiuè non, mitius tamen ſi fuga non ſit ſequuta, vt tradunt *Ant. Gomez tom. 3. var. reſol. cap. 9. nu. 11.* & poſt quamplures relatas opiniones, *Farinac. de carc. & carc. quæſt. 30. num. 24.* vbi dicit, ita ſemper vidiſſe in facto ſeruari, & hanc concluſionem ponit pro regula *in d. quæſt. 30. num. 34. Caball reſolut. crim. caſ 8. num. 29. & ſeq.* & latius *caſu 42. num. 5. cent. 1.* vbi dicit, ita de conſuetudine ſeruari, & ita ſentit etiam *Guazzin. defen. 6. cap. 1. num. 80. Vermigl. conſ. 396. num 16.* & ita ſeruatum fuiſſe in Magna Curia de anno 1634. teſtatur *Capic. latro deciſ. 70. in fin par. 1.*

2 Amplia primò d. concluſionem illatiuè adeò eſſe veram, & contra effractores carcerum non intrare, neque ſit locus pœnæ confeſſati criminis, vt tenuerunt *Burſatt. conſ. 396 n. 30. & ſeq.* benè comprobans, & dicens, ab hac opinione non eſſe recedendum in iudicando *Foller. in pract. in 4. par. 3. par. prin. in ver. & ſi confitebuntur num. 49. Bertaz. conſ. 35. num. 30. in fin. lib. 1* vbi hanc dicit communem opinionem, & quod *Alber. & alij* meliùs intellexerunt *l. in eos 13. ff. de cuſto. reo.* quàm fecerint *gloſ. & alij* contrarium tenentes, & hanc opinionem ſeruari per Senatum Mediolani, quando fugientes fuerunt capti, teſtatur *Clar. in pract. §. fin. q. 21. ver. tertiò, etc.* vbi dicit, tex. *in d. l. in eos* non benè probare, quod effractores carcerum habean-

beantur pro confeſſis, vt ibi per eum, & cum hæc opinione pertranſeunt, *Ant.Gomez.d.tom.3.cap.9. num.11.* vbi improbat communem intellectum, *d.l.in eos & Peguer.deciſ.1.per tot.* dicens, ita ſeruatum fuiſſe per Senatum Cathaloniæ, & contrariam opinionem eſſe erroneam, nec non *Fach. contr.iur.lib.9. cap.65.* vbi hanc opinionem benè tuetur, & illam dicit eſſe veriorem, quam pariter benè defendit, & in iudicio tenendam eſſe, dicit *Farinac.de carc.& carc.d.quæſt.30.num.8. & ſeq. & Ferdan.de Otero diuer.quæſt.iur.par.3.quæſt.1.19. ver.ego verò &c.*

3 Licèt contrarium, imò contra carcerum effractores intrare pœnam confeſſati criminis, pro quo detinebantur carcerati, per tex. *in l. eos 13.ff. de cuſto. reo.* teneri int *Boer. deciſ.215.num.9.* vbi teſtatur de communi opinione, *Rolan. conſ.7.num.8. lib.1.ſub num.47.* hoc in dubium reuocet, *Clar. in pract.d.quæſt.21.verſ.tertiò &c.* licèt dicat, Senatum illum id non ſeruare, niſi in contumacibus, *Viui.in commun.opin. ver fugiens ex carcere in prin.* vbi teſtatur de magis communi Doct. opinione, *Maſcar.de prob.concl.266.num.1.& concl.498.num. 16.lib.1 & concl.820.num.16.lib.2.Cartar. de exec. ſcac.cap.baan.cap.1.nu.121.Menoch.de arbitr.caſu 301.num.5.* & de communi teſtatur etiam, *Cauall. in ſuis commun.contra commun. quæſt.393. num.4. Carena de Offic.S.Inquiſ.par.2.tit.17.num.70.& ſeq.* vbi dicit, ita eſſe ſeruandum, *Ant.de Ball. tractat. crim.lib.3.caſu 14.nu.3.Farinac.ſibi contrarius conſ. 39.num.5.lib.1.& Vermigl.conſ.13.num.27.*

4 Subamplia primò d. primam ampliationem, vt veriorem, vt indubitanter habeat locum, quando carceratus non habuit ſcientiam cauſæ ſuæ carcerationis, vt quia adhuc non fuerat examinatus, vel ei non fuerat tranſmiſſa inquiſitio, quia tunc frangendo carceres, non poteſt haberi pro confeſſo, cum ignorans, ſicut non poteſt confiteri verè, ita id facere neque poſſit fictè, cum confeſſio cadere debeat ſuper certo, *Foller.in pract.in 4.par. 3.par.in ver.& ſi confitebuntur num.56.* vbi dicit, hoc eſſe valdè notandum, & hunc articulum habuiſſe in facto in Ciuitate Salerni, quem referendo ſequitur *Farin.de carc.& carc.d.q.30.n.205.*& dixit priùs *n.191.& ſeq.* & dixi ego *alleg.for.99.nu.32.*

5 Subamplia ſecundò d. primam ampliationem; vt eò magis procedat in carcerato, qui aufugit ex carceribus, ianuis apertis, ſinè conſpiratione, vel fractura carcerum, quia ex tali fuga non poteſt deſumi præſumptio confeſſati criminis, vt not. *Clar. in pract.in d.quæſt.21.ver.quinimò ſecundum &c.*& ibi *Baiar.num.95.* vbi hanc dicit veriſſimam opinionem *Peguer.d.deciſ.1.num.5. Ant. de Ball. d. lib. 3.caſu 14.num.4.Farinacc.in d.quæſt.30. num. 162. & Maſſin.de confiſc.bonor.quæſt.10.in fin.*

6 Subamplia tertiò d. primam ampliationem, vt eò magis habeat locum, quando carceratus aufugit ſinè fractura, & in alijs caſibus relatis infra *in 3.4.5.& 6. ampliat.* in quibus eò minùs intrat pœna confeſſati criminis, quæ hic breuitatis ſtudio replicare non decet.

7 Declara d. primam ampliationem, vt iudex condemnare poſſit effractorem carcerum abſentem in pœnam illius delicti, pro quo detinebatur, non ex eo, quia frangens carceres habeatur pro confeſſo, & ſic propter fracturam, & fugam, vti principale delictum, ſed quia talis fractura, & fuga facit indicium contra eum ſuper delicto, pro quo detinebatur, etiam ad torturam iunctis indicijs, cum quibus contra eum deuentum fuerat ad capturam, itaut Iudex poſſit non ſolùm illum citare ad comparendum pro delicto, ſed etiam ei valeat tranſmittere impoſitionem, &, illo exiſtente contumace, eum condemnare in pœna delicti, pro quo detinebatur carceratus, etiamſi eſſet tale, vt pro eò intraret pœna mortis, vt voluit poſt *Nouell.Carer.Clar.Rolan.& Menoch.* per eum relatos *Fariaac.de carc.& carc.d.quæſt.30.num.43.& 85.* vbi benè docet quomodo, & quando prædicta practicari debeant, ſubiungens, quod effractor carcerum ſit captus, vel ſe in carcerem conſtituat, ſolùm acriùs torquetur, vt ibi per eum, cum quibus pertranſit, *Ant.de Ball.tract.crim.lib.1. quæſt. 15.num.5.& ſeq.*

8 Amplia ſecundò d. principalem concluſionem, vt eò magis habeat locum quando carceratus fugit ex carcere ex negligentia cuſtodis, vel quia oſtium eſſet apertum, quia tunc punitur tantùm mitiùs pœna arbitraria ad tex. *in l.1.in fin.ff.de effract.*& voluerunt *Clar.in pract.§.fin.quæſt.21. verb. tertiò autem &c. Pegner. d.deciſ.1.num.5.Menoch. de arbitr. caſu 301.nu.2.Maſcar. de prob.concl.266. num 20.lib.1.& concl.820.num.15. lib. 2. Ant. Gomez.var.reſol.tom.3.cap.9.num.11.* plenè *Farinacc. de carc.& carc.d.q.30.num 159.& ſeq.* vbi quamplures cumulat concordantes, & teſtatur de communi opinione, & limitat, niſi adeſſet fractio compedum, vt ibi per eum.

9 Amplia tertiò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum in carcerato fugiente ex carcere ſinè illius fractura, quem puniri ſola pœna arbitraria, nec intrare in d.caſu pœnam confeſſati criminis, voluerunt *Boſſ.in pract.in tit.de capt. ſub num. 20. & in tit.de carcer.num.4.et 5.Rolan.conſ.7 num.46, lib.1.Clar.in pract.in d.quæſt. 21. ver. tertiò autem etc.Franc.Becc.conſ.70.num.32.lib.1.* latè *Farinacc. de carc. et carcer.d. quæſt.30,num.162. et ſeq.* vbi alios refert ita ſentientes quamplures, & hanc ampliationem a contrarijs tuetur, & dicit, non ſufficere fracturam fuiſſe inceptam, ſed debere eſſe completam, & quærit an requiratur etiam conſpiratio vna cum fractura, vide ibi per eum, cum quibus pertranſire videntur, *Guazzin.defen.6.cap. 1.num.80.et Anton.de Ball.tract. crimin lib. 3.cap. 14. num. 4.*

10 Amplia quartò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum in carcerato, qui tantùm fregit carceres, ſed ex illis non euaſit, quia ille ſolùm punitur pœna arbitraria, nec contra eum intrat pęna confeſſati criminis, vt ſcripſerunt *Laderch. conſ. 201.num.2.* vbi dicit, hanc opinionem, vel æquiorem eſſe tenendam, & reprobat *Boer.* contrarium tenen.

tenentem *Pract. Archiep. Neap. cap.* 50. ſecundùm nouiſſimam impreſſionem, vbi dicit, tres carceratos, qui carceres fregerunt, non arrepta fuga, fuiſſe tranſmiſſos ad triremes, & teſtatur de veriori opinione *Ant. Gomez. var. reſol. tom. 3. cap. 9. num. 11. Farinac. de carc. & carc. d. quaeſt. 30. num 25. Fachin. contr. iur. lib. 9. cap. 66. ver. non placet &c. & Guazzin. d. defen. 6. cap. 1. ſub num. 80.*

11 Limita primò d. concluſionem cum ampliationibus ſeq. vt non habeat locum in iniuſtè carcerato, qui, frangendo carceres, & ex illis aufugiendo, nulla pœna teneatur, nec ex d. fuga vllum contra eum reſultat indicium, vt not. *Clar. in pract. §. fin. quaeſt. 21. ver. tertiò autem &c. Farinac. de carc. & carcer. d. quaeſt. 30. num 86. & num. 170.* latè comprobans, vbi dat concordantes, & plures facit illationes, *Menoch. de arbitr. caſu 301. num 14. & de praeſumpt. lib 1. quaeſt. 89. num. 43. & ſeq. Seraph. de priuil. iura. priuil. 132. in priu. Hoad. conſ. 94. num. 10. & ſeq. lib. 2. Maur. de fideiuſ. par. 1. ſect. 2. cap. 1. num 92.* vbi dicit, d. fugientem in d. caſu neque teneri ad pœnam fideiuſſionis praeſtitae *Surd. conſ. 182. num. 6. libr. 2. Guazzin. defen. 5. cap. 4. num. 11. & ſeq.* vbi teſtatur de veriori, & magis communi Doct. opinione, maximè quando conſtat notoriè de iniuſtitia capturae, vt ibi per eum *Balth. Tomaſ. in ſuis tract. var. tom 2. tit. 19. num. 1664. Giurb conſ. 30. num. 32.* alios adducens, & dixi ego *alleg. foren. 99. num. 28.*

12 Quicquid contrarium tenuerint *Caball. reſol. crimin caſu 42. num. 2. et ſeq.* volens in d. caſu, aliquam intrare pœnam extraordinariam ob contemptum *Adden. ad Peguer. deciſ. 1. & Capic. Latro dict. deciſ. 76. num 2. par. 1.* contra quos adeſt verior, & magis communis Doct. opinio, de qua ſupra.

13 Limita ſecundò d. concluſionem non habere locum in carcerato fugiente de licentia Cuſtodis carceris, quia tunc nulla pœna illum teneri, ſcripſerunt *Boer. deciſ. 217. nu. 24. Duen. reg. 393. in 5 limit. Maſcar de prob. concl. 820. num 19. lib. 2. Viu. in ſuis commun. in ver. fugiens a carcere num. 3. Bertaz conſ. 80. num. 2. lib. 1.* quos referendo ſequitur, *Farinacc. de carc. et carcer. d. quaeſt. 30. num. 176.*

14 Amplia, d. ſecundam limitationem habere locum, etiam ſi carceratus fideiuſſionem praeſtiterit de tuto carcere, quia ſi diſcedat de licentia Cuſtodis aſſerentis, habuiſſe licentiam à Iudice, excuſatur, neque fideiuſſor tenetur ad pœnam, cum iuſta credulitas diſcendentem excuſet, vt not. *Bertaz. conſ. 80. num. 5. lib. 1. et conſ. 421. num. 20. et ſeq. lib. 2.* quem refert, & ſequitur *Farinacc. de carcer. et carcer. dict. quaeſt. 30. num. 177. et ſeq.* bene comprobans *Ant. de Ball. tract. crimin. lib. 4. quaeſt. 4. numer. 32.*

15 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum in carcerato, qui ex carceribus aufugit animo ad illos reuertendi, & reuerſus eſt, quia ille nec pęna fracti carceris tenetur, neque habetur pro confeſſo, licèt non euadat totaliter impunitus, vt latè quampluribus adductis authoritatibus comprobat, & declarat *Farinac. de carc et carc d. quaeſt. 30. nu. 148. & pluribus ſeq.* ad quem ſe refert *Guazzin. d. defen. 6. cap. 1. num. 80. et Giurb. conſ. 34. num. 9.* qui dat concordantes.

16 Limita quartò d. concluſionem, vt non habeat locum in carcerato, qui pęnitentia ductus conſpirationem de frangendo carceres, & de fugiendo ex eis Iudici reuelauit, itaut fugae ſit obuiatum, qui gaudere debet impunitate, licèt a principio conſpirationis particeps fuerit *l. in eos 13. et ibi gloſ. et Alberi. ff. de cuſto. reo. Duen. in d. reg. 393. in 3. ampliat. Foller. in pract. in 3. par. 2. par. in ver. et ſi confitebuntur ſub num. 86 Iodoc. in pract. cap. 18. num. 3.* volens, illum gaudere impunitate etiam a delicto principali, & *Farinac. de carc. et carcer. d. quaeſt. 30. num. 193. et ſeq.* vbi alios dat concordantes.

17 Limita quintò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando omnes carcerati aufugerunt, vno excepto, qui propter corporis imbecillitatem aufugere non potuit, qui ſi inuentus a cuſtodibus neget conſpirationi conſenſiſſe, & non acclamaſſe ob timorem, ne ab alijs carceratis offenderetur, & id iuramento confirmauit, illius aſſertioni ſtandum eſſe, itaut nulla pęna ſit puniendus, tradunt *Menoch de arbitr. d. caſu 301. num. 21. et ſeq. Farin. in d. q. 30. n. 201.* vbi alias ad d. concluſionem affert limitationes, quae ibi videri poſſunt, & bene declarat etiam *Guazzin. defen. 6. cap. 1. num. 81.* vbi dicit, limitationem procedere, etiam ſi carceratus non ſit corpore infirmus, vt ibi per eum.

18 Declara d. concluſionem, vt pęna effractoris carceris habeat locum, tàm in carcerato pro cauſa criminali, quam pro cauſa ciuili, & ſiuè debitum ſit publicum, ſiuè priuatum, cum ad incurrendam d. pęnam conſideretur ſolùm violatio loci publici, non autem cauſa detentionis, vt tradunt *Boſſi. in pract. in tit. de effract. carcer. ſub num. 1 et Farinacc. de carc. et carc. d. quaeſt. 30. num. 81.*

19 Declara ſecundò d. concluſionem, vt effractor carceris dicatur non ſolùm qui effracto muro carceris, vel illius oſtio aufugit, ſed etiam qui aufugit per oſtium apertum, fractis vinculis, vel compedibus, itaut contra eum intret pęna effracti carceris, vt docent *Boer. deciſ. 215. num. 14. et ſequen. Foller. in pract. in 4. par. 3. par in ver. et ſi confitebuntur num. 47. Menoch. d. caſu 301. num. 6. Maſcard. de prob. concl. 266. num 15. lib. 1. et Farinac. de carc. et carcer d. quaeſt. 30. num. 82. et 83.* vbi teſtatur de communi opinione, & extendit hanc declarationem ad tranſcendentem muros carceris, vel cum fune, vel alio modo ex carcere deſcendentem, licèt non adſit fractura, in quibus dicit habere locum pœnam effracti carceris, vt ibi per eum *Adden. ad Capic. Latro deciſ. 76. in fin.*

ADDITIO.

N. 15. VBi habetur, quod carceratus, qui aufugit de carcere animo reuertendi, & reuerſus eſt non punitur pœna effracti carceris, nec vti confeſſus de delicto, licèt impunitus non euadat adde, & vide ſcripta infra in verbo *fideiuſ. Reſol. 3. per tot.*

SVMMARIVM.

1 *Effractores carcerum, vt carcerati ex illis aufugiant, puniuntur eadem pœna, qua erant puniendi ipſi carcerati.*

Licèt pœnam contra eximentes carceratos eſſe arbitrariam, velint Doct. num. 2.

Amplia concluſionem, vt eadem pœna puniatur Cuſtos carceris, cuius dolo, vel culpa carceratus ex carcere diſceſſit, n. 3.

Nec non fautores, auxiliatores, & conſultores, num. 4.

5 *Eximens carceratum confeſſum, vel coniunctum, ſeù condemnatum punitur pœna mortis.*

Procedit, ſi erat carceratus pro crimine capitali, aliàs ſecùs, n. 6.

7 *Eximens carceratum pro cauſa ciuili punitur pœna extraordinaria.*

Et tenetur etiam ad ſolutionem debiti eius creditoribus, num. 8.

9 *Eximens carceratũ iniuſtè nulla pœna puniri debet.*

Licèt contrarium teneant plures Doct. n. 10.

Procedit prima opinio, quando carceratio erat notoriè iniuſta, n. 11.

12 *Eximens carceratum ex aliqua cauſa colorata mitiùs punitur.*

13 *Eximens carceratum punitur ſequuta eximitione, aliàs ſecùs.*

14 *Eximens carceratum vigore Bullæ Sixti V. punitur pœna criminis læſæ Maieſtatis.*

RESOLVTIO II.

Effractores carcerum, vt carcerati ex illis aufugiant, an puniantur eadem pœna qua erant puniendi carcerati.

1 Effractor carcerum, qui carceres fregit ad effectum, vt carcerati ex illis effugiant, vel alio modo carceratos ex carceribus eximens punitur eadem pœna, qua puniendi erant ipſi carcerati ex carceribus educti, vt tradunt *Magon. deciſ. Lucen. 90. num. 3. & nu. 5. & ſeq.* vbi extendit d. pœnam etiam ad eximentem carceratum, & retentum in Palatio, vel Camera ei aſſignata per Iudicem loco carceris. *Menoch. de arbitr. caſu 301. num. 16. Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 11. n. 2. Maſcar. de prob. concl. 266. num. 16. lib. 1.* & hanc concluſionem communiter receptam dicit *Farin. de carc. & carc. quæſt. 30. nu. 92.* licet ipſe contrarium teneat, quam ſequuntur *Fachin. contr. iur. lib. 9. cap. 69.* vbi teſtatur de communi opinione, & etiam de veriori *Cabal. reſol. crimin. caſ. 8. n. 6. cent. 1. Guazz. defen. 5. cap. 5. num. 9.* vbi hanc concluſionem extendit ad eximentem retentum in domo, in Palatio loco carceris, & ſimiles, vt ibi per eum, cum quibus pertranſit etiam *Caluin. de aquit. lib. 1. cap. 100. in princ.*

2 Licèt contrariam opinionem, imò pœnam contra effractores carcerum ad effectum liberãdi carceratos ab eis, eſſe arbitrariam pro facti, & perſonarum qualitate, latè tueatur, & contrarijs reſpondeat *Farinac. in d. quæſt. 30. num. 93. & ſeq.* & ſecundùm d. opinionem vidiſſe pluries ſeruari in facto in imponendo diuerſas pœnas modo triremium, modo exilij, & etiam mortis contra d. effractores, dicit *Cabal. d. caſu 8. num. 11.* & non diſſentit *Guazz. d. defen. 5. cap. 5. num. 11.* alios adducens concordantes.

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in Commentariente, ſeù Cuſtode carceris, qui dum per dolum, ſeù culpam carceratum dimiſit ex carcere, vel illum ex eo diſcedere permiſit, eadem pœna, qua ille puniendus erat, puniri debet vt voluerunt *Boſſ. in pract. in tit. de carc. nu. 10. & ſeq. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 8. ver. cuſtos carceres &c. & ibi Baiar. nu. 20. Menoch. de arbitr. caſu 302. per tot. Calui. de aquit. lib. 1. cap. 100. n. 2. & 3.* & latè proſequitur *Farin. de carc. & carc. quæſt. 31. per tot.* vbi quamplures refert ad d. ampliationem ſubampliationes, & limitationes, & plura genera pœnarum, quibus ſecundùm caſuum diuerſitatem Cuſtos carcerem in d. caſu venit puniendos, Vide ibi per eum, *& per Reg. Sanfelic. deciſ. 46. lib. 1.* non enim ex alienis ſcriptis, ſcripta conficienda ſunt, vt alias dixi.

4 Amplia ſecundo d. concluſionem, vt pœna ſupradicta puniantur, non ſolùm effractores carcerũ ad effectum, vt carcerati ex illis effugiant, vel alio modo eximentes carceratos ex carceribus, verum etiam illorum fautores, conſultores, inſtigatores, & auxiliatores, vt ſcripſerunt *Menoch. de arbitr. caſu 301. num. 21. Maſc. de prob. concl. 266. num. 17. lib. 1. Farin. de carc. & carc. d. quæſt. 30. num. 97. & ſeq.* vbi hoc extendit ad receptantem carceratum poſt carcerum fracturam, quem puniendum eſſe vult pœna arbitraria, ſicuti etiam puniendos eſſe d. auxiliatores, vt ibi per eum, *Cabal. d. caſu 8. num. 18. & Guazzin. defen. 5. cap. 5. num. 18.* vbi alios adducit ita ſentientes quamplures.

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt eximentes carceratum ex carcere, qui erant iam confeſſus, conuictus, vel condemnatus, ſeù de proximo condemnandus, puniendi ſint de iure communi pœna criminis læſæ Maieſtatis, vt voluerunt *Ant. Gomez var. reſ. tom. 3. cap. 2. num. 7.* vbi teſtatur de communi opinione *Bertaz. conſ. 35. num. 25. & ibi Adden. lit. D lib. 1. Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 11. n. 1. & 13.* plenè *Farin. de carc. & carc. d. quæſt. 30. nu. 101.* alios dant concordantes *Cabal. reſol. crim. d. caſ. 8. num. 2. Menoch. de arb. caſ. 583. in princip. & Guazz.* alios pariter recenſens ita ſentientes *d. defen. 5. cap. 5. num. 6.*

6 Limita d. tertiam ampliationem, vt habeat locũ quando extractus ex carcere erat carceratus pro crimine capitali, aliàs ſecùs. *Adden. ad Bert. d. cõſ. 35 lit. D. Eug. conſ. 31. n. 31. lib. 1. Caba. d. caſ. 8. n. 3. Men. d. caſ. 583. in prin. Far. de carc. & carc. d. q. 30. n. 102 & ſeq. & Guaz. d. def. 5. cap. 5. n. 7. & ſeq.* qui duas alias dant limitationes, quãdo videlicet carceratus erat pro crimine læſæ maieſtatis, & erat captus de mandato Iudicis ſupremi, quas vide ibi per eos.

7 Amplia quartò d. concluſionem, vt habeat locum, etiam in eximente carceratum pro debito ciuili, quem pariter puniendum eſſe pœnam arbitrariam, voluerunt *Boſſ. in pract. in tit. de capt. num. 7. & in tit. de carc. nu. 17. Decia. tract. crim. lib. 7. cap. 11. n. 3. Farin. de carc. & carc. d. q. 30. n. 112. Vinc. de Franch. deciſ. 442. n. 1. & ſeq.* vbi dicit, delinquentem in d. caſu fuiſſe condemnatum ad triremes per biennium, & ad intereſſe partis *Menoch. de arbitr. d. caſ. 383. num. 2.* vbi teſtatur de rec. ptiori opinione *Guaz. defen. 5. cap. 5. nu. 12. & ſeq. Capic. Latr. dec. 76. num. 14. par. 1.* vbi dicit, fuiſſe iniuſtam ſententiam Proregis Neapolitani, qui pro eximitione carcerati pro debito fecit eximẽtes decapitari, vt ibi per eum.

8 Subamplia d. quartam ampliationem, vt eximens carceratum pro debito ciuili vltra d. pœnam arbitrariam teneatur etiam ad ſoluendum creditoribus carcerati debitum, pro quo ille detinebatur, ac ſi pro eo fideiuſſiſſet, vt docent *Maſc. de prob. concl. 266. n. 18. lib. 1. Menoc. d. caſ. 301. n. 26. Decia. tract. crim. lib. 7. cap. 11. n. 8. in fin. Farin. de carc. & carc. d. quaeſt. 3. n. 107. & ſeq.* vbi dicit, prædicta non habere locum, quando adeſt iniuſtitia capturæ, *Cabal. d. caſ. 8. num. 22. Guazzin. d. def. 5. cap. 5. nu. 16.* vbi dicit, quod, ſi eximentes ſint plures, tenentur ad ſolutionem debitum in ſolidum, & tradunt etiam *Ant. de Balt. tract. crim. lib. 3. caſu. 7. n. 29. Capic. Lat. d. deciſ. 76. num. 15. & ibi Adden. num. 3. Roz. deciſ. 16. num. 5. poſt 2. volum. conſ. Farinac.*

9 Limita primò d. concluſionem principalem, vt non habeat locum, quando carceratus de carceribus eductus erat iniuſtè carceratus, quia tunc illum eximentes nullam pœna puniri debeat, vt tradunt *Boſſ. in pract. in tit. de capt. num. 4. & 5. et in tit. de carc. num. 15. et ſeq. Clar. in pract. §. fin. quaeſt. 29. verſ. ſed quid etc. Farin. Bece. conſ. 44. ſub nu. 11. lib. 1. Farin. de carc. et carc. d. quaeſt 30. num. 113. et ſeq.* vbi contrarijs reſpondet, & dicit, ab hac opinione non eſſe recedendum, cum ſit communiter recepta, quam tenent etiam *Odd. conſ. 72. num. 3. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 46. num. 30. et Guazz. d. defen. 5. cap. 5. num. 22.*

10 Quicquid contrarium dixerint *Alex. conſ. 35. n. 5. lib. 2. Menoch. de arbitr. caſu 301. num. 16. Maſc. de prob. concl. 265. num. 16. lib. 1. et Fachin. contr. iur. lib. 9. cap. 70.* quando adeſt fractura, ibi diſtinguendo plures caſus, vt ibi per eum.

11 Declara d. primam limitationem, vt habeat locum, quando captura eſſet notoriè, & euidenter iniuſta, aliàs ſecùs, cum in dubio non ſint laxandæ habenæ malis hominibus frangendi carceres ſub pretextu nullitatis capturæ, vt benè declarant *Menoch. de arbit. d. caſ. 301. num. 24. Baiar. ad Clar. §. fin. quaeſt. 29. num. 12. Decian. tract. crim. lib 7. cap. 11. num. 15. in fin.* vbi alia requirit *Scacc. de iudic. d. lib. 1. cap. 46. num. 30. & ſeq.* vbi declarat quando captura dicatur notoriè iniuſta, *et Guaz. d. def. 5. cap. 5. num. 23.* & faciunt notata *per Ant. de Bal. tract. crim. lib. 3. caſ. 7. in fin.* vbi dicit, reſiſtentiam eſſe licitam, quando captura eſt notoriè iniuſta, ſi non poteſt haberi copia Iudicis, & agatur de damno irreparabili, quod non verificatur in captura iniuſta, quæ ſemper dicitur continere damnum irreparabile, vt tradunt *Doct. ſupra adducti.*

12 Limita ſecundò dictam concluſionem, vt non habeat locum in eximente carceratum ex aliqua colorata cauſa, vt puta, ſi filius eximat patrem, & è contra, ſi vxor eximat virum, & è contra, quia ij ob maximam affectionem, quam temperare difficile eſt excuſantur ſaltem a pœna ordinaria, vt tradunt *Clar. in pract. §. fin. quaeſt. 29. n. 5.* vbi de marito eximente vxorem *Baiar. ad Clar. §. fin. quaeſt. 68. num. 44.* vbi de vxore liberante maritum remanendo pro eo in carcere mutatis veſtibus, *Ant. Gomez var. reſ. tom. 3. cap. 10. num. 12. Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 11. num. 9. Farin. de carc. et carc. quaeſt. 30. num. 118. Guaz. defen. 5. cap. 5. num. 20. et ſeq.* pulcrum caſum de vxore liberante virum refert *Gallian. ad conſuet. Alex. in verb. viginti, num. 109.* & dixi ego latè *alleg. foren. 87. per tot.* etiam ſtante Bulla Sixti V. de qua infra vt ibi eſt videre.

13 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum effectu ſequuto, & exempto ex carcere carcerato, ſecùs tamen eximitione non ſequuta, nec extracto carcerato, quia tunc non eſt locus d. pœnæ, cum de generali conſuetudine affectus non puniatur eadem pœna non ſequuto effectu, vt voluit *Bertaz. conſ. 35. ſub num. 25. lib. 1.* quem refert, & ſequitur *Farin. de carc. & carc. d. q. 30. n. 106.*

14 Declara poſtremò d. concluſionem, vt in Statu Eccleſiaſtico vigore Bullæ Sixti V. contra homicidas, latrones &c. contra frangentes carceres, & extrahentes carceratos ſit locus pœnæ vltimi ſupplicij, & læſæ Maieſtatis, vt tradunt *Farinac. in d. quaeſt. 30. num. 106. verſ. ſublimita &c. & numer. 112. in fin.* vbi dicit, illam habere locum etiam in eximente carceratum pro debito, & cauſa ciuili, *& Guaz. d. def. 5. cap. 5. num. 11. in fine,* & dixi ego *d. alleg. 87. in princ.*

S V M M A R I V M.

1 *Carceratio longa, vel tollit pœnam incurſam, vel ſaltem illam diminuit.*

Quod procedit in delictis leuibus, ſecùs tamen in grauibus, & enormibus, n. 3.

Et quando carceratio fuit longa ex culpa Iudicis, ſecùs ſi ex alia cauſa.

2 *Carcer licet detur ad cuſtodiam, non ad pœnam, continet tamen in ſe pœnam.*

R E S O L V T I O III.

Carceratio longa an tollat pœnam incurſam, vel ſaltem illam diminuat.

1 CArceratio longa, & diutina, vel tollit pœnã incurſam, vel ſaltem inducit diminutionem illius *l. omnes 23.* quam ſic illam intelligunt *Odofr. Cin. Alberic. & Angel. C. de pœnis, Peguer. deciſ. 41. num. 2. Vincen. de Franch. deciſ. 317. num. 4.*

n. 4. & 5. vbi dicit, quod pluries Sac. Conſil. iudicauit, quod carcer cedat in pœnam, vel illius diminutionem, vt ibi per eum, *Cabal. reſol. crim. caſu 142. n. 1. & 2.* vbi dicit, ita fuiſſe pluries iudicatũ, *cent. 2. Hond. conſ. 96. n. 39. & conſ. 98. num. 35. & conſ. 102. n. 97. lib. 1. Guaz. defen. 2. cap. 2. n. 18.* plenè *Giurb. conſ. 47. n. 36.* vbi quamplures alios adducit ita ſentientes, *& Capic. Latro deciſ. 177. num. 22. & ſeq. par. 2.*

2 Licèt enim carcer detur ad cuſtodiam, non autē ad pœnam, *Farinac. de carcer. & carcer. quæſt. 27. num. 95.* continet tamen in ſe pœnam, vt docent *Tiraq. de pœn. temp. cauſa 41. n. 2. Guazz. d. cap. 2. n. 18.* plenè *Cirlac. contr. 172. nu. 52. 53. & ſeq. & Capic. Latro deciſ. 177. n. 20.* duplex autem pro eodem delicto non eſt irroganda pœna *l. licèt 6. §. fin. & l. & ita 3. §. fin. ff. naut. caup. & ſtabul. Macerat. reſol. 45. num. 8. 9. & ſeq. lib. 3. Giurb. d. conſ. 47. num. 36. in fine.*

3 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locum in delictis leuibus, ſecus tamen eſt in delictis grauibus, & atrocibus, vt dicit *Farinac. conſ. 33. n. 22. lib. 1.* vbi ſubiungit, carcerationem non dici longã, niſi ſaltem ſit vltra annum, quem ſequitur *Giurb. in d. conſ. 47. num. 36. in fin.* licet male illum alleget *in quæſt. 33. num. 22.*

4 Limita ſecundò d. concluſionē, vt habeat locum, quando carceratio fuit longa ex facto, & culpa Iudicis, ſecùs, ſi id euenit ex aliqua alia cauſa, puta propter debita, vel intereſſe partis, quia tunc illa non tollit, neque minuit pœnam, vt declarant *Vinc. de Franch. d. deciſ. 317. num. 1. & 2. Caball. d. caſu 142. n. 6. & ſeq. & Guaz. d. defen. 2. cap. 2. n. 22.*

SVMMARIVM.

1 *Pœna priuati carceris de iure cõmuni eſt capitalis.*

De conſuetudine tamen d. pœna eſt arbitraria, num. 2.

3 *Pœna priuati carceris vt habeat locum, debet retineri carceratus per ſpatium viginti horarum.*

Quod procedit, quando captura eſt licita, aliàs ſecùs, num. 4.

5 *Pœna priuati carceris non habet locum, quando quis detinetur carceratus correctionis cauſa.*

Neque, quando detinetur meretrix in domo libidinis cauſa, num. 6.

Declaratur, num. 7.

Neque, quando detinetur in domo debitor captus cum licentia Iudicis, num. 8.

Neque, quando retinetur bannitus, qui poteſt impunè offendi, num. 9.

Licèt contrarium teneat Decian. relatus, n. 10.

Neque quando retinetur quis in domo ſinè dolo, num. 11.

Neque, quando capiens ſtatim denunciauit Iudici capturam, num. 12.

Pœna prædicta habet locum etiam in retinente in compedibus, vinculis, & ſimilibus, num. 13.

RESOLVTIO IV.

Pœna priuati carceris de iure communi eſt capitalis.

1 PÆna priuati carceris licèt de iure ſit capitalis, & vltimi ſupplicij, cum committens priuatum carcerem dicatur reus læſæ Maieſtatis, ad tex. in *l. vni. C. de priua. carcer.* & tradunt *Menoch. de arbitr. caſu 567. in prin. Decian. tract. crim. lib. 7 cap. 10. num. 1.* vbi hanc pœnam extendit ad Magiſtratum, qui d. delictum tolerat *Farinac. de carcer & carcer. q. 27. n. 9.* vbi alios dat concordantes, *& nu. 18.* vbi ampliat, eò magis locum eſſe d. pœnæ, quando, vltra retentionem, etiam reus torquetur, vt ibi per eum *Guazz. defen. 5. cap. 7. in prin. Giurb conſ. 72. nu. 34. D. Andreol. contr. 299 in prin. & Vermig. conſ. 22. n. 7.*

2 De conſuetudine tamen pro d. delicto priuati carceris imponitur tantùm pœna arbitraria pro facti & perſonarum qualitate, vt docent *Clar. in pract. §. fin. q. 68. n. 33. in fin.* vbi dicit, ita fuiſſe ſeruatum in practica, *& ibi Baiar. num. 105. Boer. deciſ 275. in fin.* vbi dicit, ita fuiſſe practicatum per Senatum Burdegalenſem, *Farin. in d. quæſt. 27. n. 35.* vbi teſtatur de communi opinione, & dicit, ita eſſe in practica ſeruandum, & idem tradunt *Adden. ad Bertaz conſ. 426. littera C. lib. 2. Guazz d. defen. 5. cap. 7. n. 20. D. Andreol. d. contr 299. in prin. & Vermigl. d. conſ. 22. num. 7. & conſ 388. num. 26.*

3 Limita primò d. concluſionem, quod, vt pœna priuati carceris incurratur, non ſufficiat detentio momentanea, ſed neceſſarium ſit, quod carceratus detineatur per ſpatium viginti horarum, aliàs ſecùs, cum non ſit alicui prohibitum delinquentem, vel debitorem detinere vſq; ad viginti horas, ſecùs autem vltra, ad tex. *in l. capite quinto 25.* & ibi hoc not *Bart. & communiter Doct. ff. ad leg. Iul. de adul. idem Bart. & alij Doct. communiter in d. l. 1. C. de priuat. carcer* & poſt eos ſcripſerunt *Ant. Gomez var. reſol tom. 3. cap. 9. n. 3. in fin. Clar. in pract in d. quæſt. 68. ver. priuatam carcerem &c. & ibi Baiar. n. 93. & ſeq. Bertaz. d. conſ. 426. n. 5. lib. 2. Farinac. de carcer. & carcer. d. quæſt. 27. n. 21.* alios adducens ita ſentientes *Decia. tract. crim lib. 7. cap. 10. n. 2. Guazzin. d. defen. 5. cap. 7. num. 2. Giurb. d. conſ. 72. num. 36.*

4 Declara d. primam limitationem, vt habeat locum, quando captura eſt licita, vti facta in caſu à iure permiſſo, & quando licet vnicuique delinquentem capere propria authoritate ſinè licentia Iudicis, ſecùs tamen eſt, ſi captura ſit iniuſta, & facta in caſu à iure non permiſſo, quia tunc licet captus detineatur in priuato carcere minori ſpatio viginti horarum, adhuc contra eum intrat pœna priuati carceris, vt declarant *Clar. in d. quæſt. 68. ver. priuatam carcerem etc. et ibi Baiar. nu. 93. et ſequen. Decian tract. crimin. dict. lib. 7. cap. 10. num. 2. et ſequen. Farinac. de carcer. et carcerat. dict. quæſt. 27. num. 22. et ſequen.* vbi recenſet

caſus, in quibus licitum eſt cuicunque priuato ſinè Iudicis mandato delinquentem capere, & limitat, hanc declarationem non habere locum, quando carcerans habuit animum à principio retinendi carceratum vltra viginti horas, quia tunc punitur per momentaneam etiam detentionem, vt ibi per eum, cum quo pertranſit etiam *Guazzin. d. deſen. 5. cap. 7. num. 3.* licèt poſtea aliter videatur diſtinguere, & ſecundùm d. diſtinctionē intelligo *Giurb. d. conſ. 72. num. 36.*

5 Limita ſecundò d. concluſionem, vt pęna priuati carceris, non habeat locum in detinente aliquem in carceribus correctionis cauſa, vt puta in Patre detinente Filium, in Viro detinente Vxorem, in Abbate detinente Monacum, in Domino retinente Seruum, in Conſanguineis retinentibus Furioſū, & ſimilibus, etiam ſi prædictos detineant vltra viginti horas, cum pęna, de qua ſupra, ſolùm habeat locum, quando detentio fit ad effectum vſurpandæ iuriſdictionis, & non aliàs, vt tradunt *Decia. d. lib. 7. cap. 10. num. 4. & ſeq. Farinac. de carc. & carcer. d. quaeſt. 27. nu. 25. & ſeq.* qui alios refert concordantes more ſuo *Guazzin. d. deſen. 5. cap. 7 nu. 5. & num. 12.* vbi de Viro retinente Vxore ob zelotypiam *D. Andreol. d. contr. 299. per tot.* vbi de Fratre detinente carceratam Sororem, ne exeat de domo ad exponendum corpus ſuum libidini, vt ibi per eum, & tradunt etiam *Adden. ad Bertaz. d. conſ. 426. lib. 2. verſ. ſecundò, &c.*

6 Limita tertiò d. concluſionem, vt d. pæna priuati carceris non habeat locum in retinente domi, vel alibi clauſam Mulierem, ſeù Meretricem libidinis cauſa, vt adnotarunt *Decian. tract. crim. d. lib. 7. cap. 10. num. 11. Baiar. ad Clar. d. quaeſt. 68. num. 99. Farinac. de carcer. & carcer. d. quaeſt. 27. num. 31.* vbi quamplures adducit ita ſentiantes, *Guazzin. d. deſen. 5 cap. 7. nu. 9. Caball. reſol. crim. caſu 179. nu. 4. cent. 2.* licèt poſtea *num. 7.* dicat in d. caſu aliquam pænam mitiorem intrare poſſe, & *D. Andreol. d. contr. 299. num. 6.*

7 Declara d. limitationem, vt habeat locum in detinente Meretricem libidinis cauſa, ſecùs tamen eſt, ſi aliam Mulierem detineat, etiam infra viginti horas & de cauſa, quia tunc intrat pœna priuati carceris, vt contra *Bart. in l. verùm 25. in fin. ff. de furt.* voluerunt *Gigan. de crim. læſæ Maieſt. lib. 3. in tit. qualiter, & quibus, &c. quaeſt. 35. n. 11. & 12. & Decia. tract. crim. lib. 7. tit. 10. nu. 11.* qui malè fuit præceptus, iudicio meo, a *Guazzi. cap. 7. ſub num. 9.* licèt etiam detentionem meretriciam puniri aliqua pœna mitiori, voluerit *Caball. d. caſu 179. n. 7.* & dixi ſupra.

8 Limita quartò d. concluſionem, vt pœna prædicta priuati carceris non habeat locum in creditore qui ſuum debitorem cæpit cum licentia Iudicis, & cū vellet illum ad carceres ducere rogatus fuit ab ipſo, ne eum ad d. carceres duceret, ne fortè ibi ab alijs creditoribus refirmaretur, ſed quod velit illum cuſtodire in domo ſua, donec ei ſoluere debitum, vt poſt *Alberi. & Gigan.* per eum relatos tradit *Farinac. de carc. & carc. in d. quaeſt. 27. num. 30.* dicens, ita in facto fuiſſe ſeruatum in Alma Vrbe, & ampliat hoc habere locum, etiam in retinente furem rogantem, & illum creditor retineret domi donec rem furatam ei redderet, non autem illum accuſaret, cū quo concordat *Decia. trac. crim. lib. 7. c. 10. n. 8 & 12. & Guazz. d. deſ. 5. c. 7. n. 5. & n. 16.*

9 Limita quintò d. concluſionem, vt pæna priuati carceris non habeat locum in retinente bannitum, qui vigore Statuti impunè occidi poteſt, cum enim potuerit impunè offendi eò magis potuit in priuato carcere detineri abſque incurſu illius pænæ, vt voluerunt *Bal. & Salic. in d. l. 1. C. de priuat. carc. Bertaz. conſ. 426. in prin. lib. 2. Farin. de carc. & carc. d. q. 27. n. 33. & de var. ac diu. cri. q. 103. n. 20. & ſeq. Baia. ad Clar. §. fin. q. 68. n. 96. & Guazz. d. def. 5. c. 7. n. 6.*

10 Licèt contrarium, quando bannitus retinetur carceratus in Territorio Principis bannientis, ob ſatis bonas rationes teneat *Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 10. n. 7. in fin.*

11 Limita ſextò generaliter d. concluſionem, vt pæna priuati carceris non habeat locum in retinente aliquem in domo propria, non ad effectum iuriſdictionis vſurpandæ, ſed ex alia cauſa, & ſinè dolo, cum ad incurrendam d. pænam requiratur dolus, a quo quælibet cauſa excuſat, dummodo nō retineat vltra viginti horas, vt not. *Bertaz. d. conſ. 426. lib. 2. & ibi Adden litera A. Farinac. de carc. & carc. d. q. 27. n. 35. in fin. Maceraten reſol. 43. n. 3. lib. 3. Guazzin deſen. 5. cap. 7. n. 11. D. Andreol. d. contro. 299. per tot. et Giurb. dict. conſ. 72. an. 35.*

12 Limita poſtremò d. concluſionem, vt d. pæna priuati carceris non habeat locum, quando retinens carceratum ſtatim ſequuta captura id Iudici denunciauit, etiam ſi illum detineat vltra viginti horas, vt not. *Clar. in pact. §. fin. d. quaeſt. 68. verſ. priuatum carcerem etc.* vbi dicit, ita fuiſſe in facto ſeruatum. *Maceraten. d. reſol. 43. n. 7. & Guazz. d. deſen. 5. cap. 7. n. 15.*

13 Declara concluſionem ſupradictam vnà cum limitationibus ſeq. vt carcerem priuatum quis committere dicatur, & illius pænæ ſit locus non ſolùm, quando retinet aliquem in carceribus incluſum, verùm etiam ſi illū retineat extra carcerem in cōpedibus, vinculis, latumijs, ſeù alio modo etiam in camera ſeù Ciuitate cum cuſtodia hominū, ſeù quocunq; alio modo, ita vt recedere non poſſit, vt tenent *Plot. conſ. crim. 73. n. 9. inter conſ. crim. diuer. tom. 2. Bertaz. d. conſ 426. n. 1. in fin. lib. 2. & ibi Adden. lit. A. Decia. tract. crim. lib. 7. c. 10. n 18. & ſeq. Farin. de carc. & carc. d. q. 27. n. 11.* alios adducens ita ſentientes, *Guaz. d. def 5. c. 7. n. 1. circa medium, & n. 10,* vbi dicit, carcerē priuatum non dici vbi locus, in quo quis detinetur, eſt talis, vt ex eo poſſit de facili exire, & ſe liberare, vt ibi per eum.

ADDITIO.

N. 3. VBi habetur, quod intret pena priuati carceris debet captus retineri per 20. horas adde *Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 78. num. 6. & Antonel. de tempor. legal. lib. 4. cap. 33. in fin.* vbi alios dat conordantes.

N. 4. Vbi habetur, quod pœna priuati carceris in retinente captum vſque ad 20. horas habet locum in eo, cui licebat capere delinquentem, ſecus ſi ei non licebat capere adde *Antonell. de temp. legal. d. cap. 33. num. 1. & ſeq.* vbi dicit, quod reus repertus in maleficio poteſt capi non ſolum a birruarijs, ſed etiam a perſona priuata etiam non habente intereſſe, & etiam ſi delinquens eſſe Clericus ad effectũ illũ cõſignãdi ſuo Superiori, & *ibi* dat cõcordãtes Adde vlterius, quod ſupradicta non habent locum in patre retinente filium clauſum in aliquo cubiculo, puta correctionis cauſa, & ſimil. qui non incidit in pœnam priuati carceris, vt not. *Bart. in l. ex facto. 19. ff. de hæred. inſtit. & Alcia. de præſump. reg. 1. præſ. 3. ver. ad idem, &c.*

CAVTIO DE BENE VIVENDO.

SVMMARIVM.

1 *Iudices cogere poſſunt perſonas rixoſas ad cauendum de benè viuendo.*

Quæ cautio importat ſeruare tria iuris præcepta, num. 2.

Requiruntur tamen cauſæ grauiores, quàm ad cauendum de non offendendo, num. 3.

Cautio prædicta non liberat a præſtando cautionem de non offendendo, num. 4.

RESOLVTIO I.

Iudex an poſſit cogere perſonas rixoſas ad cauendum de benè viuendo.

1 IVdices ex officio cogere poſſunt perſonas diſcolas, rixoſas, & ſcandaloſas ad præſtandam cautionem de benè viuendo, vt publicæ quieti conſulatur, ad tex. *in l. congruit 13. ff. de offic. præſid. & in l. ſi vſusfructus 16. §. ſed ſi inter verſ. æquiſſimum. ff. de vſufr.* & tradunt *Hercul. de caut. de non offen. cap. 22. in princ. Farin. in frag. crim. par. 1. litt. C. num. 55. Eugen. conſ. 68. num. 1. & 2. vol. 1. Pir. Maur. de fideiuſ. par. 1. ſect. 2. cap. 5. in prin. & Guazz. de caut. de non offen. §. 3. quæſt. 14. in prin. Coſta remed. ſubſid. 33. num. 8.*

2 Declara primò d. concluſionem, quod promittere benè viuere cum cautione, de qua ſupra, nihil aliud importet, quam ſeruare tria iuris præcepta, de quibus in *l. 1. ff. de iuſtit. & iur.* hoc eſt honeſtè viuere, alterum non lædere, & ſuum vnicuique tribuere, vt docent *Hercul. in d. quæſt. 22. n. 4. Far. in d. frag. crim. litt. C. n. 67.* vbi dicit, quod eſt promittere ſe abſtinere a delictis, *et Pir. Maur. de fideiuſ. d. par. 1. ſect. 2. cap. 5. n. 8. & Guaz. d. q. 14. n. 2.*

3 Declara ſecundò d. concluſionem, quod ad cogendum aliquem ad præſtandam cautionem de benè viuendo, cauſæ debent grauiores illis, quibus quis cogitur ad præſtandam cautionem de non offendendo, vt declarant *Herc. de caut. de non offend. d. quæſt. 22. num. 2. Farin. in frag. crim. d. litt. C. nu. 56. & Pir. Maur. d. cap. 5. num. 3.*

4 Declara tertiò d. concluſionem, quod cautio de benè viuendo ab aliquo præſtita, illum non liberat quin teneatur etiam præſtare particularem cautionem de non offendendo, ſi id Iudici ex cauſa videatur, vt per plures rationes benè comprobat *Herc. de caut. de non offen. d. c. 22. n. 6.* quem ſequitur *Farin. vbi ſupr. n. 61. & Guaz. d. quæſt. 14. n. 10.*

SVMMARIVM.

1 *Cautio de benè viuendo dicitur odioſa, & ideò ſtrictè venit interpretanda.*

Ita vt illa non ſit trahenda ad delicta leuia. n. 2

Quod habet locum etiam in cautione de repræſentando, & de non offendendo. num. 3.

RESOLVTIO II.

Cautio de bene viuendo an ſit odioſa, & ſtrictè interpretanda.

1 CAutio de benè viuẽdo licèt videatur fauorabilis, & latè interpretanda, vti præcludens viã criminibus, verè tamen illa eſt odioſa, & ſtrictè interpretanda, cum agatur de incurrẽdo pœnam, & cum graue ſit aliquẽ tali cautione onerare, vt tradunt *Herc. de caut. de non offen. c. 22. n. 5. Burſ. conſ. 142. n. 48. & 54.* quem refert, & ſequitur, *Far. in frag. crim. lit. C. n. 58* & ſentit *Guaz. de caut. de non offen. §. 3 q 14 n. 7. Coſt. de re integ. diſt. 108. n. 1.*

2 Amplia primo d. concluſionem illatiuè, vt d. cautio de bene viuendo non ſit trahenda ad delicta leuia, vt ſcripſit *Burſ. d. conſ. 142. n. 47. & ſeq.* quẽ refert, & ſequitur *Far. in d. frag. crim. lit. C. n. 59. & ſeq. Pir. Maur. de fideiuſ. par. 1. ſect. 2. c. 5. n. 9.* vbi infert, quod ludus recreationis cauſa d. cautionẽ non frãgit *Guaz. d. quæſt. 14. num. 9. & Coſta d. diſt. 108. n. 4.* & quando adeſt prouocatio.

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locũ etiam in cautione de repræſentando, & de non offendendo, quæ, vti odioſæ, veniunt ſtrictè interpretandæ, ita vt in dubio non cenſeantur ruptæ, de quo vide infra in ver. *Cautio de repreſ. reſ. 7. per tot.*

SVMMARIVM.

1 *Retinens, vel deferens archibuſetta, vel alia arma ita prohibita dicitur contrauenire cautioni de bene viuendo.*

Procedit, quando pro delatione armorum imponitur pœna grauis, num. 3.

2 *Bene viuere non dicitur qui contrafacit Statutis, & Bannimentis.*

RESOLVTIO III.

Retinens, vel deferens archibuſetta, vel alia arma ita prohibita an dicatur contrauenire cautioni de bene viuendo.

1 REtinens, vel deferens archibuſetta, vel alia arma pari modo prohibita dicitur cõtrauenire cautioni de bene viuendo, & ideò tenetur ad ſolutionem pœnæ in cautione promiſſæ, vt tradunt *Farinac. in fragm. criminal. part. 1. littera*

littera C. num. 60. Ciriac. controu. 149. num. 1 dicens in fine, ita fuiſſe iudicatum, *& Maſſin. de confiſc. bonor. quaſt. 8. num. 5.*

Non enim dicitur benè viuere qui contra facit Statutis, & Bannimentis loci, quæ præſertim imponunt pœnam grauem, vt ſcribunt *Farinac. & Ciriac. in locis ſupra proximè adductis.*

Limita d. concluſionem, vt habeat locum, quando pro delatione armorum imponitur per Statuta, vel Bannimenta pœna grauis, puta triremium, vel vltimi ſupplicij, ſecùs tamen, ſi imponatur pœna leuis, puta pecuniaria, vel corporalis leuis, vt declarat *Farinac. in d. litera C. num. 60.* & ſentit *Ciriac. & Maſſin. in loc. ſupra adductis*, & in his terminis intelligo *Guazzin. de caut. de non offend. §. 1. quaſt. 14. num. 7. & ſeq. & Coſta de re integ. diſt. 108. num. 4.*

S V M M A R I V M.

1 *Fractura cautionis de benè viuendo non euitatur ex noua cauſa, niſi illa ſit valdè probabilis.*

Declara d. concluſionem, vt num. 2.

R E S O L V T I O IV.

Fractura cautionis de bene viuendo quando euitetur ex noua cauſa.

1 A Fractura cautionis præſtitæ de bene viuendo noua cauſa, niſi ſit valdè probabilis, non excuſat, vt tradunt *Hercul. de caut. de non offend. capit. 22. nu. 2. verſ. item cautio &c. Farinac. in frag. crim. par 1. littera C. num. 64. Maur. de fideiuſ. par. 1. ſect. 2. cap. 5 n. 6.*

2 Declara, d. concluſionem habere locum in delictis, quæ non tendunt in offenſionem perſonæ, puta in furto, adulterio, falſitate, blaſphemia, & ſimilibus, ſecus in delictis, quæ reſpiciunt offenſionem perſonæ, quia tunc cauſa, ſaltem probabilis, excuſare debet a fractura d. cautionis eum tunc illa dicatur ſuccedere in locum cautionis de non offendendo, vt declarat *Farinac. in d. fragm. crim. littera C. num. 65. & 66. Coſta re integr. diſt. 108. num. 4 & ſeq. & Guazzin. de caut. de non offend, § 3. quaſt. 14. num. 9.*

S V M M A R I V M.

1 *Fideiuſſor de benè Viuendo non tenetur ad pœnam, ſi reus ſit condemnatus in contumacia.*

Non obſtante Bulla Pij Quarti 128. quæ declaratur, num. 3.

Etiam ſi adeſſet contra reum vnus teſtis de viſu, num. 4.

Nec non etiam ſi ipſe principalis confeſſus eſſet delictum, num. 5.

Licèt aliqui contrarium, num. 6.

Ac etiam ſi de delicto conſtaret per plenas probationes receptas non citato fideiuſſore, num. 7.

Et licet fideiuſſor poſſit haberè regreſſum contra principalem, num. 8.

2 *Confeſſio reſultans ex contumacia dicitur confeſſio ficta, quæ non egreditur perſonam confitentis.*

R E S O L V T I O V.

Fideiuſſor pro aliquo de bene viuẽdo an teneatur ad pœnam ſi reus ſit condemnatus in contumacia.

1 Fideiuſſor pro aliquo de benè viuendo non tenetur ſoluere pœnam, ſi reus, pro quo promiſit, fuit condemnatus in contumacia, vt tradunt *Foller. in pract. crim. in verbo, & ſi confitebuntur, in §. incipiente ſequitur, vt videamus iuxta propoſitum num. 27. Rolan.* dum ſimpliciter illum allegat *conſ. 94. num. 23. lib. 3. Cartar. de execut. ſent. capt. bann. cap. 1. n. 304.* & latè comprobat *Ciriac. contr. 227. n. 1. 2. & 3.* vbi quam plura adducit ſimilia, & contrarijs reſpondet.

2 Confeſſio enim reſultans ex contumacia dicitur confeſſio ficta, *Cartar. de execut. ſent. cap. bann. cap. 1. num. 29.* vbi reſtatur de communi opinione, & *cap fin. num. 8. Farinac. de carc. & carcer. quaſt. 24. nu. 274. Ciriac. d. contr. 227. num. 4. Zuffi. de legit. proc. quaſt. 84. num. 11. Rot. apud Card. Seraph. deciſ. 354. num. 15.* & dixi infra in *ver. Cautio de non Offendendo, Reſol. 3. num 2. & ſeq.* ficta autem confeſſio, & ſententia ex illa ſecuta, non egreditur perſonam confitentis, & condemnati *l. eius qui 29. ff. de iure fiſci, Boſſi. in pract. in tit. de delict. num. 61. Farinac. de carc. & carcer. dict. q. 24. num. 176.* vbi alios dat concordantes, *Ciriac. d. contr. 227. num. 6.* qui alias adducit rationes *Vermigl. conſ. 269. n. 8.* & dixi ego infra *in d. Reſol. 3. num. 2. & 3.*

3 Non obſtante *Bulla Pij Quarti* 128. in qua habetur, quod ſententia lata in contumacia afficiat etiam fideiuſſores, & tradunt Doctor. per me relati in *ver. Cautio de non Offendendo, Reſol. 3. in fin.* quia d. *Bulla* loquitur quo ad fideiuſſores de non Offendendo, vt ex ea eſt videre, vndè cum illa ſit correctoria iuris communis, pœnalis, & odioſa, non eſt extendenda extra terminos in quibus loquitur, & ſic ad fideiuſſorem de benè Viuendo; ſed eſt reſtringenda, vt corrigat ius commune minus, quam fieri poteſt, vt not. *Cartar. de execut. ſent. cap. bann. cap. fin. num. 230. & ſeq. Farinac. de pœn. temp. q. 92. num. 187. Guazzin. defen. 5. capit. 5. num. 14. & ſeq.* & dixi ego *alleg. foren. 87. num. 17.* & probaui latè ſupra in ver. *Bulla, Reſol. 8. per tot.*

4 Amplia primò d. concluſionem, vt ſententiæ lata in contumacia non noceat fideiuſſori, etiam ſi adeſſet vnus teſtis de viſu, vt tradunt *Plot. conſ. crim. diuer. 130. num. 29. lib. 1. Farinac. de var. ac diuer. crim. q. 107. num. 106. Ciriac. d. contr. 227. num. 18. & ſeq.* vbi dicit, idem eſſe ai illa coadiuuaretur alijs adminiculis, vt ibi per eum.

5 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum etiam ſi principalis per propriam confeſſionem fateretur ſe delictum commiſiſſe, nam adhuc d. confeſſio fideiuſſoris non noceret, niſi aliundè per veras probationes conſtaret de ipſo delicto, cum confeſſio vnius alteri non noceat, vt tradunt *Foller. in pract. crim. in fragm. num. 263. Hond. conſ. 98. num. 18. lib. 1. Caph. conſ. 101. num. 31. lib. 1. Gratian. diſc. foren. cap. 49. num. 22. & 23. part. 1. Surd. deciſ. 218. num. 11. Farinac. de var. ac diuer. crim. d. q. 107. n. 107.* plenè *Ciriac. d. contr. 227. num. 21.* qui alios dat concordantes, *Maſſin. de confiſc. bonor. quaſt. 15. num. 47.* & alij plures per me relati in *verb. Cautio de non Offendendo, Reſol. 3. num. 8.* adde *Zuffi. ad conſ. Barba. num. 106.*

6 Quic quid contrarium tenuerint *Rolan. Cart. Pir. Maur.* per me relati in d. *Reſol. 3. num. 4.*

7 Amplia tertiò dictam concluſionem, quod licèt in proceſſu

ceſſu fabricatô contra principalem conſtaret per concludentes probationes cum deliquiſſe, dict. probationes, & ſententia ſuper eis lata non citato dict. fideiuſſore contractus ei non nocerent, ſed opus eſſet nouo proceſſu contra eum, vt docent *Corn. conſ. 211. nu. 5. vol. 3. Hercul. de caut. de non Offend. cap. 29. nu. 7. & 8. Vulpell. de pace, quæſt. 104. num. 2. Farinac. de delict. & pœn. q. 24. nu. 173.* latè comprobans, & plures adducens Doct. authoritates, *Ciriac. d. contro. 217. num. 23. & ſeq.* vbi probat, fideiuſſorem de bene viuendo dici fideiuſſorem contractus, vt ibi per eum, cum quibus pertranſeunt *Guazz. de promiſſ. de non offenden. quæſt. 53. num. 3. Pir. Maur. de fideiuſſ. par. 2. ſect. 4. cap. 34. num. 4. verſic. & circa, & Gait. de credit. cap. 2. tit. 3. num. 554.* qui dant concordantes.

8 Amplia quartò d. concluſionem, vt habeat locum etiam ſi fideiuſſor poſſit habere regreſſum contra principalem, vt contra *Vulpell. & Farinacc.* per eum adductos probat *Ciriac. contr. 227. num. 42. & ſeq.* videas ibi per eum.

CAVTIO DE NON OFFENDENDO.

SVMMARIVM.

1 *Cautio de non offendendo non rumpitur ex offenſione ſequuta ex noua cauſa.*

Offenſio autem præſumitur ex noua cauſa, quando conſtat de aliquo dicto, vel facto, ex quo offendens moueri potuit ad offendendum, nu. 2.

Maximè, concurrentibus coniecturis, n. 3.

Et quando offenſio ſequuta eſt poſt quamplures annos, num. 4.

Et noua cauſa excuſat a fractura cautionis, etiam ſi non ſit iuſta, num. 5

Licèt contrarium teneant plures Doct. n. 6.

Et etiam, ſi noua cauſa ſit erronea, num. 7.

Et eò magis, ſi offenſio ſit facta caſualiter; n. 8.

Et ad excuſandum offendentem ſufficit factum prouocatiuum ad iram, licèt non puniibile, n. 9.

Non tamen excuſat noua cauſa, quæ ſit affectata, num. 10.

Quæ non præſumitur talis, niſi probetur, n. 11.

12 *Noua cauſa non poteſt allegari per eum, qui fuit author rixæ, & illi dedit cauſam.*

13 *Noua cauſa probatur ex præſumptionibus, & coniecturis.*

14 *Bullæ prohibentes, allegari nouam cauſam, quando habeant locum remiſſiuè.*

RESOLVTIO I.

Cautio de non offendando an rumpatur ex noua cauſa.

1 CAutio de non offendendo non rumpitur ex offenſione ſequuta ex noua cauſa, vt tradunt *Vulpel. de pace, & promiſſ. de non offend. quæſt. 45. per tot. Thob. Non. conſ. 96. per tot. Adden. ad Farin. conſ. 30. litt. A. lib. 1.* latè *Eugen. conſ. 90. num. 88. & ſeq. lib. 1. Farin. de var. ac diu. crim. quæſt. 107. num. 403.* vbi dicit, hanc concluſionem nullum habere cõtradictorem *Card. Mantic. de tacit. lib. 27. tit. 6. num. 18. & ſeq. Guazzin. de promiſſ. de non offend. par. 2. §. 3. quæſt. 38. in prin. & quæſt. 40. num. 2. Pir. Maur. de fideiuſſ. par. 1. ſect. 2. cap. 4. num. 121. & ſeq. Cabal. reſ. crim. caſ. 101. num. 63. cent. 2.* vbi teſtatur de veriori, & magis communi Doct. opinione, & *Maſſin. de confiſc. bon. quæſt. 15. num. 61.*

Promiſſio enim non offendendi habet in ſe tacitam conditionem, *niſi aliqua cauſa de nouo emerſerit*; vt tradunt omnes *Doctores ſupra adducti*, & præcipuè *Card. Mantic. d. tit. 6. num. 18. Guazzin. de promiſſ. de non offend. d. quæſt. 38. num. 2. & Farinac conſ. 63. in princ. lib. 1. Vermigl. conſ. 308. num 16* quod eſt generale in quibus obligatione, promiſſione, vel pacto, in quibus ſemper intelligitur clauſula *rebus ſic ſtantibus, & aliquid de nouo non ſuperueniente Surd. conſ. 418. num. 8. & conſ. 445. num. 35. lib. 4. Gratian. diſcep. foreuſ. cap. 884. num. 21. par. 5.* pleniſſimè *Barboſ. de clauſ. clauſ. 129. num. 2.*

2 Amplia primò d. concluſionem, quod, conſtito de aliquo facto, vel dicto, ex quo offendens moueri potuerit ad offendendum, offenſio præſumitur potiùs ex noua, quàm ex antiqua cauſa *Adden. ad Ruin. conſ. 83. in fin.* dicentes, ita fuiſſe ſeruatum in Alma Vrbe *Vulpell. de pace quæſt. 47. in princ.* vbi teſtatur de communi opinione *Honded conſ. 97 num. 30. lib. 1. & conſ. 89. num. 75. lib. 2. Farin. de var. ac diu. crim. d. quæſt. 107. num. 432.* iuncto *num 434. & conſ. 62. num. 11. lib. 1. Adden. ad Farinac. d. conſ. 30. litt. A. Pir. Maur. de fideiuſ. d. par. 1. ſect. 2. cap. 4. num. 127. Card. Mantic. de tacit. d. tit. 6. num. 22. Vermigl. conſ. 94. num. 5. & Guazzin. d. quæſt. 40. num. 8.*

3 Subamplia primò d. primam ampliationem, vt eò magis habeat locum concurrentibus coniecturis id ſuadentibus, quas in hoc diiudicando plurimùm eſſe attendendas, voluerunt *Ruin. conſ. 10. in fin lib. 4. Caph. conſ. 587. num. 35. & ſeq. lib. 4. Card. Mantic. de tacit. lib. 27. tit. 6. num. 22. Farinac. in d quæſt. 107. num. 435. & plurib. ſeq. & Vermigl. d. conſ. 94 num. 5. Guazzin. d. quæſt. 40. num. 4. & ſequen.*

4 Subamplia ſecundò d. primam ampliationem, vt noua cauſa præſumatur, quando inter offenſam, & cautionem præſtitam lapſi ſunt plures anni, puta per octo, decem, vel plures anni, vt not. *Herculan. de caut. de non offend. cap. 13. num. 8. Vulpell. de pace d. quæſt 47. num. 3. conſ. 7. in fin. & conſ. 53. num. 8.* vbi de offenſione ſequuta poſt octo annos a prima rixa, *Honded. conſ. 97. ſub num. 34. lib. 1.* vbi de offenſione ſequuta poſt tres annos, *Farinac. de var. ac diuer. crim. d. quæſt. 107. num. 450. Guazzin. de pace par. 2. quæſt. 40. num. 4. & Maſſin de confiſc. bonor. quæſt. 15. in fin.*

5 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum etiam, ſi noua cauſa non ſit iuſta, ſed ſit leuis, & iniuſta, quia etiam illa excuſat a fractura cautionis de non offendendo, cum ad illam incurrendam requiratur dolus, a quo quælibes cauſa excuſat etiã leuis, leuiſſima, & iniuſta, vt tenuerunt *Bart. Bal. Iaſ.*

Iaſ. Alex. Soc. Iun. Marſil. Phil. de Vbal. Bero. Port. Capb. Miſin. Hercul. Vulpel. Eugen. Baiar. Galeat. Maluat. & Simon de Prat. quos refert *Farinac. de var. ac diuer. crim. d. quæſt. 107. num. 460.* & vltra eos *Bertaz. conſ. 248. num. 8. Thob. Non. conſ. 111. num. 8. & ſeq. Pir. Maur. de fideiuſ. par. 1. ſect. 2. cap. 4. num. 123. Guazzin. de cautione de non offend. par. 2. §. 3. quæſt. 37. num. 16. & quæſt. 38. num. 9. & 10. Card. Mantic. de tacit. lib. 27. tit. 6. num. 23. Maſcar. de prob. concl. 1136. num. 34. lib. 3. Cabal. reſ. crimin. caſ. 101. num. 17. & ſeq. cent. 2. Cancer. var. reſol. par. 2. cap. 11. num. 8. & ſeq.* qui alios dat concordantes, itaut hæc opinio, attento præcipuè numero Doctorum, magis communis dici poſſit.

6 Licèt contrariam opinionem, vti veriorem, tenuerint *Roma. Aug. Imol. Aret. Colleg. Macer.* qui teſtatur de veriori opinione, & alij quos refert, & ſequitur *Farinacc. d. quæſt. 107. num. 462. & ſeq. & conſ. 31. num. 12. lib. 1.* qui licèt negent, cauſam iniuſtam, idest tenuiſſimam, & inuerisimilem, non excuſare a pœna fractæ cautionis de non offendendo, admittunt tamen offendentem ex noua cauſa excuſari, quando illa eſt veriſimilis, vel probabilis, vel prouocatiua ad iram, & quando illa non eſt laudabilis, vt præcipuè videre eſt *ex dict. conſ. Colleg. Macer. 150. num. 55. inter conſ. crim. diuer. lib. 1.* & ex alijs Doct. hanc opinionem tenentibus, circa quod plurimum eſſe deferendum prudentis Iudicis arbitrio, crediderim, vt conſiderat etiam, *Farinac. in d. q. 107. num. 454.* quo in dubio pro reo ſemper vtendum ſuaderem, cum dict. cautio ſit odioſa, vt dicam infra *reſol. 7. num. 1.*

7 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum etiam ſi cauſa ſit erronea, vt quia offendens illam habuerit pro vera, vt tradunt *Herculan. de caut. de non offen. cap. 18. num. 8. Maſcar. de probat. concl. 1136. num. 30. lib. 3.* benè comprobans *Guazzin. de pace par. 2. § 3. quæſt. 38. num. 7.* & ſequitur exemplificando *Farin. d. quæſt. 107. n. 468. & ſeq.*

8 Amplia quartò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando offenſio ſequuta fuit caſualiter, vt in fortioribus terminis ſcripſerunt, *Hercul. de caut. de non offen. cap. 34. num. 12. & ſeq. Guazzin de caut. de non offen. §. 3. quæſt. 37. num. 5. & ſeq.* alios adducens concordantes *Vermig. conſ. 348. n. 7.*

9 Amplia quintò d. concluſionem, vt ad excuſandum offendentem ex noua cauſa a fractura cautionis de non offendendo, ſufficiat factum ſolum prouocatiuum ad iram, licèt de iure non ſit punibile, vt ſcripſit *Farinacc. de var. ac diuer. quæſt. 107. num. 146.* & dicitur latiùs infra *in reſol. ſeq.*

10 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando noua cauſa eſſet affectata, & procurata, quia illa non excuſat a fractura cautionis de non offendendo, vt voluerunt *Hercul. de caut. de non offen. cap. 13. num. 9. in fin. & cap. 47. nu. 46. & ſeq.* vbi dicit, id colligi poſſe ex coniecturis, *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 47. num. 9.* vbi dicit, ita vidiſſe plures iudicari, *Vulpell. de pace quæſt. 48. nu. 4. Hond. conſ. 97. num. 23. in fin. lib. 1. & Farinacc. de var. ac diuer. crim. d. quæſt. 107. num. 473. & ſeq. Cir. pol. caſu militi. 27. num. 12.*

11 Declara primò d. limitationem, quod noua cauſa in dubio non præſumitur affectata, itaut quod illa ſit talis, ſit probandum per fiſcum, vt tradunt *Herculan. in d. cap. 47. num. 24. Farinacc. in d. quæſt. 107. n. 474. & Guazz. de pace q. 44. n. 10. & 11.*

12 Declara primò d. concluſionem, quod noua cauſa allegari non poteſt per authorem rixæ, & per eum, qui rixæ cauſam dedit, vt docent *Clar. in pract. §. fin. q. 47. ver. quæro nunc &c.* vbi dicit, ita pluries vidiſſe iudicari, & ibi *Baiard. num. 53. Hercul. de caut. de non offen. cap. 47. num. 26. Moron. de treg. & pace quæſt. 116. num. 3. & quæſt. 122. nu. 1. & ſeq. & Farinacc. de var. ac diuer. crimin. quæſt. 107. num. 475.*

13 Declara ſecundò d. concluſionem, quod ad probandam nouam cauſam, & quod quis motus fuerit ad offendendum ex noua cauſa, ſufficiant præſumptiones, & coniecturæ, vt voluerunt *Alex. conſ. 19. num. 2. lib. 1. & conſ. 115. num. 9. & ſeq. lib. 4. Vulpell. conſ. 77. num. 17. Capb. conſ. 587. num. 35. & ſeq. lib. 4. Adden. ad Bertaz. conſ. 185. litera C.* vbi contrarium tenentes reprobant *lib. 1. Maſcard. de prob. concl. 1162. num. 71. lib. 3. Farinacc. de var. ac diuer. crim. d. quæſt. 107. num. 435,* vbi dicit, ſufficere vnum teſtem, famam, teſtes de auditu, & ſimilis, *& conſ. 62. num. 11. lib. 1. Hond. conſ. 97. num. 29. lib. 1. Card. Mant. de tacit. lib. 27. tit. 6. num. 22. Pyr. Maur. de fideiuſ. par. 1. ſect. 2. cap. 4. n. 128. & Guazz. de caut. de non offen. §. 3. q. 40. num. 4. & ſeq.*

Quicquid contrarium voluerint, *Moron. Magon. & Collegium Marchiæ* relati per *Farinacc. in d. quæſt. 107. num. 436.*

14 In quibus autem caſibus locum habeat Bulla, & Statuta prohibentia, allegari nouam cauſam, latè diſſerit, *Farinac. de var. ac diuer. crim. q. 107. num. 499. & ſeq.* illum conſulas vnà cum *Guazzin. de caut. de non offen. q. 46. per tot.*

ADDITIO.

N. 8. VBi habetur, quod cautio de non offendendo non rumpitur ex offenſione ſequuta caſualiter adde, *Caroc. deciſ. 59. num. 32. & Altogr. conſ. 95. nu. 76. lib. 1.* volentes d. cautionem non cenſeri ruptam ex offenſione ſequuta in ludo puta pugnorum, in lucta, & ſimilibus in quibus ceſſat dolus, ſequitur *Guazzin. de caut. de non offen. §. 3. quæſt. 27. num. 17. & ſeq.* vbi de ludo ad niuem, & alijs de quibus ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Pœna fractæ cautionis de non offendendo, vt euitetur, ſufficit, quod præceſſerit factum prouocatiuum ad iram, licèt non punibile.*

Contrarium tenent Doct. num. 3.

2 *Offendere dicitur etiam, qui ad iram prouocat, licèt actus non ſit punibilis.*

RESO:

RESOLVTIO II.

Pœna fractæ cautionis de non offendendo, vt euitatur an ſufficiat quod præceſſerit factum prouocatiuum ad iram, licet non punibile.

1 AD effectum incurrendi pœnam fractæ cautionis de non offendendo, licèt requiratur factum non ſolum prouocatiuum ad iram, ſed etiam illicitum, & punibile, *Guazzin. de pace quæſt. 55 num. 1* ad effectum tamen excuſandi fractura cautionis prædictæ propter præcedentem offenſionem, & ſic ob nouam cauſam, ſufficit, offenſionem oriri ex facto ſolùm ad iracundiam prouocante, licèt illud non ſit punibile, & pœnam non mereatur, & tradunt *Herculan. de caut. de non offend. cap. 24. nu. 9. Thob. Non. conſ. 111. num. 9. 10. & nu. 28. Farinac. de var. ac diuer crim. quæſt. 107. num. 145.* alios adducens concordantes *& num. 466.* & idem ſcripſerunt, *Hond. conſ. 97. num. 33. lib. 1. Pyr. Maur. de fideiuſ. par. 1. ſect. 2. c. 4. n. 121. & Vermigl. conſ. 226 n. 10.*

2 Licèt enim verè, & propriè non dicatur offenſio illa, quæ prouenit à facto ad iracundiam prouocante, non tamen illicito, & punibili *Criſpol. caſu milit. 27. num. 19.* alios dant concordantes, largè tamen, & impropriè dicatur offenſio, etiam quod factum ad iracundiam prouocans pœnam non mereatur, vt poſt *Corn. in conſ. 51. ſub num. 6. lib. 3. Bero. conſ 202. num. 25. & ſeq. lib. 3. & Claud. ad Bertaz. conſ 248. litera B.* per eum relatos declarat *Farinac. in d. quæſt. 107. n. 145.* & prouocantem ad iuſtam iracundiam dici offendere, voluit *Surd. dec. 79. in prin. & Guazz. de pace d. q. 55. nu. 1.*

3 Quicquid contrarium tenuerint, *Collegium Macer. conſ. 152. num. 46. & ſeq. inter. conſ. crim. diuer. lib. 1. & Moron. de pace, & treg. q. 123 n. 3. & ſeq.*

SVMMARIVM.

1 *Cautio de non offendendo, vt dicatur fracta, debet probari plenè, non per præſumptiones.*

Et ſi agatur contra fideiuſſorem, non ſufficit confeſſio ficta, num 2.

Imò neque ſufficit vera confeſſio, num. 3.

Licèt contrarium teneant plures Doct. n. 4.

Quæ non habent locum in Statu Eccleſiaſtico vigore Bullæ Pij IV. num. 5.

RESOLVTIO III.

Cautio de non offendendo vt dicatur fracta, an debeat plenè probari, & non per præſumptiones.

1 VT ſit locus fracturæ cautionis de non offendendo, debet de d. fractura conſtare plenè, & concludenter, itaut non ſufficiat, de illa conſtare per præſumptiones, & coniecturas, vt ſcriptum reliquerunt *Simo. de Prat. conſ. 188. num. 8. Guazzin. de caut. de non offend. part. 2. §. 3. quæſt. 2. numer. 10. Farinacc. de var. ac diuer. crimin. quæſt. 107. num. 107. Pyr. Maur. de fideiuſ. par. 1 ſect. 2. cap. 4. num. 34. Ciriac. contr. 227. num. 10. Vermig. conſ. 348. in fin.* alios adducens ita ſentientes, *& Maſſin. de confiſc. bon. q. 15. n. 45.* Quando enim agitur de probatione facti, ex quo quis in pœnam incideret, non admittitur probatio per coniecturas, ſed requiritur liquida, & concludens probatio, vt tradunt *Natt. conſ. 173. num. 24. Schader. de feud. in 2 par. 9. par. prin. ſect. 13 num. 132.* quos refert, & ſequitur *Vermigliol. dict. conſ. 348. in fin.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando agitur contra fideiuſſorem ad exactionem pœnæ in cautione promiſſæ, quia tunc, vt pœna ab eo exigi valeat debet de fractura cautionis conſtare plenè, & concludenter per teſtes, ita vt non ſufficiat contumacialis confeſſio principalis delinquentis, cum vnius confeſſio ficta alteri non noceat, vt not. *Hercul. de caut. de non offend. cap. 29. num. 3. & ſeq. Moron de treg. & pace quæſt. 182. num. 1. & ſeq. Vulpell. de promiſ. de non offend. quæſt. 104. nu. 2 & Cartar. de execut. ſent. capt. bann. cap. 1 num. 304. & 305.* qui teſtatur de communi opinione, *Farin. de var. ac diuer. crim. quæſt. 107. num. 105 & ſeq.* vbi alios adducit ita ſentientes, & dicit, ab hac opinione, vti communiter receptà, non eſſe recedendum, & contrarium tenentes reprobat, cum quibus pertranſeunt, *Pyr. Maur. de fideiuſ. par. 1. ſect. 2 cap. 4. num. 35. & ſeq.* vbi ampliat, etiam ſi d. ſententia ſit adminiculata, etiam depoſitione vnius teſtis de viſu *Ciriac. d. contr. 227. per tot. & Maſſin. de confiſc. bonor. quæſt 15. num. 46. & ſeq.* & vide infra in ver. *Pax reſol. 5.*

3 Subamplia d. primam ampliationem, adeò eſſe veram, vt neque ſufficiat vera confeſſio delinquentis, vt pœna pro fractura cautionis de non offendendo exigi valeat à fideiuſſore, ſed requiratur, quod de contrauentione conſtet per teſtes idoneos, & citato fideiuſſore examinatos, cum confeſſio vnius alteri non noceat, vt voluerunt *Hercul. de caut. de non offend. cap. 29. num. 3. & ſeq. Rimin. Iun. conſ. 299. num. 17. lib. 3.* quos referendo ſequi videtur *Farinac. in d. quæſt. 107. num. 197. Guazzin. de pace par. 1. quæſt. 42 num. 8. & ſeq.* quem refert, & ſequitur *Maſſin. de confiſc. bonor. quæſt. 15. num. 47.* & comprobat *Vermiglio. conſ. 335. num. 4. & ſeq.* & ante eos, *Ciriac. contro. 227. num. 21.*

4 Licèt contrarium, imò ſufficere veram confeſſionem principalis delinquentis, tenuerint *Rolan. conſ. 94. nu 23 lib. 3. Cartar. de execut. ſent. cap. ban. n. 303. & Pyr Maur de fideiuſ par. 1. ſect. 2. cap. 35.*

5 Declara d. primam ampliationem, vnà cum ampliatione ſequen. vt non habeat locum in Statu Eccleſiaſtico, in quo vigore Bullæ Pij IV. in ordine 128. in prima parte Bullarum confeſſio vera, vel ficta principalis delinquentis, etiam in contumacia, afficit ita fideiuſſores, vt illa ſufficiat ad pœnam fractæ cautionis de non offendendo ab eo exigendam, licèt de illius fractura non conſtet

plenè

plenè per teſtes examinatos, vt ſupra, vt declarant *Farinac. de var. ac diuer. crim. d. quæſt. 107. nu. 111. & ſeq. & Maſſin. de confiſcat. bono. d. quæſt. 15. n. 48. & Vermigl. conſ. 319. nu. 5.* & ante eos ſcripſit, *Guazzin. de pace par. 1. quæſt. 42. num. 16. & 17.*

SVMMARIVM.

1 *Conſanguinei, & affines tenentur præſtare cautionem de non offendendo pro eorum conſanguineis ſaltem de conſuetudine, & ſtylo.*

Licèt contrarium de iure teneant Doct. n. 2.

Quæ concluſio procedit etiam pro conſanguineis bannitis, num. 3.

Non tamen tenentur cauere pro conſanguineis inimicis, num. 4.

Neque pro conſanguineis diſcolis, rixoſis, & pauperibus, num. 5.

Tenentur tamen primò conſanguinei proximiores ſecundùm ordinem ſuccedendi, num. 6.

Et affines tenentur in ſubſidium conſanguineis deficientibus, num. 7.

Licèt contrarium obſeruare Sac. Conſultam dicat Guazzin. ibi num. 8.

9 *Conſanguinei cauentes pro conſanguineis de non offendendo, ſequuta contrauentione non habent releuationem, niſi in tribus caſibus:*

Contrarium, quod releuatio indemnitatis ſemper ſit facienda, tenent aliqui Doct. num. 10.

RESOLVTIO IV.

Conſanguinei, & affines an teneantur præſtare cautionem de non offendendo per eorum conſanguineis.

1 Conſanguinei, & affines tenentur præſtare cautionem de non offendendo pro eorum conſanguineis, & affinibus pro bono publico, & quieto Statu Ciuitatis, maximè de ſtylo, & generali conſuetudine, vt tradunt *Felin. in rub. de treg. & pace num. 10. & 11. Caball.* in fortioribus terminis, nempè pro conſanguineis bannitis *reſ. crim. caſ. 149. per tot. cent. 2.* latè comprobas, & ita ſeruari de ſtylo Vmbriæ, & Piceni teſtantur *Vulpell. de promiſ. de non offen. quæſt. 83. nu. 5. & Gratian. deciſ. Marcb. 133. num. 5.* & de ſtylo Status Eccleſiaſtici teſtantur *Farinac. de var. ac diu. crim. quæſt. 107. num. 28. ver. Verùm quicquid &c. & num. 34.* vbi dicit, ita vidiſſe ſeruari ob publicam quietem, *Guazzin. de caut. de non offen. §. 3. quæſt. 57. num. 9. & ſeq. & Vermigliol. conſ. 320. in prin.* & de ſtylo Sacræ Conſultæ *Maſſin. de confiſc. bonor. quæſt 47. num. 95.*

2 Licèt contrariam opinionem, imò de iure communi, neminem cogi poſſit ad præſtandam cautionem de non offendendo, niſi pro Filijs & alijs deſcendentibus, quos habet in poteſtate, & pro alijs de familia, quos coarcere poteſt, ne delictum committant, non autem pro alijs teneant *Hercul. de caut. de non offen. cap. 8. num. 3. & 4. Vulpell. de promiſ. de non offen. quæſt. 87. per tot.* vbi hanc opinionem dicit eſſe veriorem, & illam benè comprobat, prout facit *Laderch. conſ. 208. num. 2.* vbi dicit, hanc eſſe conſtantiſſimam ſententiam, quam ſequi videtur *Farinac. de var. ac diuer. crimin. quæſt. 107. num. 27.* & clariùs *num. 33.* licèt *num. 34.* contrarium dicat vidiſſe ſeruari ob publicam quietem vt dixi ſupra, & *Beninc. in ſua apologia edita de anno* 1587. de qua mentionem faciunt *Guazzin. dict. quæſt. 57. in prin. & Caball. d. caſu 149. num. 25.* cum quibus pertranſit etiam, licèt ſicco pede, *Cartar. de pan. innoc. art. 1. num. 147.*

3 Amplia d. concluſionem, vt habeat locum etiam in conſanguineis bannitorum, & facinoroſorum perturbantium quietem publicam, qui cogi poſſunt ad præſtandam cautionem pro eis de non offendendo perſonas, & bona territorij infeſtati, vt latè comprobat *Caball. reſol. crimin. d. caſu 149. per tot. cent. 2.* vbi reſpondet *Beninc.* contrarium tenenti *in ſua apologia edita de anno* 1587. de qua ſupra, quem ſequitur *Paſca. de patr. poteſt. par. 4. c. 5. num. 72.* & ſtante neceſſitate, & copia bannitorum *Guazzin. de caut. de non offen. q. 57. n. 9. & ſeq.*

4 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum quando conſanguinei ſunt inimici conſanguineorum, & affinium, qui adſtringuntur ad præſtandam pro eis cautionem de non offendendo, cum bona fides non patiatur, quod quis teneatur promittere factum ſuorum inimicorum, vt adnotarunt *Hercul. de caut. de non offen. c. 8. n. 2. Laderch. d. conſ. 208. num. 3. Guazzin. defen. 11. cap. 1. num. 5. & de caut. de non offen. § 3. quæſt. 10. num. 17. & q. 57. num. 6.* latè *Gratian. d. deciſ. 133. num. 5. & pluribus ſeq. Paſcal. de patr. poteſt. par. 4. cap. 7. num. 19. Pyr. Maur. de fideiuſ. par. 1 ſect. 2 cap. 4. num. 29. Faria de var. ac diuer. crim. q. 107. nu. 31. & Vermigliol. conſ. 320 num. 2. & conſ. 321. in prin.*

5 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in conſanguineis diſcolis, rixoſis, & malæ conditionis, & famæ, & qui nihil habent in bonis itaut conſanguineus pro eis promittens ſuam indemnitatem conſequi non poſſit, quia pro illis conſanguineus non tenetur cauere de non offendendo, ne ponat ſe in manifeſto diſcrimine, vt tradunt *Herculan. de caut. de non offen. cap. 49. num. 11. Pyr. Maur. de fideiuſ. par. 1. ſect. 2. cap. 4. num. 31. & Farinacc. de var. ac diuer. crim. d. quæſt. 107. num. 32.* vbi tamen dicit, quod hæc limitatio vix in practica reciperetur, niſi conſanguineus eſſet bannitus, vt ibi per eum, cum quo ſentit etiam, *Guazzin. de caut. quæſt. 10. num. 26.* licèt hæc reſtrictio non multum placeat *Vermigl. in conſ. 320. num. 1. in fin.*

6 Declara primò d. concluſionem, vt ad præſtandam cautionem de non offendendo teneantur conſanguinei proximiores habito reſpectu ad ſucceſſionem, ſi illi ſint habiles, & idonei ad cauendum, alias adſtringuntur alij remotiores, *Herculan. de caut. de non offen. cap. 49. num. 7. & ſeq. Guazzin. de caut. de non offen. d. §. 3. quæſt. 59. per tot. & defen. 11. cap. 1. num. 5. in fin. Vermigl. conſ. 316. in prin. &*

conſ.

conſ.320.pariter in princ.Paſcal.de patr.poteſt.par. 4.cap.5.num.73.

7 Declara ſecundò d. concluſionem, vt affines cogi non valeant ad cauendum de non offendendo pro affinibus, niſi in ſubſidium conſanguineis ſcilicet non extantibus, vel non idoneis, vt conſuluit *Vermigl.in conſ.316. nu.1. & 2.* vbi dicit, ita Sac. Conſultam reſoluiſſe, vt ibi per eum, qui tamen loquitur in cautione præſtanda per conſanguineos de non ingrediendo Statum Eccleſiaſticum, in qua cum ſit eadem ratio, meritò &c.

8 Licèt *Guazz. de caut.de non offen.d. §.3.quæſt.59. num.5.* quem ſequitur *Paſcal. d.cap.5.num.73.* alleurat, Sac. Conſultam obſeruare, quod adſtringantur omnes conſanguinei, vel affines, nulla habita conſidaratione de proximioritate, quando imminet periculum, & quod deindè ſolet facere, quod proximiores in gradu releuent indemnes remotiores, vt ibi per eum, de quo ſtylo Sac. Conſultæ tradit etiam *Maſſin.de confiſc. bonor. q. 47. nu. 95.* vbi reprobat *Vermigl.& Neguſ.Inn.* contrariũ tenẽtes.

9 Declara tertiò d. concluſionem, quod conſanguineus offendens non tenetur releuare indemnem conſanguineum promittentem, qui pro eo fiſco pœnam ſoluit, niſi in tribus caſibus, & primò quãdo conſanguineus ratificauit promiſſionem pro eo factam, ſecundò quando Iudex, præuia promiſſionis intimatione, fuit ſuper releuatione interlocutus, & tertiò quando conſanguineus offendens id dolosè fecit animo inferendi damnum conſanguineo, qui pro eo cautionem dedit, extra enim d. tres caſus, ſi conſanguineus ex particulari inimicitia offendat aduerſarium non tenetur ad releuationem conſanguinei, qui pro eo promiſit de non offendẽdo, etiam quod promiſſio fuerit coacta, & quod offendens habuerit ſcientiam cautionis præſtitæ per conſanguineum, quia non propterea dicitur inducta ſufficiens ratificatio obligationis conſanguinei, & imputet ſibi cõſanguineus, ſi nõ curauit, ſibi releuationem fieri per conſanguineum, vel per Decretũ Iudicis, vt poſt *Vulp.de pace q.61.per tot.* declarãt *Far.de var.ac diu.crim.q.107.n.35. & nu. 293.* vbi dicit, hanc eſſe veriorẽ opinionẽ, contrarijs omnibus reſpondet, & teſtatur, ita fuiſſe reſolutum per Sac. Conſultam, vt ibi per eum, quem ſequitur *Guazz.de caut.de non offen. quæſt. 31. per tot. & Vermigl.conſ.436.nu.5. & 9.* vbi dicit, quod hæc eſt communis, & recepta opinio.

10 Quicquid contrarium voluerit *Hercul. de caut. de non offen.cap.33.n.23.& cap.42.num.20.& ſeq.* & videatur ſentire *Vulpell. de pace quæſt. 63. num. 2.* qui loquitur in diuerſis terminis, *& Moron. de pace,& treg.q.154.* quando conſanguineus coactè promiſit, *Pyr.Maur.de fideinſ.p.1.ſect.4.c.2.n.59.* quorũ rationibus benè ſatisfacit *Farin.q.107.n.35*

SVMMARIVM.

1 *Cautio de non offendendo cenſetur rupta per offenſionem ſequutam extra Territorium.*

Itaut Iudex loci, vbi cautio fuit præſtita, poſſit contra illum procedere pro fractura, num. 2.

Quæ habent locum etiam in pace fracta extra Territorium, num. 3.

RESOLVTIO V.

Cautio de non offendendo an cenſeatur rupta per offenſionem ſequutam extra Territorium.

1 CAutio de non offendendo cenſetur rupta per offenſionem illatam extra Territorium illius loci, vel Iudicis, coram quo d. cautio fuit præſtita, vt ſcripſerunt *Bart. in l.illicitas 6.§. ne potentiores n.6. ff. de offic.Præſid. Herculan.de caut.de non offen.cap.9.num.2.& ſeq. & cap.47. nu.37. Maſcar.de prob.concl.1136.n. 8. lib 3. Vulpell.de promiſ.de non offen. quæſt.89. nu.9.* vbi contrarijs reſpondet, *Farinac. de var.ac diuer. crim.quæſt. 107. num. 259.* vbi dicit, hanc opinionem eſſe veriorem, & reprobat *Guglie. de Cuneo* contrarium tenentem *Guazzi defen.1.cap.25.n.23.* & latius *in tract. de pace, et caut.de non offen.par. 1. quæſt.59. per tot. Cauall.in ſpecul.comm.contra comm. quæſt 34. in fin.*

Promittens enim non offendere cenſetur generaliter promiſiſſe, nec ſe ad vnum potiùs, quàm ad alium locum adſtrinxiſſe *l. omnem 20.ff.de iudi.* & tradunt *Herculan. Maſcar. et Farinac. in loc.ſupra adductis*, & d. promiſſio reſpicit perſonam, vndè illam ſequitur quocunque vadat *l.fin.C.de præſcrip. long.temp.* & notat in his terminis *Hercul.d.cap.9. n.2. Maſcar.d.concl.1136.num.9. Farinac.d.q.107. num. 260. et alij Doct.ſupra relati.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt Iudex loci, in quo fuit præſtita d. cautio de non offendendo, poſſit procedere, & punire d. delinquentem, qui fregit cautionem extra territorium, ſaltem pro pœna conuentionali, vt adnotarunt *Bart. in d.§. ne potentiores num.6. Iaſ. in l fin.nu.12. ff. de iuriſd.omn. iud. Decia tract.crim. lib.4. cap.17. num.38. Guaz. d. defen.1.cap.25.num.23.* & latiùs *de pace, et caut. de non offen.d.quæſt.59. per tot.* & non diſſentit *Farinac.de var. ac diuer.crim. d.quæſt. 107. num. 260.* ſaltem quo ad pœnam conuentionalem, & *Caball. reſol. crim. caſu 35. num. 3. cent. 1.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in pace, quæ dicitur rumpi, & illius pœna habet locum, etiam ſi offenſio ſequuta ſit extra Territorium loci, in quo contracta fuit, vt tradunt *Farinac.de var. ac diuer.crim.quæſt.107.num.259. et ſeq.* vbi alios adducit concordantes, *Cancer.var. reſol.par.2.cap. 11. num. 59.* latè *Guazzin. de pace par.1.quæſt. 59. per tot.* & dixi latiùs infra in ver. *Pax Reſol. 6. per tot.* ibi vide,

SVMMARIVM.

1 *Cautio de non offendendo non cenſetur caſſa per pacem poſtea ſequutam, niſi fiſci conſenſu accedente, vel Iudicis decreto id mandante.*

RESO-

RESOLVTIO VI.

Cautio de non offendendo an cenſeatur caſſa per pacem poſtea ſequutam.

1 CAutio de non offendendo præſtita per partes non cenſetur ſublata per pacem poſtea inter eas ſequutam, niſi Fiſci conſenſu accedente, vel Iudicis decreto mandante, illam caſſari, vel haberi pro caſſa, vt tradunt *Herculan. de caut. de non offen. cap. 9. num. 9. & ſeq. Vulpell. de pace quæſt. 30. num. 3. & ſeq.* vbi inconcuſſam hanc opinionem appellat, *& Farinac. de var. ac diuer. crim. quæſt. 107. num. 123. & ſeq.* vbi dicit, hanc opinionem eſſe veriorem, & ita ipſum in contingentia facti in Alma Vrbe ſententiam tuliſſe dum eſſet Locumtenens A. C. vt ibi per eum, de qua materia vide latiùs infra in verbo *Pax, Reſol. 8. per tot.*

SVMMARIVM.

1 *Præceptum factum de præſtando cautionem de non offendendo cum clauſula,* quod interim habeatur pro præſtita, *eſt validum.*

Licèt aliqui Doct. contrarium teneant, num. 2.

Amplia, vt ſequuta contrauentione, pœna præcepti exigi poſſit, num. 3.

Amplia ſecundò, vt de contrauentione præcepto ſufficiat conſtare per præſumptiones, & coniecturas, quando neſcitur, quis fuerit aggreſſor, num. 4.

Limita concluſionem, quando præceptum eſt nullum ex defectu iuriſdictionis, num. 5.

Et quando illud eſt iniuſtum, num. 6.

Declara d. concluſionem, vt num. 7.

8 *Et dictum præceptum ſufficit præſentatum fuiſſe ad domum.*

RESOLVTIO VII.

Præceptum factum de præſtando cautionem de non offendendo cum Clauſula Quod interim habeatur pro præſtita, *an ſit validum.*

1 PRæceptum factum per Iudicem partibus de præſtando cautionem de ſe inuicem non offendendo, cum declaratione, quod interim cautiones habeantur pro præſtitis, vti factum pro bono pacis, & ad obuiandum ſcandalis, eſt validum, vt tradunt *Hercul. de caut. de non offen. cap. 5. num. 5. & cap. 9. nu. 21. Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt. 47. num. 21. in fin. Vulpell. de promiſ. de non offen. quæſt. 81. in fin.* vbi dicit, ita obſeruari in Statu Vrbini *Farinac. de var. ac diuer. crim. quæſt. 107. n. 13. Caball. reſol. crim. caſu 219. num. 13. & caſu 231. per tot. ſent. 3.* in quibus locis dicit, ita fuiſſe iudicatum, & ſecundùm prædicta practicari in Statu Sereniſſimi Magni Ducis Etruriæ *Guazzin. defen. 11. cap. 1. num. 12. Vrſell. in exam. aurum concl. 139. num. 5.* & admittit etiam *Vermigl. conſ. 166. nu. 7. & idem Guazz. de caut. de non offen. par. 2. §. 3. quæſt. 3. num. 21.* vbi dicit, ita ſeruari in Statu Eccleſiaſtico, *& quæſt. 17. num. 5.*

2 Quicquid contrarium tenuerit *Maceraten. var. reſol. lib. 3. reſol. 31. n. 3. & 4.* quem refert, & ſequi videtur *Guazz. d. defen. 11. cap. 1. nu. 12. in fin. & de caut. de non offen. par. 2. §. 3. q. 3. n. 23.* vbi tamen dicit, quod pœna in d. præcepto contenta, ſi non poteſt exigi ratione contractus, poteſt tamen exigi ratione contemptus Iudicis, vt ibi per eum, *& Ciriac. contr. 101. nu. 64.* dicens id ridiculum eſſe.

3 Amplia primò, d. concluſionẽ adeò eſſe veram, vt ſequuta per partes præceptatas ad cauendum de non offendendo contrauentione, pœna in præcepto contenta committatur, & illa exigi valeat, vt voluerunt *Farinac. in d. quæſt. 107. nu. 13. Caball. in d. caſu 231. per tot. Vrſell. in d. concl. 139. nu. 5. & Guazzin. de caut. de non offen. par. 2. §. 3. quæſt. 3. nu. 21. & ſeq.* vbi dicit, d. pœna exigi poſſe ſaltem ratione contemptus, vt ibi per eum, *& d. quæſt. 17. num. 5. & ſeq.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt de præcepti contrauentione, vti ſupra, tranſmiſſi ad effectum exigendi pœnam in eo contentam, ſufficiat conſtare per præſumptiones, & coniecturas, quando dubitatur, quis fuerit aggreſſor, vt tradunt *Hercul. de caut. de non offen. cap. 30. num. 12. & ſeq. Vulpel. conſ. 50. ſub num. 5. & conſ. 114. ſub num. 3. & conſ. 118. ſub nu. 2 & de promiſ. de non offend. quæſt. 106. nu. 1. & ſeq. Caball. d. caſu 231. n. 5.* & non diſſentit *Guazz. d. defen. 11. cap. 1. ſub num. 12.*

5 Limita primo d. concluſionem, vt non habeat locum quando præceptum trãſmiſſum de non offendendo, ſeu de præſtando cautionem de non offendendo cùm d. clauſula, quod interim illæ habeantur pro præſtitis, eſt nullum ex defectu iuriſdictionis, quia tunc d. præceptum nihil operatur, etiam fori declaratoria non oppoſita, vt not. *Hercul. de caut. de non offen. cap. 17. nu. 1. & ſeq.* vbi hoc multipliciter declarat, *Farinac. de var. ac diuer. crim. quæſt. 107. num. 24. Guazz. de caut. de non offen. par. 2. §. 3. quæſt. 7. num. 33.* quem refert, & ſequitur *Vermigl. conſ. 166. in prin.* vbi exemplificat in præcepto tranſmiſſo a Iudice Eccleſiaſtico perſonæ laicæ, & dicit, non cenſeri prorogatam illius iuriſdictionem, etiam ſi præſtita ſit cautio, vt ibi per eum, *& quæſt. 27. num. 1. & ſeq.*

6 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando præceptum fuit tranſmiſſum nulla præcedente iuſtificatione cauſæ timoris offenſionis quo caſu d. præceptum dicitur iniuſtum, vt tradunt *Vinc. de Franch. deciſ. 359. num. 6. Gail. de pace public. lib. 1. cap. 2 num. 10. & ſeq. Farinac. de var. ac diuer. crim. quæſt. 107. nu. 16. & ſeq.* vbi dicit circa d. cauſam, an ſit iuſta, nec ne, ſtandum ſit arbitrio Iudicis. *Guazz. de caut. de non offen. d. par. 2. §. 3. quæſt. 7. num. 1. & ſeq. Caball. d. caſu 219. num. 9. circa medium, Vermigl. d. conſ. 166. in fin.* vbi dicit,

hoc

hoc habere locum etiam ſi Iudex ex officio procedat, vt ibi per eum, quie quid ſit, cautio ſit præſtita, quia tunc neſcio, an ſequuta contrauentione d. exceptio ſuffragaretur, vt conſiderat etiam *Farinac. d. quaſt. 107. num. 21. in fine*.

7 Declara d. concluſionem, quod efficacia huius clauſulæ adiectæ in præcepto, quod interim cautiones habeantur pro præſtitis, ſuſtineatur ex obſeruantia Tribunalium Secularium, & ideò illa in Tribunalibus Eccleſiaſticis non ſit admittenda, niſi in eiuſdem talis obſeruantia probetur, ſi credendum eſt *Vermigl. d. conſ. 166. num. 7.*

8 Declara ſecundò d. concluſionem, vt ſufficiat, d. præceptum fuiſſe præſentatum ad domum, de quo vide *Hercul. de caut. de non offen. d. cap. 5. num. 5. in fine*, *& Eugen. conſ. 2. lib. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Cautio de non offendendo cenſetur rupta ex exoneratione archibuſij.*

At etiam ex exoneratione rota eiuſdem archibuſij, num. 2.

Et ex proiectione teli, vel lapidis, num. 3.

Et ex admenatione cum armis euaginatis, n. 4.

Maximè, quando cautio fuit concepta verbis vniuerſalibus, num. 5.

Non cenſetur tamen rupta, ſi fuit promiſſum non offendere in perſonam, num. 6.

Itaut in d. caſu neque ſufficiat offenſio ſuper veſtibus, num. 7.

Quicquid contrarium teneant alij, num. 8.

9 *Cautio de non offendendo quando dicatur rupta ex inſulen cum armis, remiſſiuè.*

RESOLVTIO VIII.

Cautio de non offendendo an cenſeatur rupta ex exoneratione archibuſij.

1 CAutio de non offendendo cenſetur rupta, ex exoneratione archibuſij facta contra illum, quem non offendere fuerat promiſſum, licèt ex illa non remanſerit vulneratus, vt tradunt *Vulpel. conſ. 67. num. 5. & conſ. 82. num. 1. & ſeq. & conſ. 88. nu. 6. & ſeq. & de promiſ. de non offen. quaſt. 91. nu. 7.* & in fortioribus terminis *quaſt. 101. num. 9. Moro. de treg. & pace quaſt. 172. num. 13.* vbi dicit, ita ipſum iudicaſſe in Ciuitate Firmana, *Farin. de var. ac diu. crim. quaſt. 107. num. 174. & ſeq. Pyr. Maur. de fideiuſ. par. 1. ſect. 2. cap. 4. n. 98. & ſeq. & Guazz. de pace qu. 50. nu. 14.* Exonerans enim archibuſiũ contra alium fecit quantum in ſe fuit, vt aduerſarium offenderet, & ſic nocendi potentiam ad actum perduxit, & ideò non mirum, ſi cautionem de non offendendo fregiſſe dicatur, vt benè conſiderant *Vulpel. d. quaſt. 101. n. 9. Farinac. d. quaſt. 107. num. 175. in fin. & alij Doct. ſupra adducti.*

Reſol. Crim.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locũ non ſolum in exonerante archibuſium contra illũ, quem non offendere promiſit, ſed etiam in exonerante rotam tantùm eiuſdem archibuſij, per quam exonerationem fractam dici cautionem de non offendendo præſtitam, voluerunt *Vulpel. d. conſ. 67. num. 5. & de promiſ. de non offen. d. quaſt. 101. n. 9.* dicens ita fuiſſe ſeruatum in Ciuitate Piſauri, *& Farinac. de var. ac diu. crim. d. quaſt. 107. nu. 175.* vbi hanc ampliationem dicit certam, vt ibi per eum, *Guazzin. d. quaſt. 50. num. 16.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum non ſolùm in exoneratione archibuſij, vel rotæ illius, ſed etiam in proiectione lapidis teli, & ſimilium, ex qua dicitur fracta cautio de non offendendo, licèt aduerſarius ex d. proiectione non fuerit percuſſus, nec vulneratus eum dicatur perſonaliter offendere, vt not. *Corn. conſ. 51. num. 6. lib. 1. Vulpel. da pace quaſt. 91. num. 7. & ſeq. Farinac. de var. ac diu. crim. d. quaſt. 107. num. 168. Pyr. Maur. de fideiuſ. d. par. 1. ſect. 2. cap. 4. num. 88. & 89. & Guazz. d. quaſt. 50. num. 11. & ſeq.* licèt quo ad lapidis proiectionem poſtea contrarium teneat.

4 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in inſultante aliquem cum admenatione cũ armis euaginatis, licèt nemo vulneratus, nec percuſſus remanſerit, qui ad hoc dicitur cautionem de non offendendo fre iſſe, vt tradunt *Vulpel. conſ. 36. n. 13. & conſ. 51. nu. 8. & ſeq.* vbi contrarijs reſpondet, *& conſ. 63. ſub nu. 5. & conſ. 82. n. 12. & conſ. 88. n. 6 & ſeq.* vbi dicit, ita pluries in Statu Vrbini fuiſſe iudicatum, *& de promiſ. de non offend. quaſt. 91. n. 4. Pariſ. conſ. 165. n. 22. lib. 4. Farin. de var. ac diu. crim. quaſt. 107. n. 165. & Pyr. Maur. de fideiuſ. par. 1. ſect. 2. cap. 4. n. 84.* licèt *nu. ſeq.* de hac ampliatione dubitare videantur.

5 Amplia quartò d. concluſionem vnà cum ampliationibus ſequentibus, vt eò magis habeant locum, quando cautio de non offendendo eſſet concepta verbis vniuerſalibus, & prægnantibus, puta *quomodo, qualitercunque, directè, & indirectè*, & ſimilibus, quia tunc propter generalitatem d. verborum cautio dicetur rupta per quamcunq; offenſionem prouenientem ex actu prouocante ad iracundiam, & puniibili, & tam ex propria, quàm impropria offenſione, vt not. *Peguer. deciſ. 21. nu. 6. Adden. ad Bertaz. conſ. 147 litera B in fin. lib. 1.* quos refert, & ſequitur *Farin. in d. quaſt. 107. nu. 157. &* vltra eos adnotarunt *Vulpel. de promiſ. de non offen. quaſt. 91. nu. 4. ver. itaque in tanta, &c. Pyr. Maur. de fideiuſ. par. 1. ſect. 2. cap. 4. n. 95. & 102. et Guazz. d. quaſt. 50. num. 22.* vbi diſtinguit.

6 Limita d. concluſ. vnà cum ampliationibus, ſequentibus, vt habeant locũ, quando fuit promiſſum ſimpliciter nõ offendere, ſecùs tamen, ſi fit promiſſum non offendere in perſonam, quia tunc non dicitur contrauentum promiſſioni ex ſola archibuſij exoneratione, vel ex teli, ſeu lapidis proiectione, ſeu ex admenatione cum armis, niſi ipſa perſona, & corpus tangatur, vt notant *Gabr. conſ. 171.*

 per

per tot. lib. 1. *Hond. conſ.* 203. *per tot. lib.* 1. vbi dicit, non ſufficere, fuiſſe vulneratum equum, niſi ſit vulneratus equitans, *Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt.* 47. *nu.* 44. *& ſeq. Farin. de var. ac diuer. crim. d. quæſt.* 107. *num.* 166. *& num.* 169. *& num.* 175. *Pyr. Maur. de fideiuſ. d. par.* 1. *ſect.* 2. *cap.* 4. *num* 82. *& num.* 85. *& num.* 91. plenè *Caball. reſol. crim. caſu* 152. *per tot. cent.* 2. *Ant. de Ball. tract. crim. lib.* 5. *pragm.* 5. *tit.* 27. *num.* 7. *& Guazz. d. quæſt.* 50. *num.* 16.

7 Amplia, dict. limitationem adeò eſſe veram, vt quando fuit promiſſum non offendere in perſonã, vt pœna in cautione contenta committatur, non ſufficiat, offenſionem factam fuiſſe ſuper veſtibus, cum ex ſolo illarum offenſione non dicatur offenſio facta in perſonam, ſed requiratur tactus perſonæ, vel rerum corpori inſeparabiliũ, vt puta, quod fuit tacti pili, vngues, & capilli, alias ſecus, vt declarant *Gabr. d. conſ.* 171. *nu.* 3 vbi hanc opinionem ex *Aret.* per eum relato dicit veriorem eſſe *lib.* 1. *Farin. de var. ac diu. crim. d. quæſt.* 107. *num.* 149. *& num.* 178. latè *Hond. d. conſ.* 103. *nu.* 25. *lib.* 1. qui dicit, hanc opinionem eſſe veriorem, & magis communem, plenè *Caball reſol. crim. d. caſu* 152. *num.* 4. *& ſeq. cent.* 2. & ita ante eos voluit etiam *Hercul. de caut. de non offen. cap.* 24. *num.* 3. *& ſeq. & cap.* 25. *num.* 6.

8 Quicquid contrarium, imò ſufficere offenſionem fuiſſe factam ſuper veſtibus, vt dicatur offenſio facta in perſonam, tenuerint *Innoc. & alij in cap. nuper.* 29. *de ſent. excom. Bart. & alij in l. locatio* 9. *§. quod illicitè ff. de publ. & vectig.* quam opinionem communem dicunt *Addent. ad Bertaz. d. conſ.* 147. *litera B.* & non videtur diſſentire *Farin. in d. quæſt.* 107. *num.* 182.

9 Quando autem cautio prædicta de non offendendo rupta dicatur ex inſultu facto cum armis, licèt inſultatus non fuerit vulneratus, latè diſſerit *Farinac. in d. quæſt.* 107. *n.* 158. *& ſeq.* illum conſulas.

ADDITIO.

N. 3. VBi habetur, quod cautio de non offendendo cenſetur rupta ex proiectione teli, vel lapidis, licet aduerſarius non fuerit percuſſus, neque vulneratus adde, licet ex leui percuſſione promittentem non teneri ad pœnam conuentionalem not. *Ciaz. conſ. crim.* 19. *poſt diſcep. crim. to.* 2. quem ſequitur *Scialò in pract. torq. reos cap.* 12. *num.* 30. *& Pyr. Maur. de fideiuſ. par.* 1. *ſect.* 2. *cap.* 4. *n.* 110.

SVMMARIVM.

1 *Cautio de non offendendo non valet, ſi non valet, ſi non ſit præſtita ex altera parte.*

Contrarium tenent plures Doct. num 2.

Quod procedit, etiam quando non eſt præſtita in eadem quantitate, num. 3.

Maximè, ſtante proteſtatione, num. 4.

Niſi tamen illa fuerit præſtita cauſa cognita per iudicem, num. 5.

Amplia concluſionem, vt eò magis procedat ſtante proteſtatione partis, num. 6.

Si tamen d. proteſtatio ſit admiſſa per Iudicem, ſecùs, ſi fuerit reiecta, num. 7.

Limita concluſionem, quando cautio fuit præſtita cauſa cognita, num. 8.

Et quando Iudex in præcepto mandauit, interim cautiones haberi pro præſtitis, num. 9.

RESOLVTIO IX.

Cautio de non offendendo an valeat ſi non ſit præſtita ex altera parte.

1 CAutio de non offendendo præſtitam per vnam ex partibus non eſſe validam, ſi non ſit præſtita, & reciprocata ab altera parte, cum agi dicatur de contractu reciproco, & correſpectiuo, itaut pars, quæ cauit non tenetur ad pœnam ob contrauentionem, altero non cauente, paſſim clamitant Doct. & præcipuè *Hercul. de caut. de non offen. cap.* 31. *n.* 1. *& ſeq. Rouchegal. conſ.* 68. *n.* 1. *& ſeq. inter conſ. crim. diu. lib.* 2. vbi dicit, ita fuiſſe iudicatum, *Capb. conſ.* 690. *n.* 4. *& ſeq. lib.* 5. vbi loquitur, quãdo ex aduerſo fuit petitum caueri, *Bertaz. conſ.* 16. *n.* 2. *& conſ.* 18. *n.* 7. *lib.* 1. qui loquitur, quando cautio fuit præſtita cauſa non cognita *Ant. Macerat. var. reſol. lib.* 3. *reſol.* 31. *n.* 1. *& ſeq.* quos refert, & ſequitur *Guazzi. de caut. de non offen. §.* 3 *quæſt.* 3. *in prin.* cum quibus pertranſeunt *Pyr. Maur. de fideiuſ par.* 1. *ſect.* 2. *cap.* 4. *num.* 20. *& ſeq. Aldoni. conſ.* 20. *nu.* 62. *& Curiac. contr.* 101 *n.* 13. vbi loquitur in præcepto facto alicui de non diſcendendo de aliquo loco, niſi aliud fiet alteri parti, vt ibi per eum.

Contractus enim cautionis de non offendendo dicitur, vt dixi, cõtractus correſpectiuus, & reciprocus, vt not. *Hercul. in d. cap.* 31. *in prin Moro. de treg. & pace q.* 169. *n* 9 *& ſeq. & Guazz. d. q.* 3. *n.* 1. *& ſeq.* & ideò ille non debet claudicare, itaut vna ex partibus ſit ligata, & altera remaneat ſoluta, vt conſiderant *Doct. ſupradicti, & Card. Mant. de tacit. lib.* 2. *tit.* 4. *n.* 73. maximè cum in contractibus ſit ſeruanda æqualitas *Moro. in d. q.* 169. *n.* 9. *Card. Mant. de tacit. lib.* 2. *tit.* 4. *n.* 71. *& ſeq & lib.* 27. *tit.* 2. *num* 9.

2 Contrarium tamen opinionem, imò valere cautionem præſtitam per vnam tantùm ex partibus, etiam ſi non fuerit ex aduerſo reciprocata, cum illa non dicatur propriè contractus, qui dicitur ſimul tractus, & quãdo ſimultaneus conſenſus interuenit, quod non verificatur in cautione de non offendẽdo, tenent *Hercul. de Siluest. conſ.* 97. *n.* 13. *inter conſ. crim. diu. lib.* 2. *Moro. de fide, & pace q.* 107. *n.* 2. vbi dicit, plures in hoc decipi putantes, d. cautionem non valere, niſi ab altera parte caueatur, cũ d. correlatio intelligatur in pœnis legalibus, vt ibi per eum, *Valpel. de promiſ. de non offen. quæſt.* 79. *n.* 6. 7. *& ſeq.* vbi hanc contrariam opinionem late comprobat, & idem tenet *quæſt.* 81. *ver. verùm ego etc.* cum quibus pertranſit *Farinac. de var. ac diuer. crimin. quæſt.* 107. *num.* 23. *verſic. quibus adde omninò etc.*

3 Amplia

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum non ſolùm quando cautio per alteram partem nullo modo fuit præſtita, ſed etiam quando vna pars cautionem præſtitit in minori ſumma, & altera in maiori, qui etiam tunc, ad ſeruandam æqualitatem, ſummam maiorem eſſe reducendam ad minorem voluerunt *Specul. in tit. de arbitr. §. ſequitur nu. 47. Ronchegal. in d. conſ. 68. num. 23. & Guazzin. in d. quæſt. 3. num. 5.*

4 Subamplia d. primam ampliationem, vt eò magis habeat locum, ſtante proteſtatione facta per alteram partem, quod non intendit ſe obligare, nec teneri, niſi pro ſumma, & quantitate, pro qua ſe obligabit altera pars, & ſecundùm illius formam, quia tunc, ſi altera pars ita non cauerit, & pro eadem ſumma, in plus non erit obligatus, vt ſcripſit *Ronchegal. in d. conſ. 68. num. 11.* cuius opinionem veriorem dicit *Farinac. de var. ac diu. crim d. quæſt. 107. num. 23. ver. cuius contrarium credo &c.* & tenet etiam *Guazzin. de caut. de non offend. d. §. 3. quæſt. 3. num. 14. & ſeq.* & faciunt dicta infra in ſecunda ampliatione.

5 Limita d. primam ampliationem, vt non habeat locum, quando cautio inæqualis præſtita fuit iuſſu Iudicis cauſa cognita, puta quia vna ex partibus quæ maiorem cautionem præſtitit, erat ditior, & altera pars erat pauper, vel quia pro vna parte aderat maius periculum, quia tunc cautio prædicta ſubſtinebitur, licèt fuerit inæqualiter præſtita, vt docent *Hercul. de caut. de non offen. cap. 6. num. 5. & ſeq. Vulpel. de promiſſ. de non offen. d. quæſt. 79. n. 5. & nu. 10. & ſeq. & conſ. 2. n. 36. & conſ. 3. num. 10. Farin. de var. ac diu. crim d. quæſt. 107. nu. 23.* cum quibus pertranſit *Guazzin. de caut. de non offen. d. quæſt. 3. num. 17. & quæſt 18. num. 6.*

6 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum ſtante proteſtatione facta per illum, qui præſtitit d. cautionem, nolle eſſe obligatum, nec teneri, niſi altera etiam pars ſimilem præſtet cautionem, quia tunc non dicitur eſſe obligatus, niſi reciprocata per aliam partem cautione, cum promiſſio non obliget vltra voluntatem promittentis expreſsè declaratam, vt ſcripſerunt *Grat. conſ. 138. num. 5. & ſeq. par. 1. Vulpel.* ità ſentiens de *promiſſ. de non offen. quæſt. 81. num. 1.* licèt poſtea dicat, Iudicem d. proteſtationem non debere admittere, vt ibi per eum *Bertaz. conſ. 18 nu. 7. lib. 1.* qui loquitur quando proteſtatio non fuit per Iudicem reiecta *Guazz. de caut. de non offend. quæſt. 3. num. 6. & ſeq.* vbi hanc ampliationem latè comprobat, & dicit, eò magis illam habere locum, quando altera pars conſentit d. proteſtationi, & quando adeſt clauſula, *& non aliter, nec alio modo,* & voluit etiam *Farin de var. ac diu. crim. quæſt. 107. n. 23. ver. & quidem Vulpellus &c.* vbi dicit, non requiri, quod d. proteſtatio parti ſit intimata.

7 Declara primò d. ſecundam ampliationem, vt habeat locum quando d. proteſtatio fuit per Iudicem expreſsè, vel tacitè admiſſa, puta illi non contradicendo, ſed tacendo, ſecùs tamen eſt, ſi non fuit admiſſa, ſed reiecta, prout illam non eſſe ad-

mittendam, dicit *Vulpel. d. quæſt. 81. num. 3.* quia tunc proteſtatio prædicta nihil operatur, vt declarant *Farinac. de var. ac diu. crim. d. quæſt. 107. nu 23. ver. & quidem Vulpellus &c. Bertaz. d. conſ. 18 num. 7. & Guazz. de caut. de non offend. d. quæſt. 3. num. 13.* vbi dicit, eò magis prædicta procedere, quando timor ex parte aduerſarij eſſet vanus, & quando cautio fuit præſtita ſponte, quia tunc proteſtatio non operatur, vt ibi per eum.

8 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando cautio de non offendendo fuit præſtita iuſſu Iudicis cauſa cognita, vt quia Iudex aduertit, ex vna parte adeſſa iuſtum timorem, & ex alia non; quia tunc ſi cautio fuit præſtita per illam partem, contra quam aderat iuſtus timor, & per alteram partem, contra quam non aderat d. timor non fuit præſtita, adhuc pœna dicitur commiſſa, ſequuta contrauentione ex parta illius, qui cautionem præſtitit, vt not. *Hercula. de caut. de non offen. d. cap. 31. n. 7. Vulpel. d. quæſt. 79. nu. 13. & Guazz. de caut. de non offend. d. quæſt. 3. num. 16.* alios dans concordantes.

9 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando Iudex per præcepta partibus præſentata diſpoſuit, cautiones inter im per eos haberi pro præſtitis ad euitanda ſcandala, quia tunc contrauenientes in pœnam inciderent, quia cum cautiones in d. caſu habeantur pro præſtitis pro vtraque parte vigore præcepti, non videtur dici poſſe contractum claudicare, vt poſt *Herculan. Andr. Gail Vulpel.* & alios per eum adductos limitat *Guazz. de caut. de non offen. d. quæſt. 3. num. 21.* licèt non ita declaret, de quo dixi latiùs ſupra in hoc var. *Cautio de repræſentando reſol. 7. per tot.*

ADDITIO.

N. 2 VBi habetur, quod cautio de non offendendo eſt vallida, licèt ex aduerſo non ſit reciprocata adde, *Caball. reſol. crim. caſu 219. num. 3. & ſeq. cent. 3.* vbi alios dat concordantes, & contrarijs reſpondet licet contrarium teneat, *Pyr. Maur. de fideiuſ. par. 1. ſect. 2. cap. 4. numer. 20. & ſeq.*

N. 6. Vbi habetur, quod cautio de non offendendo non eſt vallida quando pro alia parte non fuit reciprocata ſtante proteſtatione partis adde, licet contrarium poſt *Bertaz. Baiar. Vinc. de Franch. & alios*, & alius per eum adductus teneat, *Caball. d. caſu 219. num. 4. & ſeq.*

Adde ſupradictis, quod promittens ſimpliciter non offendere non dicitur frangere cautionem de non offendendo ſi offenſio ſequta ſit per alium, cum in materia ſtrictè intelligenda per alium faciens per ſe ipſum facere non videtur, vt probant *Farinac. de var. ac diuer. crim. quæſt. 107. num. 208. & Pyr. Maur. de fideiuſ. par. 1. ſect. 2. cap. 4. numer. 141. & ſeq.* licèt ſecus ſit ſi fuit promiſſum non offendere nec per ſe, nec per alium, vt declarant *Farin. & Pyr. Maur. vbi ſup.*

SVMMARIVM.

1 *Pater non tenetur cauere de non offendendo pro filijs ſpurijs.*

Licet contrarium voluerint aliqui Doct. num. 3.
Itaut cautio præſtita pro filijs non cenſeatur rupta ex offenſione facta per ſpurium, num. 4.
Quicquid contrarium teneant plures, num. 5.
Declara d. concluſionem, vt num. 6.
Et quid ſit dicendum quo ad filium naturalem vide num. 7.
2 *Filiorum appellatione filij ſpurij non continentur.*
8 *Filij ſpurij, & naturales, an teneantur cauere de nõ offendendo pro patre, & inter ſe remiſſiuè.*

RESOLVTIO X.

Pater non tenetur cauere de non offendendo pro filijs ſpurijs.

1 PAter non tenetur præſtare cautionem de non offendendo pro filijs ſpurijs, vt tradunt *Din. Ruin. & Bald. in l. cum pater 79. §. volo, ff. de leg. 2. Alex. in l. ex facto 17. §. ſi quis rogatus n. 48. ff. ad trebell. & in conſ. 60. nu. 13. lib. 2. Hercul. de caut. de non offen. cap. 32. in fin. Vulpell. de promiſ. de non offen. q. 84. n. 1. & ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione, *Farin. de var. ac diu. crim. q. 107. n. 351.* dicens, a d. opinione non eſſe recedendum, niſi ſubſiſtente aliqua graui cauſa, & *Guazz. de caut. de non offen. §. 3. q. 11. n. 1. & ſeq.* qui pariter teſtatur de communi opinione,

2 Filiorum enim appellatione filij ſpurij non continentur, vt docent *Bald. in d. §. volo, Vulpell. d. q. 84. n. 2.* vbi dicit, neque illos venire appellatione liberorum, *Guazz. d. q. 11. n. 1. & ſeq. Ricc. collect. 493. par. 3. Fuſa. de ſubſt. q. 314. n. 12.* & alij plures, quos refert, & ſequitur *Barb. de appell. ver. ſignif. appell. 99. n. 13. & 32.* vbi hoc admittit ſine difficultate quo ad ſpurios, cum ſpurij ſint odioſi, legibus incogniti. nec filiorum nomine reputentur digni, *auth. ex complex. C. de inceſ. nupt.* & nor. *Vulpell. & Guazz. in loc. ſupra adductis*, & poſt *Alex. Decian. Menoch. Card. Mantic. Peregr. Roias, & Fuſar.* per eum adductos probat *Barbo. dict. appell. 99. num. 32.*

3 Quicquid contrarium voluerit *Lup. de illegit. commen. 1. §. 3. ſub n. 87.* quem referendo ſequitur *Lucido de illegit. cler. & regul. cap. 5. n. 5.* qui tamen loquitur in terminis declarationis ſequentis,

4 Amplia primò d. concluſionem adeò eſſe veram, quod ſi pater ſimpliciter cauerit de non offendendo pro filijs ex offenſione facta per filium ſpurium, cautio non dicitur rupta. nec ipſe tenetur, vt docent *Vulpell. de caut. de non offen. d. q. 84. in prin. Hercul. de caut. de non offen. d. cap. 32. in fin.* niſi patris promiſſio eſſet multum generalis, & *Guazz. de promiſ. pariter de non offen. d. q. 11. in prin.*

5 Contrarium tamen, imò filios ſpurios compræhendi ſub d. cautione voluerunt *Lup. de illegit. de commen. 1. §. 3. n. 87. & Lucid. de illegit. cleric. & reg. d. cap. 5. n. 43. & ſeq.* latè comprobantes, declarando tamen iuſta terminos declarationis, & ampliationis ſequentis, vt ibi per eos.

6 Declara d. concluſionem principalem, quod licet pater non teneatur cauere pro filijs ſpurijs, non tamen ſunt ligatæ manus Iudicis, vt illum valeat cogere ad cauendum de non offendendo pro filio ſpurio, quando illum domi alit, & vel ſub ſua cura retinet, illum pro filio agnoſcendo, vel quando filius ſpurius eſſet rixoſus, & attentis patris, & filij moribus, & ex alijs cauſis, quæ eius arbitrium mouere poſſent ad illum cogendum ad cauendum pro eo, ita vt pater indebitè non grauetur, & quies publica non negligatur, vt aduertunt *Vulpell. in d. q. 84. in fin. de promiſ. de non Offen. Guazz. in eodem tract. q. 11. n. 4. Farin. de var. ac diu. crim. q. 107. n. 351.* & his terminis loquitur *Lucido in d. cap. 5. n. 46.* qui admonet Iudicem, quod in dubio ſit facilior ad Patrem cogendum, vt quieti publicè conſulatur, vt ibi per eum.

7 Amplia dictam declarationem, vt habeat locum non ſolum quando agitur de cogendo patrem ad promittendum non offendere pro filio ſpurio, ſed etiam quando agitur de illo cogendo pro filio naturali, quia licet in d. caſu diuerſæ adſint Doct. opiniones, cum partem affirmatiuam tueatur *Hieron. de Monte q. 8. ferè per tot.* & partem negatiuam teneant alij relati *per Vulpell. de caut. de non Offen. q. 85. n. 2. & per Guazz. in eodem tract. d. §. 3. q. 12. n. 5.* Communiter tamen in eam deſcendunt ſententiam, id totum prudentis Iudicis arbitrio eſſe remittendum, qui conſiderato, an filius naturalis domi per patrem retineatur ſub eius cura, illum alendo, & pro filio illum agnoſcendo, an dictus filius ſit rixoſus, nec ne, & attentis patris, & filij moribus, & alijs quæ eius arbitrium mouere poſſunt, patrem ad cauendum pro filio naturali cogebit, vel non, vt docent *Hieron. de Monte in d. q. 8. n. 7. & 8. Vulpell. in d. q. 85. n. 6. Guazz. in d. q. 12. n. 9. & Farin. in d. q. 107. n. 351.*

8 Vtrum verò filij ſpurij, & naturales teneantur cauere pro patre, & inter ſe pro alijs fratribus ſpurijs, partem affirmatiuam tenet *Lucido de illegit. cleric. & regul. d. c. 5. n. 47.* qui mouetur ex regula correlatiuorum, & ex cauſis ſupra deductis in ſupradicta declaratione, & ampliatione ſequen. Idcù ſecundum ibi d. cenſeo in d. caſu eſſe reſoluẽdũ.

ADDITIO.

AN ſub promiſſione de non offendendo facta per patrem pro ſe, & filijs compræhendantur filij ſpurij tradit etiã *Pyr. Maur. de ſ. deiuſ. par. 2. ſect. 8. cap. 2. n. 27. & ſeq.* ipſum conſulas.

CAVTIO DE NON INGREDIENDO:

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio, quod conſanguinei caueant, quod bãniti non ingredientur Statũ Eccleſiaſticum, eſt valida.*
Conſanguinei tamen non tenentur cauere pro bannitis inimicis, num. 2.
Neque pro bannitis non capitalibus, num. 3.
Tenentur tamen conſanguinei proximiores quò ad ſucceſſionem, num. 4.
Poſtea affines in ſubſidium, num. 5.
Sac. Conſulta cogit indefferenter omnes conſanguineos, num. 6.
Banniti non cenſetur contrauenire per ſolum tranſitum, num. 7.

RESOLVTIO VNICA.

Conſtitutio quod conſanguinei caueant, quod banniti non ingredientur Statum Eccleſiaſticum, an ſit valida.

1 COnſtitutio, ſeù Statutũ, quod conſanguinei, vel affines teneantur præſtare cautionem, quod eorum conſanguinei, vel affines banniti non ingredientur Statũ Eccleſiaſticũ, eſt valida ratione publicæ vtilitatis, & quietis, ne illa per eos per-

perturbetur, vt tradunt *Cartar. de execut. ſent. cap. bann. in præfat. num. 78. Farinac. de delict. et pœn. q. 24. n. 155. ver. & rurſus etc. Caball. reſol. cri. caſu 149. n. 27. cent. 2. Guaz. de caut de non offen. §. 3. q. 58 in prin.* et *Vermigl. conſ. 316. in prin.* nec non *Ant. de Ball. trat. cri. lib. 5 de capt. ad effect. compon. n. 5.* Ob publicam enim vtilitatem multa in damnum, & in commodum priuatorum conceduntur, quæ aliàs non concederentur, vt not. Doct. & præcipuè *Iaſ. in l. barbarius 3. ff. de offic. Prat.* & tradunt *Caball. in d. caſu 149. num. 2. et pluribus ſequen. Vaſq. quæſt. illuſt. lib. 1. cap. 5. num. 16. et pluribus ſeq.* pleniſſimè *Cartar. de pœn. innoc. art. 3. nu. 252. et pluribus ſeq.* vbi quamplures dat concordantes etiam de magis communi opinione atteſtantes, et *Paſcal. de patr. poteſt. part 4. cap. 5. num. 70.* cum vtilitas publica ſit præferenda priuatæ *cap. dilectiſſimi 8. quæſt. 2. §. ſi minus Auth. de non alien. aut. permut. Cartar. d. art. 3. num. 248.*

2 Limita d. concluſionem, vt non habeat locum, quando banniti ſunt inimici conſanguineorum, & affinium; quia pro illis d. conſanguinei, & affines cautionem prædictam de non ingrediendo præſtare non tenentur, cum bona fides non patiatur, quod quis teneatur promittere factum ſuorum inimicorum, vt docent *Guazzin. defen. 11. cap. 1. nu. 5. & de caut. de non offen. §. 3. quæſt. 10. nu. 18. et quæſt. 57. nu. 6. et quæſt. 59. num. 5. Gratia deciſ. Marcb. 131. nu. 5. et ſeq. Farinac. de var. ac diuer. criminal. quæſt. 107. num. 31. et Vermigl. conſ. 320. num. 2. et conſ. 321. in prin.* & alij adducti ſupra in ver. *Cautio de non offen. Reſol. 4. num. 4.*

3 Limita ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum in conſanguineos, qui ſunt banniti capitaliter, ſecùs tamen eſt in condemnatis ad triremes, & ad aliàs pœnas minores, quia pro illis conſanguinei, vel affines non tenentur ad d. cautionem de non ingrediendo præſtandam, vt de obſeruantia S. Conſ. teſtatur *Guazz. de caut. de non offen. d. §. 3. q. 58. n. 4.*

4 Declara primò d. concluſionem, quod ad præſtandam d. cautionem de non ingrediendo teneantur conſanguinei proximiores, habito reſpectu ad ſucceſſionem, ſi illi ſint idonei, & habiles ad promittendum, aliàs adſtringuntur alij remotiores in gradu, vt tradunt *Hercul. de caus. de non offen. cap. 49. num. 7. & ſeq. Guazzin. de caut. de non offen. §. 3. quæſt. 59. per tot. & defen. 11. cap. 1. num. 5. in fine Paſcal. de patr. poteſt. par. 4 cap. 5. num. 73. & Vermigl. conſ. 316. in prin. & conſ. 320. in prin.* & dixi ſup. in verbo *de Cautio de non offen. Reſol. 4. n. 6.*

5 Declara ſecundò d. concluſionem, vt affines cogendi non ſint ad cauendum de non ingrediendo pro affinibus, niſi in ſubſidium, conſanguineis ſcilicet non extantibus, vel non idoneis, vt conſuluit *Vermigl. d. conſ. 316. n. 1. & 2.* vbi dicit, ita in Sac. Conſulta fuiſſe reſolutum, licèt contrarium teneat *Caballin. ad Conſt. Marcb. lib. 4. cap. 19. num. 2.*

6 Licèt Sacram Conſultam obſeruare, quod aſtringantur omnes conſanguinei, vel affines, non habita conſideratione de proximioritate, quando imminet periculũ, & quod deinde ſolet fieri, quod proximiores in gradu releuent indemnes remotiores, teſtentur *Paſcal. de patr. poteſt. d. par. 4. cap. 5. n. 73. Guazz. d. quæſt. 59. num. 5. & Maſſin. de confiſcat. bon. quæſt. 47. num. 95.* reprobans *Vermigl. & Neguſ. lum.* contrarium tenentes.

7 Declara tertiò d. concluſionem, quod bannitus, pro quo conſanguineus præſtitit cautionem, quod ipſe nõ ingredietur Statum Eccleſiaſticum, non dicitur contrauenire per ſolum tranſitum per Statũ prædictum accedendo ad alia loca, per regulam, quod non dicitur veniſſe, qui non ſtetit, vt dixit *Foller. in pragm. de exul. la prima num. 45.* quem refert *Farinac. de var. ac diu. crim. quæſt. 107. nu. 268. Paſcal. de patr. poteſt. par. 4. cap. 3. num. 21. & ſeq.* & tenent idem *Farinac. in d. quæſt. 107. num. 267. & Vermigl. conſ. 305. in fine.*

ADDITIO.

N. 7. VBi habetur, quod per ſolum tranſitum non cenſetur rupta cautio de non ingrediendo in aliquam Ciuitatem, Prouinciam &c. adde *Giurb. conſ. crim. 81. num. 13.* vbi ex *Nell. de bannit. par. 1. tempo. 2. quæſt. 58.* dicit, prædicta habere locum, etiam ſi dict. pertranſiens parumper permanſerit in loco puta commedendo in hoſpitio, vel aliud per breue ſpatium faciendo dumodo ibi non pernoctet vt ibi per eum.

CAVTIO DE REPRÆSENTANDO.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor, qui præſtitit cautionem de repræſentando, ad id non tenetur, quando reus fuit condemnatus pro nouo delicto capitali.*

Etiam ſi d. cautio ſit concepta verbis vniuerſalibus, num. 3.

Ac etiam, ſi reus fuerit condemnatus in pœnam exilij, vel relegationis, num. 4.

Seù in alia pœnam non capitalem, num. 5.

Imò etiam ſi reus principalis ſolùm ſit accuſatus de delicto, num. 6.

Licèt contrarium teneant plures Doct. num. 7.

Ac eò magis, ſi reus principalis ſit præceptatus inquiſitus ſpecialiter, vel bannitus, num. 8.

Non obſtante, quod reo fuerit oblatus ſaluus conductus, num. 9.

Amplia concluſionẽ procedere, quãdo cõtra reũ fuit relaxatum mandatũ de carcerando, num. 10.

Ac etiã ſtante clauſula Toties, & Quoties, *n. 11.*

Et ſi reus fuerit cõdẽnatus ab alio Iudice n. 12.

Limita, concluſionem non procedere, quando condemnatio eſſet procurata, num. 13.

Et quando reus fuit condemnatus poſt moram fideiuſſoris, num. 14.

Et quando Iudex requiſiuit fideiuſſorem ante quam reum moleſtet pro nouo delicto, num. 15.

Quæ tamen cautela impugnatur per plures Doctores, num. 16.

2 *Pœna non committitur ſinè mora.*

RESOLVTIO I.

Fideiuſſor qui præſtitit cautionem de repræſentando, an teneatur quando reus fuit condemnatus pro nouo delicto capitali.

1 Fideiuſſor, qui præſtitit cautionem de repræſentando reum, non tenetur illum repræſentare, quando reus fuit bannitus, & condemnatus pro aliquo nouo delicto capitali, ita vt in d. caſu neque teneatur ad aliquã pœnam propter difficultatem, ſeù impoſſibilitatẽ illum repræſentandi ad tex. *in l. ſed & ſi quis 4.* & ibi hoc not. *Bart. Alberi. Ang. Caſtr. & Alex. ff. ſi quis caut.* & tradunt etiam *Clar. in pract. §. fìnal. quæſt. 46. verſ. ponè quæro &c.* vbi teſtatur de communi opinione, *Gabr. conſ. 181. num. ferè per tot. lib. 1. & conſ. 173. num. 11. & ſeq. lib. 2. Hond. conſ. 111. num. 59. lib. 1. Eug. conſ. 67. in prin. & conſ. 68. n. 10. lib. 1. Cartar. de execut. ſent. cap. banu. cap. 1. num. 467. & ſeq.* vbi alios dat concordantes, & teſtatur de communi opinione, prout facit *Farin. de carc. & carcer. quæſt. 34. num. 39.* vbi hanc concluſionem decem fundamentis confirmat, *& conſ. 59. num. 31. lib. 1. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 4. quæſt. 4. num. 1. & ſeq. Guazzin. defen. 6. cap. 4. num. 1. & ſeq. Cabal. reſol. crim. caſu 190. num. 2. & ſeq. cent. 2.* vbi dicit, hanc concluſionem habere locum ſiue reus principalis ſit condẽnatus cum confiſcatione bonorum, ſiuè non, *Giurb. conſ. 35. num. 18.* benè comprobans *Pyr. Maur. de fideiuſ. part. 1. ſect. 2. cap. 3. num. 55. & Vermigl. conſ. 306. num. 3. & ſeq. & conſ. 323. num. 2.*

2 Pœna enim ſinè mora non committitur *Bald. Ang. & Sali. in l. ſaucimus 26. C. de fideiuſ. Gabr. conſ. 173. num. 21. lib. 2. Balth. Tomaſ. in ſuis tract. var. tom. 2. de tuto. & curat. tit. 19. num. 1665. et Rota apud Caputaq. dec. 231. in fin. lib. 2.* ſed propter bannum, & condemnationem ſubſequutam in perſonam rei principalis, illius repræſentatio eſt facta non dũ difficilis, ſed etiam impoſſibilis, ergò ceſſat mora, & ſic etiam pœna, quæ ſinè illa non committitur, vt in his terminis tradunt *Hora. Luti. conſ. 163. nu. 20. & ſeq. inter conſ. crim. diu. lib. 3. Thob. Noni. conſ. 103. num. 1. Gabr. d. conſ. 181. num. 12. et ſeq. lib. 1. et d. conſ. 173. num. 17. et ſeq. lib. 2. et Farin. d. quæſt. 34. num. 44. et ſeq.* alia adducens fundamenta, & ita ſentientes quamplures.

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam ſi cautio præſtita de repræſentando reum concepta ſit verbis vniuerſalibus, & prægnantibus, vt voluerunt *Gabr. d. conſ. 181. n. 6. 14. et 24. Hond. d. conſ. 111. num. 45. 47. 49. et 59. Farin. in d. quæſt. 34. num. 43. et conſ. 126. num 4. lib. 2.* vbi loquitur quando fuit promiſſum pro omni, & quacunque cauſa *Gratia. diſcep. foren. cap. 708. n. 3. par. 4. Guaz. d. defen. 6. cap. 4. ſub num. 9. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 4. quæſt. 4. num. 3. et ſeq.* vbi loquitur etiam in permiſſione iurata, *et num. 9. et Vermigl. d. conſ. 306. num. 4. et conſ. 312. num. 7.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum non ſolùm quando repræſentandus fuit condemnatus in pœnam capitalem, verùm etiã, quando fuit condemnatus in pœnam exilij, vel relegationis, quia etiam in d. caſu fideiuſſor propter difficultatem dicitur liberatus, itaut illum non teneatur repræſentare *d. l. ſed vt ſi quis 4. ff. ſi quis cautio.* & not. *Eugen. conſ. 2. num. 35. & ſeq. lib. 1.* qui loquitur in qualibet morte ciuili *Farinac. in d. conſ. 59. num. 31. & 32. lib. 1. Guazzin. defen. 6. cap. 4. nu. 7. Gratian. diſcept. foren. d. cap. 708. num. 1. & ſeq. Giurb. d. conſ. 35. nu. 18. & Vermigl. conſ. 444. n. 2.*

5 Subamplia d. ſecundam ampliationem, vt habeat locum non ſolùm reo principali condemnato in pœnam exilij, vel relegationis, vt ſupra, ſed etiam eo condemnato pro alio delicto non capitali, quia etiam tunc, ſi reus aufugerit, & ideò difficile ſit, vel impoſſibile illum repræſentare, fideiuſſorem eſſe liberatum, plene conſuluit *Farinac. conſ. 59. num. 31. & 32. lib. 1* benè comprobans, & non diſſentit *Guazzin. d. defen. 6. cap. 4. num. 4. & ſeq.* & ante eos dixit *Horat. Luti. d. conſ. 163. num. 15.* & voluit etiam *Giurb. d. conſ. 35. num. 18.*

6 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum non ſolùm quando reus principalis eſt condemnatus, vt ſupra, ſed etiam quando eſt accuſatus pro nouo delicto, præcipuè capitali per eum commiſſo, pro quo aufugit, quia etiam tunc propter difficultatem ſeù impoſſibilitatem illum repræſentandi, fideiuſſor dicitur liberatus, itaut eum non repræſentando ad pœnam non teneatur, vt voluerunt *Horat. Luti. d. conſ. 163. num. 15. Capb. conſ. 187. num. 3. & ſeq. lib. 2. Gabr. d. conſ. 181. nu. 21. & ſeq. lib. 1. & d. conſ 173. num 18. & ſeq lib. 2.* in quibus loquitur, quando conſtat de homicidio, & delicto nouiter commiſſo notoriè, *Eugen. d. conſ. 67. nu. 21. lib. 1.* vbi dicit, hanc opinionem eſſe veriorem, & æquiorem, quam euidenter conſtat de nouo delicto, *Hond. conſ. 111. num. 57. ver. neque reſiſtit &c. lib. 1.* & ſentit *Farinac. d. conſ. 59. n. 7. Guazzin d. defen. 6. cap. 4. nu. 8. et 17. Pyr. Maur. de fideiuſ par. 1. ſect. 2. cap. 3 num. 50.* vbi loquitur, quando delictum eſt notorium *Giurb. d. conſ. 35. nu. 18. & 22. et Vermigl. conſ. 306. num. 6.* vbi loquitur, quando reus eſt inquiſitus, & citatus, vt ibi per eum, & hanc opinionem admodum æquam dicit *Farinac. d. quæſt. 34. num. 62.*

7 Licèt contrariam opinionem, imò accuſationem non ſufficere, tenuerint *Herculan. de caut. de non offen. cap. 25. num. 16. et ſeq. Bertaz. conſ. 500. n. 6. et ſeq. lib. 2. Cartar. de execut. ſent. cap. banu. cap. 1. num. 472. et ſeq.* vbi teſtatur de veriori, & magis communi Doct. opinione *Fachin. contro. iur. lib. 9. cap. 75.* & hanc opinionem ſequi videtur *Farinac. de carcer. et carcer. d. quæſt. 34. num. 62.* vbi dicit eſſe magis communem, licèt duram, & rigoroſam illam appellet, & poſtea longam afferat diſtinctionem, de qua ibi per eum, quam ſequitur etiam *Ant. de Bal. tract. crim. lib. 4. quæſt. 4. num. 13.*

8 Subamplia d. tertiam ampliationem, vt cò magis habeat locum, quando reus principalis fuit

pri-

præceptatus ad comparendum, ſed ei fuit tranſmiſſa inquiſitio, & eò magis ſi fuit poſitus in banno, & ob dictam cauſam aufugit, itaut ſit difficile, ſeù impoſſibile illum repræſentare, quia tunc d. fuga dicitur cauſata facto Iudicis, & ideò fideiuſſor dicitur liberatus a repræſentatione, vt tradunt *Honded. conſ. 111. num. 53. lib. 1.* vbi hoc extendit ad reum, qui confeſſus eſt alia delicta, & poſtea fugit, *Pir. Maur. de fideiuſ. d. par. 1. ſect. 2. cap. 3. num. 50. & 52. Farin. de carc. & carc. d. quæſt. 34. nu. 57. & num. 69.* vbi dicit, hanc opinionem eſſe veriorem, & æquiorem *Giurba d. conſ. 35. ſub num. 18. Vermigl. conſ. 306. num. 6.* alios adducens ita ſentientes *& conſ. 315. num. 9. Guazz. d. deſen. 6. cap. 4. num. 18. & Caren. reſol 90. num. 27. & ſeq.* idem *Farinac. conſ. 126. num. 4 lib. 2.*

9 Subamplia ſecundo d. tertiam ampliationem, vt habeat locum etiam ſi Iudex obtulerat reo ſaluum conductum, quia cum reus non teneatur dicto ſaluo conducto ſe credere, & dicatur perterritus facto Iudicis, itaut fideiuſſor ſit difficile, vel impoſſibile illum præſentare, ideò, facta diligentia de illum præſentando, cenſetur liberatus, vt tradunt *Gabr. d. conſ. 181. num. 22. & ſeq. Honded. d. conſ. 111. num. 61. & ſeq. Gratian. diſcep. Foren. d cap. 708. num. 5. & 6. Farin. de carcer. & carc. d. quæſt. 34. num. 71. & ſeq.* vbi loquitur, quando reus fuit pro alio delicto condemnatus, & *Vermigl. d. conſ. 306. num. 7.* & non diſſentit *in conſ. 444. ante finem*, & ſcripſit etiam *Guazzin. d. deſenſ. 6. capit. 4. num. 10 & num. 15.*

10 Amplia quartò d. concluſionem, vt habeat locum etiam quando contra reum principalem fuit relaxatum mandatum de illum capiendo, & carcerando, quia, ſi reus dicta de cauſa aufugiat, itaut fideiuſſor illum repræſentare non valeat, a d. repræſentatione excuſatur, vt voluerunt *Gabr. d. conſ. 181. num. 27. lib. 1.* vbi loquitur quando Barriſellus curauit reum capere, & quando ei fuit factum per Miniſtros Curiæ inuentarium, *Eugen. conſ. 2 num. 40. lib. 1.* vbi loquitur in d. terminis, & præcipuè quando contra reum fuit tranſmiſſus Commiſſarius, *Guazzin. d. deſen. 6. cap. 4. num. 9. & Vermigl. conſ. 315. num. 8. & 9.* & priùs dixerat *conſ. 312. num. 5. 6. & ſeq.* vbi præcipuè ſcribit, quando reo fuit factum inuentarium, & quando reus fuit perterritus a Iudice *Ciriac. controu. 101. num. 21. Giuuagn. conſ. 58. ſub num. 29.* vt ibi per eum, & tradit etiam *Farinac. d. conſ. 59. num. 33. lib. 1. & d conſ. 126. num. 4. & ſeq. lib. 2. & Carena d. reſol. 90. num. 28.*

11 Amplia quintò d. concluſionem, vt habeat locum, etiam ſi in cautione de repræſentando ſit appoſita clauſula *toties, & quoties &c.* quia ad hoc fideiuſſor propter difficultatem, ſeù impoſſibilitatem repræſentandi reum ob cauſas, de quibus ſupra in concluſione principali, & ampliationibus ſequentibus, ad repræſentandum illum non tenetur, vt ſcribit *Guazzin. d. deſen. 6. cap. 4. num. 9.* vbi dicit, ipſum ita obtinuiſſe in Sacr. Conſulta, & non diſſentit *Farinac. de carc. & carc. d. quæſt. 34. num. 96.* & faciunt *Doct. adducti ſupra num. 3.*

12 Amplia ſexto d. concluſionem, vt habeat locum non ſolum quando reus principalis fuit condemnatus ab eodem Iudice, coram quo fuit præſtita cautio de repræſentando, ſed etiam ſi condemnatio facta fuerit ab alio Iudice, quia etiam tunc, ob difficultatem ſuperuenientem, fideiuſſor non tenetur illum repræſentare, vt tradunt *Horat. Luti. in d. conſ. 163. num. 29. inter conſ. crim. diu. lib. 1. Rainer. Peruſ. inter eadem conſ. 164. num. 2. & Nicol. Guald. ibi conſ. 106. num. 5.* cum quibus pertranſit *Farinacc. de carc. & carc. d. quæſt. 34. num. 76.* vbi dicit, hoc eſſe certum, quando condemnatus a diuerſo Iudice non poſſet tuto venire in loco illius Iudicis, vbi fuit data cautio, vt quia omnia loca ſint ſub eodem Principe, vel teneatur de remiſſione, ſecùs ſi loca ſint ſub diuerſis Principibus, vt ibi per eum, ad quem ſe refert *Guazzin. d. defenſ. 6. cap. 4. num 17. Vermigl. conſ. 323. ferè per totum.*

13 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando bannum, & condemnatio rei principalis fuiſſet procurata per fideiuſſorem, & per ipſum affectata, quia tunc non eſſet per d. bannum, & condemnationem procuratam dict. fideiuſſor liberatus, vt tenuit originaliter *Bart. in l. ſi verò 5. num. 2. ff. qui ſatiſd. cogat.* vbi loquitur de quodam Doctore Bononien. qui ita peregit; quem ſequuntur ibi *Alex. num. 3. & 4. & Iaſ. num. 6. & ſeq.* benè comprobantes, & contrarijs reſpondentes, nec non *Boſſ. in pract. in tit. de carcer. fideiuſ. commiſ. num. 41. & Hercul. de caut. de non offendend. cap. 21. num. 16. Farinac. de carcer. & carcerat. d. quæſt. 34. num 88.* vbi alios dat concordantes, & teſtatur de communi opinione.

14 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando reus principalis fuit bannitus, vel condemnatus poſt moram fideiuſſoris iam incurſam in illum non repræſentando, quia tunc fideiuſſor non excuſatur a repræſentatione propter dict. bannum, vel condemnationem poſt eius moram ſequutam, vt not. *Bald. in d. l. ſi verò 5. num. 1. & ſeq. ff. qui ſatiſd. cogat. Horat. Lut. d. conſ. 163. n. 18. Boſſ. in pract. in tit. de carc. fideiuſ. comm. num. 66. in fin. Herculan. de caut. de non offen. d. cap. 21. nu. 16. & 17. & Farinac. de carc. & carc. d. quæſt. 34. num 78.* vbi dicit, hanc opinionem eſſe communiter receptam, & ita ſentit etiam *Vermigl. conſ. 323. num. 5.*

15 Declara d. concluſionem, vnà cum ampliationibus ſequentibus, vt ad euitandum ſupradictas fideiuſſorum excuſationes, cautela ſit, quod Iudex antequam citet, & aliquid faciat contra reum, pro quo fuit præſtita cautio de repræſentando, pro nouo delicto per eum poſtea commiſſo citet fideiuſſorem ad repræſentandum d. reum, & illum in mora conſtituat, & vlteriùs, ſi ipſum non repræſentet pœnam ab eo exigat, cum ipſe tunc non poſſit ſe tueri a repræſentatione ſub prætextu noui commiſſi delicti per reum principalem, pro quo adhuc non fuit moleſtatus, quæ cautela fuit originaliter

Albe-

Alberic. de ſtat. lib. 4. quæſt. 64. quam ſequuti ſunt poſtea *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 46. verſ. pone &c. & ibi Bald. num. 150. Hercul. de caut. de non offen. cap. 29. num. 16. Cart. de execut. ſent. cap. bannit. cap. 1. num. 173.* vbi teſtatur de communi opinione. et *Vermigl. conſ. 323. num. 6.*

36 Dictam tamen cautelam expreſsè impugnant *Cabal. reſol. crim. caſ. 190. num. 2.* vbi dicit, Iudices peſſimè facere, cum requirant reum pro prima cauſa, vt puniant fideiuſſores pro ea datos, ſcientes; ex alia cauſa non poſſe eum comparere *cent. 2. Farinac. de carc. et carc. d. quæſt. 34. num. 80.* vbi admonet Iudicem, vt nunquam vtatur d. cautela, niſi quando pro prima cauſa ſuperuenerunt noua indicia, & non aliàs, quia aliter faciendo illaquearet animam propriam, cum fideiuſſor non teneatur repræſentare reum, ſequuto alio delicto, pro quo reus aufugit, & ſic illius repræſentatio eſt difficilis, ſeu impoſſibilis; vt ibi per eum benè comprobantem, & dicentem d. cautelam eſſe duram, & rigoroſam, etiam quando ſuperuenerunt noua indicia *Guazzin. d. defen. 6. cap. 4. num. 12.* & d. cautelam inuentam fuiſſe ad illaqueandum animam Iudicis, dicit etiam *Gabr. d. conſ. 181. in figuratione caſus lib. 1. & Giouagnol. conſ. 58. num. 28. par. 1.* ideò illam ego nunquam practicaui, nec practicandam per bonos Iudices ſuadeo.

ADDITIO.

N. 8. VBi habetur, quod fideiuſſor non tenetur repræſentare reum qui fuit præceptatus, inquiſitus ſpecialiter, vel bannitus per Iudicem, & ideo aufugit adde et idem eſt quando reus fuit poſitus in fugam per Iudicem, vt quia miſit Curiam ad illum capiendum, etiam ſi id fecerit ex eadem cauſa, vel quia illum citauit, & ſimil. quia tunc fideiuſſor non tenetur illum repræſentare, cum dicatur impeditus facto Iudicis, vt not. *Farinac. in addit. ad quæſt. 34. de carcer. & carc. num. 93. & clarius num. 170.* vbi poſt *Eugen. conſ. 2. num. 4. & conſ. 67. num. 8. & conſ. 68. num. 26. & ſeq. lib. 1.* dicit, quod ideo inoleuit practica, quod Iudex nunquam reum citet, nec capi mandet, niſi prius fideiuſſore citato ad illum repræſentando.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor, qui promiſit repræſentare, liberatur, reo mortuo.*
Quod habet locum etiam mortuo fideiuſſore, n. 2
Contrarium, vti verius, tenent plures Doct. n. 3.
Fallit concluſio, quando fideiuſſor eſſet in mora repræſentandi, num. 4.
Et quando reus dolo, vel culpa fideiuſſoris obiiſſet, n. 5
Et in fideiuſſore de iudicatum ſoluendo, n. 6.
Contrarium tenet. Card. Mant. ibi. n. 7.

RESOLVTIO II.

Fideiuſſor qui promiſit repræſentare an liberetur mortuo reo.

1 FIdeiuſſor, qui promiſit aliquem repræſentare, illo mortuo, remanet liberatus, ita vt non teneatur ad aliquam pœnam, nec legalem, nec conuentionalem ad tex. in l. *ſi deceſſerit 4.* & ibi hoc not. *Bart. Bal. Angel. Caſtr. Alberic. Alex. & Iaſ. ff. qui ſatiſd. cogat. & in l. ſancimus 26.* & ibi pariter not *Doct. communiter C. de fideiuſ.* & vltra eos tradunt *Caph. conſ. 187. num. 9. lib. 2. Gabr. conſ. 180. num. 19. lib. 1.* vbi teſtatur de communi opinione *Farinat. de carc. & carc. quæſt. 34. num. 34.* vbi alios adducit concordantes *Guazzin. defenſ. 6. cap. 4. num. 44. Pir. Maur. de fideiuſ. par. 1. ſect. 2. cap. 3. num. 61. & par. 2. ſect. 10. cap. 40. num. 3. Vermigl. conſ. 422. num. 5. Ant. de Bal. tract. crim. lib. 4. quæſt. 4. num. 1. & Maſſin. de confiſcat. bonor. quæſt. 15. num. 41.*

Siſtere enim eſt factum, quod perſonæ defuncti cohæret, & ideò non egreditur illius perſonam, vt tradunt *Doct. ſupra adducti*, & præcipuè *Farinac. d. quæſt. 34. num. 34. Pir. Maur. de fideiuſſ. d. cap. 3. num. 61. & Vermigl. d. conſ. 422. num. 6.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in morte fideiuſſoris, ob quam illum eſſe liberatum ab obligatione de repræſentando, voluerunt *Aret. in §. fideiuſſ. num. 2. Inſt. de fideiuſ. Boſſ. in pract. in tit. de carcer. fideiuſſ. commut. num. 64. Rol. conſ. 58. num. 5. & ſeq. lib. 1. Baiard. ad Clar. §. fin. quæſt. 46. num. 91. & ibi Giaccar. num. 17. littera F.*

3 Contrarium tamen, vti verius, imò d. obligationem per mortem fideiuſſoris non extingui, ſed illam tranſire ad illius hæredes; cum obligationes & pœnæ conuentionales tranſeant ad hæredes, tenent *Farinac. de carc. & carc. quæſt. 34. num. 12. & ſeq.* vbi benè declarat, & contrarium dicit procedere, quando fideiuſſor ſimpliciter promiſit pro delicto, ſecus quando pœnam in caſum contrauentionis promiſit; vt ibi per eum, qui ſe refert *Baiar. in d. quæſt. 46. num. 91.* & non diſſentit *Rolan. d. conſ. 58. num. 1. et ſeq.* cum quo pertranſire videtur *Guazzin. d. defen. 6. cap. 4. num. 44. verſ. licet alii etc.* nec non *Pir. Maur. de fideiuſ. par. 2. ſect. 4. cap. 17. num. 1. 2. et ſeq. Medic. in tract. Mors omn. ſolu. par. 2. n. 125. Card. Mant. de tacit. lib. 16. tit. 20. n. 6. et Maſſin. de confiſc. bonor. d. q. 15. num. 41.* qui volunt, hanc contrariam opinionem ſinè difficultate procedere, quando in fideiuſſione adeſt obligatio cameralis, vel alias eſſent obligati hæredes, vt ibi per eos, idem *Guazzin. de caut. de non offen. quæſt. 28. num. 50.*

4 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando fideiuſſor eſſet in mora repræſentandi reum, quia tunc illius mors ſuperueniens poſt moram fideiuſſorem non excuſat à pœna ob non factam repræſentationem ad tex. in d. l. *ſi deceſſerit 4. in fin.* & ibi hoc not. *Bart. Bald. Alberic. Ang. Alex. et Caſtr. ff. qui ſatiſd. cogat. et in l. ſancimus 26 pariter in fin. C. de fideiuſ.* & voluerunt *Farinac. de carc. et carc. d. quæſt. 34. num. 36.* vbi dicit, hanc limitationem eſſe ab omnibus communiter approbatam, *Pir. Maur. de fideiuſ. par. 1. ſect. 2. cap. 3. num 65. et 67. et par. 2. ſect. 10. cap. 40. num. 5. et Cardinal. Mantic. de tacit. dict. tit. 20. num. 5.*

5 Limita

5 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando reus repræſentandus dolo, vel culpa fideiuſſoris teneri ad pœnam, ne proprius dolus ei patrocinari debeat, ſuadet tex. in l. ſi eum 10. §. homo, & ibi gloſ. ff. ſi quis caut. & tradunt etiam Bart. Bald. Alberic. Ang. & Caſtr. in d. l. ſi deceſſerit 4. ff. qui ſatiſd. cogat. Farinac. de carc. & carc. d. quæſt. 34. num. 35. vbi dicit hanc limitationem non habere contradictorem, & Pir. Maur. de fideiuſ. d. par. 1. ſect. 2. cap. 3. num 64.

6 Limita tertiò d. concluſionem, vt habeat locum in fideiuſſore de repræſentando, vel de iudicio ſiſti, quia tunc, reo mortuo, fideiuſſor liberatur, ſecùs tamen eſt in fideiuſſore de ſoluendo iudicatum, quia illa per mortem rei non extinguitur, ſed tranſit ad illius hæredes, vt declarant Horat. Lut. conſ. 163. num. 18. inter conſ. crim. diuerſ. lib. 1. Farinac. de carc. & carc. d. quæſt. 34. num. 37. benè comprobans, & dicens, hanc eſſe communem opinionem, & Pir. Maur. de fideiuſſ. par. 1. ſect. 2. cap. 1. num. 44. & cap. 2. num. 31. volentes, idem eſſe, ſi promiſſum ſit in iudicio ſiſtere, & iudicatum ſoluere copulatiuè, ſecùs ſi diſiunctiuè, vt ibi per eos, & par. 2. ſect. 10. cap. 40. num. 4. & Capic. Latr. deciſ. 102. num. 53. par. 1.

Licèt contrarium tueatur Card. Mantic. de tacit. d. lib. 16. tit. 20. n. 7. vbi loquitur quando reus principalis moritur ante condemnationem, vt ibi per eū.

S V M M A R I V M.

1 *Fideiuſſor non tenetur repræſentare reum relaxatum, niſi nouis ſuperuenientibus indicijs.*
Declara vt num. 3.
Indicia noua dicuntur quæ ſunt diuerſa a primis ſpecie, & ſubſtantia, num. 4.
Quæ debent eſſe grauia, & ſufficientia ad torturam, num. 5.

2 *Reus relaxatus ſub fideiuſſione non poteſt reuocari ad carceres, niſi noua ſuperueniant indicia.*

R E S O L V T I O II.

Fideiuſſor an teneatur repræſentare reum relaxatum niſi nouis ſuperuenientibus indicijs.

1 FIdeiuſſor non tenetur repræſentare reum relaxatum ſub cautione de ſe repræſentando, niſi ſuperuenientibus nouis indicijs, vt tradunt Boſſ. in pract. in tit. de carcer. fideiuſſ. commit. num. 19. Thob. Non. conſ. 103. num. 5. Farinac. de inquiſ. quæſt. 4. num. 25. & de carc. & carc. quæſt. 34. num. 64. & ſeq. latè comprobans, & conſ. 59. num. 1. 4. & num. 30. in fin. & num. 36. lib. 1. Mar. Anton. Maccrat. var. reſol. lib. 3. reſol. 29. num. 18. quem refert, & ſequitur Guazzin. defen. 6. cap. 4. num. 36. plenè Pir. Maur. de fideiuſſ. par. 1. ſect. 2. cap. 3. num. 75. vbi alios dat concordantes, & Anton. de Bal. tract. crimin. lib. 4. quæſt. 4. num. 43. & ſeq. vbi dicit, contrarium in Regno ſeruari.

2 Reus enim fideiuſſoribus relaxatus non poteſt per Iudicem reuocari ad carceres, niſi nouis ſuperuenientibus indicijs, vt not. Thob. Non. d. conſ. 103. num. 5. Bajar. ad Clar. §. fin. quæſt. 57. num. 12. Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 4. num. 25. & de carc. & carc. d. quæſt. 34. num. 64. Guazzin. defen. 2. cap. 7. num. 16. & d. defen. 6. cap. 1. num. 63. qui alios adducunt concordantes, ergò neque ad id teneri debet fideiuſſor, qui regulariter in plus teneri non poteſt, quam ipſe principalis, l. græcè 9. §. illud ff. de fideiuſſ. Boſſ. in pract. in d. tit. de carcer. fideiuſſ. commit. num. 52. Farinac. in d. q. 34. n. 64. & ſeq. & d. conſ. 59. num. 5. & ſeq. lib. 1. latè Pir. Maur. de fideiuſſ. par. 2. ſect. 1. num. 1. & ſeq.

3 Declara primò d. concluſionem, vt habeat locū, quando reus relaxatus fuit factis defenſionibus, & purgatis indicijs, quo caſu d. relaxatio habet vim abſolutionis ab obſeruatione iudicij, ſecùs tamen eſt, quando reus eſt relaxatus cum fideiuſſione de ſe repræſentando non factis defenſionibus, & adhuc indicijs non purgatis, prout ſæpè fieri ſolet, præſertim in ijs, quibus propter perſonæ dignitatem, vel alia de cauſa permittitur, defenſiones facere extra carceres, quia tunc Iudex cogere poteſt fideiuſſorem ad repræſentandum reum ad ſui libitum etiam nouis non ſuperuenientibus indicijs, vt benè declarat Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 4. num. 25. verſ. limita præcedentem, &c. vbi dicit, id eſſe Iudici arbitrarium, & alium caſum refert, in quo licet Iudici reum ad carceres reuocare adhuc nouis indicijs non habitis, vt ibi per eum, & idem voluit, in d. conſ. 59. num. 29. lib. 1. & ſcribit etiam Guazzin. defen. 6. cap. 1. num. 65. & ſeq. & cap. 4. num. 36 in fin. & tradit etiam Foller. in practic. crim. in fragm. num. 251. in fin. & Anton. de Bal. tract. crim. lib. 4. quæſt. 4 ſub num. 41.

4 Declara ſecundò d. concluſionem, vt noua indicia dicantur ſuperuenire, quando illa ſunt diuerſa ab ijs, quæ in proceſſu antea extabant, cum nullum poſſit fieri fundamentum ſuper primis iam purgatis, etiam ſi melliùs illa probarentur, quia tunc non dicitur ſuperuenire nouum indicium, prout requiritur, ſed noua veteris indicij probatio, quæ non eſt ad d. effectum ſufficiens, cum noua indicia dicantur illa, quæ a præcedentibus differunt ſpecie, vel ſubſtantia, vt poſt Lazar. de indic. & tort. num. 57. Bald. de Perigl. de quæſt. & torm. cap. 1. num. 6. Brun. de indic. par. 2 quæſt. 5. num. 63 & alios per eum relatos declarat Guazzin. d. defen. 2 cap. 7. num. 18. vbi exemplificat quod ſi prima indicia erant de mala fama, vel inimicitia, & ſuperueniat teſtis de viſu, vel vidiſſe reum cum gladio euaginato, & prout ibi per eum & adnotarunt etiam Io. Bapt. Roſcl. inter conſ. Farinac. conſ. 108. num. 18. & 19. lib. 2. & Anton. de Bal. tract. crim. lib. 2. quæſt. 17. num. 9. & dixi ſupra in verb. Abſolutio, Reſ. 1. n. 3.

5 Declara ſecundò d. concluſionem, vt indicia ſuperuenientia, adhoc, vt fideiuſſor teneatur reum

rela-

relaxatum repræſentare, debeant eſſe grauia, & ſufficientia ad torturam, & non aliter, vt voluerunt Foller. in pract. crim. in d. fragm. num. 251. Moſcatell in pract. fideiuſ. modo primo, num. 16. in fin. quem refert, & ſequitur Guazzin deſen. 6. cap. 4. num. 20. & 36. & ſcribunt etiam Io: Bapt. Roſel. in d. conſ. 108. num. 18. & 19. inter conſ. Farinac. lib. 2. & Pir. Maur. de fideiuſ. par. 1. ſect. 2. cap. 3. num. 75. vbi alios dant concordantes, & dixi ſupra in d. ver. Abſolutio, Reſol. prima, num. 4. vbi alios adduxi ita ſentientes.

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod fideiuſſor de repræſentando non tenetur repræſentare reum habilitatum niſi nouis superuenientibus inditijs adde Bellon. Iun. conſ. 98. num. 4. & Criſpol. caſu milit. 39. num. 1. & ſeq. vbi hoc ampliat etiamſi fuerit relaxatus cum clauſula etiam nouis non ſuperuenientibus inditijs.

N. 3. Vbi habetur, quod quando reus non factis defenſionibus habilitatur a carcere, vel propter ætatem, vel perſonę dignitatem, vel ad faciendum defenſiones extra carcerem &c. Iudex poteſt reuocare ad carceres illum etiam non ſuperuenientibus nouis inditijs adde Criſpol. d. caſu milit. 39. num. 5. & ſeq.

Vbi habetur, qualia eſſe debeant inditia ſuperuenientia vide dicta per me ſupra in verbo Abſolutio Reſol. 1. num. 4. in addit. vbi declaraui.

SVMMARIVM.

1 Fideiuſſor, qui promiſit, reum repræſentare pro vna cauſa, non tenetur illum repræſentare pro alia cauſa.

Etiam ſi cautio de repræſentando eſſet ſimpliciter concepta, num. 3.

Et cum clauſula Toties, & quoties, num. 4.

Itant Iudici requirenti repræſentationem pro prima cauſa non credatur ſine iuramento, n. 5.

Limita concluſionem, quando fideiuſſor promiſit repræſentari pro omni, & quacumque cauſa, num. 8.

2 Fideiuſſio eſt ſtricti iuris, & non extenditur de cauſa ad cauſam.

6 Fideiuſſor, qui promiſit repræſentare carceratum pro vulnere, non tenetur, ſi vulneratus moriatur. Declara, num. 7.

RESOLVTIO IV.

Fideiuſſor qui promiſit reum repræſentare pro vna cauſa, an teneatur illum repræſentare pro alia cauſa.

1 FIdeiuſſor qui promiſit reum repræſentare pro vna cauſa in ſtipulatione expreſſa, non tenetur illum repræſentare pro alia cauſa diuerſa, & noua, vt tradunt Thob. Non. conſ. 103. num. 1. & 4. Roland. conſ. 58. num. 10. lib. 1. Gabr. conſ. 181. num. 4. & 5. lib. 1. & conſ. 173. num. 11. lib. 2. Farinac. de carc. & carc. quaſt. 34. num. 31. & ſeq vbi latè comprobat, & alios adducit concordantes Guazzin. deſen. 6. cap. 4. num. 33 Eugen. conſ 68. num. 38. lib. 1 Pir. Maur. de fideiuſ. par. 1. ſect. 2 cap. 3. num. 76. Anton. de Bal. tract. crim. lib. 4. quaſt. 4. num. 43. & Ciriac. contr. 285. num. 4. cum quibus pertranſit Caluin. de aquit. lib. 2. cap. 176. num. 11. addo eundem Guazzin. de caut. de non offen quaſt. 39 num. 8. & Maſtril. deciſ. 126. num. 6.

2 Fideiuſſio enim eſt ſtricti iuris, & ideò non extenditur nec de perſona ad perſonam, nec de cauſa ad cauſam, ad tex. in l. ſi vnus, 28. §. ante omnia, ff. de pact. & in l. 2. in fin. ff. de fideiuſ. & not. Farinac. d. quaſt. 34 num. 31. Pir. Maur. de fideiuſ. par. 2. ſect. 5. cap. 2. num. 1. & plurib. ſeq. plene Ciriac. contr. 546 num. 14. & ſeq. Caren. reſ. 90. num. 1. & ſeq. & Capic. Latr. deciſ. 138. num. 41. par. 2. Maſtril. d. deciſ. 126. num. 6.

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam ſi cautio de repræſentando eſſet ſimpliciter concepta, quia ſemper intelligitur reſtricta ad cauſam, pro qua reus detinebatur, & erat inquiſitus ad tex. in l. 2. & ibi not. Doct. ff. ſi quis cautio Eugen. d. conſ. 68. num. 38. lib. 1. Farinac. de carc. & carc. d. quaſt. 34. num. 31. & conſ. 59. num. 3. & conſ. 62. in princ. lib. 1. Honded. conſ. 111. num. 19. lib. 1. Guazzin. d. deſen. 6. cap. 4 num. 34. Pir. Maur. de fideiuſ. d. par. 1. ſect. 2 cap. 3. num. 77.

4 Subamplia d. primam amplicationem, vt habeat locum, etiamſi cautio de repræſentando eſſet concepta cum clauſula Toties, & quoties &c. quia adhuc illa non extenditur ad aliam cauſam, ſed reſtringitur ad cauſam expreſſam, & ad illam, pro qua reus detinebatur, & erat inquiſitus, vt tradunt Eugen. conſ. 2. in fin. lib. 1. Hond. conſ. 111. num. 29. lib. 1. Gabr. d. conſ. 181. num. 3. & 4. lib. 1. Farinac. d. conſ. 59. num. 3. lib. 1. & Guazzin. d. deſenſ. 6. cap. 4. num. 34.

5 Amplia ſecundò d. concluſionem, adeò eſſe veram, vt Iudici aſſerenti, velle reum repræſentari ex antiqua cauſa, non credatur, niſi id medio iuramento affirmet, vt voluerunt Foller. in practic. crim. in fragm. num. 252. vbi dicit, hoc procedere quando fideiuſſor offert ſtare ſuo iuramento, alias ſecus Thob. Non. d. conſ. 103. num. 2. Farinac. de carc. & carc. d. quaſt 34 num. 32 & Pir. Maur. de fideiuſ. d. par. 1. ſect. 2. cap. 3. num. 78. licèt contrarium ſentiat Muſcatel. relatus per Guazzin. d. cap. 4. num. 28.

6 Amplia tertiò, d. concluſionem pariter adeò eſſe veram, vt fideiuſſor, qui cautionem præſtitit de repræſentando eum, qui detinebatur carceratus pro vulnere illato, ſi poſt præſtitam fideiuſſionem vulneratus deceſſerit, non teneatur amplius fideiuſſor d. reum repræſentare, cum d. cautio, & promiſſio intelligatur, rebus ſic ſtantibus, & aliquid de nouo non ſuperueniente, vt voluerunt Hercul. de caut. de non offend. cap. 50. nu. 22. Boſſ. in pract. in tit. de carc. fideiuſſ. commit. num. 55. Gabr. d. conſ. 181. num. 5. vbi teſtatur de communi opinione

lib. 1.

lib. 1. Honded. d. conſ. 111. *num.* 22. *lib.* 1. latè *Farinac. de carcer. & carcerat. d. quæſt.* 34. *num.* 89. vbi alios adducit ita ſentientes *Pir. Maur. de fideiuſſ. par. 1. ſect. 2. cap. 3. num.* 63. *& par. 2. ſect. 5. cap. 2. num.* 18. & non diſſentit *Eugen. conſ.* 68. *n.* 46. *lib.* 1. *Maſtril. deciſ.* 126. *num.* 9.

7 Declara d. tertiam ampliationem, vt habeat locum, quando accuſatio, vel inquiſitio ſpecialiter loquitur de vulnere, & non de morte, & vulnus non erat lætbale, quia tunc, ſequuta morte, fideiuſſor datus pro vulnere, non tenetur, ſecùs tamen eſt, quando vulnus erat læthale, & quando accuſatio, vel inquiſitio non eſt reſtricta ad vulnus ſimpliciter, ſed etiam ad mortem, quatenus ex vulnere ſequatur, vel quando fideiuſſor fuit receptus nulla propoſita accuſatione, vel inquiſitione quia in d. caſibus fideiuſſor datus pro vulnere, tenetur etiam vulnerati morte ſequuta, vt tenent *Doct. in l. fideiuſſores magiſtratuum* 69. *ff. de fideiuſ. Foller. in pract. in d. fragm. num* 262. *Clar. in pract. §. fin. quæſt.* 46. *verſ. quæro poſſe, &c. Farinac. de carc. & carc. d. quæſt.* 34. *num.* 91. vbi teſtatur de magis communi Doct. opinione, & ita ſentit etiá *Honded. conſ.* 111. *num.* 22. *& ſeq. lib.* 1.

8 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando fideiuſſor promiſit reum repræſentare ex quacumque cauſa noua, & veteri, quia tunc tenetur reum repræſentare etiam ex alia cauſa ex illa regula *Pacto conueniſti mecum*, de qua in *l. 1. ff. de pact.* vt ſcripſerunt *Farinac. de carc. & carc. d. quæſt.* 34. *num.* 33. vbi dicit, huic limitationi eſſe omninò adhærendum, & quod contraria opinio non eſt vera; nec in practica ſeruatur *Turres. conſ.* 63. *num.* 17. *lib.* 2. quem refert, & ſequitur *Pir. Maur. de fideiuſ. d. par.* 1. *ſect.* 2. *cap.* 3. *num.* 79. *& ſeq.* benè comprobans.

ADDITIO.

N. 8. VBi habetur, quod fideiuſſor de repræſentando reum pro vna cauſa teneatur repræſentare illum etiam pro alia, quando ad id ſe obligauit adde *Criſpol. caſ. u wilit.* 29. *num.* 4. adducentem *Turret. conſ.* 63. hic per me adductum.

SVMMARIVM.

1 Fideiuſſor de repræſentando liberatur propter mutationem Status repræſentandi, vt quia ſit effectus Clericus.

Idem eſt, ſi ſit effectus bannitus, vel condemnatus. num. 2.

Et quando fideiuſſor eſt effectus Clericus, n. 3.

RESOLVTIO V.

Fideiuſſor de repræſentando an liberetur propter mutationem Status repræſentandi, vt quia ſit effectus Clericus.

1 FIdeiuſſor, qui promiſit reum repræſentare in iudicio, ſi poſt præſtitam cautionem reus principalis mutet ſtatum, quia efficiatur Clericus, vel Religioſus, itaut ampliùs coram Iudice Laico non ſortiatur forum, non tenetur ampliùs illum repræſentare, ſed remanet liberatus, vt tradunt *Capb. conſ.* 187. *num.* 8. *lib.* 2. *Eugen. conſ.* 2. *num.* 28. *lib.* 1 *Farinac. de carc. & carc. quæſt.* 34. *num.* 38. vbi alios adducit concordantes quamplures *Cabal. reſol. crim. caſu* 190. *num.* 4. *cent.* 2. vbi dicit, ita ipſum in contingentia facti dixiſſe, *Guaz. defen.* 6. *cap.* 4. *num.* 47. *Pir. Maur. de fideiuſ. par.* 1. *ſect.* 2. *cap.* 3. *num.* 49. vbi dicit, idem eſſe, quando reus mutauit ſtatum, quia effectus fuit bannitus, vel condemnatus, vt ibi per eum, *& par.* 2. *ſect.* 10 *cap.* 28. *per tot. Ant. de Bal. tract. crimin. lib.* 4. *quæſt.* 4. *num.* 14. vbi limitat, niſi fiat in fraudem, quam dicit præſumi, *& Vermigliol. conſ.* 306. *num.* 2. *& ſeq.*

Omnis enim diſpoſitio de mundo intelligitur, rebus ſic ſtantibus, & aliquid de nouo non ſuperueniente *l. quæro* 56. *§. interlocatorem, ff. loca. Boſſ. in pract. in tit. de carc. fideiuſ. commit. num.* 35. 41. *&* 43. *Eugen. d. conſ.* 2. *num.* 28. *lib.* 1. *Pir. Maur. d. cap.* 3. *num.* 51. latè *Barboſ. de clauſ. clauſ.* 129. *num.* 2. & dixi ſupra in *verb. Cautio de non offendendo, Reſol.* 1. *ſub num.* 1.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam, quando reus mutauit ſtatum, quia fuerit bannitus, vel condemnatus pro nouo delicto, quia tunc fideiuſſor, qui illum repræſentare promiſit. ad id non tenetur, vt not. *Pir. Maur. de fideiuſſ. par.* 1. *ſect* 2. *cap.* 3. *nu.* 49. *& par.* 2. *ſect.* 10. *cap.* 28. *per tot. Farinac. de carc. & carc. quæſt.* 34. *nu.* 39. & ego dixi latè ſupra in hoc verb. *Cautio de repræſentando reſol.* 1. *per tot.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt idem ſit in fideiuſſore ipſo de repræſentando, qui poſt cautionem præſtitam per eum eſt effectus Clericus, vel Religioſus, qui non tenetur amplius reum repræſentare, nec coram Iudice ſeculari conueniri, vt latè oſtendit *Marſil. de fideiuſ. §.* 12. *n.* 132. quem refert, & ſequitur *Guaz. d. defen.* 6. *cap.* 4. *num.* 5.

SVMMARIVM.

1 Fideiuſſor, qui promiſit aliquem repræſentare in vno Tribunali, vel in vno loco, non tenetur illum repræſentare in alio.

Et promittens repræſentare coram vno Iudice non tenetur repræſentare coram alio, n. 2.

Procedit in Iudice delegato, non autem in ordinario, num. 4.

Quid ſi fuit expreſſum in cautione proprium nomen Iudicis, vide, num. 3.

RESOLVTIO VI.

Fideiuſſor qui promiſit reum repræſentare in vno tribunali an teneatur in alio.

1 FIdeiuſſor, qui promiſit aliquem repræſentare in vno Tribunali, & in vno loco, non tenetur illum repræſentare in alio Tribunali, & in alio loco

loco, vt probant *Rom. conſ. 210. in fin. Rolan. conſ. 58. num. 11. lib. 1. Batar. ad Clar. §. fin. quæſt. 45. n. 103.* & benè comprobat *Farinac de carcer. & carc. quæſt. 34. n. 171. Guazzin. defen. 6. cap. 4. n. 20. Vermigl. conſ. 123. nu. 3. & Ant. de Bal. tract. crim. lib. 4. q. 4. n. 56.* vbi quamplures dat concordantes *Cancer. var. reſol. par. 2. cap. 5. num. 128.*

Fideiuſſio enim eſt ſtricti iuris, & ideò non extenditur de loco ad locum, nec de re ad rem, neque de tempore ad tempus, vt not. *Cabal. reſ. crim. caſu 59. num. 4. cent. 1. Pir. Maur. de fideiuſ. par. 2. ſect. 5. cap. 2. num. 1. & plurib. ſeq.* latè *Ciriac. contr. 546. num. 143. & ſeq. Vermigl. conſ. 311. n. 3. & conſ. 312. num. 12. & Capic. Latr. deciſ. 138. num. 41. par. 2.* & dixi ſupra in hoc *verb. Cautio de repræſentando, Reſol. 4. num. 2.*

2 Amplia d. concluſionem, vt fideiuſſor, qui promiſit aliquem repræſentare coram vno Iudice, non tenetur illum repræſentare coram alio Iudice vt declarant *Rolan. d. conſ. 58. num. 11. & ſeq. lib. 1. Fariaac. de carc. & carc. d. quæſt. 34. num. 272. & ſeq. Guazz. d. defen. 6. cap. 4. num. 20.* vbi dicit, hanc ampliationem ceſſare, quando fuit promiſſum repræſentare etiam coram alio Iudice, & quod ipſe obtinuit per Iudicem iurari, an petat repræſentationem coram ſe, vel ad effectum illum remittendi ad alium Iudicem, vt ibi per eum, *Pir. Maur. de fideiuſ. par. 2. ſect. 5. cap. 2. num 24. & Vermigl. conſ. 312. num. 14.*

3 Subamplia d. ampliationem, vt eò magis habeat locum, quando cautio de repræſentando fuit præſtita coram vno Iudice, expreſſo eius proprio nomine, non autem nomine dignitatis, quia tunc fideiuſſor nō tenetur reum repræſentare coram alio Iudice, ſed expirat fideiuſſio terminato officio illius coram quo illa fuit præſtita, vt not. *Gab. comm. concl. de fideiuſ. concl. 4. n. 3.* qui loquitur in cautione de ſoluendo iudicatum, *Vinc. de Franch. deciſ. 320. num. 4. & ſeq. Theſ. deciſ. Pedem. 202 num. 15.* alios adducens concordantes, *Farin. de carc & carc. d. quæſt. 34. num. 176.* vbi extendit hanc ſublimitationem, etiam ſi agatur de Iudice ordinario, & *Vermigl. conſ. 308. num. 15. Pir. Maur. de fideiuſſ. par. 1. ſect. 2. cap. 1. nu. 81. 82. & ſeq.* vbi tamen vult cautionem tranſire ad ſubrogatū Iudicis ordinarij

4 Declara d. ampliationem, vt habeat locum, quando fuit promiſſum repræſentare reum coram Iudice delegato, ſecùs tamen eſt, ſi ſit promiſſum repræſentare coram Iudice ordinario, quia tunc, finito illius officio, non liberatur fideiuſſor ſed illius obligatio tranſit ad ſucceſſorem in officio, quia dignitas officialis in genere nunquam perit, donec nomen illius officij durat, & licèt vnus ſuccedat in locum alterius, idem tamen officium, & idem tribunal eſſe dicitur, vt declarant *Roman. in d. conſ. 210. ſub num. 1. Rolan. d. conſ. 58. num. 13. Farin. in d. quæſt. 34. num. 175. & ſeq.* vbi vult, id non habere locum, quando fuit expreſſum proprium nomen Iudicis, vt ibi per eum, ad quem ſe remittit *Guazz. d. defen. 6. cap. 4. num 20. in fin. & Pir. Maur. de fideiuſ. d. cap. 1. num. 81. 82. & ſeq.* vbi dicit, prædicta habere locum etiam expreſſo proprio nomine Iudicis, vt ibi per eum.

Licèt cautionem de iudicatum ſoluendo habere locū in ſucceſſore tam Iudicis ordinarij, quam delegati, etiam expreſſo proprio nomine Iudicis, teneat *Cancer. var. reſol. par. 3. cap. 12. num. 107. & ſeq.* vbi dicit, ita fuiſſe in illo Senatu iudicatum.

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod fideiuſſor, qui tenetur aliquem repræſentare in vno Tribunali non tenetur repræſentare in alio adde *Pyr. Maur. de fideiuſſ. par. 2. ſect. 5. cap. 2. num. 24. & num. 30. Ciriac. contr. 265. num. 38.*

SVMMARIVM.

1 *Cautio de repræſentando eſt ſtricti iuris, & eſt ſtrictè interpretanda.*

Itaut in dubio iudicandum ſit, illam non eſſe ruptam, num. 2.

3 *Cautio de non offendendo, poſtquam eſt præſtita, dicitur odioſa.*

Itaut in dubio iudicandum ſit, illam non eſſe ruptam, num. 4.

5 *Cautio de bene viuendo dicitur odioſa.*

Itaut in dubio iudicandum ſit, illam non eſſe ruptam; & illius pœna locum non eſſe, n. 6.

RESOLVTIO VII.

Cautio de repræſentando an ſit latè, vel ſtrictè interpratanda.

1 CAutio de repræſentando eſt ſtricti iuris, & ideò illa non eſt extendenda de caſu ad caſum, neque de loco ad locum, imò venit interpretanda, vt obliget fideiuſſorem minùs, quàm fieri poſſit, vt tradunt generaliter *Hond. conſ. 111. n. 25. lib. 1. Menoch. conſ. 210. n. 13. lib. 2.* plenè *Ciriac. contr. 546. n. 143. & plur. ſeq.* latius *Pir. Maur. de fideiuſ. par. 2. ſect. 2. cap. 1. nu. 1. & plur. ſeq.* vbi dicit, fideiuſſionem eſſe onus, & grauamen, & eſſe contractum damnificatiuum, & onerolum, & ex illo oriri lites, egeſtatem, & miſeriam vt ibi per eum benè comprobantem *Caren. reſ. 90. num. 1. & ſeq. & Capic. Latr. dec. 138 num. 41. par. 2.*

2 Amplia primò d. concluſionem illatiuè adeò eſſe veram, vt in dubio iudicandum ſit, fideiuſſorem non teneri ad repræſentandum, & pœnam fideiuſſoris exigi non poſſe, vt tradunt *Gabr. conſ. 181. n. 27. & 28. lib. 1. & conſ 173. n. 4. et 23. lib. 2. Farin. conſ. 59. n. 21. lib. 1. & de carc. et carc. q. 34. n. 182. Giur. conſ. crim. 35 in fin. Gionag. conſ. 228. in fin. inter. conſ. Farin. lib. 3. quod eſt conſ 58. par. 1. et Vermigl. conſ. 306 num. 9. et conſ. 312. num. 13. et conſ. 315. num. 10.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locū etiam in cautione de non offendendo, quæ licèt à principio dicatur fauorabilis, cum per eam occurratur delictis committendis, poſtquam tamen eſt præſtita, & agitur de illius pœna, illa eſt odioſa,

cum

cum aliũ pro alio obligari odioſum ſit, vt ſcripſerunt *Hercul. de caut. de nõ offen. c. 1. n. 30. et ſeq. Mor. de treg. et pace q. 145. nu. 1. 2. et ſeq. Hond. conſ. 103. n. 41. lib. 1. Maſcar. de prob concl. 1136. nu. 12. & ſeq. lib. 3. Far. de var. ac diu. crim. q. 107. n. 397. & conſ. 62. n. 3. lib. 1.* latè *Guaz. de caut. de non offen. q. 2. in prin.*

4 Subamplia d. ſecundam ampliationem, illatiuè, vt, quando agitur de ſractione d. cautionis, & incurſu pœnæ, verba ſint propriè, & ſtrictè interpretanda, & in dubio iudicandum ſit, vt d. cautio de non offendendo non ſit rupta, & exactioni pœnæ locus non ſit, vt not. *Hercul. de caut. de non offen. cap. 33. num. 5. & ſeq. Thob. Noni. conſ. 111. num. 25. Muſcar. de prob. d. concl. 1136. ſub num. 12. Hond. conſ. 103. nu. 23. lib. 1. Farinac. de var. ac diuer. crim. d. quæſt. 107. num. 398. & conſ. 62. nu. 3. lib. 1. Guazz. de caut. de non offen. d. quæſt. 2. nu. 6. et 9.* benè comprobans, & alios adducens ſectatores. *et quæſt. 39. num. 14. et Balth. Tomaſ. in ſuis tract. var. tom. 2. de tuto. et curat. tit. 19. num. 1694.*

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in cautione de benè viuẽdo, quæ licèt per illam occurratur delictis committendis, dicitur tamen odioſa, cum reſtringat libertatem, quæ dicitur inæſtimabilis *leg. libertas 107. ff. de reg. iur.* & quia aliquem onerare cautione, grauè reputatur, ad tex. *in l. 2. §. fin. ff. de iudic.* & tradunt per prædicta iura *Herculan. de caut. de non offen. cap. 22. nu. 3. & Burſatt. conſ. 141. num. 48. & ſeq. lib. 2.* quem refert & ſequitur, *Guazzin. de caution. de non offen. quæſt. 14. num. 3.* & dixi ſupra in verb. *Cautio de benè viuendo Reſol. 2. in prin.*

6 Subamplia d. tertiam ampliationem illatiuè, vt dicta cautio de benè viuendo ſtrictè veniat interpretanda, quando agitur de illius fractura, itaut in dubio iudicandum ſit illam non eſſe ruptam, & exactioni pœnæ in ea contentæ locum non eſſe, vt docent *Farinac. in fragm crim. par. 1. litera C. nu. 58. Guazzin. de caut. de non offen. d. quæſt. 14. num. 7. & Coſta de re integr. diſtin. 108. num. 1. & ſeq.* & dixi ego ſupra *d. Reſol. 2. num. 1. & ſeq.* vbi probaui, illam non extendi ad delicta leuia, vt ibi eſt videre.

S V M M A R I V M.

1 *Fideiuſſor de repræſentando non liberatur, niſi reum legitimè repræſentet.*

Quomodo verò dicatur reum legitimè repræſentare, vide num. 2.

R E S O L V T I O VIII.

Fideiuſſor de repræſentando an liberetur, ſi reum non legitimè repræſentauit.

FIdeiuſſor de repræſentando reum, vt excuſetur à pœna conuentionali, vel legali, non ſufficit reum, ſicut promiſerat, coràm Iudice repræſentare, niſi etiam illum legitimè repræſentauerit, vt tradunt *Boſſ. in pract. in tit. de carc. fideiuſ. commit. 36 Far. de carc. & carc. q. 34. num. 20. & ſeq. & Pyr. Maur. de fideiuſ. p. 1. ſect. 2. cap. 3. n. 117. & ſeq.* Quando enim loquimur de actu, de legitimo intelligimus *l. 4. §. condemnatum ff. de re iudic.* cum ſimilibus, & in his terminis not. *Boſſ. in d. tit. de carc. fideiuſ. commit. nu. 36. & Far. in d. quæſt. 34. num. 20.*

2 Declara d. concluſionem, vt fideiuſſor prædictus tunc dicatur reum legitimè repræſentare, quando illius corporalem præſentiam exhibet, itaut fugam non arripiat, & ſi illum intra carceres repræſentare teneatur, illum conſignet Bariſello, vel carcerum Cuſtodi, ita, & taliter, vt ab eis fugere non valeat, aliàs ipſe non liberatur, niſi tamen Iudex d. præſentationem acceptat pro legitimè facta, quo caſu ipſe tenetur, qui imprudenter d. conſignationem acceptauit, & fideiuſſor liberatur, vt declarant, *Abb. in cap. cum parati 19. num. 5. de appell. Boſſ. in d. tit. de carcer. fideiuſ. commit. num. 36. Farinac. de carc. & carc. d. quæſt. 34. nu. 20. & ſeq.* vbi dat concordantes, & docet quomodo in Alma Vrbe d. cautiones de repræſentando conſcribantur, *& Pyr. Maur. de fideiuſ. par. 1. ſect. 2. cap. 3. num. 117. & ſeq.*

S V M M A R I V M.

1 *Fideiuſſor de repræſentando, ſi non poſſit reum repræſentare, poteſt ſuſcipere in ſe iudicium illum defendendo, & euitare pœnam.*

Quod habet locum in ciuilibus, non autem in criminalibus, num. 3.

Procedit quando pœna eſt corporalis, ſecùs ſi ſit pecuniaria, num. 4.

2 *Fideiuſſori competunt omnes exceptiones competentes principali.*

5 *Fideiuſſor de repræſentando an poſſit defendere reum, qui aufugit ob notoriam iniuſtitiam carcerationis remiſſiuè.*

R E S O L V T I O IX.

Fideiuſſor de repræſentando ſi reum non poſſit repræſentare, an poſſit ſuſcipere in ſe iudicium, & illum defendendo euitare pœnam.

1 FIdeiuſſor, qui promiſit reum repræſentare, vel ſiſtere in iuditio, ſi illum repræſentare, nec ſiſtere valeat puta, quia ipſe fugam arripuerit, poteſt ſuſcipere in ſe iudicium, & ipſum reum defendere proponendo exceptiones reo competentes, & ſic pœnam conuentionalem, ſeù legalem effugere, ad tex. *in l. ſi eum, 10. & ibi not. Doctores communiter ff. ſi quis cantion. & in l. ſancimus 26. §. ſed. ſi quidẽ ff. de fideiuſ.* & tradunt, *Farinac. de carcer. & carcer. quæſt. 34. num. 26. Pyr. Maur. de fideiuſ. par. 1. ſect. 2. cap. 3. num. 105. & ſeq.* vbi dicit, d. concluſionem non habere locum, quando reus ſe abſentauit per dolum ipſius fideiuſſoris, *Cabal. reſol. crimin. caſ. 190. in fin.*

in fin. cent. 2. vbi loquitur in criminalibus, quando agitur de pœna pecuniaria tantùm, vt infra dicetur, *Giouagn.conſ.*58.*num.*35 *par.* 1. *& Cancer. var,reſol par.*2 *cap* 5.*num.*135. vbi dicit, ita eſſe intelligendam *deciſ.Viui.*215. vt ibi per eum.

2 Exceptiones enim, quæ competunt principali, competunt etiam regulariter illius fideiuſſori *l.omnes* 19.*& l excep.*7.§.*rei ff.de except. l. defenſionis* 11.*C,de except*,cum alij relatis *per Far. in d. q.* 34. *n.*25.& tradunt etiam *D. Andr.cont.*1-8.*n* 40.*Canc. var,reſ.d.c.*5.*n.*199.*Card.Mant.de tac,lib.*16.*tit.* 15. *per tot,Noal.de tranſ.caſu* 26.*num.*14.latè *Alphon. Olea de ceſſio,iur.tit.*6.*quæſt.*2.*num.*20 qui alios dat concordantes quamplures, & dixi ego *allegat.foren.*23,*num.*5.*& num.*55.

3 Declara d, concluſionem, vt habeat locum in ciuilibus, ſecùs tamen eſt in criminalibus, in quibus cum neceſſaria ſit præſentia perſonæ, & ſic rei inquiſiti fideiuſſor non poteſt illius defenſionem ſuſcipere, ſed tenetur illum omninò in iudicio repræſentare, alias tenetur ad ſolutionem pœnæ in cautione contentæ, nec ab illa liberetur per oblationem ſuſcipiendi in ſe iudicium, vt ſupra, vt declarant Doct. communiter *in d. leg.ſi eum* 10.*ff. ſi quis cautio, & Boſſi.in pract.in d.tit.de carc.fideiuſ. commit,n.*52,*in fin.Farin.de carc.& carc d.q.*34.*nu.*27.*Pyr.Maur,de fidein.d.p.*1.*ſec* 2.*c.*3,*n.*105. *et ſeq. Canc,var.reſ.d. par.*2.*c.*5,*n,*135.*Giona.d.conſ,*58.*ſub n.*35.*p.*1.*& Verm,conſ.*298.*in prin.et conſ.*308.*n.*5,

4 Limita d, declarationem, vt non habeat locum, quando agitur de crimine, pro quo imponitur pœna pecuniaria tantùm, non autem corporalis,quia tunc cum non ſit neceſſaria præſentia perſonæ inquiſiti, ſed admittatur ad defendendum reum procurator, fideiuſſor, ſi non poteſt reum repræſentare, poteſt ad euadendam pœnam iudicium in ſe ſuſcipere, & illum defendere, vt poſt *Cumi. ſuper ritibus Mag.Curi,Sicilia c.*66,*per tot*,per eum relatum tradit *Far,de carc,& carc,d.q* 34.*n.*28. *Caball, d,caſ,*190.*in fin.& Giouag.d.conſ.*58 *ſub n.*35.*par.*1.

5 Verum verò liceat fideiuſſori de repræſentando reum, qui aufugit defendere, dando de notoria iniuſtitia carcerationis illius tradunt, *Pyr.Maur.de fideiuſ.d.par.*1.*ſect.*2.*cap.*3,*num.*105.*& ſeq & Vermigl.d.conſ.*298.*n.*1.*et ſeq,et d.conſ.*308.*n* 5 *et ſeq.* qui ſentiunt pro affirmatiua, ipſos conſulas, cum non omnia hic ſint referenda.

S V M M A R I V M.

1 *Fideiuſſori de repræſentando petenti terminum ad reum perquirendum, et certiorandum; eſt per Iudicem concedendus.*

*Quando tamen ei teneatur concedere terminum ſex menſium vide. num.*2

Præcipuè, ſi cautio ſit concepta cum clauſula Toties, & quoties. *num.*3.

4 *Iudex tenetur aſſignare terminum ad perquirendum, certiorandum, & conducendum reum abſentem inquiſitum illum petenti.*

*Ad quem petendum quilibet admittitur etiam ſinè mandato, num.*5.

*Ita vt illo denegatio proceſſus ſit nullus, aut per reſtitutionem reſcindendus, num.*6.

*Quod procedit probata abſentia per petentem terminum, alias ſecùs. num.*7.

*Contrarium tenent plures Doctores. num.*8.

*Milliaria autem viginti præ qualibet die regulariter ſunt aſſignanda.num.*9.

R E S O L V T I O X.

Fideiuſſori de repræſentando petenti terminum ad reum perquirendum, & certiorandum, an ſit concedendus.

1 Fideiuſſor, qui promiſit aliquem repræſentare in iudicio ſimpliciter ſinè aliqua temporis præfixione requiſitus per Iudicem ad illum repræſentandum, ſi allegando illius abſentiam, petat terminum ſibi aſſignari ad perquirendum, & certiorandum, & illum conducendum, Iudex tenetur ei terminum competentem concedere eius arbitrio attenta diſtantia loci, vbi ille moratur, & attenta facti, & perſonæ qualitate, vt tradunt *Menoch.de arbitr.caſu* 40. *nu.*3. *ver.altera eſt,&c. Farinac.de carc.& carc.quæſt.*34. *num.*147.*Guazzin.defen.*6.*cap.*4.*nu.*51. *ver.ſi verò &c.* vbi dicit à d.non aſſignatione termini non dari appellationem, ſed ſolùm recurſum ad Principem, *Pyr. Maur.de fideiuſ.par.*1.*ſect* 2.*cap.*3. *num.* 70.*& ſeq.Baiar.ad Clar.§.fin.q.*46.*nu.* 106. *Cancer. var.reſol.par.*2 *cap.* 5. *num.* 143 *et ſeq.* vbi dicit d. terminum aſſignandum eſſe fideiuſſori de æquitate, ſecùs tamen de iure, cum quo concordat *Alphon. Olea.de ceſſio.iur. tit.*5.*quæſt.*8.*num.*1.

2 Amplia primò d. concluſionem declaratiuè, vt Iudex petito d. termino, vt ſupra per fideiuſſorem de repræſentando teneatur ei concedere dilationem ſex menſium ad præſentandum reum iuxta diſpoſitionem tex *in l.ſancimus* 26.*C.de fideiuſ.* quando ipſe promiſit reum repræſentare infra terminum ſex menſium, ſi verò ſe obligauit repræſentare ſimpliciter nullo adiecto termino, Iudex tenetur ei aſſignare terminum eius arbitrio, vt ſupra in concluſione, vt declarant *Oſaſch. deciſ. Pedemon.*49.*in fin.*dicens; ita fuiſſe iudicatum,*Farin. in d q.*34.*nu.* 147.*& ſeq.Guazz.d.defen.*6.*c.*4. *n.* 51. *& ſeq & Pyr.Maur.de fideiuſ d.cap.*3.*nu* 70.*et ſeq.*

3 Subamplia d. primam ampliationem, vt eò magis habeat locum, quando fideiuſſio de repræſentando fuit concepta cum clauſula *Toties, & quoties*, vel ad omnem voluntatem, & mandatum Iudicis, quia tunc terminus non venit aſſignandus iuxta diſpoſitionem *d.l.ſancimus* 26.*C.de fideiuſ.* ſed eſt aſſignandus Iudicis arbitrio iuxta diſtantiam loci, & perſonarum qualitatem, vt ſupra, vt tradunt *Farinac de carc & carcer.d.quæſt.* 34.*nu.*149. dicens ita ſeruari in practica *Clar.in pract.§ fin. q.*46.*in fin.* vbi dicit diſpoſitionem *d.l.ſancimus* apud

eos

eos non eſſe in vſu, & illam non habere locum ſtante iuramento dicit *Baiar. ibi num.* 108. *Guazz. d. defen. 6. cap. 4. num.* 51. *ver. & eo magis*, vbi dicit pariter, ita in practica ſeruari, *& Pir. Maur. de fideiuſ. d. par. 1. ſect. 2. cap. 3. num.* 72.

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt d. terminus ad perquirendum, certiorandum, & conducendum reum inquiſitum, non ſolum aſſignandus ſit per Iudicem fideiuſſori de repræſentando, vt ſupra ſed etiam ille ſit aſſignandus cuilibet comparenti pro reo inquiſito abſente, & allegāti abſentiam d. inquiſiti, & petenti ſibi aſſignari d. terminum ad perquirendum, certiorandum, & conducendum d. inquiſitum abſentem Iudicis arbitrio, vt ſupra, vt ſcripſerunt *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 34. num.* 1. *& 2. & ibi Baiar. num. 2. Menoch. de arb. caſu* 40. *num. 6.* vbi dicit habendam eſſe rationem longioris, vel breuioris diſtantiæ, vt ibi per eum, *Maſc. de prob. concl. 8. num. 4. & ſeq. lib. 1. Farin. de inquiſ. quæſt. 11. ſub num. 52. & de var. ac diuer. quæſt. quæſt. 99. num. 293. Guazzin. d. defen. 6. cap. 4. n. 53. & def. 12. cap. 1. n. 4. & n. 11.* vbi dat concordantes.

5 Subamplia primò d. ſecundam ampliationem, vt ad allegandam abſentiam, & petendum aſſignationem d. termini pro reo inquiſito abſente quilibet admittatur, etiam ſine mandato, ac etiam licet alias non poſſit eſſe procurator, vt puta ſi ſit minor, mulier, ſeruus, & ſimiles, vt not. *gloſ. in l. ſeruum quoque. 33. & ibi Odof. Alberic. Ang. ff. de procu. Iodoc. in pract. cap. 52. num. 2. & ſeq. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæſt. 80. num. 52. in fin. Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt. 34. num. 7.* plenè *Farin. de variar. ac diuer. quæſt. d. quæſt. 99. num. 233. & n. 284. & pluribus ſeq.* vbi ampliat hoc procedere in allegatione, etiam alterius impedimenti, puta infirmitatis, & ſimilibus, & alios dat concordantes *Coſta remed. ſubſid. 79 illat. 1. num. 2 & ſeq. Guazzin. defen. 12. cap. 1. num.* 8. vbi dicit, hanc ſubampliationem habere locum ſiuè abſentia, ſit voluntaria, ſeù neceſſaria, vt ibi per eum, *& Cartar. de execut. ſent. cap. bann. cap. fin num.* 266.

6 Subamplia ſecundò d. ſecundam ampliationem, adeò eſſe veram, vt ſtante d. allegatione abſentiæ, & petitionem d. termini ad inquiſitum perquirendum, certiorandumque, vt ſupra, & ad illum conducendum Iudex non ſolum debeat ſuperſedere, differendo proceſſum, & ſententiam, ſed ſi d. terminum non aſſignet procedendo adulteriora in cauſa proceſſus, aut eſt ipſe iure nullus, aut ſaltem ope reſtitutionis in integrum reſcindendus, vt voluerunt *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 34. in princ. & ibi Baiar. poſt princ. Coſta remed. ſubſid. 79. illat. 1. num.* 6. plenè *Farinac. de Inquiſ. quæſt. 11. num. 52. & de var. ac diu. quæſt. d. quæſt. 99. num. 292. & n. 294.* vbi quamplures adducit Doctorum authoritates, *Guazzin. d. defen. 12. cap. 1. num. 11.* alios pariter recenſens concordantes, *Cartar. de execut. ſent. c. fin. num. 213. & num. 266. & ſeq. et Odd. de reſtit. in integr. quæſt. 30. art. 1 num. 1. et ſeq.*

7 Declara d. ſecundam ſubampliationem, vt ad effectum impediendi ſabricationem proceſſus contra abſentem, & eò magis ad effectum reddendi nullum proceſſum ſabricatum contra eum, & ad effectum obtinendi reſtitutionem in integrum aduerſus ſententiam latam ex cauſa abſentiæ, non ſufficiat allegare cauſam abſentiæ, ſeù alterius impedimenti, ſeù eſt neceſſaria illius probatio, vt poſt *Alber. Ang. Caſtr. Innoc. Maria. Soc. Clar. & Menoch.* per eum relatos firmat *Farinac. de var. ac diuer. quæſt. d. quæſt 99. num.* 299. & ſentit *Guazzin. d. defen. 12. cap. 1. num.* 12.

8 Licèt contrariam opinionem nempè ad effectum obtinendi terminum ad perquirendum, certiorandum, & conducendum reum inquiſitum abſentem, ſufficere ſolam allegationem abſentiæ abſque illius probatione tenet *Baiar. ad Clar. in d. quæſt. 34. num.* 8. vbi dicit, ita ſeruari in practica, & non videtur diſſentire, *Farinac. d. quæſt. 99. num. 299. ver. imò ſecundum &c.* maximè adhibito iuramento, vt per eum ibi, & quod non ſit neceſſe probare d. abſentiam dicit pariter ſeruari in practica *Guazzin. dict. defen. 6. cap. 4 ſub nu.* 53. & ſolam oblationem probandi abſentiam ſufficere dicit, *Coſta d. remed. 79. illat. 1. num* 6.

9 Declara d. concluſionem principalem, vt pro ſingulo die ſint aſſignanda fideiuſſori de repræſentando, vel reo abſenti inquiſito viginti miliaria regulariter, & vltra ſi qualitas perſonæ, & loci id requirat, vt tradunt, *Menoch. de arbitr. caſu 2. num. 6. & ſeq. Baiar. ad Clar. d. quæſt. 34. nu. 2. & 3. & Guazzin. d. defen. 6. cap. 4. num.* 54. vbi dicit, eſſe detrahendos dies Paſcales, Natalis, Pentecoſtes, & poſſe ſtatui d. terminum etiam ſi iter faciendum ſit per mare communi vbi perpenſo, vt ibi per eum, & non diſſentit *Farinac. de var. ac diuer. quæſt. d. quæſt. 99. num. 293. in fin.* & ſcribit etiam *Coſta ad cap. 1. num. 43. de iudi.* & nouiſſimè *Antonell. de temp. legal. lib. 4. cap. 18. num. 1. & ſeq.*

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod fideiuſſor petenti terminum ad perquirendum reum, & certiorandum eſt aſſignandum adde *Nouar. quæſt. foren. 94. tom. 2. & Scialo. in prax. torq. reos. cap. 4 ſub num.* 30.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor de repræſentando condemnatus in pœnam ob non factam repræſentationem, admittitur ad ceſſionem bonorum.*

2 *Cum dicatur in d. caſu debitor fiſci ex contractu, num.* 2.

3 *Contrarium tenent quamplures, num.* 3.

4 *Debitor fiſci ex delicto non admittitur ad ceſſionem bonorum.*

5 *Neque debitor obligatus in forma Cameræ, num. 5. remiſſiuè.*

RESOLVTIO XI.

Fideiuſſor de repræſentando condemnatus in pœnam ob non factam repræſentationem an admittatur ad ceſſionem bonorum.

1 Fideiuſſor de repræſentando reum in iudicio condemnatus per Iudicem ad ſoluendam pœnam in cauſam fiſco ob non factam repræſentationẽ, & d. de cauſa carceratus, vt debitor fiſci ex contractu, ob non factam repræſentationem prædictam non autem ex delicto, vt infra dicetur, non habens in ære; non cogitur luere in corpore, ſeù admitti debet ad miſerabile beneficium ceſſionis bonorum, vt tradunt *Peguer. deciſ.* 68. *num.* 8. vbi dicit, ita in illo Senatu fuiſſe iudicatum, *Vinc. de Franch. deciſ* 507. *num.* 3. *& ſeq.* qui pariter teſtatur ſecundum d. concluſionem ſententiarum fuiſſe in Sacr. Conſilio *Cabal. reſol. crim. caſu* 77. *num.* 7. *cent.* 1. vbi dicit, hanc eſſe veram reſolutionem, *Guaz. de confiſ. bonor. concl.* 33. *ampl.* 68. *num.* 10. *& concl.* 31. *num.* 29. *& de caut. de non offend. quæſt.* 30. *num.* 2. benè comprobans *Adden. ad Theſaur. deciſ* 182. *littera B.* referendo ſe *ad Vinc. de Franch. vbi ſupra* dicentes, ita fuiſſe in ſimili cauſa in illo Senatu iudicatum, *& Scannarol. de viſit. carcer. lib.* 3. *§.* 9. *cap.* 5. *num.* 6. *P. Dian. in ſumm. in verb. ceſſion. bonor. n.* 8.

2 Fideiuſſor enim de repræſentando reum cõdemnatus in pœnam in cautione contentam ob non factam repræſentationem dicitur debitor fiſci ex contractu, vt poſt *Corn. Grat. Hercul. Baiar. Farinac. Bertaz.* & alios per eum relatos tradit *Guazzin. de caut. de non offend. quæſt.* 3. *num.* 25. vbi dicit hanc eſſe veritatem, & volunt *Doct. ſupra in concluſionem adducti* debitor verò fiſci ex contractu vtitur beneficio ceſſionis bonorum, vt voluerunt *Brun. de ceſſion. bonor. quæſt.* 9. 4. *quæſt. prin. n.* 5. *Ludou. deciſ. Peruſ.* 12. *num.* 4. *Farin. de delict. & pœn. quæſt.* 26. *num.* 2. *Cancer. var. reſ. par.* 2. *cap.* 9. *num.* 14. qui alios dant concordantes, *& Adden. ad Theſ. d. deciſ.* 182. *litt. B.* vbi dicunt, ita fuiſſe iudicatum, nec non alij *Doct. ſupra in princ. relati*, cum fiſcus vtatur iure communi, & non ſit priuilegiatus, niſi in caſibus a iure expreſſis latè *Peregr. de iure fiſci lib.* 6. *tit.* 1. *in princ.*

3 Contrariam tamen opinionem, debitorem fiſci ex contractu nõ poſſe cedere bonis tenuerunt *Guid. Pap. deciſ.* 221. *n.* 3. vbi dicit, quod ita ſeruatur in Curia Delphinali, quem ſequi videtur illum referendo *Hercul. de caut. de non offen. cap* 49. *in fin.* & ſecundum hanc opinionem eſſe practicandum, quando fideiuſſor cauet ſciens non eſſe ſoluendo dicit *Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt.* 95. *n.* 16. *Manſo. de cauſ. execut. lim.* 5. *nu.* 52. *& ſeq.* vbi concludit in practica ſeruari debitorem fiſci nõ admitti ad ceſſionem bonorum *Zachi. de oblig. cam. quæſt.* 19. *n.* 2. alios adducens concorcordantes, cum quibus pertranſit *Maſſin. de confiſc. bon. quæſt.* 40. *num.* 6. vbi refert duas literas Illuſtr. DD. Theſ. R.C. mandantes debitores Cameræ non admitti ad ceſſionem bonorum, dicens in poſterum illarum vigore, de hoc non eſſe dubitandum, addo ego in Statu Eccleſiaſtico, cum non tamen deſint Doct. volentes d. beneficium neque per Statutum, neque Principum auferri poſſe debitoribus ſinè cauſa, vt videre eſt *per Gurb. deciſ.* 41. *num.* 13. *& ſeq. & per Brun. de ceſſion. bonor. quæſt.* 20. *num.* 4.

4 Declara d. concluſionem, vt habeat locum in fideiuſſore debitore fiſci ex contractu, ſecus tamen eſt in debitore ex delicto, quia ille non admittitur ad ceſſionem bonorum, ſed in eo habet locum regula: Qui non habet in ære luat in corpore, vt not. *Ludou. d. deciſ. Peruſ.* 32. *num.* 3. *Clar. in pract. §. fin. quæſt.* 95. *num.* 5. vbi de communi *Peregr. de iure fiſc. lib.* 6. *tit.* 7. *num.* 37. *Vinc. de Franch. d. deciſ.* 507. *num.* 1. *Farinac. de delict. & pœn. d. quæſt.* 26. *num.* 3. *& ſeq. & Maſſin. de confiſc. bonor. d. quæſt.* 40. *num.* 2. qui alios dant concordantes, & dixi iterum infra in verb. *Multa reſol.* 1. *in fin.*

5 Debitor verò obligatus in forma Cameræ, ſi ſit carceratus, & petat admitti ad beneficium ceſſionis bonorum, an ſit audiendus, quia materia eſt ciuilis lectorem remitto *ad Zach. de oblig. camer. quæſt.* 15. *num.* 9. *& quæſt.* 19. *num.* 1. *& ſeq.* qui plures adducit pro vtraque parte authoritates, *& ad Altograd. conſ.* 42. *num.* 35. *& ſeq. lib.* 1. qui omninò ſentit pro negatiua, quam latè comprobat alijs allatis authoritatibus, & allegat pro dict. opinione *Bullam Greg. XIII.* incip. ad generis in *Bullar. vet. fol.* 3. & alteram *Clem.* 7. *Conſt.* 25. loquen. de obligationibus iuratis, vt ibi per eum.

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, debitorem fiſci ex delicto non admittit ad ceſſionem bonorum adde eundem *Peguer. de iur. fiſci lib.* 4. *tit.* 8. *nu.* 33. *& Farinac. in addit. ad quæſt.* 26 *de delict. & pœn. num.* 3. qui teſtatur de communi opinione.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor, qui promiſit reum repræſentare abſq; termino non tenetur ad pœnam ob non repræſentationem, niſi fuerit interpellatus.*

3 *Quod procedit etiam in fideiuſſore, qui promiſit reum repræſentare infra certum terminum, num.* 3.

Licèt contrarium teneant plures Doctores, numer. 4.

Ac etiam ſi ſit promiſſum repræſentare Toties & quoties, num. 5.

2 *Obligatus ad factum non dicitur in mora, niſi præcedente interpellatione.*

6 *Reus habilitatus ex carcere, vel palatio cum licentia limitata ad certum tempus, illo elapſo non incurrit pœnam, ſi non ſit interpellatus.*

RESO,

RESOLVTIO XII.

Fideiuſſor qui promiſit reum repræſentare abſque termino an teneatur ad pœnam ob non repræſentationem niſi fuerit interpellatus.

1 Fideiuſſor, qui promiſit aliquem repræſentare ſimpliciter, & ſinè aliqua termini expreſſione nõ tenetur ad pœnam conuentam in cautione ob non factam repræſentationem, niſi fuerit a Iudice requiſitus ad repræſentandum, & in mora conſtitutus, vt tradunt *Decian. conſ. 2. nu. 3.* benè comprobans *Gabr. conſ. 173. num. 16. lib. 2. Card. Mantic de tacit. lib. 16. tit. 20. num. 11. Pir. Maur. de fideiuſſ. par. 1. ſect. 2. cap. 3. num. 85. & ſeq. Franc. Becc. conſ. 105. num. 20. lib. 1. Vermigl. conſ. 314. num. 9.*

2 Obligatus enim ad factum non poteſt dici conſtitutus in mora, niſi præcedat interpellatio ad faciendum, vt tradunt *Doct. in l. magnam 12. C. de contrah. & commit. ſtipul. Dec. in d. conſ. 2. n. 3. 4. & ſeq. Franc. Becc. in d. conſ. 105. n. 20. Gabr. conſ. 139. num. 11. lib. 2.* benè *Cenc. de cenſ. quæſt. 106. num. 15. verſ. ſecundus caſus &c.* vbi alios dat concordantes, prout facit *Altograd. conſ. 21. num. 54. lib. 1.* benè comprobans; Pœnam autem ſinè mora non incurritur in terminis *Gabr. d. conſ. 173. n. 16. Card. Mantic. de tacit. lib. 14. tit. 34. num. 2. & 3. Balth. Thomaſ. in ſuis tract. var. tom. 2. de tutor. & curat. tit. 19. num. 1655. Rota apud Verall. deciſ. 131. in fin. par. 2.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum non ſolùm in fideiuſſore, qui promiſit aliquem repræſentare ſinè aliqua temporis adiectione, ſed etiam in fideiuſſore, qui promiſit reum repræſentare infra certum tempus ſub pœna, puta, infra menſem, quia pœnam non incurrit, niſi fuerit requiſitus, & interpellatus ad repræſentandum, cum d. promiſſio de repræſentando videatur habere in ſe conditionem, ſi & quando iuſſus fuerit præſentare, quia tunc incipit currere tempus menſis, vt voluerunt *Rolan. conſ. 58. num. 14. lib. 1.* vbi alios dat concordantes, & dicit, abſurdum eſſe dicere contrarium *Boſſ. in pract. in tit. de carc. fideiuſ. commit. num. 61. Moron. de treguas & pace, quæſt. 128. n. 3. Hercul. de caut. de non offen. cap. 23. num. 26. Gabr. conſ. 173. num. 5. & ſeq. lib. 2.* latè *Farinac. de carc. & carc. quæſt. 34. nu. 125. & ſeq.* vbi alios adducit concordantes quamplures, & teſtatur de magis communi Doct. opinione, quam tenuerunt etiam *Pir. Maur. de fideiuſ. par. 1 ſect. 2. cap. 3. n. 86. & n. 89 & ſeq.* vbi hanc dicit communem opinionem, *Bertaz. conſ. 550. num. 25. & 36. lib. 2 Card. Mant. de tacit. lib. 16. cap. 20. n. 13. Guaz. de ſen. 6 cap. 4. num. 21.* vbi dicit, terminum non incipere currere niſi a die interpellationis, & hanc ampliationem benè tuetur *Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt. 46. num. 52. Vermigl. conſ. 323. num. 6. Rota deciſ 11. num. 15. par. 2. diuer. Giouagn. conſ. 58. num. 6. par. 1. Antonel. de temp. legal. lib. 4. cap. 3. num. 5.*

4 Licèt contrariam opinionem, imò interpellationem in d. caſu non requiri tenuerint *Anton. Gomez var. reſol. tom. 3. cap 9. num. 9. Fachin. contr. iur. lib 9. cap. 77.* cum quibus pertranſire videtur *Oſaſc. deciſ. Pedem. 49. num. 6. et ſeq.* & illam ſequitur *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 4. quæſt. 3. num. 22. et ſeq.* vbi dicit, ſecùs eſſe, quando tempus eſſet incertum, vt ibi per eum, & hanc contrariam opinionem eſſe fortaſse veriorem in puncto iuris dicit *Farinac. in d. quæſt. 34. n. 133.* vbi refert quandam diſtinctionem deſumptam ex *Oſaſch. d. deciſ. 49.* cum qua videtur tranſire, ſubiungens, in Curia in d. cautionibus apponi verbum *etiam irrequiſitus*, vt ibi per eum.

5 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum etiam ſi ſit promiſſum repræſentare *Toties, et quoties* ad omne mandatum Iudicis, quia adhuc, vt pœna committatur, eſt neceſſaria interpellatio, & requiſitio, cum d. promiſſio intelligatur cum hac conditione, ſi requireretur, vt conſuluit *Gabr. d. conſ. 173. num. 5. et plur. ſeq. lib. 2.* cum quo pertranſit etiam *Pir. Maur. de fideiuſ. d. par. 1. ſect. 2. cap. 3. num. 93. et ſeq* vbi ampliat hoc habere locum, etiamſi fideiuſſor ſit obligatus in inſtrumento iurato, quarantigiato, & camerali obligatione vallato, vt ibi per eum quamplures adducentem Doctor. authoritates, *Antonel. d. cap. 3. num. 8. et ſeq.*

6 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in eo, qui fuit habilitatus ex carcere, vel Palatio cum licentia, etiam limitata ad certum tempus, qui condemnari non poteſt, ſi non redeat elapſo etiam tempore, niſi priùs monitus, & interpellatus fuerit ad redeundum, vt ſcripſerunt *gloſ. in cap. quoniam frequenter 5. §. porrò in ver. Canonibus et ibi Canoniſtæ, vt lite non conteſt. et Giouagnol. d. conſ. 58. n. 6 et 25. par. 1.* vbi alios dat concordantes, vix tamen illius intentionem comprobantes.

Quando verò liceat fideiuſſori, qui promiſit reum repræſentare ſimpliciter, vel infra certum tempus purgare moram ob non factam repræſentationem dixi latè infra in verbo *fideiuſſor, reſol. 4. per tot.*

ADDITIO.

N. 3. Vbi habetur, quod fideiuſſor, qui promiſit reum repræſentare intra certum tempus ſub pena illam non incurrit, niſi fuerit interpellatus ad repræſentandum adde *Nouar. de grauam. vaſſal. tom. 1. grauam. 402. & Ciaz. diſcep. 21. num. 22. tom. 2.* & poſt alios per eum relatos tenet *Scialo. in prax. torq. reos cap. 5. num. 57.* vbi teſtatur de vera opinione, niſi in fideiuſſione ſit dictum abſque aliqua requiſitione, vt ibi per eum, & quando quis dicatur in mora repræſentandi etiam reo mortuo vide *D. Deluca in Theatr. verit. & iuſt. tom. 8. de cred. & deb. diſcurſ. 94. num. 8. & ſeq.*

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor de repræſentando liberatur reo capto pro eadem cauſa.*

Quod habet locum etiam in fideiuſſore de tuto carcere, quando reus in ſtrictioribus carceribus reponitur, num. 2.

Etiamſi reus captus ex eadem cauſa poſtea aufugiat, num. 3.

Vel per Iudicem ex quacunque cauſa poſtea relaxetur, num. 4.

Ac etiam, ſi fideiuſſor promiſerit cum clauſula Toties, & quoties, *num. 5.*

Licet aliqui contrarium teneant, n. 6.

Quæ non habent locum, ſi reus capiatur pro diuerſa cauſa, num. 7.

Niſi tamen fideiuſſor proteſtetur, illum habere pro repræſentato, num. 8.

Contrarium tenent aliqui, num. 9.

RESOLVTIO XIII.

Fideiuſſor de repræſentando an liberetur reo capto.

1 Fideiuſſor de repræſentando reum remanet liberatus ab illius obligatione, quando reus, quem promiſit repræſentare, captus fuit a Iudice mediante eius Curia pro illa eadem cauſa, pro qua præſtita fuit cautio de repræſentando, vt tradunt *Afflict. deciſ. 130. per tot.* vbi dicit, ita vidiſſe pluriès in Sacro Conſilio iudicari *Thob. Non. conſ. 103. num. 8. Peguer. deciſ. 47. num. 2.* vbi dicit ita fuiſſe iudicatum *Farin. de carc. & carc. quæſt. 34. n. 92. & ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione, & dicit non inueniſſe contradictorem, *Surd. conſ. 345. num. 26. lib. 3. Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt. 46. n. 104. Cabal. reſ. crim. caſ. 47. num. 1. 2. & ſeq. cent. 1. Pir. Maur. de fideiuſ. par. 1. ſect. 2. cap. 3. num. 31. Guazzin. defenſ. 6. cap. 4. num. 26. & Vermigliol. conſ. 315. in princ.* vbi alios dat concordantes.

Quando enim Iudex relaxat reum carceratum accepto fideiuſſore, illum fideiuſſoris cuſtodiæ committere videtur *l. 1. ff. de cuſt. reor.* vnde, dum poſtea illum in carcerem conijcit, cuſtodiæ fideiuſſoris dicitur renunciare, & ideò non mirum, ſi fideiuſſor ab illius cuſtodia liberatur, vt not. *Farin. in d. q. 34. num. 92. Vermigl. d. conſ. 315. num. 5. & alij Doct. ſupra adducti*, maximè cum non referat, an reus repræſentetur per fideiuſſorem, vel per Iudicem, vt tradunt *Farin. & Vermigl. in d. locis.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locũ etiam in fideiuſſore de tuto carcere, quia ſi reus, pro quo promiſit, ad arctiores carceres per Iudicem reuocetur fideiuſſor liberatur, vt ſcripſerunt *Rimin. Iun. conſ. 738. per tot. lib. 7. & Menoch. conſ. 311. num. 29. & ſeq. lib. 3.* quos referunt, & ſequuntur *Farin. in d. quæſt. 34. num. 29. verſ. addo &c.* vbi quærit, quid ſi reus ad latiores carceres transducatur remiſſiuè, & *Verm. d. conſ. 315. in prin.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, adeò eſſe verã vt ſi reus captus per Curiam, vt ſupra ex eadem cauſa ex carceribus poſtea aufugiat, fideiuſſor ſit liberatus, ita vt ad illius repræſentationem amplius non teneatur, vt tradunt *Io: Andr. Bal. Alex. Angel. Roman. Nell. Marſil. Afflict. Foller. Boſſ. Rimin. Iun. Ant. Gomez Ciril. Mando. Thob. Non Caual. & Franc. Marc.* quos refert, & ſequitur *Farinac. de carc. & carc. d. quæſt. 34. num. 93.* vbi teſtatur de communi opinione, *Guazz. d. deſ. 6. cap. 4. num. 26. Vermigl. d. conſ. 315. nu. 2.* & alij Doct. in principali concluſione ſupra adducti.

4 Subamplia d. ſecundam ampliationem, vt habeat locum non ſolùm, quando reus captus per Curiam poſtea aufugit ex carcere, ſed etiam quando ille fuit ex quacunque cauſa à carceribus per Iudicem relaxatus, quia tunc fideiuſſor illum repræſentare amplius non tenetur, vt docent *Peguer. d. deciſ. 47. num. 1. Cabal. d. caſ. 47. num. 6. Guazz. d. defen. 6. cap. 4. num. 26. verſ. idemque erit &c. & Vermigl. d. conſ. 315. num. 2. & 5.*

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum etiam ſi fideiuſſor promiſerit reum repræſentare cum clauſula *Toties, & quoties*, quia adhuc, ſi reus captus per Iudicem pro eadem cauſa poſtea aufugiat, fideiuſſor eſt liberatus, ita vt ad illum repræſentandum ampliùs non teneatur, cum tunc aufugiendo reos dicatur committere nouum delictũ ex facto Iudicis illum capientis, quod fideiuſſori nocere non debet, vt voluerunt *Afflict. d. deciſ. 130. per tot.* vbi dicit ita bis in Sacr. Conſilio fuiſſe iudicatum, *Thob. Non. d. conſ. 103. num. 9. & 10. Gabr. conſ. 181. num. 15. lib. 1. Peguer. d. deciſ. 47. in fin.* vbi dicit, ita in illo Senatu fuiſſe iudicatum, & teſtatur de veriori opinione, *Farinac. de carc. & carc. d. quæſt. 34. num. 94. & ſeq.* vbi relatis, & examinatis opinionibus, hanc opinionem dicit, eſſe ſequendam, vti æquiorem in iudicando, & conſulendo, maximè, quando reus aufugiſſet ex culpa Iudicis, vt ibi per eum, cum quibus pertranſeunt *Pir. Maur. de fideiuſſ. d. par. 1. ſect. 2. cap. 3. num. 33. & Vermigl. d. conſ. 315. num. 4.* vbi teſtatur hanc eſſe veriorem, & magis communem Doctorum opinione, cum quibus concordat *Ant. de Bal. tract. crim. lib. 4. quæſt. 4. num. 30.*

6 Quicquid contrarium tenuerint *Lucas de Penna, Angel. Nell. Marſil. & Boſſ. in loc. relatis per Farinac. in d. quæſt. 34. num. 94.* contra quos adeſt verior, & magis communis Doctorum opinio de qua ſupra.

7 Limita d. concluſionem, vt habeat locum quando reus captus fuit per Curiam de Iudicis mandato pro eadem cauſa, pro qua præſtita fuit fideiuſſio, ſecùs tamen eſt, ſi ille captus fuerit pro diuerſa cauſa, quia tunc fideiuſſor non liberatur, etiamſi reus aufugerit, vt voluerunt *Afflict. d. deciſ. 130. num. 5. Foller. in pract. crim. in fragm. n. 257. verſ. At ſecus &c. Ant. Gomez var. reſ. tom. 3. cap. 9. n. 9. in fin. verſ Si vero talis reus &c. Farinac. de carc. & carc. d. quæſt. 34. num. 98.* vbi alios dat concordantes *Cabal. reſol. crim. d. caſu 47. num. 4. Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt. 46. num. 104. & Guazzin. d. defen. 6. cap. 4. num. 27. & ſeq.* vbi dicit, in dubio præſumendum eſſe Iudicem reum requiſiuiſſe pro eadem cauſa, vt ibi per eum.

8 Sublimita d. limitationem, vt non habeat locum quando fideiuſſor reo capto pro alia cauſa addit Iudicem, & proteſtatur, quod habet reum pro repræ-

repræſentato, & ideò quod non vult amplius ſtare in obligatione, quia tunc ipſe remanet liberatus etiam quod reus carceratus aufugiat, vt adnotarunt *Afflict. d. deciſ. 130. num. 5. & 6. Ant. Gomez var. reſol. d. cap. 9. num. 9. in fin.* vbi dicit, hoc eſſe notandum in practica *Thob. Non. d. conſ. 103. n. 10. Surd. d. conſ. 345. num. 26. lib. 3. Caball. d. caſu 47. n. 4. Baiar. ad Clar. in d. quæſt. 46. nu. 104.* vbi dicit, quod d. proteſtatio non ſuffragaretur, quando captura facta fuiſſet per alium iudicem, *Guazz. d. defen. 6. cap. 4. nu. 30. & Vermigl. d. conſ. 315. num. 3.* quam ſublimitationem communem dicit *Farin. de carc. & carcer. d. quæſt. 34. num. 99. & ſeq.*

9 Licèt contrarium teneat per plures rationes per eum adductas, maximè ſtante cautione præſtita cum clauſula *Toties, et quoties*, *Farinac. in d. quæſt. 34. num. 101. et 102.* vbi aliquos Doctores cum eo ſentientes lucidat, vt ibi per eum eſt videre.

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod fideiuſſor de repræſentando reũ liberatur ſi reus captus fuit de mandato iudicis pro eadem cauſa adde *Scialo. in pract. torq. reos cap. 5. nu. 51.* etiam ſtante clauſula *Toties, & quoties* adducentem in cæteros *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 4. cap. 4. num. 30.* & dixi *infra num. 5.*

N. 2. Vbi habetur, quod fideiuſſor de tuto carcere liberatur ſi reus per iudicem reducatur ad ſtrictiorem carcerem adde *Scialo in prax. torq. reos cap. 5. num. 50.* vbi loquitur in eo, qui retinetur ſub fideiuſſione de non diſcendendo ex aliqua domo.

Adde iterum ſupradictis præcipuè ad ornatum *Reſol. 2.* in qua quæritur, an fideiuſſor de repræſentando liberetur per mortem rei, notata per *Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Deluca nunc Auditorem Sanctiſs. D. N. eius Theat. verit. & iuſt. tom. 8. in tit. de credit. & debito diſcur. 94. nu. 8. & ſeq.* vbi benè declarat quando fideiuſſor per mortem rei ſit liberatus, videas ibi per eum.

CONFESSIO.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio facta in tortura, et per reum reuocata facit contra eum nouum indicium ad torturam, ita vt poſſit ſecunda vice torqueri.*

Et ſi ſecunda vice confiteatur, et confeſſionem reuocet poteſt tertio torqueri, num. 2.

Quod procedit quando indicia ſunt ſatis grauia, aliter ſecùs, num. 3.

Non poteſt tamen vltra tertiam vicem torqueri, num. 4.

Declara, vt num. 5.

Si tamen ſecundam torturam ſubſtinuit eſt abſoluendus, num. 6.

Si verò reuocet confeſſionem ex cauſa erroris non vlterius torquendus, num. 7.

Et ſi confeſſionem reuocatam poſtea confirmet valebit confeſſio, num. 8.

Contra tamen reum confitentem, & reuocantem confeſſionẽ intrat pœna extraordinaria, n. 10.

9 *Reus confitens delictum in tortura, & poſtea reuocans confeſſionem, eſt condemnandus ſtante Statuto, quod habeatur pro confeſſo, num. 9.*

RESOLVTIO I.

Confeſſio facta in tortura, & per eum reuocata an faciat contra eum nouum inditium ad torturam.

1 COnfeſſio facta in tortura per reum, ſi dum ipſe ductus fuit ad illam ratificandam extra tormenta per eum reuocetur, aſſerendo illam non fuiſſe veram, ſed factam fuiſſe dolore tormentorum, facit contra illum nouum indicium ad torturam, itaut poſſit ex illa iterum torqueri ad perſeuerandum in confeſſione iam facta, vt tradunt *Boſſ. in pract. in tit. de tortur. num. 43.* vbi teſtatur de communi opinione, & dicit, quod ita quotidie practicatur *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 21. ver. vlterius quæro in fin. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 13. num. 27.* latè comprobans *Cartar. in pract. inter reo. lib. 4. cap. 1. nu. 157. & ſeq. Farina. de indit. & tort. quæſt. 38. num. 91. & ſeq.* vbi hanc concluſionem dicit eſſe per Doctores magis communiter receptam, & in practica ſeruandam, *Guazzin. defen. 30. cap. 24. nu. 3. & ſeq.* cum quibus pertranſeunt *Caren. de Offic. S. Inquiſ. part. 3. tit. 10. num. 108. Ambroſ. in proc. infor. lib. 4. cap. 5. num. 12.* vbi dicit, ita ſeruari in praxi, *Ant. de Ball. trac. cri. lib. 2. quæſt. 16. num. 1. & ſeq. & P. Laym. in Theol. moral. lib. 3. tract. 6. cap. 1. num. 10.*

Ex d. enim rei variatione ex confeſſione, & negatione reſultante naſcitur nouum indicium, ex quo poteſt deueniri contra reum ad nouam torturam, vt probant *Boſſ. in d. tit. de tortur. nu. 43. Farinac d. quæſt. 38. num. 91.* vbi aliam adducit rationem, *Ant. de Ball. d. quæſt 16. in prin. P. Laym. d. nu. 10.* vbi aliam adducit rationem, *& alij Doct. ſupra adducti.*

2 Amplia primò d. concluſionem, quo ſi reus ſecunda vice tortus iterum confiteatur, & ductus ſequenti die ad ratificandam confeſſionem, ſecunda etiam vice illam reuocet, poteſt ob d. nouam negationem alia vice, & ſic tertiò torqueri, & de integro quæſtio haberi, vt adnotarunt *Ant. Gomez var. reſol. d. tom. 3. cap 13. nu. 27. Clar. in pract. §. fin. q. 21. ver. vlterius quæro &c. in fin. Cartar. in pract. inter reo. lib. 4. cap. 1. num. 160. Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 38. num. 96.* vbi teſtatur de communi opinione, *Guazz. defen. 30. cap. 24. num. 4.* qui alios dat concordantes, *Ambroſ. in proc. inform. lib. 4. cap. 5. num. 14. Caren. d. tit. 10. num. 108. & P. Layman. d. cap. 5. num. 10.*

3 Declara primò d. primam ampliationem, vt habeat locum, quando indicia aderant ſatis grauia, & vrgentia, ſecùs tamen eſt ſi illa erant ordinaria, & non multum vrgentia, quia tunc ſi reus ſecunda vice tortus iterum fateatur delictum, & ductus ad ratificandum iterum reuocet confeſſionem non debet tertia vice torqueri, quia ſecunda non ratificatio,

catio, non inducit indicium diuerſi generis a primò vt voluerunt, *Marſil, Gram Carer, Boer, Simanc. & Pegn.* quos refert, & ſequitur *Cartar. in pract. inter reo, d. lib. 4. cap. 1. num. 16.* vbi hanc declarationem benè comprobat, & dicit, contrarium tacere eſſe nimis crudele, & idem vult *Farinac. de indic. & tort. d. quaſt. 38. num. 99.* nec non *Guazz. d. defen. 30. cap. 24. num. 6.*

4 Declara ſecundò d. primam ampliationem, vt ſi reus tertia vice tortus tertiò fateatur, & ductus ad ratificandam confeſſionem, tertia vice illam reuocet, non ſit vlterius torquendus, & ſic ratione infinitatis vitandæ non ſit torquendus vltra tertiam vicem, ſed ſit abſoluendus ex hactenus deductis, vel totius ſit relaxandus ſub fideiuſſione de ſe repræſentando, prout docent *Boſſi. in pract. in tit. de tortur. nu. 44. Ant. Gomez var. reſol. d. tom. 3. cap. 13. num. 27.* benè comprobans, *Clar. in pract. §. fin. d. q. 21. ver. vlterius quæro &c. in fin. Cartar. in pract. inter reo. d. lib. 4. cap. 1. num. 160. Farinac. de indic. & tortur. d. quaſt. 38. num. 96* vbi alios dat concordantes quamplures; *Guazz. d. defen. 30. cap. 24. n. 4. & Ant. de Ball. tract. crim. lib. 2. quaſt. 16. num. 8.* vbi refert de quodam reo, qui in Regno decies confeſſus fuit, & decies confeſſionem reuocauit, & totidem vicibus fuit tortus, vt ibi per eum *P. Laym. d. cap. 5. num. 10.*

5 Limita tamen d. ſecundam declarationem, vt non habeat locum, quando prima indicia contra rem erant vrgentiſſima itaut Index ex illis poterat eû, etiam non ſuperueniente noua confeſſione vſque ad tertiam vicem torquere, quia tunc ſi reus in tertia tortura delictum fateatur, & ductus ad ratificandam confeſſionem illam reuocet, poteſt ex d. nouo indicio ſuperueniente quarta vice torqueri, vt ratificet ne indicium variationis impunitum remaneat, vt tradunt *Cartar. in d. lib. 4. cap. 1. nu. 167. ver. tertiò ſi indicia, &c. & Farinac. in d. quaſt. 38. num. 97.* vbi alios adducit ita ſentientes, & dicit d. caſum rarò contingere poſſe, & id niſi a carnificibus exequi poſſe, vt dicit etiam *Boſſi. in pract. in d. tit. de tort. n. 44* eum quibus pertranſeunt *Ambroſ. in proc. infor. d. lib. 4. cap. 5. num. 16.* vbi dicit, hoc non eſſe ſeruandum, niſi in caſu atrociſſimo, & in homine nequiſſimo. *Guazzin. d. defen. 30. cap. 24. n. 5.* idem ſuadens, *& P. Laym. d. cap. 5. n. 10. in fin.*

6 Limita d. primam ampliationem, vt non habeat locum, quando reus ſecunda vice tortus, perſiſtit in tortura, & illam ſuſtinuit negatiuus, quia tunc indicium ex præcedenti confeſsione ortum dicitur purgatum, ita vt amplius torqueri non poſsit, ſed ſit dimittendus, vt tradunt *Iodoc. in pract. cap. 38. ſub num. 12. Farinac. de indic. & tortur. d. quaſt. 38. num. 92. & Guazzin. d. defen. 30. cap. 24. num. 3.* vbi dicunt, prædicta non habere locum, quando contra reû extarent grauia indicia, ex quibus bis torqueri potuiſſet, & ipſe in prima tortura fuiſſe leuiter tortus, quia tunc licet in ſecunda tortura ſuiſſet negatiuus, adhuc tamen tortura contra eum repeti poteſt vſque ad tertiam vicem, vt ibi per eos benè declarantes.

7 Declara primò d. concluſionem, vt habeat locû, quando reus ductus ad ratificandum recolat ratificare confeſsionem factam in tortura, eo quia delictum non commiſit, ſecùs tamen eſt quando dicit, illud per errorem falſum fuiſſe, & quod intendit d. errorem probare cauſas aliquas erroris adducendo, quia tunc non poteſt contra eum repeti tortura, ſed reus confitens ponendus eſt ad largam, aſſignato ei termino competenti ad probandum errorem allegatum, vt docent *Foller. in prac. in ver. & ſi confitebuntur num. 84.* vbi alios adducens ita ſentientes, *Farinac. de indic. & tortur. d. quaſt. 38. num. 100. & ſeq.* vbi dicit, quod ſi errorem non probauit, proſequetur contra eum tortura, & *Guazz. d. defen. 30. cap. 24. num. 7.*

8 Declara ſecundò d. concluſionem, quod ſi reus ductus ad ratificandum ſuam confeſſionem, iterum eam reuocauerit, & ex poſt iterum examinatus confeſſionem in tortura emanatam ſponte confirmauerit, valebit confeſſio non obſtante reuocatione, vt poſt *Cancer in quaſt. crim. cap. 2. quaſt. 1. num. 66.* per eum relatû tradit *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 2. tit. 10. num. 175.* & not. etiam *Farinac. de indic. & tort. d. quaſt. 38. num. 96. in princ.*

9 Declara tertiò d. concluſionem, vna cum ſecunda declaratione, de qua ſupra *num. 4.* vt non habeat locum ſtante Decreto, vel Statuto, quod reus confitens in tortura, & reuocans confeſſionem, maximè per tertiam vicem, habeatur pro confeſſo, prout adeſt in Regno Siciliæ, quia tunc d. reus venit condemnandus, vt tradunt *Guazz. d. defen. 30. cap. 24. num. 4.* vbi tenet, d. Statutum non comprehendere fautores, auxiliatores, & ſimiles *Giurba conſ. 58. num. 26. & Ant. de Ball. tract. crim. d. lib. 2. quaſt. 16. nu. 4. & ſeq.* vbi tractant an ſtante d. confeſſione ficta, inducta a Statuto, ſit locus pœnæ ordinariæ, nec ne, vt ibi per eos.

10 Declara poſtremò d. concluſionem, vna cùm declarationibus ſequen. quod quando indicia contra reum exiſtentia ſunt grauia, & vrgentia, & reus ferè euaſit torturam ſtatim in ea eleuatus confitendo delictum, & poſtea confeſſionem reuocando, vt ſupra, vt d. reus ne indicia grauia ferè impurgata remaneant ſit condemnandus in aliquam pœnam extraordinariam iuxta delicti, & indiciorum qualitatem, vt voluerunt *Cabell. reſol. crim. caſu 288. num. 24. cent. 3.* qui tamen loquitur, quando reus torturam ſuſtinuit, & clarius *Guazzin. d. defen. 30. cap. 24. in fin.* & in fortioribus terminis *Afflic. in Conſtit. ſi damna clandeſtina num. 44. ver. ſed ſi perſeueret &c* quem refert, ſed non ſequitur *Farinac. d. quaſt. 38. nu 95.* cui opinioni libenter adhærerem ad occurrendum malitijs effugiendi torturam in damnum fiſci, & Reipub. quorum intereſt delicta non remanere impunita, maximè quando delictû eſſet graue, & indicia eſſent vrgentia, vt ſupra.

ADDITIO.

N. 1. Vbi habetur, quod confeſſio facta in tortura ſi reuocetur a reo facit contra eum nouum indicium ad torturam, itaut poſsit ſecunda vice torqueri adde *Scialo. in*

in prax. torq. reos cap. 11. *nu.* 14. vbi plura poſſit ad hanc materiam facientia.

N. 5. Vbi habetur, quod reus reuocando ſuam confeſſionem ad euitandam infinitatem non poteſt vltra tres vices torqueri, ſed eſt abſoluendus adde *Scialo. in prax. torq. reos d. cap.* 11. *num.* 15. vbi alios dat concordantes.

N. 6. Vbi habetur, quod ſi reus confeſſus in tortura delictum, & in ſecunda tortura ſit negatiuus non poteſt vlterius torqueri, niſi inditia ſint vrgentiſſima adde *Scialo. in d. prax. torq. reos d. cap.* 11. *num.* 16.

N. 7. Vbi habetur, quod confeſſio rei facta in tortura ſi reuocetur vti facta per errorem, & non metu tormentorum non facit nouum inditium ad torturam, ſed eſt ei aſſignandus terminus ad docendum de errore ſi petatur adde *Boſſi. in pract. in tit. de tortur. num.* 49. *& Scialo. in pract. torq. reos d. cap.* 11. *num.* 14. *in fin.*

N. 10. Vbi habetur, quod reus ter tortus, & in tortura confeſſus ſi ſemper in ratificatione viget, licet non poſſit vlterius torqueri, ſi inditia ſint grauia puniri debet pœna extraordinaria adde *Ant. de Ball. tract. crim. lib.* 2. *quaſt.* 16. *& Sanfelic. deciſ.* 252. quos refert, & ſequitur *Scialo. in prax. torq. reos cap.* 11. *num.* 15. *in fin.* nec non ſentire videtur *Zuffi. de legit. proc. crim. lib.* 3. *cap.* 190. *in princ.* licet contrarium teneat, quando reus ſemel eſt confeſſus, & ſemel noluit ratificare.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio extorta a reo in tortura non præcedentibus legitimis indicijs non valet, & confitenti non præiudicat.*

Etiam ſi d. confeſſio ſit ratificata, & geminata, num. 3.

Licèt contrariam teneant aliqui Doct. num. 4.

Ac etiamſi agatur de crimine excepto, & atrociſſimo, num. 5.

Ita vt d. confeſſio non validetur per indicia ſuperuenientia, num. 6.

Neque noceat alijs nominatis in ea, num. 7.

Et d. confeſſio eſt nulla cum omnibus inde ſequutis, num. 8.

Etiamſi illa ſit verificata per oculorum inſpectionem, num. 9.

Quæ confeſſio neque facit indicium contra confitentem, num. 10.

Quod tamen non procedit in publicis latronibus, & graſſatoribus viarum, num. 12.

2 *Indicia debet præcedere torturam ita vt ſinè illis tortura non inferatur.*

11 *Confeſſio extorta ſinè legitimis inditijs nocet, etiã quãdo eſt facta nõ in tortura, ſed metu tormẽtorũ.*

Quando autem dicatur facta metu tormentorum, num. 13. *remiſſiuè.*

14 *Confeſſio facta in tormento quod inferri non poterat, vel non poterat repeti, vel in tortura exceſſiua eſt nulla.*

RESOLVTIO II.

Confeſſio extorta a reo in tortura non præcedentibus legitimis inditijs an valeat, & reo præiudicet.

1 Confeſſio extorta a reo per Iudicem in tortura non præcedentibus indicijs, vel cum indicijs non legitimis nihil valet, & confitenti non præiudicat ad tex. *in l.* 1 *§. diuus ſeuerus ff. de quaſt.* & tradunt *Maſcar. de prob concl.* 1392. *num.* 5. *lib.* 3. *Clar. in pract. §. fin. quaſt* 55. *num.* 13. vbi teſtatur de communi opinione, *Vulpel. conſ.* 21. *nu.* 6. plenè *Farinac. de reo confeſ. & conui. quaſt.* 83. *num.* 1. *& ſeq.* vbi alios dat concordantes, & dicit d. concluſionem habere locum, etiam ſi Iudex habeat liberum arbitrium, *& conſ.* 16. *num.* 20. *& ſeq. lib.* 1. *Adden. ad Farinac. conſ.* 19. *litera A.* qui pariter teſtatur de communi opinione *d. lib.* 1. *Guazzi. defen.* 32 *cap.* 31. *in prin. Caren. de Offic. S. Inquiſ. par.* 3 *tit.* 10. *num.* 12. *Giouagn. conſ.* 28. *num.* 30. *lib.* 1. *Ant. de Ball. tract crim. lib.* 1. *quaſt.* 4. *nu.* 1. *&* 2. qui dicunt, d. concluſionem habere locum, etiam ſi d. confeſſio ſit iurata, *& Capic. Latro deciſ.* 161. *num.* 15. *par* 2. nec non *P. Laym in theol. moral. lib.* 3. *tract.* 6. *cap.* 5. *num.* 6. *Butiglier. de ſucceſ. theore.* 44 *num.* 23.

2 Indicia enim debent præcedere torturam, ita vt ſinè illis tortura inferri non poſſit *l.* 1. *in prin. & §. Diuus ſeuerus ff. de quæſt. l. milites* 8. *§.* 1. *C. eod tit.* & tradunt *Clar. in pract. §. fin. quaſt.* 64. *ver. dixi etiam &c. Faria. de indic. & tort. quaſt* 37. *in prin. Guazz. defen.* 30. *cap.* 4. *nu.* 3. *Ant. de Ball. d. quaſt.* 4. *in prin.* & incipere a tortura nefas ſit *d. l.* 1. *ff. de quaſt.* & exclamant vbique Doct. vt teſtatur *Carena d. par.* 3. *tit.* 10. *num.* 8.

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiamſi d. confeſſio ſit per reum confitentem ratificata, & geminata, quia adhuc confitenti non præiudicat, vt voluerunt *Ant. Gomez var. reſol. tom.* 3. *cap.* 13. *num.* 25. vbi dicit, hanc eſſe veram, & communem opinionem, & ab ea non eſſe in iudicando, & conſulendo recedendũ, *Clar. in pract. §. fin. quaſt.* 55. *ver. ſi verò confeſſio &c.* vbi teſtatur de magis communi Doct. opinione *Vulpell. conſ.* 34. *num.* 2. *Hond. conſ.* 108 *num.* 33. *& ſeq. lib.* 1. vbi pariter de magis communi, & practicata opinione fidem facit, latè *Farinac. de indic. & tort. quaſt.* 37. *n.* 110. *& de reo confeſſ & conuin. d. quaſt.* 83. *num.* 9. vbi innumeras ferè adducit Doct. authoritates, *& conſ.* 19. *num* 2. *& ibi Adden. litera C. & conſ.* 99. *nu.* 56. *lib.* 1. quam opinionem tenuerunt etiam *Guazzin. d. defen.* 32. *c.* 31. *n.* 14. vbi illam latè comprobat, & dicit, illam habere locum, etiam ſi reus millies illam ratificauerit, & tam in ratificatione tacita, quam expreſſa, & etiam quando tortura fuit repetita in caſu a iure non permiſſo, vt ibi per eum *Carena de Ofic. S. Inquiſ. d. par.* 3. *tit.* 10. *num.* 12. *Ant. de Ball. tract. crim. d. lib.* 1. *quaſt.* 4. *num.* 2. *& ſeq.* vbi loquitur, tàm in ratificatione tacita, quàm expreſſa, dicens contrarium tenentes fuiſſe deceptos, & teſtatur de magis communi Doct. opinione, *Capic. Latro d. deciſ.* 161. *num.* 15. *par.* 2. *Butiglier. d. theorem.* 44. *num.* 23.

4 Quicquid contrariũ, quod imò confeſſio extorta per torturam ſinè legitimis indicijs operetur effectum ſuum, quando eſt ratificata voluerint *Bald. in l. vni. nu.* 18. *C. de confeſſ. Pute. de Synd. in ver. Tortura cap.* 9. *num.* 2. *& ſeq. & in ver. Tortus cap.* 1. *nu.* 40. *in fin. & cap.* 6. *ſub nu.* 2. & alij relati *per Farin. in d. quaſt.* 83. *n.* 10. *& per Ant. de Ball. d. q.* 4. *nu.* 3 *&*

contra

contra quos adeſt verior, & magis communis Doct. opinio, de qua ſupra.

5 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in criminalibus exceptis, & atrociſſimis, etiam læſæ Maieſtatis Diuinæ, humanæ, in quibus confeſſio extorta per torturam ſinè legitimis indicijs confitenti non præiudicat, vt not. *Rolan.conſ.3.n.55.& cõſ 12.n.94.lib.3.Farin.de indic. & tor d.q.37.n.79.& ſeq.& de reo.confeſ.& conui. d.q.83.n.6.Hond.d.conſ.108.n.36.& ſeq. Adden. ad Farin.d.conſ.19 litt.A.lib.1.Guazz.d.defen.32.c.31. num.1.ver.quamuis ageretur &c.& Caren.de Offic. S. Inquiſ.d.par.3.tit.10.num.11.*qui alios adducunt ſectatores, *Ant. de Ball.tract.crim.d.quaſt.4.nu.14.* limitans ampliationem, non habere locum, quando in d. criminibus atrocibus concurrunt indicia leuiora, vt ibi per eum.

6 Amplia tertiò d. concluſionem, vt confeſſio extorta non præcedentibus legitimis indicijs non validetur per indicia poſtea ſuperuenientia ex regula: Quod ab initio non valet tractu temporis non conualeſcit ad tex. *in l.quod ab initio 30.& l.pen. ff.de reg.iur.cum ſimil.*& tradunt *Clar.in pract.in d. quaſt.55.ver.ſi verò confeſſio, &c. & quaſt.64.ver. dixi etiam &c.* vbi teſtatur de communi opinione *Maſcar.de prob. d. concl.1392.num.6. Hond.d.conſ. 108.num.35.* qui pariter teſtatur de communi opinione, plenè *Farinac.de reo confeſ.& conu.d.quaſt. 83.num.4.* alios referens, ita ſentientes quamplures, *& conſ.99. num.72.* vbi dicit d. confeſſionem neque validari per adminicula *lib.1.Guazzi.d.defen.32.cap.31.num.5.* vbi dicunt, ampliationem eſſe veram etiamſi ſuperueniat indicium confeſſionis extraiudicialis factæ ante torturam illatam, vt ibi per eos, *Adden.ad Farin.conſ.55. litera B.lib 1. Caren.de Offic.S.Inquiſ.d par 3.tit.10.nu.12.& Ant. de Ball.d.lib 1.quaſt.4.num.2.Buttiglier. d theorem. 44.num.23.* & dixi infra latiùs *Reſol.10. per tot.*

7 Amplia quartò d. concluſionem, vt confeſſio extorta ſinè indicijs per torturam, vt ſupra, non ſolùm non noceat ipſi confitenti, ſed neque noceat alijs nominatis, vt ſcripſerunt *Gram.conſ.17.nu.6. Maſcar. de prob. concl.353. num. 6. lib 1. Baiar.ad Clar. § fin.quaſt.55.numer.33. Farinac. de reo conſ. & conu.d.quaſt.83.num.8.& conſ.19.num.2.& ibi Adden. litera B.& conſ.55.num.13.* vbi teſtatur de communi opinione *lib.1.& Guazz.d.defen.32.cap. 31.num.9.* vbi alios dat concordantes.

8 Amplia quintò d. concluſionem, vt non ſolùm confeſſio extorta ſine legitimis indicijs per torturam ſit nulla, ſed etiam ſint nulla ipſo iure omnia inde ſequuta, vt voluerunt *Bertaz.conſ.4. num.52. lib.1.& conſ.341.num.42.lib.2.Hond.d.conſ.108.nu. 32.lib.1.Farinac.de reo confeſ.& conu. d quaſt.83. num.14.& Guazz. d.defen.32.cap.31.num.10.* vbi alios adducit ita ſentientes.

9 Amplia ſextò d.concluſionem, vt habeat locum, etiam ſi d. confeſſio extorta per torturam non præcedẽtibus legitimis indicijs ſit verificata per oculorum inſpectionem, vt puta ſi quis confeſſus ſit, occidiſſe hominem tribus vulneribus, & illum ſepiliuiſſe in horto, quia ſi reperiatur in d.loco cadauer cum d. vulneribus, adhuc d. confeſſio non eſt ſufficiens ad illum condemnandum, vt tradunt *Bertaz.conſ.8.num.51.& conſ 40.num.6. & conſ. 162. num.6.lib.1.& conſ.341. num.21.& conſ.449.nu.6. lib.2.* quem referendo ſequitur *Farinac.de reo confeſ.& conui. d.quaſt.83.num.11. et ſeq.* vbi dicit taliter confeſſus eſſe abſoluendum, & contra eum alium proceſſum formari poſſe coràm alio Iudice, coram quo ſi confiteatur poſſe condemnari, & ſi negaret, dicit in pace illum eſſe dimittendum iuxta declarata per eum *ibi nu.20.* quòd admittit etiã *Guazz* qui d.ampliationem ſequitur *in d.defen.32. cap.31.num.6.* reo tamen poſito in ſua libertate, vt ibi per eum, idem *Farin. d.conſ.99. num.62.lib.1.*

10 Amplia ſeptimò d.cõcluſionem, vt confeſſio extorta per Iudicem mediante tortura ſinè legitimis indicijs adeò ſit nulla, vt neque illa faciat indicium contra confitentem, ita vt confitens ex illa non poſſit ampliùs torqueri, vt tradunt *Bertaz.conſ.39. num.10.lib.1.Hond d.conſ.108.num.34.lib.1.& Farinac. de reo confeſ.& conui. d.quaſt.83.num.15.& ſeq.* vbi hanc ampliationem benè comprobat, & dicit illam non habere locum, quando confeſſio fuit extorta non per torturam, ſed per ſolùm metum *ex Boſſi.* quem allegat, quia tunc dicit, d. confeſſionem facere nouum indicium ſufficiens ad torturam, vt ibi per eum, qui idem ſcripſit *in eadem quaſt. 83. num. 66.*

11 Amplia octauò d. concluſionem, vt habeat locum non ſolùm in confeſſione extorta non *præcedentibus* legitimis indicijs per ipſam torturam, ſed etiam in confeſſione extorta metu tormentorum, cum illa æquiparetur confeſſioni factæ in tormentis ad tex. *in l.1.§.ſi quis vltro, et ibi gloſ.ff.de quaſt.* & docent *Boſſi.in pract.in tit.de tortur.num.3.& 22. in fin.Maſcar.de prob.concl.353. num. 14.lib. 1.Rolan.conſ.17.num.14.lib.3. Franc.Becci.conſ.70.n.5. lib.1.* plenè *Farinac.de reo confeſ & conui.d.quaſt. 83.nu.32.* vbi alios dat concordantes quamplures, *& conſ.99.num.56.lib.1.Guazz. d.defen.32.cap.31. num.4.* vbi pariter alios adducit quamplures, ita ſentientes, *& Ant.de Ball.tract.crim.lib.1.quaſt.4. num. 4.* vbi de confeſsione facta in carcere.

12 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in publicis latronibus, diffamatis viarum graſſatoribus, & ſimilibus, quorum confeſſionem extortam, etiam per torturam non præcedentibus legitimis indicijs, ſufficere ad illos condemnandos, cum publica diffamatio ſufficiat loco indiciorum, voluerunt *Maſcar.de prob. d.concl 353.num. 30 et Farinac. de reo confeſ.& conui.d.quaſt.83.nu. 19.* & ita ſeruari in Regno dicit *Ant. de Ball. d. quaſt.4.nu.17.* cum quibus concordat *Guazz.* quãdo tamen concurrunt aliqua indicia ſaltem leuia, ſecùs tamen ſi nulla indicia concurrant, etiam ſi Iudex habeat brachium regium *d.defen.32.cap.31. num.12.* & quod non ſufficiat probare ad d.effectũ, furem eſſe inſignem dicit *Ant de Ball.d.lib.1.quaſt. 4 num.15 et ſeq.* vbi ſubnectit plures caſus, in quibus valet confeſſio non præcedentibus indicijs, ſeù

potiùs

potiùs cum leuioribus indicijs, vt ibi per eum.

13 Quando verò confeſſio dicatur facta metu tormentorum latè declarant *Farinac. de reo confeſſ. et conui.d.quæſt.81.num.32.& ſeq.* vbi de confeſſione facta in carcere, à detento in cippis, & catenis, à ligato ad torturam, & ſimil. *& conſ.16.num.20. & conſ 99.num 53.et ſeq.lib.1.& conſ.106.n 9. lib.2. & Ant.de Ball. tract.crim. lib.1. quæſt.4.num.4. & lib.2.quæſt.20.num.12.et ſeq.* ipſos conſulas, cum vt alias dixi mens non fuerit, ex aliorum ſcriptis, ſcripta conficere,

14 Adde tamen pro coronide, quod confeſſio facta in tormento, quod inferri non poterat, ſeù per torturam repetitam, quæ repeti non poterat, ſeù per torturam exceſſiuam, & ſimilia confitenti non nocet, etiam quòd fuerit ratificata, vt not. *Ant. Gomez var.reſol.tom.3.cap.13.num.25. Farin.conſ. 19.num.12.lib.1.& conſ.105.num.5.lib.2.Guazzin. d. defen.32. cap.31. num. 14. in fin.* alios adducens concordantes, *Giurb.conſ.8. in fine, & Ant.de Ball. tract. crim. lib. 2. quæſt. 13. num. 4.*

ADDITIO.

N.1. VBi habetur, quod confeſſio facta in tortura non præcedentibus inditijs eſt nulla, & confitenti non præiudicat adde *Scialo. in prax. torq. reos cap. 3. num. 17. & Zuffi. de legit. proc. crim. lib. 2. cap. 84. num. 10. qui num. ſeq.* ampliant, hoc procedere etiam ſi confeſſio prædicta eſſet per reum ratificata, plures dans concordantes.

N.5. Vbi habetur, quod confeſſio facta in tortura ſine inditijs confitenti non nocet neque in atrociſſimis adde *Danza de pugn. Doct. in tit. de confeſſ. num. 12. & Scialo. in prax. torq. reos d. cap. 3. num. 22. qui num. 21.* dicit, d. confeſſionem neque nocere alijs nominatis in ea, vt habetur *hic num. 7.*

N.6. Vbi habetur, quod confeſſio extorta ſine inditijs non nocet confitenti etiam ſi inditia ſuperueniant adde *Scialo. in prax. torq. reos cap. 3. num. 19. & ſeq.* vbi dicit, idem eſſe, ſi teſtes non ſunt repetiti, licet poſtea repetantur, & vide *infra Reſol. 10.*

N.9. Vbi habetur, quod confeſſio facta in tortura ſine inditijs confitenti non nocet etiam ſi ſit verificata in facto adde *Paſcal. de patr. poteſt. par. 3. cap. 1. num. 24. & ſeq. & Scialo. in prax. torq. reos d. cap. 3. num. 32. qui nu. 30.* addit d. confeſſionem neque facere nouum inditium contra reum, quicquid ſi fuerit facta metu tormentorum, vt ibi per eum.

N.11. Vbi habetur, quod confeſſio ſine inditijs non nocet confitenti etiam ſi non ſit facta in tortura, ſed ſolum metu tormentorum adde *Scialo. in d. cap. 3. num. 24.* vbi declarat *Foller.* qui contrarium ſentire videbatur.

N.14. Vbi habetur, quod confeſſio facta in tormento, quod inferri non poterat, vel in tortura exceſſiua, & ſimil. non nocet confitenti, etiam ſi ſit ratificata adde *Scialo. in prax. torq. reos d. cap.10. nu.21. & cap. 13. n.51.*

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio extorta a reo per Iudicem ſinè indicijs, ad illum conſtituendum inter reos neceſſarijs, non eſt ſufficiens ad condemnandum.*

2 *Iudex non poteſt aliquem ponere inter reos, ſine legitimis indicijs.*

Licèt contrarium teneant plures Doctores, n. 3.

Declara concluſio, num. 4.

RESOLVTIO III.

Confeſſio extorta à reo per Iudicem ſine inditijs ad illum conſtituendum inter reos neceſſariis, an ſit ſufficiens ad condemnandum.

1 COnfeſſio extorta a reo per Iudicem non præcedentibus indicijs ad conſtituendum illum inter reos neceſſarijs non valet, nec eſt ſufficiens ad reum condemnandum ad tex. *in l.1. §. diuus ſeuerus, ff. de quæſt.* & tradunt *Hercul. de negat. num. 198.* vbi contrarijs reſpondet, *Rim. Iun. conſ.126. num.9. & ſeq. lib. 2.* latè comprobans *Maſcar.* benè exornans *de prob. concl. 351. in princ. lib.1.* alios quamplures adducens, ita ſentientes, & non diſſentit *Hond.* ſaltem quò ad pœnam ordinariam *conſ. 102. num. 19. & ſeq. lib.1.* quam opinionem vti vltimo loco relatam, & rationibus comprobat, ſequi videtur *Farinac. de reo confeſſ. et conui. qu.81. n.14.* licèt contrariam dicat, vidiſſe ſeruari in practica, *et conſ. 86.num.51.lib.1.Morot.conſ.61 nu.4.Guazz.defenſ. 32.cap.31.num.15.* licèt alios contrarium tenentes referat, plenè *Adden ad Farinac. conſ. 8. litera B. lib. 1.* benè comprobantes, & contrarijs reſpondentes, quam opinionẽ firmat etiam *Vermigl. conſ. 305. num. 8. et conſ. 370. num. 1.* vbi teſtatur, hanc eſſe veriorem, & magis communem Doctorum opinionem, *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 2. cap. 20. num. 16. et P. Layman. in Theol. moral. lib. 3. cap. 5. num. 6. tract. 6*

2 Iudex enim non præcedentibus legitimis indicijs neminem inter reos ponere, & de delicto interrogare poteſt *Nauar.* latè comprobans *in rub. de iudic. §. decimum tertium principale, etc. nu. 1. et ſeq. Farinac. d. quæſt. 81. num. 15. et conſ. 184. num. 58. lib. 2. Cartar. in pract. inter reo. lib. 1. cap. 2. num. 2. et nu. 5. et ſeq.* plenè *Vermigl. d. conſ. 315. num. 8. et ſeq. d. conſ. 370. num. 2.* vbi dicit, ita tenere omnes Iuriſtas, & Theologos, & docent alij Doct. ſupra adducti, & *P. Leſſ. de Iuſt. et iur. lib. 2. cap. 31. num. 8.*

3 Licèt contrariam opinionem, imò confeſſionem ſpontaneam valere, & ſufficere ad condemnandũ, licèt extorta fuerit per Iudicem ſinè indicijs voluerunt *gloſ. et Canon. in cap. 1. de accuſat. in 6. Puteo. de ſyndic. in ver. Tortura cap. 9. nu. 2. in fin. et in ver. Tortus cap. 1. num. 40. Angel. de malef. in ver. Quod fama publica num. 36. Gram. deciſ. 48. num. 6. et ſeq. Foller. in pract. in ver. et ſi confitebuntur n. 68. par. 1. Franc. Becci. conſ. 70. num. 9. lib. 1.* & alij relati per *Farinac. d. quæſt. 81. num. 13.* quam opinionem, vidiſſe in practica ſeruari, dicit idem *Farinac. ibi* cũ quibus pertranſit *Baiar. ad Clar. § fin. quæſt. 65. nu. 4.* & ipſemet *Clar. in d. § fin. quæſt. 53. ver. item poſſet etc.* quæ opinio mihi non placet, nec vnquam ſeruari, nec ſeruaui vidi, ne detur cauſa malis Iudicibus ponendi inquiſitos inter reos abſque debitis

indi-

indicijs, quod iura abhorrenti, vt tradunt *Doct. adducti ſupra num. 2.*

4 Declara d. concluſionem, vt habeat locum in confeſſione extorta à reo per Iudicem ſine legitimis indicijs per interrogatoria illo inter eos poſito, ſecùs tamen in confeſſione facta per aliquem corám Iudice vltrò non adactus, nec obligatus, nec per Iudicem interrogatus, quia tunc per talem confeſſionem delictum ſit publicum, & confitens ex illa poteſt puniri, ſi conſtet de delicto, vt poſt *Doct. in cap. an ſi Clerici 4 de iudic. & Nauar. in d. rub. de iudic. nu. 87.* per eum relatos tradit *P. Laym. in Theol. moral. lib. 3. tract. 6. cap 5. num. 7.* & in his terminis intelligo *Clar. in d. quaeſt. 55. ver. item poſſet, etc.* ſupra proximè adductus, & exemplificat *Guazz. deſen. 32. cap. 24. num. 3. in fin.*

ADDITIO.

N.3. VBi habetur, quod nemo poteſt poni inter reos, niſi præcedentibus legitimis indicijs adde *Praeſid. S. Felic. deciſ. 263. num. 1. & ſeq. & Scialo. in prax. torq. reos cap. 3. num. 34.*

N.4. Vbi habetur quod confitens delictum coram Iudice ſponte abſque inditijs poteſt ex d. confeſſione condemnari adde *Scialo. in d. cap. 3. num. 23.*

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio in criminalibus facta in vno iudicio præiudicat in alio.*

Procedit in confeſſione facta inter eaſdem perſonas aliàs ſecùs, num. 2.

Item procedit in confeſſione vera, non autem in ficta, num. 3.

Niſi tamen cum confeſſione ficta concurrat coniecturæ, num. 4.

Si tamen contra dictum confeſſionem fuiſſet iudicatum non probat, num. 5.

6 *Confeſſio facta in iudicio ciuili habetur pro extraiudiciali, et ſolùm facit indicium.*

Contrarium quod d. confeſſio probet tenent plures Doct. num. 7.

RESOLVTIO IV.

Confeſſio in criminalibus facta in vno iudicio an præiudicet in alio.

1 COnfeſſio in criminalibus facta in vno iudicio præiudicat in alio ad tex. *in l. iubemus 41. & ibi Bald. Gotofr & alij C. de libera. cau.* & tradunt *Bellum, Imol. Ancur. Zabar. Abb. & alij in cap per inquiſitionem 26. de elect. Farinac. de reo confeſ. & conui. quaeſt 81. num. 93.* vbi alios adducit de magis communi opinione atteſtantes *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 8. num. 31. Guazz. deſen 21. cap. 6. num. 1. ver. licèt tamen &c. Ant. de Bull. tract. crim. lib. 2. quaeſt. 20. num. 20.* qui alios dant concordantes quamplures, *& Vermigl. conſ. 246. num. 4.*

Nimia enim indignum eſt, quod ſua quiſque voce dilucidè proteſtatus eſt, id in eundem caſum infirmare, proprioque teſtimonio reſiſtere *l. generaliter 13. in fin. & ibi gloſ. C. de non numer. pecun.* & aduertit *Guazz. in d. deſen. 32. cap. 6. num. 1. verſ. licèt tamen, &c.*

2 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locum in confeſſione facta inter eaſdem perſonas, quia tunc emanata in vno iudicio probat in alio, ſecùs tamen eſt ſi inter diuerſas perſonas emanauerit, vt aduertunt *Foller. in pract. in verb. & ſi confitebuntur par. 1. num. 140. Surd. deciſ. 309. num. 4. Farinac. de reo confeſ. & conui. d. quaeſt 81. num. 103.* alios adducens, ita ſentientes *Guazz. in d. deſenſ. 32. cap. 6. nu. 1. d. ver. licèt tamen &c.* alios dans concordantes *Caren. in d. tit. 8 num. 31. Rota apud Caputaq. deciſ. 207. nu. 4. par. 2.* quæ tamen loquitur in cauſa ciuili, vt ibi eſt videre.

3 Limita ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum in confeſſione vera, non autem in ficta, quia illa in alio iudicio non æquipollet verè confeſſioni, etiam inter eaſdem perſonas, vt not. *Foller. in pract. in d. ver. & ſi confitebuntur ſub num. 140. par. 1. Maſcar. de prob. concl. 348. num. 22. & ſeq. lib. 1. Rond. conſ. 66. num. 58. & 75. lib. 1 Farinac. de reo. confeſ & conui. d. quaeſt. 81. num. 105.* alios adducens concordantes, qui *num. 106.* dicit, idem eſſe in confeſſione tacita, vel implicita, vt ibi per eum, *& Guazz. d. deſen. 32. cap 6 num. 1. ver. quod tamen, &c. idem Farinac. conſ. 150. num. 9. lib. 2.*

4 Sublimita d. ſecundam limitationem, vt non habeat locum ſtantibus coniecturis, quas refert, & ponderat in propoſito *Ioſeph. Ludo. concl. 3. verſ. quibus coniecturis, &c. & verſ ſeq,* quia illis concurrentibus confeſſio ficta probat etiam in alio iudicio, cum quo ſentit *Farinac. in d. quaeſt. 81. num. 105. in fine.*

5 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando contra confeſſionem fuit per Iudicem iudicatum, & ſic illa fuit reprobata, quia tunc facta in vno iudicio, in alio non præiudicat *Pract. Corrad. in tit. de conſ. crim. 25. limit. Maſcar. de prob. concl. 348. num. 13. lib. 1.* alios adducens concordantes *Farinac. de reo confeſ. & conuin. d. quaeſt. 81. nu. 107.* vbi alios pariter refert ſectatores, *& conſ. 40. num. 91. lib. 1. & conſ. 150 num. 12. lib. 2 Guazzi. deſen. 32 cap 7. in fin. Rota apud Caputaq. deciſ 197. per tot. lib. 1. Balth. Tomaſ. in tract. var. tom. 2. de tuto. et cur. tit. 19. num. 1920.*

6 Declara d. concluſionem, vt confeſſio facta in iudicio ciuili inter eaſdem perſonas ſolùm habeat vim confeſſionis extraiudicialis, & ſic ſolùm faciat indicium ad torturam, vt voluerunt *Clar. in pract. § fin. quaeſt. 54. verſ. ſed quid etc.* vbi dicit, quod ipſe ſemper ita ſeruaret, niſi alia indicia concurrent, vt ibi per eum, *Farinac. de reo confeſ. et conui. d. quaeſt. 81 num. 95.* vbi dicit, hanc opinionem eſſe veriorem, & habere meliores rationes, & ita eſſe in practica ſeruandam, cum quibus pertranſeunt *Guazz. d. deſen. 32. cap. 7. num. 2.* licèt quamplures Doctores contrarium tenentes referat, *& Carena*

de

de Offic.S. Inquiſ.par. 3. tit. 8. num 31. verſ.ſentio tamen etc.

7 Licèt contrarium, imò confeſſionem factam in iudicio ciuili præiudicare confitenti in criminali ad plenam probationem tenuerint, *Specul.Butr. Purpu. Aret. Deci. Foller. Boſſi.* & alij allegati per *Farinac.in d.quæſt.81.num.94.* quorum aliqui teſtantur de communi opinione, cum quibus pertranſit, *Scacc.de iudic.lib.1.cap.75.n.3. ver. ſi verò etc.* contra quos adeſt verior opinio, de qua ſupra.

S V M M A R I V M.

1 *Confeſſio facta incidenter de crimine non ſufficit ad condemnandum confitentem.*

Et multùm minus nocet alijs non nominatis in cauſa qua emanauit, num.2.

Limita in crimine falſi, num.3.

Et quãdo condemnatio fieret per Principẽ, n.4.

Et quando teſtis interrogatur vti principalis quò ad ſe, et vti teſtis quo ad alios, num.5.

Et quando crimen confeſſatum tangit cauſam, ad quam principaliter agitur, num.6.

Quo caſu imponi poteſt pœna ordinaria, nu.7.

8 *Confeſſum crimen incidenter puniri poteſt pœna extraordinaria.*

Licèt aliqui contrarium teneant, num.9.

10 *Confeſſio facta incidenter in alio iudicio an probet, vel faciat inditium ad torturam, remiſſiuè.*

R E S O L V T I O V.

Confeſsio facta incidenter de crimine an ſufficiat ad condemnandum.

1 Confeſſio facta incidenter de crimine, ad quod non agebatur, non eſt ſufficiens ad condemnandum confitentem, *gloſ.in cap.at ſi Clerici 4.et ibi etiam Abb.Felin Deci. Bero.et alij de iudic.Boſsi.in pract.in tit.de confeſ.nu.41.Maſcar.de prob.concl.345.n.21.et ſeq.et concl.383.in prin.et num.5.et ſeq.lib.1.* vbi teſtatur de communi opinione, *Farinac. de reo confeſ. et conuin.quæſt.81.num.219.* vbi alios dat concordantes quamplures, *et conſ.89.ſub num.40.lib.1. Guazz. defen.32.cap.4.num.1. Caren de Offic.S.Inquiſ. par.3.tit.8.num.24.et ſeq.Vermigl conſ.123 num.12.et conſ.305.num.7.* vbi alios adducit ita ſentientes, *Ant.de Ball.tract crim.lib.2.quæſt.14.num.5.et ſeq. et quæſt.20.nu.18.* vbi loquitur de confeſſione facta incidenter in tortura, *Hodier ad Surd.deciſ.309. num.8.Vrſell.in exam.apum concl.59. num. 103.et Paul.Rub.de teſtam.quæſt.23.num.80.et ſeq.*

Ad hoc enim, vt reus confitens delictum poſſit puniri pœna delicti requiritur, quod confeſſus fuerit delictum principaliter, non autem incidenter, vt tradit *Bart. in l.ſi confeſſus 5.num.3 ff.de cuſto. & exhib.reo.*& poſt eum *Maſcar.d.concl.345.num.22. lib.1.& alij Doct ſup.adducti,* cum ad id non fuerit actum principaliter, ſententia verò debet eſſe conformis libello, *Maſcar.de prob.d.concl.383.nu.4.Caren d.tit.8.num.28.*

a Amplia primò d. concluſionem, vt d. confeſſio incidenter facta ſicut non nocet, confitenti, multo minus nocere debeat alijs perſonis non nominatis in cauſa, in qua illa emanauit, vt tradunt *Boſsi. in pract.in tit.quoquo.proced. per except.ſub nu.7. Farinac.de reo.confeſ.& conui.d.quæſt. 81. num. 227. Guazzin.d.defen.32.cap.4.num.1 ver. & multò minus &c.& Vermigl.conſ.61.num.4.& conſ.31.num.4 & conſ.[illegible]5.num 4.*

3 Lim[illegible]ò d. concluſionem, vt non habeat locum i[illegible]ne falſi, quia in eo confeſſio etiam incident[illegible] emanata eſt ſufficiens ad condemnandum, vt voluerunt *Deci. Bero. Mantu. & alij in d. cap.at ſi Clerici 4.de iudic.Maſcar de prob.d.concl.383.num.3.lib.1.* qui dicit hoc procedere in alio iudicio *Farinac. de reo.confeſ.& conui.quæſt.81.nu.231.& ſeq.* vbi plures facit illationes de teſte, de accuſatore, de producente inſtrumenta, & alijs confitentibus falſitatem incidenter, & per viam exceptionis, vt ibi per eum *num.255.& num.265. & Guazz.d.defen 32.c.4.n 2.ver. quintò limita &c.* vbi alios adducens concordantes quamplures.

4 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando condemnatio fieret per Principem, qui poteſt punire delicta quomodocunque in lucem venerint, etiam in eadem inſtantia, vt not, *Felin.in cap.1.ſub num.17.& ibi etiam Deci. num.17.de except.Boſsi.in pract.in tit. quomo.proc. per except.num 11.& ſeq.Farinac.de reo. confeſ. & conui.d.quæſt.81 num.248.* qui alios adducens ita ſentientes, *Guazz.d.def.32 c.4. n.2. ver.tertiò limita etc.et Ant.de Ball.tract. crimin. lib. 2.q.14.n.10.*

5 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando teſtis interrogatur per Iudicem vti principalis quo ad ſe, & vti teſtis, quo ad alios, & ſic quando tela iudicij etiam contra ipſum dirigitur, quia tunc ſi aliquid confitetur, poteſt ex d. confeſſione condemnari ſec. *Butri.in cap.per inquiſitionem 26.num.26.de electio.* quem refert, & ſequitur *Farinac. de reo confeſ.& conui.d.quæ[illegible]1.n.249.*& ſcribit etiam *Guazz.d.defen.32 cap.4.[illegible].2.*

6 Limita quartò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando crimen confeſſatum incidenter tangit ad cauſam, de qua principaliter agitur, vel illi eſt connexum, quia tunc confeſſio etiam incidenter emanata, vel per viam exceptionis, eſt ſufficiens ad condemnandum confitentem, *cap.1. in fin.& ibi hoc not.gloſ.Innoc.Hoſti.Io.Andr. Butr. Ancar.Imo.Zabar..Abb.Felin.Deci & alij Canoniſtæ, communiter. de except.Clar.in pract.§.fin.quæſt.55. ver.poſſet etiam etc.* latè *Farinac.d.quæſt.81.nu.251.* quamplures adducens more ſuo concordantes, *Guazzin.d.defen.32.cap.4.num 2. ver.ſecunda eſt intelligentia &c.* vbi hoc multipliciter declarat, *Caren.de Offic.S.Inquiſ.d.par.3.tit.8.nu.24. et Ant. de Ball.tract.crim.lib.2.quæſt.14.num.7.*

7 Limita primò d.quartam limitationem, vt in d.caſu imponi poſſit pœna ordinaria delicti, vt voluerũt

Innoc.Hoſti.Io.Andr.Bellam.Butr.Imol.Ancar.Zabar.Abb.et alij in cap. cum ſuper de confeſ. Clar. in pract.d.quaſt.55. verſ. poſſet, etiam etc. vbi dicit, omnes in hoc conuenire *Farinacc. de reo confeſ. et conui.d.quaſt.81. num. 260. et ſeq.* vbi dicit prædicta non habere locum in confeſſione facta in iudicio ciuili, niſi in crimine falſi, nec in confeſſione facta coram Iudice delegato, & vt ibi per eum, *Guazzin.d.defen.32.cap. 4. num. 2. ver. ſecunda eſt intelligentia etc.et Carena d.tit.8.num.24.*

8 Declara quintò d.concluſionem, quod licèt confeſſus crimen incidenter, vt ſupra non [illegible]t puniri pœnam ordinaria delicti, poteſt [illegible] puniri pœna extraordinaria, *cap.1.& ibi n*[illegible]*.Hoſt. Io.Andr.Imol. Abb.& alij Canoniſtæ de* [illegible]*ept. Farinac.de reo confeſ.et conui.d.quaſt.81.num.206. et ſeq* vbi quamplures adducit, ita ſentientes, & teſtatur, hanc eſſe magis communem Doct. opinionem, declarando opinionem *Boſſi.* contrarium tenentis procedere, quando confeſſio fit in cauſa ciuili, & parte non iſtante, cum quibus pertranſeunt, *Guazzin.d.defen.32.cap.4 num 2. verſ. ſextò limita &c.* qui pariter de magis communi opinione teſtatur, *& Caren.de Offic.S.Inquiſ d p 3. tit. 8. num.25.* qui alios dant concordantes quamplures.

9 Quicquid contrarium voluerunt *Imol.* qui teſtatur de veriori opinione, *Felin.Deciſ.Roma.Boſſi.& alij relati per Farinac.in d.quaſt.81.num.267.* quorum opinio declaratur *per Far.* vt habeat locum in cauſa ciuili, & parte non iſtante, vt ſupra dixi.

10 Vtrum verò d. confeſſio incidenter facta puniri poſſit in alio iudicio, ita vt in eò plenè probet delictum alias incidenter confeſſatum, vel ſolùm illa ſufficiat ad torquendum latè differunt *Maſcur. de prob.concl.383.num.4.lib.1.Farinacc.de reo confeſ et conui.d quaſt 81.num.272.et ſeq.* vbi relatis contrarijs opinionibus videtur ſentire, quod faciat indicium, *Guazzin.d.defen.32. cap.4.num. 2.verſ. ſeptimò limita etc.Carena de Offic.S Inquiſ d.par.3. tit.8.num.27.* vbi dicit, omnes conuenire, quod d.confeſſio incidenter emanata in alio iudicio ſolùm ſufficiat ad torquendum, non autem ad condem[illegible]ndum, *et Vrſell.in exam.apum, d.concl.59. num.103.et ſeq* ipſos conſulas, cum ſatis nobis ſit magis principalia retuliſſe.

ADDITIO.

N.6. VBi habetur, quod confeſſio facta incidenter de delicto, quod tangit cauſam de qua agitur, vel illi eſt connexum eſt valens ad condemnandum confitentem adde *Scialo.in prax.torq.reos,cap.3.num.33.in fin.*

SVMMARIVM.

1 *Reo confeſſo Iudex ante condemnationem tenetur aſſignare terminũ ad faciendum ſuas defenſiones.*

Imò defenſiones ſunt aſſignandæ etiam reo conuicto tantùm, num.2.

Et reo condemnato in contumaciam, ſi ad manus Curiæ peruenerit eſt aſſignandus terminus ad dicendum cauſam quare ſententia contra eum lata exequi non debeat, num 3.

Licèt contrarium teneant aliqui, num.4.

Et debet etiam d. bannito dari copia ſententiæ, et proceſſus, num.5.

Licèt de hoc dubitauerit Cartar.*relatus, nu.6.*

Et terminus reo confeſſo eſt aſſignandus etiam ſi non ſit petitus, num.7.

Fallit concluſio in reo confeſſo, qui defenſionibus renunciauit, num.8.

Iudex verò reum ad renunciandum ſuadere non debet, num.9.

10 *Reus quãdo poſſit defẽſionibus renunciare remiſſiuè.*

RESOLVTIO VI.

Reo confeſſo Iudex ante condemnationem an teneatur aſſignare terminum ad faciendum ſuas defenſiones.

1 REo confeſſo Iudex antequam illum condemnet tenetur omninò aſſignate terminum ad ſe defendendum, & ad dicendum, & opponendum, quicquid vult, & poteſt contra ſuam confeſſionem, etiamſi ſic ſponte confeſſus, vt tradunt *Clar.in pract.§.fin. quaſt.49. num.4. in fin.et num. 13.* vbi teſtatur de communi opinione, *et quaſt.64.num.53.* vbi reprehendit Iudices contrarium facientes, *et quaſt.65.in princ. Farinac.conſ.16.num.5.et ſeq.* vbi dicit, quod ita totus mundus ſeruat, *et conſ.64.num.6.* vbi dicit, quod aliàs Iudex tenetur in ſyndicatu, *et conſ.84. num.2.in fin. lib. 1.* vbi teſtatur de communi opinione *et de indic.et tort.quaſt.39.num.32.et ſeq.* vbi pariter dicit, hanc eſſe communem Doctorum ſententiam, *Cartar.in pract.inter reo. lib. 4.cap.1. num.24 Ambroſ.in proc.inform.lib.4.cap.1.num.3. et ſeq.et* ibi *Adden.Guazzin.defen.31. c. 1.in prin. Cabull.reſol.crim.caſu 41.num.2.cent.1.Vermigliol. conſ.18.num.4.et conſ.184.num.2.et conſ.222.num. 1.et Paul.Rub.de teſtam.cap. 23.num. 77.* vbi dicit ita totum mundum ſeruare.

Contra enim propriam confeſſionem reus poteſt deducere, & probare plures exceptiones, & defenſiones, puta quod confeſſus ſit minor, quod proceſſus ſit nullus, vel patiatur defectum circa iuriſdictionem, & ſimilia, vt docent *Clar.in pract.in d. quaſt.65.circa medium, Farinac.in d.quaſt.39.num. 32.et ſeq.et Guazzin.d.defen.31.cap.1.num. 1. ver. quia contra etc.*qui alios adducens, ita ſentientes.

2 Amplia primò d.concluſionem, vt terminus ad ſe defendendum, dandus ſit per Iudicem, non ſolùm reo confeſſo, ſed etiam conuicto tantùm, cum non dicatur reus plene conuictus, niſi aſſignato ei termino competenti ad ſe defendendum, vt docent *Clar.in pract.d.q.49.n.4.in fin Ladercb.conſ. 187.n. 25.Farin.conſ.16.n.17.lib.1. et.conſ.156.num.3.lib. 2.* vbi de confeſſo, & conuicto *et de indic.et tortur.d.quaſt. 39. num. 32. et ſeq.* benè *Guazzin. dict. defen. 31. cap. 1. num. 2.* vbi dicit dict. terminum

ad ſe

ad ſe defendendum eſſe aſſignandum, etiam reo confeſſo, & conuicto ſimul *Caball. reſol. crim. d. caſu 41. num. 2. & Vermigl. d. conſ. 18. num. 4. et d. conſ. 184. num. 2.* & in fortioribus terminis, nempè in hæretico confeſſo, & conuicto tenet *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 9. num. 5.* vbi dat concordantes, *Antonel. de temp. legal. lib. 4. cap. 19. num. 5.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum, etiam in reo condemnato in contumaciam, quia ſi ſit captus, non ſtatim facta recognitione perſonæ eſt mittendus ad ſupplicium, ſed ei eſt aſſignandus terminus ad dicendum cauſam quare, ſententia contra eum lata exequi non debeat, vt ſcripſerunt *Foller. in pract. in ver. Captis forindic. num. 2. & 3. Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt. 69. num. 6. & ſeq.* vbi dicit, ita obſeruari in Statu Eccleſiaſtico, non obſtantibus *Bullis Pij IV. & Pij V.* & quod ipſe ita ſemper practicauit, & practicari fecit, vt ibi per eum, latè *Scac. de iudi. lib. 1. cap. 97. num. 183. & ſeq.* quam ampliationem benè comprobat *Farin. de inquiſ. quæſt. 11. num. 47. & ſeq.* vbi illam dicit æquiorem, veriorem, & omninò ſeruandã in practica reſpondendo omnibus in contrarium adductis per *Cartar. de execut. ſent. cap. ban. cap. 3.* quam ſequitur etiam *Guazz. d. defen. 31. cap. 1. num. 2. verſ. imò etiam &c.* vbi dicit hanc opinionem omninò eſſe ſequendam in practica, alias valdè erraretur, cum reus plura poſſit deducere, ob quæ ſententia contra eum lata exequi non poſſet, & præcipuè, quod proceſſus, & ſententia eſſent nulli, & ſimilia, vt ibi per eum, qui pariter reprobat *Cartar.* contrarium tenentem, vt ſupra.

4 Quicquid contrarium voluerit *Cartar. de execut. ſent. capt. bann. cap. 3. ferè per tot.* quem reprobant meritò *Farinac. & Guazz.* in locis ſupra proximè adductis.

5 Subamplia primò d. ſecundam ampliationem, vt non ſolùm reo, & bannito capto aſſignari debeat terminus ad dicẽdum cauſam quare ſententia cõtra eum lata exequi non debeat, ſed etiam ei dari debeat copia proceſſus, indiciorum, & ſententiæ, vt videre poſſit, an ſententia contra eum latam fuerit legitimis præcedentibus indicijs, nec ne, cũ ſinè illis eius Aduocatus non poſſit ſuas deducere defenſiones circa deficientiam indiciorum, & ſententiæ nullitatem, non obſtante *Bulla Pij V.* quod banniti capti non audiantur, cum illa habeat locũ, quando illi ſunt condemnati cum legitimis indicijs, vt in ea legitur, alias ſecùs, vt tradunt *Foller. in pract. in d. ver. captis fori iudi. nu. 2. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 49. in prin. Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 11. num. 47. ver. amplia hanc ſeptimam &c.* vbi dicit, Iudices contrarium facientes grauiter errare, & quod contraria practica eſt corruptela contra ius humanum, & Diuinum, vt ibi per eum, cum quo pertranſeunt *Eugen. conſ. 20. num. 17. & ſeq. lib. 1. et Vermigl. conſ. 228. in prin.* & ita pluties fuit ſeruatũ in Auditorio legationis Vrbini, dum ego per plures annos fui Auditor ſub Eminentiſſimo, & Reuerendiſſimo Principe Scipione Cardinali Delcio illius legato integerrimo, & pijſſimo.

6 Quicquid de hac ſubampliatione ne dubitauerit *Cartar. de execut. ſent. capt. bann. cap. fin. num. 95. & ſeq.* vbi poſt allatas quamplures pro vtraq; parte rationes, videtur concludere, quod ſtante *Bulla Pij V.* de qua ſupra non requiratur aliqua cauſæ cognitio ſuper prædictis, ſed ſatis ſit, quod ipſe Iudex per inſpectionem proceſſus videat, an legitima præceſſerint indicia, nec ne, vt ibi per eum.

7 Amplia tertiò d. concluſionem, vt terminus reo confeſſo, & conuicto, vt ſupra ad ſe defendendum, & dicendum quicquid vult, & poteſt contra eius confeſſionẽ, dandus ſit per Iudicem ex officio, etiã ſi per [illegible] non fuerit petitus, vt docent *Clar. in pract. [illegible] quæſt. 49. ver. non quid &c. & quæſt. 65. n. 1.* vbi [illegible], ita de conſuetudine ſeruari *Foller. in pract. in d. ver. captis forind. num. 2. Magon. deciſ. Lucen. 49. nu. 21.* vbi dicit, Rotam Lucen. annullaſſe duos proceſſus ex d. cauſa defenſionis non datæ, plenè *Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 39. num. 35.* vbi teſtatur, hanc eſſe magis communem Doctorum opinionem, & in practica ſeruatam, & reprobat *Boſſi.* contrarium ſentientem, *Guazz. d. defen. 31. cap. 1. num. 3.* vbi alios, ita ſentientes adducit, & dicit, hanc ampliationem eò magis habere locum, quãdo per Statutum tolleretur appellatio, & quod aliàs ſententia eſſet nulla, maximè quando terminus fuiſſet petitus, vt ibi per eum, & idem ſcribit *nu. 6.* cum quibus pertranſeunt *Ambroſ. in proc. informat. lib. 4. cap. 15. num. 3. 4. & ſeq. Baiar. ad Clar. § fin. quæſt. 19. num. 50.* vbi dicit valdè dubitare de dicto, *Bald. in l. nouerit C. vt inter cert. temp.* nouiſſimè *Antonell. de temp. legal. lib. 4. cap. 19. num. 6. et Paul. Rub. de teſtam. d. cap. 23. num. 77.*

8 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in reo confeſſo, qui poſt confeſſionem defenſionibus renunciauit, quia valere illius renunciationem, & ſic defenſiones non eſſe ei aſſignandas voluerunt *Foller. in pract. in ver. & ſi confitebantur in prima par. 3. par. n. 72. & in 3. par. 3. par. n. 57. Vrſill. ad Affl. deciſ. 191. ſub num. 2. Clar. in pract. § fin. quæſt. 49. ver. Quarè nunc &c.* vbi dicit, ita practicari *Bonacoſ. in com. opin. crim. par. 1. ver. defenſioni reus, &c.* vbi teſtatur de communi, & practicata opinione, quam totum Mundum dicit ſeruare, quem vnà cum alijs pluribus refert, & ſequitur *Farinac. de indic. & tort. quæſt. 39. num. 62.*

9 Licet *Clar. in d. quæſt. 49. ver. Quarè nunc &c.* admoneat Iudices, vt nullo modo inducant reos ad renunciandum ſuis defenſionibus, ne ſuper eos, & eorum filios conuertatur, iniquè fecerint, & idem dicit *Farinac. in d. quæſt. 39. num. 62. in fin.* & d. limitationem habere locum ſolùm, quando notoriè conſtaret nullam competere defenſionem reo confeſſo, & non alias dicit, *Guazzin. defen. 27. cap. 1. num. 10. ver. ſexto limita &c.*

10 Quando autem liceat reo ſuis defenſionibus renunciare latè docent, *Farinac. de indic. & tort. d. q. 39. n. 51. & ſeq.* vbi facit concluſionẽ negatiuam cũ pluribus limitationibus, *Guazz. defen. 27. c. 1. per tot. & d. defen. 31. cap. 1. nu. 7. & ſeq. et Vermig. conſ. 97. num. 18. et conſ. 432. num. 32.* ipſos conſulas.

ADDITIO.

N. 3. et 5 VBi habetur, quod bannito capto debet aſſignari terminus ad dicendum cauſam quare ſententia contra eum lata exequi non debeat adde *Choel. ad Bull. boni. regim. cap. 29. num. 24. & ſeq.* vbi dicit, quod bannitus prohibitus dare de nullitate ſententiæ vigore Conſtitutionis non cenſetur prohibitus dare de nullitate notoria, & apparente ex eiſdem actis, & ex eodem proceſſu.

N. 7. Vbi habetur, quod terminus ad ſe defendendum, & dicendum contra propriam confeſſionem eſt aſſignandus per Iudicem ex officio, etiam ſi non fuerit petitus adde *Ricc. collect. 2457. & Scial. in prax. torq. reos cap. 6. num. 15.* vbi alios dat concordantes, & qu... terminus ſit dandus reo confeſſo, & conuincto et... non petatur not. *Antunell. de tempor. legal. lib.* ... 9. n. 5.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio facta coram Iudice incompetente non ſufficit ad condemnandum confitentem.*

Etiam ſi ſit facta coram Iudice incompetente, cuius iuriſdictio non poteſt prorogari, num. 2.

Contrarium tenent plures Doctores, num. 3.

Et licèt Iudex ſit incompetens ratione cauſæ, num. 4.

5 *Confeſsio facta coram Iudice incompetente ſufficit ad torquendum.*

Licèt aliqui contrarium teneant, num. 6.

Quod habet locum, etiam ſi confeſsio fuerit reuocata, num. 7.

Licèt aliqui contrarium teneant, num. 8.

Non facit indicium ſi iuriſdictio non poterat prorogari, vt in confeſsione Clerici facta coram Iudice laico, num. 9.

Contrarium tenent magis communiter Doctores, num. 10.

Neq; quãdo cõfeſsio facta fuit incidẽter n. 11.

12 *Confeſsio facta corã Iudice incompetente, vt faciat inditium, an requiratur coniecturæ remiſſiuè.*

RESOLVTIO VII.

Confeſſio facta coram Iudice incompetente an ſufficiat ad condemnandum confitentem.

1 COnfeſſio ſpontanea facta coràm Iudice incompetente, vt puta ſi Clericus confiteatur delictum coram Iudice laico, vel laicus coram Iudice laico confiteatur hæreſim, & ſimiles, non eſt ſufficiens ad condemnandum cõfitentem coràm Iudice competenti ex defectu iuriſdictionis *cap. at ſi Clerici 4. & ibi not. omnes Canoniſtæ communiter de iudic. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3 cap. 12. ſub num. 8. in fin. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 55. ver. præterea etiam &c. Cartar. de execut. ſent. capt. bann. cap. fin. nu. 218.* vbi teſtatur de communi, & veriori opinione latè *Farinac. de reo confeſ. & conui. quæſt. 81. num. 188. & pluribus ſeq.* vbi alios dat concordantes, & dicit, hanc concluſionem habere locum, etiam ſi confeſſio eſſet repetita, & ratificata, vt ibi per eum, & idem ſcribit *Guazz. defen. 32. cap. 26. num. 1. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 2. quæſt. 20. num. 6. Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 8. num. 32. Vermigl. conſ. 451. num. 3. & ſequen. & Illuſtriſs. Sperellus dec. 48. num. 64. par. 1.* Delectus enim iuriſdictionis non ſanatur per ſpontaneam confeſſionem *d. cap. at ſi clerici 4. & ibi not. Canoniſtæ de iudi. Foller. in pract. in ver. & ſi confitebuntur num. 3 par. 1. & Guazzin. dict. defen. 32. cap. 26. in princ.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locũ, etiam ſi confeſſio emanauerit coram Iudice incõpetenti, cuius tamen iuriſdictio poſſit prorogari, quia adhuc d. confeſſio non eſt ſufficiens ad condẽnandum, cum in criminalibus iuriſdictio non prorogetur, vt not. *Foller. in pract. in d. ver. et ſi confitebuntur par. 1. in princ.* & videtur ſentire *Boſs. in pract. in tit. de confeſ. num. 52. Farinac. de reo confeſ. et conui. d. quæſt. 81. num. 190. et ſeq.* vbi dicit, ab hac opinione non eſſe recedendum, quando proceditur per inquiſitionem, vt ibi per eum, quem ſequitur ad eum ſe referendo *Guazzin. d. defen. 32. cap. 26. num. 1. ver. quod admittunt etc.*

3 Contrariam tamen opinionem, vti veriorem tenuerunt *Zabar. in d. cap. at ſi clerici num. 2. et ibi Deci. num. 24. et ſeq. et Bero. num. 39.* qui contrarijs reſpondet, de iudi. *Roman. et Rip. in l. Magiſtratibus 12. ff. de iuriſd. omn. iudi. Brun. de indit. et tortur. par. 1. quæſt. 3. num. 17. ver. ſed quid ſi confeſsio, etc.* cum quibus pertranſit *Ludo. Bologni. ad Angel. conſ. 12. nu. 8 ver. præterea ex alia etc. et etiam Illuſtriſ. Sperell. d. decıſ. 48. num. 64. in fin. par. 1.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum, non ſolùm in confeſſione facta coràm Iudice incompetente ratione perſonæ, ſed etiam coràm Iudice incompetente ratione materiæ, & cauſæ, vt ſi confeſſio facta ſit de crimine capitali coràm Iudice pedaneo, qui non habet niſi modicam coercitionem, & ſimilia, quia d. confeſſio non eſt ſufficiens ad illum condemnandum coram Iudice competenti, vt aduertunt *Boſs. in pract. in tit. de confeſ. num. 50. Farinac. de reo confeſ. et conui. d. quæſt. 81. num. 203 et ſeq. et Guazz. d. defen. 32. cap. 26. nu. 1. ver. et etiam etc.* vbi dicit hoc notandum.

5 Declara d. concluſionem, quod licèt confeſsio facta coram Iudice incompetente non ſufficiat ad condemnandum confitentem, ſufficit tamen ad torquendum, cum habeat coràm Iudice competẽti vim extraiudicialis cõfeſsionis, vt tradunt *Boer. deciſ. 90. num. 4 et ſeq.* vbi hanc declarationem latè comprobat, communem appellat, contrarijs reſpondet, & ita dicit, in illo Senatu fuiſſe iudicatum *Clar. in pract. § fin. quæſt. 21. ver. ſed hic quæro etc.* vbi alios refert de communi opinione atteſtantes, *Maſcar. de prob. concl. 352. in prin. lib. 1.* latè *Farin. de reo confeſ. et conui. d. quæſt. 81. num 206.* alios quamplures adducens de communi opinione fidẽ facientes, & *num. 214.* dicens, hanc declarationem habere locum, ſiuè confeſsio a Clerico ſit facta ſponte, ſiue citato, & teſtatur de magis communi opinione *Cauall. in ſpeculat. communem*

contra

contra commun quaſt. 18. *num.* 1. *Ant. de Ball. tract. crim. lib* 1. *quaſt.* 14. *num.* 4. *et lib.* 2 *quaſt.* 20 *num* 6. *Caren. de Offic. S. Inqui. par.* 3. *tit.* 8. *n.* 23. *Guazz. d. def.* 32. *cap.* 26. *num.* 8. loquens in Clerico, dummodo confeſſio non ſit facta in tormentis, vt ibi per eum.

6 Quicquid contrarium, imò d. confeſſionem non facere indicium ad torturam tenuerint *Anton. de Butr. in d. cap. at ſi Clerici* 4. *de iudi. Blanc. in l. fin. num.* 214. *et ſeq.* qui hanc dicit communem opinionem *ff. de quaſt. et Imol. in d. cap. at ſi Clerici*, dicens hanc opinionem veriorem, licèt ipſe contrarium teneant, quos refert *Cauall. in d. q.* 18 *in prin.*

7 Amplia hanc declarationem, vt habeat locum, etiam ſi confeſſio facta coram Iudice incompetenti fuerit reuocata, quia adhuc illa facit indicium ad torturam, vt voluerunt *Boer. decif.* 90. *num.* 9. *et ſeq.* vbi hanc ampliationem latè comprobat, & teſtatur de communi opinione, *Boſſi. in pract. in tit. de confeſ. nu.* 55. *et ſeq.* vbi pariter teſtetur de communi opinione, *Maſcar. de prob. concl.* 352. *num.* 2. *et ſeq. lib.* 1. & hanc eſſe veriorem, & magis communem Doctor. opinionem teſtatur *Farinac. in d. quaſt.* 81. *num.* 216. quam ſequuntur etiam *Guazz. d. defenſ.* 32. *cap.* 26. *num.* 9. *et Carena de Offic. S. Inquiſ. par.* 3. *tit.* 8. *num.* 23. vbi hanc eſſe veriorem opinionem affirmat.

8 Quicquid contrarium tenuerint *Bald. Iaſ. Afflict. Blanc. Rolna.* & alij relati *per Fariaac. d. quaſt.* 81. *num.* 215. contra quos adeſt verior, & magis communis opinio, de qua ſupra.

9 Limita primò d. declarationem, vt non habeat locum in confeſſione facta coràm Iudice, cuius iuriſdictio non poteſt prorogari, vt puta in confeſſione Clerici facta coràm Iudice laico, vel è contra, quia illa non facit indicium ad torturam contra ipſum coràm Iudice Eccleſiaſtico, vt voluerunt *Butr. Felin. Bero. et Mantua. in d. cap. at ſi Clerici* 4. *de iudi. Blanc. de indic. num* 214. *et ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione, *Foller. in pract. in d. ver. et ſi confitebuntur par.* 1. *in prin.* vbi dicit, in hoc omnes Doctores concurrere, *Diaz. in pract. crim. cap.* 126. *n.* 8. latè comprobans *Maſc. de prob. concl.* 352. *nu.* 5. *lib.* 1. *Ricc. decif.* 81. *nu.* 7 *par.* 4. vbi teſtatur de communi opinione, quem refert, & ſequitur *Illuſtriſs. Sperell. decif.* 18. *num.* 11. *par.* 1. vbi dicit, hoc nullo modo eſſe admittendum.

10 Contrariam tamen opinionem, imò confeſſionē factam coram Iudice incompetenti, cuius iuriſdictio prorogari non poteſt, vt puta in confeſſione Clerici coràm Iudice laico, & è contra, facere indicium contra eum coràm Iudice Eccleſiaſtico cū habeat vim confeſſionis extraiudicialis tenuerant *Bellam. Bald. Imol. Ancar. Zabar. Anan. Deci. in d. cap. at ſi Clerici* 4. *de indic.* quorum aliqui teſtatur de veriori, & magis cōmuni Doct. opinione *Boer. d. decif.* 90. *nu.* 3. *& ſeq. Clar. in pract. §. fin. quaſt.* 21. *ver. hanc tamen conclusionem &c.* vbi dicit, hanc eſſe magis communem Doct. opinione, & ita tenendum, niſi d. confeſſio emanaſſet coràm Iudice laico in tortura, vt ibi per eum *Maſc.* ſibi contrarius *de prob. concl.* 348. *num.* 4. *lib.* 1. vbi teſtatur de communi opinione latè *Farin. de reo conf. & conu. d. quaſt* 81. *nu.* 107. *&* 214. vbi alios adducit quamplures concordantes, & teſtatur de magis communi Doct. opinione, & dicit ab hac opinione non eſſe recedendum ſiuè confeſsio Clerici ſit facta ſponte, ſiuè ſi ſit vocatus, vt ibi per eum, *Decian. tract. crim. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 64. vbi pariter teſtatur de communi opinione, *Ant. de Ball. tract. crim. lib.* 1. *quaſt.* 14 *num.* 9. *Guazz. defen.* 32. *cap.* 26. *num.* 8. vbi ſequitur hanc opinionem, quando confeſſio Clerici facta fuit coràm Iudice laico extraiudicialiter, ac etiam iudicialiter, dummodo non per torturam, & hanc opinionem veriorem, & ſeruatam in Curia Neapol. [illegible] dicit *Pract. Archiep. Neap. cap.* 6. *n.* 3.

11 Limita ſecundò d. declarationem, vt non habeat locum, quando confeſſio coràm Iudice incompetenti eſſet facta non principaliter, ſed incidenter, quia tunc non faceret indicium ad torturam corā Iudice competenti, vt tradunt *Rolan. conſ.* 31. *num.* 18 *& ſeq. lib.* 3. benè comprobans, *& Farinac. de reo confeſ. & conui. d. quaſt.* 81. *num.* 218. *ver. ſublimita* 4. *&c.* & vide adducta ſupra in hoc verbo *Confeſſio Reſolut.* 4. *in fin.*

12 Verum verò ad hoc, vt confeſſio facta coràm Iudice incompetente faciat indicium ad torturam requiratur, quod cum d. confeſſione concurrant etiam coniecturæ, & præſumptiones tradūt *Maſcar. de prob. d. concl.* 352. *in fin. lib.* 1. *Farin. de reo confeſ. et conui. d. quaſt.* 81. *nu.* 217. *Ant. de Ball. d. quaſt.* 14. *num.* 5. *et Guazz. d. defen.* 32. *cap.* 26. *in fin.*

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod confeſſio facta coram Iudice incompetente non eſt ſufficiens ad condemnandum confitentem coram Iudice competente ex defectu iuriſdictionis adde *P. Graſſet. de vere prodit.* §. 29. *num.* 191. vbi alios refert ita ſentientes, licet dicat, illam ſufficere ad reum torquendum, vt habetur hic *num.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio facta coràm ſolo Notario non ſufficit ad condemnandum confitentem.*

Cum non dicatur confeſſio iudicialis, ſed extraiudicialis, num. 2.

Et idem eſt in confeſſione facta coràm Iudice tantàm, num. 3.

Et in confeſſione facta coràm Iudice non ſedente pro Tribunali, num. 4.

Et in confeſſione facta coràm arbitratore, n. 5.

Niſi tamen Notarius reum examinaret de mandato Iudicis, num. 6.

Notario tamen decenti examinare de mandato Iudicis non creditur, num. 7.

Licèt contrarium teneant aliqui Doctores, n. 8.

9 *Confeſſio facta coràm ſolo Notario ſufficit ad torquendum confitentem.*

Etiamſi d. confeſſio eſſet reuocata per confitentem, num. 10.

Licèt aliqui contrarium teneant, num. 11.

RESOLVTIO VIII.

Confeſſio facta coram ſolo Notario an ſufficiat ad condemnandum confitentem.

1 Confeſſio facta corām ſolo Notario in abſentia Iudicis non reputatur confeſſi› iudicialis, & ideò non eſt ſufficiens ad condemnandum confitentem, vt tradunt *Bald. in l. 1. num. 103. C. de confeſ. Blanc. de indic. num. 212. Boſſi in pract. in tit de confeſ. ſub num. 47. Foller. in pract. in ver. & ſi confitebuntur num. 8. & ſeq. par. 1. Maſcar. de prob. concl. 344. num 8. & concl. 349. n. 6. lib. 1 Farinac. de reo confeſ. & conui. quaeſt 81. num. 45.* vbi alios adducit, ita ſentientes quamplures, & teſtatur de communi opinione, *Guazz. defen. 32. cap. 27. in prin. & Vermigl. conſ. 231. num. 6.*

2 Confeſſio enim facta corām ſolo Notario abſque Iudice non dicitur confeſſio iudicialis, ſed habet ſolùm vim confeſſionis extraiudicialis, vt not. *Maſcar. de prob. d. concl. 349. num. 6. Blanc. de indic. d. num. 212. Guazz. d. defen. 32. cap. 27 num. 3. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 2. cap. 20. num. 8. & Graſſ. de except. excep. 14. num. 4.* qui dant concordantes. Confeſſio autem extraiudicialis non eſt ſufficiens ad condemnandum confitentem *Clar. in pract. §. fin. quaeſt. 55. in prin.* vbi alios refert de communi opinione atteſtantes, *Maſcar. de prob. concl. 350. num. 3. lib. 1.* plenè *Farinac. de reo confeſ. & conui. quaeſt. 82. num. 1.* vbi alios dat concordantes quamplures, *Guazz. d. defen. 32. cap. 33. in prin. & Vermigl. conſ. 394. num. 7.* & dixi infra latè *Reſol. 12.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum, etiam in confeſſione facta coram Iudice ſine Notario, quæ pariter non dicitur confeſſio iudicialis, & ideò non eſt ſufficiens ad condemnandum confitentem, vt not. *gloſ. Bald Salic. in l. iubemus 41. C. de lib. cauſ. Blanc. de indic. nu. 212. Maſcar. de proba. d. concl. 349 num. 6. & Ant. de Ball. tract. crimin. lib. 2. quaeſt. 20. num. 8.*

4 Subamplia d. primam ampliationem, vt habeat locum, etiam in confeſſione facta coram Iudice non ſedente pro tribunali, & non in forma iudicij, quia neque talis confeſſio eſt ſufficiens ad condemnandum confitentem, vt docuerunt *Clar. in pract. §. fin quaeſt. 21. ver. ſed hic cadit, &c. & qu. 55. ver. item poteſt dicere &c. Bertaz. conſ. 95. numer. 3. in conſ. crim. diu. lib. 2. Maſcar. de probat. concl. 344. num. 7. & concl. 348. num. 24. & concl. 351. num. 7. lib. 1.* plenè *Farin. de reo confeſ. & conui. d. quaeſt. 81. num. 50.* vbi innumeros ferè adducit, ita ſentientes, *& num. 53.* dicit, illam ſufficere ad torturam, vt infrà dicetur, *& conſ. 25. num. 44. lib. 1.* & tradit etiam *Graſſ. d. except. 14 num. 4.* vbi pariter alios dat concordantes, etiam de communi opinione teſtantes *Carena de Offic. S. Inquiſ. par 3. tit. 8. num. 59.* vbi dicit hoc non habere locum in S. Officio, in quo proceditur ſummariè, ibi per eum.

5 Amplia ſecundo d. concluſionem, vt habeat locum, etiam in confeſſione facta coram arbitratore, quia quicquid ſit, quò ad confeſſionem factam coram arbitrio, confeſſio tamen facta coram arbitratore non dicitur iudicialis, ſed extraiudicialis tantùm, & ſic non eſt ſufficiens ad condemnandum confitentem, vt not. *Alex. conſ. 13. num. 7. lib. 1. Afflict. deciſ. 178 ſub num. 10. Maran. in pract. par. 6. in 5. act. num. 31.* vbi dicit, hoc in arbitratore non habere dubium, *& Maſcar. de prob. concl. 344. n. 9. & concl. 348. num. 15. lib. 1.* vbi teſtatur de communi opinione *Caruae. contron. 471. num. 16.*

6 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando Notarius examinaret reum de mandato Iudicis, quia tunc confeſſionem factam coram d. Notario nocere confitenti voluerunt *Ang. in l. 1. C. de confeſ. nu. 5. Monticel. reg. crim. 19. nu. 17.* quos vnà cum alijs refert, & ſequitur *Farinac. ind. quaeſt. 81. num. 46.* vbi dicit, ita ſeruari in practica in alma Vrbe, *Guazz. in d. defen. 32. cap. 27. in prin.* qui pariter teſtatur, ita practicari in Curia Romana, & ita ſentit etiam *Vermigl. conſ 231. num 6.*

7 Declara tamen d. primam limitationem, Notario atteſtanti de commiſſione ſibi facta a Iudice de examinando reum non ſit credendum, ſed id debeat aliundè conſtare, vt tradunt *Canall. in ſpec. commun. contra commun. quaeſt. 376. in fin.* vbi teſtatur de magis communi Doct. opinione *Guazzin. defen. 32. cap. 27. num. 2.* qui pariter teſtatur de magis communi, & dicit, quod nunquam condemnaret reum ita confeſſum coram Notario in cauſa capitali, vel in alia graui cauſa, vt ibi per eum *Fenzo. ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 71. num. 26. Farinac. de teſtib. quaeſt. 77. num. 185. & ſeq.* vbi dicit, hanc opinione non poſſe tuto recedi *Poſti. de manut. obſer. 93. nu. 8. & ſeq.* vbi dicit prædicta non habere locum de ſtylo Rotæ, & Almæ Vrbis, & idem dicit *Pract. Ridolph. par. 1. cap. 11. nu. 27. & ſeq.* vbi aliquas affert limitationes, & aliquos contrarium ſentientes *Rota apud Caputaq. deciſ. 245. num. 1. par. 2.*

8 Licèt contrariam opinionem tenuerint originaliter *Bart. in l. ex ſententia 29. num. 4. ff. de teſtam. tutel. Deci. conſ 42. num. 5.* & alij plures, quos recenſent *Canal. d. quaeſt. 376. in prin. Guazz. defen. 32. cap. 27. num. 2. Farinac. de teſti. d. quaeſt. 77. num. 186. & ſeq. & Pract. Ridolph. d. par. 1. cap. 11. num. 31.* qui teſtatur, hanc contrariam opinionem in practica ſeruari, contra quos ceſſante ſtylo, conſuetudine adeſt verior, & magis cõmunis opinio, de qua ſupra

9 Declara primò d. concluſionem, quod licèt d. cõfeſſio facta corām ſolo Notario, vel coram ſolo Iudice, vel non iudicialiter, vt ſupra, non ſit ſufficiens ad condemnandum confitentem, eſt tamen ſufficiens ad illum torquendum, cum habeat vim confeſſionis extraiudicialis, vt ſcripſerunt *Blanc. de indic. d. nu. 212. Foller. in d. ver. & ſi confitebuntur par. 1. ſub num. 8. Maſcar. d. concluſ. 348. num. 54.* vbi teſtatur de communi opinione, & alios adducit ita ſentientes, *et concl. 349 n. 6. lib. 1. Far. de reo confeſ. & conui. d. quaeſt. 81. num 48. et nu. 53.* alios referens concordantes, *et d. conſ. 25. num. 44 Guazz. d. defen. 32. cap. 27. num. 3.* & ante eos dixit *Clar. in pract. §. fin. quaeſt. 21. verſ. ſed hic cadit, etc.*

10 Amplia

10 Amplia hanc declarationem, vt habeat locum, etiam ſi d. confeſſio eſſet reuocata, quia adhuc illam facere indicium ad torturam voluerunt, *Boſſi. in pract. in tit. de confeſ. num. 55. & ſeq.* vbi dicit contrarium aſſerere eſſe ridiculum, & fortem adducit rationem, *Ant. Gomez. var. reſol. tom. 3. cap. 13. ſub num. 8.* vbi contrariam opinionem falſam eſſe dicit *Clar. in pract. in d. quaeſt. 21. ver. confeſſio extraiudicialis &c. Peguer. deciſ. crim. 17. ſub num. 4 Maſcar. de prob. concl. 350. num. 6. & 7.* vbi teſtatur de communi opinione *lib. 1. Farinac. de reo confeſ. & conuin. quaeſt. 82. nu. 28.* vbi alios adducit, ita ſentientes, & teſtatur de veriori opinione, *& Guazzin. d. defen. 32. cap. 27. in fin.* benè comprobans.

11 Licèt contrariam opinionem tenuerint, *Follera in pract. in d. verſ. & ſi confitebuntur par. 1. num. 8. in fin. & Iaſ. Rip. Marſil. Cancer. Menoch. Rol. Bertaz. & alij*, quos refert *Farinac. in d. quaeſt. 82. num. 27.* cum quibus pertranſit, *Anton. de Ball. tract. crim. lib. 1. quaeſt. 14. num. 11. & ſeq.* licèt poſtea, id eſſe Iudicis arbitrio remittendum, affirmet, quod eſt refugium miſerorum.

A D D I T I O.

N. 1. VBi habetur, quod confeſſio facta coram Notario abſente Iudice non eſt ſufficiens ad condemnandum confitentem adde, *Zuffi. de legit. proc. lib. 3. quaeſt. 186. num. 1. & ſeq.* vbi late comprobat *& num. 6.* dicit praedicta non habere locum, quando Notarius examinat reum de mandato Iudicis, vti habetur *hic num. 6.*

N. 7. Vbi habetur, quod Notario aſſerenti examinaſſe reum de mandato Iudicis non eſt credendum, niſi id conſtet aliunde adde *Zuffi. de legit. proc. crim. d. quaeſt. 186. per tot.* benè comprobantem.

N. 9. Vbi habetur, quod confeſſio facta coram ſolo Notario abſente Iudice licet non ſufficiat ad condemnandum confitentem, ſufficit tamen ad illum torquendum adde, *Aſin. in pract. §. 14. cap. 1. num. 4. & Zuffi. de legit. proc. crim. d. quaeſt. 186. num. 8. lib. 3.*

S V M M A R I V M.

1 *Supplicans Principi pro gratia non cenſetur fateri delictum.*

Licèt contrarium teneant aliqui, num. 2.

Maximè ſi dicatur id fieri ad cautelam, et cum clauſulis ſimilibus, num. 3.

Et quando Princeps noluit gratiam facere ſupplicanti, num. 4.

Licèt aliqui teneant contrarium, num. 5.

Fallit d. concluſio, quando ſupplicans preces exhibuit in iudicio, num. 6.

Et quando gratia petita fuit iudicialiter, num. 7.

8 *Supplicatio praeſumitur porrecta per eum, cuius fauorem continet.*

Contrarium firmatur, num. 9

10 *Componens cum Fiſco an cenſeatur fateri delictum remiſſiuè.*

R E S O L V T I O IX.

Supplicans Principi pro gratia an cenſeatur fateri delictum.

1 SVpplicans, & veniam, ſeù gratiam petens Principi pro delicto, non cenſetur fateri, delictum commiſiſſe, vt tradunt *Alex. conſ. 70. nu. 10. et ſeq. lib. 1. Boſſi. in pract. in tit. de remed. ex ſola clemen. Princ. ſub num. 29. Menoch. de arbitr. lib. 1. quaeſt. 8. ſub num. 37. Oſaſc. d[...]. Pedem. 138. num. 16. Maſcar. de probat. concl. 50[...] in princ. lib. 1. Gabr. comm. concl. de malef. concl. 23. num. 15. Decian. tract. crim. lib. 3. cap. 35. num. 64. & num. 82.* vbi hanc concluſionem late comprobat, & illam dicit veriorem, *Clar. in pract. §. fin. quaeſt. 49. in fin.* quando gratia petita fuit extraiudicialiter, & ibi *Baiard. num. 68.* & hanc opinionem firmarunt etiam, *Guazzin. defen. 32. cap. 15. in prin. Farinac. de inquiſ. quaeſt. 5. num. 25.* tàm quando ſupplicatur in caſu tranſigibili, quàm in caſu non tranſigibili, quando ſupplicatur extraiudicialiter, & teſtatur de communi opinione in ſua diſtinctione, cum quibus pertranſit, *Vermigl. conſ. 72. num. 3.* vbi teſtatur de communi opinione. Petitio enim veniae, & gratiae non eſt ſufficiens probatio delicti, cum illa cenſeatur petita ad placandam iram Principis, & potiùs ad cautelam, vt not. *Decian. in d. cap. 35. num. 82. Farinac. conſ. 120. nu. 5. & conſ. 127. num. 8 lib. 2. Guazzin. d. cap. 15. in prin. & Vermigl. d. conſ 72. num. 5.* vbi alios dat concordantes quamplures.

2 Licèt contrarium, nempè confeſſionem factam in precibus probare contra confitentem ad tex. in *l. cum precum 9. C. de liber. cauſa*, generaliter dixerint *Gabriel. comm. concl. de confeſ. concl. 4. in princ. Graſſ. de except. except. 14. num. 70. Maſcar. de prob. concl. 368. in prin. lib. 1. Farinac. conſ. 127. nu. 8. lib. 2.* & magis in ſpecie *Rota deciſ. 35. num. 5. & deciſ. 54. num 2. & deciſ 89. num. 2. poſt 1. vol. conſ. Farinac. & Ciriac. controu. 192. num. 19.*

3 Amplia primò d. concluſionem communiter receptam, vt eò magis habeat locum, quando ſupplicans, & gratiam petens à Principe proteſtatur, ſed id facere ad cautelam, ad ſe eximendum à moleſtijs, & cum ſimilibus clauſulis, quia tunc ſupplicans, & gratiam petens, nullo modo dicitur fateri delictum, vt adnotarunt *Maſcar. de prob. concl. 502. num. 3. lib 1. Guazz. d. defen. 32. cap. 15. num. 1. ver. niſi fuiſſet &c.* alios referens, ita ſentientes, *Dec. tract. crim. lib. 3. cap. 35. nu. 83. Far. de inquiſ. d. q. 5. ſub n. 25* qui alios pariter dant concordantes, *& Rota d. deciſ. 89. nu. 2. & 3. poſt 1. vol. conſ. Farin.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando Princeps noluit gratiam facere ſupplicanti, quia tunc ex d. ſupplicatione pro venia, & gratia non oritur confeſſio delicti, cum Princeps teneatur reponere reum in ſuum priſtinum ſtatum, & narrata in precibus habeant hanc tacitam conditionem, ſi gratia ſequatur, vt

docent,

docent, *Alex. d. conſ.70.num.* 10. *& ſeq.lib* 1. *Menoch.de arbitr.d.lib.*1. *quæſt.*8.*nu.*37.*Baiar. ad Clar. quæſt.*49.*ſub num.*68 *Guazzin.d. defen.* 32. *cap.* 15. *ſub* 1. & non diſſentit *Farinace de inquiſ.d.quæſt.*5. *num.*25.*ver.ſecundò verò caſu &c.*

5 Quicquid contrarium etiam, quando reſcriptum fuit reprobatum, teneant *Gabriel.in d.tit.de confeſ. concl.*4.*num.*3.*& Maſcar.d.concl*, 368. *num.* 2. vbi alios dat concordantes.

6 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando preces fuerunt exhibitæ per ſupplicantem in iudicio, quia tunc non poteſt illas, & contenta in eis impugnare *Crauet.con*[illegible] *num.*7. *Affl.deciſ.*25.*in fin.* & ſentit *Farinac. de inquiſ.dict. quæſt.*5.*num.*25.*circa medium*, & voluerunt etiam, *Gram.conſ* 34 *num.*5.*Baiar.ad Clar.d.quæſt* 49.*in fin. Guazzin.d.defen.*32 *cap.*15.*ſub num.*1. vbi vult, in d. caſu tantùm oriri contra producentem preces indicium ad torturam, *ex Gram.* quem allegat *in conſ.*54.*num.*6.*& ſeq.Vermigl.conſ* 225.*num.*1.*Rot. d.deciſ.*89.*num.*4.*poſt* 1.*vol.conſ Farinac.* plenè *Poſti.* qui tamen loquitur in ciuilibus *de manut.obſer.* 19.*num.*46.*Rot.apud.Greg.XV.deciſ.*331 *num.* 11.

7 Limita ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum quando ſupplicatio, & petitio veniæ, vel gratiæ eſt facta Principi extraiudicialiter, ſecùs tamen eſt, ſi illa ſit facta Iudici iudicialiter, & ſolemniter, quia tunc ex illa probatur delictum, niſi in illa ſit dictum, quod illa ſit ad cautelam, vel ad ſe eximendum à moleſtijs, vt docent *Blanch.de indic. num.*308.*Maſcar.de prob d.concl.*502.*num* 2. *lib.*1. *Decian.tract.crim.lib.*3.*cap.*35.*nu.*82.*& lib.* 7.*cap.* 45.*num.*28 *Farinac. de inquiſ.d.quæſt.*5.*num.*25 vbi loquitur, quando ſumus in caſu de iure non tranſigibili *Baiar.ad Clar.in d.quæſt.*49.*num* 68. circa medium *& Guazz.d.defen.*32.*cap.*15. *num.* 2. qui alios dant concordantes.

8 Declara d. concluſionem, vt in dubio preces, & ſupplicatio præſumatur porrectæ Principi per illum, cuius fauorem continent, & ad illius inſtantiam, vt voluerunt *Abb. & Felin.in cap.non nulli* 28.*§.ſunt, & alij de reſcrip.Gamez.ad Reg.Cancel. in Reg.de impetr.benefic viuen.quæſt* 5. *Viui. deciſ.* 352.*num.*6. quos refert, & ſequitur *Graſſ.de excep. d.except.*14.*num.*71.& ſuit opinio *Oldra.conſ.* 136. *col.*2.*ver.non obſtat quod aduerſarij &c.*

9 Contrarium tamen opinionem tenuerunt, *Maſcar.de prob.concl.* 68 *num* 21.*lib.*1. *& Adden. ad Greg.XV.deciſ* 331.*num.*19. vbi dicunt, ita ſeruare *Rot.Rom* cuius quamplures adducunt deciſiones, niſi concurrente impenſa notabilia, vel quando materia eſſet difficilis impetrationis, aliàs aperiretur via ad committendas diuerſas fraudes, vt ibi per eos.

10 Vtrum verò componens, vel tranſigens cum fiſco dicatur fateri delictum tradunt, *Maſcar.de prob.concl.*508.*lib.*1.*Baiard.ad Clar.§.fin. quæſt.*49. *num* 66.*Farinac.de inquiſ.quæſt.* 9. *num.* 18. *& ſeq. Hond.conſ.*96 *num.*11.*lib.*2. *& Guazzin. defen.* 32. *cap.*15 *num.*3 ipſos conſulas, cum non omnia hic ſint referenda, vt aliàs dixi

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod ſupplicans Principi pro gratia non cenſetur fateri delictum adde, *Toning.deciſ. lipſi* 21 *par.*1. cum refert & ſequitur *Vrſell.in exam.apian. concl.*155.*num.*152.*tom.*2.

N. 9. Vbi recenſentur Doctores tenentes, ſupplicantem Principi pro gratia cenſeri fateri delictum adde. Cum quibus pertranſit, *Rota deciſ.*181.*num.*6.*par.*10.*rec.* Maximè ſi gratiam exhibuerit in actis, *Farinac.conſ.* 205. *num.* 37. *lib.*3. vti habetur *hic num.*6.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio extorta a rea per torturam ſine debitis indicijs non conualidatur per indicia poſtea ſuperuenientia.*

Etiamſi ſuperueniat indicium confeſſionis extraindicialis, num. 2.

*Licèt contrarium teneant aliqui, num.*3.

Ac etiam d. confeſſio ſit ratificata, num. 4.

5 *Sententia nulla, & iniuſta non validatur per probationes ſuperuenientes.*

RESOLVTIO X.

Confeſſio extorta a re, per torturam ſine debitis inditijs an conualidetur per inditia poſtea ſuperuenientia.

1 COnfeſſio extorta à reo per torturam indebitè illatam non præcedentibus legitimis indicijs non conualidatur per indicia poſtea ſuperuenientia, vt tradunt *Clar.in pract.§. fin. quæſt.* 55.*num.*13.*& quæſt.*64.*ver.dixi etiam &c.* vbi teſtatur de communi opinione, *& ibi Baiard.num.* 30.*Maſcar.de prob.concl.*1392.*num.*6.*lib.*1. *Farin. de reo confeſ.& conui.quæſt.*83.*num.*4.*et conſ.*19.*n.* 2 *et ibi Adden.litera D.* qui teſtatur de recepta opinione, *et conſ.*99.*num* 62.*lib.*1. vbi dicit d. confeſſionem neque validari per adminicula, *Hond. conſ.*108.*num.*35.*lib.*1. vbi teſtatur hanc eſſe communem Doct. opinione, *Guazz.d.defen.*30.*cap.*38. *num.*1.*& ſeq.& defen.*32.*cap.*31.*num.*5. *Adden.ad Farin.conſ.*55.*litera B.lib.*1.*Ant.de Ball tract.crim. lib.*1.*quæſt.*4.*num.*2.*Carena de Offic S.Inquiſ par.*3. *tit.*10.*num* 12.*Buttiglier.de ſucceſ theor.* 44.*nu.*23. *P. Diana in ſumma in ver.inquiſito cum iuriſd.nu.* 106.& dixi etiam ſupra in hoc verbo, *Confeſ Reſolut.* 2. *num.* 6.

Quod enim ab initio non valet, tractu temporis non reconualeſcit, *l.quod ab initio* 30.*& leg. pan.ff.de reg.iur.cap non firmatur* 18.*de reg.iur.in* 6.*cap.quod ſicut* 28.*de elect.Dec.conſ.*661.*num.*14.*Carcer. var. reſol.par.*2.*cap.*1.*num.*28. in his terminis, *Maſcard. de prob.d. concl.*1392. *num* 6.

2 Amplia primò d. concluſionem habere locum, etiam ſi poſt confeſſionem ſuperueniat indicium confeſſionis extraiudicialis emanatæ ante torturam illatam, quia adhuc confeſſio facta in tortura ſinè

ſinè indicijs non reconualeſcit, vt declarant *Adden. ad Farinac. conſ. 19. littera D. lib. 1.* benè comprobantes, *Farinac. de reo confeſſ. & conuinct. d. quaeſt. 83. num. 5.* vbi dicit, contrariam opinionem non eſſe veram, *Guazzin. d. defen. 30. cap. 38. num. 3. & d. defen. 32. cap. 31. num. 5.* qui pariter dicit d. contrariam opinionem de iure non ſubſiſtere, *& P. Dian. vbi ſupra num. 107. in fin.*

3 Quicquid contrarium, imò d. confeſſionem validari per d. indicium ſuperueniens extraiudicialis confeſſionis ante torturam emanatae, malè voluerint *Marſil. in l. quaeſtionis, 7. num. 66. ff. de quaeſt. & in l. eos 27. num. 20. ff. de falſ.* quem referendo ſequitur *Montecel. reg. crim. 18. num. 16. & 21. Grama, conſ. 40. num. 20.* & non diſſentit *Batar. ad Clar. §. fin. quaeſt. 64 num. 30. in fin.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem adeò eſſe veram, vt confeſſio praedicta neque poſſit validari per ratificationem poſtea ſubſequutam, cum indicia requirantur a principio de ſubſtantia confeſſionis, vt voluerunt *Franc. Becc. conſ. 70 num. 5. lib. 1. Maſcar. de prob. concl. 353. num. 3. lib. 1* vbi plures dat concordantes *Rolan conſ. 12 num. 91 lib. 3. Hond. conſ. 108 num. 35. lib. 1.* vbi teſtatur de communi opinione, plenè *Farinac. de reo confeſ. & conuin. quaeſt 83. num. 4.* vbi alios adducit, ita ſentientes quamplures more ſuo, etiam de communi opinione atteſtantes. *Guaz defen 30. cap 38. num. 4. & d. defen. 32. cap. 31. nu. 14.* latè comprobans, & dicens d. ampliationem habere locum, etiamſi d. confeſſio eſſet milles ratificata, & tàm ratificatio ſit tacita, quam expreſſa, vt ibi per eum, *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 10. num. 12. Ant. de Bal. tract. crim. lib. 1. quaeſt. 4. num. 2. & ſeq. Buttiglier. de ſucceſſ. theorem. 44. num. 23.* & alij plures relati ſup. in hoc verb. *Confeſſio reſ. 2. n. 3.* quicquid contrarium aliqui voluerint relati *d. reſ. 2. n. 4.*

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt idem ſit in ſententia nulla, & iniuſta, quae ex probationibus poſtea receptis, & ſuperuenientibus non reconualeſcit, vt animaduertunt *Rolan. conſ. 94. num. 28. lib. 4. Baiar. ad Clar. §. fin. quaeſt. 66. num. 9. Guazzin. defen. 4. cap. 1. num. 21. Scac. de ſent. & reind. gloſ. 13. n. 7. & 8. & gloſ. 14. quaeſt. 8. num. 32. & ſeq.*

9 Verum verò confeſſio ſpontè emanata non praecedentibus indicijs validetur per indicia ſuperuenientia vide *Guazzin.* qui diuerſas refert opiniones *defen. 32. cap. 31. num. 15.*

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod confeſſio extorta per torturam non praecedentibus legitimis inditijs non conualidatur per inditia ſuperuenientia adde *Scialo. in prax. torq. reos, cap. 3. num. 19. & ſeq. & Zuffi. de legit. proc. crim. quaeſt. 58. num. 4. lib. 1.* & dixi ſupra in hoc verbo *Confeſſio, Reſol. 2. cum ibi not.*

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio extorta a reo per ſuggeſtionem tàm in torturam, quam extra non eſt ſufficiens ad condemnandum confitentem.*

Etiamſi d. confeſſio ſuggeſtiuè extorta fuerit ratificata, num. 2.

Et ſtante d. confeſſione eſt nullus totus proceſſus, num. 3.

4 *Confeſſio ſuggeſtiuè extorta dicitur, quando reus interrogatur in ſpecie de delicto.*

Et quando interrogatur de circumſtantijs delicti ante confeſſionem de delicto, num. 5.

Quae non habet locum, quando praecedunt indicia ſufficientia, num. 6.

7 *Socius eſt interrogandus in genere de ſocijs ad fugiendam ſuggeſtionem.*

Niſi adſint indicia particularia cõtra aliquam certam perſonam, num. 8.

9 *Confeſſio quando dicatur ſuggeſtiuè extorta, eſt iudici arbitrarium.*

RESOLVTIO XI.

Confeſſio extorta à reo per ſuggeſtionem tam in tortura quam extra an ſufficiat ad condemnandum confitentem.

1 COnfeſſio extorta a reo per ſuggeſtionem, tàm in tortura, quàm extra illam non eſt ſufficiens ad condemnandum confitentem, & omnia inde ſecuuta ſunt ipſo iure nulla ad tex. *in l. 1. §. qui ad quaeſtionem, & ibi Bart. & Marſil. ff. de quaeſt.* & tradunt etiam *Anton. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 13. num. 23. in fin.* latè *Cartar. in pract. inter reo. lib. 2. cap. 1. num. 54. & ſeq. & lib. 4. cap. 1. num. 94. & ſeq. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 86. num. 7. & num. 40. & ſeq. Farin. de reo conf. & conuin. quaeſt. 83. nu. 84. & ſeq.* alios dans concordantes, *& conſ. 185. num. 13. lib. 2 Guazzin. defen. 32. cap. 22. per tot. Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 8. n. 39. Vermigl. conſ. 80. in prin Ambroſ. in proc. inform. lib. 2. cap. 5. num. 20. & Ciriac. contr. 359. n. 103.*

Suggeſtionem enim vti Iudici in interrogando eſt prohibitum *d. l. 1. §. qui quaeſtionem, & ibi not. Gotofr. in ver. Suggerentis, ff. de quaeſt. Farin. in d. quaeſt. 83. n. 84 & ſeq. Guazzin. defen. 20. cap. 13. in prin. Caren. in d. par. 3. tit. 2. num. 51. & tit. 8. num. 33.* vbi dicit ſuggeſtionem fugiendam eſſe in examine teſtium reorum & in tortura, vt ibi per eum, *Ambroſ. in d. cap. 5. num. 18. & ſeq. & Vermigl. conſ. 15. num. 23.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiamſi d. confeſſio per ſuggeſtionem extorta fuerit ratificata per confitentem, quia adhuc ei non nocet, vt ſcripſerunt *Carer. in prac. in 2. tract. de indic. & tortur. §. inter. num. 16.* quem refert, & ſequitur *Farin. de reo confeſſ. & conuin. d. quaeſt. 83. num 94. & ſeq.* vbi dicit neque illam nocere tertio, & non diſſentit *Vermigl. d. conſ. 80. num. 2.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt non ſolum confeſſio per ſuggeſtionem extorta non ſufficiat ad condemnandum confitentem, ſed etiam totus proceſſus, qui indè fieret non praecedentibus legitimis indicijs ſit ipſo iure nullus, vt dixi ſupra, & tradunt *Clar. in pract. §. fin. quaeſt. 21. verſ. retenta igitur, &c. in fin.*

in fin. Cartar. in pract. reo. d. lib. 4. cap. 1. num. 95. Scac. de indic. d. cap. 86. num. 7. & 40. Guaz. defen. 20 cap. 13. num. 11 vbi firmat, in d. caſu proceſſum non ſuſtineri, etiam ſi procedatur manu Regia, ex abrupto, & ſimil.

4 Declara primò d. concluſionem, vt confeſſio dicatur extorta à reo per ſuggeſtionem, quando reus interrogatur de delicto in ſpecie, puta *An occiderit Titium, an commiſerit talem falſitatem*, vel teſtis, *ſi Totius occiderit Seium, vel talem percuſſerit*, & ſimilia, & declarant Boſſ. in pract. in tit. de exam. reo. nu. 12. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 45. ver. debet autem &c. licèt malè dicat de conſuetudine non ſeruari Ant. Gomez var. reſ. tom. 3. cap. 13. num. 3. in fin. latè Cartar. in pract. inter reo. lib. 2. cap. 1. num. 54. & ſeq. Farin. de reo conf. & conui. d. quæſt. 83. num. 97. & in tract. de teſtib. quæſt. 79. num. 78. Scacc. de iud. lib. 1. cap. 86. num. 8. & 40. vbi dicit ſuggeſtionem eſſe palliatam, quando reus reſpondet interrogatorio, non eo ſtito, de quo fuerit interrogatus, vt ſit dicatur *Et ad opportunam Domini interrogationem reſpondit*, & ſimilia Adden. ad Farinac. conſ. 83. littera B. lib. 1. benè Guazz. defen. 20. cap. 13. nu. 4. vbi dicit reum interrogandum eſſe generaliter, *an habuerit rixam cum aliquo*, & ſi cum Titio, *an illum vulnerauerit, in qua parte corporis, vel ſi aliquod maleficium commiſit*, & quod ita communiter practicatur reprobando Clar. contrarium aſſerentem, vt per eum ibi n. 6. verſ. & caueat Iudex &c. alios adducens concordantes, & magiſtraliter docet Ciriac. d. contr. 150. num. 97. & ſeq.

5 Amplia primò d. declarationem, vt eò magis confeſſio dicatur extorta à reo per ſuggeſtionem, quando ille per Iudicem interrogatur de circumſtantijs, & qualitatibus delicti, puta *an vulnerauerit Titium in pectore, cum enſe, cum pugione, in tali loco*, & ſimilia, ante quam a reo habuerit mediante interrogatione generali confeſſionem de delicto commiſſo, vt voluerunt Adden. ad Farinac. d. conſ. 83 littera B. idem Farinac. de reo confeſſ. & conuin. d. quæſt. 83. nu. 88 Cartar. in pract. inter reo. d. lib. 2. cap. 1. num. 54. & ſeq. Guazz. d. defen. 20. cap. 13 num. 8. & benè declarat idem Farinac. conſ. 185. num. 9. 13. & 61. lib. 2. Vermigl. conſ. 80. num. 2. & 3. vbi dicit, etiam ſuggeſtiuum eſſe interrogatorium factum pro reo de ſumma pecuniarum data homicidæ, ante habitam confeſſionem, de mandato ad occidendum, vt ibi per eum, & Ciriac. d. contron. 150. num. 97. & ſeq.

6 Limita d. primam declarationem, vt non habeat locum, quando præcedunt indicia ſufficientia ad interrogandum reum, vel teſtem, quia tunc Iudex poteſt illos in ſpecie interrogare, ita vt ſi confiteatur, non dicatur confeſſio per ſuggeſtionem extorta, nec vitio nullitatis ſubiaceat, vt tradunt Boſſ. in pract. in d. tit. de exam. reo. ſub num. 12. Cartar. in pract. inter reo. d. lib. 2. cap. 1. num 64. Scacc de indic. d. lib. 1. cap. 86. num. 38. & ſeq. vbi declarat qualia debeant eſſe d. indicia, tàm ad interrogandum reum in ſpecie de delicto in tortura, quam extra torturam ſufficientia, & admonet Iudicem, vt prius interroget reum in genere de delicto, & poſtea deueniat ad circumſtantias, vt ibi per eum, qui ſatis magiſtraliter loquitur, Farinac. de indic. & tort. quæſt. 43. num. 132. & ſeq. & de teſtib. quæſt. 79 num. 78. & de reo confeſſ. & conuin. quæſt. 83. num. 97. Guazz. d. defen. 20. cap. 13 num. 8. & num. 9. ver. quod tamen &c. Adden. ad Farinac. d. conſ. 83. litt. B. Ambroſ. in proc. infor. lib. 2. cap. 5. n. 22. & ibi Adden. & Caren. de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 8. num. 38.

7 Declara ſecundò d. concluſionem, vt etiam ſocius criminis debeat interrogari in genere, non autem in ſpecie de certa perſona, niſi adeſſet ſpecialis præſumptio, quod certa perſona interuenerit, alias dicatur per ſuggeſtionem fuiſſe interrogatus, & confeſſio ſuggeſtiuè extorta, vt docent Clar. in pract. §. fin. quæſt. 21 verſ. retenta igitur &c. Cartar. in pract. inter reo. lib. 2. cap. 1. num. 69. & ſeq. vbi docet practicam interrogandi de ſocijs ad fugiendam ſuggeſtionem Pegner. deciſ. 5. num. 21. & ſeq. Farin. de indic. & tort. d. quæſt. 43. num. 132. & ſeq. Guazz. d. defen. 20. cap. 13. nu. 9. qui alios dant concordantes Scac. de indic. d. cap 96. nu. 6. & Ambroſ. in proc. inform. lib. 6. cap. 4. num. 10. & ibi Adden.

8 Limita tamen d. ſecundam declarationem, vt non habeat locum, quando adſunt indicia particularia contra aliquam certam perſonam, quia tunc ſocius, etiam de illa ſpecialiter interrogari poteſt, vt benè declarant Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 43. num. 132. & ſeq. & Guaz. d. defen. 20. cap. 13. nu. 9. verſ. quod tamen etc. & ante eos Scacc. de indic. d. lib. 1. cap. 86. n. 7 et Cartar. in d. lib. 2. cap. 1. n. 71.

9 Licèt confeſſio, quando dicatur fuiſſe per ſuggeſtione extorta, remittendum ſit arbitrio Iudicis dixerint Cabal. ad Conſtit. Marcb. lib. 4. cap. 1. in verb. compatuerit, num. 1. et 2. & non diſſentit Farin. de reo confeſ. et conuin. d. quæſt. 83. nu. 89. & not. etiam Adden. ad Farin. in d. conſ. 83. littera B. lib. 1.

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod confeſſio extorta per ſuggeſtionem tam in torturam, quam extra non ſufficit ad condemnandum adde Zuffi. de legit. proc. lib. 1. quæſt. 47. num. 11. plenè Farinac. conſ. 226. per tot. lib. 3. vbi de materia, & de confeſſione extorta per mendacia, & falſas aſſertiones, vt per eum, & alios Conſulentes ibi.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio extraiudicialis de delicto non ſufficit ad condemnandum confitentem.*

Etiamſi dicta confeſſio facta fuerit parte præſenti, num. 2.

Licèt contrarium teneant aliqui Doct. n. 3.

Fallit d. concluſio, quando cum d. confeſſione concurrant adminicula, n. 4.

Declara quo ad pœnam extraordinariam, n. 5.

Item fallit in confeſſione geminata, quæ probat delictum. num. 6.

Licèt de d. fallentia dubitent plures Doctores, num. 7.

Item

Item fallit in confeſſione facta in publico, n.8.
Et quando confeſſio deduceretur in iudicio vti delictum particulare, vt ſi quis glorietur de delicto, quia tunc intrat pœna extraordinaria, n.9.

RESOLVTIO XII.

Confeſſio extraiudicialis de delicto an ſufficiat ad condemnandum confitentem.

1 Confeſſio extraiudicialis de delicto non probat plenè contra confitentẽ, & ideò illa non eſt ſufficiens ad condemnandum confitentem, vt tradunt *Boer. deciſ.90. num.5. Clar. in pract. §.fin. quæſt.55. in princ.* vbi alios adducit etiam de communi opinione teſtantes *Menoch. de arbitr. caſu 331. in princ. Maſcar. de probat. concl.347. num.8. & concl. 497. num.1. & ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione, *& concl.350. num.1. & ſeq. lib.1.* plenè *Farin. de reo confeſſ. & conuinct. quæſt.82. num.1. & ſeq* vbi alios dat concordantes quamplures *Guazzin. defen.32. cap 33. in princ. Caball. reſol. crim. caſu 288. num.59. cent.3. Giurb. conſ. 87. num.20. & Vermigl. conſ 394. nu.7. & conſ.333. num.5. Paul. Rub. de teſtam. cap.23. num. 69.*

In criminalibus enim ad effectum condemnandi delinquentem requiruntur probationes luce meridiana clariores *l. ſciant cuncti 25. C. de probat.* quæ eſt canonizata *in cap. ſciant cuncti 2. quæſt vlt.* & tradunt *Clar. in pract. §. fin. quæſt.66. num.3.* plenè *Guazzin. defen.33. cap.14. in princ. Giurb. conſ.72. num.15. & Vermigliol. conſ.179 num. 2.* qui alios dant concordantes, & in his terminis *Paul Rub. de teſtam. cap.23. num.71.* ſed fieri poteſt, quod quis confiteatur delictum extraiudicialiter, puta vt de mulieris fama detrahatur, ſeu alterius, vel ad effectum ſe de eo gloriandi, vt ſæpè euenit, & ſic quod illum non commiſerit, ſed mentiatur, & ideò d. confeſſio non debet eſſe ſufficiens ad illum condemnandum, vt in terminis tradunt *Maſc. de prob. concl. 498. num. 2. & Rota apud Bellamer. deciſ. 721. circa medium.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiamſi d. cõfeſſio extraiudicialis facta fuerit parte præſente, quia adhuc illa non eſt ſufficiens ad condemnandum, ſed ſolum ad torquendum confitentem, vt not. *Butr. Imol. Aret. Felin. & Deci. in cap. at ſi Clerici 4. de iudic.* quam opinionem benè cõprobat *Blanc. de indic. num.210. & ſeq. Ant. Gomez var. reſ. tom.3. cap.13. ſub num.8. Clar. in pract. § fin. quæſt.55. verſ. vnum tamen &c.* vbi dicit, ita ſemper vidiſſe ſeruari in practica, niſi tot indicia concurrerent, vt dici poſſet, de delicto benè liquere, vt ibi per eum *Maſcar. de prob. concl.340. num.7. & concl.346. num.6.* vbi teſtatur de communi opinione, *& concl.349. num.1. 2. & ſeq. & concl.497. num. 10. & ſeq. lib. 1. Farin.* alios adducens concordantes quamplures *de reo confeſſ. & conuin. quæſt.81. n. 6. & ſeq.* vbi dicit, ita tenendum eſſe, etiamſi dict. confeſſio fuiſſet per patrem acceptata, vt ibi per eum, ſequitur *Guazzin. d. defen.32. cap 33. num.1. verſ. Imo etiam &c.*

3 Licèt contrarium imò confeſſionem extraiudicialem factam parte præſente, ſufficientem eſſe ad condemnandum confitentem, tenuerint *Bero. & Mantuan. in d. cap. at ſi Clerici 4. de iudic. Foller. in pract. in ver. Et ſi confitebuntur, par.2. num.32.* & alij relati *per Farin. de reo confeſ. & conuinct. quæſt.82. num.5.* cum quibus pertranſit *Ciriac.* quando vltra præſentiam partis concurrunt etiam adminicula *contron. 171. num. 16.*

4 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando cum confeſſione extraiudiciali concurrunt adminicula, & præſumptiones, quia tunc illa ſufficit ad condemnandum confitentem, vt voluerunt *Felin. in cap. olim 25. nu.6 in 8. fallen. de reſcrip.* vbi hanc limitationem benè cõprobat, *Brun. de indic. & tort. par.1. quæſt.3. num.16 in fin. Boſſ. in pract. in tit. de conuict. num.32.* & non diſſentit *Clar.* quando concurrit etiam præſentia partis *in pract. §. fin quæſt 55. verſ vnum tamen in fin. Bertaz. conſ. 42. num 4. & ibi Adden. littera B. lib. 1. Maſcar. de probat. d. concl.350. num.38. lib.1. Simon de Prat. conſ. 104. num. 22. & 37. lib. 2.* quos refert cum alijs pluribus *Farinace. de reo confeſ. & conuinct. quæſt. 82. num. 2.* & ſentit etiam *Giurb. conſ.87. nu. 20.* vbi quando concurrit publica vox, & fama.

5 Declara d. primam limitationem, quod licèt contrariam opinionem teneant *Iaſ. Corrad.* & alij Doct. relati *per Farinac. in d quæſt.82 num.3.* & vltra eos *Vermigl conſ.333. num 5. et Ant. de Ball. tract. crim. lib.2. quæſt.22 num.4.* quæ fortè eſt verior, illa tamen habere poteſt locum, quo ad imponendam contra d. confitentem pœnam extraordinariam, ſcilicet pecuniariam, ſecùs tamen quo ad pœnam ordinariam, vt declarant *Boſſ. in pract. in tit. de conuict. num.32. et ſeq. Farinac. de reo confeſſ. et conuin. d. quæſt.82. num.4. et Guazzin. d. defen.32. cap. 33. num. 1. verſ. Niſi tamen etc.*

6 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in confeſſione extraiudiciali geminata, quã plenè probare delictum ſcripſerunt *Put. de ſyndic. in verb. Tortus, cap.1 num.27. in fin. Foller. in pract. in d. verb. Et ſi confitebuntur par 2 num. 37. Gabr. comm. concl. de confeſſ. concl.3. num.3. Roman. conſ. 190. num 7 et ibi Adden. littera G. Bertaz. d. conſ.42. num. 3.* vbi teſtatur de communi opinione *lib. 1. Maſcar. de prob. concl. 350. num. 24.* licèt valdè dubius *et concl. 497. num. 16 lib. 1.* qui alios adducunt concordantes, prout facit *Farinac. de reo confeſſ. et conuict. d. quæſt.82. num.13. et Giouagnol. conſ.43. num.31. lib.1.* qui loquitur ad defenſam.

7 Licèt de veritate huius ſecundæ limitationis valdè dubitent *Diaz. reg.125. in 3. fallen. Maſcard. in d. concl. 350. num.24.* cum quibus pertranſit *Farinac. d. quæſt.82. num. 14.* vbi dicit, quod ipſe ex confeſſione extraiudiciali geminata nunquam reũ condemnaret, ſed ſolum illum acrius torqueret, & idem tenet *Guazzin. d. defen. 32. cap.33. num.1. verſ. et licèt aliqui etc.*

8 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum

cum in confeſſione extraiudiciali, ſacta in publico, & coram multitudine perſonarum, quia cum illa dicatur tranſire in notorium, ideò dicitur ſufficiens ad condemnandum, vt voluerunt *Foller. in pract. in d. verb. Et ſi confitebuntur par. 2. num. 33. Gabr. commun. concl. l. de confeſſ. concl. 1. num. 70. Maſcar de prob. d. concl. 350. num. 35. lib. 1. Farin. de reo confeſſ & conuin. d. quaeſt. 82. num. 16.* vbi benè declarat, & alios concordantes adducit, cum quibus pertranſit *Gionagn. d. conſ. 43. num 32. lib. 1.*

9 Limita quartò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando confeſſio extraiudicialis deduceretur in iudicio tanquam delictum particulare, & de per ſe, vt puta, quando quis de aliquo delicto commiſſo ſe gloriatur, maximè ſi talis gloriatio tendat in infamiam alterius, quia talis confeſſio, ſufficit ad imponendam aliquam pœnam extraordinariam Iudicis arbitrio vt tradunt *Ant. Gomez variar. reſol. tom. 3. cap. 13. num. 8 in fin.* vbi teſtatur de communi opinione, *Farinac. de reo confeſſ & conuict. d. quaeſt. 82. num 22. & ſeq.* vbi dat concordantes quamplures, & alias ad d. concluſionem in principio poſitam ſubuertit limitationes. *Guazzin d. deſen. 32 cap. 33. num. 7. Cabal. reſol. crimin caſu 81. num. 9. & ſeq. cent. 1. & Ant. de Bal tract. crim. lib. 1. quaeſt. 14. num. 15.* & dixi infra latiùs in verb. *Delictum reſol.* . . .

Quomodo verò d. confeſſio debeat probari vide in Reſol. ſequen. num. 11. & ſeq.

ADDITIO.

N. 4. VBi habetur, quod confeſſio extraiudicialis adminiculata ſufficit ad condemnandum *P. Graſſet. de nece prodit. §. 29. num. 191.* in pœnam tamen extraordinariam, vt tenet *Scialo. in prax. torq. reos cap. 4. num. 22. lib. 1.* vt habetur *hic num. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio extraiudicialis facit indicium ad torturã contra confitentem.*

Etiamſi ſit confeſſio extraiudicialis minoris, num. 3.

Et ſi ſit facta ſine loco, & tempore, & alijs circumſtantijs delicti, num. 4.

Licèt aliqui contrarium teneant, n. 5.

Etiamſi dicta confeſſio facta fuerit ſine cauſa, num 6.

Licèt aliqui Doct. teneant contrarium, n. 7.

Ac etiam, quando d. confeſſio fuerit reuocata in iudicio non docto de errore, num. 8.

Contrarium tamen tenent plures Doct. n. 9.

Quod procedit, ſi d. confeſſio reuocetur in continenti, alias ſecùs, n. 10.

2 *Confeſſio extraiudicialis facit ſemiplenam probationem.*

11 *Confeſſio extraiudicialis, vt faciat indicium contra confitentem, debet eſſe probata per duos teſtes cum teſtes, itans ſingulares non ſufficiant.*

Licèt contrarium voluerint aliqui Doct, n. 12.

Ita vt probata per vnum teſtem tantum nihil faciat, n. 13.

Et teſtes probantes d. confeſſionem, debent eſſe idonei, & omni exceptione maiores, n. 14.

15 *Confeſſio extraiudicialis non facit indicium, quando non eſt veriſimilis.*

Neque confeſsio facta iocosè, per laſciuiam, & ſimilia, num. 16.

Seù confeſſio facta incidenter, & ad alium finem, n. 17.

RESOLVTIO XIII.

Confeſsio extraiudicialis an faciat inditium ad torturam contra confitentem.

1 COnfeſſio extraiudicialis licèt non ſufficiat ad condemnandum confitentem, vt dixi in reſolutione præcedenti, ſufficit tamen ad illum torquendum, vt tradunt *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 13. num. 8.* vbi teſtatur de communi opinione *Clar. in pract. § fin. qu. 21. verſ. confeſsio extraiudicialis* vbi dicit, quod ita omnes fatentur, & ibi *Baiar. num. 121. & ſeq. Menoch. de præſum. lib. 1. quaeſt. 89. num. 14. & ſeq.* benè comprobans *Maſcar. de prob. concl. 346. num. 6. & concl. 350. num. 3. lib. 1. Peguer. deciſ. 17. num. 3.* latè *Farin de indic. & tort. quaeſt. 37. num. 47. et de reo confeſſ et conuict. quaeſt. 82. num. 23.* vbi quamplures dat concordantes, & dicit, hanc eſſe veriſſimam, & magis receptam opinionem, & ab illa non eſſe recedendum reprobando *Canal* contrarium tenentem in loco per eum adducto, *Cabal. reſol. crim. caſu 81. num. 2. cent. 1. Guazzin. deſen. 32. cap. 34. in princ.* vbi dicit, hanc concluſionem habere locum, ſiuè confeſſio ſit facta parte præſente, vel abſente, vt ibi per eum *Giurb. conſ 87. num 20. Caren. de Off. S. Inquiſ. par. 3 tit. 10 num. 58. Ant. de Bal. tractat. crim. lib. 1. cap. 14. num. 1 Vermigl. conſ. 13. num. 12. et conſ 33. num. 1. et conſ. 299 num. 9. et conſ. 393. num. 4. P Delrius diſquiſ magic. lib. 5. ſect. 3. verſ quibus indicijs etc. et Capic. Latr. deciſ. 163. num. 10. lib. 2.* vbi loquitur in confeſſione extraiudiciali de delicto committendo, volens facere indicium delicto poſtea patrato, vt ibi per eum, & dixi ego *Alleg. foren. 88. num. 7.*

2 . Confeſſio enim extraiudicialis facit ſemiplenam probationem *Bart. et alij Doct. communiter in l. admonendi ff de iur iuran. Menoch. de præſumpt. d. lib. 1. quaeſt. 89. nu. 15. Maſcar. de prob. concl. 350. in fin. lib. 1.* Semiplenam autem probationem ſufficere ad torquendum reum tradunt *Clar. in pract. §. final. quaeſt. 62. in prin.* in his terminis *Menoch. in d. quaeſt. 89. num. 15.* benè *Farinac. de indic. et tort. quaeſt. 36. num 219. et plur. ſeq.* vbi dicit ita tenendum eſſe, & in fortioribus terminis *Guid. Ang. Manga. inter conſ. Farinac. conſ. 25. num. 16. lib. 1.*

3 . Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum, non ſolũ in confeſſione extraiudiciali maioris ſed etiam in confeſſione extraiudiciali minoris,

quæ

quæ ſi ſit veriſimilis facit contra eum indicium ad torturam, & etiam ſi emanauerit ſinè authoritate Curatoria, vt docent *Ant. Gomez var. reſ. tom. 2. cap. 13. ſub num. 8. Menoch. de præſum. lib. 1. quæſt. 89. num. 22.* vbi declarat dummodo minor ſit talis ætatis, vt torqueri poſſit, *Maſcar. de prob. concluſ. 497. num. 15. lib. 1. Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt. 21. num. 126. Farinac. de reo confeſſ. & conuict. quæſt. 82. num. 24. & ſeq.* vbi alios dat concordantes more ſuo, & dicit, contra d. confeſſionem dari minori reſtitutionem in integrum, & idem ſcribit *Guazz. d. defen. 32. cap. 34. num. 4.* addo *Vermigl. conſ. 260. num. 5. & ſeq.* vbi ſentit, contrarium dici poſſe, ſi deficiant ſolemnitates Statuti tollentis fidem actui facto ſine illis, vt ibi per eum, & *Anton. de Bull. tract. crim. lib. 1. quæſt. 14. num. 6.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in confeſſione facta ſinè loco, & tempore, & alij circumſtantijs delictis, dummodò illa ſit ſpecialis continens certum delictum, & certam perſonam, in quam delictum fuit commiſſum, cum nemo reperiatur, qui dum extraiudicialiter fatetur delictum recenſeat factum à principio, vſque ad finem, & ſic nunquam eſſet locus torturæ ex confeſſione extraiudiciali, vt argumentantur, *Boſſ. in pract. in tit. de confeſſ. num. 45. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 13. num 8. verſ. intellige prædicta &c. Peguer. deciſ. crim. 17. nu. 4. Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt. 21. num. 128.* & hanc eſſe veritatem dicit *Farinac. de reo confeſſ. & conuict. quæſt. 82 n. 30.* cum quibus quando confeſſio cantat de homicidio commiſſo in perſona certa pertranſit *Guazz. d. defen. 32. cap. 34. num. 9. circa medium. Adden. ad Farin. conſ. 80. litt. A. lib. 1. verſ. Verum Boſſius &c. Vermigl. conſ. 33. num. 3. & Ant. de Bul. tract crim. lib. 1. cap. 14. num. 3.*

5 Quidquid contrarium tenuerint *Put. de ſyndic. in verb. Tortura, cap. 3. num. 1. & ſeq. Brun. de indic. & tortur. par. 1. quæſt. 3. num. 26. Menoch. de præſum. lib. 1. quæſt. 89. num. 20. Maſcar. de prob. concl. 350. nu. 16. & ſeq lib. 1.* & alij relati per *Farin. d. quæſt. 82. num. 29. & per Guazz. in d. cap. 34. num. 9.* cum quibus pertranſit *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 10. num. 61.*

6 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in confeſſione extraiudiciali facta ſinè cauſa, quia etiam illam indicium facere ad torturam, quando de cauſa delicti confeſſati aliundè conſtat, licèt in confeſſione non ſit expreſſa, voluerunt *Maſcar. de prob. concl. 345. num. 2. verſ. contrarium tamen &c. lib. 1.* vbi alios dat concordantes, & teſtatur de communi opinione *Foller. in pract. in d. verb. Et ſi confitebuntur par. 2. num. 4.* & ita ſentit *Menoch. de præſump. d. lib. 1. quæſt. 88. nu. 17.* & iſtam eſſe meram veritatem dicit *Farinac. de reo confeſſ. & conuict. d. quæſt. 82. num. 31.* vbi alios adducit concordantes, cum quibus pertranſeunt *Adden. ad Farin. d. conſ. 80. littera A. verſ. Sed & hoc lib. 1. & Guaz. d. def. 32. cap. 34. num. 9. verſ. Et odit &c.*

7 Licèt contrariam opinionem, imò confeſſionem extrajudicialem factam ſinè cauſa non afficere cõfitentem tenuerint *Innoc. Ancar. Bella. & Card. Zabarel. in cap. per inquiſitionem 26. de elect. Put. de ſyndic. in ver. Tortura, cap. 3. num. 1.* & alij relati per *Farinac. d. quæſt. 82. num. 31.*

8 Amplia quartò d. concluſionem, vt habeat locum etiam ſi d. confeſſio ſit per confitentem reuocata in iudicio non docto de errore, quia adhuc facit contra confitentem indicium ad torturam, ſi enim confeſſus extraiudicialiter delictum d. cõfeſſionem non reuocat, ſed in illa perſeuerat in iudicio, nulla eſt opus tortura, ſed condemnatione, vt not. *Boer. deciſ. 90. num. 9. Boſſ. in pract. in tit. de confeſſ. num. 55. & ſeq.* vbi dicit, quod aliter dicere eſſet ridiculum, & quod *Iaſ.* qui contrarium tenet, malè loquitur *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 13. ſub num. 8.* vbi dicit, contrariam opinionem falſam eſſe, *Peguer. d. deciſ 17. ſub num. 4. Clar. in pract. §. fin. quæſt 21. verſ. Confeſſio extraiudicialis, Maſcar. de prob. concl. 350. num. 6. & ſeq.* vbi dicit, quod parum refert, quod d. confeſſio reuocetur, niſi doceatur de errore, & teſtatur de communi opinione *lib. 1.* quam opinionem ſequitur, & dicit veriorem eſſe *Far. de reo conſ. & conu. d. q. 82. n. 28.* cum qua opinione vti vltimo loco relata pertranſit *Guaz. d. def. 32. cap. 34. n. 7. ver. licèt alij &c.* & illam tenent *Cubal. reſ. crim. caſ. 81. n. 4.* vbi dicit ita ſemper vidiſſe ſeruari, *Adden ad Farin. conſ. 25. litt. Q lib. 1.* qui teſtatur de veriori opinione & *Caren. de Off. S. Inquiſ. par. 3. tit. 10. num. 63. verſ. Diligenter &c.* vbi dicit, contrariam opinionem in practica non obſeruari.

9 Licèt contrariam opinionem, imò d. confeſſionẽ ſi ſit reuocata non facere indicium ad torturam, tenuerint *Iaſ. in l. Magiſtratibus, 12, n. 6. ff. de iuriſ. omn. iud. Carer. in pract. in 2. tract. de ind. & tort. §. ſeptimum indicium, n. 7. & in 3 tract. de homic. §. 11. n. 22. & ſeq.* dummodo reuocatio ſit facta in continenti, ſecùs ſi ex interuallo, vt ibi per eum *Meno. de præſ. lib. 1. q. 89. n. 25. Rol conſ 31. ſub n. 17. lib 3. Bert. conſ. 396. n. 6. lib. 2.* & alij plures relati per *Farin. in d q. 82. n. 27. per Guaz d. cap. 34 n. 7. & per Caren. d. tit. 10. n. 63.* & ſentit *Ant. de Bul. d. lib. 1. q. 14 n. 5. & 11.* volens poſtea id remitti arbitrio Iudicis.

10 Declara d. quartam ampliationem, vt habeat locum quando d. confeſſio reuocatur in iudicio, ſecus tamen eſt, ſi illa reuocata fuerit extra iudicium maximè incontinenti, quia tunc illam non facere indicium ad torturam, voluerunt *Felin. in cap. at ſi Clerici, 4. num. 6. de indic. Baiar ad Clar. in §. fin. qu. 21. n 125.* & in confeſſione reuocata incontinenti, tenet *Carer. in loc. proximè cit.* latè *Maſc. de prob. d. concl. 350. n. 8.* vbi quamplures dat concordantes etiam de communi opinione atteſtantes *lib. 1.*

11 Limita primò d. concluſionem vnà cum ampliationibus ſeq. vt habeat locum quando d. confeſſio extraiudicialis eſt probata per duos teſtes conteſtes de loco, & tempore, quia tunc vti indicium remotum benè facit indicium ad torturã contra cõfitentem, ſecus ſi ſit probata per teſtes ſingulares, quia tunc nullũ contra eum facit indiciũ, vt tradũt *Foller. in pract. in d. ver. Et ſi confitebuntur, par. 2. n. 2*

Menoch.de præſump lib.1.d.quæſt.89 num.21.Thob. Non.conſ.86.num.3.& conſ.111 num 4. latè *Farin. de teſtib.quæſt.64. num.145.* vbi reprobat contrarium tenentes, & dicit, ab hac opinione non eſſe recedendum, *et de reo confeſſ. et conui. d. quæſt. 82. num.44.et ſeq.et conſ.60.num.44.et conſ.70.n. 43.* vbi dicit, hoc eſſe in iure certum *lib 1. et conſ. 174. num.5.et conſ.193. num.12.lib.2.Guaz d.def. 32.cap.34.num.13,* qui alios adducunt quamplures ita ſentientes, & de communi opinione teſtantes, *Eugen.conſ.27. num.49. et ſeq. lib.1 Cabal.d.caſu. 81.in princ.Caren.de Offic.S.Inquiſ.par.3. tit.10.nu. 63.Vermigl.conſ.13. num.12.& conſ.33. num.1.& 2.& conſ 74. num.18. & conſ.299. num.9. & conſ. 393. num.4.Ciriac contr.171.num.25.* & dixi ego *d. allegat.foren.88. num.9.Paul.Rub.de teſtam. quæſt. 23. num.83. Rota apud Put. deciſ.171.num.11. lib. 2. & in Tullen. Parochialis 28. May 1593. coram Cardinal. Seraph.*

12 Quicquid contrarium ſcripſerit loquendo in diuerſis terminis idem *Farin.conſ.24.num.18.& conſ. 50. num.26.lib 1.* & alij adducti *per Guaz.d.defen. 32. cap. 34. num 13.verſ.licet tamen &c.* vbi videtur diſtinguere inter confeſſionem extraiudicialem factam parte præſente, vel abſente, contra quos, quicquid ſit in ciuilibus adeſt magis communis, & verior opinio de qua ſupra.

13 Amplia primò illatiuè d. primam limitationem vt confeſſio extraiudicialis probata per vnum teſtem iuratum neque vllam faciat præſumptionem, vt not. *Caſon.de indic.tract.8. cap.1.num.1.Oſaſch. deciſ.Pedem.79. num.29.Farin.conſ.112. nu.15. lib. 2.* alios referens concordantes, *Guazz. d.defen.32. cap.34.num.13.* vbi reprobat *Iodoc.* contrarium tenentem in loco per eum adducto *Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt. 21. num.122.* vbi dicit, id procedere, etiamſi d. teſtis depoſuerit in tortura *Vermigliol. conſ.13. num.12. & Paul. Rub.d. quæſt. 23. nu. 82.*

14 Amplia ſecundò d. primam limitationem, vt d. confeſſio extraiudicialis, vt faciat indicium contra confitentem, non ſolum debeat eſſe probata per duos teſtes conteſtes, vt ſupra, verum etiam d. teſtes debent eſſe idonei, legales, & omni exceptione maiores, alias illam non probant, vt docent *Boſſ in pract.in tit de conuic.nu.11. Rolan.conſ. 57.num 34.lib.4.Turret.conſ.62.nu.4.lib.1.* vbi teſtatur de receptiſſima opinione *Farinac.de reo conf. feſſ. & conu.d. quæſt. 82. num 46. & conſ 70. num. 43. lib. 1. & conſ.115. num.24. lib.2. Guazz. d. def. 32. cap.34. num.14* quamplures alios adducens ita ſentientes, qui volunt etiam, d. teſtes eſſe rogatos, quod certè nunquam practicari vidi, nec credo quod in practica admitteretur, quicquid dicat *Guazzin. loc cit.* cum quibus pertranſit *Vermigliol. conſ. 33. num. 1. & 6. et conſ.299. num. 9. et conſ. 393. num.4.* nec non *Giurb. conſ.87. num.20.*

15 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in confeſſione extraiudiciali inueriſimili, & non probabili, quia illa ad inſtar confeſſionis iudicialis, quæ non eſt ſufficiens ad condemnandum, vt dicit *Farinac, de reo conf. et conuic. quæſt.81.nu. 28.* neque eſt ſufficiens ad torquendum, vt tradunt *Brun.de indic.& tort.par.1.quæſt.3.num.14 Baiar.ad Clar.§.fin.quæſt.21.num.121.Menoch.de præſ. lib.1. quæſt.89.num.17 Maſcar.de prob.d.concl.350. num. 18.et ſeq. lib. 1.* plenè *Farin.de reo confeſſ.et conui. d. quæſt 82. num.33. et ſeq.* vbi alios dat concordantes, & dicit, hanc eſſe magis communem Doctorum opinionem, & ab ea non eſſe recedendum reprobando *Dec.* contrarium tenentem in loco per eum adducto, cum quibus pertranſeunt *Guaz.d.defen.32. cap.34.num.10. Caren.de Offic.S,Inquiſ.par. 3.tit.10.num.60. et Vermigl.conſ.33. num.3.*

16 Limita tertiò d. concluſionem, vt habeat locum in confeſſione extraiudiciali facta ſeriò, non autem in facta iocosè, per laſciuiam, & per iactationem, ſeù vanagloria, vt ſæpè faciunt plures, quia illa non eſt ſufficiens ad torquendum talem confitentem, vt voluerunt *Foller in pract.in d.ver.Et ſi confitebuntur par.2. num.10,Menoch.de præſump.dict. quæſt. 89 num.19. Bertaz. conſ.396. num.11. lib.2. Farinac. de reo confeſſ. et conuict d. quæſt.82. num. 36. & ſeq.* vbi dicit, idem eſſe in confeſſione extraiudiciali, facta colore iracundiæ, ſeù per metum, per minas, vel per perſuaſiones aduerſarij, vt ibi per eum, & cum hac limitatione pertranſeunt etiam *Guazzin.d. def.32. cap.34.nu.10. verſ.idemque erit, &c. Caren de offic.S.Inquiſ. d.par.3.tit.10. num.62. Ant.de Bal.tract.crim. lib.1.quæſt.14.num. 10. & Vermigl. d.conſ.13. num. 3.* & quo ad confeſſionem factam per iactantiam, vide dicta *in reſ. præced. in fin.*

17 Limita quartò d. concluſionem, vt non habeat locum in confeſſione extraiudiciali facta ad illum finem, & effectum, & ſic incidenter emanata, vt poſt *Carer.in pract. in 2. tract. de indic & tortur. §. ſeptimum indicium, numer. 19. in fin. & Foller. in pract. in d. verb. Et ſi confitebuntur par.1. num.1. in fin.* per eum relatum ſcribit *Farinacc.de reo confeſſ. & conuict. quæſt.81. num. 228. et d. quæſt. 82. num. 43.* & vltra eum *Guazzin. defen. 32. cap 4. num.1. Vermigliol. conſ.394. num.9. et Paul. Rub.de teſtam. quæſt 23. num.84.*

ADDITIO.

N.4. VBi habetur, quod confeſſio extraiudicialis facit inditium ad torturam contra confitentem adde, *P. Sanch. de matrim.lib.10.diſput.12.num.48.& P. Graſſet. de nece prodit.§.29.num.191.* vbi dat concordantes.

N. 4. Vbi habetur, quod confeſſio extraiudicialis, vt faciat inditium ad torturam debet eſſe ſpecialis adde, *P. Sanch.tom.2.conſ.moral.lib.6.cap.8. dubit. 15. num. 8.* vbi dicit requiri, quod confeſſio cantet de certo delinquente, puta occidi Titium, non autem in genere, puta occidi hominem, vt ibi per eum.

N. 11. Vbi habetur, quod confeſſio extraiudicialis, vt faciat inditium debet eſſe probata per duos teſtes conteſtes, adde *P. Sanch.d.dubit.15.num.8.P. Leſſ.de iuſti.& iur.lib. 2.c.29.n.157.& P.Graſſet.de nece prodit.d.§.29.ſub n. 101.*

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio ſpontanea facta ſinè tortura non requirit ratificationem.*

Licèt aliqui contrarium teneant, num. 2.

Tutius tamen eſt ſi dicta confeſſio per eum ratificetur, num. 3.

RESOLVTIO XIV.

Confeſſio ſpontanea facta ſine tortura an requirat ratificationem.

1 COnfeſſio ſpontanea facta a reo abſque tortura nullam requirit ratificationem, vt tradunt *Foller. in pract. in ver. Et ſi confitebuntur par. 1. nu. 39.* vbi teſtatur de communi opinione *Ant. Gomez. var. reſol. tom. 3. cap. 12. ſub num. 3.* vbi pariter dicit, hanc opinionem eſſe communiter receptam, *Clar. in pract. §. fin. quaeſt. 65. ver. Sed quaero nunquid &c. Maſcar. de prob. concl. 353. num. 34. lib. 1.* latè *Farinac. de reo confeſ. et conui. quaeſt. 81. num. 8. et ſeq.* vbi quamplures dat concordantes de communi opinione teſtantes, & dicit, hanc opinionem eſſe veriorem, magis communem, & in practica ſeruatam *et conſ. 84. num. 9. lib. 1. Cartar. in pract. inter. reo. lib. 4. cap. 2. num. 18.* vbi dicit, ita in practica ſeruari, *Caball. reſol. crim. caſ. 33. num. 4. cent. 1. Ambro. in proc. infor. lib. 4. cap. 5. num. 11. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 2. quaeſt. 20. in prin.* vbi dicit, illam non eſſe ratificandam in tortura, *et Guazz. defen. 30. cap. 35. num. 11.*

Reus enim confeſſus ſpontè ſatis dicitur perſeuerare in confeſſione, & illam tacitè ratificare, ex quo illam non renocat, vt not. *Boſſi. in pract. in tit. de confeſ. num. 2. Pute. de ſyndic. in ver. Tortus cap. 1. ſub num. 13. & Farinacc. in d. quaeſt. 81. num. 10.* nec non alij Doct. ſupra adducti.

2 Quicquid contrarium, imò etiam in confeſſione ſpontanea, requiri ratificationem voluerint *Marſil. in pract. §. poſtquam num. 22. Bologn. ad Guid. de Luzar. de tormen. num. 47.* latè comprobans, & dicens hanc opinionem veriorem, & tutiorem eſſe, & alij relati *per Farinac. in d. quaeſt. 81. num. 9.* quam opinionem dicit ſaluari poſſe in confeſſione facta per minorem, vt ibi per eum *nu. 11.* cum quo praeſertim, quando agitur de poena capitali, minoris concordat *Guazzin. d. defen. 30. cap. 35. ſub num. 5.*

3 Declara d. concluſionem, quod licèt confeſſio rei ſponte facta ſine tortura non ſit de neceſſitate ratificanda, cum reus dicatur perſeuerare in confeſſione iam facta, dum illam non renocat vt tenent magis communiter Doctores, adducti ſupra in prin. cautius tamen ageret Iudex ſi d. confeſſionem ſponte factam ratificare faceret per reum, vt aduertunt *Farinac. de reo confeſ. & conuic. d. quaeſt. 81. num. 12.* vbi alios dat concordantes, & teſtatur de communi opinione, *& Guazzin. d. defen. 30. cap. 35. n. 5. ver. ſed non eſt dubium &c.* vbi hoc arbitratur neceſſarium in confeſſione minoris, vt ibi per eum.

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod confeſſio ſpontanea facta ſine tortura non requirit ratificationem adde *Paſcal. de patr. poteſt. par. 3. cap. 1. num. 52. & Danza de pugn. Doct. tom. 3. in tit. de confeſ. cap. 1. per tot.* nec non *Scialo. in prax. torq. reos cap. 31. num. 13.* vbi dicit, in quod ita iudicijs practicatur.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio vt operetur, debet eſſe verificata in ſuis circumſtantijs, & qualitatibus, ſiuè ſit facta ſpontè ſiue in tortura.*

Declara d. concluſionem, vt num. 2.

Ita vt non verificatis circumſtantijs reus ſit dimittendus ſub cautione de ſe repraeſentando, nu. 3.

Quod tamen non habet locum in Mariolis, & Taglia borſe, num. 4.

RESOLVTIO XV.

Confeſſio, vt operetur an debeat eſſe verificata in ſuis circumſtantijs, & qualitatibus,

1 COnfeſſio vt operetur contra confitentem, debet eſſe verificata in ſuis circumſtantijs, & qualitatibus praeſertim ſubſtantialibus per reum confeſſatis, ſiue ſpontè, ſiuè in tortura illa emanauerit, vt tradunt *Pute. de ſyndic. in ver. Confeſſio cap. 1. num. 5. Foller. in pract. in ver. Et ſi confitebuntur par. 2. num. 5. Bertaz. conſ. 29. num. 5. lib. 1. Farinac. de reo confeſ. & conuic. qu. 81. nu. 29.* vbi dicit, hanc eſſe communem Doct. opinionem & ita vidiſſe ſemper à bonis Iudicibus ſeruari, quam ſequuntur etiam *Giouagn. conſ. 28. num. 26. lib. 1. Guazzin. defen. 4. cap. 3. num. 5. & ſeq. ex cap. 7. num. 4. & defen. 32. cap. 2. num. 3. Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 8. num. 58. Vermigl. conſ. 18. num. 18. & conſ. 19. nu. 9. Ambroſ. in proc. infor. lib. 4. cap. 5. num. 9.* plenè *Illuſtriſſimus Sperellus deciſ. 108. in prin. par. 2. & Ciriac. contr. 150. num. 94. & ſeq.*

Cum enim aliquando rei, maximè per torturam, ob illius intollerabilem cruciatum confiteantur delicta, etiam ab eis non commiſſa, vt dicit *Farinac. de reo confeſ. & conuic. quaeſt. 81. num. 68. & Ciriac. d. contr. 150. num. 91.* Ideò Iudices cum agatur, vt plurimum, de vita hominum admodum cautè agere debent ad tex. *in cap. vbi periculum de elec. in 6. Barb. axiom. 177. num. 1.* & ſic debent omni ſtudio procurare verificationem d. confeſſionis, & qualitatum illius, vt tradunt *Farinacc. in d. quaeſt. 81. nu. 30. Guazz. d. defen. 4. cap. 3. nu. 5. et ſeq. et d. defen. 32. cap. 2. num. 3. Clar. in pract. §. fin. quaeſt. 4. num. 6. et quaeſt. 55. num. 10. et alij Doctores ſupra adducti.*

2 Amplia primò d. concluſionem ſtatim, vt ſi reus confeſſus ſit vulneraſſe cum aliquo ferro, debet Iudex illum interrogare, vnde illud habuerit, & vbi illud poſuit, vt poſſit mittere pro illo, & verificare,

an vulnera cum illo facta fuerint, & ſi reus faſſus fuerit occidiſſe hominem, & in aliquo loco ſepelliſſe illius cadauer, Iudex debet illuc mittere Notarium ad videndum, an ibi reperiantur oſſa occiſi, & ſimiliter, ſi fur confeſſus fuerit plura furta pecuniarum, vel aliarum rerum commiſiſſe, Iudex debet ab eò quærere, quid de eis ſecerit, vbi illa poſuerit, & poſtea mittere Cancellarium ad perquirendum, an id verum ſit, quæ ſi non verificentur, Iudex non poteſt reum confitentem talia feciſſe condemnare, vt docent *Pute. de ſyndic in ver. Confeſſio cap. 1. num. 5. Brun Caſon. Folier. Bertaz. & alij plures*, quos refert, & ſequitur, *Farinacc. de inquiſ. quæſt. 2. num. 15. & de reo confeſ. & conuic. quæſt. 81. num 30*, latè comprobans, & teſtans de communi opinione in omni delicto, *& Guazzin. d. defen. 4. cap. 3. num. 5. & ſeq. & d. defen. 32. cap. 2. num. 3. Silueſt. & Ioannes Aldobr. inter conſ. Farin. conſ. 19. num. 9. & 12. lib. 1.*

3 Amplia ſecundo d. concluſionem in illatiuè, vt ſi factis per Iudicem diligentijs pro verificanda confeſſione, & illius circumſtantijs, & qualitatibus, & illis non verificatis inquiſitus, qui ſui in confeſſus non ſit condemnandus, ſed veniat abſoluendus, vel tanquam innocens, ſeù veniat relaxandus ſub cautione de ſe repræſentando, vt voluerunt *Gram conſ. 37. num. 20. Farinacc. de inquiſ. quæſt 2. ſub num. 15.* vbi refert de fure, qui modò dicebat abſcondiſſe bona furata in vno loco, & modo in alio poſt pluries adhibitam torturam fuiſſe dimiſſum, ſub cautione de repræſentando, *Burſat. conſ. 101. num. 32. lib. 2.* vbi teſtatur de communi opinione, & ita pluries fuiſſe ſeruatum, quam refert, & ſequitur *Guazz. d. defen. 4. cap. 3. num. 5.* vbi dicit, quod ſi factis diligentijs inueniatur confitentem non deliquiſſe, illum eſſe abſoluendum vti innocentem, vt ibi per eum, & vide dicta infra in hoc verſ. *Confeſſio reſolut. 19. per. tot.*

4 Declara d. concluſionem cum ampliatur ſequen, vt non habeat locum in Mariolis, & vt dicitur in Tagliaborſe, qui fatentur plura furta commiſiſſe, & plura marſupia incidiſſe, quia quò ad eos non eſt neceſſe omnia illorum furta confeſſata verificare, ſed ſufficit ex eis verificare duo, vel tria furta ex quibus poſſunt condemnari, dummodo adſint querelæ aliquorum atteſtantium eis furatas fuiſſe pecunias in illo loco, in quo d. Marioli fatentur furta commiſiſſe, vt voluerunt *Gram, deciſ. 48. per tot. Farinac. de inquiſ. quæſt. 2. num 15. verſ. qua tamen &c.* vbi dicit, ita fuiſſe in Alma Vrbe ſeruatum, non obſtante, quod ipſe vti Aduocatus contrarium conſuluerit, vt ibi per eum, vt ſcripſit etiam *Guazzin. d. defen 4. cap. 3. nu. 9.* ſi concurrat aliud adminiculum, quo ad effectum imponendi pœnam ordinariam, de quo ego dixi latius in verbo *Corpus delicti reſol. 2. num. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio, vt noceat, debet eſſe clara, ſpecialis, non autem dubia, & incerta.*

Confeſſio enim dubia interpretanda in fauorem confitentis, num. 2.

Et confeſſio, vt dicatur clara, debet eſſe facta de delicto certo in ſuis qualitatibus, num. 3.

Confeſſio dubia eo minùs nocet, quando eſt facta in alio iudicio, num. 4.

5 *Confeſſio dubia poteſt per confitentem declarari.*

Et interpretanda ſemper eſt, vt minùs noceat confitenti, num. 6.

7 *Confeſſio dubia ſufficit ad torquendum;*

Declara, vt num. 8.

RESOLVTIO XVI.

Confeſſio, vt noceat an debeat eſſe clara, & ſpecifica; vel ſufficiat dubia, & incerta.

1 Confeſſio, vt noceat reo confitenti; debet eſſe indiuidualis, nitida, clara ſpecifica, inuulnerabilis, non autem generalis, dubia obſcura, tacita, vel æquiuoca, vt tradunt *Boſſi. pract. in tit. de confeſ. num. 43. Peguer. deciſ. crim. 17 num. 4 Hond. conſ. 108 num. 46. lib. 1. Farinac. de reo confeſ. & conu. quæſt. 81. num. 31. & ſeq. & conſ. 60. num. 111. lib. 1. & conſ. 89. num. 41. lib. 1. Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 8. nu. 46. Adden. ad Farin. conſ. 19. lit. I. lib. 1.* latè *Guaz. defen. 32. c. 1. n. 1. Adden. ad Far. conſ. 34. litera D. lib. 1. Ciriac. contr. 150. num. 107. & Vermigl. conſ. 231. num. 4.*

Confeſſio enim incerta, & dubia non dicitur confeſſio *l. certum 6. & ibi gloſ. ff. de confeſ. Bertaz. conſ. 54. num 2. vol. 1.* quem referendo ſequitur *Farinac. d. conſ. 60. num. 111. lib. 1.* & idem eſt nihil fateri, & incerte, & dubie fateri *l. de ætate 12. §. nihil, ff. de inter. actio. Farinac. in d. conſ. 60. num. 111.*

2 Amplia primò d. concluſionem illatiuè, vt confeſſio dubia, interpretanda ſit in fauorem confitentis, niſi confitens eſſet homo malæ conditionis, & famæ vt not. *Maſcar. de prob. concl. 344. num. 12. lib. 1. Farinacc.* vbi alios dat concordantes quamplures *de reo confeſ. & conui. d. quæſt. 81. num. 35. & ſeq.* vbi dicit, hanc ampliationem, non habere locum in confeſſione de re mala, & prohibita, *Hond. d. conſ 108. num. 44. lib. 1. & conſ. 90. num. 52. lib. 2.* vbi dicit, confeſſionem eſſe interpretandam in bonam partem, vt excludatur delictum *Guazzin. defen. 32. c. 2. in prin. Morot. conſ. 90. n 2. Ciriac. contr. 356. n. 5. & Carena de Offic. S. Inquiſ p. 3. tit. 8. n. 46.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem declaratiuè, quod confeſſio, vt dicatur certa, debeat eſſe facta de delicto certo, cum expreſſione certi loci, temporis, & aliarum circumſtantiarum, alias non nocet, vt voluerunt *Boſſi. in d. tit de confeſ. num. 43. Farinac. in d. quæſt. 81 num. 31. Guazzin. in d. defen. 32 cap. 1. ſub num. 11.* vbi dicit, hoc habere locum, tam in confeſſione voluntaria, quam in facta in tortura, & clariùs *ſub n. 3. ver. ac etiam &c. et Carena de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 8. n. 49. in fin.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando d. confeſſio dubia emanaſſet

in

in alio indicio, quia tunc eo minus nocet confitenti, vt tradunt *Maſcar. de prob. concl. 348. num. 30 & ſeq. lib. 1 Hond. conſ. 66. num. 57.* qui loquitur in confeſſione facta *lib. 1. & Guazzin. d. defen. 32. cap. 1. num. 1. verſ. Et ſi confeſſio &c.*

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt confeſſio dubia, & incerta poſſit per confitentem declarari, & ſecundum illius intentionem interpretari etiam ex internallo, vt voluerunt *Brun. de indic. par. 2. quæſt. 6. num. 23. Alciat. de præſum. reg. 3. præſum. 1. num. 9.* ſentit *Clar in pract. §. fin. quæſt. 55. ante fin.* plenè *Adden. ad Farin. conſ. 25. litt. R. lib. 1.* idem *Farinac. de reo confeſ. & conuict. quæſt. 82. num. 317. & dict. conſ. 25. num. 71. & conſ. 34. num. 6. lib. 1. Horat. Hirut. inter conſ. Farinac. d. conſ. 25. num. 26.*

6 Amplia quartò d. concluſionem illatiuè, vt confeſſio dubia ſemper interpretanda ſit, vt minus noceat confitenti ad tex. *in l. ſi quis intentione ambigua 66. ff. de iud. Guazz. d. defen. 32. cap. 1. num. 1. in fin. Rot. apud Mohed. deciſ. 37. & in Calagurit. confidentiæ 25 Iuly 1593. coram Card. Pamphilio Seniore*, quæ eſt inter *conſ. Farinac. conſ. 75. lib. 1. n. 56.*

7 Declara d. concluſionem, quod licèt confeſſio dubia æquiuoca, & obſcura, vt ſupra, non ſit ſufficiens ad condemnandum confitentem, ſufficit tamen ad illum torquendum, vt adnotarunt *Boſſ. in pract. in d. tit. de conf. num. 83. Menoch. de præſump. lib. 1. quæſt. 89. num. 24. Farin. de reo confeſ. & conuict. d. quæſt. 81. num. 39. Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 8. num. 47.* vbi teſtatur, ita Doctores concorditer tenere, benè *Guazzin. d. defen. 32. cap. 1. num. 2* vbi dicit, ita de conſuetudine ſeruari, licèt d. confitentem puniri poſſit pœna extraordinaria, dixerit *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 3. num. 23.*

8 Limita d. declarationem, vt non habeat locum, quando reus contra d. confeſſionem dubiam, & obſcuram, deduceret aliquas excuſationes, per quas tolleretur vmbra delicti, quod facere poteſt, tradunt *Gabr. comm. concl. de maleſ. concl. 19. num. 6. & Guazzin.* illum referens *d. defenſ. 32. cap. 1. num. 2. in princip.*

S V M M A R I V M.

1 *Confeſſio debet eſſe veriſimilis, & probabilis, vt noceat confitenti.*
3 *Confeſſio delicti facta ſinè cauſa non dicitur veriſimilis.*
4 *Confeſſio vt noceat confitenti, debet eſſe libera, non autem conditionalis.*
5 *Confeſſio impoſſibilis non nocet confitenti.*
2 *Veriſimile quod non eſt falſitatis habet imaginem.*

R E S O L V T I O XVII.

Confeſſio vt noceat confitenti an debeat eſſe veriſimilis, & probabilis.

1 CONfeſſio debet eſſe veriſimilis, & probabilis, ſiuè ſit ſpontanea, ſiuè per torturam habita, vt noceat confitenti, cum in veriſimilis ei non præiudicet ad tex. *in l. ſi is cuius 15. in fin. ff. de inter. actio.* & tradunt *Vulp. conſ. 6. n. 6. & ſeq. Boſſ pract. in tit. de conſ. ſub n. 45. Maſc. de prob. concl. 384. n. 5. lib. 1. Deci. tract. crim. lib. 7. cap. 45. n. 22. Hond. conſ. 108. n. 47. & ſeq. lib. 1. Farin. de reo conſ. & conu. q. 81. n. 28. & ſeq. & conſ. 19. n. 18. & ibi Adden. lit. I. Guaz. def. 32. cap. 1. n. 3.* alios adducens concordãtes *Morot. conſ. 99. n. 4. Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 8. num. 50. & Gionagn. conſ 28. num. 26. lib. 1.*

2 Quod enim non eſt veriſimile falſitatis habet imaginem, vt not. Doct. communiter in cap. *quia veriſimile 10. de præſ. Alb. conſ. 224 n. 9. & ibi Adden. lit. G. par. 1. Oſaſch. deciſ. Pedem. 117. n. 8.* plenè *Far. de falſ. & ſimul. q. 153. num. 176 & ſeq.*

3 Amplia primò d. cõcluſionem illatiuè, vt confeſſio delicti facta ſine cauſa, dicatur inueriſimilis, cum nullus præſumatur delinquere ſine cauſa, ita vt illa non ſit ſufficiens ad condemnandum confitentem, vt not. *Foller. in pract. in verb. Et ſi confitebitur, num. 45. par. 1. Pat. de ſyndic. in verb. Tortura cap. 7. num 121. Farinac. de reo confeſſ. & conuict. quæſt. 81. num. 40. Guazzin. d. cap. 1. num. 3.* vbi dicit, confeſſionem eſſe inueriſimilem, ſi non conſtat de corpore delicti, vt ibi per eum, & latius *d. defen. 32 cap. 3. per tot. Caren. de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 8. num. 50. & Gionagno. d. conſ 28. num. 28. lib. 1.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt confeſſio non ſolum debeat eſſe veriſimilis, & probabilis, vt noceat confitenti, ſed etiam debeat eſſe libera, non autem facta ſub conditione, quia illa non eſt ſufficiens ad condemnandum confitentem, vt voluerunt *Decian. conſ. 93. num. 126. & ſeq. lib. 2. Farinac. conſ. 34. num. 5. et ibi Adden. littera D. et conſ. 90. num. 112. lib. 1. Guazzin. d. defen. 32. cap. 1. num. 3 in fin.* vbi dict. confeſſionis conditionalis plura adducit exempla.

5 Amplia poſtremò d. concluſionem, vt d. confeſſio debeat eſſe etiam poſſibilis, quia confeſſio impoſſibilis non nocet confitenti, vt docent *Bertaz. conſ. 29. num. 1 lib. 1. Menoch. de arbitr. caſu 269. num. 3. et 8. Decian tract. crim lib. 7. cap. 43. nu. 22. Adden. ad Farinac. conſ. 19. litt. I. lib. 1. Farin. de reo confeſſ. et conuict. quæſt. 81 num. 29. Guazzin d. def. 32. cap. 1. num. 3 verſ. et multo magis etc.* vbi alios dat concordantes, & plura huius confeſſionis adducit exempla, *Gionagnol. d. conſ. 28. num. 26. lib. 1. et Coſta de retrot ract. cap. 2. regul. 4 num. 4.*

A D D I T I O.

N. 1. VBi habetur, quod confeſſio debet eſſe veriſimilis, vt noceat confitenti adde *Farinac. conſ. 221. num. 2. lib. 2.* vbi dicit, quod confeſſio, quæ habet contra ſe aliquam inueriſimilitudinem confitenti non præiudicat, vt ibi per eum, Cum quod veriſimile non eſt nec dicendum, nec videndum ſit, vt tradit *Barb. axiom. 223. n. 7.*

S V M M A R I V M.

1 *Confeſſio facta ſpontè poteſt reuocari in continenti, etiam non docto de errore.*

Et eò magis confeſſio facta in tortura, n.2.

3 *Confeſſio poteſt reuocari etiam ex internallo docto de errore.*

Etiamſi confeſsio ſit iurata, num. 4.

Ac etiam ſi confeſſio ſit geminata, & ratificata, num. 5.

Licet aliqui contrarium teneant, num. 6.

Et poteſt reuocari etiam poſt inclnſum in cauſa & poſt ſententiam, n. 7.

Ac etiam ſi contra confeſsionem adſint plura indicia, num 8.

Nec non etiam ſi confeſſio ſit extorta per torturam, & ratificata, n. 9

10 *Confeſsio, vt poſsit reuocari ſufficit, quod doceatur de errore per præſumptiones, & coniecturas.*

11 *Confeſsio poteſt reuocari, non ſolum per confitentem, ſed etiam per alium eo inuito.*

Et quando ſit probandus, non ſolùm error, ſed etiam cauſa erroris, n. 12. remiſsiuè.

RESOLVTIO XVIII.

Confeſsio facta ſponte an poſsit reuocari in continenti non docto de errore.

1 Confeſſio judicialis facta ſponté de delicto commiſſo poteſt reuocari vti erronea in continenti, ideſt in eodē examine antequam reus à Iudicis præſentia recedat, ita vt reus ex d. confeſſione, ita reuocata non poſſit condemnari etiam non docto de errore, vt tradunt *Boſſ. in pract. in tit. de confeſſ. nu. 63. Coſta de re integ. diſt. 31. num. 4. Farinac. de reo confeſſ. & conuic. qu. 81. num. 348.* vbi alios dat concordantes quamplures, *& conſ 143. num. 10 lib. 2. Guazzin. defen. 32. cap. 12. num. 9. Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3 tit. 8. n. 51. Ferdin. de Caſtro Palao. in opere moral. tom. 1. tr. 4. diſp. 8. puncto 16. §. 1. num. 3. & Antonell. de temp. legal. lib. 1. cap. 11. num. 3.*

Cauſa enim efficiens confeſſionis eſt conſenſus, dato autem errore ſicut deficit conſenſus, ita deficere debet confeſſio, vt not. *Bald. in l. 1. num. 49. C. de confeſſ. Farinac. in d. quæſt. 81. num. 315. Ant. Monac. deciſ. Lucenſ. 59. numer. 10. & Giurb. conſ. 16. num. 14.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt eo magis habeat locum in confeſſione facta in tortura, quæ poteſt per confitentem reuocari ante illius ratificationem abſque allegatione, vel probatione erroris, vt voluerunt *Caualcan. de brach. Regi. part. 3. num. 226. in fin. Souſa in Aphori. Inqui. lib. 2. cap. 20. num. 55. Caſtro Palao. in d. opere moral. tom. 1. tract. 4. diſput. 8. puncto 16. §. 1. num. 3.* quos refert, & ſequitur *Caren. de Offic. S. Inquiſ par. 3. tit. 8. nu. 51.* & tenet etiam *Guazz. d. defen. 32. cap. 12. num. 9. in fin.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt confeſſio poſſit reuocari per confitentem non ſolùm incontinenti, ſed etiam quandocunque, & ex interuallo, docto tamen de errore confeſſionis, ita vt illa confitenti non noceat, vt docent *Clar. in pract. §. fin. qu. 55. n. 18. & qu. 65. in prin. Farinac. de reo confeſ. & conui. quæſt. 81. num. 315. & 135. & conſ. 13. num. 16. & conſ. 16. in prin. lib. 1. Caball. reſol. criminal. caſu 186. in prin. cent. 2.* vbi teſtatur de communi opinione, *Hond. conſ. 102. num. 42. lib. 1. Canall. in ſuis comm contra comm. quæſt. 652. nu. 4. Guazzin. d. def. 32. cap. 10. n. 1.* vbi teſtatur de communi opinione *Carē. de Off. S. Inqu. par. 3. tit. 8. n. 52.* plenè *Giur. conſ. 16. n. 5. & ſeq.* vbi quāplures adducit ita ſentientes.

4 Subamplia primò d. ſecundam ampliationem, vt habeat locum etiam in confeſſione iurata, quæ etiā reuocari poteſt ex interuallo, docto de errore, vt ſcripſerunt *Baiar. ad Clar. § fin. q. 55. n. 61. & ſeq. Canal. in ſuis comm. contra comm d. q. 652. in prin. Maſcar. de prob. concl. 345. n. 39. lib. 1. Ant. Gomez var. reſ tom. 3. cap. 1. n. 66. Hond d. conſ. 102. nu. 42. lib. 1. Farin. de reo conf. & conu. d. q 81. n. 319. Guazz. d. defen 32. cap. 10. ſub n. 1. & Giurb. d. conſ. 16. nu. 5. circa medium* alios adducens ita ſentientes *Morat. conſ. 29. num. 34. & conſ 46. num 33.*

5 Subamplia ſecundò d. ſecundam ampliationem, vt habeat locum etiam ſi confeſſio fuerit repetita, ratificata, & geminata, vt not. *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 64. verſ. ſin autem reus &c. in fin. Cartar. in pract. interrog. reo. lib. 4. cap. 2. num. 26.* vbi de communi teſtatur *Hond. d. conſ. 102. num. 43.* vbi pariter hanc ſubampliationem dicit eſſe communem, *Cabal. d. caſ. 186. num. 2. Farin. de reo conf. & conuict. d quæſt. 81. num. 324.* alios quamplures adducens ita ſentientes, etiam de magis communi opinione teſtantes, pro vt etiam ipſe teſtatur *Adden. ad Roma. conſ 346. litt F.* vbi dicunt hanc eſſe magis communem Doct. opinionem, latè *Guazz. d. def. 32. cap. 10. num. 1. verſ. Imò etiam &c.* vbi dicit ab hac opinione, vti magis communi non eſſe recedendum, latè *Giurb. d. conſ. 16. num. 5. circa medium*, vbi alios dat concordantes quamplures.

6 Quicquid contrarium teneant *Franc. Bec. conſ. 70. num. 17. lib. 1.* & alij Doct. adducti *per Gabr. comm. concl. de confeſ. concl. 5. in prin. & per Farinac. in d. quæſt. 81. num. 325.* contra quos adeſt magis communis opinio de qua ſupra.

7 Subamplia tertiò d. ſecundam ampliationem, vt confeſſio docto de errore poſſit reuocari etiam poſt concluſum in cauſa appellationis, vt tradunt *Baiar. ad Clar. quæſt. 55. num. 57. Foller. in pract. in verb. Et ſi confitebuntur num. 53. & 56. par. 1. Adden. ad Farin. conſ. 16. litt. A lib. 1. Farin. de reo confeſ. & conui. d. quæſt. 81. num 327. & 328. & de variar. ac diu. quæſt. quæſt. 101. num. 151. Guazzin. d. defen. 32. cap. 10. num. 3.* alios adducens ita ſentientes *Caren. de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 8. num. 52 & Giurb. d. conſ. 16. ſub num. 5.*

8 Subamplia quartò d. ſecundam ampliationem, vt d. confeſſio poſſit reuocari, etiā ſi plura indicia cōtra confeſſionem extarent, vt not. *Farin. de reo conf. & conu. d. quæſt. 81. num. 330. & ſeq.* vbi hanc opinionem dicit veriorem eſſe, & magis communem, *Cabal. d. caſ. 186. n. 3. ver. ſi tamen &c.* vbi teſtatur de tutiori opinione, & pariter hanc eſſe veriorem, & magis communem Doctor. ſententiam teſtatur

Adden.

Adden.ad Farinac.conſ.16.litera C.lib.3.Guazzi.d.deſen.32.cap.10.num.4. vbi dicit, hoc eſſe verum, etiam ſi præceſſerit alia confeſſio extraiudicialis, *& Carena de Offic.S.Inquiſ.d.par.3.tit.8.num.52.*

9 Subamplia quintò d. ſecundam ampliationem, vt habeat locum etiam in confeſſione extorta per torturam, & ratificata, quia etiam illam doćto de errore poſſe per confitentem reuocari voluerunt *Boſſi.in pract.in tit.de confeſ.nu.59.& ſeq.et in tit.de tort.num.49.Clar.in pract.§.fin.quæſt.55.num.18.et quæſt.64.num.44.Caball.d.caſu 186.num. 4.* dicens, ita vidiſſe pluries in facto ſeruari, *Farinac.de reo confeſ.et conuic.d.quæſt.81.num.346.* plenè *Guazzi.d.deſen.32.cap.10. num.6. et ſeq.* vbi alios adducit concordantes, & dicit non habere locum quando confeſſio fuit extorta non præcedentibus legitimis indicijs, quia tunc reuocatur etiam non doćto de errore, vt ibi per eum, adeo *Giurb.d.conſ.16.num.6.* alios referentem.

10 Declara primò d. concluſionem, vt ad effećtum reuocandi confeſſionem ſufficiat errorem probare per coniećturas, & præſumptiones, ac per indicia, non autem requiratur plena probatio, cum probatio per præſumptiones, & coniećturas habeatur pro plena probatione fauore defenſionis, vt docuerunt *Bald. in l.fin.num.2.C.de prob. Adden. ad Bertaz.conſ.103.litera C.lib.1. Adden. ad Farinac.conſ.6.litera O.et conſ.19. litera N. in fin.lib.1. Caball.d.caſu 186. num.10. Farinac.de reo confeſ. & conuі.d.quæſt.81.num.319 & ſeq.* plenè *Guazz. d. deſen.32.cap.12 nu.6.* & plurimis *Giurb.d.conſ.16. n.7.* vbi innumeras ferè adducit Doćtorũ authoritates.

11 Declara ſecundò d. concluſionem, vt confeſſio delinquentis poſſit reuocari, non ſolùm per ipſum delinquentem, ſed etiam ab alio etiam inuito delinquente, & confitente, præſertim a patre, & alijs conſanguineis, vt not. *Foller.in pract.in d.ver.& ſi confitebuntur num.50.in fin par.1. Farin.de reo confeſ & conui.d.quæſt.81.num.329.et Guazz d. deſen.32.cap.11.per tot.* licèt contrarium voluerit *Cabal.d.caſu 186. num. 8.*

12 Quando verò ad effećtum reuocandi confeſſionem neceſſe ſit probare non ſolùm errorem cõfeſſionis, ſed etiam cauſam erroris docent *Farinac.de reo confeſ.& conui.d.quæſt.81.num.344.Guazz.in d.deſen.32.cap.12.num.7.& Giurb. d.conſ.16.nu.11.* ipſos conſulas.

ADDITIO.

N.10. VBi habetur, quod ad reuocandam confeſſionem ſufficit probare errorem per coniećturas adde *Farinac.conſ.221.num.1.2.& 15.lib.3.* vbi *num.9.*poſt *Bald. Gabr. & Oſaſch.* per eum adductos dicit, ſufficere probare errorẽ etiam per vnicum teſtem, vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio non ſufficit ad condemnandum reum, quando non conſtat de corpore delićti:*
Quod habet locum etiam in cõfeſſione ficta, n.2.
Ita vt reus ſit tunc abſoluendus tanquam innocens, num. 3.
Declara, vt num. 4.
5 *Confeſſio non ſufficit ad condemnandum reum, quãdo conſtat de illius innocentia.*

RESOLVTIO XIX.

Confeſſio an ſufficiat ad condemnandum reum ſi non conſtat de corpore delićti.

1 COnfeſſio facta a reo de delićto a ſe commiſſo non eſt ſufficiens ad illum condemnandũ, quando non conſtat de corpore delićti præcipuè facti permanentis, vt tradunt *Clar. in pract. §.fin.quæſt.4.in prin. Farinac.de inquiſ.quæſt.2.num.7.& ſeq.Cartar.in pract.inter reo.lib.2.cap.2.num.12.Caball.reſol.crim.caſu 180.num.1.& ſeq.cent.2.Guazz.in.deſen 4.cap.3.per tot.& deſenſ.32.cap.2.in prin.Traſes ab Auo in pract.in ver.Confeſſio num.12.& ſeq.* quem refert, & ſequitur *Carena de Offic.S.Inquiſ.par 3. tit 1.in fin. & tit.8.num.57. Giurb.conſ.37 num.21.& Vermigl. conſ.218.num.81. & conſ. 190. num. 3.*

Cum nemo ſit dominus membrorum ſuorum *l. liber homo 13.ff.ad leg.aquil. Gram. conſ.60. per tot.Farinac.in d.quæſt.2.num.7 in fin.Guazz.d.deſen.4.cap.3.in prin Barbo.axiom.147.num.1* & cum non ſit in facultate alicuius cum ſua confeſſione facere delićtum vbi non eſt idem *Farinac.d.quæſt.2.nu.7. Ant.de Ball.tract.crim.lib.2.quæſt.20.num.3.Giurb.conſ.16 nu.13.* & dixi infra in ver. *Corpus delićti reſol.2.*

2 Amplia primò d.concluſionem, vt habeat locum non ſolùm in confeſſione vera, ſed etiam in confeſſione ficta reſultante ex contumacia, quæ non nocet, nec eſt ſufficiens ad condemnandum reum contumacem, niſi conſtet de corpore delićti, cum ficta confeſſio non debeat plus operari, quam vera, vt tenent *Decia.conſ.96. nu.18. lib.3.Farinac. de inquiſ.quæſt.2.nu.7. ver. Amplia hanc quintam &c. Cartar.de execut.ſent.capt.banu.cap.fin.num.141.et ſeq.* vbi latè comprobat, & alios dat concordantes quamplures, *& Guazz.deſen 4.cap.3.num.12.* & ſequitur *Cabal.qui reſol.crim.caſu 256.num.1.& ſeq.* hanc ampliationem latè comprobat *cent.3.* licèt non fuerit benè perceptus *per Guazz. vbi ſupra* iudicio meo, & idem *Guazz.in deſenſ.32 cap.2.ſub n.1.* vbi loquitur etiam ſtantibus Bullis Sum. Pont.

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt ſi non conſtet de corpore delićti factis diligentijs per Iudicẽ reus confeſſus debeat abſolui tanquam innocens, vt voluit *Burſat. conſ.201. num.32. lib.2.* vbi teſtatur de communi opinione, & quod, ita fuit pluries ſeruatum quem referendo ſequitur *Guazz.d.deſen.4.cap.3.nu.5.* vbi dicit, ita ipſum pluries ſeruaſſe.

4 Declara d. ampliationem, vt habeat locũ quando poſt factas diligentias per Iudicem appareat delićtum confeſſatum non fuiſſe commiſſum, ſecùs tamen eſt quando poteſt dubitari, an delićtum fuerit commiſſum, nec ne, vt quia corpus illius, &

illius

illius qualitates non fuerunt verificatæ, quia tunc tutius eſt, reum ita confeſſum relaxare ſub fideiuſſione de ſe repræſentando, vt firmat *Farinac.de inquiſ.d.quæſt.2.nu.15.ver. & Memini &c.* quem ſequitur *Guazz. d.defen.4.cap.3.num.5.* & conſulendum eſſe in d. caſu ſuperiorem dicit *Carena de Offic.S. Inquiſ.par.3.tit.1.num.37.* & vide ſcripta ſupra in hoc verbo *Confeſſio reſol.15.per tot.*

5 Amplia tertiò d. concluſionem, quod confeſſio non ſufficiat ad condemnandum confitentem, quãdo non conſtat de corpore delicti, vt multo magis habeat locum, quando conſtat de innocentia rei tàm ante, quàm poſt ſententiam, quia tunc confeſſio delicti non nocet confitenti, iuxta tex. *in l. 1.§.ſi quis vltrò ff.de q.* & docet *Carcn.de Offic.S.Inquiſ par.1.tit.8. in fin* & voluit etiam *Caball.reſol. cri.caſu 151.n.2.& d.caſu 256.n.5.& ſeq.* vbi dicit, hanc ampliationem habere locum etiam in confeſſione ficta, vt ibi per eum, qui benè declarat.

A D D I T I O.

N.1. VVbi habetur, quod confeſſio rei non eſt ſufficiens ad illum condemnandum quando non conſtat de corpore delicti adde *Zuffi. de legit. proc. crim. lib.2. quæſt. 185. num. 15.*

S V M M A R I V M.

1 *Confeſsio ſponte mitiùs punitur, quàm conuictus.*
Licèt contrarium teneant aliqui Doctores, n.4.
2 *Etiam ſi reus confeſſus fuerit ſponte, metu probationum, num. 3.*
Quicquid aliqui teneant contrarium, num. 4.
Quantum verò ſit remittendum de pœna, remittitur arbitrio iudicis, num. 5.
6 *Confitens delictum & negans qualitatem, illa probata, an mitiùs puniatur remiſsiuè.*

R E S O L V T I O XX.

Confeſsus ſponte an mitius puniatur, quam conuictus.

1 COnfeſſus ſpontè mitiùs venit puniendus, quàm conuictus, vt tradunt *Abb. Aret. Feliu. Bero. & alij Canoniſtæ in cap. at ſi clerici 4. de iudic. Tiraq.de pæn.temp.cauſa 30. num.1. & ſeq.* latè comprobans, & plura referens exempla *Bertaz.conſ.crim.357.nu.4.* vbi teſtatur de communi opinione, *& conſ.505.n.27. lib.2.Farinac.de reo confeſ.& conui. quæſt.81. num. 172.* vbi alios dat concurdantes, & teſtatur de communi opinione, *& conſ.106.num.22. lib.2.* & ita obſeruari in Tribunali S. Officij, dicit *Carena de Offic.S.Inquiſ par.3.tit.8.num.41.* benè *Guazzin. defen.32.cap.36.in princ.Capic. Latro deciſ.172.nu. 45.& ſeq.lib.2.* benè comprobans, *& Paul. Rube. de validit. legal. cap.6. num.107. & ſeq.*

Cum enim fiſcus per ſpontaneam rei confeſſionem releuetur ab onere probandi, & ſic ex illa vtilitatem ſentiat, conueniens eſt etiam, quod ex eadem grauetur, mitiùs confitentem puniendo, vt animaduertunt *Caball.reſol.crim.56.in prin. cent.1.& Guazz.d cap.36.in prin.* & ſupplicem confeſſionem genus quoddam defenſionis eſſe, probat *Capic.Latro d.deciſ.172.num. 46.*

2 Licèt contrarium teneãt *Clar.in pract.§.fin.quæſt. 60.num 34 Carena de Offic. S.Inquiſ. d.par.3.tit.8. num.40.* vbi dicit, nunquam vidiſſe ob ſpontaneam confeſſionem reus mitiùs puniri, pro vt fatetur idem *Farinac.* vidiſſe ſeruari in delictis grauibus, & quando reus à Curia captus, vel vocatus delictum fatetur, vt ibi per eum.

3 Amplia primò d.concluſionem, vt habeat locum etiam ſi reus confeſſus fuerit ſpontè metu probationum, quia adhuc talis confeſſus mitiùs venit puniendus Iudicis arbitrio, vt not. *Hoſti. Io.Andr. & Butr. Anan.& Felin.in cap. de hoc 11.de Sim.Tiraq.de pæn.temp.d.cauſa 30.num.13.Bertaz.d.conſ. 505.num 29.lib. 2* quem refert, & ſequitur *Farin. de reo confeſ.& conuic.d.quæſt.81. num.174.& ſeq.* vbi declarat quando dicatur confeſſio facta metu probationum, & alia ponit ad materiam huius reſolutionis, vt ibi per eum, cum quo concordant *Guazz d.defen.32.cap 36.nu.1. ver.Et eſt vera &c. & Capic. Latro d. deciſ. 172. num. 49.*

4 Quicquid contrarium tenuerint *Abb. Mille.Boſs. & alij relati per Farinac. in d.quæſt. 81.num. 175.*

5 Declara d. primam ampliationem, vt quantum in d caſu ſit de pœna remittendum confitenti, cum in iure non ſit determinatum, Iudicis arbitrio ſit relinquendum, vt declarant *Farinac.in d.quæſt.81. num.174.Guazz.d.defen.32.cap.36. num.1. ver. Et eſt vera,&c. & Capic.Latro deciſ. 172.nu.49.par.2.*

Vtrum verò confitens delictum, ſed negans qualitatem aggrauantem mitiùs puniatur, ſi poſtea de negata qualitate conuincatur, differunt *Farinac.de reo confeſ.& conui.d.quæſt.81.num.186. Guazzi.d. defen.32.cap.36.num.1.& num.5.* & latiùs *Caball. reſol. crim. caſu 56 num. 29. 30. & pluribus ſeq. cent. 1.* ipſos conſulas.

S V M M A R I V M.

1 *Cõfeſsio minoris ſine authoritate curatoris eſt nulla.*
Etiamſi ſit iurata, num. 3.
Et minor habeat patrem, num. 4.
Et licèt minor non habet curatorem, num. 5.
De quo tempore curator interuenire debeat in actu, num. 6.
Prædicta tamen non ſeruantur de conſuetudine, num. 7.
2 *Minor non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio criminali.*

R E S O L V T I O XXI.

Confeſsio minoris facta ſine authoritate curatoris an ſit vallida.

1 COnfeſſio minoris facta abſque authoritate tutoris, vel curatoris eſt nulla, ita vt ipſi minori confitenti non noceat, cum minor neque in

iudicio

iudicio criminali habeat legitimam perſonam ſtādi in iudicio ad tex. *in leg. clarum 4. C. de auth. præſ.* & ita dicunt *Menoch. de arbitr. caſu* 268. *num* 2. *Ant. Gomez var. reſol. tom.* 3. *cap.* 1. *num.* 64. vbi teſtatur de communi opinione *Odd. de reſt. in integr. quæſt.* 65. *ſub num.* 13. *Vulpell. conſ.* 34. *in prin.* latè *Farin. de reo confeſ. & conui. quæſt.* 81. *nu.* 352. vbi quamplures facit illationes, & adducit Doctores ita ſentientes, *Guazz. defen.* 32. *cap.* 32. *in prin. Carena de Offic. S. Inquiſ. par.* 3. *tit.* 8 *num.* 42. *& Balth. Tomaſ. in ſuis tract. var. to.* 2. *de curat. tit.* 10. *n.* 2. vbi dicit, hanc concluſionem habere locum etiam errore non probato, vt ibi per eum.

2 Minor enim, vt dixi, non habet legitimam perſonam ſtandi neque in iudicio criminali *d. l. clarum 4. C. de auth. præſt.* & not. *Farinac. in d. quæſt* 81. *num.* 352. *Guazz. d. defen.* 32. *cap.* 32. *in prin. Vulpel. d. conſ.* 34. *in princ.* & alij Doctores ſupra adducti.

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam ſi confeſſio minoris ſinè authoritate curatoris, vel tutoris emanata, ſit iurata, cum iuramentum repræſentet minorem maiorem in contractibus *auth. Sacramenta puberum C. ſi aduer. vendit.* non autem in iudicijs, vt not. *Lud. deciſ. Lucen.* 17. *num.* 2. *Rolan. conſ.* 31. *num.* 10. *& conſ.* 51. *num.* 37. *lib.* 1. *Vulpell. d. conſ.* 34. *num.* 1. *Decian. conſ.* 18. *num.* 175. *lib.* 1. quem referendo ſequitur *Farinac. de reo confeſ. & conui. d. quæſt.* 81. *num.* 359. quibus addo *Maſcar. de prob. concl.* 371. *num.* 5. *lib.* 1.

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum etiam ſi minor habeat patrem. quia, vt confeſſus poſſit condemnari, dandus eſt ei curator, vel alius Iudicis arbitrio, vt tradunt *Ant. Gomez var. reſol. tom.* 3. *cap.* 1. *ſub num.* 64. benè comprobans, *Farinac. de reo confeſ. & conu. d. quæſt.* 81. *num.* 354. *Guazz. d. defen* 32. *cap.* 32. *num.* 2.

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum, non ſolùm quando minor habet curatorem, ſed etiam ſi illum non habeat, cum curator ei in d. caſo ſit dandus, vt not. *Bald. in d. l. clarum 4. ſub num.* 2. *C. de auth. præſt. Laufra. in cap. quoniam contra* 11. *in ver. Confeſſio num.* 24. *de prob.* vbi teſtatur de veriori opinione, quem refert, ſequitur *Farinac. in d. q.* 81. *num.* 357. & non diſſentit *Balth. Tomaſ. in ſuis tract. var. tom.* 2. *de curat. tit.* 10. *nu.* 9. licèt aliquos contrarium tenentes referant.

6 Declara primò d. concluſionem, vt tutor, vel curator non debeat interuenire, quando minor examinatur in interrogatorijs ei faciendis, & in confeſſione, ſed ſufficit, quod interueniat in actu iuramenti, & quando minor torquetur non debet curator interuenire in actu torturæ, ſed ſolùm in decreto de torquendo, vt declarant *Ant. Gomez var. reſol. tom.* 3. *cap* 1. *num.* 65. *Farin. de reo confeſ. & conui. d. quæſt.* 81. *num.* 362. *& ſeq.* vbi alios adducit concordantes quamplures, & teſtatur de communi opinione, & illam limitat in pupillo, vt ibi per eum, *Caball. ad Conſt. March. lib.* 4. *cap.* 13. *num.* 3. *& ſeq.* qui pariter teſtatur de practicata opinione, *& Guazz. d. defen.* 32. *cap.* 32. *num.* 3. *& ſeq.* qui alios dat concordantes.

7 Declara ſecundò d. concluſionem, vt quicquid ſit in Hiſpania, in qua ſeruatur ius commune, dando minoris curatorem in criminalibus cauſis, vt teſtatur *Plax. in epit. delict. lib.* 1. *cap.* 32. *num.* 12. in Italia tamen, & in Gallia concluſio ſupradicta de conſuetudine generali non ſeruatur, nec minori in criminalibus tutor, vel curator datur, & illius confeſſio ſinè authoritate tutoris, vel curatoris emanata habetur pro valida, & eſt ſufficiens ad condemnandum minorem confitentem, vt ſcriptum reliquerunt *Boer. deciſ.* 63. *num.* 6. *Clar. in pract. §. fin. quæſt.* 50. *in prin. & quæſt.* 55. *ver. Vlterius poteſt &c. Menoch. de arbitr. caſu* 268. *num.* 2. latè *Farin. de reo confeſ. et conui. d. quæſt.* 81. *nu* 370. vbi alios Doct. adducit teſtantes de hac conſuetudine ſuarum Regionum, *Praſes Abano in pract. & theor. crim. §. Procurator num.* 20. *& ſeq. Caren.* illum referens *de Offic. S Inquiſ. d. par.* 3. *tit.* 8. *num.* 44. vbi dicit, neque vidiſſe vnquam ſeruari in S. Officio, quod curator detur minori, *Balth. Tomaſ in d. trac. de curat. tit.* 10. *num.* 9. *& Guazzin. d. cap.* 32. *num.* 2. *ver. Quamuis*, vbi dicit, ita ſeruari in Curia Romana, & in Statu Eccleſiaſtico adeſt *Conſtitut. March. lib.* 4. *cap.* 17. diſponens, minorem quatuordecim annorum habere legitimam perſonam ſtandi in iudicio criminali ſinè authoritate patris, & curatoris, addo *Vermigl. conſ.* 260. *num.* 3.

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod confeſſio minoris ſine Curatore non valet, addo *Gram. Foller. Danza. & alios* quos referendo ſequitur *Scialo. in prax. torq. reos cap.* 13. *num.* 11. & vide infra *Reſol.* 21. *num.* 7.

N. 6. Vbi habetur, quod Curator ſufficit, quod interueniat in actu iuramenti tantum, non autem in illo interrogando, nec in tortura adde *Scialo. in prax. torq. reos d. cap.* 13. *num.* 9. *& ſeq.*

N. 7. Vbi habetur, quod de conſuetudine minori non datur curator in criminalibus, & illius confeſſio valet, adde *Ant. de Ball. tract. crim. lib.* 2. *quæſt.* 13. *num.* 12. *& ſeq. & num.* 20. *& Scialo. in d. cap.* 13. *num.* 11. vbi dicit, ſufficere, quod minor habeat Procuratorem.

SVMMARIVM.

1 *Minori datur reſtitutio contra propriam confeſſionem in iudicio factam.*

Etiamſi confeſſio ſit iurata, num. 2.

Et ſi ſit facta cum authoritate tutoris, & curatoris, num 3.

Et in atrocibus delictis, num. 4.

Licèt aliqui Doctores teneant contrarium, num. 5.

Concluſio procedit, probata læſione, vel errore, aliàs ſecùs, num. 6.

Contrarium, quod illa detur, etiam non probata læſione, tenent Doct. num. 7.

Prout non procedit, quando Statutum habet minorem pro maiore, num. 8

Contrarium tenent Doct. communiter, num. 9.

RESO-

RESOLVTIO XXII.

Minori an detur reſtitutio contra propriam confeſſionem in iudicio factam?

1 Minori aduerſus ſuam confeſſionem in iudicio criminali factam conceditur reſtitutio in integrum *l. certum 6. §. fin. & ibi Bart. Angel. & alij ff. de confeſ. cap. fin. & ibi gloſ. & Canoniſtæ eod. tit. in 6* & tradunt *Affl. deciſ. 208. num. 5.* vbi dicit, ita in illo Senatu fuiſſe iudicatum *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 1. num. 66.* vbi teſtatur de communi opinione, prout facit *Odd. de reſtit. in integr. quæſt. 65. art. 7. num. 15. ver. in contrarium &c.* licèt poſtea aliter diſtinguant, *Hond. conſ. 99. num. 51. & conſ. 102. num. 50. lib. 1. Farinac. de reo confeſ. & conuic. quæſt. 81. num. 374.* vbi quamplures adducit ita ſentientes, & de communi opinione atteſtantes, *Caballin. ad Conſtit. March. lib. 4. cap. 17. n. 6. Guazz. def. 32. cap. 32. n. 6.* Vbi enim minor ex actu, quem facit, nullam omninò vtilitatem conſequi poteſt, damnum verò ſic, reſtituitur etiam non aliter probata læſione, quæ ex hoc ipſo probata dicitur, quia nulli lucro ſe expoſuit, damno verò ſic, vt docet *Odd. de reſtit. in integr. d. quæſt. 65. num. 16.* & ſentit *Farinac. in d. quæſt. 81. ſub num. 377.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locũ, etiam ſi confeſſio minoris ſit facta medio iuramẽto quia adhuc contra illam datur minori reſtitutionem, voluerunt *Bero. quæſt. 135. num. 3. Rolan. conſ. 51. num. 37. & ſeq. lib. 1. Odd. de reſtitut. in integr. quæſt. 65. num. 21. & ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione, dat concordantes, *Farinac. de reo conſ. & conuic. d. quæſt. 81. num. 370.* vbi pariter dicit, hanc eſſe communem Doctorum opinione, *Balth. Tomaſ. in ſuis tract. var. d. tom. 2. de Curat. tit. 10. num. 10. & Gomez d. cap. 1. num. 66.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum, non ſolùm in confeſſione minoris inualida facta ſinè authoritate Curatoris, ſed etiam in confeſſione valida facta cum authoritate Tutoris, vel Curatoris, quia etiam contra illam datur minori confitenti reſtitutio, vt ſcripſerunt *Boſſi in pract. in tit. de confeſ. poſt num. 67. Odd. de reſtit. in integr. d. quæſt. 65. num. 13. ver. aut verò ipſe &c. Farina. de reo confeſ. & conui. d. quæſt. 81. num. 376.* vbi concordantes, *Guazz. in d. deſen. 32. cap. 32. num. 6. in fin. & Balth. Tomaſ. in d. tract. de curat. tit. 10. num. 10.* alios adducens ita ſentientes, addo *Menoch. de arbitr. caſu 268. num. 3.*

4 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in atrocioribus delictis, in quibus minori contra eius confeſſionem dari reſtitutionem, quia cum maior ſit pœna in atrocioribus, eò maius minor dicitur læſus ex ſua confeſſione, voluerunt *Gram. conſ. 16. per tot. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 1. num. 66.* vbi dicit, ita fuiſſe iudicatum in crimine ſodomiæ, quod eſt grauiſſimum, probata tamen læſione, vt ibi per eum, *Odd. de reſtit. in integr. d. quæſt. 65. num. 40. & ſeq.* vbi teſtatur de veriori, & æquiori opinione, *Farin. d. quæſt. 81. num. 384. & Balth. Tomaſ. in d. tract. de curat. tit. 10. n. 6.*

5 Licèt contraria opinionem, imò non dari reſtitutionem minori contra eius cõfeſſionem in atrocioribus, voluerint *Gabr. comm. concl. de min. concl. 3. in fin. Vrſill. ad Afflic. deciſ. 208. num. 3.* vbi dicit, ita fuiſſe in facto ſeruatum, & alij relati *per Farin. in d. quæſt. 81. num. 383. & Clar. in pract. §. fin. quæſt. 60. poſt prin.* contra quos adeſt verior, & æquior opinio, de qua ſupra.

6 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locum, probata per minorem confitentem læſione, aut errore, alias ſecùs, vt tradunt *Foller. in pract. in ver. Et ſi confitebuntur part. 1. num. 19. in fin. Vrſill. ad Afflic. d. deciſ. 280. num. 1. in fin. Plax. in epit. delict. lib. 1. cap. 32. ſub nu. 13. Sarmien. ſelect. inter lib. 3. cap. 13. per tot. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 1. ſub num. 66.* vbi hanc opinionem latè comprobat, & illam dicit in iudicando ſequendam, licèt contrariam dicat communem eſſe *Clar. in pract. § fin. quæſt. 60. in fin. prin.* vbi dicit, quod hanc opinionem ſemper ſequeretur in iudicando, & quod ſecundùm illam vidit iudicari, *Boſſi in pract. in tit. de confeſ. num. 69.* vbi dicit, in practica non dari reſtitutionem, non probata læſione, quam opinionem ſequitur *Farinac. de reo confeſ. & conui. d. quæſt. 81. num. 378.* vbi teſtatur, ita ſeruari in practica in Curia Romana, quando confeſſio minoris præcedentibus indicijs grauata reperitur, vt ibi per eum.

7 Contrariam tamen opinionem, imò minori dandam eſſe reſtitutionem contra propriam confeſſionem, etiam non docto de læſione, ſeù errore, quando nulla probatio aderat contra minorem, cũ ex ipſa ſola confeſſio videatur læſus, tenuerunt *Gram. conſ. 16. in princ. Menoch. de arbitr. caſu 268. n. 4. Gabr. comm. concl. de mino. concl. 3. n. 3. Odd. de reſtit. in integr. d. quæſt. 65. num. 37. ver. Sed contra, &c.* vbi teſtatur de communi opinione, & illam benè comprobat, ac quamplures dat concordantes *Hond. d. conſ. 102. num. 50. lib. 1.* vbi pariter teſtatur hanc eſſe communem Doctorum opinionẽ, & hanc eſſe magis communem ſententiam, & ab ea in praxi non eſſe recedendum dicit *Caldas in lib. ſi curatorem in ver. Vel aduerſarij dolo num. 39. & 40. C. de integ. reſtit. mino.* & de magis communi opinione teſtatur etiam *Guazzi. d. defenſ. 32. cap. 22. num. 3. & cap. 32. num. 6.*

8 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando Statutum habet minorem pro maiore, quia tunc ei contra propriam confeſſionem reſtitutio non datur ſecundum *Boer. deciſ. 63. num. 7. Gram. ad Conſt. Regni in tit. de reſtit. mino. col. 1. num. 2.* & videtur ſentire *Farinac. d. quæſt. 81. num. 368. & 385.*

9 Contrariam tamen opinionem, imò reſtitutionẽ dari, licèt Statutum habeat minorem pro maiori in aliquo caſu, vel etiam in omnibus tenuerunt *Roman. conſ. 90. num. 2. & ſeq. Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 5. num. 8. Borgn. de tutor. & curat. nu. 99.* idem *Bero.* medius examinans *deciſ. 350. num. 4. verſic.*

Tum

Tum hac concluſio, &c. vbi teſtatur de communi opinione, & alios dat concordantes, cum quibus pertranſit *Old.de reſtit.in integr.quæſt.15.num.74.* *& ſeq.* vbi hanc opinionem bene comprobat, illam dicit per Doctores communiter receptam, & alios dat concordantes quamplures.

S V M M A R I V M.

1 *Confeſſio extorta a reo ſub ſpe impunitatis, non ſufficit ad illum condemnandum.*

Licèt aliqui contrarium teneant, num.2.

Impunitas dicitur promiſſa in exceptis poſitis, num.3.

Et ſupradicta concluſio habet locum, etiam quò ad teſtes, num.4.

Procedit tamen d. concluſio, quando confeſſio fuit reuocata, aliàs ſecùs, num.5.

Quod non habet locum in quatuor caſibus relatis, num.6.

7 *Confeſſio ſub ſpe impunitatis nocet confitenti quò ad pœnam extraordinariam.*

Quod procedit ſi confeſſio non ſit reuocata, nec ratificata, aliàs ſecùs, num.8.

Et reuocata ſufficit ad torturam, etiam ſine indicijs, num.9.

Contrarium tamen tenent aliqui Doct. num.10.

Impunitas tamen non dicitur promiſſa reo per verba generalia, num.11.

R E S O L V T I O XXIII.

Confeſſio extorta a reo ſub ſpe impunitatis an ſufficiat ad illum condemnandum.

1 Confeſſio extorta a reo ſub promiſſione impunitatis, vti dolo extorta, ei non nocet, neque illa eſt ſufficiens ad ipſum reum condemnandum, vt tradunt *Clar. in pract.§.fin. quæſt.55 num.6.& ſeq.* & ibi *Baiar. num.10.Cartar.in pract. inter reo.lib.2.cap.1.num. 30.& ſeq.Decian.tract.crimin.lib.3.cap.15.num.6. Farinac.de reo confeſ.& conuic.quæſt.81.num.276. & ſeq.* vbi hanc dicit eſſe opinionem veriorem, & magis receptam, & in practica ſeruatam, & ab illam in iudicando, & conſulendo non eſſe recedendum, quam ſequuntur etiam *Scac.de iud.lib.1.cap. 86.num.35.* latè *Adden. ad Farin. conſ.53. litera L. lib.1.* benè *Guazz. defen.20. cap 24.num.1.Carena de Offic. S.Inquiſ. part. 3. tit. 2.num. 42. & ſeq. & Giurb. conſ. 22. num. 24.*

Licèt enim Iudex non valeat reo gratiam, & impunitatem delicti promittere, & a d. promiſſione valdè præcauere debeat, illam tamen ſeruare debet abſtinendo ſe a condemnatione cum turpè ſit fidem datam fallere, & confitentem ſub fide publica decipere, vt not. *Deci. in l. ea eſt natura 65. num.7. et ſeq.et ibi Add.ff.de reg.iur.Couar.var reſol.lib.1.cap.2.ſub num.16.* vbi teſtatur de veriori opiniona *Fachin.contr.iur. lib.9. cap. 61.* qui hanc opinionem dicit veriorem, & contrarijs reſpondet, *Caual.in ſpec.comm.contra commu.quæſt.292. in fin.* vbi dicit, ita de conſuetudine ſeruari, *Farin. in d.quæſt.81.num.277.& ſeq.* vbi alios dat concordantes, & teſtatur de veriori, & magis communi opinione, & et *Giurb d. conſ.22. num. 24.*

2 Licèt contrarium tenuerint *Ancar.Imol.et Felin.* relati *per Deci.in d.l.ea eſt natura 65.num.7. et per Hier.Lucal.ibi* qui teſtatur de communi opinione, *ff.de reg.iur. Plax.in epit.delict.lib.1 cap.37.nu.2.et ſeq.* qui pariter hanc dicit opinionem communem eſſe, & alij Doct. relati *per Caual. d.quæſt.292. in prin.et per Farinac.in d.quæſt.81. num.278.* contra quos adeſt verior, & magis communis opinio, de qua ſupra.

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam, quando Iudex promiſit impunitatem reo doloſè agendo, & dicendo ei, quod fateatur, aliàs non eſſe modum euadendi, quia tunc d. confeſſio dicitur doloſè extorta, ita vt ad reum condemnandum non ſufficiat, vt ſcripſerunt *Boſſi in pract. in tit.de confeſ.per tortur.num.16.et in tit.de exam. reo.ſub num.17.Clar.in pract.§.fin.quæſt.55.ver.circa ſecundum Farinac.de reo.confeſ.et conui.d.quæſt. 81 num.285.* qui *num. 286.* dicit prædicta habere locum etiam, quando Iudex dicit reo quod dicat veritatem, quia liberabitur, & ſimilia reprobando *Boſſ* qui contrarium tenet, *et Guazz. d. defenſ. 20.cap.24. num.4.* vbi dicit, idem eſſe ſi Iudex dicat reo, vt fateatur propter honorem Curiæ, & certis reſpectibus, & quod de pœna non timeret, & *num.6.* hoc extendit quando Iudex dicit reo, quod fateatur veritatem, quia liberabitur, vel nihil mali ſibi eueniet dicens, idem eſſe ſi Iudex vtatur verbo *Dicas veritatem. vel fatearis delictum* ſequendo *Farinac.in d. quæſt.81. num.286.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in teſtibus, qui ſi inducantur ad deponendum contra alium ſub ſpe impunitatis, eorum depoſitio non afficit illum contra quem deponunt, vt not. *Boſſi in pract. in tit.de exam.reo.num.15.Farinac.de indic.et tort.quæſt.43.num.192. Guazz. d. defen.20. cap. 24. num. 2.* & ego dixi latiùs infra *in ver.Socius criminis Reſol.2. num....*

5 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locum, quando d. confeſſio ſub ſpe impunitatis emiſſa fuit per confitentem reuocata, quia tunc non nocet confitenti, ſecùs tamen, ſi confitens in illa perſeuerauerit, vel illam ratificauerit, quia tunc illa ei nocet, & ſufficit ad confitentem condemnandum, vt docent *Menoch.de arbit.caſu 367. num. 2.et ſeq. Cartar.in pract.inter reo lib.2. cap.1. num.29 et nu. 38 Farinac de reo confeſ.et conuic. d.quæſt.81.num. 287.* vbi alios dat concordantes quamplures *Fachin.contro.iur.d.lib.9.cap.61. Guazzin.d. defen.20. cap.24.num.7.et Carena de Offic. S.Inquiſ. d.part.3. tit.2.num.47.* declarando, vt *num.ſeq.*

6 Sublimita d. primam limitationem quatuor modis, & primò, vt non procedat in ratificatione tacita, ſed tantùm in expreſſa, quia ſtante ratificatione

tacita

tacita ſolùm eſt locus pœnæ extraordinariæ, ſecundò, quando in ratificatione reus eſt certus, quod impunitas promiſſa ei non conceditur, quia eadem fallacia diceretur inductus ad ratificandum tertiò, quando confeſſio ſub ſpe impunitatis emanauit in tortura, quia tunc ratificatio, vti neceſſaria non operatur, cum non poſſit ſupplere tot defectus, quartò, quando confeſſio emanauit nullis præcedentibus indicijs, quæ etiam ratificata non nocet confitenti, de quibus quatuor ſublimitationibus agunt inter cæteros plenè *Farin. de reo confeſ. & conui. d. quaſt.* 81. *num.* 288. *& ſeq. Guazz. d. defen.* 20. *cap.* 24. *ſub num.* 8. *& Caren. in d. par.* 3. *tit.* 2. *num.* 49. ipſos conſulas, cum non ſit meæ intentionis agrum meum aliena ſegete, vt in adagio eſt fertiliorem reddere, vt alias dixi.

7 Declara primò d. concluſionem, quod confeſſio prædicta licèt non noceat reo quo ad pœnam ordinariam, ei nocet tamen quo ad extraordinariã, vt tradunt *Balar. ad Clar. §. fin. quaſt.* 55. *nu.* 9. *&* 11. *& ibi alij Adden. litera R. Menoch. de arbitr. caſu* 367. *num.* 4. *& ſeq. & Farinac. de reo confeſ. & conu. d. quaſt.* 81. *num.* 302. cum quibus pertranſit *Guazzin. d. defen.* 20. *cap.* 24. *num.* 12.

8 Limita d. primam declarationem, vt habeat locum, quando d. confeſſio per promiſſionem impunitatis extorta, non fuit expreſsè, neque reuocata, neque ratificata, quia tunc intrat pœna extraordinaria, ſecùs tamen eſt, ſi fuit reuocata, quia tunc nulla intrat pœna, vt declarant *Bertaz. conſ.* 95. *num.* 5. *lib.* 1. *Balar. ad Clar. d. quaſt.* 55. *num.* 11. *Menoch. d. caſu* 367. *num.* 4. vbi alios dat concordantes *Farinac. de reo confeſ. & conui. d. quaſt.* 81. *num.* 302. vbi dicit, quod ſi d. confeſſio fuerit per confitentem ratificata intrat pœna ordinaria, & concordat *Guazz. d. defen.* 20. *cap.* 24. *num.* 12 licèt nullam imponi pęnam, quando d. confeſſio non fuit reuocata, nec confirmata voluerit *Fachin. contro. iur. d. lib.* 9. *cap* 21. *in fin.* malè iudicio meo *per Farinac. intellectus in d. quaſt.* 81. *num.* 303.

9 Declara ſecundò d. concluſionem, vna cum prima limitatione, quod licèt confeſſio facta ſub ſpe impunitatis, & reuocata per confitentem non ſufficiat ad illum condemnandum, ſufficiat tamen ad illum torquendum, etiam non præcedentibus legitimis indicijs vt voluerunt *Boſſ. in pract. in tit. de confeſ. per tort num.* 13. *& nu.* 15 *& num.* 17. *&* 18. *& nu.* 21. *& ſeq. & Farinac. de reo confeſ & conui. d. quaſt.* 81. *num.* 300. *& ſeq.* vbi dicit, d. torturam eſſe debere moderatam, vt ibi per eum, cum quibus ſentire videtur *Clar. in pract. § fin. d. quaſt.* 55. *ver. Allegare etiam poſſet &c. & Caren. de Offic. S. Inquiſ. d. par.* 3. *tit.* 2. *nu* 47. vbi ſubiungit, d. confitentem poſſe condemnari, ſi aliæ concurrant probationes, vel teſtibus ſit conuictus, vt ibi per eum.

10 Licèt contrarium, quando non adſunt indicia teneant *Bertaz. conſ.* 95 *num.* 16. *lib.* 1 *& Guazz.* qui illum ſequitur, & refert *in d. defen.* 20. *cap.* 24. *in fin.*

11 Declara poſtremò d. concluſionem, quod Iudex vtendo cũ reo verbis generalibus, ex quibus reus poſſit credere aliquam gratiam reportaturum a Iudice, vt ſi dicatur *fatearis veritatem, quia faciã pro te apud Superiorem quicquid potero, procurabo gratiam, indulgentiam, & ſimilia* non tamen dicatur impunitatem reo promiſiſſe, vt poſt *Emeri. et Pegn.* per eum relatos declarat *Farinac. de reo confeſ & conui. d. quaſt.* 81. *num.* 298. & de promittente reo miſericordiam præcipuè in S. Officio agit *Carena d. par.* 3. *tit.* 2. *num.* 44. *& ſeq.*

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio qualificata ſcinditur, & pro parte acceptatur, et pro alia impugnatur.*

Licèt contrarium teneant aliqui Doct. num. 3.

Maximè quando qualitas adijcitur ex interuallo, num. 4.

Quo caſu d. confeſſio ſufficit ad condemnandum etiam in pœnam ordinariam, num. 5.

Poteſt tamen confitens dict. qualitatem probare, num. 6.

Quæ confeſſio qualificata poteſt diuidi, etiam ſi ſit facta vnica ſtructura verborum, num. 7.

Licèt contrariam teneant aliqui Doct. num. 8.

Et d. confeſſio poteſt diuidi, etiam ſi reus negauerit, et poſtea confeſſus ſit cum qualitate, n. 9.

Poteſt tamen confitens d. qualitatem probare, num. 10.

Confeſſio non poteſt diuidi, quando eſt facta cum clauſula, & non aliter, *num.* 11.

Nec quando confeſſio qualificata iuſtificatur aliundè, num. 12.

Ita vt, iuſtificata aliundè, nulla pœna puniri poſſit, num. 13.

Neq. quando ſumus in non prohibitis, num. 14.

Et quando de delicto non conſtat, niſi per confeſſionem rei, num. 15.

Licèt contrarium teneant aliqui, num. 16.

17 *Confeſſio qualificata quando poteſt ſcindi non intrat, niſi pœna extraordinaria.*

Quicquid aliqui teneant contrarium, num. 18.

Etiam ſi contra qualitatem plures vrgeant præſumptiones, num. 19.

Et pœna extraordinaria non debet eſſe corporalis, ſed pecuniaria, num. 20.

Si tamen qualitas ſit admodum inveriſimilis, intrat pœna ordinaria, num. 21.

Contrarium tamen tenent plures Doct. nu. 22.

Et eſt locus pœna ordinaria in alijs caſibus de quibus, num. 23.

24 *Confitens qualificatè, quando qualitas poteſt ſcindi, poteſt torqueri.*

Contrarium, quod ſit condemnandus pœna extraordinaria, tenent Doct. num. 25.

Quod verò poſſit torqueri, et ſi neget poſſit condemnari in pœnam extraordinariam moderatam, tenent plures Doct. num. 26.

27 *Confeſſus qualificatè punitur extraordinariè etiam ſi qualitas in animo conſiſtat.*

28 *Dolus præſumitur in prohibitis de iure naturali, vel Diuino.*

RESO-

RESOLVTIO XXIV.

Confeſſio qualificata an ſcindatur, et poſſit pro parte impugnari, et pro alia acceptari.

1 Confeſſio qualificata in criminalibus ſcinditur, pro parte acceptari poteſt per fiſcum, pro alia parte poteſt impugnari, quando ſumus in prohibitis, & in ijs, quæ habent præſumptionem contra ſe, prout eſt homicidium, iniuria, & ſimilia, ita vt confitens commiſiſſe homicidium, ſed ad ſui defenſionem, ſi defenſionem non probet, poſſit condemnari, vt tradunt originaliter *Bart. in l. Aurelianus 29 §. idem quæſiuit, num. 2. ff. de liber. lega.* & poſt eum ex modernioribus *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 3. num. 26. Clar. in pract. §. final. quæſt. 55. ver. poſſet quoque*, vbi hanc dicit magis communem, & practicatam opinionem, & ab ea in iudicando non eſſe recedendum, *Gabr. com. concl. de maleſ. concl. 19. in prin.* vbi alios dat concordantes, & teſtatur de magis communi opinione, *Menoch. de arbitr. caſu 93. num. 37. et caſu 279. num. 6. Maſcar. de prob. concl. 867. num. 1. lib. 2.* & priùs dixerat *concl. 490. num. 17. lib. 1. Vulpell. conſ. 44. nu. 4. et ſeq.* vbi hanc concluſionem dicit magis communiter receptam, & in practica ſeruatã, *Surd. conſ. 173. num. 12. lib. 2. Farinac. de reo confeſ. et conui. quæſt. 81. num. 110.* vbi quamplures adducit concordantes, & teſtatur de magis communi, & practicata opinione, *Guazz. d. defen. 32. cap. 35. in prin. Caball. reſol. crim. caſu 254. num. 1. cent. 3. Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 8. nu. 1.* & 2. vbi dicit, quod in hoc omnes Doctores conueniunt *Illuſtr. Sperell. deciſ. 64. num. 15. par. 1. et deciſ. 136. num. 26. par. 2. Vermigl. conſ. 238. nu. 6. & conſ. 282. nu. 11. & Ant. de Ball. tract. crim. lib. 2. quæſt. 21. num. 8.*

2 In prohibitis enim præcipuè de iure naturali, & Diuino, prout ſunt iniuria, furtum, homicidium, incendium, & ſimilia, ſemper præſumitur dolus, vt not. *Ant. Gomez d. cap. 3. n. 26. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſump. 3. n. 45. et ſeq. Odd. de reſtit. in integr. quæſt. 83. num. 4. Hend conſ. 105. nu. 21 & ſeq. lib. 1.* plenè *Farinac. de pœn. temp. quæſt. 89. num 77.* alios adducens concordantes, & *Ant. de Ball trac. crim. lib. 3. caſu 1 num. 54.* vnde ipſe delinquens tenetur probare contrarium, & ſic illum in actu non interueniſſe, & ideò illius aſſertioni non eſt ſtandum, vt tradit *Ant. Gomez d. cap. 3. ſub num. 26.* vbi aliam ſatis bonam adducit rationem, & *P. Graſſet. de nece prodit. §. 32. num. 22.*

3 Licèt contrarium, imò confeſſionem qualificatã, de qua ſupra, non poſſe a fiſco acceptari pro parte, & pro alia parte reijci, licèt illa habeat præſumptionem contra ſe, voluerunt *Doct.* relati per *Gabr. d. concl. 19. num. 1. verſ. contrarium tenuit &c. per Maſca. d. concl. 867. num. 3. et num. 14. & per Farin. de reo confeſ. & conui. d. quæſt. 81. num. 112.* contra quos adeſt verior, magis communis, & in practica ſeruata opinio, de qua ſupra.

3 Amplia primò d. concluſionem, vt eò magis confeſſio qualificata ſcindatur, itaut pro parte acceptari poſſit, & pro parte reſpui, quando qualitas per reum adijcitur confeſſioni non in continenti, ſed ex interuallo, vt not. *Iaſ in l. vt vim 3. num. 13. ff. de iuſt. & iur. Maſcar. de prob. d. concl. 867. nu. 5. lib. 2.* vbi plures dat concordantes *Triuiſa. dec. 46. num. 29. lib. 2.* quem refert, & ſequitur *Farinac. de reo confeſ & conui. d. quæſt. 81. num. 118. et ſeq. & conſ. 120. num. 11 lib. 2. Adden. ad Farin. conſ. 25. litera S. lib. 1. & Guazzin. d. defen. 32. cap. 35. num. 5.*

5 Subamplia d. primam ampliationem, vt d. confeſſio qualificata, cui eſt adiecta qualitas ex interuallo, ſufficiat ad condemnandum confitentẽ etiam in pœnam ordinariam, ſi non probet qualitatem defenſionis, vt voluerunt *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 55. verſ. fortè poſſet etc.* vbi dicit, ita tenere communiter Doctores, *Maſcar. de prob. d. concl. 867. num. 5. lib. 2. Farinac. de reo confeſ et conuic. d. quæſt. 81. num. 120. Adden. ad Farina. d. conſ. 25. litera S lib. 1. et Guazz. d. defen. 32. cap. 35. num 5. in fine.*

6 Declara d. primam ampliationem, quod confitens delictum ſimpliciter, & poſtea adijciens qualitatem ex interuallo poſt factam confeſſionem, nõ ſit prohibitus d. qualitatem ex interuallo adiectam ad ſuam defenſionem probare, vt docent *Gram. vot. 2. num. 12. & ſeq Clar. in pract. d. quæſt. 55. ver. fortè poſſet in fin. Maſcar. de prob. d. concl. 867. num. 5.* vbi teſtatur de communi opinione, *Farin. de reo confeſ & conu. d. quæſt. 81. num. 122.* vbi alios dat concordantes, & *conſ. 25. num. 72. lib. 1. Caball. reſol. crim. caſu 49. per tot. cent. 1.* vbi loquitur, quando reus priùs negauit delictum, & *Guazz. d. defen. 32. cap. 35 num. 5.* vbi alios adducit ita ſentientes de communi opinione atteſtantes, & ſenſit Senatus Pedemontanus apud *Theſa. quæſt. foren. 46. lib. 4. in fin.*

7 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum non ſolùm quando qualitas eſt adiecta confeſſioni ſub duplici ſtructura verborum, vt puta *Occidi, ſed ad meam defenſionem*, ſed etiam ſi illa ſi facta ſub vnica ſtructura verborum, vt puta *Occidi me defendendo, vel Occidi ad meam defenſionẽ*, quia adhuc d. confeſſio ita qualificata poteſt diuidi, & vna pars illius poteſt acceptari, & alia reſpui, vt ſcripſerunt *Aret. de maleſ. in ver. comparuerunt d. inquiſiti in prin.* vbi dicit, ita in practica ſeruari vidiſſe, *Foller. in pract. in verſ & ſi confitebuntur par. 1. ſub. nu. 47. Boſſi in pract. in tit. de conf. num. 20. & 36.* vbi teſtatur de communi opinione, *Vulpell. d. conſ. 144. nu. 4. & ſeq.* vbi dicit, hanc opinionem in practica ſeruari magis communiter, *Farinac. de reo. confeſ. & conu. d. quæſt. 81 num. 113. & ſeq.* vbi dicit, hanc opinionem habere locum quoad pœna extraordinaria tantùm, & ita concordari contraria, & alios dat concordantes quamplures etiam de magis communi opinione teſtantes, *Caball. reſol. crim d. caſu 254. num. 2. cent. 3.* vbi pariter alios refert ita ſentientes, & ita ſenſit etiã *Guaz. d. def 32. c. 35. n. 4.* quòad pœnã extraordinariã.

8 Licèt contrarium, imò confeſſionem non poſſe ſcindi, quãdo illa fuit concepta vnica ſtructura verborum

borum, vt ſupra tenuerunt *Grat. conſ. 151 num. 21. & ſeq. par. 2. Maſcar. de prob. concl. 867. nu. 7. vol. 2. Roman. conſ 167. num. 7. & conſ. 353. num. 11. & ibi Adden.* teſtantes de communi opinione *Vulpel. ſibi contrarius conſ. 94. num. 10.* & alij relati *per Farin. in d. quæſt. 81. n. 115.* cum quibus pertranſit *Vermigl. conſ. 247. in prin. & conſ. 325. n. 5. & conſ. 347. n. 10.*

9 Amplia tertiò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum quando reus à principio negauit delictum, & poſtea, vel ob timorem probationum, vel putans, ſe conuictus, vel ex alia cauſa, fatetur delictum cum qualitate, quia tunc ratione doli ob præcedentem negationem, & mendacium eius cõfeſſio ſcindi poteſt, & vna pars illius poteſt acceptari, & alia reſpui, vt tradunt *Bero. in cap. vt ſi clerici 4 ſub num. 75. de iudi. Bertaz. conſ. 31. num. 12. lib. 1.* quos refert, & ſequitur *Farinac. de reo conf. & conui. d. quæſt. 81. num. 127. & ſeq.* vbi dicit, in d. caſu tutius eſſe d. confitentem, qui d. qualitatem non probauit, condemnare in pęnam extraordinariam, quam illum torquere, per rationem per eum adducta, niſi tamen eſſet plenè conuictus, vt ibi per eum dicentem hoc verius eſſe, & non diſſentit *Guazzin. d. defenſ. 32. cap. 35. num. 6.* nec *Caball. caſu 49. per tot.*

10 Declara d. tertiam ampliationem, quod licèt d. confeſſio qualificata facta poſt negatum delictum poſſit diuidi, vt ſupra, non prohibetur tamen reus adiectam qualitatem in confeſſione probare, vt not. *Boſſi. in pract. in tit. de confeſ. num. 47. & in tit. de defen. a reo facie. num. 13. & 14. & in tit. de falſ. num. 66. Vulpel. conſ. 69. num. 4. Maſcar. de probat. d. concl. 867. nu. 6.* vbi teſtatur de communi opinione, & alios adducit ita ſentientes *Andr. Gail. de pace publ. lib. 1. cap. 18. nu. 6.* vbi pariter hanc dicit communem eſſe opinionem, *Pacia. de proba. lib. 1. cap. 19. num. 88.* quem refert, & ſequitur *Faria. de reo confeſ. & conui. d quæſt. 81. num. 128. & ſeq.* vbi dicit, d. reum ſic confitentem eſſe condemnandũ pœnam extraordinaria, ſi d. qualitatem non probet, ſecundùm veriorem opinionem, quando non eſſet conuictus, vt ibi per eum, & *conſ. 120. num. 11. lib. 2. & Guazz. d. defen. 32. cap. 36. nu. 6.* vbi pariter dicit, d. confitentem, non probata qualitate, eſſe cõdemnandum in pœnam extraordinariam, ſi non ſit conuictus, & eſſe torquendum, quando adeſſet ſola confeſſio, vt ibi per eum.

11 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando confitens qualificatè, poſt adiectã qualitatem appoſuit clauſulam, *Et non aliter, &c.* quia tunc d. confitens habetur pro negante, & illius confeſſio non poteſt pro parte acceptari, & pro parte reijci per fiſcum, vt docent *Boſſi. in tit. de conf. nu 26. et in tit. de reſp. a reo facte ſub nu 2. Vulpel. d. conſ 44 nu. 7 et conſ 45. in prin. Gabr. comm. concl. de malef. concl. 19. n. 9. Farin. de reo. conf. & conu. quæſt. 81. nu. 148.* vbi teſtatur de æquiori, & magis receptu opinione, reprobando *Pacia.* qui contrarium ſentire videtur in loco per eum adducto, & hanc limitationem ſequitur etiam *Guazz. d. defen. 32 cap. 35. nu. 8, ver. ſed aduocatus, &c.* vbi dicit, quod in hoc omnes conueniunt, nec non *Ciriac. controu. 505. num. 35. & Vermigl. conſ. 347. num. 9.*

12 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando qualitas in confeſſione adiecta iuſtificatur aliundè, vel ex probationibus, vel ex præſumptionibus, quia tunc d. confeſſio non poteſt pro parte acceptari, & pro parte reijci, vt not. *Gabr. com. concl. de malef. d. concl. 19. nu. 11. & 14. Theſa. dec. 13. n. 7. Vulpel. conſ. 94. n. 10. & Bertaz. conſ. 27. n. 10. & ſeq lib. 1. et ibi Adden. litera A. & conſ. 449. n. 14. et ſeq. et conſ. 450. n. 2. et ſeq. lib. 2.* quem referunt, & ſequuntur *Farin. de reo conf. et conu. d. q. 81. n. 153. et Guazz. d. defen. 32. cap. 35. n. 3.* quibus addo *Lentul. Capell. inter conſ. Farinac. conſ. 60. num. 59. et ibi Adden. litera P. lib. 2. & Vermiglio, conſ. 281. num. 10. et conſ. 272. num. 12.*

13 Amplia d. ſecundã limitationem illatiuè, vt quãdo qualitas adiecta confeſſioni iuſtificatur aliundè ex probationibus, vel præſumptionibus, confitens nulla pœna ſit puniendus, neq; ordinaria, neq; extraordinaria, cum defenſio probetur ex præſumptionibus, & coniecturis iudicis arbitrio, vt adnotarunt *Sarmien. ſelect. interp. cap. 1. n. 11. Guaz. d. def. 32. cap. 35. n. 3.* alios adducẽs concordantes, *et Farinac. de reo. conf et conu. d. q. 81. n. 169.* & ſentit *Surd. conſ. 173. n. 66. lib. 2. et Cabal. d. caſu 254. n. 10.* licèt intrare in d. caſu pœnam extraordinaria, ſenſerit *Fachin. contro. iur. lib. 1. cap. 27. in fine.*

14 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando ſumus in non prohibitis, & in ijs, quæ contra ſe præſcriptionem, non habẽt, quia confeſſio qualificata non poteſt pro parte acceptari, & pro parte impugnari, vt not. *Gabr. comm. concl. de malef. concl. 19. n. 10. Hond. conſ. 96. n. 25. lib. 1. Gabr. conſ. 170. n. 24. lib. 1. Farin. de reo confeſ. & conu. d. q. 81. n. 149. et conſ. 130. n. 26. lib. 2. Guazz. d. defe. 32. cap. 35. n. 9.* vbi alios adducit ita ſentientes, *et Vermigl. conſ. 347. n. 2. 3. et ſeq.* & ante eos ſcripſit *Caball. d. caſu 254. n. 3. cent. 3.* vbi agunt de confitente extraxiſſe merces, frumentum, & ſimilia cum licentia, an eius confeſſio ſit in totum acceptanda, vel diuidenda, vide ibi per eos.

15 Limita quartò d. concluſionẽ, vt non habeat locum, quando de delicto non conſtat aliter, quã per confeſſionem rei, quia tunc confeſſionem diuidi non poſſe, voluerunt *Grat. conſ. 151. n. 19. in fin. par. 2. Maſca. de prob concl. 867. n. 7 lib. 2. Farin. conſ. 37. n. 16. lib. 1. et conſ. 120. n. 13. et conſ. 130. n. 27. lib. 2. Vermigl. conſ 347. nu. 11.* vbi dicit, d. opinioni eò magis eſſe locum, quando contra illam non adeſt præſumptio, vt ibi per eum, & *P. Graſſett. de nece prodit. §. 33. n. 29.* licèt *num. 33.* videatur diſſentire.

16 Licèt contrariam opinionem, imò dict. confitentem puniendum eſſe pœna extraordinaria, etiã quod de delicto aliter non conſtet, quam per eius confeſſionem, tenuerint *Marſil. conſ 129. n. 2. Andr. Gail. de pace publ. lib. 1. cap. 17. num. 6. Farinac.* ſibi contrarius *de reo confeſ et conui. d. quæſt. 81. num. 155. et ſeq.* vbi refert alios, quos dicit idem ſentire, cum quo pertranſeunt *Adden. ad Farinac. conſ. 37, litera C. et Guazz.* licèt confuſè *d. cap. 35. nu. 2.*

17 Declara

17 Declara d. concluſionem principalem vnà cum ampliationibus ſequentibus, in quibus dixi, confeſſionem qualificatam ſcindi poſſe, & vnam partem illius poſſe acceptari, & aliam reſpui, vt in d. caſu ſolùm pœnam extraordinariam imponi poſſe, non autem ſit locus pœnæ ordinariæ, cum ad pœnam ordinariam incurrenda requirantur probationes luce meridiana clariores, vt declarant originaliter *Abb. in cap. auditis 15. num. 33. de præſcr.* & relictis antiquioribus, *Gabr. comm. concl. de malef. d. concl. 19. num 7. Menoch. de arbitr. caſu 93. nu. 38. & caſu 279. num. 6. & ſeq.* vbi dicit, in foro non eſſe tutum ab hac opinione recedere *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 55. ver. fortè poſſet, &c.* vbi teſtatur de communi, & practicata opinione *Ant. Gamez var. reſol. tom. 3. cap. 3. num. 26.* vbi dicit, cum hac doctrina ſaluaſſe quendam carceratum a pœna mortis, latè *Farinac. de reo confeſ. & conui. d. quæſt. 81. n. 157.* vbi quamplures adducit concordantes, qui de communi, & magis cõmuni opinione teſtantur, prout ipſemet fidem facit de magis cõmuni Doct. opinione, *Guazz. d. deſen. 32. cap. 35. nu. 2.* qui ſatis confusè loquitur, *Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 8. n. 9.* vbi teſtatur de magis cõmuni Doct. opinione, *& Illuſtris. Sperell. deciſ. 64. num. 16 par. 1. & deciſ. 108. num. 36.* vbi alios dat concordantes, & illam benè comprobat, *& deciſ. 136. num. 27. par. 2.* alios pariter adducens ita ſentientes de magis communi, æquiore, & practicata opinione fidem facientes, addo *Vermigl. conſ. 325. num. 6. & Ant. de Ball. tract. crim. lib. 2. quæſt. 21 num. 9.*

18 Quicquid contrarium, imò eſſe locum pœnæ ordinariæ, tenuerint nimis ſenetus *Fachin. contr. iur. lib. 1. cap. 27. in fin.* & alij relati *per Farinac. in d. quæſt. 81. num. 158.* & per *Ant. de Ball. d. quæſt. 21. num. 10.* contra quos adeſt verior, communior, & æquior opinio, de qua ſupra.

19 Amplia d. declarationem, vt habeat locum etiã ſi contra qualitatem adiectam confeſſioni plures, & vrgentes laborent præſumptiones, & indicia, quia illa ſolùm operantur, vt confitens grauiori pœna mulctetur, non autem vt pœna ordinaria plecti valeat, cum aliàs quis ex præſumptionibus, & coniecturis ad pœnam ordinariam damnaretur, quod non eſt dicendum, vt ſcripſerunt *Oſaſc. deciſ. Pedem. 60. nu. 9.* vbi teſtatur de communi opinione, *Rimin. Iun. conſ. 83. nu 13. & ſeq. inter conſ crim. diuer. lib. 2. Ladercb. conſ. 191. nu. & ſeq.* vbi reprobat *Boſſi. & Clar.* contrarium tenentes, *Farinac. de reo confeſ. et conui. d quæſt. 81. nu. 135 & num. 171. Guazz. d. deſen. 32. cap. 35. num. 1. ver. ſed contrarium &c. Caball. reſol. crim. d. caſu 254. num. 2. verſ. ſaltem &c. Mari. Anton. reſol. lib. 3. reſol. 35 nu. 7.* qui teſtatur de veriori, & practicata opinione, quem refert, & ſequitur *Illuſtr. Sperell. d. deciſ 108. nu. 42.* benè comprobans more ſuo.

20 Limita primò, ſeù ſubdeclara d. declarationem, vt pœna extraordinaria imponenda confitenti delictum qualificatè, vt ſupra, non debeat eſſe corporalis, ſed tantùm pecuniaria, vt voluerunt *Ancar. quæſt. 40. num. 4. in fin. lib. 1. Rim. Iun. d. conſ. 83. num. 14. inter conſ. crim. diuer. lib. 2. Bertaz. conſ. 37. num. 2. & ſeq. lib. 1.* vbi dicit, ita fuiſſe iudicatum in Ciuitate Regij, *& conſ. 31. num. 13. in fin. & conſ. 122. num. 15. & conſ. 449. nu. 31. & conſ. 450. nu. 1. lib. 2. Caph. conſ. 621. per tot. lib. 5.* quam opinionẽ magis communem dicit *Farinac.* relatis quamplurib. concordantibus, *de reo confeſ. & conui. quæſt. 87. num. 113. iuncto num. 117.* vbi loquitur, etiam ſi crimen eſſet atrociſſimum, niſi tamen Iudex vellet imponere pœnam exilij, vel ictuum funis publicè, vt ibi per eum, ſubiungens, contrariam opinionem magis receptam eſſe in ſupremis Tribunalibus, vt ibi per eum, cum quo concordat *Guazz. d. defenſ. 32. cap. 35. nu. 2. ver. ſed caueat &c.* licèt alios contrarium tenentes referat, *& Illuſtriſ. Sperellus d. deciſ. 108. num. 37. ver. Imò neque &c.* vbi dicit *ex Farinac.* vbi ſupra, ita ſeruandum eſſe per Iudices ordinarios, licèt delictum eſſet graue, & atrociſſimum, vt ibi per eum *par. 2.*

21 Limita ſecundò, ſeù ſubdeclara d. declarationem, vt non habeat locum, quando qualitas adiecta confeſſioni non ſolùm habet præſumptionem contra ſe, ſed etiam eſt admodum inueriſimilis, quia tunc contra confitentem imponi poſſe pœnã ordinariam, voluerunt *Caſon. de tormen. cap. 18. num. 15. & ſeq. Fachin. contro iur. d. cap. 27. lib. 1. in fin. & Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3 tit. 8. num. 5.* vbi dicit, ita fuiſſe pluries in facto ſeruatum.

22 Contrarium tamen fuit deciſum apud *Theſa. deciſ. 13. per totum* de illis mulieribus, quæ partum necauerant, illum proiiciendo in latrinam, addendo neſcire, an eſſet grauida, & alia quæ filium pepetat, & illum ſepellierat allegando, illum pepeteriſſe mortuum, quæ fuerunt condemnatæ in pœnã extraordinariam per illum Senatum, licèt qualitates adiectæ confeſſioni eſſent admodum inueriſimiles, cum quibus pertranſit *Farinac. in d. quæſt. 81. nu. 171.* volens, ſolùm in d. caſu pœnam augeri, & tenet expreſsè *Illuſtriſ. Sperellus d. deciſ. 108. num. 41. par. 2.* & faciunt adducta ſupra *num. 19.*

23 Limita tertiò d. declarationem, vt non habeat locum, quando qualitas fuit per confitentem adiecta confeſſioni ex interuallo, & quando de delicto conſtat per plenas probationes, in quibus caſibus locum eſſe pœnæ ordinariæ voluit *Farinac. de reo conſ. & conu. d. quæſt. 81. nu. 164. cum plur. ſeq.* vbi alias affert limitationes, quas prolixitatis euitandi cauſa non refero, videas ibi per eum, & concordat *Guazz.* quãdo conſtat de delicto per plenas probatione *d. deſ. 32. cap. 35. n. 1. ver. qua communis &c.*

24 Limita quartò d. declarationem, quod imò d. confitens cum qualitate, quæ poteſt ſcindi a confeſſione, non ſit condemnãdus in aliquam pœnam, ſed potiùs contra illum ſit deueniendum ad torturam, ad hoc, vt ſimpliciter, & ſinè qualitate reſpondeat, voluerunt originaliter *Bald. in l. 1. num. 45. in fin. C. de confeſ Gram. vot. 2. num. 4. & 16.* dicens, ita in illo Senatu fuiſſe reſolutum, *& vot. 24. num 2. Foller. in pract. in ver. & ſi confitebuntur par. 1. num. 48. Boer. deciſ. 164. nu. 16.* vbi dicit, ita pluries in illa Curia fuiſſe ſeruatum, *Gabr. comm. concl.*

de maleſ. d. concl. 19. num. 16. ver. contrarium &c. Theſaur. d. deciſ. Pedem. 13. num. 3. vbi dicit, ita fuiſſe in illo Senatu ſeruatum, & alij, quos refert Farinac. de reo confeſ. & conu. d. quæſt. 81. num. 136. quam opinionem in praxi ſeruari, dicit Caren. de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 8. num. 10. pro vt illam ſeruauit Senatus Pedemontanus apud Theſ. quæſt. foren. 46. lib. 3. in fin.

25 Contrariam tamen opinionem, quod imò reus qualificatè confeſſus non ſit torquendus, ſed ſit condemnandus in pœnam extraordinariam, ne ſubſtinendo torturam veniat abſoluendus iuxta dicta ſupra num. 17. tenuerunt Clar. in pract. §. fin. quæſt. 55. ver. fortè poſſet &c. vbi dicit, quod d. practica torquendi reos qualificatè confeſſos ei non placet, & quod nunquam vidit illam ſeruari Bertaz. d. conſ. 27. num. 8. lib. 2. Triuiſ. d. deciſ. 35. nu. 33. & ſeq. vbi improbat contrariam Bald. opinionem, & dicit, illam non ſeruari in practica, vti aperiens viam Iudicibus ad fraudes committendas pro ſaluandis reis, quem refert, & ſequitur Farinac. de reo confeſ. & conui. d. quæſt. 81. num. 137. & ſeq. vbi hanc opinionem comprobat, & dicit in Alma Vrbe illam non ſeruari, & cautiùs eſſe in d. caſu deuenire ad pœnam extraordinariam, vt ibi per eum.

26 Licèt vtraque opinionem ſequi poſſe per Iudicem, nempè reum confeſſum qualificatè torquere moderatè, vt ſimpliciter, & ſinè d. qualitate reſpondeat, & ſi ſit in tortura negatiuus, illum in aliquam pęnam extraordinariam condemnare, non tamen grauem, ſed moderatam, vt contra Farinac. in d. quæſt. 81. num. 139. tenet Caren. de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 8. num. 8. ver. Vel tandem, &c. & ita fuiſſe practicatum teſtantur Gram. in d. voto 2. num. 17. in confeſſo homicidium cum qualitate, qui poſt torturam damnatus fuit ad triremes, Boer. deciſ. 164. num. 16. Theſa. deciſ. 13. num. 3. & 4. & Maſtril. deciſ. 246. par. 3. vbi dicit, mulierem quæ faſſa fuerat, cudiſſe monetam falſam iuſſu viri, poſt torturam ei illatam, fuiſſe damnatam in exilium ad annum, de qua deciſione Maſtrill. meminit etiam Illuſtriſ. Sperell. d. deciſ. 108. num. 38.

27 Addo pro coronide huic longæ, & intricatæ reſolutioni, quod confeſſus delictum cum qualitate non punitur pœna ordinaria, ſed extraordinaria iuxta opinionem Abb. in cap. auditis relatam ſupra nu. 17. etiam ſi qualitas confeſſioni adiecta in animo cõſiſtat, vt puta ſi qualitas ſit de metu, & ſimil. vt benè comprobat Ill. Sperell. in d. deciſ. 108. n. 38. alios adducens cõcordantes, & plura exẽpla par. 2.

A D D I T I O.

N. 1. VBi habetur, quod confeſſio qualificata ſcinditur, & vna pars acceptatur, & altera reijcitur quando ſumus in prohibitis adde Farinac. conſ. 222. num. 11. lib. 3. & Ciriac. contro. 578. num. 18. ſub dubio tamen, cum num. 17. videatur tranſire cum contraria opinione.

N. 14. Vbi habetur, quod confeſſio qualificata non poteſt diuidi quando non ſumus in prohibitis adde Ciriac. d. contr. 578. num. 18. vbi de extractione frumenti, quæ licet ſit regulariter prohibita, non eſt tamen prohibita in aliquo caſu ſpeciali.

N. 17. Vbi habetur, quod confitens delictum cum qualitate poteſt condemnari pęna extraordinaria adde Scialo. in prax. torq. reos cap. 1. num. 14. & de Marin. quotid. reſol. tom. 1. cap. 83. niſi delictum eſſet plenè probatum, vt not. Scialo. d. num. 14.

N. 22. in fin. Vbi recenſetur deciſ. Theſa. 13. in qua habetur, quod illæ mulieres, quæ confeſſæ fuerant, peperiſſe filios mortuos, illoſquè recidiſſe in latrinam, vel ſepelliuiſſe, neſciendo eſſe grauidas, & ideo poſt torturam eis illatam fuerunt condemnatæ in pœnam extraordinariam fuſtigationis, & exilij adde cum quibus pertranſit idem Farinac. de homic. quæſt. 122. num. 156. & Vrſell. in exam. apum concl. 7. num. 5. tom. 1. & ante eos Oſaſch. deciſ. 60. per tot. maximè cum partus in dubio dum eſt perfectus in membris præſumatur natus viuus, & non mortuus, vt tradunt Bald. conſ. 69. num. 4. par. 5. Card. Tuſc. pract. concl. litt. P. concl. 8. in fine, benè Eugen. conſ. 28. nu. 74. & ſeq. vol. 1. de quo videas etiam P. Graſſett. de vita prodit. §. 21. num. 16. & ſeq.

N. 24. Vbi habetur, quod confitens delictum cum qualitate non eſt condemnandus, ſed eſt torquendus, vt liberè fateatur, adde cum quibus pertranſit maximè ſi alia licet leuia concurrant, & confeſſio eſt negatiua non occidi, & ſi aliter conſtabit &c. Caball. reſol. crim. caſu 17. nu. 11. cent. 1. & Scialo. in prax. torquen. reos cap. 1. n. 15. vbi dat concordantes.

N. 25. Vbi habetur, quod reus qualificatè confeſſus non eſt torquendus, ſed eſt condemnandus in pęnam extraordinariam adde Caball. d. caſu 17. circa medium Vinc. de Franch. deciſ. 556. num. 9. Guazz. defen. 30. cap. 7. nu. 2. & ſeq. plenè Scialo. in prax. torq. reos cap. 1. num. 14.

Adde pro coronidè, quod qualitas adducta per reum in ſua confeſſione probari poteſt præſumptionibus, & coniecturis, Farinac. conſ. 222. num. 12. lib. 3.

CONFINATVS.

S V M M A R I V M.

1 Confinatus in aliquo loco, ſi ab eo diſcedat ad effectum implendi votum, nulla pœna tenetur.

Amplia, vt idem, ſit ſi diſcedat ex cauſa amoris, num. 2.

Et ſi quis exeat ex carcere, vt impleat votum, vel confiteatur peccata, ſi citò redeat, non dicitur fractor carceris, num. 3.

4 Confinatus, ſi frangat confine, incurrit pęnam conuentionalem, & iuris communis.

R E S O L V T I O   V N I C A.

Confinatus in aliquo loco ſi ab eo diſcedat ex aliqua cauſa an puniatur.

1 COnfinatus in aliquo loco, præſtita etiam cautione de non exeundo de loco confinis ſub certa pœna, ſi exeat de dicto loco, & accedat ad alium locum ad effectum adimplendi votum per eum emiſſum, non incidit in pœnam fractionis confinium, ſi citò redeat l. illud 15. & ibi glaſ. ff. de offic. præſid. Marſil. ſingul. 149. num. 1. Boer. deciſ. 215. ſub num. 30. Clement. de patr. poteſt. effec. 5. num. 23. & ſeq.

Facta

Facta enim ex cauſa religionis excuſant facientem, vt not. *Caſtr. in l. filius familias* 8. *§. fin. num.* 11. *ff. de Procur. et Clemen. de patr. poteſt. d. effect.* 5. *num.* 25.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam ex cauſa amoris, ita vt ſi confinatus in aliquo loco ab eo recedat, & ad alium locum accedat ad eius amaſiam fruendam, excuſatur a pœna, vel ſaltem ſatis mitiùs punitur, cum amoris ſit tãta vis, vt priuet deliberatione, & ſit furoris ſpecies, vt latiſſimè comprobat *Giurb. in conſ.* 47. *num.* 8. *& ſeq.* vbi dicit, ita fuiſſe pronunciatum, & ſcribit etiam *Nouar. de variat. fort ſect.* 2. *cap.* 35. *in fin.* & conferunt ſcripta per me *allegat. foren.* 87. *ferè per totam*.

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in carcerato, vel alibi retento loco carceris, qui ſi diſcedat ex eo ex cauſa religionis, puta ad effectum adimplendi votum per eum emiſsũ, audiendi Miſſam, ſua peccata confitendi, & ſimilia, ſi ſtatim redeat excuſatur, nec vti fractor carceris punitur, vt tradunt *Bald. in l.* 1 *num.* 11. *C. de edil. edicto Marſil. in d. ſingul.* 149. *num.* 2. *&* 3. *Boer. in d. deciſ.* 215. *ſub num.* 30. *Maſcar. de prob. concl.* 820. *num* 10. *lib.* 2. *& Farinac. de carcer. & carcer. quæſt.* 30. *num.* 158.

4 Addo prædictis pro coronide, quod confinatus in aliquo loco, qui præſtitit fideiuſſionem de ſeruando confina, & de non diſcendendo de illo loco, ſi illud frangat ab eo diſcedendo, tenetur non ſolùm ad pænã conuentionalem, ſed etiam ad pænam iuris cõmunis impoſitam contra rumpentem cõfinia, vt poſt *Bart. Caſtr. Angel. Bologn. & Bertaz.* per eum adductos firmat *Ant. de Ball. tract. crim. lib.* 4. *quæſt.* 5. *num.* 59. *& ſeq.* & in terminis fractionis pacis, & cautionis de non offendendo, quod intret tàm pæna conuentionalis, quàm pænæ iuris communis inductæ contra frangentem pacem, ſeù cautionem de non offendendo, tradit *Farinac. de var. ac diuer. crimin. quæſt.* 107. *num.* 74. *& num.* 80. vbi alios dat concordantes quamplures. Ipſos conſulas.

ADDITIO.

N. 1. & 2. VBi habetur, quod confinatus in aliquo loco ſi ab eo diſcedat ex aliqua cauſa puta implendi votum, ex cauſa amoris, non incidit in pœnam fracti confinij ſi cito redeat adde *Giurb. conſ.* 81. *ſub num.* 11. vbi dicit, illum excuſari non ſolum ex cauſa implendi votum, ſed etiam ex cauſa ſumendi Sacram Euchariſtiam Paſcate, & ex quacumque alia cauſa neceſſaria, alios dat concordantes.

N. 3. Vbi habetur, quod exiens de carcere ex cauſa implendi votum, vel peccata confitendi ſi cito redeat non dicitur fractor carcerum Amplia, vt id habeat locum etiam in exiliato, qui ſi redeat ad locum vetitum diſcedendo ex cauſa amoris, ob timorem inimicorum, ex cauſa viſitandi parentes grauiter infirmos, & ex cauſa Religionis, vt ſupra excuſatur a pœna fractionis exilij, a qua vti pœnali quælibet cauſa excuſat, vt tradunt *Nouar. de Grauam. Vaſſal. Grauam.* 73. *&* 74. *lib.* 2. *Præſes S. Felic. deciſ.* 256. *num.* 2. *& ſeq. & Zuff. ad Conſtit. Barbar. num.* 173. *& ſeq.*

CONFISCATIO.

SVMMARIVM.

1 *Confiſcationis pæna imponi non poteſt, quando ex cauſa receditur a pœna ordinaria delicti, & imponitur pæna extraordinaria.*

Amplia, vt neque poſſit imponi, quando reus condemnatur in pænam exilij, num. 2.

RESOLVTIO I.

Confiſcationis pæna imponi an poſsit quando receditur a pæna ordinaria delicti, & imponitur extraordinaria.

1 POEna confiſcationis bonorum imponi non poteſt per Iudicem quando ex cauſa receditur a pæna ordinaria delicti, imponitur pæna extraordinaria, vt ſcripſerunt *Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt.* 64. *n.* 125. *Carpa. ad nou. Conſtit. Mediol. in cap. Omnium nu.* 84. *&* 95. quem refert, & vna cum alijs pluribus ſequitur *Guazz. de confiſc bon. concl.* 13 *limit.* 7. 8. *&* 9. *n.* 2. *Farinac. conſ.* 185. *num.* 71. *lib.* 2. *Peregr. de iur. fiſc. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 26. latè *Giurb. conſ.* 58. *num.* 8. *& ſeq.* vbi hanc concluſionem benè comprobat, & reprobat *Maſtrill. deciſ.* 271. *num.* 28 contrarium tenentem, quam opinionem ſequuntur nouiſſimè *Vermigl. conſ* 108. *num.* 5. *Capic. Latro conſult.* 131. *num.* 22 quem referendo ſequitur *Maſſin. de confiſc. bon. quæſt.* 3. *in fin. & D. Andreol. contro.* 434. *nu.* 6. & ante eos *Ant. de Ball. tract. crim lib.* 4 *q.* 5. *n.* 10. Iudex enim recedendo a pæna ordinaria, & deueniendo ad extraordinariam, & arbitrariam non poteſt vigore ſui arbitrij pœnam confiſcationis imponere, cum id ſpectet ſolùm ad Principem Supremum, vt declarant *Bald. in leg.* 1. *num.* 2. *C. ne ſine iuſſu Princip. Menoch. de arb lib.* 1 *quæſt.* 93. *in prin.* vbi alios dat concordantes, *& num. ſeq.* benè declarat *Farinac de delict. & pæn. quæſt.* 25. *nu.* 19. plenè *Giurb. d. conſ.* 58. *num.* 10. *& ſeq.* & minorata pæna mortis ordinaria in pœnam extraordinariã cõfiſcationis, etiam pœnam ſublatam eſſe, dicit *Nigr. Campa. R. N. cap. frequens* 7. *num.* 88. *ver. ſed poſſe, &c.* quem refert, & ſequitur *Giurb. d. conſ.* 58. *num.* 15. *&* 16. vbi dicit, ita generaliter ſtatutum eſſe per Excellentiſs. Conſil. Mediolani, vt ibi per eum.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt pæna confiſcationis bonorum neque imponi valeat per Iudicem, quando reus condemnatur in pænam exilij ad tex. *in l. relegatorum, §. ad tempus, ff. de interd. & releg.* & not. *Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt.* 67. *nu.* 19. *Peregr. de iure fiſci lib* 5. *tit.* 1. *num.* 3. *Guazzi. de confiſc. bonor. concl.* 13. *limit.* 7. 8. *&* 9. *num.* 3. volentes, prædicta non habere locum in condemnatione in exilium perpetuum, ibi per eos, *& Capic. Latro d. conſult.* 131. *num.* 10. *& ſeq.*

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod pœna confiſcationis bonorum non imponitur quando ex cauſa receditur, a pœna ordinaria delicti, & imponitur extraordinaria adde, *Rota de iſ. 82. num. 29. par. 10.* vbi dicit, quod in arbitrarijs non intrat pœna confiſcationis, vt ibi per eum.

SVMMARIVM,

1 *Laicus ſi condemnetur in pœnam confiſcationis bonorum in Tribunali Eccleſiaſtico, bona applicantur fiſco ſæcularis.*

Procedit, quando agitur de confiſcando totam, vel quotam, quia pœnæ pecuniariæ ſpectant ad fiſcum Epiſcopi, num. 2.

Debet tamen illas fiſcus erogare in vſus pios, & non in propriam vtilitatem, num. 3.

RESOLVTIO II,

Laicus ſi condemnatur in pœna confiſcationis bonorum in Tribunali Eccleſiaſtico an bona applicentur fiſco Sæculari,

1 LAicus in delictis mixti fori, vel Eccleſiaſticis ſi patiatur pœnam confiſcationis bonorũ in Tribunali Epiſcopali, bona confiſcata non applicantur fiſco Epiſcopali, ſed fiſco Sæculari, ſi agatur de confiſcando totam, vel quotam bonorum, vt tradunt *Ancar. conſ. 15. ſub num. 4. Rolan. conſ. 8. num. 9. & 15. lib. 3. Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt. 80. num. 1.* vbi alios dat concordantes *Peregr. de iure fiſci lib. 1. tit. 2. n. 107. & ſeq. Vermigl. conſ. 52. num. 11. & 12. Maſſin. de confiſc. bonor quæſt. 2. num. 19. & Vrſell. in exam. apum concl. 139. num. 15.*

Ratio eſt, quia vter fiſcus capiat, perſona delinquentis venit attendenda, vt not. *Peregr. d. lib. 1. tit. 2. num. 107. & ſeq. Maſſin. d. quæſt. 2. num. 19.* & alij Doct. ſupra adducti.

2 Limita d. concluſionem, vt habeat locum, quando agitur de confiſcando totam, vel quotam bonorum, vt dixi, ſecùs tamen eſt, ſi agatur de pœnis pecuniarijs, quia illæ ſunt applicandæ fiſco Epiſcopali, vt declarant *Baiar. in d. quæſt. 80. in prin. & Vermigl. d. conſ. 52. num. 12.* & vltra eos *Peregr. in d. lib. 1. tit. 2. num. 106. & ſeq. Cened. ad Decretal. collect. 170 in prin. Aloy. Ricc. in prax. reſol. 387. num. 2.* quem refert, & ſequitur plenè *Barbo. de Epiſc. alleg. 107. num. 18.* vbi alios dat concordantes quamplures, *& Vrſell. in exam. apum concl. 130. poſt princ.*

3 Declara d. limitationem quod licèt pœnæ pecuniariæ applicari poſſint fiſco Epiſcopali, & eius Cameræ, non tamen poteſt Epiſcopus illas in eius vtilitatem conuertere, ſed debet d. pœnas, & mulctas in opus pium erogare, & in pias cauſas conuertere, vt tradunt *Quaran. in Sum. Bull. in ver. pœnæ pecuniariæ fol. 395. Aloy. Ricc. in prax. fori Eccleſ. reſol. 300. num. 3. in 2. edit.* quem vnà cum alijs pluribus per eum celatis refert, & ſequitur *Barbo. de Epiſc. d. allegat. 107. num. 19.* & dixi latiùs infra in ver. *Epiſcopus Reſol. 1. in fin.*

SVMMARIVM,

1 *Poſſeſſio bonorum confiſcatorum non eſt accipienda, niſi poſt annum a die ſecuta condemnationis.*

Quod ſeruatur a Datario Sanctiſsimi quo ad beneficia, quæ non conferuntur, niſi elapſo anno poſt illorum priuationem, num. 2.

RESOLVTIO III,

Poſſeſſio bonorum confiſcatorum, an poſſit accipi in continenti ſeu poſt annum.

1 POſſeſſio bonorum confiſcatorum non eſt accipienda per Miniſtros fiſcales ſtatim ſecuta condemnatione delinquẽtis, ſed debet expectari lapſus anni a die condemnationis ſecutæ, vt tradunt *Guazz. de confiſcat. bonor. concl. 11. limit. 63. in prin.* licèt dicat, id de conſuetudine non ſeruari, *Farin. de delic. & pœn. quæſt. 11. num. 88.* vbi valdè exclamant contra d. conſuetudinem vocando illam malum abuſum, & corruptelam, *Maſsin. de confiſ. bon. quæſt. 42. num. 3.* vbi regiſtrat literas S. Conſultæ ita obſeruari mandatis, & tenuit *Rot. in Imolen. Caſtr. 22. Aprilis 1575. coràm Card. Seraphino* relata per *Farinac. vbi ſupra nu. 92.* Si enim reus compareat infra annum, & delictũ non mereatur confiſcationem bonorum, dum ipſe præſens fuiſſet damnatus, cum contra contumacem ſemper pœna confiſcationis imponatur, tunc etiam quod ſit delinquens, & pœna adæquata delicto puniatur, recuperat nihilominus bona, quia per ſpontaneam comparitionem intra annum tollitur virtus ſententiæ contumacialis, qua ſublata, reus præſens condẽnatur pro crimine, ſed bona non confiſcatur extra caſus *auth. bona damnat. C. de bon. proſcrip.* niſi adſit particularis Conſtitutio, vt aduertũt *Scac. de iud. lib. 1. cap. 97. nu. 155. Farin. in d. quæſt. 11. num. 89. & Maſſin. d. quæſt. 42. num. 15.*

2 Amplia d. concluſionem, vt idem ſeruet Dataria Sanctiſſimi quò ad beneficia, quæ poſſidentur per condemnatos in contumacia, quæ non conferuntur alteri, niſi elapſo anno poſt illorum priuationẽ in condemnatione contentam, vt tradunt *Guazzi. de confiſc. bono. d. concl. 13. limit. 65. nu. 5. & Maſsin. de confiſc. bonor. d. quæſt. 2 num. 14.*

SVMMARIVM.

1 *Dos vxoris propter delictum viri non confiſcatur, etiam ſi ſit læſæ Maieſtatis.*

Neq. confiſcãtur illius bona paraphernalia, n. 3.

Etiam ſi ſit vxor hæretici, num. 4.

Neque

Neque confiſcatur quarta vxori debita per Auth. præterea, C. vndè vir. & vxor. *num.* 5.

*Licèt hoc aliquibus Doctor, non placeat, nu.*6.

*Neque dos per virum confeſſata poſt tempus dandi de non numerata dote, num.*7.

Declara, num. 8.

*Neque in confiſcatione veniunt bona vxori donata per virum, num.*9.

Declara, vt procedat, quando vxor eſt in poſſeſſione, aliàs ſecus, num. 10.

2 *Nemo puniri poteſt pro delicto alterius.*

RESOLVTIO IV.

Dos vxoris propter delictum viri an poſſit confiſcari.

1 DOs vxoris propter delictum commiſſum per virum non confiſcatur, etiamſi illud eſſet læſæ Maieſtatis, cum pro delicto viri vxor puniri nõ debet *l. ſi marito* 32. *ff. ſolut. matr. l. quis quis,* 5. *§. vxores ſane C. ad leg. iul. Maieſt. l. ſi quis poſt hac* 9. *& ibi not. Doct. C. de bon. præſcrip.* & tradunt *Clar. in pract. §. fin. quæſt.* 78. *verſ. quæro ſi bona &c. Andr. Gail. pract. obſeru. lib.* 2. *obſeru.* 86. *num.* 1. *& ſeq.* plenè *Farinac. de delict. & pœn. quæſt.* 25. *nu.* 111. vbi alios dat concordantes quamplures *P. Sanch. in præcep. Decal. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 1. *& ſeq. Fontanel. de pact. nup. clauſ.* 6. *gloſ.* 2. *par.* 2. *num* 9. *Peregr. de iur. fiſc. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 82. *Guazzin. de confiſc. bonor. concl.* 13. *limit.* 35. *in princ. Maſſin. pariter de confiſc. bonor. quæſt.* 31. *in princ.* vbi dicit, neque confiſcari quo ad vſumfructum, durante vita mariti, plenè *Cartar. de pœn. innoc. art.* 1. *num.* 93. *& ſeq.* vbi alios adducit concordantes quamplures, & teſtatur de communi opinione, & hanc concluſionem receptiſſimam dicit *Cabal. reſol. crim. caſu* 232. *num.* 3. *&* 15. *Rot. apud Greg. XV. deciſ.* 114. *num.* 1.

2 Nemo enim pro delicto alterius puniri poteſt *leg. ſancimus* 22. *C. de pœn. l. crimen,* 26. *ff de pœn. l. ſi quis in ſuo* 33. *§. legis, C. de inoff. teſtam. l. ob maritorum* 2. *C. ne vxor pro marit.* & not *Clar. in pract. §. fin. quæſt.* 86. *in prin* plenè *Farin. de delict. & pœn. quæſt.* 24 *in prin.* vbi teſtatur de communi opinione, & latiùs comprobat *Cartar. de pœn. innoc. art.* 1 *num.* 1. *& ſeq.* cum pœna ſuos tenere debeat auctores *d. l. ſancimus* 22. *C. de pœn. Cartar. d. art.* 1. *in princ. Vermigl. conſ.* 171. *num* 20. *Paul. Rub. de valid. legal. cap.* 53. *num.* 44. in puncto *Cabal. reſol. crim. caſu* 232. *num.* 1. *cent.* 3.

3 Amplia primò d. concluſionem adeò eſſe veram, vt propter delictum viri non ſolum non ſit publicanda dos vxoris, ſed neque publicari poſſint bona paraphernalia illius, cum in confiſcatione non veniant, niſi bona, quæ ſunt delinquentis *Peregr. de iure fiſci d. lib.* 5 *tit.* 1. *num.* 82. *Cartar. de pœn. innoc. d. art.* 1. *num.* 93. *& ſeq.* vbi hanc ampliationem extendit etiam ad donationem propter nuptias *P. Sanch. in præcep. Decal lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 3. & in fortioribus terminis, nempè in cauſa hæreſi, tradit *Farin. de hæreſi quæſt.* 190. *nu.* 44. & de donatione propter nuptias *Rota d. deciſ.* 114. *num.* 1.

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in vxore hæretici, quæ non perdit dotem, niſi quando cum hæretico matrimonium ſcienter contraxiſſet, ad tex. *in cap. decreuit* 14. *de hæret. in* 6. & not. *Zanchi. de hæret. cap.* 25. *in fin.* plenè *Farinac. de hæreſi quæſt.* 190. *num.* 43. *& ſeq.* vbi alios dat concordantes quamplures. *Cartar. de pœn. innocen. d. art.* 1. *nu.* 90. *in fin. & P. Sanch. in præc. Decal. lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 17. *& ſeq.* vbi materiam huius ſecundæ ampliationis benè declarat.

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum non ſolum in dote vxoris, vt ſupra, ſed etiam in quarta eidem debita, vti pauperi, in bonis viri diuitis vigore *Auth. præterea, C. vnde vir. & vxor.* quam non tranſire in fiſco, voluerunt *Andr. Gail. pract. obſeru. lib.* 2. *obſeru.* 86. *in fin. Plot. conſ.* 130 *num* 41. *& ſeq. inter conſ. crim. diuerſ. lib.* 1. *Craſſ. de ſucceſ. §. ſucceſſio ab inteſtat. quæſt.* 43. *per tot.* vbi teſtatur de communi opinione, *Farinac. de delict. & pœn. d. quæſt.* 25 *num.* 123. alios adducens concordantes *P. Sanch. in præc. Decal. d. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 11. *&* 12. vbi dicit hanc opinionem eſſe veram, niſi adſit conſuetudo in contrarium, *Guazzin. de confiſc. d. concl.* 13. *limit.* 35. *num.* 10. vbi dicit, prædicta habere locum etiam in crimine læſæ Maieſtatis, plenè *Cabal. d. caſ.* 232. *num.* 10. *& ſeq. Fontanel. de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſ.* 4. *num.* 68. *Cartar de pœn. innoc. d. art.* 1. *num.* 96. *verſ. Imò ex bonis &c.* vbi alios dat concordantes, *& Maſſin. de confiſc. bonor. d. quæſt.* 31. *num.* 29. vbi dicit, ab hac opinione non eſſe in practica recedendum.

6 Licèt hoc eſſe difficile in practica obtinere dixerint *Balar. ad Clar. §. fin. quæſt.* 78. *num.* 87. *Peregr. de iur. fiſc. lib.* 5. *tit.* 1. *num* 46. *et Cabal. reſol. crim. caſu.* 232. *in fin.*

7 Amplia quartò d. concluſionem, vt habeat loco, non ſolum in dote verè viro tradita, & ſoluta per vxorem, ſed etiam in dote confeſſata, quando ſunt elapſa tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis, quia etiam d. dos confeſſata non venit in confiſcationem, ſed fiſcus tenetur illam vxori reſtituere, vt ſcripſerunt *Rolan. conſ.* 31. *n.* 40. *& ſeq. lib.* 1. *Plot. d. conſ.* 130. *num.* 51. *inter conſ. crim. diuerſ. lib.* 1. *Faria. de delict. & pœn. d. quæſt.* 25. *num.* 120. *& ſeq.* benè comprobans more ſuo, *Peregr. de iur. fiſc. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 83. *Guazz. de confiſ. d. concl.* 13. *lim.* 35. *num.* 3. *P. Sanch. in præc. Decal. lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 6. *&* 7. *Maſſin. de confiſ. bon. d. q.* 31. *n* 15. *& Cart. de pœn. innoc. d. art.* 1. *num.* 96.

8 Declara d. quartam ampliationem, quod licèt fiſcus non poſſit opponere contra vxorem agentem contra eum pro recuperatione dotis confeſſatæ exceptionem dotis non numeratæ poſt elapſum tempus ad illam opponendam, vt ſupra, poteſt tamen, elapſo d. tempore, dare de ſimulatione, & fraude d. confeſſionis dotis probanda ex coniecturis, ſicut poteſt dare quilibet alius priuatus. vt tradunt *Carpan. ad Nou. Conſt. Mediol. in Cap. Omniam, num.* 289. quem refert, & ſequitur *Guazz.*

de

de confiſc. bon. d. concl. 13. *limit.* 15. *ſub num.* 7. *&* *Maſſin. de conf. bon. d. quæſt.* 31. *num.* 16 *& ſeq.* vbi recenſet coniecturas includentes, & excludentes d. ſimulationem, & fraudem, quas vide ibi per eum, & quamplures retuli *egomet alleg. forenſ.* 12. *& allegat.* 19.

9 Amplia quintò d. concluſionem, vt non habeat locum non ſolum in dote, ſed etiam in bonis donatis vxori per virum, quia licèt donatio inter virum, & vxorem ſit prohibita, donantis tamen morte, tam naturali, quam ciuili confirmatur, & ideò bona donata per virum vxori non confiſcantur *l. res vxoris* 24. *C. de donat. inter vir. & vxor.* vt tradunt *Boſſ. in pract. in tit. de bon. publ. num.* 36. *& num.* 52. *Duen. reg.* 226. *in* 9. *limit.* quos refert, & ſequitur *Farinac. de delict. & pœn. d. quæſt.* 25. *num.* 127. *& ſeq.* vbi agit de augumento dotis, & de donatione cauſa mortis, *Peregr. de iur. fiſc. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 82. *et num* 147. *et ſeq. P. Sanch. in præcep. Decal. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 10. *et plur. ſeq.* vbi agitur de donatione propter nuptias, de donatis vxori per conſanguineos viri, & de alijs, vt ibi per eum, *Cartar. de pœnis innoc. d. art.* 1. *num.* 96. plenè *Guazz. de confiſc. d. concl.* 13 *lim.* 36. *num.* 38. *& ſeq.* vbi agit de pluribus generibus donationis non confiſcandis. Vide ibi per eum, cum ex alienis ſcriptis ſcripta conficienda, non ſint, vt aliàs dixi non ſemel.

10 Limita d. quintam ampliationem, vt habeat locum quando vxor tempore cõmiſſi delicti per virum, & ſic eius mortis ciuilis, reperitur in poſſeſſione rerum ſibi donatarum, quia tunc illæ non tranſeunt in fiſcum, cum donatio cenſeatur per mortem ciuilem confirmata, ſecùs tamen eſt, ſi non ſit in poſſeſſione illarum, quia tunc tranſeunt in fiſcum, cum donatio per bannum non confirmetur ſinè traditione vera, vel ficta, vt tradunt *Boſſ. in d. tit. de bonor. publ. nu.* 52. *circa medium*, quem ſequitur *Farinac. in d. quæſt.* 25. *num.* 136. *& ſeq.* benè comprobans, & ſcribit etiam *Guazzin. de confiſc. bonor. d. concl* 13. *limit.* 36. *num.* 10. & dixi ego *Allegat. Forenſ.* 18. *num.* 14.

S V M M A R I V M.

1 *Dos vxoris non poteſt confiſcari ob delictum per eam commiſſum conſtante matrimonio, niſi in quinque caſibus.*

Et eo magis, ſi pater, vel alius ſtipulatus ſit, dotem ſibi reddi, num. 3.

Et patre viuente, num. 4.

Lucrum verò dotis non confiſcatur, neque in d. quinque caſibus, num. 5.

In d. verò quinque caſibus publicantur etiam alia bona vxoris, num. 6.

Extra tamen d. quinque caſus dos non confiſcatur, etiam ſtante Statuto generaliter mandante publicari bona vxoris, num. 7.

Dos verò confiſcatur, ſi vxor delinquat ſoluto matrimonio, num. 8.

Et ſi dos ſit hæretica, num. 9.

2 *Vxor, conſtante matrimonio, non eſt domina dotis, ſed maritus.*

RESOLVTIO V.

Dos vxoris an poſſit confiſcari propter delictum ab ea commiſſum conſtante matrimonio.

1 DOs vxoris non poteſt confiſcari ob delictum per eam commiſſum conſtante matrimonio in præiudicium viri, niſi in quinque caſibus, videlicèt ob crimen læſæ Maieſtatis, parricidij, veneficij, vis publicæ, & ſicarij, licèt publicentur alia eius bona, vt habetur, in *l. quinque legibus*, 3. *ff. de bon. damnat.* & tradunt *Ant. Gomez in l.* 78. *Taur. nu.* 5. *Clar. in pract.* *§. fin. quæſt.* 78 *num.* 14. *Peregr. de iure fiſci lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 118. *verſ. Circa quam &c. Farinac. de delict. et pœn. quæſt.* 25 *num.* 113. *& ſeq. P. Sanch. in præc. Decal. lib.* 2. *cap.* 17. *nu.* 25. vbi ampliat hoc habere locum etiam in crimine hæreſis, *Guazz. de confiſc. bonor. concl.* 13. *limit.* 37. *nu.* 1. *et ſeq. Cartar. de pœn. innoc. art.* 1. *num.* 97. alios adducens concordantes *Maſſin. de confiſ. bonor. quæſt.* 31. *nu.* 32. *et* *Carlen. de iud. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 3. *diſp.* 19 *n.* 16. *et* 17.

2 Vxor enim, cum non ſit domina dotis conſtante matrimonio, ſed maritus *l. pro oneribus* 20. *et l. in rebus* 30. *C. de iur. dot. Peregr. de iur fiſc. d. lib* 5. *tit.* 1. *num.* 117. *Pinel. in l.* 1. *par.* 2. *num.* 12. *et ſeq. C. de bon mater.* ſaltem quo ad dominum ciuilem *Rota apud Merlin. de pignor. deciſ.* 39. *in prin.* ſicut non poteſt præiudicare viro contrahendo, neque poteſt ei præiudicare delinquendo, vt not. *Ant. Gomez ad l.* 40. *Taur. num.* 91. *Tiraq. de legibus connubial. gloſ.* 5. *num.* 156. *Peregr. de iur. fiſc. in d. tit.* 1. *num.* 90. *et* 99. *et Carlenal. de iudic. in d. diſput.* 19. *num.* 16.

3 Amplia primò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando pater, vel alius extraneus ſtipulatus fuit, dotem ſibi reddi, quia tunc illa non confiſcatur, licèt delictum per vxorem commiſſum eſſet tale, vt bona illius eſſent confiſcanda, ſed ſoluto matrimonio, illa reſtituitur danti *l. ſi dotem* 24 *C. de iur. dot.* & not. *Ant. Gomez ad d. leg.* 78. *Taur. in fin. Guazz. d. concl.* 13. *limit* 37. *n.* 8. *P. Sanch. in præc. Decal. d. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 33. vbi dicit, fructus dotis interim eſſe debere apud fiſcum, vt ibi per eum *Cartar. de pœn. innoc. d. art.* 1. *num.* 97. *et* *Maſſin. de conf. bon. d. quæſt.* 31. *num.* 47.

4 Subamplia d. primam ampliationem, vt habeat locum etiam viuente patre vxoris, quia tunc ob ſpẽ conſolidationis dotis illam non confiſcari in præiudicium ipſius patris, voluerunt *Oſaſch. deciſ Pedem* 94. *num.* 7. *Guazz. d. limit.* 37. *num.* 16. *verſ. Sublimita &c. Carpan. ad Non. Conſt. Mediol. in d. cap. omnium, nu.* 306. *Maſſin. de confiſc. bon. d. quæſt.* 31. *num.* 48. *et Cartar. de pœn. innoc. d. art.* 1. *num.* 97.

5 Amplia ſecundò d. concluſionem, quod dos non veniat confiſcanda in præiudicium viri, niſi in dict. quinque caſibus, vt in caſibus prædictis, in quibus

bus locus eſt confiſcationi illius non tamen confiſcari debeat lucrum dotis viro debitum, ſed pro illa remaneat actio ſalua marito contra fiſcum, ſoluto matrimonio, vt tradunt *Plot.in d.conſ.130.n.53.& 54 inter conſ.crim.diuer.lib.1.Baiar.ad Clar.§.fin.quaſt.78.num.63.Rolan.de lucro dotis quaſt.59 num.1.& ſeq.Farin.de delict.& pœn. quaſt.25.num.115.Guazzin.de confiſc.bon.d.concl.13.lim.37. num.5.Capic.Latr.conſul.6. nu.218.* & benè comprobat *Maſſin.de confiſ.bon.d.quaſt.31.num.37. & ſeq.* vbi dicit ab hac opinione, vti magis communiter receptâ non eſſe recedendum, & reprobat *P.Sanch.ad prac.Decal.lib.2.c.17.n.32.* contrarium tenentẽ.

6 Amplia tertiò d. concluſionem, vt in d. quinque caſibus non ſolum publicetur dos vxoris, ſed etiam omnia alia eius bona, vt declarant *Boſſ.in pract.ſu tit. de public.bonor.num.63. Clar. in pract. § fin.qu.78. num.14.* vbi teſtatur de communi opinione *Guazzin.de confiſc.bon.d.concl.13. limit.37.num.2. & 3.* vbi hoc limitat non procedere in veſtibus prætioſis, & feſtiuis, quæ reſeruantur marito, & *Carleual. de iudic. d.tom.a lib.1.tit.3. quaſt. 19.nu.17.* vbi dicit, confiſcari in dicto caſu etiam fructus dotis, vt ibi per eum.

7 Amplia quartò d.concluſionem quod dos vxoris non confiſcatur in præiudicium viri, niſi in d.quinq. caſibus, vt habeat locum etiam ſtante Statuto generaliter mandante, quod dos vxoris propter illius delictum publicetur, quia adhuc illa non publicatur, niſi vt ſupra, in præiudicium viri, vt ſcripſerunt *Plot.d.conſ.130.ſub n.53.inter conſ.cri.diu.lib.1.& Guaz.de conſ.bon.d.concl.13.lim.37.n.7*

8 Declara d.concluſionem principalem, vt habeat locum, quando vxor committit delictum conſtante matrimonio, ſecùs ſi illud committat matrimonio ſoluto, quia tunc benè dos in confiſcationem venit, cum tunc de ſolius viduæ præiudicio agatur, vt declarant *Clar.in pract.§.fin. quaſt.78.ver. Quæro ſi bona &c. Farinac. de delict.& pœn. dict. quaſt.25.num.112.* vbi quamplures alios adducit concordantes, & teſtatur de communi opinione, *P. Sanch.in prac.Decal. lib.2.cap.17.num.25. & Maſſin. de confiſc. bonor. d. quaſt. 31. num.49.* quibus addo ita ſentientem *Card. Tuſch.pract. conclu. littera D. concl.723. num. 2.*

9 Declara ſecundò d.concluſionem, vt non habeat locum in vxore hæretica, cuius dotem in confiſcationem venire, voluerunt *Gundiſal. Io. Royas Simanch. Zanchi. Lali. Zecch.* & alij relati per *Farin. de hæreſi quaſt.190. num.54.* vbi teſtatur de veriori opinione, licèt aliquos contrarium ſentientes referat, cum quibus pertranſit *P. Sanch. in prac. Decal.d.lib 2. cap.17.num. 26.* vbi quamplures adducit ita ſentientes.

S V M M A R I V M.

1 *Fideicommiſſum factum in caſu delicti, pro quo intrat confiſcatio, prohibendo bona tranſire in fiſcum eſt validum.*

Licèt contrarium ſeruari in officio aduocariæ dixerint aliqui, num.2.

Ita ut in fiſcum neque tranſeat fructus, n.3.

Maxime ſi fideicommiſſum eſt factum, vt bona remaneant in agnatione, num.4.

Et in d. caſu neque in fiſcum tranſit legitima filij, num.5.

Licèt contrarium teneant aliqui Doct. n.6.

Neque confiſcatur Trebellianica, n.7.

Licèt contrarium teneat Caren.n.8.

Et legitima eo magis non confiſcatur, ſi filius non ſit conqueſtus de onere, n.9.

Concluſio ſupradicta procedit etiam ſtante Bulla 6. Sixti V. n.10.

Dicta tamen concluſio procedit, dato ſubſtituto in caſu delicti, aliàs ſecus n.11.

Niſi tamen ſubſtitutus prædeceſſerit grauato, num. 12.

Fideicommiſſum verò inſtitutum in caſa delicti non habet locum in delictis leuibus, in quibus non ſit confiſcatio bonorum, n.13.

R E S O L V T I O VI.

Fideicommiſſum factum in caſu delicti, pro quo intrat confiſcatio prohibendo bona tranſire in fiſcum an ſit vallidum.

1 Fideicommiſſum ordinatum in caſu delicti pro quo confiſcatio facienda erat, prohibendo bona tranſire in fiſcum, cum reintegratione ad illud quando delinquens in gratiam reſtituatur, remoto fiſco, eſt validum, & illud ſpectat ad vocatos, non autem ad fiſcum. vt tradunt *Caphal. conſ.707. num.10. lib.5. Thob. Non. conſ. 97. in prinс. Menoch.conſ.91. num.6 lib.1.* latè *Odd.conſ.53. per tot* vbi dicit, hanc opinionem eſſe communem, & vſu receptam, *Peregr. de iur.fiſc lib 5.tit.1. num. 103.* vbi dicit, ita obtentum fuiſſe in Ciuitate Paduæ contra fiſcum, ipſo aduocante pro fiſco, benè *Farinacc. de delict. & pœn. quaſt.25.num.21. & ſeq.* alios adducens concordantes *Fuſar. de ſubſt. quaſt. 529. num. 4.* alios pariter cumulans ſectatores *Guazzin. de confiſcat. bonor.concl.13. limit.17. num.2. & ſeq. P. Sanchez in prac. Decal lib.2.cap.18. num.24. & 46.* vbi loquitur de excluſione fiſci in caſu delicti læſę Maieſtatis humanæ, & diuinæ, & quamplures adducit pariter ita ſentientes, *Tellus. Fernan. ad leg. 27. Tauri num. 15. verſ. Ego vero &c.* vbi dicit hanc opinionem veriſſimam eſſe, quam ſequitur *Caren de Offic. S.Inquiſ.par 2 tit.1 num.151. verſ. E contra verò &c.* vbi dicit, hoc fideicommiſſum excludere etiam fiſcum S. Officij, nec non *Vermigl. conſ. 51. num 1. & conſ.86. num 3.* benè more ſuo *Maſſin. de confiſ. bonor. quaſt.29. num. 1. & ſeq.* & tenuit *Rota deciſ. 627. num.6. par.4. recen. tom. 3.* ita vt hæc opinio meritò à Doct. magis communiter recepta dici poſſit. Vnuſquiſque enim de rebus ſuis habet liberam teſtandi, & diſponendi facultatem

cultatem *l. non vſque 2. ff. ſi quis à paren. fuer. manum, l. in re mandata 21. C. mandat. l. in traditionibus, 49. ff. de pact. Pariſ. conſ. 70. nu. 18. lib. 4. Caph. conſ. 121, num. 10. lib. 1. Farin. in d. quaſt. 25. num. 23.* & dixi ego *Alleg. Foren. 38. num. 1. & 2.* Cum iniquum ſatis eſſet, ſi homini ingenuo liberum non eſſet de rebus ſuis ad libitum diſponere, vt tradunt *Barboſ. axiom. 199. poſt princ. Farinac. in d. quaſt. 25. num. 23. & Vermigl. conſ. 86. num. 3.*

2 Licèt contrarium ſeruari in Officio Aduocatiæ, dixerit *Peregr. in d. tit. 1 num. 104.* & ita pluties obtinuiſſe in practica, dixerit *Fuſar. de ſubſtit. in d. quaſt. 529. num. 5.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt bona fideicommiſſaria in caſu fideicommiſſi inſtituti in caſu delicti, vt ſupra, non tranſeant in fiſcum, ſequuto delicto neque quo ad fructus, vt not. *Caph. d. conſ. 707. num. 6. & ſeq. lib. 5. Gabr. conſ. 184. num. 3. & ſeq. lib. 1.* vbi dicit, hanc opinionem eſſe receptiſſimam, quam latè tuetur *Odd. d. conſ. 53. num. 7. & ſeq.* vbi teſtatur de veriſſima, & recepta opinione, maximè quando teſtator diſpoſuit, neque fructus tranſire in fiſcum, vt ibi per eum *Peregr. de iure fiſc. d. lib. 5. tit. 1. num. 103.* vbi dicit ita in facto obtinuiſſe, *Fuſar. d. quaſt. 529. num. 4. P. Sanch. in precep. Decal. lib 2. cap 18. num. 15. & ſeq.* vbi hanc materiam benè declarat, *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 2. tit. 1. num. 155. & ſeq. & Maſſin. de confiſc. bonor. d. quaſt. 29. num. 3.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt eo mágis habeat locum, quando d. fideicommiſſum in caſu delicti eſt factum ad hoc, vt bona conſeruentur in agnatione, vt tradunt *Maſtril. deciſ. Sicil. 181. ſub num. 1. & 2.* vbi dicit ita pluries in illo Senatu fuiſſe iudicatum *Farinac. de delict. & pan. d. quaſt. 25. num. 30. & num. 35. & ſeq. Caren. de Offic. S. Inquiſ. d. tit. 1. num. 151. ver. E contra verò &c.*

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum etiam quò ad legitimam filiorum, quia ſi pater, vt filij retrahantur a delinquendo, inſtituat fideicommiſſum in caſu delicti filiorum præcipuè cum prohibitione alienandi, illud compræhendit etiam legitimam, vt neque illa valeat confiſcari, cum d. onus, vt fauorabile filijs, de legitima non reijciatur, vt docent *Surd. conſ. 570. num. 1. & ſeq. lib. 4.* plenè comprobans, *Farinac. de delict. & pan. quaſt. 25. numer. 45. verſ. limita quinto &c. & conſ. 173. numer. 7. & ſeq lib. 2. Maſtril. dict. deciſ. 181. poſt princ. Merlin de legit. lib. 3. titul. 1. quaſt. 32 num. 5. verſic. limita quinto &c.* vbi teſtatur de communi opinione, *Vermigl conſ. 51. numer. 2. & conſ. 57. num. 2. Maſſin. de confiſ. bonor. quaſt. 28. num 30 & quaſt. 30. num. 22.* vbi reſpondet contrarijs, & dicit hanc opinionem eò magis habere locum, ſi filius viuens huic oneri non contradixit, vt ibi per eum.

6 Licet contrarium tenuerit poſt *Mar Muta deciſ. 46. per tot.* per eum relatum *Caren. de Offic. S. Inquiſ. d. par. 2. tit. 1. nu. 151. verſ quoad legitimam &c.* vbi dicit, in facto non potuiſſe obtinere iuxta ſupradictam ampliationem, cum quo ſentit *P. Sanch.* licet non in proprijs terminis noſtris, *in precept. Decal. lib. 2. cap. 18. num. 2.* maximè cum ſe referat ad *Farinac. vbi ſupr.* qui contrarium tenet, & *Ciriac. contr 148. num. 30. & ſeq.* qui latè comprobat.

7 Subamplia d. tertiam ampliationem, vt habeat locum etiam, quoad trebellianicam, quam neque in d. caſu venire in confiſcationem, cum illa non deducatur de fideicommiſſo relicto in pœnam dicit *Ruin. conſ 129. num. 6. & ſeq. lib. 2.* quem refert, & ſequitur *Farinac. de delict. & pan. d. quaſt. 25. nu. 45. ver. limita quintò &c. & conſ. 173. per tot. lib. 2.* & videtur ſentire *Peregr. de iure fiſci lib. 5. tit. 1. nu. 104. in fin.* & tenet expreſsè *Maſſi. de confiſc. bonor. d. quaſt. 30. num. 22.* & trebellianicam non deduci de fideicōmiſſo relicto in pœnam poſt *Ruin. Capr. Caph. Caſtr. Gabr. & Petram* per eum relatos ſcribit *Merlin. de legit. lib. 1. tit. 3. q. 1. nu. 24.* benè comprobans, *& Facbin. contr. iur. lib. 12. cap. 66. per tot.*

8 Licèt contrarium tenuerit, *Caren. in d. par. 2. tit. 1. num. 155. ver. quo ad legitimam &c.* niſi quando illa eſſet expreſſe, vel tacitè prohibita, & verſaremur in caſu, quo poſſet prohiberi, vt ibi per eum.

9 Subamplia ſecundò d. tertiam ampliationem, quod neque legitima veniat in confiſcationem in fideicommiſſo inſtituto in caſu delicti, vt eò magis habeat locum, ſi filius viuens oneri non contradixerit, cum fiſcus non poſſit contra voluntatem filij de nullitate oneris dare, nec illud, vti filio fauorabile ipſo iure reijciatur, vt tradunt *Maſtril. d. deciſ. 181. num. 9. & ſeq. Vermigl. d. conſ. 51. num. 3. Maſſin. de confiſc. bonor. d. quaſt. 28. num. 31. & Capic. Latro conſult. 121. num. 3.* vbi dicit, quod ceſſat difficultas, quando filius adiuit hæreditatem patris ſinè beneficio inuentarij, quem refert *Maſſi. vbi ſupra num. 31.* quod tamen ego non firmo.

10 Amplia quartò dictam concluſionem de fideicommiſſo relicto in caſu delicti committendi per filium, ſeù alium, vt illum valeat, & habeat locum, etiam ſtante *Bulla Sixti V. 6. in bulla. nou. tom 2.* derogatoria omnium fideicommiſſorum, & mandante fideicommiſſum confiſcari, durante vita delinquentis, quia illa non egreditur ſuos terminos receptationis bannitorum, & auxilij, & fauoris eis præſtitorum, nec extendatur ad alios caſus, vt ſcripſerunt *Odd. d. conſ. 53. num. 14. & ſeq. Guazzin. de confiſc. bonor. d. concl. 13. limit. 17. num. 16. Farinac. de delict. et panis d. quaſt 25. nu. 39. ver. ſublimita pracedentes etc. P. Sanch. in precept. Decal. d. lib. 2. cap. 18. num. 29. Vermigl. conſ. 86. num 6. et conſ. 87. per tot. Giglia. ad Stat. Peruſia §. confiſcatio. num. 4. et Maſſi. de confiſc. bonor. d. quaſt. 29. num. 4.* & vult etiam *Fuſar. de ſubſtit. d. quaſt. 529. nu. 11.* & dixi ſupra in ver. *Bulla reſol. 8. per tot.*

11 Limita primò d. concluſionem principalem, vt non habeat locum, quando fideicommiſſum, & prohibitio facta per teſtatorem, quod bona filij delinquentis, vel alterius non tranſeant in fiſcum, eſt facta in fauorem ſolius filij, vel alterius delinquentis nullo dato ei ſubſtituto in caſu delicti, quia tunc fideicommiſſum, ſeù prohibitio, vti delicto fauens, & facta in fraudem fiſci, non valet, cum ad id non ſe extendat facultas, & poteſtas teſtato-

ris,

ris, vt voluerunt *Natta conſ. 528. num. 13. & ſeq. lib. 3. Farinac. de delict. et pœnis d. quaeſt. 25. num. 46. circa medium*, et *P. Sanch. in præcep. Decal. lib. 2. d. cap. 18. num. 7. et 28.*

12 Amplia primò d. primam limitationem, vt habeat locum etiam dato per teſtatorem ſubſtituto in caſu delicti filio; vel alteri delinquenti, qui tamen ſubſtitutus ſit mortuus viuente filio, vel altero grauato ante delictum per eum commiſſum, quia tunc d. fideicommiſſum, vti caducatum, nullum præſtabit impedimentum, quin bona fiſco incorporentur, vt not. *Albar. conſ. 7. num. 19. lib. 1.* quem refert, & ſequitur *Farin. de delict. & pœn. d. quaeſt. 25. num. 49. Peregr. de iur. fiſc. lib. 5. tit. 1. num. 69.* & ſentit *P. Sanch. in præcep. decal. d. lib. 2. cap. 18. num. 9.*

13 Declara d. concluſionem, quod fideicommiſſum in caſu delicti non verificatur, niſi quando ſequitur actualis confiſcatio, non autem quando imponitur ſola pœna pecuniaria, vt aduertunt *Maſſin. de confiſc. bonor. quaeſt. 29. num. 6. & Rota deciſ. 97. in princ. poſt 1. vol. conſ. Farin. & in Roman. fideicommiſſi 19. Iunij 1651. coram Emo. Card. Ottobono §. ideò nullo &c.* relata per *Maſſin. d. num. 6.*

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod fideicommiſſum factum in caſu delicti, pro quo venit confiſcatio prohibendo bona tranſire in fiſcum eſt validum adde *Ciriac. contr. 346. num. 2.* vbi plures dat concordantes, & plenè comprobat *Ill. & Reuer. D. meus Deluca in Theat. verit. & iuſt. tom. 10. in tit. de fideicom. diſcur. 160. num. 7. & ſeq.* Et quando adeſt prohibitio alienationis *Caren. reſol. 48. num. 4. & D. Deluca vbi ſupra*, qui dat concordantes.

N. 3. Vbi habetur, quod bona fideicommiſſaria in caſu fideicommiſſi facti in caſu delicti non tranſeunt in fiſcum neque quo ad fructus adde *Caren. d. reſol. 48. num. 4.* volentem, quod ſtante prohibitione alienationis neque tranſeat in fiſcum commoditas fructuum plures dantem concordantes, & hoc eſſe indubitatum ſtante prohibitione acquiſitionis vſusfructus, vt ibi per eum benè cõprobatũ.

Quibus adde, quod fideicommiſſum inſtitutum in caſu delicti etiam cum Clauſula *Quia volo &c.* non extenditur ad caſum mortis, vt contra *Surd. deciſ. 48.* latè comprobat *Caren. reſol. 61. num. 4. & ſeq.* dicens ita fuiſſe iudicatum, & dixit *Rota deciſ. 368. num. 7. par. 5. recent.*

N. 5. Vbi habetur, quod in caſu ſupradicti fideicommiſſi neque tranſit in fiſcum legitima filij, adde, quam opinionem contra *Ciriac. contr. 148.* latè comprobat *D. Deluc. in Theatr. verit. & iuſt. tom. 9. in tit. de legit. diſcur. 13. num. 5.* vbi plures dat concordantes, *Rota deciſ. 635. num. 6. par. 4. recen. tom. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Pater ſi delinquat, ſi habeat tres filios, vel vltra, & bona non confiſcantur, ſed illa filijs relinquuntur.*

Licèt contrarium teneant plures Doct. n. 2.

Et ſecundùm d. concluſionem ſeruatur de conſuetudine, n. 3.

Quod procedit, etiam quando delinquit filius, quia ſi filij ſint tres, vel vltra, pater non tenetur pro eo ſoluere legitimam Fiſco, n. 4.

Licèt contrarium tenuerit Farinac. *in loco relato, num. 5.*

Concluſio ſupradicta procedit, quando patrimonium patris eſt paruum tantum, n. 6.

Contrarium, quod concluſio procedat etiam ſi patrimonium eſt magnum, n. 7.

Si tamen filij ſint duo tantùm, vel vnus, capiunt dimidium hæreditatis, n. 8.

In numero filiorum computantur etiam filij emancipati, n. 9.

Et filij adoptiui, dummodo adoptio non ſit facta in fraudem, n. 10.

Non computantur tamen filij concepti poſt condemnationem, n. 11.

Fallit tamen concluſio principalis quando pater fuit condemnatus pro crimine læſæ Maieſtatis humanæ, vel Diuinæ, num. 12.

RESOLVTIO VII.

Patri delinquenti ſi habeat tres filios, vel vltra an poſſit bona confiſcari.

1 PAter ſi committat delictum, pro quo eius bona veniant confiſcanda, ſi habeat tres filios, vel vltra, illa non confiſcantur, ſed omnia bona reſeruantur filijs, ex benignitate D. Adriani de qua *in l. fin. § ſi plures, ff. de bon. damna.* & tradunt *Rolan. conſ. 97. num. 32. lib. 2. Peregr. de iur. fiſc. lib. 5. tit. 1. num. 38. Thob. Non. conſ. 95. num. 12. & conſ. 97. num. 7. Carpan. ad Non. Conſtit. Mediol. in cap. omnium, num. 716. Farin. de delict. & pœn. quaeſt. 24. num. 39. & ſeq.* vbi hanc opinionem latè comprobat, & dicit, illam apud eum non habere dubitationem, & ipſum credere, à Iudice nullo pacto ab ea eſſe recedendum in iudicando, cum ſit per Doctores magis communiter recepta, & idem tradit *ſub num. 170.* & ſcripſerunt etiam *Surd. deciſ. 167. num. 18.* latè *Theſaur. deciſ. 104. num. 7.* vbi dicit, hanc opinionem naturali ratione, Imperatoris Conſtitutione, & omnium Doctorum antiquorum, & modernorum calculis eſſe approbatam, & quod ab illa, vti clara, non eſt recedendum, & ita fuiſſe pluries per illum Senatum iudicatum, *& deciſ. 198. num. 6. & ſeq.* vbi reſpondet contrarijs, *Fachin. contr. iur. lib. 5. cap. 98. Honded. conſ. 110. num. 8. & ſeq. lib. 1. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quaeſt. 29. num. 4. & ſeq.* vbi dicit, ab hac opinione in practica non eſſe recedendum, & d. concluſionem habere locum, etiam ſtantibus pluribus nepotibus, quam opinionem veriorem, & de conſuetudine ſeruatam dicit *Gratian. diſcep. Forenſ. cap. 135. num. 13. & ſeq. part. 1.* alios adducens concordantes, *Guazz. de confiſcat. bonor. concl. 13. limit. 23. num. 15. Balth. Tomaſ. in ſuis tract. var. tom. 1. in tract. de legit. tit. 5. num. 21. Cantar. de pæn. ionoc. art. 2. num. 179. & art. 4. num. 17. Vermigl. conſ. 47. num. 3. & conſ. 49. num. 2. & conſ. 51. num. 5. & Maſſin de confiſc. bon. quaeſt. 28. num. 7. & ſeq.* & latè comprobaui ego *allegat. Forenſ. 81.*

per

per tot. Ita vt d. opinio non ſolum magis communis, imò communiſſima dici poſſit.

Cum enim per Statutum imponen. pœnam confiſcationis bonorum pro delicto redeamus ad diſpoſitionem iuris antiqui, quo ante diſpoſitionem *Auth. bona damnatorum C. de bon. damnat.* mandabatur, bona homicidarum confiſcari *l. 1. ff. de bon. damn.* & poſt *Thob. Non. Farin. Theſaur. Peregr. & Honded.* per me relatos probaui ego *in d. allegat. forenſ. 81 num. 4.* ſi tamen delinquens non haberet tres filios, vel vltra, vt habetur in *d. l. cum ratio 7. §. ſi plures, ff. de bon damn.* ſequitur, quod Statutum mandans bona publicari, vti ſuccedens in locum iuris antiqui, eandem recipiat interpretationem, quod recipiebat d. ius antiquum, nempè quod bona non confiſcentur, quando pater habet tres filios, vel vltra, vt argumentantur *Rolan Thob. Non. Farin. Carpa. Peregr. Hond. & Guazzin. in locis ſupra adductis*, & dixi ego *latiùs in d. alleg. 81. n. 4. & ſeq.*

2 Quicquid contrarium voluerint *Caſtr. conſ. 171. col. fin. lib. 1. Farinac.* ſibi contrarius *conſ. 145. nu. 16. lib. 2.* vbi dubitatiuè loquendo, & tacitis ſcriptis per eum *d. quæſt. 24.* ad gratificationem reſpondendo, dicit, credere pluralitatem filiorum non impedire confiſcationem bonorum, ſed operari, quod Princeps ex gratia filijs bona parentum relaxare debeat, & quicquid ſubtilizando more ſuo ſcripſerunt *Ant. Fabr. de error. pragma. decad. 74 erro. 3.* Cum illorum opinio ſit magis communiter reprobata, vt teſtantur Doctores ſupradicti, & præcipuè *Thob. Non. & Hond.* qui dicunt, hanc contrariam opinionem non eſſe veram.

3 Amplia primò d. concluſionem, vt ita ſeruetur etiam de conſuetudine, vt contra *Clarum* contrarium atteſtantem in *pract. §. fin. quæſt. 78. ver. videndum eſt &c.* teſtantur *Rolan. d. conſ. 97. per tot. lib. 2. Farinac. in d. quæſt. 24. num. 40. verſ. ad cuius &c. Card. Tuſch. pract. concl. litt. C. concl. 727. nu. 12* vbi dicit, ita ſeruari in Statu Eccleſiaſtico *Farbin. contr. iur. lib. 5. cap. 95. Hond. d. conſ. 110. num 17. & ſeq. lib. 1.* vbi dicit, *Caſſaneum* cum allegatum per *Clarum* non dicere id, ad quod per eum allegatur, *Guazzin. de confiſc. bon. d. concl. 13. limit. 23. num. 23 Theod. Rub. in ſingul. Rot. Rom. tom. 2. Circa Doct. approb. à Rota in ver. Clarus num. 2 & 3.* benè *Rota deciſ. 479. num. 3 par. 1. recent.* & dixi ego *d. alleg. forenſ. 82. num. 13. et ſeq. alleg. 82. num. 26. et* vbi teſtatus ſum, ita ſeruari in Legatione Vrbini, & plures retuli caſus, in quibus, me aduocante, ita fuit ſententiatum.

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum non ſolùm, quando delinquit pater, ſed etiam quando delinquit vnus ex filijs, quia ſi filij ſunt tres, vel vltra, pater non tenetur pro eo ſoluere legitimam fiſco pro filio, etiam ſtante Statuto, vel Conſtitutione compellente patrem ad ſoluendam legitimam fiſco pro filio delinquente, vt docent *Farinac. de delict. et pæn. quæſt. 24. num. 107.* ſecundum primam impreſſionem, *Merlin. de legit. lib. 3 tit. 1. quæſt. 29. num. 19. in addit. ver. quæ tamen etc.* latè comprobans, *Vermigl. conſ. 47. num. 4. et conſ. 49. num. 3. et conſ. 51. num. 6. et conſ. 343. num. 4. Maſſin. de confiſc. bonor. quæſt. 28. num. 22.* vbi dicit hanc opinionem eſſe veriorem, & ſeruatam in Sacr. Conſulta, quam latè comprobaui ego *alleg. 82. per tot.* & dixi iterum infra in ver. *legitima. reſol. 3. num* . . .

5 Quicquid contrarium voluerit *Farin. conſ 206. num. 2.* dicens ipſum receſſiſſe à d. opinione, quam tenuerat in d. *quæſt 24.* quem expreſsè reprobat *Maſſin. vbi ſupra.*

6 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locum, quando patrimonium patris eſt paruum, & modici valoris, ita vt vix ſufficiat pro alimentis filiorum, ſecùs tamen eſt, ſi illud ſit amplum, & magni valoris, quia tunc filijs delinquentis non eſt relaxandum totum patris patrimonium, ſed ſolum dimidium illius, vt tenuit originalitèr *Salic. in d. l. fin. C. de bon. damn.* cum quo pertranſire videtur. *Peregr. de iure fiſci d. lib. 5. tit. 1. num. 38. verſ. aliter autem etc.* quam opinionem dicit canonizatam per plurium caſuum deciſione *Guazzin. de confiſc. concl. 13. lim. 23. num 27. et ſeq.* & videntur ſentire *Farinac. de delict. et pæn. d. quæſt. 24. num. 170. verſ. ſublimita etc. et Cartar. de pæn. innoc. d. art. 2. n. 181.*

7 Contrarium tamen, vti verius, tenent magis communiter Doctores, imò totum patrimonium eſſe filijs relinquendum, quando illi ſunt tres, vel vltra, licet illud eſſet amplum, & magni valoris, & præcipuè *Theſ d. deciſ 104. num. 5.* vbi dicit, quod *Salic.* author d. opinionis nihil allegat illam fundandam, & quod nulla bona ratione, aut iure illam probat, & quod d. opinio eſt contra *tex. in d. §. ſi plures* & contra communem intelligentiam Doctorum, & quod contra illam pluries fuit, re maturè diſcuſſa, in illo Senatu iudicatum, vt ibi per eum, & idem *Guazzin. in d. limit. 23. num. 25. verſ. et opinio contra Salicetum etc.* dicit d. opinionem contra *Salicetum* eſſe veram, quam improbant etiam *Merlin. de legit. lib 3. tit. 1. quæſt. 29. num. 4.* vbi dicit illam magis firmari opinione illius, quam ex eo, quod ſit fundata aliqua bona ratione, vigentibus pluribus rationibus in contrarium, *Donat. Ant. de Marin. var. reſol. lib. 1. cap. 35. num. 5.* dicens ita fuiſſe deciſum *Vermigliol. conſ 87. num. 7 et Maſſin. de confiſc. bonor. quæſt. 28. num. 8. & ſeq.* dicens, obſeruantiam allegatam per *Guazzin.* in caſu Picinardi non obſtare, cum in illo ageretur de crimine læſæ Maieſtatis, in quo ratio filiorum non habetur, & aduertit etiam *Vermigl. conſ 47. num. 1. et 2. et conſ. 87. num. 10.* & hanc opinionem latè comprobaui ego *d. alleg. foren 81. n. 27. & ſeq. et num. 37. et ſeq.* vbi oſtendi, authoritates pro prima limitatione adductas non officere.

8 Declara primò d. concluſionem cum ampliatione ſequenti, vt habeat locum, quando filij ſunt tres, vel vltra, ſecùs tamen eſt, ſi illi ſint duo tantum, vel vnus tantum, quia tunc non impedirent confiſcationem in totum, ſed ſolum caperent dimidium hæreditatis, vt tradunt *Rol. d. conſ. 97. n. 30 lib. 2. Peregr. de iur. fiſc. lib. 5. tit. 1. n. 38. Theſ. d. dec. 104. num. 2. Honded. conſ. 110. num. 8. lib. 1. Guazzin.*

de

*de confiſ.d.concl.*13.*lim.*23 *num.* 14. *Farin de delict. & pæn.d.quæſt.*24.*num.*38. alios adducens concordantes, *Merlin. de legit.lib.*3.*tit* 1.*quæſt.* 29.*num.*2. *Cartar de pæn.innoc.art.*4 *num.*14. *& ſeq.* vbi aliter videtur ſentire in terminis Conſtit. Ægidianæ, vt ibi per eum,& dixit *Rota deciſ* 479. *nu.*2.*par.*1.*rec.* & dixi ego *alleg foren.*81. *num.* 10. *& ſeq.* & dicam infra in *d.verb.Legitima, Reſol.*3.*num.* . . .

9 Declara ſecundò d. concluſionem, vt ad conſtituendum d.numerum filiorum connumerentur etiã filij emancipati *l ſi deportatus* 8.*C.de bon proſcript. Peregr.de iure fiſci d.lib,*5.*tit.*1.*num.*39. *Merlin.de legit.d. quæſt.*29. *num.*8.

10 Declara tertiò d.concluſionem, vt in d. numero filiorum ad effectum, de quo ſupra, connumerentur etiam filij adoptiui, dummodo in adoptione ceſſet fraus *l.fin. in fin. C. de bon. damn.* & tradunt *Rolan.d.conſ.*97.*num.*33.*lib.*2.*Clem.de patr. poteſt. effect.*16.*num.*16.*Farinac. de delict. & pæn d.quæſt.*24.*num.*40.*Baiar.ad Clar. § fin.quæſt.*78. *num.* 121. vbi dicit,hoc procedere etiam in filijs naturalibus, & legitimatis *Theſ d.deciſ.*104.*num.*7.*in fin. Hond. conſ.*110.*num.*11. *Merlin.de legit. d. quæſt.*29. *n.*9. alios adducens concordantes, *& Cartar.de pæn.innoc.art.*3. *num.*469. *& ſeq. & art.*4.*num.*17.

11 Declara quartò d.concluſionem, vt in dicto numero filiorum non numerentur filij concepti poſt condemnationem, & publicationem bonorum, ſecus ſi ſint concepti antea, quia illi habentur pro natis in fauorabilibus, vt not. *Rol. d. conſ.*97. *num.*38.*lib.*2.*Baiar.ad Clar.in d.quæſt.*78.*num.*129.*Gab. conſ.*123.*nu.*4.*lib.*1.*Farin.de delict. & pæn. d.quæſt.*24.*n.* 42. vbi dicit, in hoc attendendum eſſe tempus condemnationis *Merl.de legit.d.quæſt.*29.*num.*20. adducens rationem, quia filij nati poſt condemnationem dicuntur nati ex alio homine, vt ibi per eum, *& num.* 21. *&* 22. benè declarans, & *Cartar.de pæn.innoc. d.art.*3.*n.*492. *& ſeq.*

12 Declara poſtremò d.concluſionem, vt non habeat locum, quando pater fuit condemnatus pro crimine læſæ Maieſtatis humanæ, vel diuinæ, quia tunc bona illius confiſcantur, non obſtante numero filiorum, vt voluerunt *Farin. de crim. læſæ Maieſt. quæſt.*116.*num.*75. vbi alios dat concordantes quamplures more ſuo, *& Vermigl.conſ.*86.*num.*2. & clariùs *conſ.*87.*num.*10. & ſentit *Maſſin.de confiſ. bonor. quæſt.* 28. *num.* 8. *& ſeq.* de quo vide adducta in *Reſol.ſeq. num.* 4. *&* 5.

A D D I T I O.

N.4. VBi habetur, quod pater non tenetur ſoluere legitimam pro filio non ſolum quando pater delinquit ſtante numero trium filiorum, vel vltra, ſed etiam quando delinquit vnus ex filijs adde Quod tamen habere locum quando pater habet tres filios vltra filium delinquentem ſentiunt *Merlin.de legit.lib.*3. *tit.* 1. *quæſt.*30. *ſub nu.*19. *Vermigl.conſ.*343. *num.*4. & clariùs *Maſſin. de conſ. bon.quæſt.*28.*num.*22. Quod tamen videtur eſſe contra tex. in *l.fin,* §. *ſi plures, ff. de bon.damn.* generaliter loquentem.

N. 12. Vbi habetur, quod patre damnato ex crimine læſæ maieſtatis humanæ, vel Diuinæ bona confiſcantur non attento numero filiorum, de quo in *l.fin.* §.*ſi plures, ff. de bon.damn.* adde Limita d. declarationem, vt non habeat locum ſtante generali conſuetudine, per quam pænæ *leg. quiſquis* 5.*C.ad leg. Iul. Maieſt.* hodie non ſunt amplius in vſu contra filios, vt probaui iuxta in Verbo *læſæ Maieſt. crimen Reſol. vnic.in fin.* & ſaltem eis debentur alimenta, & dotes vt probaui pariter *ibi num.*7. *& ſeq.* & not. etiam *Cartar.de pæn.innoc.art.*3.*num.*186. *& ſeq.*

S V M M A R I V M.

1 *Peculium Caſtrenſe, vel quaſi non confiſcatur ob delictum filij, ſed illud patri reſeruatur.*

Licèt contrarium tenent aliqui Doctores, num. 2.

Quod non procedit, quando filius per condemnationem non mutaret ſtatum, ſed tantum, & bona auferrentur, num 3.

*Neque procedit in crimine læſæ Maieſtatis humanæ, & diuinæ, n.*4.

Licèt contrarium tenent aliqui, num. 5.

*Neque quando filius condemnatur in pænam mortis, & confiſcationis bonorum, n.*6.

*Et quando aliter eſſet diſpoſitum per Statutum, ſeù conſuetudinem, n.*7.

R E S O L V T I O VIII.

Peculium Caſtrenſe, vel quaſi an confiſcetur ob delictum filij.

1 PEculium Caſtrenſe, vel quaſi non confiſcatur ob delictum filij, nec quo ad proprietatem, nec quo ad vſumfructum, ſed illud reſeruatur patri in ſolatium patriæ poteſtatis, ad tex. *in l.*3. *& ibi hoc not.Cin.Petr Odofr.Bar.Bald.Alber. Salic.Angel.Fulgo.& alij C.de bon. proſcrip.* & tradunt etiam *Clar.in pract.*§.*fin. quæſt.* 78. *num* 13. *Clem.de patr poteſt. cap.*6. *effect.* 2. *num.*37. *Hond. conſ.*93.*num.*37. *lib.* 1. *Farin de delict & pæn. quæ.*24.*num.*11. *& ſeq.* vbi teſtatur, hanc eſſe veriorem, æquiorem, & magis communem opinionem *Peregr.de iur.fiſc. lib.*5. *tit.* 1. *num.*130. vbi dicit, huic opinioni eſſe inhærendum, cum habeat caſum legis, licèt dicat, in practica fortaſſe poſſe ſeruari contrarium, *Guazzi.de conſ bon.concl.*13. *lim.* 27.*num.*1. *& ſeq.* latè *P.Sanch. in prac.Decal.lib.*2 *cap.* 15 *nu.* 4. *et ſeq.* vbi quamplures adducit concordantes, & dicit, hanc eſſe probabiliorem opinionem, cum quibus pertranſeunt *Pachin. controu. iur. lib.*9. *cap.* 49 vbi teſtatur de magis communi opinione, *Cabal. reſol. crim. caſu* 164 *num.*4. *et* 7. *cent.*3. *Michal.de fratr.pat.*1. *cap.*1. *num.*9. *et cap.*4 *ſub num.*6 *Maſſin.de confiſ.bon.quæſt.*27.*num.*2. qui pariter dicit, hanc eſſe magis communem Doctorum opinionem *Cartar.de pæn.innoc.art.*2.*num.*149 quamplures adducit ita ſentientes, & tenuit *Rota deciſ.*145. *num* 1.*poſt ſec.vol.conſ.Farinac. et apud Merlin. deciſ.*168.*num.*18.*et ſeq. tom.*1.

Licèt enim filius peculij Caſtrenſis, vel quaſi habeat liberam adminiſtrationem, & poteſtatem de eo diſponendi, ſicut pater familias *l.2.C ad Macedon. l.cum oportet 6. verſ. exceptis, C. de bon. quæ liber l.3. C.de Caſtr. pecul. lib.12.* d, tamen poteſtas diſponendi, & alienandi d. peculium filio data eſt, non de iure communi, ſed de iure ſpeciali, ideò licèt ille, qui eſt dominus de iure communi, poſſit bona ſua perdere, & alienare per delictum, non tamen id poteſt facere ille, qui dominium habet de iure ſpeciali, & priuilegiato, vt declarant *Petr. Cin. Alber. & alij Doct. in d.leg.3.C.de bon proſcrip. Farin. in d. quæſt.24. num. 13. verſ. quibus tamen, &c. & alij Doctor. ſupra adducti.*

2 Quicquid contrarium tenuerint *Rom. Crot. Nell. Gigaſ. Gomez* & alij relati *per P.Sanch. in d.cap.15. num.3. & per Peregr. d.tit.1.num.130.* & ſecuerit *Paſcal.de patr.poteſt. par.1.cap.3. num.7.* contra quos adeſt verior, & magis communis opinio Doctorum, de qua ſupra.

3 Limita primò d.concluſionem, vt non habeat locum, quando filius per condemnationem non mutaret ſtatum, ſed ſolum bona ei adimerentur, quia tunc d. peculium non vacat, & pater illud occupare non poteſt, & ſic non poteſt impedire executionem in bonis filij, vt voluerunt *Pereg.de iur.fiſc. lib.5.tit.1. num.130. verſ. limita ſecundò Guazz. de confiſ.d.concl.13.lim.27.num.1. Maſſin. de conf bon. d.q.27.num.4. Michal.de fratr.par.1.cap.4.ſub num. 6. Cartar.de pæn.innoc.d.art.2.num.151.*

4 Limita ſecundò d.concluſionem, vt non habeat locum in crimine læſæ Maieſtatis humanæ, & diuinæ, quia tunc peculium Caſtrenſe, vel quaſi confiſcari, ſcripſerunt *Oſaſch.deciſ Pedem.94. per tot. Peregr.de iur.fiſc.d.lib.5.tit 1.num.130.verſ.limita primò &c. Fachi.contr.iur.lib.9.cap.49.in fin. Guaz. de conf.bon.d.concl.13.limit.27.num.4 Farin.de delict.& pæn.d.quæſt.24.nu.14.& in tract.de hæreſi, quæſt.190.num.17.Michal.de fratr.d. par.1. cap.4. ſub n.6.in fin.Cartar.de pæn.innoc.d.art.2.nu 152.& Maſſ.de conf.bon q 27.n.5. & q.4.n.26.* vbi loquitur in terminis læſæ Maieſtatis diuinæ.

5 Licèt contrarium tenuerint *P.Sanch in præc. Decal.lib.2.quæſt.11.num.4.in fin.* cum quo tenet *Cancer.quæſt. crim.in tit. de hæret. num. 39. & 40.* dicens ab hac opinione, vti communi, non eſſe recedendum, quem refert *Farin.in d.quæſt.190.num.17.* & not.etiam *Merli.de legit.lib. tit.1.quæſt.30.nu.* 26 vbi in terminis criminis læſæ Maieſtatis humanæ dicit, de generali conſuetudine totius Orbis non ſeruari pœnas *l.quiſquis 5 C.ad l.Iul.Maieſt.* contra filios, & quamplures adducit concordantes.

6 Limita tertiò d.concluſionem, vt non habeat locum, quando filius condemnatur in pœnam mortis naturalis, & confiſcationis bonorum, quia tunc fiſcum accipere omnia eius bona, voluerunt *Bald. in l.filius 9. ſub num.1.ff.de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. Pereg.de iur.fiſc.lib.5.tit.1.n.130. verſ.limita 3. &c. Guaz.de conf.d.limit.27 num.6. & Maſſin. de conf.d.quæſt.27. num.4* quod non videtur tranſire ſine dubio, cum *Bald.in d.l.filius* hoc expreſſe non dicat, & cum per condemnationem in pœnam mortis filius dicatur mutare ſtatum, vt dicit *Curd.Tuſc. pract.concl.litt.C.concl.718 num.3.* & ſi filius non amittit peculium quando in inſulam deportatur *l.3 C.de bon.damn.* eò magis non debet illud amittere quando condemnatur in pœnam mortis, & ita ſentit *Cartar de pæn.innoc. d.art.2. num. 151.* Cogita.

7 Limita quartò d.concluſionem, vt non habeat locum, quando aliter eſſet diſpoſitum per Statutum, vel conſuetudinem, prout eſt diſpoſitum per *Conſt. Marcb.lib.4.cap 18.* vt poſt *Pereg.de iur fiſc.lib.5. tit.1.num.130.verſ.limita quarto* per eum relatum tradit *Guazzin.de conf.d concl.13.limit.27. num.7. & 8. Michal.de fratr.d.par.1.cap.4.in fin.* & dicetur latius infra in *Reſol.ſeq.*

ADDITIO.

N.7. VBi habetur, quod peculium Caſtrenſe, vel quaſi confiſcatur ob delictum filij Conſtitutione, vel Statuto id mandante, vt habetur in *Conſtit. Marchiæ lib.4. cap. 18.* adde Et ideo in Statu Eccleſiaſtico peculiũ quodcumque filij ob eius delictum confiſcari in præiudicium patris etiã filio damnato in contumacia teſtantur *Bajar. ad Clar. §. fin. quæſt. 78. num. 50. & quæſt. 86. n. 35. & Farin. in addit. ad quæſt. 24. de carc. & carcer. ſub num. 13.* dicens ita fuiſſe iudicatum in Tribunali D. Gubernatoris Vrbis non obſtante deciſione Rotæ per eum adducta, extendentes etiam ad peculium aduentitium iuxta not. *Reſol.9.n.8*
Licet contrarium quando filius eſt damnatus in contumacia teneat *Maſſin.de confiſc.bonor.quæſt.27.n.18.& ſeq.* dicens ita fuiſſe iudicatum in Ciuitate Maceratæ contra fiſcum, & vide infra *Reſol.10.in fin.*

SVMMARIVM.

1 *Peculium aduentitium filii non confiſcatur ob eius delictum in præiudicium patris, nec in proprietate, nec in vſufructu.*
Licèt aliqui Doct. teneant contrarium, n. 2.
Etiam ſi pater dederit filio facultatem de eo diſponendi, n.3.
Quicquid contrarium tenent aliqui, n.4.
Fallit tamen concluſio, quando pater in d. peculio nullum habet vſumfructum, n.5.
Contrarium tamen tenent plures Doct.6.
Fallit ſecundò d.concluſio in crimine læſæ Maieſtatis humanæ, & diuinæ, n.7.
Et quando conſuetudo, vel Statutum mandant contrarium, n.8.

RESOLVTIO IX.

Peculium aduentitium filii an confiſcetur ob eius delictum in præiudicium patris.

1 PEculium aduentitium filij non confiſcatur ob eius delictum, nec quo ad proprietatem, nec quo ad vſumfructum in præiudicium patris, ſed vſusfructus conſolidatur cum proprietate, vt tradunt *Ant.Gomez var. reſol. tom.2. cap.15.num.14.Clar.in pract.§. fin.quæſt.78 num.12. Peregr.de iur.fiſc.lib.5.tit.1. nu.128.Hond.*
conſ.

conſ.91.num.25.lib 1.Farin.de delict.& pæn. quæſt. 24 num.5. vbi teſtatur de veriori, & communiori opinione, lateque comprobat *P. Sanch.in præcep. Decal. lib.2. cap.15. num.9.* vbi alios dat concordantes, & dicit, hanc eſſe probabiliorem opinionem, quam tenent etiam *Guaz.de confiſ.bon.concl. 13.limit.28.num.1.& ſeq. Paſcal.de patr.poteſt.par. 1. cap.3.num.36.Carleual.de iudic.tom.2.tit.3.diſp. 20.num.6.Maſſin.de confiſc.bon.quæſt.27. num.6. & ſeq. Michal.de fratr.par.1.cap.3.num.16.Cartar.de pæn.innoc. art. 2. num. 127.* quamplures adducens concordantes, *& Rota dec.145.num.1. poſt ſec.vol. conſ.Farin.& deciſ.168.num.15.tom.1.* Sicut enim filius non poteſt contrahendo patri in peculio præiudicare *l.fin.§ filijs,C.de bon.qualib.l.2.C.de caſtr. pecul.lib.12.* ita non poteſt ei præiudicare delinquendo, vt argumentantur *Carleual.de iudic.in d.diſput. 20.n.6.Maſſin.de confiſc.d.quæſt.27 num.7.& alij Doct. ſupra adducti*, & vltra eos *Fachin. contr. iur. lib.9.cap.47. verſ.tertium argumentum &c.*

2 Quicquid contrarium tenuerint *Ripa,Caldas,Silueſtr.& alij* quos refert *P.Sanch.in d.quæſt 15.num. 6.* quorum rationibus benè ſatisfacit idē *P. Sanch. ibi, Farinac. d. quæſt.24.num.5. & Fachin. d. cap 47. ante finem.*

3 Amplia primò d.concluſionem, vt habeat locum etiam ſi filius peculium aduentitium de conſenſu patris adminiſtret, vt pater dederit ei licentiam de illo liberè diſponendi, quia adhuc ſi filius delinquat, illud non confiſcatur, cum non cenſeatur cogitatum de delicto, vt not. *Abb.conſ.66. num.5. lib.2.Boer.deciſ.7.num.16.Baiar.ad Clar. § fin.quæſt. 78.num.55.Farin.* licèt dubitans *de delict. & pæn d. quæſt.24 num.8. Guazzin.de confiſc.bon.d.concl.13. limit 28.num 5.P.Sanch.in præc.Decal.d lib.2. cap. 15.* benè comprobans, *& Maſſin de confiſcat. dict. quæſt. 27. num. 8.*

4 Quicquid contrarium tenuerint *Bart. in l.ſi finita 15.§.ſi de vectigalibus, num 13.in fin.& ibi Alex. num.55. ff.de damn.infect.& Menoch.de recup.poſſ. remed.9. num. 90.*

5 Limita primò d.concluſionem, vt non habeat locum, quando in d.peculio aduentitio pater nullum habet vſumfructum, nec adminiſtrationem, quia tunc illud venit in confiſcationem, vt voluerunt *Pariſ.* latè comprobans *conſ. 157. num.11.& ſeq.lib.4 Guazz.de confiſ.bon.concl.13 lim.28.num. 3.verſ.contrarium &c.* & in hanc partem inclinat valdè *Menoch.de recup.poſſeſſ.d.remed.9. nu.48.& ſeq. Carpan.ad Nou.Conſt.Mediol.in cap. Omnium n. 235.*& benè comprobat, & contrarijs reſpondet *P.Sanch.in præc.Decal.lib.2.cap.15.nu.14.& Maſſin.de confiſc.bonor.d.quæſt.27.num.10.*

6 Contrariam tamen opinionem, imò peculium aduentitium non confiſcari, etiam quando pater in eo non habet vſumfructum ad inſtar peculij caſtrenſis tenuerunt *Ruin.conſ.24.lib.5.per tot. Soc. iun. conſ. 77.n.10.& ſeq lib.2 Clar.in pract.§.fin. quæſt.78. n. 12.* dicens, hoc fortaſsè eſſe verius, quos ſequitur *Far.de del.& pæn.q.24.n.6. verſ.quibus non obſtantibus &c.* vbi teſtatur de veriore, & æquiori opinione, & illam in praxi ſequendam dicit, prout etiam hanc contrariam opinionem veriorem, & magis communem appellat *Fachin.contr.iur.lib.9 cap.48.Cartar.de pæn.innoc.d.art. 2. nu. 128. & ſeq. Michal.de fratr.par.1.cap.3.num.16. & Peregr. licèt dubius d.lib.5.tit.1. ſub num.128.*

7 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando agitur de crimine læſæ Maieſtatis humanæ, vel diuinæ, quia tunc d.peculium aduentitium in confiſcationem venire quò ad proprietatem, reſeruato tamen patri vſufructu, tenuerunt *Oſaſ.dec.Pedem.94.per tot.Far.de del.& pæn.d.q.24 n.9.Pereg.de iur.fiſc. d.tit.1.nu.128. in fin. Guaz.de conſ.d.concl 13.lim.28.n.13.Baiar.ad Clar. d. quæſt. 78.num.51.Carpan.in d.cap.Omnium num.229 Michal.de frat.par.1.cap.3. num 16 in fin.& Maſſin. de confiſcat.bon d. quæſt. 27. num. 11.*

8 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum ſtante conſuetudine, vel ſtatuto contrarium mandante, & maximè ſtante *Conſtitutione Ægidiana* de qua *lib.4.cap.2*, vt dixi ſupra *in Reſ præc. in fin.* quo ad peculium Caſtrenſe *ex Pereg.& Guaz.* ibi adductis, & dicam latiùs *in Reſol.ſeq.num.4.*

S V M M A R I V M.

1 *Peculium profectitium pro delicto per filium commiſſo non confiſcatur.*

Etiam ſi pater d.peculium filio conceſſiſſet cum facultate illud diſſipandi, & donandi, n. 3.

Fallit d.concluſio ſtante Statuto mandante, illud confiſcari, n.4.

2 *Peculium profectitium ſpectat ad patrem quò ad vſumfructum, & proprietatem.*

5 *Conſtitutio Marchiæ mandans, peculium confiſcari, an procedat filio in contumaciam damnato.*

RESOLVTIO X.

Peculium profectitium pro delicto per filium commiſſo an confiſcetur.

1 PEculium profectitium, cum ſit patris, tam quò ad proprietatem, quā quò ad vſumfructum, & ſola adminiſtratio ſit filij, non poteſt pro delicto per filiū cōmiſſo per fiſcū confiſcari, vt tradūt *Ant. Gom.var.reſ.tom.2 cap 15.n.16.Clar in pract.§ fin. q 78.n.11.& ibi Baiar.n 49.Hond.conſ.95.n.36.lib.1. Pereg.de iur.fiſc.lib 5.tit.1.n.125.Far.de del.& pæn. q.24.n.3.* vbi teſtatur de communi opinione, *Guaz. de conſ.bon.concl.13.lim.29.in prin.* latè *P.Sanch.in præc.Decal.lib 2.cap.15.nu 17.* alios adducens concordantes quamplures, *Maſſin.de conſ bon.d.q.27. n.13.Michal.de fratr.par.1.cap.4.num 4.& n.6.verſ. ob delicta &c.Cartar.de pæn.innoc. art.2.num.116. Rot.poſt ſec.vol. conſ Farinac.deciſ.145.num.1.& apud Merlin.deciſ.168 num.13 tom.1.*

2 Cum enim peculium profectitium ad patrem ſpectet pleno iure, tam quò ad proprietatem, quam quoad vſumfructum *leg. ſi plures, 10. §. ſi*

in arrogato, ff. de vulgat. pupil. l. cum oportet 6. & ibi Doct. C. de bon. quæ lib. Clemen. de patr. poteſt. cap. 6. effect. 2. num. 7. Paſcal. de patr. poteſt. par. 1. cap. 3. num. 11. Cartar. de pænis innoc. art. 2. num. 115 ideò illud quò ad filium dicitur res aliena, & ſic in bonorum confiſcatione venire non poteſt, vt not. *Farinac. in d. quæſt. 24. num. 3. Cartar. in d. art. 2. num. 115. & ſeq. Maſſin. in d. quæſt. 27. num. 13. & alij Doctores ſupra adducti.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam ſi pater d. peculium profectitium filio conceſſiſſet cum facultate illud donandi, & diſſipandi, quia non cenſetur cogitatum de delicto, vt ſcripſerunt *Farin. de delict. & pæn. d. quæſt. 24. nu. 4. Michal. de fratr. d. par. 1. cap. 4. num. 4. Guaz. d. concl. 13 limit. 29. num. 2. P. Sanch. in præc. Decal. d. lib. 2. cap. 15. num. 18.* vbi alios dat concordantes, *Maſſin. de confiſc. d. quæſt. 27. num. 14.* volentes ſupradictam concluſionem habere locum, etiam in crimine læſæ Maieſtatis, cum quibus pertranſit *Carta. de pæn. innoc. d. art. 2. num. 122.*

4 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum ſtante conſuetudine, vel Statuto mandante, d. peculium profectitium confiſcari ob delictum filij, vt habetur in *Conſtitutione Marchiæ lib. 4. cap. 18.* quia tunc illud venit in confiſcatione, præcipuè in Statu Eccleſiaſtico, vt not. *Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt. 78. n. 50. Pereg. de iur. fiſc. lib. 5. tit. 1. n. 130 ver. limitat 4. Guazz. de confiſc. d. limit. 29. in fin. Farin. in d. q. 24. n. 161. Michal. de fratr. d. par 1. cap. 4. in fin. & Maſſin. de confiſc. d. quæſt. 27. num. 17.*

5 Verum verò d. Conſtitutio Marchiæ habeat locũ in filio in contumaciã damnato, latè diſſerit *Maſſi. de conf. d. quæſt. 27. n. 18. 19. & ſeq.* vbi refert Conſilia duorum Aduocatorum in d. materia redditorum, & tandem concludit pro negatiua, authoritate etiam *Sac. Rotæ Rom.* dicens, ita fuiſſe iudicatum in Ciuitate Maceratæ, & voluit *Rota deciſ. 145. per tot. poſt ſec. vol. conſ. Farinac.*

A D D I T I O.

N. 4. VBi habetur, quod peculium profectitium confiſcatur ob delictum filij in præiudicium Patris ſtante Conſtitutione, vel Statuto, prout in Statu Eccleſiaſtico ob *Conſtit. March.* adde *Baiar. ad Clar. & Farin. in locis ſupra proximè adductis*, non tamen filio in contumacia damnato ex *Maſſin. ibi pariter adducto.*

S V M M A R I V M.

1 *Peculium Caſtrenſe, vel quaſi. cum ſit filij, propter delictum patris non confiſcatur.*

Etiam patre condemnato pro crimine hæreſis, num. 3.

2 *Peculium Caſtrenſe, vel quaſi tàm quo ad dominium, quàm quò ad vſumfructum ſpectat ad filium.*

R E S O L V T I O XI.

Peculium Caſtrenſe, vel quaſi cum ſit filii propter delictum Patris an confiſcetur.

1 PEculium Caſtrenſe, vel quaſi, cum ſit filij tam quo ad dominium, & vſumfructum, quàm quo ad adminiſtrationem ob delictum commiſſum per patrem, non confiſcari, in confeſſo eſt apud omnes, vt poſt *Alberic. Gigan. Nell. Canter. & Azuet.* per eum relatus firmat *P. Sanch. in præc. Decal. lib. 2. cap. 16. num. 1. Michal. de fratr. par. 1. cap. 4. num. 6. & Cartar. de pæn. innoc. art. 2. n. 154.* vbi dicit, hoc non habere difficultatẽ.

2 Cum enim peculium Caſtrẽſe tàm quò ad dominium, & vſumfructum, quam quo ad adminiſtrationem, ſit ipſius filij, vt dixi, *l. cum oportet 6. & ibi not. Doct. communiter C. de bon. quæ lib. Paſcal. de patr. poteſt. par. 1. cap. 3. nu. 5.* plenè *Clemen. de patr. poteſt. cap. 6. effect. 2. num. 3.* vbi dat concordantes *Farinac. de delict. & pæn. quæſt. 24. num. 23.* ſi illud pro delicto patris confiſcaretur, in confiſcationem veniret res aliena, quod non eſt dicendum, vt not. *Farin. de delict. & pæn quæſt. 24. num. 3. Cartar. de pæn. innoc. d. art. 2. num. 185. & ſeq.* & alij Doct. ſupra adducti, & dixi *in reſol. præced. num. 2.*

3 Amplia d. concluſionem, vt habeat locum etiam patre exiſtente hæretico, quia adhuc peculium Caſtrenſe, vel quaſi non confiſcatur, vt voluerunt *Canter. in quæſt. crim. in tit. de hæret. num. 34. P. Sanchez in præc. Decal. lib. 2. cap. 16. in princ.* vbi dicit, hoc non habere difficultatem, & *Farinac. de hæreſi quæſt. 190. num. 17.*

A D D I T I O.

N. 3. VBi habetur, quod peculium Caſtrenſe, vel quaſi non confiſcatur ob delictum Patris neque ex cauſa hæreſis adde *Maſſ n. de confiſc. bon. quæſt. 4. num. 20 qui n. 18.* dicit idem eſſe quo ad peculium aduentitium, & illius vſumfructum, vt hac *Reſol. 11 num. 5.*

S V M M A R I V M.

1 *Peculium aduentitium filij non confiſcatur pro delicto patris quò ad proprietatem.*

Neque quo ad vſumfructum, quando pater amittit patriam poteſtatem, num. 3.

Licèt alij in diuerſas iuerint ſententias, n. 4.

Maximè, patre condemnato ex cauſa hæreſis, non confiſcatur vſusfructus, num. 5.

2 *Peculij aduentitij proprietas ſpectat ad filium.*

R E S O L V T I O XII.

Peculium aduentitium filii an confiſcetur pro delicto patris quo ad proprietatem.

1 PEculium aduentitium filij non confiſcatur quo ad proprietatem propter delictum commiſſum per patrem, cum proprietas ſit ipſius filij, vt tradunt *Nell. de bannit. in prima part. ſecundi temp.*

temp.num.26. P.Sanch.in præcep.Decal.lib.2. cap. 16.num.9.Michal.de fratr. par.1. cap.4.num.6 & Cartar.de pæn.innoc. art.2.num.155. vbi alios dat concordantes quamplures, & dicit, hoc quo ad proprietatem nullam habere difficultatem, & ſentit etiam *Peregrin. de iur. fiſc. lib.5. titul. 1. numer. 129.*

2 Proprietas enim peculij aduentitij eſt propria filij *l.cum oportet 6.& ibi not.Doct.omnes C.de bon. quæ lib. Clemen.de patr.poteſt.cap 6. effect.2. num.17.* vbi quamplures adducit Doctorum authoritates, & dicit, hanc eſſe indubitatam, & communem omnium Doctorum opinionem, *Paſcal. de patr. poteſt. par.1. cap. 3. num. 31. P.Sanch. in præcep. Decal.d.lib.2. cap.16. num. 9.* ſi ergo propter delictum patris d. proprietas confiſcaretur, in fiſcum tranſiret res aliena, quod eſt abſurdum, vt argumentantur *Nell.P.Sanch.Michalo & Cartar in loc. ſupra adductis*, & vltra eos *Farinac. de delict. & pæn. d. quæſt. 24. num. 3.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt neque confiſcandus ſit vſusfructus peculij aduentitij, quando delictum commiſſum per patrem eſt tale, per quod ipſe pater patiatur mediam, ſiuè maximam capitis diminutionem; ita vt patriam poteſtatem in totum amittat, quia tunc d. vſusfructus conſolidatur cum proprietate, & ad filium reuertitur, nec tranſit in fiſcum, licèt ſecùs ſit, quando pater per delictum commiſſum patriam poteſtatem nõ amittit, ſed illam retinet, quia tunc vſusfructus, durante vita patris, confiſcatur, vt declarant *Bald. in l. corruptionem 16. num.7. C.de vſufr. Plaz.in epit. delict.lib.1.cap.22 ſub num.39.Plot.conſ.130.num. 24.inter conſ crim.diuer.lib.1 Farinac de delict. & pæn. quæſt.24. num.33.Peregr.de iur.fiſc.lib.5.tit.1 num. 129.verſ.Tu verò &c. Fachin.contr.iur.lib.9. cap.50.per tot.Guazzin.de confiſc.concl.13 limit.28 num.10.Carpan. ad Non Conſt.Mediol.cap.Omnium num.205.& ſeq.*vbi teſtatur de communi opinione quam ſequuntur etiam *Michal.de fratr. par.1.cap. 3.num.51.& Cartar.de pæn.innoc.d.art.2.num.156.* vbi alios dat concordantes, & teſtatur de communi opinione.

4 Quicquid in diuerſas iuerint ſententias *Ant. Gomez var.reſ.tom.2.cap.15.num.18. & alij Doct.*relati per *P.Sanch.& ipſemet P. Sanch.in præcep.Decal.lib.2.cap.16. num. 11. & plurib. ſeq.* contra quos adeſt communis opinio Doctorum, de qua ſupra.

5 Declara d.primam ampliationem illatiuè, vt habeat locum, quando patria bona confiſcantur ex cauſa hæreſis, quia tunc, cum filius omninò liberetur a poteſtate patris, vſusfructus peculij aduentitij non confiſcatur, ſed totus ille conſolidatus cũ proprietate filij pertinebit ad ipſum filium ad text. *in c.2.§.fin.de hæret.in 6.*vt poſt *Simanc.Vaſq. Seſſ. Azor.Rebel.Sayr.Molin.* & alios per eum adductos firmat *P. Sanch.in præc.Decal.d.lib 2.cap.16.n.18.* & benè comprobat *Farin.de hæreſi quæſt.190.n.27.* alios quamplures adducens concordantes, & ſequitur *Cartar.de pæn.innoc. art.2. num.159.*

S V M M A R I V M.

1 Peculium profectitium propter delictum patris non confiſcatur.

Quicquid contrarium tenuerint aliqui, n.2.

Procedit, quando pater propter delictum patriam poteſtatem non amittit, aliàs ſecùs, n.3.

Contrarium, quod nunquam illud confiſcetur, tenent Doct. n.4.

Confiſcatur tamen, patre damnato in crimine læſæ Maieſtatis humana vel diuina.

Licèt contrarium teneat P.Sanch.*relatus, n.6.*

R E S O L V T I O XIII.

Peculium profectitium filij an confiſcetur propter delictum Patris.

1 Peculium profectitium propter delictum commiſſum per patrem, licèt illud paternum ſit, non tamen confiſcatur, propter ſpem, quam habet filius in ſuccedendo patri, & propter præuentionem, quam fecit pater tradendo illi d. peculium, vt tradunt *Ant. Gom. var. reſ. tom. 2. cap 15. n.16 Clar.in pract.§.fin. q.78. verſ quæro nunc &c.*vbi teſtatur de cõmuni opinione *Menoch. de rec poſſ.rem.9.n.72.Pereg.de iur.fiſc.lib 5.tit 1.n. 126.Far.de delict.& pæn.q.24.n.26.*alios adducens quamplures concordantes, *& in tract.de hæreſi, q. 190.n.15.Guaz.de conf.bon.concl.13.lim.29.n.5. P. Sanch.in præc Decal.lib.2.cap.16.nu.21.* vbi dicit, hanc eſſe probabiliorem opinionem, & plures adducit ita ſentientes, *Cartar.de pæn.innoc.art.2.num. 160 & Michal. de fratr. par. 1. cap 4.num.6.*

Cum enim, vltra ſupra adducta, filius in peculio profectitio habeat adminiſtrationẽ, non debet illa priuari ob delictum patris, cum d. priuatio ſit pœna *l.teſtamento centur.51 ff.de manum.teſta.P.Sanch. in d.cap.16 n.21.Rot apud Greg.XV dec.225.n.13.et ibi Adden.n.20.*pœna vero ſuos tenere debet authores, nec pro vnius delicto alius puniri poteſt *l. ſancimus 22.C.de pæn.l.ob maritorum 2. C.ne vxor.pro marito l.ſi quis in ſuo 33.§.legis,C.de inoff.teſt* plenè *Far.de delict.& pæn.q 24 in prin.* latiùs *Cartar. de pæn.innoc. art. 1.num.1. & ſeq.* & dixi latius ſupra in hoc verbo *Confiſcatio, Reſol.4. num. 2.*

2 Quicquid contrarium tenuerint *Vigil Bald.Siman. Caldaſ. Vaſquez, & Azor.* relati per *P. Sanch. in d. cap.16. num.20.* contra quos adeſt communis, & verior opinio de qua ſupra.

3 Limita primò d.concluſionem, vt habeat locum, quando ex condemnatione pater patriam poteſtatem non amittit, quia tunc peculium profectitium in fiſcum non tranſit, ſecùs ſi illam amittat, vt tradunt *Alex.in l ſi finita 15.§.ſi ex vectigalibus, ſub n. 46.ff.de damn.infec.Boſſ.in pract. in tit. de bon publ. n.71.in fin.* vbi teſtatur de magis cõmuni opinione *Clar.in pract §.fin.q.78.ver.quæro nunc &c.& Far. de delic.& pæn.d.q.24.n.28.*licèt poſtea ſe remittat ad alios Doct.contrarium tenentes, cũ quibus pertranſit *Cartar.de pæn.innoc.d. art.2 num. 160. ver. tamen magis &c.* qui pariter teſtatur de magis communi Doctorum opinione.

4 Contrariam tamen opinionem, imò d. peculium profectitium in nullo caſu fiſco applicari propter delictum patris, tenuerunt *Nell. de bann. in 1. par. 2. temp. quæſt. 26. Antan. Gomez var. reſol. tom. 2. cap. 15. num. 16. Peregr. de iur. fiſc. lib. 5. tit. 1. nu. 126. verſ. ſed aduerte &c.* vbi dicit, hanc eſſe humaniorem opinionem, *P. Sanch. in præcep. Decal. lib. 2. cap. 16. num. 32* vbi dicit, d. primam limitationem iure optimo reprobari per ſupradictos Doctores, quam ſequitur etiam *Michal. de frat. d. par. 3. cap. 4. num. 6.* vbi pariter dicit, hanc eſſe humaniorem opinionem, & non videtur diſſentire *Guazzin. de confiſc. d. concl. 13. limit. 28. num. 10. verſ. ſed Nellus &c.* & d. limitationem valdè dubiam appellat *Menoch. de recup. poſſeſ. remed. 9. num. 85.* & ideò non ſequenda ad tex. *in l. non puto, 10. ff. de iur. fiſc. cum ſimil.*

5 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando pater eſt damnatus in crimine læſæ Maieſtatis humanæ, vel Diuinæ, quia tunc d. peculium profectitium confiſcari, voluerunt *Peregr. de iure fiſc. lib. 5. tit. 1. num. 26. Farinac. de delict. & pæn. d. quæſt. 24. num. 27. & in tract. de hæreſi quæſt. 190. num. 15. Guazzin. de confiſc. bonor. d. concl. 13. limit. 29. num. 8. Cartar. de pæn innoc. d. art. 2. num. 161. & ſeq.* qui alios adducunt ſectatores *& Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæſt. 31. n. 7.*

6 Licèt contrarium, & fortè veriùs, imò neque in d. caſu peculium profectitium eſſe confiſcandum, tenuerit *P. Sanch. in præcep. Decal. d. lib. 2. cap. 16. num. 23. in fin.* ſatis benè comprobans.

ADDITIO.

N. 5. VBi habetur, quod peculium profectitium damnato patre ex delicto læſæ Maieſtatis humanæ, vel Diuinæ confiſcatur in præiudicium filij adde *Maſſin.* qui tamen loquitur ex cauſa hæreſi *de conf. bon. d. quæſt. 4. n. 16.*

SVMMARIVM.

1 *Frater ob mortem illatam fratri non priuatur illius ſucceſſione, ſed illa ei aufertur per fiſcum tanquam ab indigno.*

Itaut in ſua portione non ſuccedant alij fratres, ſed fiſcus, num. 2.

Licèt contrarium tenent aliqui Doct. n. 3.

Et licèt frater occiſor habeat filios, n. 4.

Hoc tamen non procedit in Statu Eccleſiaſtico, in quo vigore Bullarum homicida excluditur ab omni actu legitimo, n. 5.

Quod habet locum in ſucceſſione ab inteſtato, non autem ex teſtamento, n. 6.

Contrarium, id procedere in vtraque ſucceſſione, tenent Doctor. n. 7.

Si tamen frater occidat fratrem per aſſaſſinium, ei non ſuccedit, & ſic fiſcus ab eo non aufert, num. 8.

Supradicta tamen habent locum, fiſco dante de indignitate, quia alius id non poteſt opponere, n. 9

RESOLVTIO XIV.

Frater ob mortem illatam fratri an priuetur illius ſucceſſione, vel potiùs illa auferatur per fiſcum.

1 FRater occidens fratrem non priuatur portione ſibi ab inteſtato proueniente ob mortem fratris occiſi, ſed ei illa aufertur per fiſcum tanquam ab indigno, vt tradunt *Aldou. conſ. 100. num. 64.* vbi teſtatur de receptiſſima opinione, *Cabal. reſol. crim. caſu 10. nu. 2. & ſeq. cent. 1.* latè comprobans, *Farinac. de homic. quæſt. 120 num. 23. & ſeq.* alios adducens ita ſentientes, *& conſ. 128. in princ. lib. 2.* vbi teſtatur de magis communi Doct. opinione *Peregr. de iure fiſc. lib. 2. tit. 3. nu. 1. & ſeq. Caucer. var. reſol. par. 1. cap. 6. num. 8. & ſeq. Michal. de fratr. par. 3. cap. 56. num. 29,* bene comprobans, & alios adducens ita ſentientes, *Maſſin. de confiſc. bonor. quæſt. 24. num. 16. & Balth. Tomaſ. in ſuis tract. var. tom. 1. in tit. de incap. num. 2. in addit. Præſes San Felic. deciſ. 70. per tot.* & ita tenet etiam *Vermigl. conſ. 371. num. 1.*

Vbicunque enim quis priuatur hæreditate ex ſuo proprio delicto, illa ſemper venit fiſco applicanda, vt not. *gloſ. Petr. Cin. Bar. Ang. Odofr. Caſtr. Alex. Salic. Iaſ. & alij Doctores communiter in l. hæreditas, 4. C. de his, quibus, vt indign. Alban. conſ. 678. nu. 2. lib. 4.* vbi dicit, quod hæc eſt regula generalis, & comprobat *Farinac. in d. quæſt. 120. num. 24.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam ſi frater homicida habeat alios fratres, & ſic pares in gradu in ſucceſſione, quia eius portio ex ſucceſſione fratris occiſi auferri poteſt ei per fiſcum, excluſis ab ea d. ſuis fratribus, vt ſcripſerunt *Bald. in d. l. hæreditas, 4. n. 9.* vbi reprehendit *Bar.* contrarium ſentientem, & ibi *Alex. n. 6. Salic. n. 10. Cor. n. 18. & alij C. de his. quibus vt indig. Rol. conſ. 56. n. 4. lib. 1.* benè comprobans, *Ant. Gom. var. reſ. tom. 3. cap. 3. ſub n. 51.* vbi dicit, hanc eſſe veriorem, communem, & tenendam opinionem *Peregr. de iur. fiſc. lib. 2. tit. 3. n. 2.* vbi teſtatur de cõmuni, & veriori opinione, prout teſtatur *Baiar. ad Clar. §. homicidium. n. 57. & Lauren. dec. Auen. 21. n. 10 & ſeq. Farinac. de homic. d. quæſt. 120. num. 42 & ſeq.* vbi dicit, negari non poſſe, hanc opinionem eſſe magis communem, licèt in Alma Vrbe dicat, fuiſſe d. articulum per compoſitionem reſolutum, & eandem opinionem, vti veriorem, & communem, ſequuntur *Cabal. reſol. crim. d. caſu 10 num. 2. & ſeq.* latè comprobans, *& Michal. de fratr. d. par. 3. cap. 56. num 55.*

3 Quicquid contrarium, quod quando adſunt fratres occiſoris non fiſco, ſed eis applicetur hæreditas occiſi pro portione tangente etiam occiſori, voluerint *Bart. in l. fin. ff. de bon. damn. Decian.* qui cum *Bart.* tenere videtur *tract. crim. lib. 9. cap. 16. nu. 27. Menoch. de arbitr. caſu 356. n. 133. in fin. in addit.* vbi dicit, hanc opinionem, vti humaniorem, eſſe ſequendam in practica, contra quos adeſt verior, & magis recepta opinio, de qua ſupra.

4 Am-

4 Amplia d. concluſionem, vt habeat locum, etiam ſi frater occiſor habeat filios, quia adhuc ab eo auſertur hæreditas, & fiſco applicatur, & illa remanent priuati filij, qui non poſſunt, vti repræſentantes patrem, plus iuris habere, quàm ipſe pater, vt concludunt *Ant. Gomez var. reſol. dict. tom. 3. cap. 3. num. 52. Peregr. de iure fiſci d. lib 2. tit. 3. nu. 2. Clar. in pract. §. homicidium ver. priuatur etiam*, vbi dicit, hanc opinionem eſſe magis communem, & & ita fuiſſe decisum in pluribus tribunalibus, *Farin. de homic. d. quæſt. 120. num. 29.* vbi alios dat concordantes, *& Michal. de fratr. d. par 3. cap. 56. num. 35. & ſeq.* vbi aliquas ad d. ampliationem accomodat limitationes, quas videas ibi per eum.

5 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in Statu Eccleſiaſtico, in quo vigore *Bullarum Pij II. de qua inter Conſtit. Marchiæ lib. 4. cap. 33.* Clementis V I. Pij V. & Sixti V. homicidæ priuantur omni actu legitimo, & ſic cenſentur priuati etiam hæreditate eis ab inteſtato proueniente, & ideò cum fiſcus apud eos nihil auferendum reperiat, non poteſt ab eis auferre hæreditatem tanquam ab indigno, ſed illa accreſcit alijs fratribus, vel proximioribus occiſi, vt tradunt *Eugen. conſ. 77. nu. 1 t. lib. 1.* quamplures adducens ita ſentientes, *Farinac. d. conſ. 128. num. 2.* vbi dicit, hanc limitationem eſſe indubitatam, cum quibus pertranſeunt *Maſſin. de confiſc. d. quæſt. 24. num. 17. & ſeq. & Michal. de fratr. d. par. 3. cap. 56. num. 45. et ſeq.* qui loquitur in terminis Statuti mandantis, occidentem repelli a ſucceſſione occiſi, vt ibi per eum.

6 Sublimita d. limitationem, vt habeat locum in hæreditate, ſeù ſucceſſione ex teſtamento, quia frater homicida illius eſt capax, licèt ſit excluſus ac omni actu legitimo vigore d. Bullarum, ita vt fiſcus ab eo auferat, cum ſucceſſio ex teſtamento non dicatur ſucceſſio legitima, vt voluit *Bertaz. conſ. 498. n. 8. & ſeq. lib. 2.* quem refert, & ſequitur *Farinac. de var. ac diu. crim. quæſt. 102. num. 43.*

7 Contrarium tamen opinionem, imò ſupradicta habere locum, tàm in hæreditate ab inteſtato quã ex teſtamento, tenuerunt *Hond. conſ. 59. nu. 74. lib. 1.* latè *Eugen. d. conſ. 77. num 7. & ſeq lib. 1* & longè comprobat idem *Farinac.* ſibi contrarius *in d. conſ. 128. num. 5. & ſeq.* vbi dicit, etiam ſucceſſionem ex teſtamento dici actum legitimum, atteſtando de magis communi Doct. opinione, & dicens, ita fuiſſe iudicatum contra fiſcum, & hanc eſſe veràm ſententiam, vt teſtatur in additione ad *d. quæſt. 102. num. 43. poſt 3 vol. conſiliorum*, cum quo pertranſit, eum referendo *Maſſin. de confiſc. bonor. dict. quæſt. 24. num. 18.*

8 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in fratre occidente fratrem per aſſaſſinium, quia tunc efficitur inſucceſſibilis ipſo iure *cap. 1 de homic. in 6.* & ideò cum tanquam incapax non ſuccedat fratri, ſequitur, quod fiſcus non poſſit ab eo auferre tanquam ab indigno partem, quam non acquiſiuit, vt conſuluerunt *Barba. conſ. 8. ſub num. 11. lib. 3.* vbi dicit, ita fuiſſe conſultum, & ſeruatũ Ciuitate Ferrariæ, *& Menoch. conſ. 502. nu. 9. lib. 5.* quod refert, & ſequitur *Farinac. de homic. d. quæſt. 120. num. 38.* poſt eum *Michal. de fratr. d. par. 3. cap. 56. num. 44.*

9 Declara d. concluſionem principalem, quod fiſco non opponente de indignitate, interim frater indignus capit, & retinet hæreditatem fratris occiſi, nec tertius de iure fiſci, & de fratris indignitate dando auditur ad illius excluſionem, vt declarant *Peregr. de iure fiſci lib. 2. tit. 2. num. 8.* vbi alios dat concordantes, *Aldoui. d. conſ. 100. nu. 65. Balth Tomaſ. in ſuis tract var. tom. 1. in tract. de indign. cap. 2. num. 165. & Cancer. var. reſol. par. 1. cap. 6. num. 10.* vbi hoc limitat, niſi iam ſententia eſſet lata pro fiſco, & alios dat concordantes.

A D D I T I O.

N. 1. VBi habetur, quod frater ob mortem illatam fratri non priuatur illius ſucceſſione, ſed illa ei aufertur per fiſcum vti ab indigno adde *Illuſtriſs. D. meus Delucum Theat. ver. & iuſt. tom. 11. in tit. de ſucceſs. ab inteſt. diſcur. 27. nu. 4.* & homicidium commiſſum per fratrem in perſonam fratris dici proditorium tradit *P. Graſſet. de nece prodit. §. 18. num. 4.*

S V M M A R I V M.

1 *Fructus bonorum fideicommiſſariorum tranſeunt in fiſcum durante vita grauati delinquentis.*

Quod eo magis habet locum in damnato pro receptatione bannitorum, & in caſu Bullæ Sixti Quinti, num. 3.

Fallit quando in caſu delicti fuit factum fideicommiſſum alio ſubſtituto, num. 4.

Et ſtante prohibitione Teſtatoris alienationis bonorum extra familia, num. 5.

Licet aliqui contrarium teneant, num. 6.

Maximè ſi Teſtator prohibeat etiam vſumfructum, num. 7.

Fructus tamen annorum feudalium non confiſcantur, qui deuoluuntur vnà cum feudo ad comprehenſos in inueſtitura, num. 8.

Quid in vſufructu certorum bonorum, an tranſeat in fiſcum, vide num 9.

2 *Fructus bonorum fideicommiſſariorum ſunt grauati delinquentis.*

R E S O L V T I O XV.

Fructus bonorum fideicommiſſariorum an tranſeant in fiſcum durante vita grauati delinquentis.

1 FRuctus bonorum fideicõmiſſo ſubiectorum ob delictum à grauato commiſſum, tranſeunt in fiſcum durante vita ipſius grauati, vt tradunt *Gabr. conſ. 184. num. 1. lib. 1. Surd. conſ. 294. num. 27. lib. 2. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 78. ver. Item quæro, &c. Peregr. de iure fiſci lib. 5. tit. 1. num. 67.* plene *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 529. num. 3.* latè *Farinac. de delict. & pæn. quæſt. 25. num. 34. & 35.* vbi limitat hanc concluſionem habere locum in fideicommiſſo

miſſo facto in caſum mortis, non autem in caſu alienationis, vt ibi per eum, *Scac. de iudic. lib. 2. cap. 9. num. 1116. & ſeq. Marta de ſucceſ. legal. par. 4. quæſt. 21. art. 18. ſub num. 47. & Caren. reſolut. 48. num. 3.* vbi alios dat concordantes.

2 Fructus enim bonorum fideicommiſſariorum ſunt proprij grauati delinquentis, *Peregr. de iure fiſc. d. lib. 5. tit. 1. ſub num. 174. Guazzin. de confiſcat. bonor. concl. 13. limit. 15. num. 3. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 626. num. 16. Pol. de ſubhaſt. inſpect. 18. num. 223. Rota deciſ. 307. num. 9. par. 4. recen. tom. 2.* volentes poſſe ſuper illis per creditores exequi facere pro eorum creditis, eadem *Rota apud Merlin. de pign. deciſ. 81. num. 15.* & ideò non mirum, ſi vt grauati tranſeunt in fiſcum, vt tradunt Doctores ſupra adducti.

3 Amplia d. concluſionem, vt eò magis habeat locum in Statu Eccleſiaſtico in damnato pro delicto receptationis bannitorum, & in caſu Bullæ Sixti Quinti editæ contra bannitos, &c. quia tunc fructus bonorum fideicommiſſo ſubiectorum tranſeunt in fiſcum grauati vita durante, vt dixi etiam ſupra in verbo *Bulla, Reſol. 8. cum addit.* & not. etiam *Fuſar. de ſubſtit. d. quæſt. 529. num. 21. & P. Sanch. in Præcep. Decal. lib. 2. cap. 18. num. 19.*

4 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum quando in caſu delicti fuit factum fideicommiſſum alio ſubſtituto, ne bona tranſeant in fiſcum, quia tunc fructus in fiſcum non tranſeunt, nec illos poteſt capere, vt declarant *Farinac. de delict. & pæn. d. quæſt. 25. num. 39. ver. limita tertio Fuſar. de ſubſt. d. quæſt. 529. num. 4.* & dixi latius ſupra in ver. *Confiſcatio, Reſol. 6. n. 3. cum addit. ibi.*

5 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando vltra tacitam prohibitionem legis de non alienando bona fideicommiſſaria, extat etiam expreſſa prohibitio teſtatoris, ne bona alienentur præcipuè extra familiam, quia tunc fiſcus non poteſt capere fructus bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, neque durante vita grauati, qui delictum commiſit, vt not. *Clar. in pract. d. quæſt. 78. num. 10. Odd. conſ. 53. ferè per tot. Farinac. de delict. & pæn. d. quæſt. 25. num. 35. & ſeq.* vbi dicit, ab hac opinione, vt veriſſima, & communiter recepta non eſſe recedendum reprobato *Alciat. contrarium tenente conſ. 783. Guazzin. de confiſc. bonor. concl. 13. limitat. 17. num. 13.* vbi plures dat concordantes, *Scac. de iudic. lib. 2. d. cap. 9. num. 1116. & ſeq. Fuſar. de ſubſt. d. quæſt. 529. num. 6.* vbi plures dat concordantes, & teſtatur de communi opinione etiam in crimine hæreſis, & læſæ maieſtatis, præterquam in fideicommiſſo facto in contractu vt ibi per eum *Ciriac. controu. 491. nu. 12. Fulgin. de iure emphi. in tit. de ſucceſ. in bon. emphi. quæſt. 4. num. 12.* loquens in emphiteuſi prohibita alienari, *& Carena in d. reſol. 48. num. 4.* vbi probat, neque in d. caſu tranſire in fiſcum commoditatem fructuum, & idem latè comprobat *P. Sanch. in Præcep. decal. lib. 2. cap. 18. num. 15. & ſeq.* vbi hanc limitationem dicit probabiliorem, & aliquas dat limitationes, quas vide ibi per eum.

6 Licèt contrarium tenuerint *Caſtren. Alciat. Menoch. Ant. Gomez, & alij relati per Fuſar. in d. quæſt. 529. num. 27.* vbi dicit, ita ſeruari in Dominio Veneto, *& per P. Sanch. in d. cap. 18. num. 14.* contra quos adeſt verior, & magis communis opinio, de qua ſupra.

7 Amplia primò d. ſecundam limitationem, vt eò magis habeat locum, quando Teſtator non ſolum prohibuit alienationem bonorum, vt ſupra, ſed etiam vſumfructum, quia tunc certum eſt, fructus nullo modo, nec illorum commoditatem tranſire in fiſcum, vt docent *Gabr. conſ. 118. num. 12. & ſeq. lib. 1. & conſ. 162. num. 16. & ſeq. lib. 2. Surd. conſ. 116. num. 73. lib. 1. Paſchal. de de patr. poteſt. par. 1. cap. 3. num. 9. ver. pro harum, & c. Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 1. cap. 19. num. 33.* plenè *Caren. in d. reſolut. 48. num. 5.* vbi alios dat concordantes, quamplures.

8 Limita tertiò dictam concluſionem, vt non habeat locum in fructibus, & commoditate bonorum feudalium, qui cum bannitus habeatur pro mortuo, commiſſo delicto per Vaſſallum deuoluuntur vna cum feudo ad comprehenſos in inueſtitura, vt docent *Boſſi. in pract. in tit. de public. bonor. ſub num. 53. Farinac. de delict. & pæn. dict. quæſt. 25. num. 68.* vbi licet plures Doctores referat tenentes contrarium in hac tamen opinionem reſidet tanquam communi, *Ciriac. d. contr. 491. num. 9.* & idem eſſe in fructibus bonorum emphyteuticorum habitorum ab Eccleſia, probat late *Fulgin. de iur. emphit. in tit. de ſucceſſ. in bonis emphit. quæſt. 4. num. 8.*

9 Declara dictam concluſionem, quod vſusfructus certorum bonorum, puta reſeruatus ſi vſufructuarius, cui confiſcantur bona, non patiatur mediam, vel maximã capitis diminutionem, tunc quia vſus fructus durat tranſit in fiſcum, donec vſufructuarius viuit, ſi verò patitur aliquam ex dictis capitis diminutionibus, prout patitur, qui condemnatur ad mortem, & qui ſi deueniat in fortijs Curiæ, amitteret vitam, & tunc quia vſusfructus extinguitur, & conſolidatur cum proprietate, non venit in confiſcatione, cum non emptis nullæ ſint qualitates, vt declarant *Plot. conſ. criminal. diuerſ. 130. num. 24. lib. 1. Pancirol. conſ. 181. num. 21. Peregr. de iure fiſc. lib. 5. tit. 3. ſub num. 73. & num. 116. & Guazzin. de confiſcat. bonorum concluſ. 13. limitat. 22. num. 3.* quos refert, & ſequitur *Ciriac. contro. 493. num. 4. 5. & ſeq.* vbi dicit, hanc eſſe iuridicam diſtinctionem, & vide dicta ſupra in verbo *Confiſcatio, Reſolut. 12. & 13.*

CONFRONTATIO.

SVMMARIVM.

1 *Confrontatio teſtium cum reo non eſt neceſſaria, & omiſſa proceſſum non vitiat.*

Eſt tamen neceſſaria, quando teſtes deponunt non cognoſcere delinquentem de nomine, ſed ſolùm de viſu, & ex veſtimentis, num. 4.

Et quando teſtis deponit de directo contrarium contra reum, num. 6.

Contrarium tamen tenent plures Doct. n. 7.

2 *Confrontatio habet vim citationis ad videndum iurare teſtes.*

5 *Confrontatio, ſeù recognitio quomodo ſit facienda, remiſſiuè.*

8 *Confrontatio eſt res periculoſa, & ideò Iudex admodum cautè circa illam debet agere circa perſonas confrontandas.*

3 *Confrontatio non eſt neceſſaria, quando reus vult habere teſtes examinatos pro ritè examinatis.*

RESOLVTIO I.

Confrontatio teſtium cum reo an ſit neceſſaria, ita vt omiſſa vitiet proceſſum.

1 CONfrontatio teſtium cum reo non eſt de iure neceſſaria, neque de ſubſtantia proceſſus, ita vt, ſi fuerit omiſſa, illum non vitiet, licèt practica illam admittat, cum ex ea veritas magis eluceſcat, vt tradunt *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 45. ver. Ego certè &c. Farinac. de teſt. quæſt. 72. num. 39.* vbi dicit, eſſe in facultate Iu-

dicis

dicia teſtes confrontare, vel illos repetere, vt ibi per eum, *Carta. in pract. inter reo. lib. 3. cap. 1. num. 89. Scac. de iudic. lib. 1. cap. 86. num 153. ver. tamen non eſt &c. Ambroſ in proc. infor. lib. 2. c. 9. n. 20. & ſeq. Guaz. def. 20. c. 19. in prin. & n. 10. Vermigl. conſ. 257. in prin. & Calu. de aquit lib. 2. c. 179. n. 3. & 19.*

2 Confrontatio enim habet vim citationis ad videndum iurare teſtes, *Clar. in d. quæſt. 45. ver. ſed in propoſito, &c.* & ibi *Baiard. num. 63. Farinac. conſ. 58. num. 14. lib. 1.* latè *Cabal. reſol. crimin. caſu 269. num. 15. & ſeq. cent. 3. Vermigl. d. conſ. 257. num. 1.* ad quem effectum cum ſit proditum remedium ordinarium repetitionis teſtium, ideò ad remediũ extraordinarium confrontationis non eſt recurrendum, vt not. *Cranet. conſ. 287. num. 2. Coſta in ſua pract. conuen. par. 1. num. 146. Ambroſ. in proc. inform. d. cap. 9. num. 21 Calui. de æquit d. cap. 179. num. 4. & Rota deciſ 351. num. 19. par. 5 recen.*

3 Amplia d. concluſionem, vt eo magis confrontatio non ſit neceſſaria, quando reus vult declarare velle habere teſtes per Curiam examinatos pro ritè, & rectè receptis, & examinatis ſaluo iure opponendi &c. quia tunc per d. declarationem defectus citationis ad videndum iurare teſtes dicitur ſanatus, & ſic nulla requiritur teſtium repetitio, nec confrontatio, vt ſentit *Cabal. reſ crim. caſu 269. n. 20. cent 3* & clariùs *Guaz. def. 20. c. 21 n. 8.*

4 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando teſtes deponunt, reum delinquentem non cognoſcere de nomine, ſed ſolùm de viſu, vel ex veſtimentis, ſeù ex aliqua alia qualitate, quia tunc confrõtatio teſtis cum reo eſt omninò neceſſaria, licèt illa in hoc caſu potius dicatur recognitio, quam confrontatio, vt docent *Foller. in pract. in ver. capiat informationem, num. 46. & in ver. & ſi compareant in prin. Clar. in pract. d. quæſt. 45. ver. ſed in propoſito &c. Cartar. in pract. inter reo lib. 3 cap. 1. num. 89. Scacc. de iudic lib. 1. cap. 86. nu. 53 ver. ſi de viſu tantùm &c. Ambroſ in proc. info. lib. 2. cap. 9. nu. 27.* bene *Guazz. d. defen. 20. cap. 19. num. 7.* vbi alios dat concordantes, *& Calui. de aquit. d. cap 179. num. 20.*

5 Quomodò verò d. confrontatio, ſeù recognitio ſit facienda, dixi infra in ver. *Recognitio Reſol. 1. num.* ... Vide ibi.

6 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando teſtis deponit contrarium de directo contra reum, quia tunc confrontationem eſſe neceſſariam, dicit *Ambroſ. in proc. infor. lib. 2. cap. 9. num. 23. & 24.* vbi dicit, idem eſſe, quando teſtes ſunt contrarij inter ſe, vt ibi per eum.

7 Contrarium tamen, imò neq; in d. caſu confrontationem eſſe neceſſariam, ſed tantùm vtilem, voluerunt, & meliùs *Clar. in pract. in d. quæſt. 45. ver. ſed in propoſito &c. Scacc. de indic. d. lib. 1. cap. 86. nu. 53. ver. ſi de conſuetudine &c. & Guazz. d. defen. 20. cap. 19. num. 4.* nec *Feder. de ſen. conſ 162.* nec *Alex. in conſ. 34. num. 4. lib. 3. per Ambroſ.* adducti illius probant intentionem. vt ex eis eſt videre.

8 Declara d. concluſionem, quod confrontatio eſt res per ſe periculoſa, & ideò Iudex non debet eſſe facilis in deueniendo ad eam, maximè quando confrontandus eſſet ſeruus cum domino, filius cũ patre in caſu à iure permiſſo, pauper, & vilis cum nobili, & timidus cum potenti, quia iſti difficulter ob metum, vel reuerentiam contra prædictos in illorum faciem illorum dictum confirmare audent, ſaltem abſque aliqua vacillatione, & aliquandò non ſinè debilitatione, vel deſtructione eorum depoſitionis, & ſic proceſſus corruunt, vt admonent *Ambroſ. in proc. infor. d. lib. 2. cap. 9. num. 16. & ſeq. Guazz. d. defen. 20. cap. 19. num. 3. Carta. in pract. inter. reo. lib. 3. cap. 1. num. 97. Scac. de indi. d. lib. 1. cap. 86. ſub num. 53. & Calui. de aquit. d. lib. 2. cap 179. num. 11. & ſeq.*

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod confrontatio teſtium cum reo non eſt neceſſaria, & omiſſa non vitiat proceſſum adde *Zuff. de legit. proc. crim. lib. 3. quæſt. 133. num. 4. & ſeq.* vbi dicit illa vtendum non eſſe, niſi in caſibus, in quibus à conſuetudine, & praxi reperitur adhibita, cum loco illius habeamus repetitionem, & ſic remedium ordinarium, *& quæſt. 144. in prin.* quem videas cum *quæſt. ſeq.* in quibus latè agit de hac materia.

N. 4. Vbi habetur, quod confrontatio eſt neceſſaria quando teſtes deponunt non cognoſcere delinquentem de nomine, ſed ſolum de viſu, & ex veſtibus adde *Zuff. de legit. proc. crim. lib. 3. quæſt. 133. num. 1. & ſeq. & quæſt. 135. per tot. & Scialo. in prax. torq. reos cap. 6. n. 31. & 32.*

N. 7. Vbi habetur, quod confrontatio non eſt neceſſaria, etiam ſi teſtes reo contrarientur adde *Zuff. de legit. proc. d. quæſt. 133. num. 7. & quæſt. 143. num. 10. & ſeq.* melius declarantem.

N. 8. Vbi habetur, quod confrontatio eſt res periculoſa, & ideo non eſt confrontandus filius cum patre, ſeruus cũ domino, & ſimil. adde *Zuff. de legit. proc. d. q. 133. in fin.*

Adde vlterius alium caſum, in quo eſt neceſſaria confrontatio nempè in ſocio criminis, qui debet confrontari cum nominato, de qua materia vide *Zuff. de legit. proc. crim. quæſt. 152. per tot.* & idem dicit, habere locum quando quis confitetur delictum, & negat offenſum, & de materia confrontationis ſocij vide infra in verbo *Socius criminis Reſol. 2. num. 15.*

SVMMARIVM.

1 *Teſtes cogi poſſunt per Iudicem ad ſe confrontandum cum reo.*

Non tamen reus cogere poteſt Iudicem ad confrontandum teſtes cum eo, num. 2.

Licèt contrarium de æquitate teneat Calui: relatus, num. 3.

Teſtes autem debet confrontari ſeparatim, & non inſimul. num. 4.

Et quomodo cogi poſſunt remiſſiuè, num. 5.

RESOLVTIO II.

Teſtes an cogi poſſint per Iudicem ad ſe confrontandum cum reo.

1 TEſtes cogi poſſunt per Iudicem ad ſe confrontandum cum reo, contra quem depoſuerunt, vt tradunt *Baiard. ad Clar. §. fin. quæſtion. 45. num. 62. Cartar. in pract. inter. rea. lib. 3. cap. 1. num. 93.*

num.93. Scac.de iudic.lib.1.cap.86.num.58.Guazzi. def.20.c.19.n.8.& Calui.de æquit.lib.2 c.179.n.33
Sicut enim teſtes cogi poſſunt per Iudicem ad ſe examini ſubijciendum *Guazz.defen.14.cap 11.num 14. Ambroſ.in proc.infor.lib.1.cap.3.num.3.Calui.de æquit.d.cap.179.num. 34.& ſeq.* & dicetur infra latius in ver. *Teſtis Reſol.* 18. *in prin.* ita cogi poſſe debent ad ſe cum reo confrontandum, vt tradunt *Scacc. de iudic. in d. cap. 86. num. 58. & Guazzin. d. defen. 20. cap. 19. num. 8.*

2 Declara d. concluſionem, quod licèt Iudex poſſit cogere teſtes ad ſe confrontandum cum reo, non licèt tamen reo Iudicem cogere ad confrontandũ teſtes cum ipſo de conſuetudine, cum iura, & Doctores admoneant Iudices, vt non deueniant ad confrontationem in aliquibus caſibus, quos recenſui *in reſol.præced.in fin.* vt docent *Farinac. de teſt. quæſt.72.num.142.* vbi dici, quod Aduocati in Alma Vrbe nunquã potuerunt id obtinere, *& Guazz, d.defen.20. cap.19. num. 11.*

3 Licèt de æquitate illam eſſe reo inſtanti concedẽdam, ſcripſerit *Calui.de æquit. lib.2. cap 179 nu.9.* admonẽdo Iudicem, vt in hoc ſit maximè circumſpectus, ob impoſturas, quæ ei fieri poſſunt, vt ibi per eum, & ſentit *Porrus in ſuo faſcic. §.repetitio teſtis ver. Confrontatio,*

4 Declara ſecundò d. concluſionem, quod teſtes plures confrontandi cum reo non debent omnes ſimul cum eo confrontari, ſed ſeparatim, & ſinguli ſunt confrontandi vnus videlicet poſt alium, cũ teſtes debeant ſecretò deponere, itaut nemo ſciat depoſitionem alterius, vt declarant *Cartar. in prac. inter.reo.lib.3.cap.3 num 28.Guazzi.defen 20.cap. 20.num.4. Scacc.de iudic lib.1 cap.86.num 60.* vbi dicit, prædicta habere locum etiam in confrontatione ſociorum criminis, vt ibi per eum, *& Ambr. proceſ.infor.lib.2. cap. 9. num 15.*

5 Declara tertiò d.concluſionem, vt d. teſtes recuſantes, ſe cum reo confrontare, vt ſupra, cogi ad id poſſint mulcta indicta, captis pignoribus, per carcerationem, & per exilij comminationem, vt probaui infra in ver. *Teſtis Reſol.* 18.*num.*1. vide ibi.

ADDITIO.

*N.*2. VBi habetur, quod reus non poteſt cogere teſtes ad ſe confrontandum cum ipſo adde *Zuff. de legit. proc. lib. 3. quæſt. 123. num. 11.*

N. 4. Vbi habetur, quod teſtes debent confrontari ſeparatè, non autem in ſimul adde *Zuff. de legit. proc. crim. lib. 3. quæſt. 136. per tot.*

SVMMARIVM.

1 *Confrontatio teſtium cũ reo habet vim citationis ad videndum iurare teſtes.*

2 *Confrontationis in actu teſtes debent iurare denuò.*

Et debent ſeruari omnia, quæ requirebantur in primò examine, num. 3.

Et reus in actu confrontationis poteſt teſtes interrogare, num. 4.

5 *Confrontatio ſocij criminis, vel teſtium, quando reus torquetur denegatis defenſionibus, debet eſſe ſicca.*

6 *Confrontatio non eſt facienda, quando teſtibus imminet periculum ob potentiam rei.*

RESOLVTIO III.

Confrontatio teſtium cum reo an habeat vim citationis ad videndum iurare teſtes.

1 COnfrontatio teſtis facta cum reo per Iudicem obtinet vim citationis ad videndum iurare teſtes, & ſic habet vim repetitionis, ita vt, facta confrontatione, dicatur receptum examen ipſo reo citato, & teſtes dicantur legitimè recepti, licèt reus non fuerit citatus, nec requiratur alia teſtium repetitio, vt tradunt *Clar.in pract.§.fin.quæſt.45.ver ſed in propoſito &c. & ibi Baiar.num.63.Surd.conſ.328.num.4.lib.1.Farinac.de teſti.quæſt.72. num.139. & conſ.38. num. 14.lib.1.Scac.de iudic lib.1.cap.86. num.53.ver.ſed etiam &c. & num.54. Caball.reſol.crim.caſu 269. num.15. & ſeq.cent.3.Guazz. defen. 20. cap. 21. in prin.Ambroſ.in proc.inform.lib.2 cap.9.num.2.Vermiglio. conſ 257. in princ.& Calui. de æquit. lib.2. cap. 179. in princ.*

2 Cum enim in actu confrontationis teſtis ſit deferendum iuramentum, reo præſente licèt in prima depoſitione iurauerit, vt docent *Cartar. in pract. inter.reo.lib.3.cap.3. nu* 28. vbi alios dat concordantes, *Ambroſ.in proc.inform.d.cap.9. in prin.* & teſtis debeat omnia per eum depoſita in faciem rei confirmare, nil mirùm ſi d. confrontatio dicatur habere vim citationis ad videndum iurare teſtes, vt tradunt omnes Doctores ſupra adducti, & in ſpecie *Cabal.reſol.crim.caſu 269.n.15 et 16.cent.3.*

3 Declara primò d. concluſionem, vt in confrontatione facienda ea omnia ſeruari debeant, quæ requiruntur in primò examine, ac ſi teſtes nunquam fuiſſent examinati, vt tradunt *Clar.in d. quæſt.45. ver.cæterum &c. Hond.conſ 101 num.30.lib.1.Farinac.conſ 55.nu.4.in fin.lib.1 Guazz. defen.20.cap. 20.num.7.* vbi ideò dicit, requiri iuramentum, torturam & ea omnia quę facta fuerunt in primò examine, vt puta in ſocio criminis, vt ibi per eum, cum quibus pertranſeunt *Ambroſ in proc. inform. lib.2.cap.9.in prin Scacc.de iudic.d.cap.86.num.67. & Caluin.de æquit. lib. 2. cap. 179. num. 16.* vbi alios dat concordantes.

4 Declara ſecundò d. concluſionem, quod reus in actu confrontationis poteſt teſtes confrontatos interrogare dando interrogatoria in ſcriptis, vt docent *Clar. in pract.§.fin.quæſt.45 ver.ſed in propoſito &c. Hond d. conſ.101. num 26. lib.1. Pract. Archiep.Neap.cap.28.num.13. Ambroſ. in proc.infor. lib.2.cap 9.num.35 & ſeq. Guazz.defen.20.cap.21. num. 6.* vbi dicit, ita ipſum in contingentia facti obtinuiſſe, & reddit rationem, quod confrontatio tollit ſolùm defectum citationis ad videndum

iurare

iurare teſtes, & ideò non debet operari, quod reus non valeat teſtes ſuper ſuis interrogatorijs interrogare, vt ibi per eum.

5 Declara tertiò d.concluſionem, quod reus quando torquetur denegatis defenſionibus, confrontatio ſocij criminis, vel teſtium debet fieri ſicca, hoc eſt ſine expreſſione circumſtantiarum, & qualitatum delicti, ad hoc vt cognoſcatur, ſi poſtea reus ita tortus fateatur, an dixerit veritatem, nec ne, confrontando ſe, vel non cum qualitatibus, & circumſtantijs ei non notificatis, vt benè docet *Farinac.de teſtib.quæſt.72.num.139.ver.Verùm quando &c. & in conſ.185.num.11.lib.2.*

6 Declara quartò d.concluſionem, quo ad confrontationem teſtium examinatorum cum reo faciendam non ſit deueniendum, quando ipſis teſtibus poteſt imminere periculum ob potentiam rei, quo caſu eſt etiam abſtinendum a publicatione nominum teſtium, vt aduertunt *Clar in prac.§.fin.quæſt.49.ver.Habetq.locum, &c* vbi dicit, ita pluries fuiſſe ſeruatum, *Scac.de iudic.lib.1.cap.86.num.53.& cap.87.num.18.Cartar.in pract.inter.reo.lib.3.cap.1.num.99.& ſeq.& Caluz.de aquit.lib.2.cap.176.num 28.* vbi dicit, ita pluries in contingentia facti vidiſſe ſeruatum.

ADDITIO.

N.1. VBi habetur, quod confrontatio teſtium cum reo habet vim citationis ad videndum iurare teſtes, itaut non requiratur alia teſtium repetitio, adde *Zuff. de legit.proceſ.crim.lib.3.quæſt.134.in fin. & quæſt.137.num.1.& ſequen.*

N.4. Vbi habetur, quod reus in actu confrontationis poteſt teſtes confrontatos interrogare dando interrogatoria adde *Zuff. de legit. proc. crim. lib. 3. cap. 154. num. 6.*

N.5. Vbi habetur, quod confrontatio ſocij criminis, vel teſtium quando reus torquetur denegatis defenſionibus debet eſſe ſicca, hoc eſt ſine expreſſione qualitatum delicti adde *Zuff. de legit. proc. lib. 3. quæſt. 147. num. 9.*

SVMMARIVM.

1 *Confrontatio teſtium non impedit, quin reus poſſit facere repeti teſtes ſuper ſuis interrogatorijs.*
Licèt contrarium teneant aliqui Doctores, n.2.
Quæ opiniones concordantur, num 3.
Licèt indiſtinctè illam eſſe concedendam, teneant Farinac. & Guazz. *relati, num. 4.*

RESOLVTIO IV.

Confrontatio teſtium an impediat, quin reus poſſit repeti facere teſtes ſuper ſuis interrogatorijs.

1 COnfrontatio teſtium facta per Iudicem cum reo non impedit, quin reus poſſit repeti facere teſtes confrontatos ſuper ſuis interrogatorijs, & ſic non tollit reo repetitionem teſtium, vt latè comprobat *Hondel. conſ. 101. num. 25. & pluribus ſequen, lib. 1.* vbi alios dat concordantes, *Farinac.de teſti. quæſt.72.num.144.& ſeq.* vbi dicit, d. repetitionem de iure eſſe omninò concedendam, latè comprobans, *& Guazz.defen.20.cap.21.num.3.* vbi hanc concluſionem dicit eſſe de iure veriorem.

Licèt enim confrontatio ſuppleat defectum citationis ad videndum iurare teſtes, vt probaui ſupra *reſol. præced. in prin.* non tamen ſupplet defectum interrogatorium, cum quibus teſtes debent examinari, & repeti ad inſtantiam partis, vt not. *Hond. d.conſ 101.nu.28.& ſeq.& Farin.de teſt.d.quæſt.72.num.144.& ſeq.* vbi alias cumulat rationes.

2 Licèt contrarium tenuerint *Clar.in pract.§ final. quæſt.45.ver.ſed in propoſito, &c. & Caball.reſol.crim caſu 269.num.18.& ſeq.cent.3.* vbi dicit, ita ipſum obſeruaſſe, & ab alijs etiam obſeruari vidiſſe, & alios dat concordantes.

3 Declara d.concluſionem, ita concordari poſſunt contraria, vt non habeat locum, quando reus eſt perſona ſagax, & monitus a Iudice ad dandum interrogatoria teſtibus confrontandis, illa dedit, eoſque ſufficienter interrogauit, ita vt reſultauerit idem effectus, qui reſultaret ex ipſa repetitione ſuper interrogatorijs, & tunc ampliùs teſtes repetere non poteſt, ſecùs tamen eſt, ſi reus teſtes confrontatos non interrogauit, ſeù ad ſufficientiam illos non interrogauit, quia tunc concedenda ei eſt repetitio ſuper ſuis interrogatorijs, & eò magis, ſi reus eſt perſona rudis, vel ſi ius repetendi ſibi reſeruauit, vt tradunt *Hond d.conſ.101.nu.26.lib.1. Farinac de teſtib.d.quæſt.72.num.145.& ſeq.* cum quibus pertranſeunt *Guazz d.defenſ.20.cap.21 nu.4.Ambroſ in proc.infor.lib.2.cap.9.num.35.& ſeq. & Vermigl.conſ 257.num.4.& ſeq* vbi dicit, prædicta non habere locum, quando reus noluit in confrontatione interrogare teſtes, neque poſtea citatus ad dandum interrogatoria, illa dare non curauit, vt ibi per eum.

4 Licèt d. repetitionem reo indiſtinctè eſſe de iure concedendam, tenuerint *Farinac. de teſtib.d.quæſt.72.num.146.* benè comprobans, *& Guazz. d.cap.21.num.4.* a quorum opinione, cum defenſio ſit fauorabilis, & ideò potiùs ſit amplianda, quam reſtringenda, vt dicam infra in verbo *Defenſio*, vti æquiori, & veriori, in practica non eſſe recedendum, crediderim.

ADDITIO.

N.9. VBi habetur, quod confrontatio non impedit, quin reus poſſit teſtes repetere ſuper ſuis interrogatorijs adde *Zuff. de legit. proc. lib. 3. quæſt.138. num. 2. & ſeq.* latè comprobantem, non obſtante, quod contrarium olim mandauerit *Clemen.VIII. & quæſt. 139.* idem tenet non attenta diſtinctione de reo ſagaci, qui voluit teſtes interrogare, & de reo rudi, quam ſeruari vidiſſe dicit *Farinac. in addit. ad quæſt. 72. de teſtib. num. 145. cum alijs hic adductis num. 3.* ipſum conſulas, qui benè comprobat.

COPIA

COPIA PROCESSVS.

SVMMARIVM.

1 *Copia proceſſus dari debet reo per Iudicem antequam contra illum deueniat ad torturam, etiam ſi non ſit petita, & reus ſit ſagax,*
Licèt contrarium teneant plures Doct. num. 2.
Quod procedit, quando proceſſus eſt completus, & legitimatus, aliàs ſecùs, num. 3.
Et reus debet copias ſuis expenſis conſequi a Cancellario, num. 4.
Niſi Inquiſitus ſit pauper, cui dandæ ſunt copiæ gratis, num. 5.
Iudex debet reo prouidere de Procuratore, & Aduocato, num. 6.

RESOLVTIO I.

Copia proceſſus an ſit danda reo per Iudicem antequam contra eum deueniat ad torturam etiam ſi non ſit petita.

1 COpia proceſſus offenſiui decerni, & dari debet reo per Iudicem ex officio antequam contra illum deueniat ad torturam, etiam ſi non fuerit petita, & ſiuè reus ſit perſona rudis, ſiuè ſagax cum ipſe teneatur ex officio quærere de innocentia Inquiſiti, vt tradunt *Marſil. in pract. §. nunc videndum num. 6. & 7. Nouell. ad defen. in tit. an ind. pro reu dan. ſint nu. 3. Adden. ad Farinac. conſ. 19. litera F. lib. 1. Farinac. conſ. 156. num. 46. lib. 2.* plenè idem *Farin. de indic. & tort. quæſt. 39. num. 98. & 99.* vbi teſtatur, hanc opinionem eſſe magis communem, & magis conſonam iuri, æquitati, & rationi, & quod ab ea in iudicando, & conſulendo non eſt recedendum. *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 10. nu. 159. Guazz. defen. 24. cap. 2. num. 5.* latè comprobans, & alios adducens concordantes, & præcipuè *Bullam Pauli III. & Reformationem Pauli V. & Ambroſ. in proc. infor. lib. 3. cap. 1. num. 5. & 6.* vbi dicit, ita eſſe ſeruandum, & illam eſſe dandam ante condemnationem, licèt non petitam *Antonel. de temp. legal. lib. 4. cap. 19. num. 5.*

Sicut enim Iudex eſt ſollicitus in perquirendo etiam ex officio informationes contra reum pro fiſco, ita debet eſſe ſollicitus etiam ex officio in concedendo defenſionem reo, cuius cauſa eſt magis fauorabilis, vt not. *Marſill. d. §. nunc videndum num. 7. Guazz. d. cap. 2. ſub num. 5. Farinac. d. quæſt. 39. num. 68. Vermig. conſ. 15. in prin. & conſ. 36. num. 1.*

2 Licèt contrarium, imò Iudicem non teneri ad dandum, & decernendum copias proceſſus reo inquiſito, niſi per eum fuerint petitæ, maximè, ſi inquiſitus ſit perſona ſagax, teneatur *Boſſi. in pract. in tit. de iudic. & conſid. ante tort. num. 79.* vbi teſtatur de communi, & practicata opinione, *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 49. ver. ſed nunquid, &c. & quæſt. 64. ver. ſed quid, ſi ille, &c. in fin. Rolan. conſ. 12. nu. 52 lib. 3. Vulpel. conſ. 74. num. 7. & ſeq.* vbi hanc dicit receptiorem opinionem, & alij plures, quos refert *Farinac. in d. quæſt. 39. num. 90.* & refert, & ſequitur *Cartar. in pract. inter. reo. lib. 3. cap. 3. nu. 49. & ſeq.* latè comprobans, & dicens contrarium eſſe ſeruandum in perſona rudi, & idiota, & ante condemnationem, quando reus eſſet conuictus, vel confeſſus, vt ibi per eum.

3 Declara primò d. concluſionem, vt habeat locum, quando proceſſus eſt completus, & legitimatus, ita vt teſtes pro curiæ informatione examinati abſque citatione partis, parte deinde citata, fuerint repetiti, vel in faciem rei confrontati, vel habiti per partem pro ritè, & rectè receptis, & examinatis, & non alias, cum priùs copiæ non ſint reo tradendæ, vt latè comprobat *Cartar. in pract. inter. reo. d. lib. 3. cap. 3. num. 56. & plur. ſeq. & Ambroſ. in proc. inform. lib. 3. cap. 1. num. 30.* & ſcribit etiam *Guazz. defen. 24. cap. 1. nu. 3. & cap. 3. num. 11. & ſeq.* & ita de conſuetudine ſeruari, dicit etiam *Scac. de iudi. lib. 1. cap. 100. num. 11. ver. ſi loquimur de conſuetudine, &c.* pro vt ego quoque ſemper ſeruaui, & per alios ſeruatum vidi, quicquid contrarium aſſerat *Farinac. de indic. & tortu. d. quæſt. 39. num. 154. ver. verùm &c.* cuius opinio ſaluari poteſt quo ad ſtylum Vrbis, de quo teſtantur *Cartar. in d. cap. 3. nu. 67. et Ambroſ. in d. cap. 1. num. 43. et ſeq.* per rationem ab eis adductam, aliàs malè diceret, & contra communem practicam ferè omnium Tribunalium, iudicio meo.

4 Declara ſecundò d. concluſionem, vt Iudex muneri ſuo ſatisfaciat copias proceſſus reo decernendo, abſque eo, quod aliud faciat, quia ſi reus illas velit, debet proprijs ſumptibus illas a Notario ſibi tradi facere, vt docent *Cla. in pract. §. fin. quæſt. 49. ver. ſed nunquid etc. Ambr. in proc. infor. lib. 3. cap. 1. nu. 27. Scac. de iudic. lib. 1. cap. 100. nu. 8. & Guazz. d. defen. 24. cap. 1. num. 2. et cap. 3. nu. 12.* vbi alios dat concordantes.

5 Limita d. ſecundam declarationem, vt non habeat locum in Inquiſito paupere, quia illi eſt danda copia proceſſus gratis, & abſque aliqua expenſa, tam de iure communi, quam vigore *Bullarum Pij IV. et Pauli III.* per quas diſponitur, quod copiæ indiciorum, ſeu illorum originalia tradantur Aduocato, vel Procuratori pauperis videnda gratis, vt tradunt etiam *Cartar. in pract. inter. reo. lib. 3. cap. 3. num. 55. Guazz. d. defen. 24. cap. 2. num. 10. et cap. 3. num. 12. Ambroſ. in proc. inform. lib. 3. cap. 1. num. 28. et Scac. d. cap. 100. num. 8.*

6 Adde pro coronide, quod Iudex, non ſolùm debet dare copiam proceſſus Inquiſito, ſed debet etiã ei prouidere de Procuratore, & Aduocato, maximè, ſi Inquiſitus ſit pauper, & non adſit in loco Procurator, & Aduocatus pauperum, vt tradunt *Farinac. de indi. et tort. d. quæſt. 39. nu. 95. et Guazz. d. defen. 24. cap. 2. num. 8.* & dixi latiùs ſupra in ver. *Aduocatus Reſol. 1. per tot.*

Vtrum verò prædicta locum habeant in atrociſſimis dicam infra in ver. *Tortura Reſol. 4. num. . . .*

ADDI-

A D D I T I O.

N. 1. VBi habetur, quod copia proceſſus dari debet reo ante torturam etiam ſi non ſit petita adde, *Zuſſ. de legit. proceſ. crimin. lib. 2. quæſt. 76. num. 1. & ſeq.* vbi reprobat *Boſſi. contrarium tenentem & Scialo. in prax. torq. reos cap. 6. num. 11. & ſeq.* vbi dicit hoc habere locum etiam in atrocibus, & quod non data copia indiciorum confeſſio eſt nulla, quicquid ſit, ſi reus copias recuſet, & vide infra in verbo *Tortura Reſolut. 4. cum addit.*

N. 3. Vbi habetur, quod copia proceſſus non eſt danda reo niſi legitimato proceſſu adde *Scialo. in prax. torq. reos cap. 6. num. 16.* vbi dicit ita ſeruari in practica.

N. 4. Vbi habetur, quod reus copias proceſſus proprijs ſumptibus recipere debet adde *Scialo. in d. cap. 6. num. 18.* niſi tamen ſit pauper, vt habetur *hic num. 4.* quia tunc dandæ ſunt gratis, concordat *Scacc. de appellat. quæſt. 15. nu. 50.*

N. 6. Vbi habetur, quod Iudex debet prouidere reo de Procuratore, & Aduocato adde *Scialo. in prax. torq. reos d. cap. 6. num. 15. in fin.*

S V M M A R I V M.

1 *Copia proceſſus, quando ſunt plures rei, quorum aliqui ſunt abſentes, non datur reo præſenti, niſi priùs reis abſentibus condemnatis.*

R E S O L V T I O II.

Copia proceſſus quando ſunt plures rei, quando aliqui ſunt abſentes an danda ſit reo præſenti non condemnatis prius abſentibus.

1 COpia proceſſus, quando plures ſunt inquiſiti, quorum aliquis captus eſt, & alij ſunt abſentes, dari non debet reo præſenti carcerato, niſi priùs alii rei abſentes fuerint in eorum cõtumaciam ſeruati ſeruandis condemnati, ne rei abſentes edoceantur de contentis contra eos in proceſſu, vt docent *Boſſi in pract. in tit. de ſent. num. 85.* vbi teſtatur de communi opinione, *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 49. verſ. ſed pone, &c.* vbi dicit, ita ſeruari in Statu Mediolani, & *Ambr. in proc. infor. lib. 3. cap. 1. num. 56.* vbi dicit, in d. caſu cautius eſſe tradere copiam proceſſus ſuppreſſis nominibus abſentium condemnatorum, vt ibi per eum.

Si enim daretur copia proceſſus reo præſenti ante condemnationem abſentium contumacium, illi inſtruerentur de indicijs contra eos exiſtentibus, & poſſent ſubornare teſtes, & poſtea cõparere deludendo iuſtitiam, quod non eſt dicendum, vt aduertunt *Boſſ. Clar. et Ambr. in locis proximè relatis.*

CORPVS DELICTI.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex antequã procedat contra aliquem, debet conſtare de corpore delicti, aliàs proceſſus eſt nullus.*

Et debet conſtare, doloſè, & ſcelere delictum fuiſſe commiſſum, num. 2.

Quod probatur per coniecturas, & præſumptiones, num. 3.

Ceſſantibus verò coniecturis, potiùs caſu præſumitur eueniſſe, num. 4.

Licèt contrarium tenuerint aliqui Doct. num. 5.

Et debet conſtare non ſolùm de delicto, ſed etiam de illius qualitatibus, num. 6.

Itaut, non conſtito de corpore delicti, non poſſit deueniri ad capturam, num. 7.

Neque ad ſpecialem inquiſitionem, num. 8.

Neque ad torturam contra Inquiſitum, nu. 9.

Neque ad condemnationem Inquiſito, nu. 10.

Et defectus corporis delicti non ſuppletur per confeſſionem Inquiſiti, num. 11.

R E S O L V T I O I.

Iudex antequam procedat contra aliquem an ei prius conſtare debeat de corpore delicti.

1 DE corpore delicti conſtare debet antequam contra aliquem ſuper crimine procedatur, aliàs proceſſus formatus per Iudicem, non conſtito de corpore delicti, eſt nullus ad tex. *in l. 1. §. item illud ff. ad Sillan.* & exclamant paſſim *Criminaliſtæ*, præcipuè *Clar. in pract. §. final. quæſt. 4. in princ. Farinac. de inquiſ. quæſt. 2. num. 1.* vbi dicit, hanc eſſe practicatam, & communem opinionem a qua nemo diſcedit, *Guazzin. defen. 4. cap. 1. nu. 1. & 5. Giurb. conſ. 37. num. 21. & 46. & conſ. 43. num. 6. & ſeq. Ambroſ. in proceſ. inform. lib. 1. cap. 1. in princ. Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 2. tit. 12. num. 170. & ſequen. & par. 3. tit. 1. num. 23. & ſeq Caball. reſolut. crimin. caſu 255. num. 1 & ſequen. cent. 3.* vbi dicit, prædicta habere locum etiam ſi delinquens eſſet per teſtes plenè conuictus, *Vermigl. conſ. 144. num. 8. et conſ. 148. num. 14. & conſ. 191. num. 12.* vbi dicit, hanc concluſionem habere locum etiam ſi Princeps motu proprio mandaret contra aliquem inquiri, vt ibi per eum *Ciriac. contr. 37. n. 2. & Illuſtr Sperel. deciſ. 136. n. 2. p. 2.*

Vbi enim lex aliquid diſponit ratione certæ rei debet priùs de illa re conſtare *l. diuus 25. ff. de milit. teſta. Boſſi. in pract. in tit. de delict. num. 26.* quem refert, & ſequitur *Farinac. quæſt. 2. num. 1. in fine Scacc. de indic lib. 1 cap. 71. num. 3. verſ ſi verò delictum etc.* & qui vult probare qualitatem, debet priùs probare ſubſtantiam, ſuper qua d. qualitas fundatur *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 9. nu. 1.* latè comprobans, *Farin. de inquiſ. d. quæſt. 2. nu. 8. in fin. Ciriac. d. contr. 37. num 1. et controu. 544. num. 31. et Paul. Rub de valid. legal cap. 16. nu. 86. et ſeq.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt non ſolùm neceſſe ſit, vt Iudex procedere valeat contra delinquentem, quod conſtet de corpore delicti, & ſic quod delictum fuerit commiſſum, ſed conſtare etiam debeat, illud doloſè, & ſcelere fuiſſe commiſſum *d. l. 1. §. item illud ff. ad Sillan.* & ſcripſerunt *Boſſi. in pract. in tit de delict. n. 3. et 4.* vbi benè exẽplificat *Folle. in prac. in ver. Capiat informationẽ n. 4 & ſeq.*

& ſeq. vbi exponit, quomodo intelligantur d. verba *ſcelero interemptum*, de quibus in *d. §. item illud, Scac. de indic. lib. 1. cap. 83 num. 3. & ſeq.* vbi ſubijcit plura exempla, quando factũ poteſt ſuccedere ſinè ſcelere, *Farinac. de inquiſ. quaſt. 2. num 1. Hond. conſ. 88. num. 11. lib. 2.* plenè *Adden. ad Ambr. in proc. infor. lib. 1. cap. 1. num. 14. Vermigl conſ. 11. nu. 13. Carena de Offi. S. Inquiſ. d. par. 2. tit. 12. n. 171.*

3 Declara primò d. ampliationem, quia ad cognoſcendum, an delictum commiſſum fuerit cum ſcelere, & doloſè, vel non, puta caſualiter, vt in reperto mortuo in puteo, in flumine, in carcere, in præcipitato ex feneſtra, in ſuſpenſo, & ſimilibus attenduntur coniecturæ, & præſumptiones, & per eas in hoc caſu dicatur probatum corpus delicti, an ſit commiſſum cum ſcelere, nec ne, vt tradunt *Boſſi. in pract. in tit. de delict. num 10. Clar in prac. §. fin. quaſt. 4. in fin. & ibi Baiar. num. 9. Scac. de indi. d. cap. 83. num. 3. & ſeq.* & benè declarat *Farinac. de inquiſ. d. quaſt. 2. num. 29. & ſeq.* vbi plures recenſet coniecturas *Ambr. in proc. infor. lib. 1. cap. 1 nu. 24. & ibi* latè *Adden.* benè *Guazzin. defen. 4. cap. 2. num. 2. & ſeq.* vbi dicit, Iudicem in d. caſu vti debere iudicio Medicorum, & Peritorum, & ſi ei conſtabit dolum, ſeù ſcelus non interueniſſe, ſilebit proceſſus, alias procedetur ad vlteriora, vt ibi per eum, quibus addo *Foller. in pract. in ver. Capiat informationem n. 24. & in ver. quod ſuffocauit vxorem n. 16. & 59. & Vermigl. conſ. 13. n. 1. & 2.*

4 Subdeclara d. primam declarationem, vt in dubio, ceſſantibus coniecturis caſu potiùs, & in naturali morbo præſumatur factum eueniſſe, vt in reperto mortuo in flumine, in puteo, in ſuffocato, & ſimilibus, quàm ex ſcelere, & doloſè, cum ſemper ſit, capienda interpretatio excluſiua delicti, vt tenent *Foller. in pract. in ver. quod ſuffocauit vxorem num. 9. & 27 Clar. in d. §. fin. quaſt. 4. in fin. Decian. tract. crim. lib. 9. cap. 3. num. 10. Scac. de indic. d. cap. 83. num. 6. & ſeq.* & hanc ſubdeclarationem benè comprobat *Farinac de inquiſ. d. quaſt. 2. num. 29. per tot.* vbi licèt in hoc multum tribuat boni Iudicis arbitrio, dicit tamen, hanc eſſe puram veritatem, & ideò in dubio ſilere debere proceſſum, vt ibi per eum, cum quibus pertranſeunt *Adden. ad Ambr. in proc. infor. lib. 1 cap. 1. nu. 14. Guazz d. defen. 4. cap. 2. nu. 2. 3. & ſeq. Gurb. conſ. 43. num 7. & P. Laym. in Theol. moral. ſect. 5. tract. 3. par. 3. cap. 1. nu. 8.*

5 Quicquid contrarium, imò in dubio præſumendũ eſſe, vt facto hominis, & cum ſcelere facta, de quibus ſupra, eueniſſe, tenuerint *Boſſi. in pract. in tit. de delict. nu. 10. Baiar. ad Clar. in d. quaſt. 4. in fin. Plàx. in epit. delict. cap. 23. num. 15.* & alij relati *per Farinac. in d. quaſt. 2. num. 29. ver. ſublimita &c.*

6 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt non ſolùm debeat conſtare de delicto, ſed etiam de illius qualitatibus, & circumſtantijs, puta quot percuſſiones, quot vulnera interuenerint, an illa ſint facta punctim, vel cæſim, & in qua parte corporis, & an ſint mortalia, & cum quo armorum genere ſint facta, vt Iudex percipere poſſit, quis teneatur de occiſo, & quis de ſimplici vulnere, ſi delictum fuerit commiſſum in pura rixa, & alia ſimilia, vt tradunt *Boſſi. in pract. in tit. de delict. num. 24. Clar. in prac. in d. quaſt. 4. num. 1.* plenè *Farinac. de inquiſ. d. quaſt. 2. num. 4.* vbi dicit, illa totum mundum obſcuruare, latè *Scac. de indic. d. lib. 1. cap. 83. num. 12. & ſeq. & Guazz d. defen. 4 cap. 2. num 8. & ſeq.* vbi dicit, Iudicem vti debere iudicio Medicorum, & Peritorum ad cognoſcendum, an vulnera ſint mortalia, nec ne, ac etiam cadauer exhumari faciendo, ſi opus ſit, vt ibi per eum, qui benè loquitur in hac materia, addo *Vermigl. conſ. 11. num. 15.*

7 Amplia tertiò d. concluſionem illatiuè, vt Iudex, non conſtito de corpore delicti, non poſſit deuenire ad capturam cõtra delinquentem, vt not. *Hond. conſ 106. num 15. lib. 1. Farinac. de inquiſ. d. quaſt. 2. num. 2.* vbi teſtatur de communi opinione, & alij plures per me adducti ſupra *in ver. Captura Reſol. 7. num. 10. & ſeq.* vbi vide de veritate huius ampliationis.

8 Amplia quartò d. concluſionem illatiuè, vt Iudex, non conſtito de corpore delicti, non poſſit contra imputatum de crimine tranſmittere inquiſitionẽ, neq; illum inter reos conſtituere, vt docent *Rolan. conſ. 51. num. 11. lib. 1. Hond. conſ 106. n. 15. & conſ. 107. num. 7 & ſeq. lib 1. & conſ. 88. num. 7. & conſ. 91. num. 10. lib. 2. Scac. de indi. lib. 1. cap. 71. ſub nu. 3. & cap 83. ſub num. 6. verſ. contraria &c.* vbi teſtatur de vera, & communi opinione, *Farinac. conſ. 23. num. 2. lib. 1.* plenè *Guazz. d. defen. 4. cap. 1. num. 13. & 14.* vbi alios quàmplures adducit concordantes, quibus addo *Ambr. in proc. inform. lib. 1. cap. 1. num. 9.* vbi dicit, quod licèt Iudex non conſtito de corpore delicti poſſit informationes capere ſuper eo, non tamen poteſt reum conſtituere, vt ibi per eum, *& Vermigl. conſ 59. num. 1.*

9 Amplia quintò d. concluſionem pariter illatiuè, vt Iudex, non conſtito de corpore delicti, non poſſit contra Inquiſitum deuenire ad torturam, etiam quod eſſet ſufficienter inditiatus, vt tradunt *Clar. in pract § fin. quaſt. 4. in prin.* latè *Farinac. de indic. & tortur. quaſt. 38. nu. 2.* vbi quamplures adducit ita ſentientes, & teſtatur de communi opinione, *Hond. d. conſ. 106. num. 15. & ſeq. & d. conſ. 107. num. 7. & ſeq. lib. 1.* plenè *Guazz. d. defen. 4. cap. 1. num. 15. & cap. 3. num. 13. & ſeq.* vbi alios refert ita ſentientes quamplures, & dicit, hanc ampliationem habere locum etiam ſub prætextu cuiuſcunque arbitrij, benè *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 2. tit. 12. num. 171. & ſeq. & par. 3. tit. 10. num 156. Vermigl. conſ. 42. num. 1. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 2. quaſt. 9. in prin.* & dixi latiùs infra *in ver. Tortura Reſol. 6. num. 1.*

10 Amplia ſextò d. concluſionem illatiuè, vt Iudex, non conſtito de corpore delicti, non poſſit deuenire ad condemnationem contra inquiſitum, alias ſententia erit ipſo iure nulla, vt probant *Decian. conſ. 96. num. 19. et ſeq. lib. 3. Farinac. conſ. 23. num. 2. lib. 1 Guazz. defen. 4. cap. 2. num 18.* vbi hoc ampliat etiam ſtante Conſtitutione, quod contumax habeatur pro confeſſo, & etiam ſi de corpore delicti conſtaret poſt ſententiam, ita vt neque poſſit deueniri ad bonorum confiſcationem non con-

con-

conſtito de corpore delicti, & *cap. 3 num 4.* vt ibi per eum, & *Hond d.conſ 106.num.15.& ſeq. & d. conſ. 107.num. 7. & ſeq. lib. 1.*

11 Amplia ſeptimò d. concluſionem, vt defectus corporis delicti non ſuppleatur per confeſſionem Inquiſiti, cum nemo ſit dominus membrorum ſuorum latè *Farinac.de inquiſ.quaſt.2. num.7* vbi plures dat concordantes, & teſtatur de communi opinione, *Cartar.in pract inter.reo.lib.2.cap.2.num.12. Caball reſol crim.caſu 180.num.1.& ſeq cent.1.& caſu 255.nu.1.et ſeq cent.3 Caren.de Offic.S.Inquiſ. par.3.tit.1.in fin.& tit.8. n.57.* & dixi ſupra in *ver. Confeſſio reſol. 19.n.1. et ſeq.* & iterum realſumam *in Reſol.ſeq.* addendo ea, quæ ibi fuerunt omiſſa.

A D D I T I O.

N.1. VBi habetur, quod ante omnia conſtare debet de corpore delicti, alias proceſſus eſt nullus adde, *Zuff. de legit.proc.crim. lib. 1.quaſt.10.nu.1.cum quaſt.ſeq.* vbi plura de materia habentur.

N.2. Vbi habetur, quod non ſolum debet conſtare de delicto, ſed etiam ſcelere illud fuiſſe commiſſum adde *Zuff. de legit.proc.crim.quæſt.9.num.8.& ſeq.*

N.3. Vbi habetur, quod an delictum fuerit commiſſum ſcelere attenduntur coniecturæ adde *Zuff. d. quaſt.9.num. 8.& ſeq.* vbi dicit, quod Iudex ictus contemplare debet adhibito etiam peritorum iudicio, vt habetur *hic num.6.*

N. 7. 8. & 9. Vbi habetur, quod non conſtito de corpore delicti Iudex non poteſt deuenire ad capturam, ad tranſmittendam inquiſitionem, neque ad torturam, adde De quibus dixi in verbo *Captura Reſol.7.* in verbo *Inquiſitio Reſol.2.* & in verbo *Tortura Reſol.2.* videas ibi, & quod Iudex non poſſit reum condemnare non conſtito de corpore delicti not. *Zuff.de legit.proc.crim. quaſt. 20. & 21. & habetur hic num. 10.*

S V M M A R I V M.

1 *Corpus delicti defectus non ſuppletur per confeſſionem Inquiſiti.*

Quod procedit, tàm in confeſſione vera, quàm ficta, num 2.

Etiam ſi Inquiſitus confeſſus ſit, hominem ignotum occidiſſe, et illum in mari proieciſſe, num. 3.

Licèt contrarium voluerint aliqui Doct.num.4.

Si tamen confeſſus ſit occidiſſe hominem certum, & ille non reperiatur, poteſt condemnari, concurrente alio adminiculo, num.5.

Fallit in malandrinis quos ſufficit confeſſos, homines ignotos occidiſſe, et in mari proieciſſe, n.6.

Quod tamen aliud concurrere debeat adminiculum, tenet Doct. num. 7.

Inquiſitus, non conſtito de corpore delicti, eſt abſoluendus, et quomodo, num. 8. remiſſiuè.

R E S O L V T I O II.

Corpus delicti defectus non ſuppleatur per confeſſionem rei.

1 COnfeſſio Inquiſiti dicentis, ſe deliquiſse, non ſupplet defectum prouenientem ex deficientia corporis delicti, ita vt ſi quis fateatur homicidium commiſiſſe, non valeat ex d. confeſſione condemnari, niſi aliter de homicidio conſtet, vt tradunt *Boſſi.in tit de delict.num 15.* vbi dicit, hoc non habere difficultatem, *Clar. in pract. §.final. quæſt. 4. in princ. et quæſt 55. verſic. poteſt etiam etc.* latè *Farinac de Inquiſit. quæſt 2. num. 7.* vbi quamplures adducit ita ſentientes, & teſtatur de vera, & communi opinione *Cart.in pract.inter reo. lib.2 cap.2. num.12.et de execut.ſent.capt.ban.cap. fin. num.9.et ſeq.* vbi hanc dicit claram, & indubitatam opinionem, *et num.218. in fin. Caball.reſol. crim.caſu 180.num.1.et ſeq.cent.2. & caſu 255.nu. 12. et ſeq cent. 3.* alios cumulans concordantes, *Guazz.defen.4. cap.1.in fin.Giurb. conſ.37.num.21. Caren.de Offic.S.Inquiſ.par. 2.tit.12 num.171.et ſeq. et par.3.tit.1.in fin. et tit.8.num.57. Vermigl.conſ. 218.nu.8. et Illuſtriſsimus Sperellus deciſ.137. nume 23. part. 2.* & dixi etiam ſupra *in verbo Confeſſio Reſolut. 19. num.1. et ſeq.*

Cum nemo dicatur dominus membrorum ſuorum *l.liber homo 13.ff. ad leg. acqui. Barboſ.axiom. 147. num 1.* & cum confeſſio non poſſit facere delictum vbi non eſt, vt probat *Giurb. d.conſ 37.num.21.* cum alijs adductis *in d. reſol.19. poſt prin.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum non ſolùm in confeſſione vera, ſed etiam in confeſſione ficta inducta a Statuto volente, contumacē haberi pro confeſſo, quæ non eſt ſufficiens ad condemnandum, non coſtito de corpore delicti, nec plus operetur confeſſio ficta quàm vera, vt probāt *Decia.Farin.Cart.Guazz et Caball. in loc.adduct.ſupra in d.reſol.19. num.2.* quos hic breuitatis ſtudio non repeto, ſed tantum addo *D.Sperel. d.deciſ. 137. num.23. et ſeq.*

3 Amplia ſecundò d.cōcluſionem, vt habeat locum etiam in confitente, occidiſſe hominem ignotum in nemore, vel propriè littus maris, & illum in mari proieciſſe quia ſi non conſtat de corpore delicti, dicta confeſſio nihil operatur, vt voluerunt *Boſſi in pract.in tit. de delict. num.15. Foller.in pract. in ver. Et ſi confitebuntur num.34 Rolan.conſ.51.num 13.lib.1.et conſ.17.num.26. lib 3. Clar. in pract. §. fin.quaſt.55. verſ. quomodo autem etc. Franc Pecci. conſ 70.num.1. lib 1. Farinac de inquiſ. d.quaſt. 2. num.8 et ſeq.* vbi alios adducit ita ſentientes, & teſtatur de recepta opinione, & dicit, in d. caſu corpus delicti non probari per famam, licèt aliqui Doctores per eum adducti contrarium teneant, & ita tenet etiam *Caball.reſ.cri.caſu 255. n.4.cent.3.*

4 Quicquid contrarium voluerint *Cuma.in l. certum 6.num.3.ff. de confeſ* & alij relati per *Caball. d.caſu 255. num.10.* contra quos adeſt communis opinio, de qua ſupra,

5 Declara primò d. ſecundam ampliationem, vt habeat locum in confitente, occidiſſe hominem ignotum, & illum in mari, vel flumine proieciſſe ſecus tamen eſt in confitente, occidiſſe homine, certum, & is non reperiatur, itaut neceſſariò mortuus eſſe præſumatur, & aliquod concurrat adminiculum, puta fama, quia tunc confitens condemnari poteſt in pœnam pro delicto indictam, licèt aliter non conſtet de corpore delicti, vt voluerunt

*Boſſi.in prac.in tit.de delic.num.15.16,& ſeq.Clar.in pract.§.fin.quæſt.55.ſub n.11.Gabr.camm concl.de maleſ.concl.17.nu.5,Caſſan. de conſuet. Burgun.rub.1.§.5.num.*40. dicens, ita ſeruaſſe, dum erat Aſſeſſor Mediolani *Farinac.de inquiſ.d.quæſt.2.num.10. verſ. limita ſecundo, &c.* & hanc opinionem latè tuetur pluribus allatis authoritatibus *Caball.reſol. crim.d.caſu 255.num.4.& ſeq.* & quando concurrit aliud adminiculum, ſequitur *Guazz.d.def.4.cap.3. num.11.* vbi non benè videtur intellexiſſe *Caball. vbi ſupra,& cap.4.nu.4.& ſeq.& Vermigl.conſ.59. num.7.* vbi vult, ſufficere tamen pro adminiculo.

6 Declara ſecundò d.ſecundam ampliationem, vt non habeat locum in hominibus malæ famæ, puta in aſſaſſinis, malandrinis, & ſimilibus, qui propè littus maris verſantur,& delicta committere ſolēt, qui, ſi confiteantur homines ignotos occidiſſe, & in mari, vel flumine proieciſſe, poſſe ex hac confeſſione damnari,etiam aliter non conſtito de corpore delicti,voluerunt *Auguſt.ad Ang.de maleſ.in in ver.& veſtem celeſtem num.*26. *Blanc. in pract. crim.in prin.nu.2.Foller.in pract.in d.ver.& ſi confitebatur num.34.Gabr.camm.concl.de maleſ. concl.* 17.nu.12.& alij relati per *Farinac.de inquiſ.d.quæſt. 2.num.11.& per Guazzin.d.deſen.4.cap.3.num.8.*

7 Contrariam tamen opinionem, imò etiam in d. caſu aliquod aliud concurrere debere adminiculum, vt ita confeſſi condemnari poſſint, tenuerunt *Boſſi.in pract.in tit.de delic.ſub num.15.Burſat.conſ.* 201.*num.32.lib.2.* quos refert,& ſequitur *Farinac. de inquiſ.d.quæſt.2.num.12. verſ.verùm hæc limitatia &c.* vbi dicit, quod ipſe nunquam condemnaret tales confeſſos occidiſſe hominem ignotum,& illum proieciſſe in mari, etiamſi eſſent homines facinoroſi, & eſſent ſoliti prædicta facere circà litus maris,niſi concurrente aliquo alio adminiculo,ſaltem quò ad pœnam ordinariam, cum quò, quò ad pœnam ordinariam, concurrit *Guazz. d. deſenſ.4. cap.3.num.10.& 11.* vbi dicit, ſecùs eſſe,ſi aliquod aliud concurrat adminiculum,puta ſanguis repertus in loco homicidij,bona occiſi reperta penès d. malandrinos, & ſimilia, vt ibi per eum.

8 Amplia poſtremò d.concluſione, vt non conſtito de corpore delicti, reus, licèt confeſſus delictum, ſit abſoluendus, vt not. *Guazzin. d.deſenſ.4. cap.3. num.3.* alios adducens concordantes, de quo ego dixi ſupra *Confeſſia reſol.19.num.3.& 4.* vbi adnotaui, an d. confitens ſit abſoluendus, vti innocens, vel ab obſeruatione iudicij, vel ſit dimittendus ſub fideiuſſione de ſe repræſentando. Vide ibi, cum ibi ſcripta non ſint hic iterum repetenda.

ADDITIO.

N.1. VBi habetur, quod deficientia corporis delicti non ſuppletur per confeſſionem rei, ita vt ille etiam confeſſus non poſſit condemnari non conſtito de delicto adde *Zuff.de legit. proc.crim. lib. 3. quæſt. 185.num.5.& lib. 1. quæſt. 19.* vbi dicit, in delictis facti tranſeuntis probari ex quærela partis, & confeſſione rei ſi inter ſe conueniant *Sciala. in prax. torq. reos cap. 3.num.16.*

SVMMARIVM.

1 *Corpus delicti in delictis facti permanentis probari debet pro ocularem inſpectionem.*

Sufficit tamen etiam probatio per teſtes de illo deponentes, num.2.

Licèt hoc tantùm habere locum in ſubſidium, voluerint aliqui, num.3.

4 *Corpus delicti in delictis facti tranſeuntis ſufficit probari per præſumptiones, & coniecturas.*

Quod procedit etiam, quando agitur de delictis occultis, & difficilis probationis, num.5.

RESOLVTIO III.

Corpus delicti in delictis facti permanentis an debeat probari per ocularem inſpectionem,

1 COrpus delicti, quando agitur de delictis, quæ appellantur facti permanentis, vt qua illorum remaneant veſtigia, qualia ſunt homicidium, vulnus, incendium, furtum cum fractura ſtuprum in virginem, & ſimilia, debet eſſe plenè probatum, hoc eſt de cadauere occiſi,de loco incendij, de vulnere, & fractura debet conſtare per oculorum inſpectionem, vt dicatur conſtare de corpore delicti, ita vt non ſufficiant ad illud probandum coniecturæ, & præſumptiones vt tradunt *Clar. in pract.§.fin. quæſt.4.verſ. quando verò &c.* latè *Far.de inqu.q.2 ſub n.6.Hond. conſ.106.n.19.lib.1.Scac.de iud.lib.1 cap.71.n.2.& cap.83.n.10.& ſeq.Ambr. in proc.infor.lib.1.cap.1. n.4.Guazz.deſen.4.cap.2.num.17. Vermigl.conſ.11. n.9.& conſ.230.nu.3.& conſ.234. num.4.* vbi alios dat concordantes, & in crimine hæreſis,in quo remanent veſtigia,puta in fractione Crucifixi,vulneratæ Sacræ Imaginis, & ſimil,tradit *Caren.de Offic. S.Inquiſ.par.2.tit.12.nu.171.& ſeq. & par.3.tit.1. num.43. Illuſtr. Sperell.decíſ.136.num.4.par.2.*

2 Amplia d.concluſionem,vt quando agitur de delicto facti permanentis, vt ſupra de illius corpore ſufficiat etiam conſtare per teſtes deponentes, vidiſſe hominem mortuum,& de illius vulneribus,& percuſſionibus,& vidiſſe locum incendij, fracturā, & ſimilia, vt ſcripſerunt *Boſſi. in pract.in tit.de delict.nu.17.& 18.Brun.a Sole.in ſuo conſ.crim.n.120.* quem refert, & ſequi videtur *Farin.de inqui.quæſt. 2.ſub nu.6.ver.liquidè autem &c. Hond.d.conſ.106. num.19.lib.1.Guazz.deſen.4. cap.2.num.17. Carena de Offic.S.Inquiſ par.2.tit.12.num.174.& Illuſtriſs. Sperell.deciſ.136.num 4. par.2.*

3 Licèt d.ampliationem habere locum tantùm in ſubſidium, puta quando Epiſcopus non vult concedere licentiam exhumandi cadauer, vel quando cadauer eſſet ita labefactatum, vt recognoſci oculari inſpectione non poſſet, & ſimil.ſentiat *Scac.de indic. lib.1 cap.83.num.11. verſ. quid dicendum, & num.17.vel ſed tamen &c.*& in eiſdem terminis loquatur *Guazz.d.deſen.4. cap.2. num.10.*

4 Declara primò d. concluſionem, quod de corpore

pore delicti conſtare debeat per ocularem inſpectionem, vt habeat locum, quando agitur de delicto facti permanentis, prout loquitur ſecùs tamen eſt, quando agitur de delicto facti tranſeuntis, cuius non remanent veſtigia, puta in percuſſione manu vacua, in ſimplici inſultu adulterio, in iniuria verbali, in percuſſione cum baculo ſine liuore, & ſimilia, quia tunc ad illud probandum ſufficiunt coniecturæ, & præſumptiones, cum inſpectio ocularis fieri non poſſit vt declarant *Boſſi. in pract. in tit. de delict. num. 19. & ſeq. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 4. ver. ſcias tamen &c. Hond. d. conſ. 106. num. 19. lib. 1. Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 2. num. 13.* vbi dicit, non ſufficere ſimplicem quærelam, *Ambr. in proc. infor. lib. 1. cap. 1 num. 6. & ibi Adden. Maſcar. de probat. concl. 830. num. 7. lib. 2.* late *Guazz. d. defen. 4. cap. 2. num. 15.* vbi alios dat concordantes, & in crimine hæreſis, quod in animo conſiſtit, & in quo nulla remanent veſtigia, tradit *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 2. tit. 12. num. 171. & ſeq. & par. 3. tit. 1. nu. 41. & ſeq. Vermigl. conſ. 11. num. 17. & conſ. 230. num. 3.* vbi dicit, quod probationes concludentes haberi poſſunt, non ſufficiũt præſumptiones, vt ibi per eũ.

5 Amplia primò d. concluſionem, vt de corpore delicti non ſolùm ſufficiat conſtare per coniecturas, & præſumptiones, quando de delicto non remanent veſtigia, ſed etiam quando agitur de delictis occultis, & difficilis probationis, quia etiam tunc ſufficit conſtare de corpore delicti per coniecturas, indicia, & præſumptiones, cum in delictis difficilis probationis, & occultis probatio præſumptiua habetur pro plena probatione, vt tradunt *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 66. in prin. Foller. in pract. in ver. Capiat informationem ſub num. 78. Gabr. comm. concl. de malef. concl. 17. nu. 14 Menoch. de præſump. lib. 1. quæſt. 58. num. 2. Farinac. de Inquiſ. d. quæſt. 2. num. 12.* vbi dicit, quod hoc omnes admittunt, & quod coniecturæ debent eſſe validæ, & à iure approbatæ *Guazz. d. defen. 4. cap. 2. nu. 16.* latè *Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 2. tit. 12. nu. 171. & ſeq. & par. 3. tit. 1. num. 23. & ſeq.* vbi dicit, ſufficere famam, maximè concurrente aliquo alio adminiculo, vt ibi per eum, qui magiſtraliter loquitur, & concordat *Vermigl. conſ. 59. num. 3. & ſeq.* vbi dicit, de difficultate probationis debere prius cõſtare ex actis, & quod requiruntur præſumptiones iuris, non hominis, vt ibi per eum, qui plura congerit ad materiam facientia, *& Ant. de Ball. tract. crim. lib. 2. quæſt. 9. num. 2. & ſeq.*

A D D I T I O.

N. 3. VBi habetur, quod corpus delicti non probatur per teſtes, niſi in caſu difficilis probationis adde *Zuffi. de legit. proc. crim. lib. 1. quæſt. 10. num. 1. & ſeq.* vbi dicit, de d. difficultate conſtare debere ex proceſſu ex *Vermigl. conſ. 59. num. 3.*

N. 4. Vbi habetur, quod quando agitur de delicto facti tranſeuntis corpus illius probari poteſt per coniecturas adde *Zuffi. de legit. proc. crim. quæſt. 18. per tot.*

N. 5. Vbi habetur, quod corpus delicti in caſu difficilis probationis probatur per coniecturas adde *Zuffi. de legit. proc. crim. quæſt. 20.* diſtinguentem quo ad Inquiſitionem, quo ad torturam, & quò ad condemnationem, *& quæſt. 21.* vbi quærit an conſtito de corpore delicti in caſu difficilis probationis per coniecturas reus poſſit condemnari in pœnam ordinariam, vel extraordinariam ipſum conſulam.

S V M M A R I V M.

1 *De corpore delicti vt conſtet, non ſufficit deſcriptio facta per Notarium, ſed requiritur, quòd ſuper illa examinentur ſaltem duo teſtes.*

Qui debent deponere de illius nomine, & cognomine, num. 3.

Si tamen occiſus eſſet forenſis, prædicta non requiruntur, num. 4.

2 *Notario regulariter non creditur ſinè teſtibus.*

5 *Fur poteſt inquiri, etiãſi ignoretur nomen derobati.*

6 *Delinquens inquiri poteſt, licèt illius nomen ignoretur, conſtito de ſignis illius.*

R E S O L V T I O IV.

De corpore delicti, vt conſtet an ſufficiat deſcriptio facta per Notarium, vel requirat, quod ſuper illa examinentur teſtes.

1 DE corpore delicti vt dicatur conſtare, non ſufficit recognitio, & deſcriptio de cadauere, fractura, & ſimilia facta per ſolum Notarium, & Cancellarium criminalem, ſed requiritur, quod ſuper illa examinentur ſaltem duo teſtes, qui deponant, vidiſſe hominem mortuum cum deſcriptione vulnerum, fracturam oſtij cum ſuis qualitatibus, & ſimilia, vt tradunt *Blanch. in pract. in prin. n. 7. Foller. in pract. in ver. Capiat informationem, Scac. de iudic. lib. 1. cap. 83. num. 14.* vbi dicit, quod ita ſeruatur in practica, *Farinac. de inquiſ. quæſt. 2 ſub num. 4. Guazz. defenſ. 4. cap. 2. in fin. Vermigl. conſ. 11. num. 16. & num. 20.* alios adducens ita ſentientes.

2 Notario enim regulariter non creditur ſinè teſtibus, *Surd. deciſ. 231. nu. 2. & ſeq. Farin. conſ. 171. num. 2. & num. 9 lib. 2 Vermigl. d. conſ. 11. nu. 16. Rota apud Greg. XV. deciſ. 71 in fin. & deciſ. 605. n. 12. par. 5 rec. lib. 2. & in Leodien. Canonicatus 28. iunij 1655. coram R. P. D. Veroſpio §. eius deniq. &c.* maximè cum recognitio cadauerum, vulnerum, & in fracturæ non dicatur actus iudicialis, vt aduertit *Vermigl. d. conſ. 11. num. 19.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt cadauer occiſi debeat recognoſci non ſolùm per ipſum Notarium, vt ſupra, ſed etiam per teſtes, qui illum cognouerint, dum fuit in humanis, deponẽdo de eius nomine, & cognomine, vt not. *Clar. in pract. § fin. q. 4. n. 3. Farin. de inquiſ. q. 2. ſub nu. 5. Guazz. defen. 4. cap. 2. n. 11.* vbi dicit, quod d. teſtes ſunt examinandi ſeparatim, & non inſimul, niſi adeſſet conſuetudo in contrarium, *Scac. de iudic. d. lib. 1. cap. 83. n. 13 in fin. & Ambr. in proc. infor. lib. 1. cap. 1. n. 26.*

4 Declara d. primam ampliationem, vt habeat locum, quando interfectus erat il loco notus, & cognitus, ſecùs verò, ſi eſſet foreñſis, & incognitus, ita vt illius nomen ignoretur, quia tunc non eſt neceſsè, quod teſtes deponant de illius nomine, cognomine, & patria, ſed ſufficit, quod conſtet de illius cadauere, licèt illius nomen ignoretur, vt tradunt *Clar. in pract. d. quaſt. 4. ſub nu. 3.* vbi dicit, quendam homicidam fuiſſe ſuſpenſum, licèt ignoratum fuerit nomen occiſi, plenè *Farinac. de inqui. d. quaſt. 2. num. 28.* vbi dicit, d. cadauer eſſe deſcribendū per ſigna, & quod hæc eſt communis practica, *Cartar. de execut. ſent. capt. bann. cap. 2. num. 4. Scac. de indic. lib. 1. cap. 83. nu. 13.* & latiùs *cap. 97. num. 172. & ſeq. Guazzin. d. defen. 4. cap. 2. num. 12.* alios adducens concordantes, *Ambroſ. in proc. infor. lib. 1. cap. 1. num. 26. & ſeq.* vbi dicit, in d. caſu cadauer eſſe ponendum in via publica, vel in aliquo hoſpitio, vt a prætereuntibus videri poſſit, ad effectum habendi cognitionem illius, vt ibi per eum, & ita obſeruari in Curia Romana, dicit idem *Guazz. d. num. 12.*

5 Amplia primò d. declarationem, vt habeat locum etiam in crimine furti, in quo procedi poteſt contra furem, licèt ignoretur nomen illius, cui fuit res ſubtracta, vt docent *Gabr. com. concl. de malef. concl. 17. num. 6. Scac. de indi. d. quaſt. 83. nu. 13. & d. quaſt. 97. nu. 172. & ſeq. Farinac. de inquiſ. d. quaſt. 2. n. 28. & Guazz. d. defen. 4. cap. 2. ſub num. 12.*

6 Amplia ſecundò d. declarationem, vt valeat proceſſus contra delinquentem conſtito de corpore delicti, etiam ſi nomen delinquentis ignoretur, vt tradunt *Gabr. com. concl. de malef. d. concl. 17. nu. 6. Farinac. de inquiſ. quaſt. 3. in fin. ver. ſublimitando, &c. Cartar. de execut. ſent. capt. ban. cap. 2. num. 4. et ſeq. et Guazz. d. defen. 4. cap. 2. num. 13. et ſeq.* vbi dicit, eſſe examinandos teſtes ſuper ſignis delinquentis ignoti, videlicet ſuper ætate, ſtatura, capillis, veſtitu, & alijs, & de illis conſtare debere in proceſſu, alias inquiſitio non valeret, nec ſententia poſſet exequi, niſi ipſe delinquens delictum fateretur, vt ibi per eum, cum quibus pertranſit *Scacc. de indic. d. lib. 1. cap. 97. num. 170. et ſeq.* vbi docet, quomodò ſit facienda recognitio d. delinquentis condemnati ſine expreſſione nominis, ſed per ſigna, vt ſupra, ſi ille venerit in fortiā Curiæ, videlicet per eoſdem teſtes, qui depoſuerunt ſuper d. ſignis, vide latiùs per eum vbi ſupra, non enim omnia hic ſunt referenda.

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod vt dicatur conſtare de corpore delicti non ſufficit deſcriptio facta per Notarium, ſed requiritur, quod examinentur duo teſtes adde *Zuff. de legit. proc. crim. quaſt. 12. num. 1. & ſeq. & quaſt. 13. num. 1. & ſeq.* vbi requirit, quod viſitatio fiat de mandato Iudicis, ita vt non conſtito de commiſſione viſitatio ſit nulla, & Notario de commiſſione atteſtanti non credatur, licèt contrarium de conſuetudine ſeruari dixerit *quaſt. 14. in fin.*

SVMMARIVM.

1 *Medicorum, et Peritorum aſſertioni ſtandum eſt in probatione corporis delicti.*

Maximè in delicto ſuffocationis, num. 3.

Et in crimine veneni, et ſtupri in virginē, n. 4.

Etiam ſi Medici, et Periti deponant de credulitate, et de indicio, num. 5.

2 *Peritis in arte ſtandum eſt regulariter.*

6 *Medici, et Periti deponentes de corpore delicti debent eſſe ſaltem duo,*

Fallit, quando in loco non adeſt, niſi vnus Peritus, num. 7.

Etiam ſi agatur de cauſa criminali graui, n. 8.

Licèt aliqui contrarium teneant, num. 9.

Et ſi cum depoſitione Periti concurrant adminicula, num. 10.

De conſuetudine autem ſufficit vnus Medicus, et vnus Peritus, num. 11.

12 *Medicorum iudicium poteſt corrigi per peritiores etiam ex interuallo.*

Ipſis autem diſcordantibus, quibus magis ſit ſtandum, remiſſiuè, num. 13.

RESOLVTIO V.

Medicorum, et Peritorum aſſertioni an ſtandum ſit in probatione corporis delicti.

1 Aſſertioni Medicorum, & Peritorum ſtandum eſt in probatione corporis delicti, circā qualitatem vulnerum, an illa eſſent mortalia, vel non, an vulneratus obierit ex vulnere, nec ne, cum quibus armis vulnera ſint illata, & ſimilia, vt tradunt *Boſſ. in pract. in tit. de delict. num. 7. Clar. in pract. in §. homicidium num. 43. et ibi Baiar. num. 155. Maſcar. de prob. concl. 1034. num. 2. vol. 2. Andr. Gail. pract. obſer. lib. 2. obſer. 111. num. 7. Euge. conſ. 64. num. 23. et ſeq. lib. 1. Hond. conſ. 88. num. 18. lib. 2. Giurb. conſ. 43. nu. 10. et conſ. 82. num. 5. Farin. de homic. quaſt. 127. num. 101. et ſeq. Caball. reſol. crim. caſu 248. nu. 37. cent. 3.* plenè *Guazz. defen. 4. cap. 12. n. 1. & ſeq. Rota deciſ. 107. nu. 6. par. 2. diuer.* In ijs enim, quæ non poſſunt depræhendi per omnes ex aſpectu, adhibendos eſſe Peritos, dixerunt *Aret. conſ. 142. num. 17. et Vermigl.* qui illum referendo
2 ſequitur *conſ. 364. num. 5.* † Peritis autem in arte ſtandum eſſe, in confeſſo eſt apud omnes, vt teſtatur *Surd. conſ. 126. num. 16. lib. 1. Engen. conſ. 28. nu. 25. et ſeq. & conſ. 47. n. 27. lib. 1.* plenè *Giurb. d. conſ. 43. num. 10. Vermigl. conſ. 238. num. 5. & conſ. 247. nu. 14. Rota apud Cocc. deciſ. 136. nu. 2. et in Romana Melioramentorum 16. Iunij 1653. coram R. P. D. Bichio §. iuſtitia autem &c.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locū etiam quando agitur de ſuffocatione, in qua corpus delicti probatur ex relatione Medicorū, & Peritorum deponentium, vidiſſe ſigna ſuffocationis in gutture ſecundum *Farinac. de inquiſ. quaſt. 2. nu. 29. ver. altera coniectura &c.* plenè *Giurb. conſ. 43. n. 10.*

& dicam

& dicam latiùs infra in verb. *Suffocatio in Reſ.* 1.

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locũ etiam in crimine veneni, in quo corpus delicti probatur ex atteſtatione Medicorum, & Peritorum vt dicam infra in verb. *Venenum Reſol.* 1. & in delicto ſtupri in virginem, in quo corpus delicti probatur per Matronas, & Obſtetrices, vt pariter dicam infra in verb. *Stuprum, Reſol.* 1. Videas ibi, ſi liber, & in alijs caſibus, de quibus ſuo loco agetur.

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum etiam quod Medici, & Periti non deponant certitudinariè, ſed tantum de credulitate, vel de eorum iudicio, quia adhuc eorum relationi eſt ſtandum, ſi ſit iurata, cum ipſi non teneantur deponere certitudinariè, ſed tantùm de credulitate, vel de eorum iudicio, vt declarant *Clar. in pract. in §. homicidium, num.* 34. vbi teſtatur de communi opinione, *Andr. Gail. pract. obſeru. lib. 2. obſeruat.* 111. *nu.* 13. vbi pariter dicit hanc opinionem eſſe communiter receptam per Doctores, *Maſcard. concluſ.* 1034. *num.* 37. *lib.* 2. *Pacia. de prob. lib.* 2. *cap.* 47. *nu.* 17. *& ſeq.* vbi alios dat concordantes, & dicit, prædicta habere locum, quando peritia verſatur circa illa, quæ certò ſciri non poſſunt, & de quibus haberi non poteſt infallibilis notitia veritatis, ſecùs ſi poteſt haberi certa notitia; quia tunc debent deponere certitudinariè, vt ibi per eum *Farin. de homic. d. quaeſt.* 127. *num.* 113. *& num.* 118. *& ſeq. Scacc. de indic. d. lib.* 1. *cap.* 83. *num.* 13. *Guazzin. d. defen.* 4. *cap.* 2. *num.* 20. *& cap.* 12. *num.* 14. *Gratian. diſcep. forenſ. cap.* 235. *num.* 29. *par.* 2. benè *Coſta de re integr. diſtin.* 36. *num.* 3. *Amoroſ. in proc. inform. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 21. *& Giurb. d. conſ.* 43. *n.* 10. *in fin.*

6 Declara d. concluſionem, vt Medici, & Periti deponentes de corpore delicti, vel ſuper qualitate vulnerum, debeant eſſe ſaltem duo, ita vt vnus non ſufficiat, vt tradunt *Clar. in pract. §. homicidium, num.* 34. vbi teſtatur de communi opinione, *Ant. Gomez var. reſol. tom.* 3. *cap.* 3. *num.* 28. qui pariter hanc dicit communem Doctorum opinionem, *Maſcar. de prob. concl.* 134. *num.* 22. *lib.* 2. *Farinac. de homic. quaeſt.* 1027. *num.* 151. qui alios dat concordantes, & teſtatur pariter de communi, *Eugen. conſ.* 64. *num.* 23. *& ſeq. lib.* 1. *Andr. Gail. pract. obſeru. lib.* 2. *obſer.* 111. *num.* 3. *Cabal. reſol. crim. caſu* 248. *n.* 39. *cent.* 3. plenè *Guazzin. defen.* 4. *cap.* 12. *num.* 15. qui alios refert ita ſentientes *Paitell. exped. ciuil.* 82. *num.* 15. *Cirlae. contr.* 485. *num.* 11. *& Poſt. de ſubhaſt. inſpect.* 47. *num.* 49.

7 Limita primò d. declarationem, vt non habeat locum, quando in loco non adeſt, niſi vnus Peritus, quia tunc ille ſufficit ad iudicandum, & referendum ſigna ſuffocationis, an vulnus fuerit mortale, nec ne, an vulneratus deceſſerit ex vulnere, & ſimilia, vt voluerunt *Clar. in d. §. homicidium, num.* 34 *Ant. Gomez var. reſo. d. tom.* 3. *cap.* 3. *num.* 28. vbi teſtatur de communi opinione *Maſc. de probat. conc.* 653. *num.* 14. *& concl.* 930. *num.* 19. *& concl.* 1034 *num.* 24. *lib.* 2. vbi hanc dicit communem opinionem, *Farinac. de homic. d. quaeſt.* 127. *num.* 153. vbi quamplures adducit ita ſentientes, *Andr. Gail. d. obſer.* 111. *num.* 4. latè *Guazzin. d. defen.* 4. *cap.* 12. *nu.* 16. *Menoch. de arb. caſu* 114 *ſub num.* 27. *& de adipiſc. poſſeſſ. remed.* 5. *num.* 162. *Paitel. d. expedit.* 82. *num.* 116. latè *Gratian. diſcep. foren. cap.* 235. *num.* 44. *& ſeq. par.* 2.

8 Amplia d. limitationem, quod ſufficiat vnus Peritus, quando in loco nullus alius adeſt, vt habeat locum etiam ſi agatur de cauſa criminali graui, & de vita hominis, ita vt non ſit neceſſè, quod mittatur ad loca vicina pro alijs Peritis, vt not. *Ang. ad Angel. de maleſ. in ver. vna alia percuſſione. num.* 3. *Pacia. de probat. lib.* 1. *cap.* 47. *num.* 36. *in fin.* vbi dicit, opinionem contra *Abba.* contrarium tenentem eſſe communiter approbatam, *Maſcard. de probat. concl.* 1034. *num* 26. *lib* 2 *Farin. de homic. d. quaeſt.* 117. *nu.* 156. vbi quamplures adducit ita ſentientes, & dicit, hanc opinionem eſſe magis communiter receptam per Doctores, prout teſtatur etiam *Guazzin. d. defen.* 4. *cap.* 12. *num.* 19.

9 Quicquid contrarium tenuerint *Abb. in cap. propoſuiſti* 4. *num.* 5 *de prob.* & alij allegati per *Maſc. d. concluſ.* 1034 *num.* 25. *& Gratian. diſcep. Foren. cap.* 235. *num.* 57. *& ſeq. par.* 2 contra quos adeſt magis communis opinio, de qua ſupra.

10 Amplia ſecundò d. limitationem, vt eò magis ſufficiat vnus Medicus, ſeù vnus Peritus, quando vnus tantum eſt in loco, quando cum illius aſſertione concurrunt alia adminicula, vt not. *Maſcar. d. concluſ.* 1034. *num.* 31 *lib.* 2. *Pacia. de prob. d. lib.* 1. *cap.* 47 *num.* 46. quem referendo ſequitur *Farinac. de homic. d. quaeſt.* 127. *num.* 166. vbi alios dat concordantes, & ampliat, hoc habere etiam locum, quando Medicus, ſeù Peritus fuit adhibitus ad curandum vulnus, & fuit in arte probatus, vel fuit deputatus à publico, vt ibi per eum alias addentem ampliationes, cum quibus pertranſit *Guazzin. d. defen.* 4 *cap.* 12 *num.* 20. *& ſeq.* & etiam *Grat. diſcep. foren. d. cap.* 235 *num.* 63. *par.* 2.

11 Subamplia d. primam declarationem, vt quicquid ſit de iure circa numerum Medicorum, ſeù Peritorum, an ſufficiat vnus, vel plures requirantur, in quo, vltra ſupra adducta plures referunt diſtinctiones *Farinac. in d. quaeſt.* 127. *& Guazzin. d. defen.* 4. *cap.* 12. de conſuetudine tamen vnum tantum Medicum, ſeù Peritum ſufficere, tradunt *Carſon. de indic. & tortur. cap.* 2. *ſub nu.* 2. *Clar. in pract. §. homicidium, num.* 34. *Farinac. de homic. d. quaeſt.* 127. *num.* 170 vbi dicit, ita ſeruari in Alma Vrbe, quando Medicus, ſeù Peritus eligitur à Iudice, ſecus ſi eligatur à partibus, in quibus terminis dicit procedere adducta per *Eugen. in conſ* 64. *num.* 23. *& ſeq. lib.* 1. & quod de conſuetudine ſtandum ſit vni tantùm Medico, vel Perito, teſtantur etiam *Scacc. de indic. lib.* 1. *cap.* 83. *num.* 13. *& Guazzin. d. defen.* 4. *cap.* 12. *num.* 21. vbi tamen dicit, tutiùs eſſe adhibere duos Peritos, vt ibi per eum, qui alios adducit ita ſentientes.

12 Declara ſecundò d. concluſionem, quod Iudicium, & aſſertio Medicorum, & Peritorum retractari poteſt per alios peritiores etiam ex interuello, vt not. *Canoniſtæ*, communiter in *c. propoſuiſti* 4.

de

de probat. Bald. in l. ſi ab hoſtibus 11. §. ſi vir, ff. ſolut. matr. Iaſ. in l. admonendi 31. num. 39. ff. de iur. iur. vbi alios dat concordantes, & teſtatur de communi opinione, *Giurba d. conſ. 43. num. 28. verſ. non obſtat quintum &c. & Gargiar. Iun. conſ. 33. num. 3. lib. 2.*

13 Quibus autem Medicis, & Peritis inter ſe diſcordantibus ſuper qualitate vulnerum circa corpus delicti, & an vulneratus deceſſerit ex vulnere, vel ex mala cura, & ſimilibus, an pluribus vel paucioribus, & an magis peritis, & alia ad materiam, tradunt latè *Farinac. de homic. d. quaeſt. 127. num. 101. & plur. ſeq. Guaz. d. def. 4. cap. 12. per tot. & Giurb. d. conſ. 43. num. 28. verſ. non obſtat quintum &c.* vbi dicit, quod ſi Periti ſunt pares, nemini eſt credendum. Ipſos conſulas.

Quod verò probandum ſit corpus delicti in criminibus particularibus, videlicet in crimine furti, Falſæ monetæ, Suffocationis, Veneni, Stupri, Sodomiæ, & aliorum, dixi infra in ſuis locis. Videas ibi, ſi placet.

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod relationi Peritorum ſtandum eſt in probatione corporis delicti adde *Zuff. de legit. proc. crim. quaeſt. 9. in fin. & quaeſt. 17. num. 1. & ſeq. qui num. 6. & ſeq.* dicit, ſufficere quod Periti deponant per verbum *Credo*, vt habetur *hic num. 5.*

---

1 *Corpus delicti in exploſione archibuſiatæ, probatur oſtendendo archibuſium eſſe onuſtum pila plumbea, vel alia re apta ad nocendum.*

Declara, vt num. 2.

3 *Corpus delicti eſt valide probatum etiam ſi ſit factum per Iudicem incompetentem.*

RESOLVTIO VI.

Corpus delicti in exploſione archibuſiata, probatur oſtendendo archibuſium eſſe onuſtum pila plumbea, vel alia re apta ad nocendum.

1 IN delicto exploſionis archibuſiatæ, vt procedi valeat explodentem debet conſtare de corpore delicti, hoc eſt archibuſiū fuiſſe onuſtū pila plumbea, ſeu alia re apta ad nocendum, & vulnerandum, itaut ſi ſequta eſſet exploſio potuiſſet offendere, & vulnerare illum, contra quem archibuſiata fuit exploſa, aliàs dicitur deficere corpus delicti, vt ſcripſerunt *Giurb. obſer. 33. num. 10. & ſeq. Maſſin. de confiſc. bono. quaeſt. 8. num. 52. Scammarol. de viſit. carcer. §. 12. cap. 1. num. 18.* & nouiſſimè *Sabell. in ſua pract. in verbo Archibuſi, num. 15.* & ſecundum prædicta fuit pluries obſeruatum in Auditorio Legationis Vrbini, dum ego officio Auditoris in eo fungerer ſub Gubernio Eminentiſs. & Reuerendiſs. D. mei D. Cardinalis Delcij d. Legationis Vrbini Legati integerrimi, & ſapientiſſimi.

2 Declara dictam concluſionem, vt in dicto caſu exploſionis archibuſiatæ corpus delicti, quod archibuſium eſſet onuſtum, probari poteſt, vel per teſtes, qui viderunt illud onerari, vel per experientiam ipſam, viſitando locum, vbi pilæ plumbeæ percuſſerunt, & ſignum reliquerunt, vt bene declarat *Sabell. in dicta ſua pract. in dicto verbo Archibuſi, præcipue, num. 25.*

3 Adde pro coronide pro reſolutionum ſupradictarum declaratione circa corpus delicti, quod corporis delicti probatio eſt valida, etiam ſi ſit facta per Iudicem incompetentem quò ad cauſam principalem, cum probatio corporis delicti ſit de ordinatorijs cauſæ, non autem de ordinatorijs iudicij, & ideò d. ordinatoria cauſæ facta coràm Iudice incompetenti vti concernentia factum probant, etiam coram Iudice competenti, maximè ne probàtio interim pereat, vel difficilior reddatur, vt latè comprobat *Zuff. de legit. proceſſ. quaeſt. 15. numer. 5. 6. & ſequen.*

DAMNATVS AD REMIGANDVM.

SVMMARIVM.

1 *Damnatus ad remigandum ad tempus, ſi poſt condemnationem detineatur in carceribus per aliquod tempus, illud in tempus triremium ei computatur.*

Quod procedit, etiam in condemnato in exilium, vel relegationem, num. 2.

Si tamen ſtat carceratus ex facto Iudicis, ſecùs ſi ex alia cauſa, num. 3.

Et computatur tempus, quo ſtat carceratus poſt condemnationem, non ante illam, num. 4.

RESOLVTIO I.

Damnatus ad remigandum ad tempus, ſi poſt condemnationem detineatur in carcere per aliquod tempus, an illud in tempus triremium ei computetur.

1 DAmnatus ad remigandum ad certum tempus, ſi poſt condemnationem detineatur per aliquod tempus in carceribus antequam ad triremes tranſmittatur, id tempus eſt ei in tempore triremium computandum ad tex. *in l. omnes 23. & ibi Doct. C. de pœnis,* & not. *Villadieg. for. Iudic. lib. 2. tom. 5. leg. 9. num. 9. in fin. Rouit. R. N. pragm. 1. num. 5. in tit. de relegat.* quos refert, & ſequitur *Giurba conſ. 30. in fin. Tiraq. de pæn. temp. cauſa 41. in fin. Capic. Latr. deciſ. 177. nu. 21. & ſeq. par. 2.*

Licèt enim carcer non ſit ad pœnam, continet tamen in ſe pœnam, vt not. *Tiraq. de pæn. temp. cauſ. 41. circa medium, Capibl. de Baron. pragm. 19. cap. 94. num. 6.* quem refert, & ſequitur *Capic. Latr. d. deciſ. 177. num. 20. Ciriac. controu. 172. nu. 52. & ſeq.* & dixi ſupra in verb. *Carcer, reſol. 3. num. 2.* duplici autem pœna pro eodem delicto nemo puniri debet, nempè vna carceris, & alia triremium, nè addatur afflictio afflicto, vt in his terminis tradunt *Cabal. reſ. crim. caſu 142. n. 6. cent. 2. & Vinc. de Franch. deciſ. 317. num. 1.* & generaliter dixi ego *d. Reſol. 3. num. 2.*

2 Amplia d. concluſionem, vt habeat locum etiam in condemnato ad exilium, & ad relegationem ad tempus, quia, ſi poſt exilij, vel relegationis condemnationem reus fuerit detentus in carceribus per aliquod tempus, illud venit in tempus exilij, vel relegationis computandum *d. l. omnes 23. C. de pœn. & not. Tiraq. de pœn. temp. d. cauſa 41. num. 1. Vinc. de Franch. d. deciſ. 317. num. 1. & ſeq. Giurb. d. conſ. 30. num. 34. Cabal. reſ. crim. d. caſu 142. num. 1. & ſeq. Capic. Latr. d. deciſ. 177. nu. 21. & ſeq. par. 2. Guaz. defen. 2. cap. 2. num. 20. & Addea. ad Rot. d. deciſ. 617. num. 58. par. 4. recen. tom. 3.*

3 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locum quando ſtat per Iudicem, quod carceratus non accedat ad triremes, vel ad ſeruandum exilium, ſeù relegationem, ſecùs tamen, ſi id eueniat ex aliqua iuſta cauſa, puta propter debita, vel intereſſe partis, quia tunc tempus carceris non minuit tempus triremium, vel exilij, ſeu relegationis, nec procedit deciſio *d. l. omnes 23. C. de pœn.* vt declarant *Vinc. de Franch. d. deciſ. 317. num. 1. & 2. Cabal. d. caſu 142. nu. 6. & Guaz. d. defen. 2. cap. 2. n. 22.*

4 Limita ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum in tempore, quo carceratus ſtetit in carcere poſt condemnationem in pœnam triremium, exilij, vel relegationis, quia illud computatur in tempus d. pœnatum, ſecùs tamen eſt quo ad tempus carcerationis ante ſententiam, quia illud licèt veniat attendendum quò ad diminutionem pœnæ, non tamen computatur in tempus triremium, exilij, vel relegationis, vt aduertunt *Cabal. d. caſu 142. num. 7. & 8. & Guazzin. d. defen. 2. cap. 2. num. 22.*

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod damnatus ad remigandum ad tempus ſi poſt condemnationem detineatur in carceribus per aliquod tempus illud in tempus triremium et computetur adde Amplia quod ſi remiges ſiant captiui apud hoſtes, & poſtea reuertantur ad triremes illis imputandum eſt tempus captiuitatis *Reg. Conſt. in l. vnic. num. 11. C. de clauſ. lib. 11.* quem referendo ſequitur *Nouar. de variat. for. ſect. 2. quæſt. 32. num. 12.*

N. 2. Vbi habetur, quod damnatus in exilium ad tempus ſi retineatur in carcere illud venit in tempus exilij, vel relegationis computandum ad fauorem rei adde *Nouar. de variat. fori ſect. 2. quæſt. 36. num. 7. & quæſt. 38. num. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Damnati ad remigandum olim vti ſerui pœnæ amittebant teſtamenti factionem.*

Secus tamen eſt de iure nouiſſimo, num. 2.

Quo ſtante nemo benè natus ſit ſeruus pœnæ licet deportatus, bannitus, vel damnatus ad triremes, & ſimilia, num. 3.

Maximè ſi damnati ſint ad triremes non in perpetuum, ſed ad tempus, num. 4.

Et eo minus amittant, quæ ſunt iuris gentium, vt contractus, num. 5.

Neque amittunt teſtamenti factionem, & ius ſuccedendi, num. 6.

Licet contrarium teneant plures Doct. n. 7.

RESOLVTIO II.

Damnati ad remigandum an amittant teſtamenti factionem.

1 DAmnati ad remigandum maximè in perpetuum cum æquiparentur damnatis in metallum, licet olim efficerentur ſerui pœnæ, & amitterent Ciuitatem, & teſtamenti factionem actiuam, & paſſiuam, & eſſent inſucceſſibiles cum haberentur pro mortuis, vt latè probant *Peregr. de iur. fiſc. lib. 3. tit. 4. num. 1. & ſeq. & num. 7. Farinac. de var. ac diuerſ. Quæſt. quæſt. 102. num. 135. & ſeq. & num. 140. Nouar. de variat. fori ſect. 2. quæſt. 37. num. 2. & ſeq.* plenè *Maſtril. deciſ. 167. per tot.*

2 Hodie tamen de iure nouiſſimo non ſolum non efficiuntur ſerui pœnæ, immò reſtituuntur ad bona, quæ eis fuerunt iam confiſcata, & ad libertatem, *auth. ſed hodie, & ibi not. Doct. C. de donat. inter vir. & vxor.* & tradunt *Pereg. de iure fiſc. lib. 3. tit. 4. num. 9. & tit. ſeq. ſub num. 20. Farinac. de var. ac diuer. quæſt. d. quæſt. 102. num. 158. Couar. in rub. de teſtamen. num. 27. poſt medium, Camil. Borell. conſ. 52. num. 43. & ſeq. Vermigl. conſ. 362. num. 1.* benè *Rota deciſ. 492. num. 2. par. 2. vbi num. 4.* habetur, quod per dictam condemnationem non expirat mandatum, neque purificatur fideicommiſſum poſt mortem relictum, vt ibi per eam.

3 Nemò enim benè natus hodie ſit ſeruus pœnæ, licèt ſi deportatus, bannitus, vel relegatus, ad metalla damnatus, vel in triremibus poſitus, dummodo naturalem vitam non perdat, ſed ciuilem *d. auth. hodie, C. de donat. inter vir. & vxor. & poſt Boer. deciſ. 278. num. 8. Gram. deciſ. 362. num. 2. & ſeq. Ant. Gomez in l. 4. Taur. num. 4. Sard. conſ. 90. num. 37. lib 1.* & alios per contrarios firmat *Giurb. conſ. crim. 30. num. 9. & Cabal. caſu 204. num. 6.*

4 Amplia primò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum in damnatis ad triremes non in perpetuum, ſed ad tempus, quos non effici ſeruos pœnæ, voluerunt *Maſtrill. d. deciſ. 167. num. 12. Farinac. in d. quæſt. 102. num. 159. Peregr. de iure fiſc. d. lib. 3. tit. 4. num. 2. Camill. Borel. d. conſ. 52. num. 43. & ſeq. Vermigl. d. conſ. 362. nu. 3. & Nouar. de var. fori d. ſect. 2. quæſt. 37. num. 4.* qui dant concordantes, & *Ciriac. contr. 615. num. 5. tom. 4.*

5 Amplia ſecundo d. concluſionem, vt damnati ad triremes non admittant ea, quæ ſunt iuris gentium vti ſunt contractus, & conſequutiuæ actiones, tàm actiuè, quàm paſſiuè ex illis prouenientes, vt not. *Peregr. de iure fiſc. lib. 3. tit. 5. num. 7. Farinac. in d. quæſt. 102. num. 152. Vermigl. d. conſ. 362. num. 2.* ex recepta Doctorum opinione firmauit, *Rota d. deciſ. 492. num. 2. & ſeq. par. 2. recen.*

6 Amplia tertiò d. concluſionem illatiuè, vt hodie damnati ad triremes non admittant teſtamenti factionem, & ſint capaces ſucceſſionum, vt tradunt latè *Couar. in rub. de teſtam. num. 27. Farinac. de var. ac diuer. quæſt. d. quæſt. 102. num. 158. Vermigl. d. conſ. 362. num. 2.* & videtur ſentire *Rota d. deciſ. 492. num. 2. & 3. par. 2. recen.*

7 Licèt contrarium teneantur, *Vaſq. contr. Illuſt. quæſt. 96. num. 3. Craſſ. de ſucceſ. § teſtamentum, quæſt. 28. num. 1. Peregr. de iure fiſc. lib. 3. tit. 5. num. 2. & ſeq.* qui loquitur in deportato, & teſtatur de communi opinione, & ita fuiſſe deciſum in Conſiſtorio Siciliæ, teſtatur *Maſtrill. d. deciſ. 167. num. 16.* qui loquitur in damnato ad triremes in perpetuum tantum, vt ibi per eum alios dantem concordantes.

ADDITIO.

DE materia huius *Reſol. 2.* vide *Mart. de ſucceſſ. legal. par. 3. quæſt. 14. art. 2. & 3. per tot.* vbi latè tractat.

DEFEN.

DEFENSIO.

SVMMARIVM.

1 *Defenſio nemini eſt deneganda, cum illa ſit omni iure permiſſa.*

Etiam de iure Diuino, num. 2.

Itaut defenſio non poſſit tolli per Principem, nec per Papam, n. 3.

Neque poſſit tolli à Statuto, n. 4.

Princeps tamen, & Statutum poſſunt tempus defenſionis breuiare, num. 5.

Et poſſunt tollere defenſionem ex iuſta cauſa, num. 6.

Si tamen defenſio tollatur, omnia ſunt nulla, num. 7.

8 *Defenſio tolli non poteſt per Iudicem, licèt habeat amplum arbitrium.*

Et an prædicta habeant locum in atrociſſimis, n. 9. remiſſiuè.

RESOLVTIO I.

Defenſio an poſſit denegari in criminalibus.

1 DEfenſio nemini eſt deneganda cum illa ſit omni iure permiſſa *l. vt vim. 3. ff. de iuſtit. & iur. l. 1. § 1. ff. de vi, & vi arma* & vtrobique not. Doctores, & vltra eos tradunt *Clar. in pract. §. homicidium, verſ. excuſantur &c. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 3. num. 20. Menoch. de arbitr. caſu 277. num. 1. Farin. de homic. quæſt. 125. num. 10.* vbi hanc concluſionem latè comprobat, & quamplures adducit Doctorum authoritates *Cartar. de execut. ſent. capt. bann. in præfat. num. 9. Cabal. reſol. crim. caſu 88. num. 2. cent. 1.* latè *Guaz. defen. 29. cap. 3. num. 1.* vbi alios dat concordantes *Ciriac. contr. 101. num. 45. & contr. 126. nu. 4. Capic. Latro deciſ. 75. num. 14. par. 1. Sperel. deciſ. 122. num. 19. & 20. par. 2.* latè *P. Graſſet. de nece prodit. §. 1. num. 5. & ſeq. Merlin. Tignatel. controu. Forenſ. cap. 33. num. 5. par. 2.*

Defenſio enim, vt dixi, omni iure eſt permiſſa, nempè ciuili, canonico, gentium, & naturali, vt eſt tex. *in d. l. 1. §. 1. ff. de vi, & vi arma. & in cap. delicto. de ſent. excom. in 6. & in cap. ſignificaſti, de homic.* & in alijs pluribus, quos recenſet *Farinac. in d. quæſt. 125 num. 10. Rub. de valid. legal. cap. 41. num. 8.* imò etiam de iure Diuino eſt permiſſa, vt dicam infra in *ampliat. ſeq.* ideò non mirùm, ſi illa nemini eſt deneganda.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt defenſio non ſolum ſit permiſſa de iure ciuili, canonico, gentium & naturali, verùm etiam de iure Diuino, vt voluerunt *Alberic. Caſtr. Curt. Iun. Bologn.* & alij Doctores communiter *in d. l. vt vim 3. ff. de iuſtit. & iur.* nec non etiam *Ant. Gomez var. reſ. d. tom. 3. cap. 3. num. 20. Medic. de caſibus fortu. par. 1. quæſt. 8. num. 10. Andr. Gail. pract. obſeru. lib. 2. obſeru. 110. n. 12. Farinac. de homic. d. quæſt. 125. num. 11.* alios adducens ſectatores, cum quibus pertranſeunt *Ciriac. d. contr. 101. num. 45. & d. contr. 126. num. 4. Capic. Latr. d. deciſ. 75. num. 14. & ſeq.* vbi quamplures alios adducit ita ſentientes, & de communi opinione Theologorum teſtantes, *& P. Graſſet. de nece prodit. d. §. 1. num. 5. & ſeq.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem illatiuè, vt defenſio auferri non poſſit, neque ei derogari valeat per Principem, per Imperatorem, imò neque per Papam *Clem. Paſtoralis 2. de re iudic.* & ſcripſerunt *Bald. Seiſel, Salamo. Curt. Iun. Mant. & alij in d. l. vt vim 3. ff de iuſtit. & iur.* nec non etiam *Medic. de caſib. fortu. par. 1. quæſt. 8. num 11. Farinac. de indic. & tort. quæſt. 39. num. 18. & num. 122. & ſeq. & de homic. quæſt. 125. num. 1. & conſ. 181. num. 22. lib. 2. Cabal. reſ. crim. caſ. 88. num. 3.* latè *Guazz. d. defen. 29. cap. 4. num. 2.* vbi dicit, defenſionem, vti de iure naturali, neque Diabolo eſſe denegandam, & illam auferri non poſſe per Principem, neque de plenitudine poteſtatis, vt ibi per eum, & idem ſcribit *defen. 31. cap. 1. num. 4.* licèt aliquos contrarium tenentes referat, & dicit, nunquam vidiſſe illam tolli, neque per Papam *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 3. caſu 1. num. 122.* & benè comprobat *P. Graſſ. de nece prodit. d. §. 1. num. 1.*

4 Amplia tertiò d. concluſionem, vt defenſio neque tolli poſſit a Statuto, vt not. *Ang. Alberic. Caſtr. Curt. Iun. Salam. Mant. & alij in d. l. vt vim 3. ff de inſt. & iur. Marſil. in pract. §. quoniam, num. 78. Rol. conſ. 12. num. 55. lib. 3. Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 39. num. 25. & de homic. d. quæſt. 125 num. 3. & ſeq. & conſ. 181. num. 21. lib. 2. Guazz. d. defen. 29. cap 4. ſub num. 8.* vbi ampliat vt defenſio neque tolli poſſit per conſuetudinem, *Cartar. in pract. inter reo. lib. 4. cap. 1 num. 166. & Merlin. Pignat. d. cap. 33. num. 9. Cabal. d. caſ. 88. num. 2.*

5 Limita primò d. ſecundam, & tertiam ampliationem, quod licèt Princeps, & Statutum non poſſint auferre defenſionem, poſſint tamen tempus defenſionis reſtringere, & abbreuiare reducendo illud etiam ad horas in caſibus exemplaribus, vt volunt *Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 39. num. 26. et n. 112. Cartar. de execut. ſent. capt bann. cap. 3. num. 38* vbi teſtatur de communi opinione, *& Guazz. d. defen. 31. cap. 1. num. 4.* vbi alios adducit concordantes, & dicit, eſſe peſſimi exempli tempus defenſionis ad horas tantum reſtringere, vt ibi per eum.

6 Limita ſecundò d. 2. & 3. ampliationes, vt non habeant locum ſtante aliqua iuſta cauſa, quia tunc per Principem, & Statutum tolli poſſe defenſiones, voluerunt *Angel. Caſtr. Dec. Mant. Bologn. & alij in d. l vt vim 3. ff. de iuſt. et iur. Tiraq. de pœn. temp. in præfat. num. 44. Vaſq. quæſt. Ill. lib. 1. cap. 31 num. 9. et cap. 36. num. 1. Plax. in epit. delict. cap. 28. num. 3. Farinac. de indic. et tort. d. quæſt. 39. num. 24.* vbi dicit, vix dari poſſe in Principe iuſtam cauſam auferendi defenſionem, *et de homic. d. quæſt. 125. num. 19.* plenè *Guazz d. defen. 29. cap. 4. num. 7.* vbi alios adducit ita ſentientes, & alias ſubnectit limitationes, *Merlin. Pignat. d. cap. 33. num. 25.*

dicens

dicens tamen, id non eſſe tutum, & *Vermigl.conſ.* 184. *num.4.* vbi dicit, id tamen Principes facere non ſolere, vt ibi per eum, idem *Farinac.conſ.* 103 *num.8 lib.1.* vbi docet, quæ ſit iuſta cauſa.

7 Amplia quartò d. concluſionem illatiuè, vt ſi defenſio denegetur, omnia ſint nulla, ita vt ſi emanauerit confeſſio rei, confitenti non noceat, ſed Inquiſitus ſit abſoluendus *d. clem. paſtoralis 2. in fin. de re iudic. Lauren.deciſ. Auenio.15.per tot.Vulpel.conſ 21.num.6. Farin.de indic. & tort. d.quæſt. 39. num.84. & conſ 156.nu.24. & ſeq.lib.2. Guaz. d.defen.29.cap.3. num. 3.* & dixerat priùs *defenſ. 24. cap. 3. in fin.*

8 Amplia quintò d. concluſionem illatiuè, vt defenſio tolli non poſſit neque per Iudicem, licèt habeat liberum arbitrium procedendi, & ſinè iuris ſolemnitate, vt voluerunt *Afflict. deciſ. 391. num. 2. & ibi Vrſil. ſub num.2. Boſſ.in pract. in tit, de indic. & conſider. ante tortu. & c. num 74. Lauren. d. deciſ. Auenio 15 num.4. & 5. Cartar.in pract.inter reo. lib.4.cap 1.num.167. & ſeq. Farinac. de indic. & tortu.d. quæſt, 39. num. 11. & ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione, & *conſ.103.num.4. & ſeq. lib.1. & Guazzin.d.defen.29.cap.4 num.8.* vbi alios dat concordantes addo *Vermigl. conſ. 184. nu.3.*

9 Verùm verò ſupradicta habeant locum in atrociſſimis, & præcipuè in eis Iudex poſſit contra reum ex propria iuriſdictione, vel ex conſuetudine ſeù mandato Principis deuenire ad torturam, denegatis defenſionibus, dixi infra in *verbo Tortura, Reſolut. 4. per tot.*

ADDITIO.

N.3. & 4. VBi habetur, quod defenſio non poteſt tolli neque à Principe, neque a Statuto adde *Ant. Macerat. reſol.102.num.18. lib.1. Cyriac.contr.637. num.84. & P. Vidal. in Arca ſalut. in tit. de iuſta defen. Inquiſ.1.n.93.*

N.7. Vbi habetur, quod denegatis reo defenſionibus omnia ſunt nulla adde *Vermigliol.conſ.205.num.4. & Antonel.de temp.legal.lib.4. cap.19.num.7.*

SVMMARIVM.

1 *Defenſio eſt ita fauorabilis, vt probetur præſumptionibus, & coniecturis.*
Maximè, ſi delictum fuerit probatum per præſumptiones, & coniecturas. num.2.
Et defenſio probetur per teſtes non reddentes cauſam ſcientiæ, num. 3.
Et per vnicum teſtem, num. 4.
Et per probationes dubias non concludentes, n.5
Et per ſemiplenam probationem n.6.
Et per teſtes deponentes de credulitate, n.7.
8 *Frater pro fratre, & conſanguineus probat fauore defenſionis.*
Ac etiam teſtes domeſtici, & familiares, n.9.
10 *Defenſionis fauore magis creditur teſtibus deponentibus pro defenſione, quam contra defenſionem.*
11 *Defenſio probatur etiam per teſtes inhabiles.*
Declara remiſſiuè, vt n.12.

RESOLVTIO II.

Defenſio an probetur præſumptionibus, & coniecturis.

1 DEfenſio eſt ita fauorabilis, vt illa probetur præſumptionibus, & coniecturis, vt tradunt *Boſſ. in pract. in tit. de fauor.defen.num.3 in fin. Ant. Gomez var. reſ.tom.3.cap.2.num.27 Maſcar. de prob. concl. 92. num.1. lib.1. Vulpel.conſ.44.num.8. Honded.conſ.99.num.28 vol.1.& conſ.87.num.35.lib.2.Farinac.conſ.6.num. 15.lib.1. et ibi Adden.littera H.et conſ.35.num.36. et ibi Adden. litt.H.conſ.33.num.54.* vbi dicit, hoc habere locum etiam in criminibus exceptis *eodem lib. 1.* plenè *Guazzin. defen. 29. cap. 3. num. 3.* vbi alios adducit concordantes *Vermigliol conſ 16.nu. 21. et conſ.263. num. 6.* & ſentit *Carena de Offic. S. Inquiſ.par 2. tit.9. num. 13.* & dixi ego *allegat. forenſ 88. num. 31.*

Defenſio enim eſt magis fauorabilis, quam offenſio, vt dicunt *Marſil. ſingul 90. Boſſ. in pract. in d. tit. de fauor. defen.nu.2. et Guazzin.d.defen.29. cap.3.nu.1.* vbi infert, quod pro reo in criminalibus probationes ſunt ampliandæ, & pro actore reſtringendæ, & quod magis creditur teſtibus deponentibus pro non delicto, quam pro incluſione delicti, & alias ſubnectit illationes.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt eo magis habeat locum, quando delictum fuit probatum per præſumptiones, & coniecturas, quia tunc eo magis defenſio probatur contrarijs præſumptionibus, & coniecturis, cum vna præſumptio tollat aliam, vt not. *Alciat.de præſ.reg.3.præſum.30.num.2.Vulpel. d.conſ.44. num 8.Maſc.de prob concl.491.num. 3.lib.1. & Guazz d.defen.29.cap.3. num.3.in fin.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt fauore defenſionis probent etiam teſtes non reddentes cauſam ſcientiæ, vt tradunt *Clar. Vint. et Hond.* quos refert, & ſequitur *Guazzin.d.defen. 29. cap.3.num. 10.* & ego dixi latius infra in verb. *Teſtis, Reſol. 15. in 1. limitatione.*

4 Amplia tertiò d. concluſionem, vt fauore defenſionis teſtis vnicus plene probet, vt poſt *Cranet. Thob. Non. Boſſ. Vulpel. Maſcar. Honded. et Farinat.* per eum relatos tradit *Guazzin. d. defen, 29. cap.3. num. 12.* nec non *Farinac.conſ.6.num. 41. lib. 1.* & ego dixi latiùs infra in verb. *Teſtis Reſol. 18. num.* . . . *et alleg Foren.97.n.29. et alleg.98.n.23*

5 Amplia quartò d. concluſionem, vt defenſio probetur etiam per probationes dubias, minùs concludentes, & non legitimè probatas, vt docent *Vulpel.conſ.97.num.4. Eugen.conſ.11.num.70. lib.1. Maſcar.de prob.concl.391.nu 8.lib.1. Hond.conſ.100.num.12.et conſ.102.num.21.lib.1.et conſ 90.n. 20.lib.2.* vbi teſtatur de communi opinione. *Cabal. reſol.crim.190 num.13.cent.2.* latè *Adden. ad Farinac. conſ.6.litt.H.et conſ.102.num 5.lib.1. Guazzin. d.defen.29.cap.3 num.4.* vbi alios adducit concordan-

dantes, & *Vermigl, conſ.263. num. 6.* & dixi ego *allegat.foren* 86. *num.24.*

6 Amplia quintò d.concluſionem, vt fauore defenſionis probatio ſemiplena rei habeatur pro plena, & ſufficienti probatione, vt voluerunt *Crauet,conſ, 2.num.16.Natt.conſ.412. num.23. par,3, Maſcard. de probat, d,concl,491.nu.17. & ſeq. lib,1.& concl, 904.num,10.lib,2.Farinac, conſ.79, num,25. lib, 1.* vbi alios refert ita ſentientes, *Menoch,de præſum, lib.5,præſum.48.num.8,Vermigl.conſ.263.num,6.et T, Graſſ de nece prodit.§.34.n.11.*

7 Amplia ſextò d.concluſionem, vt teſtes deponentes de credulitate plenè probent examinati ad defenſionem Inquiſiti fauore defenſionis, vt poſt *Ant.Gomez Gram.Herenl.Thob.Non.Maſcar.Farin, Hond.* & alios per eum adductos probat *Guazz.d. defen.29.cap,3,num,11.& Farinac.conſ.35. num.8 lib.* 1. & ego dixi latius infra in verb. *Teſtis Reſ. 35,nu. ,* . , *& alleg.for,94.n,50.& alleg,98.n.20*

8 Amplia ſeptimò d. concluſionem, vt fauore defenſionis frater pro fratre, & conſanguineus, & affinis admittantur pro defenſione conſanguinei, & affinis, vt poſt *Crauet.Boſſ.Gramm.Gomez Rolan, Gabr,Maſcar,Hond,* & alios per eum relatos ſcribit *Guazzin.d.defen.29 cap.3.num.5.* & ego pariter dixi latiùs infra in verb, *Teſtis Reſol,10, limit. 4. & Reſol. 16, in princ,*

9 Amplia octauo d.concluſionem, vt ad probandã defenſionem admittantur etiam teſtes domeſtici,& familiares, vt poſt *Ang. Gomez Grama. Gabr. Bertaz. Maſcar,Rim,Iun.Hond.*& alios per eum relatos tradit *Guazzin.d,defen.39.cap.3.num 7.* & ego dixi latiùs infra in verbo *Teſtis, Reſol 12.n,* . . .

10 Amplia nonò d.concluſionem, vt fauore defenſionis magis credatur teſtibus deponentibus pro defenſione, quam contra defenſionem, vt adnotarunt *Rolan.con.,63.num.44.lib.2.Bertaz.conſ.258 num.102.lib.2.Maſcar.de prob.concl.497.num. 15, lib.1.* quando teſtes ſunt in pari numero, *Caball. reſol. crim.caſu 248 num.48. cent.9.* vbi dicit, teſtibus paucioribus deponentibus pro defenſione magis credi, quàm pluribus, quando ſunt digniores, vt ibi per eum, benè *Guazz defen.29.cap.3.n. 13.Farin,conſ.39.num.15.lib.1.* alios adducens ita ſentientes *Vermigl. conſ.* 25. & dixi pariter ego latiùs infra in verb.*Teſtis Reſol.18.num.* . . . *& alleg. foren, 85.n.12. & alleg.88. num.56.*

11 Amplia poſtremò d.concluſionem, vt ad probandam defenſionem admittantur etiam teſtes inhabiles, vt ſcripſerunt *Gram. deciſ.24.nu.16. Boſſ. in pract,in tit.de indic.num.15.Clar.in pract. §.final. quæſt.24 verſ.item ſcias &c* vbi dicit, Iudicis arbitrio eſſe remittendum quanta fides ſit eis adhibenda, *Ant.Gomez var,reſ.tom 3. cap.12. num.13.* vbi teſtatur de communi opinione *Hond. conſ.87. num.36. lib.2.* quamplures adducens ita ſentientes, *Menoch.de præſ.lib.5.præſ.48.num.* .*Farin,conſ.39. num.16.* vbi teſtatur de communi opinione *lib.1.*& latiùs *in tract.de teſtib.quæſt.62.nu.90. & ſeq.* alios referens quamplures etiam de communi opinione teſtantes, plenè *Guazz.d.def.29.cap.3.n,8.& ſeq.*& dixi ego *alle.for.98.n.27.* vbi de teſtibus de auditu.

12 Declarationes plures ad hanc poſtremam ampliationem recenſet *Farinac. de teſtib. d. quæſt. 62 num.91 & ſeq. & Guazz.d defen.29.cap.3.num.8. verſ. licèt &c. cum plur. ſeq.* Ipſos conſulas, non enim librum de libro facere intendimus.

S V M M A R I V M.

1 *Occidens hominem ad ſui defenſionem nulla pœna puniri debet,*

Quod habet locum, etiam ſi occidens ſit Clericus, vel Religioſus, num.3.

Ac etiam in foro conſcientiæ, num.4.

Procedit, quando in defenſione fuit ſeruatum moderamen inculpatæ tutelæ, aliàs ſecus, n.5.

Quod conſiſtit primò, quod defenſio ſit facta incontinenti, num.6.

Quando verò dicatur facta incontinenti, vide num. 7.

Secundò, quod ſi facta ad defenſam, non autem ad vindictam, num.8.

Et tertiò quod ſit ſeruatus modus, quod verſatur circa plura, num.9.

Si tamen modus non ſit ſeruatus, ſed fuerit exceſſum, d.exceſſus nõ punitur pœna ordinaria, n.10

Etiam ſi fuerit exceſſum lata culpa, n.11.

Et ſi fuerit exceſſum dolo,& ex propoſito, n.12

Si tamen fuerit exceſſum in defendendo leuiſſima culpa, nulla intrat pœna, n.13.

Et idem eſt, ſi fuerit exceſſum culpa leui, n.14.

Contrarium tamen tenent plures Doctor. quod tunc aliqua intret pœna, n.15.

2 *Vim vi repellere omnes leges, & omnia iura permittunt.*

16 *Defenſio præſumitur facta incontinenti.*

Contrarium tenet Maſcard.n.17.

R E S O L V T I O III.

Occidens hominem ad ſui defenſionem an aliqua pœna puniatur.

1 OCcidens hominem ad ſui defenſionem nulla pœna puniri debet *leg. vt vim 3. & ibi not. Cin. Bart. Fulgoſ. Dec.Salam. Mant.Bologn.& communiter Doct. ff. de iuſt. & iur.* & tradunt etiam *Clar. in pract. §.homicidium, num.19.* vbi dicit hanc concluſionem eſſe indubitatam, & omnium gentium more, & conſuetudine receptam, *Ant.Gomez.var.reſ.tom.3 cap.3 num.10.Hond.conſ.99. num.9. lib.1.* vbi teſtatur de receptiſſima Doct.opinione *Andr.Gail.pract.obſer. lib.2.obſeru.110.num.9.Cartar de execut.ſent.capt. bann.in præſ.num.* . plenè *Farin.de homic.quæſt.125 num 3. & ſeq.* vbi quamplures adducit more ſuo ſectatores, *Cabal.de omn.gen.homic num.67.& ſeq. & num.92. & ſeq. Guazz. defen.29. cap.4.num.15. Caluin.de æquit.lib.2.cap.192.n.3.& 6.Giur.conſ.84. num.*

num.3. benè *Vermigliol. conſ.73. in princ. Vrſell. in exam. apun concl.80. num.10. & P. Graſſet. de nece prodit. § 28. num.24.*

2 Vim vi enim repellere omnes leges, & omnia iura permittunt *d. l. vt vim 3. ff. de iuſt. & iur. l.1. §. vim vi, ff. de vi, & vi, & arma.* cum ſimilibus, & latè comprobat *Andr. Gail. de pace publ. lib.1. cap. 16. num.7. Medic. de caſib fortuit. par.1. quaeſt.8. in princ.* & cuilibet competere ius ſe defendendi contra aggreſſorem benè probat *P. Graſſet. de nece prodit. d §.28. num.22. & 27.* & alias rationes adducit *Farinac. de homic. in d. quaeſt.125. num 3. & ſeq. & Rub de valid. legal. cap.41. num. 84. et pluribus ſequen.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in Clericis, & Religioſis, quibus ad neceſſariam eorum defenſionem occidere licèt, vt not. *Dec. Salam. Sciſel. Bologn. et alij in d. l. vt vim 3. ff. de iuſt. et iur. Ripa de noct. temp. cap 32. num 5.* plenè *Farinac. de homic. d. quaeſt.125. num.14.* vbi alios dat concordantes quamplures *Caball. de omn. gener. homic. num.68. Cirinc contr.126. num.5. Caluin. de aequit. d. cap.292. num. 8. P. Dian. in ſumm. in ver. occidere innuſorem in princ. et P. Graſſet de nece prodit. d. §.28. num.24.* vbi de Sacerdote celebrante, qui eggreſſus poteſt omittere ſacrum, occidere aggreſſorem, & redire ad ſacrum, vt ibi per eum, & vide *Reſol. ſeq. num.8.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in foro conſcientiæ, & ſine peccato, cum defenſio ſit etiam permiſſa de iure diuino, vt probaui ſupra *Reſol.1. num.2.* quod peccatum non admitti, vt ſcripſere *Ang. Caſt. Fulgoſ. Dec. Gurzi. Sciſel. Curt. Iun. Mant. & Bologn. in d. l. vt vim 3. ff. de iuſt. & iur. Couar. in clem. ſi furioſus, par.3. §.1. nu. 1. de homic.* vbi teſtatur de receptiſſima Theologorum ſententia, prout facit *Hond. d. conſ.99. num 9. lib.1.* plenè *Farinac. de homic. d. quaeſt.125. num.20.* quamplures adducens ita ſentientes, *Giurb. d. conſ. 84. num.5. Cabal. de omni gen. homic. num.68. & ſeq.* licet aliquos contrarium tenentes referat *Caluin. de aequit. d. cap.192. num.10.* latè *P. Dian. in ſumm. in d. verb. occidere innuſorem in prin. & P. Graſſet. de nece prodit. d. §.28. num.24. & ſeq.*

5 Limita primò d. concluſionem, vt homicidium ad defenſionem commiſſum tunc demum ſit impunibile, quando in eo fuit ſeruatum moderamen inculpatæ tutelæ, aliàs ſecùs *cap. ſignificaſti 18. & ibi gloſ. Hoſtien. Abb. Anan. & Henr. Boich. de homic.* & docent etiam *Cin. Bar. Iaſ. Fulgoſ. Dec. Mant. Sciſel. & alij Doct. communiter in d. l. vt vim 3. ff. de iuſt. & iur. Clar. in pract. §. homicidium, num 27 Medic. de caſib. fortu. par.1. quaeſt.8. num.52. Muſcar. de prob. concl.1126. num.29. lib 3.* vbi dicit, quod ita tenent omnes ſcribentes, & latè, quampluribus Doct. authoritatibus relatis, firmat *Farinac. de homic. d. quaeſt.125. num.330. Guazzin. d. defen.29. cap. 5. in prin. Cabal. de omn. gen. homic. num.67. Caluin. de aequit. d. lib.2. cap.192. num.11. Illuſtr. Sperell. decis.124. nu.49. par.2. & P. Layman. in Theol. moral. ſect.5. tract.3. par.3. cap.3. num.1.*

6 Declara primò d. primam limitationem, quod ad hoc, vt moderamen inculpatæ tutelæ in ſe defendendo dicatur ſeruatum, tria requiruntur, & primò veniat attendendum tempus, hoc eſt quod defenſio fiat incontinenti, non ex interuallo, quia tunc defendens non dicitur ſeruaſſe, ſed exceſſiſſe moderamen inculpatæ tutelæ, vt declarant *Cin. Iaſ. Salamo. Sciſel. Mant. & Bologn. in d. l. vt vim 3 ff. de iuſt. & iur.* & vltra eos *Clar. in pract. in d. §. homicidium, n.27. Medic. de caſ fortu. d. par.1. quaeſt.8. n.51 Gail. de pace publ. lib.1. cap.16. num.11. in fin. et ſub n.17.* latè *Farin. de homic. d. qu.125. nu.338.* vbi alios dat concordantes quamplures, *Cabal. de omn. gen. homic. n.94 et ſeq.* benè *Guazz. d. def.29. cap.5. n.2. ver. circa tempus etc. Caluin de aequit. d. cap.192. n.14 et ſeq. Vermigl. conſ.73. n.6. et ſeq. Illuſ Sperel. deciſ. 45. num.82 par.1 et deciſ.124. num.49. et ſeq. par.2 et Capic. Latr. deciſ.75 in fin. lib.1.*

7 Subdeclara d. declarationem, vt defenſio dicatur facta incontinenti, ad hoc vt ſe defendens nulla pœna teneatur, quando in fragranti rixa, & in ipſo actu offenſionis quis aggreſſorem percuſſit, & antequam diuertat ad extraneos actus, vt declarant *Plaz. in epit. delict. lib.1. cap.28. nu.19. Clar. in pract. in §. homicidium, num.6. & ibi Baiar. nu.113. Muſc. de prob. concl.1126. num.42. & ſeq lib.3. Gail. de pace publ. d. lib.1. cap.16. ſub num 17.* benè *Farinac. de homic. d. quaeſt.125. num. 339.* vbi alios adducit ita ſentientes, & dicit, contrariam opinionem procedere quo ad euitandam pœnam ordinariam, & non alias *Guazzin. d. def 29. cap.5. num.2. verſ. circa tempus &c. Giurb. conſ 86. num.4.* alios referens concordantes quamplures.

8 Secundò venit attendenda cauſa, quod aggreſſus faciat ad defenſionem, non autem ad vindictam, hoc eſt quod ſit conſtitutus in diſcrimine vitæ, honoris, vel alterius iniuriæ perſonalis, & aliter euadere non poſſit d. iniuriam, niſi offendat, vel occidat, vt declarant *Gram. conſ.56. nu.16. Clar. in pract. in d. § homicidium, num.34. & ibi Baiar. num.106. Cabal de omn. gen. homic. num.97. Gail. de pace publ. lib.1. cap 16. ſub num.17.* latè *Farinac. de homic. d. quaeſt.125. num.353. & num.382.* vbi innumeros ferè more ſuo refert concordantes, *Guazzin d. defen. 29. cap.5. n.2. verſ. circa cauſam etc. Caluin. de aequit. d. cap.192. n.18. et Capic. Latr. d. dec.75. in fin. lib.1.*

9 Tertiò venit attendendus modus ſe defendendi, quod verſatur circa plura, & præſertim circa genus armorum, circa qualitatem offenſionis, & defenſionis, vt offenſus verbis gladio non occidat, circa qualitatem perſonarum, & alia quamplura, quæ latè recenſentur per *Cabal. de omni gen homic. num 95. et ſeq. et per Farinac. de homic. d. quaeſt.125 num.349. et plur. ſeq.* vbi plenè docent, quando dicatur ſeruatum moderamen inculpatæ tutelæ circa modum, vel potiùs circa illum dicatur exceſſum, quæ cum ſatis longiora ſint, & apud eos videri benè poſſint, hic breuitatis ſtudio referenda non duxi, ſed ad eos lectorem remittere, prout facit *Guazz. d. defen.29. cap.5 num.5.* & d. modum circa genus armorum non eſſe attendendum, latè pro-

bat *Caluin.de æquit.d.cap.192.num.28. & ſeq. Capic.Latr.d.deciſ.75. in ſin. lib.1.* & plurimum valere in hoc arbitrium Iudicis dicit *P.Layman.in Theol. moral.d.ſect.5.tract.3.par.3.cap.3.poſt princ.*

10 Declara ſecundò d. primam limitationem, vt quando in defenſione non fuit ſeruatum moderamen incolpatæ tutelæ, ſed in eo fuit exceſſum, ille exceſſus non punitur pœna homicidij ordinaria, ſed mitiùs, Iudicis arbitrio, cum excedens dicatur in culpa, & non in dolo, vt tradunt *Dec.Iaſ.Salam.Curt.Iun.Maut.Bologuet.& alij Doct. commun. in d.l.vt vim 3.ff.de iuſt.& iur.Couar.in clem. ſi furioſus par.3.§.1.n.3.de homic.* vbi teſtatur de communi opinione, *Ant.Gomez var reſol.tom 3.cap.3. n.24.* vbi pariter teſtatur, hanc eſſe receptam opinionem Doctorum *Clar.in pract. d. §.homicidium, ſub num.27.* vbi dicit, hanc eſſe receptiſſimam Doctorum ſententiam, *Menoch.de arbitr.caſu 278.n.1. & ſeq.* vbi dicit, quod ita omnes Doctores fatentur. *Farin.conſ.2.num.6.& 10.& conſ.4.n.14.lib.1.* vbi dicit, ſeruis eſſe, ſi exceſſus ſit in offendendo, & *de homic. d. quæſt.125.num.396.* vbi quamplures Doctores refert de communi, & magis communi opinione atteſtantes, & dicit, exceſſum non puniri pœna corporali, ſed alia pœna Iudicis arbitrio, *Giurb.conſ.17.num.13.Cabal de omni gen homic.nu.98. & ſeq.Guaz.d.defen.29.cap.5.nu.3.& ſeq.Vermigl.conſ.28.num.15.& conſ.37.num.5. Caluin. de æquit.d.cap.192.nu.19.*& in his terminis intelligendum cenſeo *Vrſel.in exa.apũ concl.80. in fin.* dicentem, excedentẽ in ſe defendendo a pœna excuſari.

11 Amplia primò d. ſecundam declarationem, vt habeat locum etiam ſi exceſſus fuerit commiſſus lata culpa, quia adhuc puniri non poteſt pœna ordinaria, ſed alia mitiori Iudicis arbitrio, vt docent *Auguſt.ad Ang.de Maleſ.in ver.& d. Titius ſe defendendo num.18. Nouel.ad defen.in prin.num.18. Capol.conſ.crim.51 num.9.* quos vna cum alijs pluribus refert, & ſequitur *Farinac.de homic. d.quæſt. 125.num.412.& ſeq.* vbi docet quando dicatur exceſſum lata culpa, cum quibus pertranſeunt *Clar. in pract. in d.§.homicidium, num.39. Guaz. d.defen. 29.cap.5.num.3.& 5.*& ſentit *Vermigl.conſ.28.n.15*

12 Amplia ſecundò d.ſecundam declarationem, vt exceſſus non puniatur pœna ordinaria, ſed mitiori Iudicis arbitrio, non ſolum quando fuit commiſſus lata culpa, ſed etiam ſi fuit commiſſus dolo, & ex propoſito, vt ſcripſerunt *Bald.Iaſ.Dec.Salam. Seiſell.Curt.Iun.Mant.& Bologn.in d.l.vt vim 3 ff.de iuſt. & iur.Boſſ in pract.in tit.de homic.num.91.* vbi teſtatur de communi opinione, *Fachin.contr. iur. lib.1.cap.32.* vbi hanc dicit veriorem, & communem opinionem, latè *Farin.de homic.d.quæſt.125. num.414.* vbi quamplures refert ita ſentientes, & de communi, & magis communi opinione atteſtantes, quibus addo ita ſentientes *Clar.in d.§.homicidium, num.39. Guazz.d defen.29.cap.5.num. 3.*& ſentit *Vermigl. d.conſ.28.num.15.*

13 Limita primò d ſecundam declarationem, vt nõ habeat locum, quando exceſſus per ſe defendentem commiſſus fuit ex leuiſſima culpa, quia tunc nulla pœna puniri debet, vt not. *Bald.in d. l.vt vim 3.ff de iuſt.& iur. Capol.conſ.crim.41.num.9. & 10. & conſ.42. num.11. in fin. & conſ.43. ſub num. 3. Bertaz.conſ.1.ſub num.28.lib.1. Farinac.de homic. d.quæſt.125. num.404.* vbi alios adducit, ita ſentientes, & docet, quando dicatur exceſſum culpa leuiſſima, reprobando *Nouel. & Cabal.* contrarium tenentes, & ſequuntur etiam *Guazz d.def.29. cap.5.num.3.& Caluin.de æquit.d.cap.192.num.29.*

14 Limita ſecundò d.ſecundam declarationem, vt exceſſus commiſſus in ſe defendendo nulla pœna veniat puniendus, etiam quando fuit commiſſus leui tantum culpa, vt voluerunt *Bald.in d.l. vt vim 3. num.25.ff. de iuſt.et iur. Bertaz.conſ 135.num.18.et ſeq. lib.1.* vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione, *Clar.in pract.in d.§.homicidium,nu. 27.& ibi Baiar.num.107.Tiraq.de pœn.temp.cau.1. num.8.et ſeq.et Caluin.de æquit.d.cap.192.num.29* & quod excedens cõdeliberatè ſurpre tre acceſſius nulla pœna veniat puniendus voluit *Giurb.conſ.17. num 14. et 29.*

15 Contrariam tamen opinionem, imò exceſſum circa moderamen incolpatæ tutelæ leui culpa cõmiſſum puniri poſſe aliqua leui pœna Iudicis arbitrio, tenuerunt *Capoll.d. conſ.41. num.9.* & ante eum *Iaſ.in d.l.vt vim 3.num.11. ff.de iuſt.& iur. Carer.in pract.in tit.de homic & aſſaſſ.§.circa quantum &c.num.1.& 10.* & alij cum quibus pertranſire videtur *Farinac.de homic.d.quæſt.125. num.409.* vbi declarat, quando dicatur exceſſum ex culpa leui, licet aliter diſtinguere videatur *de pœn.temp.quæſt. 87.num.78.*& d.moderamen conſiderari non poſſe in inſultato accenſo calore iracundiæ, cum primi motus non ſint in noſtra poteſtate, ita vt id totum ſit repoſitum in boni Iudicis arbitrio, firmant *Guazz.in.d.defen.29.cap.5.nu.4 Caual. de omn.gen. homic. num. 100.& ſeq.idem Farin. d quæſt.125. num. 395. Giurb. d.conſ.17.num.14. & Cryſpol.caſu milit.20.num.30.*

16 Adde prædictis, quod defenſio in dubio præſumitur facta incontinenti, non autem ex interuallo vt not. *Bologn.in d.l.vt vim.3.num.41.ff.de iuſtit.& iur.* vbi teſtatur de communi opinione, contrarijs reſpondet, & bene comprobat, & *Boſſ.in pract. in tit.de homic.ſub num.82.* cum quibus pertranſit *Farinac.de homic.d.quæſt.125.num.345.*

17 Licèt contrariũ teneat *Maſc.de prob.concl.1126. num.44.lib.3.* alios adducens concordantes.

ADDITIO.

N.1. VBi habetur quod occidens hominem ad propriam defenſionem nulla pœna punitur adde *T. à Vial. in ſua Arca ſalut. in tit.de iuſta defenſ.Inquiſ.1.num.6.& ſeq. D.Torre de pact.fut.ſucceſ.lib.1.cap.25.num.7*

SVMMARIVM.

1 *Aggreſſus non tenetur fugere, ſed poteſt aggreſſorem contra ſe venientem occidere.*

Licèt aliqui contrariam teneant, num.2.

Etiam

Etiam quod aggreſſus fugiendo nullum periculum incurrat, n. 3.

Contrarium tamen tenent aliqui, n. 4.

Et eo magis, ſi fugiendo periculum incurreret, ne offenderetur, n. 5.

Et tàm, ſi aggreßus ſit perſona nobilis, quam ignobilis, num. 6.

Contrarium tamen in perſona ignobili tenent plures Doctores. num. 7.

Et concluſio ſupradicta habet locum etiam in Clerico, ſi incurreret periculum, n. 8.

Fallit concluſio quando agitur contra eos, quibus debetur reuerentia, num. 9.

Fallit ſecundò de iure canonico. n. 10.

11 *Aggreſſo non fugiente, quando tenetur fugere, incurrat ſolum pœna extraordinaria, ſi occidat.*

RESOLVTIO IV.

Aggreſſus an teneatur fugere, vel poſſit aggreſſorem contra ſe venientem occidere.

1 AGgreſſus, & inſultatus non tenetur fugere, ſed poteſt aggreſſorem contra ſe venientem occidere, etiam quod fugiendo incolumis euadere poſſet, vt tradunt *Couar. in clem. ſi furioſus par. 3 §. 1. ſub num. 4 de homic.* vbi teſtatur de communi opinione *Vulpell. conſ. 78. num. 5.* vbi pariter de communi opinione fidem facit, *Maſcar. de prob. concl. 390. num. 8. lib. 1. et concl. 1126. num. 36. lib. 3.* plenè *Clar. in pract. in §. homicidium verſ. Atque adeo etc.* vbi quamplures dat concordantes de communi opinione fidem facientes, latè *Farinac. de homic. quæſt. 125. num. 121.* alios adducens quamplures ita ſentientes *Honded. conſ. 99. num. 12 lib. 1.* qui hanc opinionem appellat magis communem *Guaz. defenſ. 29. cap. 4. num. 27.* plures referens de communi opinione teſtantes, *Ciriac. controu. 126. num. 6. et Caluin. de æquit. lib. 2. cap. 192. num. 51. et ſeq.* vbi dicit, ita pluries fuiſſe reſolutum in Senatu Mediolani.

Ab aliquo enim fugatum eſſe non ſolum iniuria, & contumelia eſt, ſed etiam adeſt periculum cadendi in terram, & ſic occidi ab aggreſſore, quod quis ſubire non tenetur, vt docent *Farin. in d. quæſt. 125 num. 126. Vulpel. d. conſ 78. num. 5. Guazzin. d. defen. 29. cap. 4. num. 27.* & alij Doctores ſupra adducti, nec non *Rub. de validit. legal. cap. 41. n. 136. & ſeq.*

Quicquid contrarium voluerint *Hoſt. Caſtr. & Iodoc.* in locis relatis per *Farinac. in d. quæſt. 125. num. 123. & Decian. tract. crim. lib. 2. cap. 19. num. 5.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam quod aggreſſus fugiendo nullum ſuæ perſonæ periculum incurrat, & a periculo euadere poſſit, quia adhuc non tenetur fugere, vt voluerunt *Couar. in d. clem. ſi furioſus cap. 3. §. 1. num. 4.* vbi teſtatur de cõmuni opinione prout facit *Boſſ. in pract. in tit. de homic num. 86. Clar. in d. § homicidium ver. vſq. adeò &c.* vbi pariter hanc dicit communem opinionem *Maſc. de prob. d. concl. 1126. num. 13. & ſeq.* vbi hanc dicit communem, & veriorem opinionem, *Iacob. Ayrer. de homic. neceſ. par. 1. num. 21 & ſeq. & nu. 31. & ſeq.* vbi hanc ampliationem dicit eſſe veriorem, communiorem, in foro frequẽtiorem, & rationi naturali magis conſentaneam ſententiam, quem refert, & ſequitur *Farinac. in d. quæſt. 125. num. 133.* qui pariter teſtatur de veriori opinione, & ſentit etiam *Guazz. d. cap. 4. num. 27.*

4 Licet contrarium, imò aggreſſum teneri fugere, quando ſinè vllo vitæ periculo poteſt ſe ſaluare, tenuerint *Marſil. in pract. §. quoniam, num. 87. Ant. Gomez var. reſol. tom 3. cap. 3. ſub num. 23.* & alij relati per *Farinac. d. quæſt. 125. nu. 131.* cum quibus ſentit *P. Leſſ. de iuſt. et iur. lib. 2. cap. 9. dubit. 8. ſub num. 43.* contra quos adeſt verior, & magis communis opinio de qua ſupra.

5 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando aggreſſus poneret ſe in periculo aufugiẽdo, vt ab aggreſſore offenderetur, quia tunc omnes admittunt, illum non teneri aufugere, ſiuè Laicus, ſiuè Clericus ſit, quomodocunq. periculum immineat, vt docuerunt *Hond. d. conſ. 99. nu. 12. in fin. lib. 1 Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 3. num. 23. Medic de caſib. fortu. par. 1. quæſt. 8. nu. 14. Maſc. de prob d. concl. 1126. num. 14. et plur. ſeq. lib. 3* plenè comprobat, & exemplificat *Farin. de homic. d. quæſt. 125. nu. 124. et 125.* alios quamplures more ſuo adducens concordantes *Guazz. d. defen. 29. cap. 4. nu. 27. circa medium, Calui. de æquit. d. c. 192. n. 54. et Rub. de valid. legal. d. cap. 41. n. 141. et ſeq.*

6 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum, tàm ſi aggreſſus ſit perſona nobilis, cui ſit verecundia fugam arripere, quam ſi ſit ignobilis, cui non ſit verecundia aufugere, cum in omni perſona iniuria ſit ab alio fugari, ac etiam quia quilibet fugiendo poteſt cadere in terram, & occidi ab aggreſſore, vt voluerunt *Bald. Iaſ. Dec. Sciſel. Mant. Bologn. et alij in d. l. vt vim 3. ff de iuſt. et iur.* atteſtantes de communi, & veriori opinione *Bertaz. conſ. 1. num. 23.* qui pariter teſtatur de veriori, & magis communi opinione *lib. 1. Clar. in pract. § homicid. verſ. atque adeo &c. Maſcar. de prob. concl. 1126 num. 13 et plur. ſeq lib. 3. Hond. d. conſ. 99. num. 12. lib. 1.* qui hanc dicit magis communem opinionem eſſe, latè *Farinac. de homic. d. quæſt. 125. num. 126.* vbi hanc opinionem dicit magis communem eſſe, & in practica ſeruatam, vt *num. 128.* innumeros ferè more ſuo adducit concordantes de communi, & magis communi opinione atteſtantes, & præcipuè *Iac. Ayrer. de homic neceſ. par. 1 nu 21. et n. 31. & ſeq.* qui hanc opinionem dicit veriorem, magis communem, in practica frequentiorem, & naturali rationi magis conſentaneam *Guaz. defen. 29. cap. 4. n. 27. et Caluin. de æquit. d. cap. 192 nu 51 et ſeq.* vbi hanc opinionem dicit veriorem, & æquiorem eſſe, & ita in Senatu Mediolani pluries fuiſſe reſolutum.

7 Licèt contrarium, imò nobilem, & militem, & talem, vt verecundia illi ſit aufugere, non teneri aufugere, ſecùs tamen eſt quo ad perſonam vilem, & ignobilẽ, cui aufugere non ſit verecundia, quia ille

tenetur fugere, vt tenuit originaliter *Bart. in d. l. vt vim, 3. num. 10 ff. de iuſt. & iur*, qui exemplificat in Peruſino, & Florentino, nec non *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 3. num. 23.* vbi teſtatur de veriori, & æquiori opinione *Plaz. in epit. delict. cap. 28. num. 11. & per tot.* qui pariter de communi, & veriori opinione teſtatur, *Iodoc. in pract. crim. cap. 76. ſub num. 9. & cap. 79. num. 6* & hanc opinionem tenet poſt plures opiniones relatas *Canal. in ſpecul. commu. contra commun. quæſt. 551. in fin.* & alij, quos refert *Farinac. d. quæſt. 125. num. 127.* nec non *P. Dian. in ſum. in verb. occidere inuaſorem, num. 10*, vbi de plebeo, cui parua, aut nulla contumelia eſt aufugere, & *P. Layman. in Theol. moral. ſect. 5. tract. 3. par. 3. cap. 3. num. 2.* & in his terminis loquuntur *Eugen. conſ. 90. num. 49. lib. 1.* vbi de Peruſino, & *Cyriac. controu. 126. num. 6.*

8 Amplia quartò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in Clerico, qui aggreſſus non tenetur fugere, quando fugiendo probabiliter exponit ſe periculo vitæ ex inſequutione aggreſſoris, ita vt ei liceat aggreſſorem occidere abſque incurſu pœnæ, vel irregularitatis, alias ſecùs ſinè d. periculo vt poſt *Bolognet. Mant. Sari. Caual. Plaz. Baiar. & Iac. Ayrer* per eum adductos declarat *Farin. de homic. d. quæſt. 125. num. 129. & 130.* & poſt eum *Guazz. d. defen. 29. cap. 4. num. 27. verſ. & licet &c.* & in iſtis terminis intelligo *P. Dian. in Summ. in verb. Occidere inuaſorem, num. 10. P. Leſſ. de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 9. dubit. 9. num. 44. & dubit. 12. n. 85. & P. Layman. in Theol. moral. d. ſect. 5. tract. 3. par. 3. cap. 3. num. 2.* volentes, Clericos teneri aufugere, cum eis id non ſit dedecori, id enim habet locum, quando fugiendo nulli ſe exponunt periculo vitæ, ſecùs ſi ſe exponant, vt ſupra, cum tunc non teneantur fugere.

9 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum aggredientibus ijs perſonis, quibus debetur reuerentia, vt filius erga patrem, & auum, frater minor erga maiorem, & ſimiles, aduerſus quos non eſt omninò impunibilis offenſio, quando offenſus poterat ſe aufugiendo ſaluare, cum tunc nulla in fugiente verſetur verecundia ex fuga, vt tradunt *Dec. Franc. Curt. Seiſell. Bolognet. & alii in d. l. vt vim 3. ff. de iuſt. & iur. Baiar. ad Clar. in d. §. homicidium, num. 94. Farinac. de homic. d. quæſt. 125. num. 137. Guazzin. d. defen. 29. cap. 4. num. 27. verſ. & licèt &c. P. Dian. in d. verb. Occidere inuaſorem, num. 10. in fin. & P. Vidal in ſuis Inquiſ. moral. in tit. de iuſta defen. inquiſ. 1. n. 15.*

10 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum de iure canonico, ex cuius diſpoſitione inſultatus non poteſt aggreſſorem occidere, quando fugiendo poteſt incolumis euadere, præcipuè ſinè periculo, vt docent *Maſcar. de prob. d. concl. 1120. num. 23. lib. 3. Plaz. in epit. delict. cap. 28. ſub num. 11. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 3. ſub num. 23. Farin. de homic. d. quæſt. 125. num. 134. & ſeq.* alios adducens ſectatores quamplures, & ſcribit etiam *Decian. tract. crim. lib. 2. cap. 19. num. 5.*

11 Declara d. concluſionem, quod aggreſſus, qui non fugit quando fugere tenetur, ſi occidat aggreſſorem, tenetur ſolùm pro exceſſu pœna extraordinaria, vt voluerunt *Plaz. in epit. delict. d. cap. 28 ſub num. 11. Ant. Gomez var. reſol. d. tom. 3. cap. 3. num. 24.* quos referendo ſequitur *Farinac. de homic. d. quæſt. 125. num. 138.*

ADDITIO.

N. 7. VBi habetur, quod nobilis aggreſſus non tenetur fugere, ſed poteſt ſe defendendo occidere aggreſſorem adde *P. Vidal. in Arca ſalut. in tit. de iuſta defen. Inquiſ. 1. num. 50. & Adden. ad Rotam deciſ. 254. num. 327. par. 9. recent. tom. 1.*

N. 8. Vbi habetur, quod Clericus non tenetur fugere, ſi exponat ſe periculo *Adde P. Vidal. in d. Inquiſ. 1. num. 51.*

SVMMARIVM.

1 *Defenſio eſt licita, etiam pro defenſione rerum, ita vt liceat ex d. cauſa hominem occidere.*

Etiam ſi dominus rerum non ſit in periculo ſuæ vitæ conſtitutus, num. 2.

Licet contrarium teneant alij, num. 3.

Et defenſio rerum eſt licita detentatori, & poſſeſſori nomine alieno, num. 4.

Et etiam pro manutentione, & recuperatione poſſeſſionis, num. 5.

Et contra Clericum inuaſorem, num. 6.

Procedit d. concluſio, quando defenſio ſit incontinenti, ſecùs ſi ex interuallo, num. 7.

Quicquid aliqui contrarium teneat, num. 8.

Et quando res ſunt magni valoris; ſecùs autem ſi exigui, num. 9.

Niſi tamen fur ſe defenderet cum armis, & offenderet dominum rerum, num. 10.

Et non habet locum in Clerico, qui non poteſt occidere pro defenſione rerum, n. 11.

Contrarium tenent plures Doctores, n. 12.

Poteſt tamen Clericus pro defenſione rerum ablatorem percutere, num. 13.

Item fallit d. concluſio contra perſonas, quibus debetur reuerentia, num. 14.

Neque habet locum d. concluſio de iure canonico, num. 15.

Contrarium tamen tenent plures Doct. n. 16.

Defenſioni ſupradictæ eſt locus ſeruato moderamine, & alijs, vt n. 17.

Quo caſu licet etiam alijs aſſiſtere, & auxilium ferre ſinè pœna, num. 18.

19 *Furem quando liceat occidere pro defenſione, et recuperatione rerum, remiſſiuè.*

RESOLVTIO V.

Defenſio an ſit licita etiam pro defenſione rerum, ita vt liceat ex d. cauſa aggreſſorem occidere.

1 DEfenſio eſt licita, & permiſſa non ſolũ pro defenſione proprij corporis, ſed etiam pro defenſione rerum ſoli vm itaut liceat d. de cauſa hominẽ occidere, vt tradunt *gloſ. Ang. Salam.*

Salam. Bart. Sciſel. Mant. & alij in l. vt vim. 3. ff de iuſt. & iur. qui teſtantur de communi opinione *Vulpel. conſ. 79. num. 2. Medic. de caſib. fortu. par 1. quæſt. 8. num. 20. Farin. de homic. quæſt. 125. num. 168. & ſeq.* vbi alios dat concordantes, & ampliat, hoc habere locum etiam pro deſenſione rerum alienarum, & *conſ. 65. num. 26. & ſeq. lib. 1. Clar. in pract. §. homicidium verſ. hac autem defenſio &c. Maſc. de prob. concl. 490. num. 4. lib 1. Guazz. deſen. 29. cap. 4 num. 31. Canal. in ſpec. comm. contra com. quæſt. 349. num. 2. Paſcal. de patr. poteſt. par. 3. cap. 6. num. 36. & 37. Fachin. contr. iur. lib. 1. cap. 31. circa medium, Caluin. de æquit. lib. 2. cap. 192. num. 15.* & id licere etiam in foro conſcientiæ, de communi teſtatur *P. Dian. in ſumm. in verb. occidere inuaſorem, num. 19. & P. Laym. in Theolog. moral. ſect. 5. tract. 3. par. 3. cap. 3. num. 4. verſ. Aſſertio tertia, &c.*

Bona enim externa ſunt media ad ſubſtentationem vitæ, & conſeruationem honoris, & ſtatus, ita vt dicantur ſanguis, & vita hominum, vt dicit *gloſ. in l. aduocati 14. C. de aduoc. diuer. Iud.* & ſequitur *P. Dian. in d. ver. occidere inuaſorem, num. 19.* & ante eum *Clar. in d. § homicidium, num. 25.* & ideò non mirùm, ſi illa defendi poſſent cum diſpendio vitæ alterius, ſicuti propria vita, vt not. *P. Dian. in d. num. 19.* & alij Doct. ſupra adducti.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt pro defenſione rerum quando aliter defendi non poſſunt, liceat inuaſorem occidere, etiam quod dominus non ſit in periculo ſuæ perſonæ conſtitutus, vt not. *Clar. in d. §. homicidium. num. 25. & ibi Baiar. nu 79. Maſc. de prob. concl. 490. num. 9. lib. 1. & concl. 1126. num. 19. lib. 3. Viui. opin. 189. num. 1.* vbi teſtatur de communi opinione, quam refert, & vna cum alijs pluribus ſequitur *Farinac. de homic. d. quæſt. 125. num. 170.* vbi dicit, hanc eſſe magis communem Doctorum opinionem, quam ſequitur etiam *Guazz. d. deſen 29. cap 4. num 31.* vbi pariter teſtatur de communi opinione, & dicit contrariam opinionem non eſſe veram *Carpan. ad Non. Conſt. Mediol. cap. homicida, num. 349. & ſeq. & Iac. Ayrer. de homic. neceſſi. par. 1. num. 156. & ſeq.* vbi hanc opinionem a contrarijs defendit, & illam magis communem eſſe, & in foro ſeruatam, teſtatur.

3 Licèt contrarium tenuerint *Bologn. in d. l. vt vim, 3. nu. 42. & 66. & ſeq.* qui audet teſtari de communi opinione *ff de iuſti. & iur et ibi etiam Deci. n. 31. Fachin. contro iur. lib. 1. cap. 21. ver. poſtrema eſt ſententia etc.* & alij relati per *Farinac. in d. quæſt. 125. num. 172* contra quos adeſt magis communis opinio, de qua ſupra.

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt defenſio rerum ſuarum ſit permiſſa non ſolùm vero domino illarum, ſed etiam ſimplici detentatori, & poſſeſſori nomine alieno, vt tradunt *Medic. de caſibus fortu. par. 1. quæſt. 8. num. 40. et 45. Plax in epit. delict. lib. 1. cap 28 ſub nu. 32. Iacob. Ayrer. de homic. neceſſ par. 1 num. 186.* quos refert, & ſequitur *Farinac. de homic. d. quæſt. 125. num. 182. et P. Leſſ. de iuſt. et iur. lib. 2. cap 9. num. 66.*

5 Amplia tertiò d. concluſionẽ, vt pro defenſione rerum ſuarum licita ſit deſenſio contra violentiam, turbationem, & ablationem, & ſic pro manutentione, & recuperatione propriæ poſſeſſionis, vt voluerunt *Barboſ. Curt. Iun. Mant. et Sciſel. in d. l. vt vim 3. ff. de iuſt. et iur.* nec non *Vulpel. conſ. 7. num. 2. Medic. de caſibus fortu. par. 1. quæſt. 8. ſub nu. 3. Menoch. de recup. poſſeſſ. remed. 9. num. 289. et de retin. poſſeſs. remed. 3. num. 252. Lancell. de attent. cap. 4. lim. 1. num. 25. et 32. Farinac. de homic. d. quæſt. 125. n. 174. et ſeq.* vbi alios dat concordantes, & dicit, id licere etiam pro defenſione rerum incorporalium, *Vermigl. conſ. 428. num. 20. idem Farinac. conſ. 65. n. 62. & ſeq. lib. 1.* licet in d. caſibus ad euitanda vulnera, & cædes magis expedire in poſſeſſione defendi Iudicis authoritate, quam propria, dicat *Poſt. de manut. obſeru. 2. in princ.*

6 Amplia quartò d. concluſionem, quod defenſio ſit licita pro defenſione rerum ſuarum, vt habeat locum etiam contra Clericum inuaſorem, etiam ſine incurſu excommunicationis, ſi res aliter defendi non poſſint *cap. olim cauſam 12. & ibi Innoc. Hoſti. Io: Andr. Butr. Abb. & Bellam. de reſt. ſpol. Medic. de caſibus fortu. d. par. 1. quæſt. 8. num. 30. Farin. de homic. d. quæſt. 125. nu. 186. & ſeq.* vbi ampliat hoc habere locum etiam pro defenſione rerum alienarum, & ſi id fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ, & res non ſit parui valoris, tenent etiam *Barboſ. de iure Eccleſ. vniuer. lib. 1. cap. 39. §. 1. num. 82. Illuſtr. Sperel. deciſ. 45. num. 17. & nu. 20.* vbi dicit, id licere etiam pro defenſione rerum ſui conſanguinei, ac prorſus extranei, & *num. 82. par. 1. & Balth. Tomaſ. in ſuis tract. var. tom. 4. de cap. ſi quis ſuadente num. 230.* qui alios adducunt ita ſentientes.

7 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locum, quando pro bonorum defenſione inuaſor incontinenti vulneratur, vel occiditur, ſecus tamen eſt, ſi id fiat ex interuallo *l. 3. § cum igitur. ff. de vi, & vi arma.* & not. *gloſ. Cin. Butrig. Bart. Bald. Salic. & alij in l. 1. C vnde vi, & Gandin. de maleſ. in tit. de deſen. àrco facien. num. 9. Moron. de treg. & pace quæſt. 162. in prin. Menoch. de recup. poſſeſs. remed. 9. num. 190 et de retin poſſeſs. remed. 3. num 256. Farinac.* qui alios dat concordantes quamplures *de homic. d. quæſt. 125. num 211. & ſeq.* vbi alias ſubnectit limitationes, & dicit recuperationem rei furatæ fieri non poſſe, niſi incontinenti, fure ſcilicet exiſtente in actu furandi, vel fugiente poſt furtum, ſecùs tamen eſſe in recuperatione rei immobilis, quæ fieri etiam poteſt ex interuallo, vt ibi per eum. *Barbo de iure Eccleſ. lib. 1. cap. 39. §. 1. num. 82. & Sperell. d. deciſ. 45. num. 82. par. 1.*

8 Quicquid contrarium, quod in ò etiam ex interuallo licita ſit rei propriæ defenſio, & recuperatio, tenuerint *Vital. de maleſ. in tit. de inſul. & percuſſ. num. 11. Boer. deciſ. 168. num. 6. Ayrer de homic. neceſ. par. 1. num. 185.* & alij relati per *Farin. in d. quæſt. 125. num. 212.* contra quos adeſt communis opinio Doct. de qua ſupra.

9 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt tunc demum

ſit licitum, hominem pro defenſione rerum occidere, quando ſcilicet res ſunt magni pretij, ſecus autem ſi illæ ſint vilis, & exigui pretij, quia pro talibus rebus id non licet facere, vt tradunt *Couar. in clem. ſi furioſus par. 3. §. 1. ſub num. 6. de homic. Vulpell. conſ. 119. ſub num. 4. Caual. in ſpec. com. contra comu. quaſt. 349. in fin. Farin de homic. d. quaſt. 125. num. 238. & ſeq.* vbi alios dat concordantes quamplures, etiam de communi opinione atteſtantes, & dicit, rem parui valoris reputari a duobus aureis infra, *Guazzin. d. defen. 29. cap. 4. n. 31. poſt medium* alios adducens ita ſentientes, *Barboſ. de iure Eccleſ. lib. 1. cap. 39. §. 1. nu. 82. P. Dian. in ſumm. in verb. occidere inuaſorem, num. 21.* vbi dicit, quantitatem duorum aureorum eſſe modicam in hac materia, vt ibi per eum *P. Leſſ. de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 9. num. 68.*

10 Sublimita primò d. ſecundam limitationem, vt non habeat locum, quando fur reſiſtentiam faceret cum armis, non ſolùm ſe defendendo, ſed etiā percutiendo dominum rei furatæ, vel aliàs ponendo eum in periculo, quia tunc licèt illum occidere, licèt agatur de recuperatione rei modici valoris, ad tex. in *l. ſi ex plagiſ. 53. §. tabernarius, ff. ad leg. acquil.* & poſt *Bologn. & Alex. de Neuo* per eum relatos docet *Farinac. de homic. d. quaſt. 125. n. 240.* & poſt *Malder.* per eum relatum ſcribit *P. Dian. in ſumm. in verb. occidere inuaſorem, num. 21. in princ.* vbi idem dicit, quando res parua auferretur cum iniuria, & quando res eſſet parua in ſe, ſed magna in virtute, vt ibi per eum,

11 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum in Clerico, cui, quicquid ſit, quò ad defenſionem perſonæ, non licet pro defenſione rerum inuaſorem occidere, ad tex. in *cap. ſuſcepimus 10.* & ibi not. *gloſ. Hoſti. Io. Andr. Boich. Ancar. Butr. Zabarel. Abb. Anan. Marian. Soc. et Felin. de homic.* qui teſtantur de communi opinione *Balar. ad Clar. in d. §. homicidium, num. 82. Farinac.* qui alios cumulat ita ſentientes quamplures *de homic. in d. quaſt. 125. num. 221. & ſeq.* vbi dicit, d. limitationem non habere locum, quando Clericus defendendo res ſuas eſſet ab inuaſore, ſeù fure poſitus in diſcrimine vitæ, & Clericum occidentem inuaſorem pro defenſione rerum incurrere irregularitatem, vt ibi per eum, cum quibus pertranſeunt *Foller in pract. crimin. canon. cap. 14. num. 7.* vbi dicit, Clerico ſolùm permitti modicam percuſſionem pro defenſione rerum ſuarum, *& Guaz. d. defen. 29. cap. 4. num. 31 verſ. imo non deſunt &c.*

12 Contrariam tamen opinionem, imò licere etiam Clericis pro defenſione rerum ſuarum hominem occidere, voluerunt Doctores relati per *Farinac. de homic. d. quaſt. 125. num. 122.* & poſt *Molin. de iuſt. & iur. tom. 4. tract. 3. quaſt. 16. num. 1.* per eum relatum *P. Dian. in ſumma in verb. occidere inuaſorem num. 19.* vbi extendit id licere etiam Religioſis, vt ibi per eum *P. Leſſ. de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 9. num. 71.* vbi hanc opinionem benè comprobat, & dicit Clericum probabiliter non effici irregularem, & *P. Layman. in Theolog. moral. ſect. 5. tract. 3. par. 3. cap. 3. num. 4. verſ. extendi debet, &c.*

13 Declara d. tertiam limitationem, quod licèt Clericus pro defenſione rerum ſuarum non poſſit inuaſorem occidere ſecundùm Doctores in d. tertia limitatione adductos, non tamen eſt illi prohibitum illum percutere, dummodo non occidat, vt poſt quamplures Doctores ab eo adductos probat *Farinac. de homic. d. quaſt. 125. num. 226. & ſeq.* licèt aliquos contrarium tenentes referat, & voluit etiam *Foller. in pract. crim. canon. d. cap. 14. nu. 7.* cum quo pertranſire videtur *Guazzin. d. defen. 29 cap. 4. num. 31. verſ imò non deſunt &c.*

14 Limita quartò d. concluſionem, vt non habeat locum aduerſus perſonas, quibus debetur reuerentia, vt puta in filio contra patrem, & ſimilibus, quia eis non licèt pro defenſione rerum illos vulnerare, nec occidere, vt not. *Alberic. Scifel. Curt. Iun. Mant. & Bolognet. in d. l. vt vim 3. ff. de iuſt. & iur. Farinac. de homic. in d. quaſt. 125. num. 250* vbi alios dat concordantes, & declarat, quod licèt filio non liceat patrem offendere pro defenſione rerum, poteſt tamen illi reſiſtentiam facere, imò etiam illum offendere, ſi a patre ob reſiſtentiam eſſet poſitus in diſcrimine vitæ, vt ibi per eum.

15 Limita quintò d. concluſionem, vt non habeat locum de iure canonico, quo non licèt pro defenſione rerum ſuarum homines percutere, & occidere, vt docuerunt *Felin. in cap. 2. num. 4. de homic.* vbi dicit, quod ita tenent omnes Doctores *Clar. in d. § homicidium, num. 25. Maſc. de prob. concl. 1126 ſub num. 9. lib 3.* vbi dicit, quod ita omnes concludunt, & *Farinac. in d. quaſt. 125. num. 246.* vbi alios adducit concordantes quamplures.

16 Licèt contrarium teneant, quando bona aliter defendi, aut recuperari non poſſunt *Scifel. Manſic. Couar. & Ripa in loc. relatis per Farinacc. in dict. quaſt. 125. num. 247.* in fortioribus terminis, nempè in foro conſcientiæ tenent *P. Dian. in ſumma in verb. occidere inuaſorem, num. 19. P. Leſſ. de iuſt. & iur. lib. 2 cap. 9. num. 66. & ſeq. & P. Layman. in Theol. moral. ſect. 5 tract. 3. par. 3. cap. 3. num. 4. verſ. Aſſertio tertia &c.* vbi adducit *S. Antonin. Maior. Silueſt. Caiet. Sot. Nauar. Couar. Medi. Leſſ. Molin.* & alios ita ſentientes.

17 Limita poſtremò d. concluſionem vnà cum ampliationibus ſupradictis, quod ita demum pro defenſione rerum liceat armata manu reſiſtere, & inuaſorem occidere, ſi id fiat cum moderamine, & quando res aliter ſeruari non poſſunt, & aliter domino rerum non eſt conſultum, & ſic quando illi parci non poteſt ſinè periculo rerum, aliàs ſecùs ad tex. in *l. 1. & ibi not. Doct. C. vnde vi,* & not. etiam *gloſ. Iaſ. Seiſell. Curt. Iun. Mant. Bologn.* & alij Doct. cōmuniter *in d. l. vt vim 3. ff de iuſt. & iur. gloſ. Hoſt. Io. Andr. Boich. Ancar. Butr. Zabar. Anani. & Mari. Soci. in cap. ſuſcepimus 10. de homic. Canal. in ſpec. comm. contra comm. quaſt. 349. Fachin. contr. iur. lib. 1. cap. 3. verſ. poſtrema &c. Farin. de homic. d. quaſt. 125. num. 258.* vbi quamplures adducit ita ſentientes, & aliques ſubnectit ſublimitationes, quas ibi videas

deas

decas & non diſſentit *Guaz.d.def.29 c.4.ſub n.31.& P. Lay.in Theo.mor.d.c.1.n.4.ver.aſſertio tertia etc.*

18 Declara d. concluſionem, quod quando aggreſſorem, vel raptorem quis ius habet ex cauſa defenſionis mutilandi, vel occidendi, licèt etiam alijs vim paſſo aſſiſtere, & auxilium ferre ſinè incurſu pœnæ, vt poſt *Io.Fabr.Abb S.Antoni.Leſſ.et Molin.* per eum adductos docet *P. Laym. in Theol.moral. d.ſect.5.tract.3.par.3. cap.3.in fin.*

19 Quando autem pro defenſione, & recuperatione rerum ſuarum liceat furem tam diurnum, quàm nocturnum occidere, tradunt latè *Farinac.de homic.d.quæſt.125.num.169.* cum pluribus ſeq. *Calui. de æquit.d.lib.2.cap.192.num 65.et ſeq. et P.Dian. in ſumm. in d. verb. occidere inuaſorem num. 20. et Polid.Rip.de noctur.temp cap.24.per tot.* Ipſos conſulas, cum non omnia hic ſint referenda.

ADDITIO.

N.1. VBi habetur, quod quis licitè poteſt occidere etiam pro defenſione rerum, quando aliter ſaluari, vel recuperari non poſſunt adde, *Bonac.diſput.de reſtit.propt. homic. quæſt.1.ſect.1.puncto 10.& P.Vidal.in d.Inqu.1. num. 29.* qui num. 30. ampliat hoc licere etiam ſi fur aufugiat cum bonis furatis, ſi illa ſint magni valoris, alias ſecus, vt ibi per eum, *num. 42.*

N.19. Vbi quæritur, quando liceat furem tàm diurnum, quàm nocturnum occidere pro defenſione rerum. adde, & vide *P.Vidal.in Arca ſalut.in d.Inqu.1.num.30.& ſeq.*

SVMMARIVM.

1 *Occidere licet hominem pro defenſione proprij honoris abſque vlla pœna.*

Licèt aliquam intrare pœnam in d.caſu, voluerint alij, num. 2.

Ita vt liceat occidere volentem eum alapa, vel baculo percutere, num. 3.

Declara concluſionem, vt habeat locum, ſeruato moderamine, num. 4.

5 *Occidere quando liceat pro defenſione pudicitiæ, remiſſiuè.*

RESOLVTIO VI.

An liceat occidere hominem pro defenſione proprij honoris.

1 AGgreſſorem, & hominem occidere non ſolùm quis poteſt pro defenſione propriæ vitæ, ſed etiam pro defenſione proprij honoris, cum honor, & vita æquiparentur, vt tradũt *Ceph. conſ.39. nu.39. et ſeq. et conſ. 57.num.4.et ſeq. lib.1 Boſſi.in pract.in tit.de homic. num.56.Clar.in pract.in §.homicidium num 26.* vbi dicit, hoc eſſe commune dictum, & ibi *Baiar.num. 91. Medic. de caſibus fortu. par.1. quæſt.8.num.20. Farinac.de homic.quæſt.125.num.41.* vbi alios adducit ſectatores, licèt poſtea diſſentiat *Criſpol.caſ. milit.20. ver. præterea &c. Paſcal. de patr.poteſt. par.3.cap.6.num.23.& Guazz. defen.29. cap.4.ſub num.27. Illuſtriſs.Sperel.deciſ.45.nu.21,* vbi teſtatur de communi opinione *par.1. Calui.de æquit. d. cap.192.num.53.* benè *Caball.de omn.gener.homic. num.89.* vbi dat concordantea, *& P.Dian.in ſumm. in ver.occidere inuaſorem num. 23.*

Cauſa enim vitæ, & honoris æquiparantur, vt dixi, ad tex. *in l.iſti quidem 8.ff.quod met.cauſa, & l.iuſta 9.ff.de manum.vindic* & docent *Crau. conſ.2.nu. 18.Ceph.d.conſ.57. ſub num.5. lib.1. Specul.d.deciſ. 45.Capic.Latro deciſ.75.num.10.par.1.* imò honorem eſſe propriæ vitæ præferendũ, dixerunt *Gram. deciſ.98.num.3 Farinac.de acruſ.quæſt.15.num.6.et Ciriac.contr.201. num.5.* nec non *Aldouit.conſ.20. num.66.et Criſpol.d.caſu milit.20.ver.præterea &c.*

2 Contrariam tamen opinionem, imò homicidium ex cauſa honoris commiſſum non eſſe omninò impunibile, ſed ſolùm in aliqua parte excuſabile, poſt *Bologn.Io.Harprec.& Iac. Ayrer.* per eum relatos, tenet *Farinac.in d quæſt 125.nu.42.* vbi dicit, hanc eſſe veriorem opinionem, cum quo pertranſit, *Ant Gomez var.reſol.tom.3.cap.3.num.24.*

3 Amplia d.concluſionem illatiuè, vt pro defenſione honoris poſſit vir honoratus impunè occidere volentem illum baculo, vel alapa percutere ad inferendam ignominiam, cum illa maximam inferant iniuriam, illamq. impunitam relinquere maximum dedecus reputetur, ſi aliter d. ignominiam euitare non valeat, vt poſt *Soc.Nauar.Silueſtr.Gomez.& Clar.* per eum adductos tradit *P.Leſſi. de iuſti. & iur.d lib.2. cap.9.num.77.* & contra *Silue.* tenet etiam *P.Dia.in ſumm.in d. ver.occidere inuaſorem &c. num. 24.* vbi reſtringit hanc ampliationẽ, vt non habeat locum quo ad homines plebeos, quibus alapa, vel baculum parùm afferunt dedecoris, & illam ampliat, vt habeat locum etiam ſi dans alapam, vel percutiens eum baculo aufugiat ſtatim volens, poſſe offenſum impunè illum proſequi, & interficere, vel ſaltem illum offendere quantum neceſſarium ſit ad honorem recuperandum, per rationes, per eum allatas, & voluit etiam *P. Leſſi. vbi ſupra.*

4 Declara d.concluſionem, vt habeat locum ſeruato per offenſum in honore moderamine, ſi aliter honor ſaluari non poteſt, vt declarant *P.Dian.in d. verbo occidere inuaſorem num.23. P. Leſſi. de iuſti. & iur.d.lib.2. cap.9.num.77.*

5 Verum verò liceat occidere pro defenſione pudicitiæ, dixi latè infra in ver.*Occiſio Reſol.4.per tot.* vbi concluſionem affirmatiuam inuenies. Vide ibi.

ADDITIO.

N.3. VBi habetur, quod licet occidere volentem alapa, vel baculo percutere pro defenſione honoris adde *P.Vidal. in d. Inquiſ. 1. num. 49.* vbi teſtatur de communi opinione, & loquitur de viro nobili, & honorato, cui dicta percuſſio eſt ignominioſa, & vitæ ferè præponderat.

SVMMARIVM.

1 *Defenſio permiſſa eſt, etiam pro defenſione alterius, etiam extranei.*

Licèt

Licèt aliqui contrarium teneant, num. 2.

Tàm ſi extraneus aggreſſus auxilium inuocet, quàm non, num. 3.

Et eò magis defenſio permiſſa eſt pro ſuis coniunctis, num. 4.

Et pro defenſione ſocij, amici, vicini, & domini, num. 5,

Concluſio procedit, quando aggreſſi erant in diſcrimine vitæ conſtituti, aliàs ſecùs num, 6.

Et licèt quis poſſit alium defendere, ad id tamen non tenetur, num, 7.

Licèt aliqui Doctores contrarium teneant, n.8,

Licèt defenſio fieri poſſit ſinè periculo ſua perſona, num. 9.

Contrarium tamen tenent alij Doct, num. 10.

Filius tamen tenetur patrem defendere, n 11,

Ac etiam frater fratrem, & alij conſanguinei, num. 12

Quæ habent locum ſeruato moderamine inculpatæ tutelæ, aliàs ſecùs, num. 13.

RESOLVTIO VII.

Defenſio an ſit permiſſa pro defenſione alterius etiam extranei,

1 DEfenſio a iure permiſſa eſt non ſolùm pro defenſione propriæ perſonæ, ſed etiam pro defenſione alterius, etiam extranei, quem ſi ab altero inſultatum, & in periculo vitæ poſitum quis agnoſcat, poteſt abſque timore alicuius pœnæ aggreſſorem occidere, vt tradunt *Bart. Caſtr. Angel. Fulgo. Iaſ Deci. Mant. Bologn. & alij in l. vt vim 3. ff. de iuſt. & iur.* qui teſtãtur de communi opinione, nec non etiam *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 3. num. 21. Clar. in pract. §. homicidium, num. 27.* qui pariter hanc dicit communem opinionem, *& ibi Baiar. num. 83.* plenè *Farinac. de homic. quaſt. 125. nu. 267. & ſeq.* vbi alios quamplures refert ita ſentientes, de communi opinione atteſtantes, & ampliat hanc concluſionem, vt liceat etiam occidere aggreſſorem inimici, vt ibi per eum. *Adden. ad Farin. conſ. 2. litera D. lib. 1. Guazz. defen. 29. cap. 4. num. 19. ver. Ac etiam &c. Euge. conſ. 90. nu. 36. & ſeq. lib 1. Criſpol caſu milit. 20. ver. Illud autem &c. P. Dian. in ſumm. in ver. occidere inuaſorem num. 17.* vbi de communi, & ante eum *P. Leſſi. de iuſt. & iur. lib 2. cap. 9 n. 87 et ſeq.*

Faciens enim iniuriam, & vim tertiò illam facere dicitur etiam Reipublicæ, vndè vnicuique licet illam propulſare, vt not. *Fulgo. in d. l. vt vim 3. num 5. ff. de iuſti. & iur.* quem refert, & ſequitur *Farinac. in d. quaſt. 125. ſub num. 267.* & cum ex lege caritatis licitè quis faciat pro alio, quod poteſt facere pro ſe ipſo, vt not. *P. Dian. & P. Leſſi. in locis ſupra adductis.*

2 Quicquid contrarium, imò non licere occidere aggreſſorem pro defenſione extranei, voluerint *gloſ. in d. l vt vim Gandi. de maleſ. in tit. de defen. a reo facien. num. 3. Soc. reg. 444. in princ.* & alij relati per *Farinac in d quaſt. 125. num. 269.* contrà quos adeſt communis opinio Doctorum, de qua ſupra.

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum, tam ſi extraneus aggreſſus auxilium imploret, quam non, vt voluerunt *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 3. num. 21. Farinac. de homic. d. quaſt 125. nu. 271. & ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione, & dicit, poſſe defenſionem ſuſcipi per extraneum, etiam pro inuito, vt ibi per eum, *& conſ 181. num. 20. lib. 2. Baiar. ad Clar. in d §. homicidium, num. 83. Guazz defen. 29. cap. 4. num. 19. ver. & hoc procedit, &c.* vbi alios dat concordantes, & ampliat, id licere, etiam ſi aggreſſor ſit Clericus, vt ibi per eum.

4 Amplia ſecundo d. concluſionem, vt eò magis defenſio licita, & permiſſa ſit pro ſuis coniunctis, puta pro defenſione patris, vxoris, ſponſæ, fratres, & aliorum propinquorum, & è contra, quos ſi quis in periculo vitæ conſtitutos viderit, poteſt impunè aggreſſorem occidere, vt ſcripſerunt *Bart. Bald. Albert. Caſtr. Fulgo. Iaſ. Deci. Curt. Iun. Mant. Bologn. & alij Doctores communiter in d. l. vt vim 3. ff de iuſti. & iur Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 3. nu. 21. Clar. in pract. in d. §. homicidium num. 27.* vbi teſtatur de communi opinione, latè *Farinac. de indic. et tortur. quaſt. 51. num. 38. & de homic. d. quaſt. 125. num. 281. & plur. ſeq.* vbi alios adducit ita ſentientes, & dicit, quod ad opinione in iudicando non recederet neque quò ad pænam extraordinariam. *Adden. ad Farinac. conſ. 2. litera D. lib. 1. Menoch. de arbitr caſu 361. num. 10. & ſeq. Guazz. d. defen. 29. cap. 4. num. 19. Paſcal. de patr. poteſt. par. 3. cap. 6. num 2.* vbi teſtatur de vera, & communi opinione.

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum pro defenſione ſocij, amici, vicini, & domini, qui, ſi reperiantur conſtituti in diſcrimine vitæ, licet ſocio, amico, vicino, & famulo, ſeù vaſſallo illorum aggreſſorem occidere, vt tradunt *Bald. Caſtr. Fulgo. & Mantu. in d. l. vt vim. 3. ff. de iuſti. & iur.* ac etiam *Plax in epit. delict lib. 1. cap 28. num. 28. Baiar. ad Clar. in d. §. homicidium num. 83.* latè *Farinac. de homic. d. quaſt. 125. num. 290. & ſeq.* vbi alios dat concordantes, *Medic. de caſibus fortu. par. 1. quaſt. 8. num. 46. Adden. ad Farinac. d. conſ. 2. litera D. lib 1. Bertaz. conſ. 473. num. 2. lib 2.* quem refert, & ſequitur *Guazz d. defen. 29 cap. 4. num 19. ver. imò etia &c. Criſpol. caſu milit. 20. verſ. nec miles &c.* & amicum videntem amicum rixantem, ſi ſe ingerat in homicidio, mitiùs eſſe puniendum, dixit *Vermigl conſ. 43 num. 4.*

6 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locum, quando conſanguineus, amicus, vel extraneus, erat conſtitutus in diſcrimine vitæ, quia tunc conſanguineo, amico, vel extraneo licet aggreſſorem impunè occidere, ſecùs ſi non ſint conſtituti in periculo vitæ, quia tunc venit puniendus ſaltem pæna extraordinaria, vt docent *Plax. in epit. delict. lib 1 cap. 27. num. 10. & cap. 28. nu. 27. circa finem, Ant. Gomez var. reſol. tom. 3 cap. 3. num. 21. Adden. ad Farin. d. conſ. 2. litera D. lib. 1. & Guaz d. defe. 29. cap. 4 n. 19. ver. quod intellige &c.* vbi addit, quod, occidat fugientem inſultantem, puniri debet pro

exceſſu

exceſſu pœnâ extraordinaria, & in illis terminis loquuntur Doctores ſupra in concluſione, & ampliationibus adducti.

7 Limita ſecundò d. concluſionem, quod licèt quis pro defenſione alterius poſſit, illum d. ſ. ſecundo, aggreſſorem occidere, vt ſupra, id tamen non cogitur facere, neque ad id faciendum de iure eſt obligatus, itant, id non faciendo, non teneatur ad aliquam pœnam, vel intereſſe, vt ſcripſerunt *Alber. Ang. Fulg. Iaſ. Salum. Sciſel. Cur. Iun. Bologn. & alij in l. vt vim. 3 ff. de iuſti. & iur.* vbi teſtatur de communi opinione, *Iodoc. in pract. cap. 86. nu. 3. & ſeq.* vbi dicit, hanc eſſe communem omnium opinionem, quam ſequitur etiam *Farin. de indic. & tort. quaeſt. 51. num. 4.* vbi hanc opinionem appellat magis communem, & in practica ſeruandam, & *de homic. d. quaeſt. 125. num. 300. & ſeq.* vbi quamplures adducit ſectatores de communi opinione atteſtantes, & dicit, a d. opinione in practica nullo modo eſſe recedendum, etiam attenta diſpoſitione iuris Canonici, vt ibi per eum, cum quibus pertranſeunt *P. Leſſi. de iuſti. & iur. lib. 2. cap. 9. nu. 90. 91. & ſeq. P. Dian. in ſum. in ver. Occidere inuaſorem num. 18.* vbi dicit, ſecùs eſſe, ſi is, qui inuaditur, eſt Princeps, vel perſona valdè neceſſaria Reipublicæ, & quando ex occiſione ſequeretur maximum damnum vxori, & filijs, ſeù familiæ, quam alere teneretur, vt ibi per eum, & quamplura ad hanc limitationem facientia tradit *P. Layman. in Theol. Moral. ſect. 5. tract. 3. par. 3. cap. 3. in fin.*

8 Quicquid contrarium tenuerint, *Bartol. & Fort. Garz. in l. l. vt vim. 3. ff. de iuſt. & iur. Couar. in clem. ſi furioſus par. 2. § 2. num. 7. de homic. & alij relati per Farinac. in d. quaeſt. 125. num. 301.* contra quos adeſt communis opinio Doctorum, de qua ſupra.

9 Amplia d. ſecundam limitationem, vt habeat locum, etiam quod quis alienum poſſit defendere ſinè periculo ſuæ perſonæ, quia adhuc id non tenetur facere, vt eſt de mente Doctorum allegatorum *in d. 2. limitatione*, vbi dicunt, quod quis non tenetur alterum defendere, etiam ſi poſſit, & voluit *Farin. de indic. & tort. d. quaeſt. 51. num. 4. & num. 64.* vbi quamplures adducit ita ſentientes *& de homic. in d. quaeſt. 125. num. 329.* vbi teſtatur, hanc eſſe magis communem Doctorum opinionem, & non defendentem vitam, vel fortunas proximi, dum poteſt, non peccare contra iuſtitiam, dicit *P. Leſſi. de iuſti. & iur. d. lib. 2. cap. 9 num. 93. & ſeq.* vbi recenſet eos, qui ad id ex iuſtitia tenentur, vt ibi per eum.

10 Licet contrarium teneant, *Caſtren. & Decian. in d. l. vt vim 3. ff. de iuſti. & iur. Plaz. in epit. delict. lib. 1. cap. 28. num. 29.* vbi teſtatur de veriori opinione quò ad pœnam extraordinariam, vt ibi per eum, contra quos adeſt magis communis opinio, de qua ſupra.

11 Sublimita primò d. ſecundam limitationem, vt non habeat locum in filio, qui tenetur patrem defendere vt voluerunt *Iaſ. Sciſell. Curt. Iun. & Bologn. in d. l. vt vim 3. ff. de iuſti. & iur. Plaz. in epit. delict. lib. 1. cap. 28. num. 22.* latè *Farinacc. de indic. & tort. quaeſt. 51. num. 26. & ſeq.* vbi dicit, hanc ſublimitationem habere locum etiam in filio naturali, & in emancipato, & in filio ſpirituali *& de homic. d. quaeſt. 125. num. 307. & de conſult. & mand. quaeſt. 130. num. 67.* & filium teneri defendere patrem, licet non ex iuſtitia, tenet *P. Leſſi. de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 9. num. 94.* cum quibus pertranſit *P. Dian. in ſumm. in verb. occidere inuaſorem num. 18. in fin.* vbi alios ad id obligatos recenſet.

12 Sublimita ſecundò d. ſecundam limitationem, vt neque habeat locum in fratre erga fratrem, & alijs coniunctis vſque ad quartum gradum, in vxore erga virum, & in omnibus ſanguine coniunctis, in quibus cadit parricidium, qui tenentur ad defenſionem fratris, & aliorum coniunctorum, vt ſupra, vt latè proſequitur *Farinac. de indic. & tort. d. quaeſt. 51. num. 26. & ſeq. & de homic. d. quaeſt. 125. num. 307. & ſeq. & de mand. & conſult. d. quaeſt. 130. num. 67* vbi alios dat concordantes, & id extendit ad famulum ſalariatum, ad publicum officialem, ad ſubditum, & vaſſallum, & ad alios plures, de quibus vide per eum ibi, & per *P. Leſſi. & P. Dian. in loc. relatis in ſublimitatione præcedenti in fin.*

13 Limita poſtremò d. concluſionem, vt habeat locum, dummodo fuerit in defenſione ſeruatum moderamen inculpatæ tutelæ, aliàs ſecùs ad tex. *in l. 3 §. cum igitur ff. de vi, & vi arma. et in l. vt vim 3. ff. de iuſti. et iur. et in l. 1. C. vnde vi*, & in his terminis declarat *Criſpol. d. caſu milit. 20. ver. quia tunc valeret etc.* & generaliter tradit *Farinacc. de homic. d. q. 125. n. 330. et ſeq.* vbi dat concordantes.

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod licet occidere aggreſſorem etiam pro defenſione amici, & extranei in periculo vitæ conſtituti adde *P. Vidal. in Arca ſalut. d. Inquiſ. 1. num. 68. & ſeq.* vbi alios adducit, & plures facit illationes.

SVMMARIVM.

1 *Filius non eſt permiſſa defenſio contra patrem, vel matrem illum verberantem.*

Ita vt ſi filius patri verberanti reſiſtat, poſſit per patrem occidi, num. 3.

Amplia, vt neque vxori liceat ſe defendere contra virum, num. 4.

Et idem eſt in diſcipulo contra magiſtrum illum verberantem, num. 5.

Et contra omnes, quibus debetur reuerentia, num. 6.

Quæ non habent locum, quando pater, et alij immoderatè verberarent, num. 7.

2 *Pater poteſt filium impunè verberare.*

8 *Bannito non licet contra volentem illum occidere ſe defendere.*

Licèt aliqui contrarium teneant, num. 9.

RESOLVTIO VIII.

Filio an ſit permiſſa defenſio contra patrem, vel matrem illum verberantem.

1 Defenſio non eſt permiſſa filio contra patrem, vel matrem illum verberantem, ita vt ſi filius ſe defendendo patrem, vel matrem verberet, ſeù occidat, non ſit excuſandus ex cauſa defenſionis, ſed teneatur de vulnere, & homicidio, vt tradunt *Bart. Alberi. Deci. Sciſel. Curt. Iun. Mant. & Bologn. in l. vt vim 3. ff. de iuſti. et iur.* vbi teſtâtur de communi opinione, *Plaz. in epit. delict. lib. 1. cap. 28. nu. 8. Medic. de caſibus fortu. par. 1. quaſt. 8. num. 48. Farinac. de homic. quaſt. 125. nu. 102. et ſeq.* vbi alios dat concordantes *Clem. de patr. poteſt. cap. 6. effec. 1. num. 15.* & ſentit *Paſcal. in eodem tract. de patr. poteſt. part. 3. cap. 4. num. 7.*

2 Pater enim poteſt filium impunè verberare, & caſtigare, vt not. *Alciat. de præſump. reg. 1. præſum. 3. Farinac. de var. ac diu. crim. quæſt. 105. num. 138. et de homic. d. quæſt. 125. num. 103. Clem. de patr. poteſt. d. effec. 1. num. 14. et Paſcal. in eod. tract. par. 3. cap. 4. num. 5.* vbi autem offenſio eſt licita, ibi defenſio eſt prohibita, *gloſ. Bart. et Doct. in d. l. vt vim 3. ff. de iuſti. et iur. clem. d. effect. 1. num. 15. Farinac. de homic. d. quæſt. 125. nu. 117. et Ant. de Ball. tract. crim. lib. 3. caſu 1. num. 132.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt in tantùm filio ſit prohibita defenſio contra patrem illum verberantem, vt ſi filius patri reſiſtat, & illum repercutiat, liceat patri illum impunè occidere, vt voluerunt *Marſil. in pract. §. aggredior num. 79. et ſeq. Duen. reg. 192. in 3. limit.* dummodo pater non verberet filium animo occidendi, vt ibi per eum, concordat *Carer. in pract. §. circa nu. 71.* & tradit etiam *Paſcal. de patr. poteſt. d. par. 3. cap. 4. num. 7.*

4 Amplia ſecūdò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in vxore, quæ ſi a viro verberetur, non licet ei illum pro defenſione repercutere, cum viro liceat vxorem moderatè verberare, vt poſt *Deci. Sciſell. & Bologn. in l. vt vim 3. ff. de iuſti. et iur.* per eum adductos firmant *Farinac. de homic. d. quæſt. 125. num. 108. et Paſcal. de patr. poteſt. par. 3. cap. 4. num. 20. et ſeq.*

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in diſcipulo, qui ſi verberetur a magiſtro, non ei licet ſe defendendo, illum repercutere, cum magiſtro liceat diſcipulum moderatè verberare. vt ſcripſerunt *Deci. Sciſel. Mant & Bologn in d. l. vt vim 3. ff. de iuſt. et iur. Carer. in pract. in tit. de homic. & aſſaſ. in §. circa ſecundum nu. 5.* quos referendo ſequitur *Farinac. de homic. d. quæſt. 125. num. 107.*

6 Amplia quartò d. concluſionem, vt defenſione vti quis non poſſit non ſolùm contra parentes, ſed neque contra omnes alios, quibus debetur reuerentia, quos non licet ſe defendendo repercutere, puta contra fratrem maiorem natu, contra ſocerum, contra patrem ſpiritualem, & alios coniunctos, quibus eſt licita caſtigatio, vt not. iidem *Dec. Sciſel. Mant. et Bologn. in d. l. vt vim 3. ff. de iuſti. & iur* cum quibus pertranſit *Farinac. de homicid. d. quæſt. 125. num. 110.*

7 Limita primò d. concluſionem vna cum ampliationibus ſequentibus, vt non habeant locum, quãdo parentes, maritus, magiſter, & alij quibus debetur reuerentia, immoderatè, atrociter, & animo, ſi haberent, occidendi, quem facto aliquo oſtenderent ergà filium, vxorem, diſcipulum, & conſanguineum quia tunc illi poſſunt benè ſe defendere, & tales ita offendentes vulnerare, & occidere, niſi tamen fugiendo non poſſent ſe ſaluare, quia tunc tenentur fugere, vt dixi ſupra *Reſolut. 4. num. 9.* vt voluerunt *Bart. Alberi. Deci. Sciſel. Cur. Iun. Manti. & Bologn. in d. leg. vt vim 3. ff. de iuſti. et iur.* vbi dicunt, ſufficere, quod ſupradicti excedant modum a iure traditum in corrigendo, etiam quod non verberent. vel vulnerent ad mortem, vt ibi per eos, *Medic. de caſibus fortu. par. 1. quæſt. 8. num. 48.* latè *Farinac. de homic. d. quæſt. 125. num. 111.* vbi loquitur de Monaco, filio, ſeruo, milite, diſcipulo, & ſimilibus, & quamplures dat concordantes, quam opinionem ſequitur etiam *Paul. Rube. de valid. legal. cap. 41. num. 9. & ſeq.* & in his terminis intelligendus eſt *Cartar. de execut. ſent. cap. e bann. in præfat. num. 11. et 12.* volens, licere pro defenſione, occidi poſſe patrem, & alios Superiores, cum quo ſentire videtur *Guazzin. d. defenſ. 29 cap. 4. num. 16.* alias malè diceret per ſupra adducta,

Adde pro coronide ad ornatum materiæ illorum, quibus non eſt licita defenſio, vt idem ſtatuendum ſit de bannitis, qui vigore Statutorum, & Bullarum poſſunt licitè occidi, quibus non licet ſe defendere, neque miſſos per Principem ad eos occidendum, ſeù alios aggreſſores vulnerare, nec occidere, ſed tantùm poſſunt eorum ſaluti conſulere per fugam, ex regula, quod vbi offenſio eſt licita, ibi defenſio eſt prohibita, aliàs ſint puniendi, vt tradunt *Bart. Caſtr. Deci. Sciſel. Bologn. et alij in d. l. vt vim 3. ff. de iuſti. et iur.* quorum aliqui de communi opinione teſtantur *Nell. de bann. in 2. par. 2. temp. quæſt. 49. P. Corrad. in reſpon. caſuum conſc. part. 1. quæſt. 90. in additio Farin de var. ac diu. quæſt. quæſt. 103 num. 129. et ſeq. et de homic. d. quæſt 125. num. 114. et ſeq.* alios dans concordantes, plenè *Ant. de Ball. tract. crim lib. 3. caſu 1. num. 131. et ſeq.* vbi teſtatur de communi, & veriſſima opinione, & contrarijs reſpondet, volentes hanc ſententiam habere locum quomodocumque Statutum loquatur, ſiuè faciendo homicidium de bannito licitum, ſiuè impunitum, vt ibi per eos, cum quibus pertranſit nouiſſimè *P. Graſſet. de uece prodit. §. 28. num. 30.*

9 Quicquid contrarium teneant *Bald. Marian. Soc. Card. Carer. et Duen.* in locis relatis *per Farinac. in d. quæſt. 125. nu. 114. ver. contrarium etc.* & dubitauerit *Clar. in §. homicidium, num. 71.* contra quos adeſt verior, & communis opinio, de qua ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Defenſio, & quod quis occiderit ad defenſionem, non præſumitur, ſed eſt probandum.*

Ita vt confitens, occidiſſe ad defenſionem puniatur non probata defenſione, num. 3.

2 *Aſſertioni partium non ſtatur, quando habet præſumptionem contra ſe.*

4 *Teſtes probant defenſionem, ſi deponant homicidium fuiſſe factum ad defenſionem, licèt non dicant ad neceſſariam defenſionem.*

Licèt contrarium tenuerint aliqui Doct. num. 5.

Procedit, quando conſtat de inſultu facto per occiſum, aliàs ſecùs, num. 6.

RESOLVTIO IX.

Occiderit quod quis ad defenſionem an præſumatur, ſiue id ſit probandum.

1 DEfenſio, quod quis ad defenſionem occiderit, non præſumitur, ſed eſt probandum per allegantem, vt tradunt *Bald. in l. 1. §. cum arietes verſ. & ideò &c. ff. ſi quadr. paup. feciſ. dica. Medic. de caſibus fortu. part. 1. quæſt. 8. num. 6. Maſcar. de prob. concl. 72. num. 2. lib. 1. & concl. 1005. nu. 62. lib. 2. & concl. 1131. in prin. lib. 3. Hond. conſ. 99. num. 5. lib. 1. Farinac. de homic. quæſt. 125. num. 419* alios adducens concordantes quamplures, *Caball. reſol. crim. caſu 56. nu. 29. ceat. 1.* alios pariter referens ita ſentientes, *& Eugen. conſ. 90. num. 82. lib. 1.*

2 Aſſertioni enim partium nunquam ſtatur, etiam ſtante iuramento, quando contra illa militat præſumptio iuris, ad tex. *l. ſi non conuicij 5. C. de iniur. Bart. in l. inter omnes 47. §. rectè num. 3. & ibi communiter Doct. ff. de furt. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 3. ſub num. 26. Maſcar. de prob. d. concl. 1131. in prin. Rot. in Romana Domorum 23. Ianij 1642. coram Reuerendiſs. Cornelio §. conſtito autem &c.* Homicidium autem, vti prohibitum de iure naturali, & diuino, habet præſumptionem, quod dolo fuerit commiſſum, vt not. *Maſc. d. concl. 1131. in prin. Ant. Gomez d. cap. 3. ſub nu. 26. Farin. de pæn. temp. quæſt. 89. nu. 77.* vbi dat concordantes *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 3. caſu 1. an 54. P. Graſſet. de nece prodit. §. 33. num. 32.* & alij Doctores per me adducti ſupra in ver. *Confeſſio Reſol. vltima num. 2.* ideò nil mirùm, ſi aſſerens, ad defenſionem occidiſſe, teneatur id probare, vt argumentantur Doctores ſupradicti.

3 Amplia primò illatiuè d. concluſionem, vt confitens occidiſſe, vel vulneraſſe ad ſui defenſionem veniat ex d. confeſſione puniendus, ſi defenſionem non probauerit, vt adnotarunt *Iaſ. Sciſell. Curt. Iun. Mant. & Bologn. in l. vt vim 3. ff. de iuſt. & iur.* vbi dicunt, hanc eſſe veram, communem, & approbatam opinionem, *Ant. Gomez var. reſol. d. cap. 3. nu. 26.* vbi contrarijs reſpondet, *Maſcar. de prob. concl. 490. num. 17. lib. 1.* latè *Farin. de reo confeſ. & conu. quæſt. 81. num. 110 & ſeq. & de homic. d. quæſt. 125. num. 420. Eugen d. conſ. 90. num. 82. lib. 1. & Caball. reſol. crim. d. caſu 56. num. 29.* & ego dixi latius ſupra in *verb. Confeſſio Reſolut. vltima* Vide ibi de hac materia.

4 Amplia ſecundò d. concluſionem declaratiuè, vt ad probandam defenſionem non ſit neceſſe articulare, & probare per teſtes, homicidium fuiſſe factum ad neceſſariam defenſionem, ſed ſufficiat articulare, & probare ſimpliciter, fuiſſe factum ad defenſionem, vt tenuerunt *Dec. Iaſ. Sciſel. Curt. iun. Mant. & alij in d. l. vt vim ff. de iuſt. & iur.* vbi teſtantur de communi, & humaniori opinione *Clar. in pract. in §. homicidium nu. 26.* vbi hanc dicit pariter communem opinionem, & in practica ſequendam, *Maſcar. de prob. concl. 407. num. 6. & num. 16. lib. 1. & d. concl. 1131. num. 18. lib. 3.* in quibus ſimiliter teſtatur de communi opinione, quos ſequitur *Farinac. de homic. d. quæſt. 125. num. 428.* vbi alios quamplures adducit de communi, & alios communi opinione atteſtantes, & dicit, quod ipſe a d. opinione vix in iudicando recederet, cum quibus pertranſeunt *Eugen. conſ. 48. num. 56. & conſ. 73. nu. 17. & 18. lib. 2. Hond. conſ. 99. num. 10. lib. 1. Guazzi. defen. 28. cap. 1. num. 23.* vbi dicit, hanc eſſe veriorem, & meliorem ſententiam, & in practica ſeruatam, *& defen. 29. cap. 4. num. 14* vbi dicit, etiam ſufficere, ſi teſtes dicant, ſtatim offenſum repercuſſiſſe aggreſſorem, *et cap. 4. num. 10 ver. quia ſufficit &c.* vbi alios adducit ita ſentientes.

5 Quicquid contrarium tenuerint *Bologn. in d. l. vt vim 3. num. 35. ff. de iuſti. & iur. Plaz. in epit. delict. lib. 1. cap. 28. nu. 20.* vbi dicit, hanc opinionem eſſe communem, & contrariam veriorem, & videtur ita ſentire *Fachin. contro. iur. lib. 1. cap. 30.*

6 Declara primò d. ſecundam ampliationem, vt habeat locum, quando conſtat de inſulto facto per occiſum, quia tunc teſtes deponentes, homicidium fuiſſe factum ad defenſionem inſultati, illam probant, licèt non dicant, fuiſſe ad neceſſariam defenſionem aliàs ſecùs, ſi non conſtat de inſultu, vt voluit *Curt. Iun. in d. l. vt vim 3. num. 65. & ſeq. ff. de iuſti. & iur.* quem refert, & ſequitur *Farinac. de homic. d. quæſt. 125. num. 430. & 431.* licèt referat *Deci.* contrarium ſentientē, vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Defenſio dicitur probata ex eo, quod probatum ſit, quod quis veniebat contra aliquem cum armis in manu.*

Declara, vt num. 2.

Ac etiam, quod quis veniat ſimpliciter cum armis animo offendendi, num. 3.

Quod procedit, quando vltra arma appareant ſigna proximè offenſionis, num 4.

Amplia tertiò, quando conſtat de inſultu, & aggreſſione, num. 5.

Licèt adhuc quis non fuerit ab inſultante aggreſſus, & inſultatus, num. 6.

Et eò

Et eò magis, quando quis fuit percuſſus, & iniuriatus, num. 7.

Quod tamen circa prædicta multum ſit tribuendum Iudicis arbitrio, tenet Author, num. 8.

RESOLVTIO X.

Defenſio an probetur ex eo, quod quis veniebat contra aliquem cum armis in manu.

Defenſio dicitur probata, ſi probetur, vel conſtet, quod quis veniebat contra aliquem cum armis in manu, maximè euaginatis, quia, ſi illum ſic contra eum venientem occidat, dicitur feciſſe ad propriam defenſionem, vt tradunt *Iaſ. Deci. Salamo. Manti. et Bologn. in l. vt vim 3. ff. de iuſt. & iur. Medic. de caſibus fortu. par. 1. quæſt. 8. nu. 14. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 3. num. 22. Clar. in pract. §. homicidium, num. 33. & ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione *Maſc. de prob. concl. 428. num. 2. lib. 1. & concl. 1131. num. 11. & ſeq. lib. 3. Hond. conſ. 99. num. 13. lib. 1.* latè *Farinac. de homic. quæſt. 125. num. 61.* vbi quamplures adducit concordantes, etiam de communi opinione fidem facientes *Guazzin. defenſ. 29. cap. 4. num. 20. ver. & ſufficit in fin. Giurb. conſ. 17. num. 9.* alios referens ita ſentientes, & quando quis venit cum archibuſio, quod poſſit pro defenſione occidi, voluerunt *Caball. reſol. crim. caſu 88. num. 4. & ſeq. cent. 1.* vbi plenè probat concluſionem ſupradictam *P. Dian. in ſumma in ver. occidere inuaſorem num. 12.* vbi alias facit illationes, *& Capic. Latro deciſ. 75. num. 17. 18. et ſeq.*

Cum nemo expectare debeat ſe percuti, & vt dicitur, primum ictum, ſed liceat pro defenſione præuenire, vt not. *Clar. in d. §. homicidium, num. 33. Hond. d. conſ. 99. num. 19. & 25. Caball. d. caſu 88. num. 4. & ſeq. Giurb.* alios adducens ſectatores *d. conſ 17. nu. 10. & 32. & Capic. Latro d. deciſ. 75 num. 18. lib. 1.*

2 Declara d. concluſionem, vt habeat locum, quando quis contra alium venit cum armis, maximè euaginatis, vel cum cultello in manu faciendo aliquem actũ, ex quo appareat, illũ velle offendere, puta minando, & ſimilia, vel quia erat inimicus, alias ſecùs, vt poſt *Ang. Sciſell. Bologn.* & alios per eum relatos declarat *Farinac. de homicid. d. quæſt. 125. num. 62.* quam declarationem crederem habere locum in eo, qui venit contra aliquem cum armis, iuxta terminos ſequentis ampliationis, non autem quando venit cum armis euaginatis, quia ex euaginatione apparet, quod venit animo occidendi, vel vulnerandi, vt conſiderant Doctores in concluſione adducti, & vltra eos *Carer. in pract. in tit. de homic. §. circa quartum num. 134.* alios adducens concordantes.

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum, non ſolùm quando quis venit contra aliquem cum armis in manu, vel euaginatis, vt ſupra, ſed etiam, quando venit contra aliquem ſimpliciter cum armis animo offendendi, cum ſufficiat armorum terror, vt homicidium dicatur factum ad neceſſariam defenſionem, nec quis expectare debeat ſe percuti, vt tradunt *Bald. Claud. & Bologn. in l. vt vim 3. ff. de iuſti. & iur. Vulpell. conſ. 78. num. 4.* vbi teſtatur de communi opinione. *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. c. 3. ſub n. 22. Medic. de caſibus fortu. par. 1. quæſt. 8. num. 14. Maſcar. de prob. concl. 1131. num. 27. lib. 3.* plenè *Farinac. de homic. d. quæſt. 125. num. 52.* vbi quamplures adducit ſectatores de communi opinione atteſtantes, *Guazz. defen. 28. cap. 1. num. 22.* & latiùs *defenſ. 29. cap. 4. num. 20.* vbi pariter quamplures refert concordantes, & dicit, ſufficere etiam, quod quis veniat contra aliquem cum magno fuſte, vel ſtanga, vt ibi per eum *Euge. conſ. 73. num. 18. & ſeq. lib. 2. Cabal. reſol. crim. d. caſu 88. num. 4. & ſeq.* vbi plures dat concordantes, & dicit, hoc eò magis habere locum in veniente contra alium cũ archibuſio, vt ibi per eum, *Calui. de æquit. lib. 2. cap. 192. num. 43. & ſeq.* vbi loquitur etiam in eò, qui venit contra aliquem cum ſaxis ad nocendum aptis, *& Capic. Latro d. deciſ. 75. num. 18.* vbi ſubiungit, ſufficere, quod quis probabiliter offendi poſſe, dubitare potuerit, *& num. 22.* vbi de veniente contra ſe cum archibuſio, vt ibi per eum.

4 Declara primò d. ſecundam ampliationẽ, vt habeat locum, quando, vltra arma, apparent ſigna, & indicia manifeſta proximæ offenſionis, alias ſimplex terror armorum dicitur ſupinus, vt poſt *Salic. Marſil. & Aluaro.* per eum adductos declarat *Farinac. de homic d. quæſt. 125. num. 55. & ſeq.* vbi pariter dicit, d. ſecundam ampliationem habere locum dummodo timor armorum ſit iuſtus, ita vt cadat in conſtantem virum, vt ibi per eum, & in iſtis terminis loquitur *Guazz. d. defen. 28. cap. 1. num. 22. & in d. defen. 29. cap. 4. nu. 20. ver. & ſufficit &c.* verſus finem, in hac enim periculoſa materia non nimis habenas laxandas cenſerem.

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando conſtat de inſultu, & aggreſſione, quia tunc inſultatus vulnerando, vel occidendo inſultãtem, vel aggreſſorem id feciſſe præſumitur ad ſui neceſſariam defenſionem abſque alia probatione, vt tradũt *Vulp. conſ. 78. n. 2. et 3. et conſ. 97. n. 6. Balar. ad Clar. in § homicidium n. 95. et ſeq. Maſc. de prob. concl. 490. nu. 1 lib. 1. et concl. 1131. n. 1. et ſeq. lib. 3. Hond. conſ. 99. nu. 13. et conſ. 104. nu. 31. lib. 1.* plenè *Farinac. de homic. d. quæſt. 125. num. 57.* vbi innumeros ferè adducit ita ſentientes, & de communi, & magis communi Doctorum opinione atteſtantes, *et num. 60.* ſe refert ad dicta per eum *in quæſt. 125. num. 470.* vbi agit de moderamine inculpatæ tutelæ, vt ibi per eum *conſ. 35. nu. 21. lib. 1. Gail. pract. obſeru. lib. 2. cap. 210. num. 11.* vbi teſtatur de communi opinione, *Giurb. conſ. 17. nu. 19 et ſeq. et num. 29. in fin. Guazz. defenſ. 29. cap. 4. num. 21. Calui. de æquit. cap. 192 num. 7. lib. 2. Capic. Latro deciſ. 75. num. 19 lib. 1.*

6 Subamplia ſecundò d. tertiam ampliationem, vt habeat locum, etiam quod inſultatus nondum ab inſultante fuerit percuſſus, & iniuriatus, cum inſultatus non debeat expectare ſe percuti, & vulnerati

rari, vt not. *Iaſ. Salam. Seiſel. Mantu. Bologn. & alij in d. l. vt vim 3 ff. de iuſti. & iur.* vbi teſtatur de communi opinione, nec non *Vulpal. conſ. 7 n. 7. & conſ. 78. n. 4.* qui pariter teſtatur de communi opinione *Ant. Gomez. var. reſol. tom. 3. cap. 3. num. 22. Clar. in pract. §. homicidium num. 33.* qui etiam hanc opinionem, dicit communem *Gail. de pace publ. lib. 1. cap. 16. ſub n. 21. Maſc. de prob. concl. 490. n. 3. lib. 1. & concl. 1131. n. 10. lib. 3.* plene *Faria. de homic. d. quæſt. 125. nu. 74.* vbi quamplures adducit ita ſentientes de communi, & magis communi opinione atteſtantes, *& num. 76.* declarat, d. ſubampliationem habere locum, quando aggreſſor eſt talis, qui ſolitus eſt comminatam percuſſionem exequi, aliàs ſecùs, vt ibi per eum.

7 Subamplia ſecundò d. tertiam ampliationem, vt eò magis habeat locum, quãdo inſultatus fuit priùs percuſſus, & iniuriatus, quia tunc abſque dubio vulnerando, vel occidendo percutientem, vel iniuriantem præſumitur feciſſe ad propriam defenſionem, vt tradunt *Hond. conſ. 99. n. 14. & conſ. 104. n. 30. lib. 1. Card. Tuſc. prac. concl. lit. D. concl. 129. n. 13 & Giurb. d. conſ. 17. n. 20.* vbi alios dat concordantes, nec non *Farinac. de homic. d. quæſt. 125. n. 77. & ſeq.* vbi declarat quando qui ſemel percuſſit dicatur habere animum iterum percutiendi, & ſic ſit locus d. ſubampliationi, Vide ibi per eum.

8 Adde pro complemento, quod cum difficile admodum ſit ſtatuere, quando in caſibus ſupradictis ex eo, quod quis veniat contra aliquem cum armis, homicidium dicatur commiſſum ad neceſſariam defenſionem, & ex eo dicatur probata defenſio, cum id pendeat ex qualitate factorum, quæ diuerſimode contingere poſſunt, & ex qualitate perſonarum, ideò circa hoc declarandum, multùm prudentis Iudicis arbitrio crederem eſſe tribuendum, vt in terminis de exceſſu in ſe defendendo tradit *Menoc. de arbitr. caſu 277. nu. 5.* qui omnibus maturè ponderatis poterit ſecundùm contingentiam factorum, & qualitatem perſonarum id ex ſuo prudenti arbitrio ſtatuere, & determinare.

S V M M A R I V M.

1 *Iniuriatus verbaliter non poteſt pro defenſione percutere iniuriantem.*

Quod non habet locum, quando iniuria verbalis illata fuit viro nobili per plebeum. nu. 2.

Nec quando pro iniuria verbali non licet ſinè ignominia Iudicem adire. num. 3.

4 *Iniuria verbalis quando poſſit alia verbali iniuria propulſari, remiſſiuè.*

R E S O L V T I O XI.

Iniuriatus verbaliter an poſſit pro defenſione percutere iniuriantem.

1 INiuriatus verbaliter non poteſt pro defenſione percutere eum, qui iniuriã verbalem ei intulit, ita vt, ſi percutiat, vulneret, vt occidat d. iniuriantem verbaliter, veniat puniendus, ſed pœna extraordinaria propter præcedentem prouocationem, vt tradunt *Grama. voto 23. nu. 16. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 3. num. 24. in fin. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 60. n. 14.* vbi dicit, ita fuiſſe in facto iudicatum per Senatum Mediolani, *Farin. de homic. quæſt. 125. num. 98.* alios referens concordantes, *Guazzi. defen. 29. cap. 5. nu. 2. ver. & circa modum &c. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 3. caſu 1. nu. 102. & Caball. de omn. gen. homic. num. 95.* & not. etiam *P. Diana in ſumma in ver. occidere inuaſorem num. 26.*

Si enim offenſus verbaliter baculo, vel pugione iniuriantem offendat, dicitur exceſſiſſe moderamen inculpatæ tutelæ circa modũ, qui in æqualitate offenſionis, & defenſionis conſiſtit, nec non etiã armorum, vt eodem genere armorũ ſe defendat, & non maiori, vt docent *Grama. conſ. 63. n. 2. & 3. Caball. de omn. gen. homi. n. 95. Guazz. d. defen. 29. cap. 5. n. 2. ver. & circa modum*, & ego dixi latiùs ſupra in hoc ver. *Defenſio Reſol. 3. num. 9.* & ideò non mirùm, ſi taliter offendens omninò impunitus remanere non debeat, vt declarant Doctores ſupra adducti.

2 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando iniuria eſt illata per aliquem plebeũ viro nobili, quia tunc, ſi d. vir nobilis pro ſui honoris conſeruatione illum alapa, vel baculo percutiat, nullam incurrit pœnam, cum aliàs, propter perſonæ iniuriantis vilitatem, ſuum honorem conſeruare non potuiſſet, vt poſt *Salam. in d. l. vt vim 3. ff. de iuſt. & iur. Foller. in pract. in ver. Recipiantur defenſiones, & Paſſett. conſ. 202. num. 4.* per eum relatos declarat *Farin. de homic. d. quæſt. 125. num. 100.* & poſt eum *Guazzin. d. defen. 29. cap. 5. num. 2. ver. & circa modum, &c.* imò virum honoratum poſſe pro iniuria verbali illata, vt ſupra, etiam iniuriantẽ occidere voluerũt *Strouẽdorf. & P. Baldel. apud Dian. vbi ſup. n. 26.* id admittentẽ, quando contumelia aliter euitari non poteſt.

3 Limita ſecundo d. concluſionẽ, & eſt eadem ferè limitatio cum ſupradicta, vt non habeat locum, quando pro iniuria verbali accepta non licet ſinè riſu, & ignominia Iudicẽ adire, & querelam exponere, quia tunc poſſe iniuriantem verbaliter offendere, voluerunt *Caſtr. conſ. 277. lib. 2. Gram. conſ. 29. n. 29. & deciſ. 23. n. 1. & deciſ. 98. n. 2. Boer. dec. 169. per tot. Vaſq. q. Ill. cap. 18. n. 13.* quos vna cũ alijs refert, & ſequitur *Paſcb. de patr. poteſt. p. 3. c. 6 n. 27.*

4 Quando verò licet iniuriam verbalem alia verbali iniuria propulſare, tradit *Farin. de homic. d. quæſt. 125. n. 96. & ſeq* vbi cõtrarias inter ſe refert opiniones, *Vermigl. conſ 67. n. 6. & P. Diana in ſumma in verb. occidere inuaſorem num 26.* Ipſos conſulas.

S V M M A R I V M.

1 *Offendens inſultantem fugientem dicitur offendiſſe ad vindictam, & ideò punitur:*

Procedit, quando offendens aufugit, & terga vertit, ſecùs ſi paulatim ſe retrahat verſa facie, vel reſiſtit. num. 2.

Ac etiam, quando aggreſſor eſt ſolus, ſecus ſi ſint duo. num. 3.

Fallit etiam concluſio, quando offenſus fuit vir nobilis à viro plebeo. num. 4.

Offendens tamen, vel occidens fugientẽ, qui inſultauit, punitur tãtùm pœna extraordinaria. n. 5.

RESOLVTIO XII.

Offendens inſultantem fugientem an dicatur offendere ad vindictam, & puniatur.

1 OCcidens illum, qui eum inſultauit, vel offendit, dum poſt inſultum, vel offenſionem aufugit, non dicitur illū offendiſſe ad defenſionem, ſed ad vindictam, & ideò venit puniendus, vt tradunt *Couar. in clem. ſi furioſus cap.3.§.1.nu.3. in fin.de homic. Paſcal de patr.poteſt.par.3.cap.6.n. 12. Maſcar.de prob.concl.490.nu.13.lib.1.& concl. 1131.nu.40.lib.3.Hond.conſ 99.n.43.lib.1.Caball. reſol. crim. caſu 13.num.5.& ſeq.cent.1.& de omni gen. homic. nu.238.Baiar. ad Clar.in §.homicidium nu.90.Farinac.de homic.quæſt.125.n.80.& nu.385.* vbi adducit concordantes, *& conſ 35.nu.21 lib.1. Guazz.defen.29.cap.4.num.20.ver.ſi verò, &c.* plenè *Giurb.conſ.17.nu.6.* vbi alios refert ita ſentientes quamplures, *Ciriac.contro.126.nu 12.& Calat. de æquit.lib.2.cap.192.num.61.& ſeq.*

Tunc enim in ſui defenſionem, quis feciſſe cenſetur, ſi vim ante receptam iniuriam repellit, aliàs ſecùs, vt not. *Seiſell.in l.vt vim 3.n.60.& 70.ff.de iuſti.& iur.Seſſe decis.104.nu.15.* quos refert, & ſequitur *Giurb.d.conſ.17.n.8.* & ſcribit etiam *Farin d.quæſt. 125.n.80.* vbi teſtatur de communi opinione. A fugiente autem timeri non poteſt, vlterius offendi *Bart.in l.ſi ex plagis 53.§.tabernarias, & ibi Bald. in 2. lect. ff. ad leg. Aquil.Giurb.d.conſ.17.num.7.* & alij Doctores ſupra adducti, meritò, &c.

2 Declara primò d.concluſionem, vt habeat locum quando aggreſſor aufugit, & terga vertit, ſecùs tamen eſt, ſi non aufugiat, ſed reſilit, vel retrahit ſe paulatim verſa facie, quia cum tunc iterùm offendere velle præſumatur, vt not. *Bart.in l.1.n.10. C.vnde vi.Deci.in d.l.vt vim 3.num.10.& ſeq ff.de iuſti.& iur.& Seſſe d decis.104.n.14.* aggreſſus offendendo aggreſſorem præſumitur feciſſe ad neceſſariam ſui defenſionem, & non ad vindictam, vt dicunt *Seſſe d. decis.104.num.15 Hond conſ 104.n. 32.lib.1.Maſcar.d.concl.1131.nu.47.in fin.&* voluit *Farin.de homic.d.quæſt.125.num.390.* vbi benè declarat, & præcipuè dicit, hanc declarationem habere locum, quando aggreſſus timere poterat a fugiente iterùm aggredi poſſe, vt ibi per eum, *Giurb. d.conſ. 17. num. 21.& num.31.& Calui.de æquit.d.cap.192.num 64.& 65.*

3 Declara ſecundò d. concluſionem, vt inſultatus tunc demùm puniatur in ſequendo aggreſſorem fugientem, & illum vulnerando, vel occidendo, quando aggreſſor non fuit, niſi vnus, & ſic ſolus, quia tunc aggreſſus non poterat de alio timere. ſecùs tamen eſt, ſi aggreſſores eſſent duo, ex quibus vnus tantùm aufugit, quia tunc poteſt inſultatus, vno aggreſſore relicto, alterum fugientem ſequi, & impunè occidere, quia, niſi ita feciſſet, poterat de alio, qui non aufugit, dubitare, vt voluit *Bertaz. conſ.1.n.31.ver.quantò nos, &c.lib.1.* quem refert, & ſequitur *Farinac. de homic. d. quæſt.125.n.389. & ſeq.* vbi dicit, quod conſtare debet, inſultatum vulneraſſe aggreſſorem in actu fugæ, cum in dubio præſumatur fauore defenſionis illum vulneraſſe ante fugam, vt ibi per eum.

4 Declara tertiò d. concluſionem non habere locum viro nobili inſultato ab homine plebeio & vili, qui, ſi poſt inſultum aggreſſorem inſequatur, & vulneret, non venit puniendus, vt poſt *Bologn.conſ. 37.col.2.ver. & licet hoc &c. & ver. & ſi dicatur, &c.* per eum relatum tradit *Farinac.de homic. d. quæſt.125.num.392.* & ſentit etiam *Guazz.d.defen. 29.cap.4.num 20.in fin.*

5 Declara quartò d. concluſionem, vt inſultatus vulnerando, vel occidendo aggreſſorem fugientē cum ob iuſtum dolorem ex præambula percuſſione, & inſultu commotus vulneraſſe, & occidiſſe præſumatur puniri non debeat ordinaria pœna homicidij, ſed extraordinaria tantum, & mitiori propter exceſſum iudicis arbitrio, vt tradunt *Couar.in d.clem ſi furioſus par 3.§.1.num. 3. in fin de homic.* vbi dicit, quod ita omnes ferè Doctores fatentur *Clar.in pract.in §.homicidium ver.ſcias tamen &c. Ant.Gomez var.reſol.tom.3.cap.3.nu.24. Maſcar. de prob d.concl.1131.nu.49.lib.3.Farinac. de pœn.temp.quæſt.91.num. 7. & de homic.d.quæſt. 125.num.393.* quamplures adducens de communi opinione atteſtantes, *Guazzi.d. defen.29.cap.4.nu. 20.ver.ſi verò &c, Caball.reſol.crim.caſu 13.num.5. cent.1. & de omni gen.homic.n.231.* alios referens ita ſentientes, *Giurb.d.conſ.17.num.12.& num.30.* vbi dat concordantes, & illum excuſari dicit *Ciriac.d.contro.126.in fin.&* cum d opinione pertranſeunt *Calui. de æquit.d.cap.192.nu.61.& ſeq.Vrſell. in exam.apum concl.80.nu.11.& Ant.de Ball.tract. crim.lib.3.caſu 1.num.104.*

SVMMARIVM.

1 *Dies termini non computatur in termino in defenſionibus reo aſſignatis.*

Licèt contrarium tenuerint aliqui. num.2.

3 *Termini plures aſſignandi ſunt reo pro ſuis defenſionibus faciendis.*

4 *Dies termini computantur in termino defenſionum, quando ità fuit per iudicem declaratum.*

RESOLVTIO XIII.

Dies termini an computetur in termino in defenſionibus reo aſſignatis.

1 ASſignato termino reo ad faciendum ſuas defenſiones, puta quinque, vel octo dierum dies termini non computatur in termino, ſaltem de conſuetudine, vt teſtantur *Iaſ.in l 1. n.20 ff. ſi quis cautio* vbi teſtatur de communi opinione, & ita ſeruari in practica, *Deci.in cap.ſuper eo 12 num.17. de appell,* vbi dicit, hanc eſſe magis

com-

communem Doct. opinionem, *Canall. in ſpec. cōmu. contra commu. q. 401 per tot.* vbi quamplures dat concordantes de communi, & magis communi opinione, fidem facientes, & dicit ab hac opinione, tàm in conſulendo, quàm in iudicando non eſſe recedendum, quam ſequitur *Guazz. defen. 31. cap. 1. n. 10.* & idem ſenſerat priùs *defen. 14. cap. 4. nu 9.* quibus addo *Barbo. axiom. 71. num. 5.* vbi alios dat concordantes quamplures, *& Antonel. de tempo. leg. lib. 4 cap. 2. in princ.* nec non *Rota apud Zacchi. de ſociet. deciſ. 58. num. 4.* bene comprobans.

Quando enim agitur de cauſa fauorabili, qualis eſt defenſio, vt not. *Boſſi. in pract. in tit. de fauor. defen. num. 2. Farinac. de indic. & tortu. quæſt 43. nu. 14 & Guazzi. defen. 29. cap. 1. in princ. & cap. 3. nu. 1.* pro ea, & ad illius fauorem ſemper fieri debet lata, & benignior interpretatio, ad tex. in *cap. odia. 15. de reg. iur. in 6.* & tradunt *Eugen. conſ. 78. nu. 29. lib. 2.* & poſt *Bald. Alciat. Menoch Valenz. & Card. Seraph.* per eam relatos *Rota apud Merlin. deciſ 832. n. 32. tom. 2.* cum fauores ſemper ſint ampliandi, plenè *Barbo. axiom. 96. n. 4. Calui. de aquit. lib. 1 cap. 87. num. 44. Guazzin. d. cap. 3 num. 1.*

2 Quicquid contrarium voluerint *glo. Corn. Aret. & Tiraq.* in loc. adduct. *per Guazz. vbi ſupra,* contra quos adeſt magis communis opinio, de qua ſupra.

3 Amplia d. concluſionem, vt nō ſolùm dies termi- nis aſſignati reo ad ſe defendendū non computetur in termino, verùm etiā non vna tantum dilatio, nec vnus tantū terminus reo ad ſe defendēdum dandus ſit, ſed tres ei ſint aſſignandi, vt voluerunt *Clar. in pract. §. fin. q 48. ver. quæro quod &c.* vbi dicit, hoc procedere in omnibus cauſis criminalibus, etiā nō capitalibus, & quamplures adducit ita ſentientes *Cartar. in pract. interr. reo. lib. 3 cap. 2. n. 79 Farin. de indic. & tortu. quæſt. 39. nu. 4.* vbi dicit, dandam eſſe quartam dilationem ex cauſa, vt ibi per eum, plenè *Guazzin. defen. 24. cap. 5. nu. 3. & 4.* vbi dicit, quod licèt dilationes in criminalibus ſint Iudici arbitrariæ, ſolent tamen Iudices eſſe faciles in eis pluribus aſſignandis, & concordat *Ambroſ. in proc. infor. lib. 1. cap. 1 num. 25.*

Limita dict. concluſionem, vt non habeat locum quando Iudex expreſsè ſtatuiſſet (diem termini eſſe computandum in termino, quia tunc illum eſſe computandum, dixit *Canal. de teſti. par. 4. n. 194. & ſeq.* quem refert, & ſequi videtur *Guazz. defen. 24 cap. 4. num. 9. in fin.* & voluit etiam *Antonel. de temp. legal. lib. 4. cap. 2. num. 4.* vbi ſentit, ſufficere conſtare etiam tacitè de mente concedentis, vt ibi per eum.

A D D I T I O.

N.3. VBi habetur, quod cum vna tantum dilatio eſt aſſignanda reo ad defendendum, ſed ſunt aſſignandæ plures, & præcipuè res addc *Lucatell. de quæſt. indic. Inſpec. 5. num. 40. & ſeq. & Antonel. de temp. legal. lib. 4. cap. 19. num. 3.* vbi dicit, eò magis ſi id ſuadeat æquitas, vel neceſſitas id expoſtulet.

S V M M A R I V M.

1 *Defenſio Inquiſiti probatur directè demonſtrando per euidentiam facti, rem aliter ſe habere.*

Item probatur indirectè per probationem negatiuæ coarctatæ, num. 3.

Etiam probando negatiuam coarctatam quò ad teſtes examinatos, num. 4.

Et alijs modis, de quibus remiſſiuè, nu. 5.

2 *Ocularis inſpectio ſuperat omnes alias probationes.*

R E S O L V T I O XIV.

Defenſio Inquiſiti an probetur demonſtrando rem aliter in facto ſe habere.

1 DEfenſio, & innocentia rei inquiſiti probari poteſt pluribus modis, & primo directè, probando per euidentiam facti, rem aliter ſe habere, puta ſi homo, qui dicitur occiſus, exhibeatur viuus, ſi domus, quæ dicitur combuſta, reperiatur illæſa, & ſimilia. vt tradunt *Bald. in l. ſi quis teſtibus 13. in fin. C. de teſt. Ang. de maleſ. in ver. Comparent, et produxerunt Inſtrumentum pacis n. 33. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 52. in prin. et ibi Additio in prin Cartar. de execut. ſent. cap. bann. cap. fin. n. 41. et ſeq.* vbi alia adducit exempla, *et Carena de Offic. S. Inquiſ par. 3. tit. 9. nu. 9.* qui pariter aliter exemplificat quo ad delicta ad S. Officium ſpectantia, vt ibi per eum.

2 Inſpectio enim ocularis, cum ſit melior, & tutior probatio de mundo, omnem alio probationem ſuperat *l. ſi irruptione 8. ff. fin. regund. l. 4. in prin. ff. de damn. infect. Crane. conſ. 104. n. 12. Barz. deciſ. 2. n. 57. Mar. Antoni. var. reſol. lib. 1. reſ. 66. n. 5. Poſti. de manut. obſeru. 19. in fin. Rota apud Greg. XV. deciſ. 375. n. 6* ita vt omnia probatio vincatur, ſi aſpectus contrarium teſtificetur *Poſti. d. obſeru. 19. in fin. Rota deciſ. 7 num. 4. poſt 1. vol. conſil. Farinac.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt innocentia, & defenſio rei probetur etiam indirectè probando negatiuam coarctatam loco, & tempore quo ad ipſum reum, puta quod ipſe reus tēpore commiſſi delicti fuerit in loco multum diſtanti à loco, vbi fuit commiſſum delictum, quia, cum reus non poſſit eſſe, niſi miraculoſè, in duobus locis, probata præſentia illius in vno loco, neceſſariò dicitur probata abſentia in alio loco diſtanti, & ſic dicitur probata innocentia illius, vt tradunt *Grama. conſ 56. num. 3. Cala de modo artic. §. 2. gloſ. 1. num. 1260 Menoch de arbitr. caſu 64. nu. 13. & ſeq Clar. in d. §. fin. quæſt. 52. ver. ſcias autem, &c. Caren. de Offic. S. Inquiſ par. 3. tit. 9. num. 10. Guazz. defen 28. cap. 1. nu. 12.* latè *Hond. conſ. 102 nu. 15 lib. 1. Batar. ad Clar. §. fin. quæſt 64. num 58. Farinac. de teſti. quæſt. 66. num. 218 & ſeq. & conſ. 200. num 8 lib. 3.* plenè *Giurb. conſ. 43. num. 1. & Vermigl. conſ. 78. num. 8. & conſ. 25. num 17.* vbi dicit, d. negatiuam probare innocentiam rei, non obſtantibus contrarijs indicijs, *& conſ. 272. num. 7. & conſ. 382. nu. 19.*

4 Subamplia d. primam ampliationem, vt innocentia, & defenſio Inquiſiti probetur etiam indirectè alio modo; videlicet probando negatiuam coarctatam quò ad teſtes, puta Titius, & Seius deponunt, Caium tali die occidiſſe Sempronium in Ciuitate Romæ ipſis præſentibus, ego probo, d. die Titium, & Seium fuiſſe in Ciuitate Mediolani, certè iſta probatio rei tollit probationes fiſci, & d. teſtes puniri poſſunt de falſo, ita poſt *Canter. in quaſt. crim. in tit. de reo quaſt. 12. num. 2.* per eum relatum docet *Caren. de Offic. S. Inqu. d. par. 3 tit. 9. n. 11.* Quomodo verò teſtes deponere debeant, vt dicatur probata negatiua, dixi infra in verbo *Negatiua Reſolut. 1. num. 1. & ſeq.*

5 Amplia ſecundò d. concluſionem, quod defenſio, & innocentia Inquiſiti probatur alijs etiam modis nempè per repulſam teſtium excipiendo contra illorum perſonas, dicta, & examen, per deficientiam cauſæ delinquendi, & corporis delicti, & alios plures ſecundùm varietatem delictorum, quos longum admodum eſſet omnes recenſere, vt videre *per Guazz. defen. 28. ferè per tot. & per Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 9. ferè per tot.* qui quamplures recenſent, illos conſulas.

DELICTVM.

SVMMARIVM.

1 *Delictum in dubio non præſumitur, ſed illud debet probari.*

Ita vt pro excluſione delicti omnis interpretatio ſit facienda, num. 3.

Et actus indiferens ſemper ſit interpretandus pro non delicto, num. 4.

Nec non minus delictum potiùs, quàm maius ſemper intelligatur commiſſum, num. 5.

Et concurrentibus duabus præſumptionibus, attendenda ſit illa, quæ delictum excludit, nu. 6.

Et ad probandum delictum requirantur probationes concludentiſſima, num 7.

Concluſio ſupradicta fallit, quando contra illam concurrit aliqua præſumptio ſpecialis, num. 8.

Et quando agitur de actibus, qui de ſui natura ſunt mali, num. 9.

2 *Homo de ſui natura eſt bonus, & talis de iure præſumitur.*

RESOLVTIO I.

Delictum an præſumatur in dubio, ſeù illud ſit probandum.

1 DElictum in dubio non præſumitur, ſed illud debet probari *l. merito 51. & ibi gloſ. ff. pro ſoci.* & tradunt *Vulpell. conſ. 38. num. 2. 3. & ſeq Maſca. de prob. concl 496. in prin lib. 1.* vbi dat concordantes *Menoch. de præſump. lib. 5 præſump. 2. num. 1. & ſeq.* latè *Farinac. de reo confeſ. & conuic. quaſt. 85. num. 1. & ſeq.* vbi quamplures adducit more ſuo, ita ſentientes, *& conſ. 60 n. 12. lib. 1. Ciriac. contro. 255. n. 25. & contro. 318. n. 8. Capic. Latro deciſ. 13. n. 4. par. 1. P. Graſſet. de nece prodit. §. 10. num. 58. Rube. de valid legal. cap. 16. num. 44 & Rota deciſ. 56. num. 9. poſt 1. vol. conſ. Farinac.*

2 Homo enim ſui natura eſt bonus, & talis de iure præſumitur *cap. 1. de ſcrutin. cap. dudum 16. & ibi Canon. de præſump. l. omnimodo 30. & ibi glo. C. de inoff teſtam, Alcia. de præſum. reg. 3. præſump. 2. in prin. Gabr. comm. concl. de maleſ. concl. 2. n. 9.* & authoritate *D. Thomæ*, & aliorum quamplurium latè comprobat *Menoch. de præſump. lib. 5. præſump. 1. n. 8. 9. & pluribus ſeq.* delinquere autem, & peccare viri boni non eſt, ſed mali, & nequam, vt in puncto conſiderat *Menoch. de præſump. lib. 5. præſump 2. in prin.* vnde nec mirùm, ſi delictum non præſumatur, vt aduertunt Doct. ſupra adducti.

3 Amplia primo, d. concluſionem adeo eſſe veram, vt pro excluſione delicti omnis interpretatio ſit facienda, vt not. *Gram. deciſ. 18. n. 5. Farin. de delic. & pœn. quaſt 31. n. 22. & conſ. 25. n. 12. & 46. lib. 1. Guazzi. defen 29. cap. 2. num. 4. & ſeq.* vbi quamplures facit illationes, *Capic. Latro dict. deciſ 13. nu. 4. Vermiglio. conſ. 90. num. 9. et conſ. 129. n. 11 & conſ. 232. num. 3. Rube. de validit. legal cap. 16. num. 86. & Rota deciſ. 121. num. 2. & deciſ. 234. num. 9 poſt ſecundum volum. conſ. Farinac.*

4 Subamplia primò d. ampliationem, vt actus indifferens ſonans in delictum, & non delictum, præſumatur potius bonus, & non delictum, quàm malus, & ſic delictum, vt ſcripſerūt *Farin. de reo confeſ. & conuic. d. quaſt. 81. num. 5.* vbi alios adducit concordantes, & idem dicit de actu, qui factus vno tempore eſt licitus, & alio tempore eſt illicitus, quod præſumatur ad excluſionem delicti factus tempore licito, vt ibi per eum, & ego dixi latiùs ſupra in ver. *Actus Reſol. vnica num. 3.*

5 Amplia ſecundo d. concluſionem, vt in dubio delictum minus potiùs præſumatur, quàm maius, vt adnotarunt *Alcia. de præſump. reg. 1. præſump. 6. n. 1. & ſeq.* vbi quāplures facit illationes *Menoch. de præſump lib. 5. præſump 2. n. 24. & ſeq.* vbi pariter alias afferat illationes, *Gabr. comm. concl. de maleſ. concl. 2 nu. 6. Farin de reo confeſ. & conui. quaſt. 85. num. 26.* vbi alios quamplures adducit ita ſentientes, & late comprobat *Guazz defen. 29. cap. 2. num. 10. ver. prima itaque* vbi alios dat concordantes, & plures facit illationes, *Vermigliol. conſ. 34. num. 9. et Rota d. deciſ. 56. n. 9. et ibi Adden. litera A. poſt 1. vol. conſ. Farinac.*

6 Amplia tertiò d. concluſionem, vt concurrētibus in actu duabus præſumptionibus, vna incluſiua delicti, & alia excluſiua, attendi debeat illa, quæ delictum excludit, non autem illa quæ delictum includit, vt tradunt *Ceph. conſ. 75. n. 8 et conſ. 76. n. 19. lib. 1 Eugen. conſ. 76. num. 51. lib. 1. Maſcar. de prob. concl. 864. n. 30. lib. 2. et concl. 1224. n. 30. et ſeq. lib. 3.* vbi alios adducit concordantes quamplures, *Hond. conſ. 88. numer. 20. et conſ. 102. num. 40. lib. 2. Farinac. de delict. et pœn. quaſt. 21. num. 22.*

num.22.& de reo confeſ.& conui.d.quæſt.85.nu.19. vbi pariter alios adducit ita ſentientes, *Guazzin. defen. 29. cap.1. num.5.* vbi dat concordantes, *& Vermigl.conſ.275. num.14.*

7 Amplia quartò d.concluſionem adeò eſſe veram vt ad probandum delictum ad effectum condemnandi reum, requirantur probationes non ſolùm concludentes, ſed etiā luce meridiana clariores *l.ſciāt cuncti, quæ eſt lex fin. C.de prob.cap. ſciant cuncti 2. & ibi gloſ.& communiter Canoniſtæ 2.quæſt.vlti.* & tradunt *Boſſi.in pract.in tit.de conuic num.9.& 13. Ant.Gomez var.reſol.tom.3.cap.12.num.25.* vbi teſtatur de communi opinione, *Menoch.de arbit.caſu 279.num.2.& caſu 491.nu 1.Maſcar.de prob.concl. 459.num.2.& concl.496. num 1. lib.1. Theſ.deciſ. Pedem.25.num.6.* late *Farinac de reo conf.& conu. quæſt.86.num.6.* vbi alios dat concordantes, & aliquas facit illationes, plenè *Guazz.defen.33.cap.14. in prin.Vermigl.conſ.179. num. 2. & conſ.263.nu.5.* vbi dicit, probationes in criminalibus requiri magis claras, quàm in ciuilibus, *& conſ.431 in princ.* & dixi latiùs de hac materia infra in verbo *Probatio Reſol.4.* per totam. ibi vide,

8 Limita primò d.concluſionem, vt non habeat locum, quando contra d. generalem concluſionem, quo delictum non præſumitur, militat aliqua præſumptio ſpecialis incluſiua delicti, quia tunc dict. ſpecialis præſumptio pro delicto tollit illam generalem præſumptionem pro non delicto, ex regula, quod præſumptio ſpecialis tollit præſumptionem generalem, vt declarant *Farinac. de reo confeſ.& conui.d quæſt.85. nu.10.& ſeq.* vbi dicit, prædicta non habere locum, quando cum d. præſumptione generali concurreret aliqua etiam ſpecialis præſumptio excluſiua delicti, quia tūc illæ tollerent d. præſumptionem ſpecialem pro delicto, ex alia regula, quod plures præſumptiones vincunt pauciores, vt ibi per eum, cum quo pertranſeunt *Adden. ad Farinac. in conſ.60. litera G. lib.1.* benè comprobantes.

9 Limita ſecundò d. concluſionē, vt non habeat locum in ijs actibus, qui de ſui natura ſunt mali, & de iure prohibiti, quia tunc delictum præſumi, voluerunt *Deci.in cap.in præſentia 8. num.53.de probat. Tiraq.de pæn.temp.in præfat. num.5. Gabr.comm. concl.de malef.concl.2.num 61.Maſc.de prob concl. 495.num.4.& ſeq.lib.1.& concl. 1003. num.21. & 60.lib.3.* & alij plures, quos refert, & ſequitur *Farinac.de reo confeſ.& conui d.quæſt.85.num 34.* vbi teſtatur de communi opinione, & hanc limitationem declarat habere locum in ijs, quæ ſunt prohibita de iure naturali, gentium, vel Diuino, ſecùs ſi ſint tantùm prohibita de iure poſitiuo, niſi tamen probetur cauſa, ex qua poteſt excuſari, vel excludi illud delictum, vt ibi per eum. Addo ita ſentientem eundem *Farinac.conſ.25. num.14* & ibi declarant *Adden. litera H. lib.1.*

A D D I T I O.

N.1. VBi habetur, quod homo præſumitur bonus, & non præſumitur delinquere adde *Ciriac.contr.132. nu.7.* vbi de actu facto à Sacerdote, & viro probo, qui non præſumitur factus cum delicto.

N.3. Vbi habetur, quod ad excludendum delictum omnis interpræratio eſt facienda adde eundem *Farina. conſ.219. num.5.lib.3. & Ciriac.contr.624.num.62: tom.4.*

N.4. Vbi habetur, quod ad excluſionem delicti actus præſumitur factus in tempore licito, etiam ſi in illicito ille fieri potuerit, adde *Ciriac. contro. 583. num. 22.*

S V M M A R I V M.

1 *Delicta alia ſunt Eccleſiaſtica, alia Laicalia, & alia mixti fori, in quibus vterque Iudex procedit, & eſt locus præuentioni.*

Ita vt, ſi Iudex Laicus Eccleſiaſticum præueniat, illius proceſſum impediat, & è contra, n.2.

Et Iudex Eccleſiaſticus etiam pænas temporales poteſt imponere, num. 3.

Adulterij crimen eſt mixti fori, num. 4.

Sodomia crimen eſt mixti fori, num. 5.

Blaſphemia delictum eſt mixti fori, num. 6.

Etiam in Iudæo blaſphemante, num. 7.

Fallit in blaſphemia hæreticali, in qua ſolus Inquiſitor procedit, num. 8.

Pacis fractæ crimen pariter eſt mixti fori, n.9.

Sacrilegium eſt delictum mixti fori, num. 10.

Concubinatus crimen eſt mixti fori, num. 11.

Vſurarum delictum etiam eſt mixti fori, nu.12.

Licèt contrarium teneant plures Doct. num.13.

Maximè ſtante Statuto Principis laici vſuras prohibentes, num. 14.

Stupri crimen eſt mixti fori, num. 15.

Licèt contrarium voluerint aliqui, num 16.

Inceſtus eſt delictum mixti fori, num. 17.

Quod procedit etiā in coitu cum monali n.18.

Aſſaſſinij crimen eſt mixti fori, num.19.

Delictum commiſſum per Laicum in Eccleſia eſt mixti fori, num. 20.

Periurium eſt delictum mixti fori, num. 21.

Laicus ſi offendat Clericum, dicitur delictum mixti fori, num. 22.

Etiam ſi Laicus offendat Clericum in Eccleſia, num. 23.

Furtum commiſſum in Eccleſia dicitur delictū mixti fori, num.24.

Crimina plura mixti fori remiſſiuè, num. 25.

26 *Præuentio quando, & per quos actus dicatur inducta, & alia ad materiam remiſſiuè.*

R E S O L V T I O II.

Delicta an alia ſint Eccleſiaſtica, alia laicalia, & alia mixti fori, ita vt in eis ſit locus præſumptioni inter Iudices,

1 DElicta quædā ſunt merè Eccleſiaſtica, in quibus ſolū Iudex Eccleſiaſticus procedit. quædā ſunt merè laicalia, in quibus ſolùm Iudex laicus procedit, & quædam ſunt mixta ſeu cōmunis fori, in quibus poteſt tā Iudex Eccleſiaſticus quā laicus procedere, ita vt inter eos ſit locus præ-

uentioni, vt tradunt *Clar. in pract. §. fin. quaſt.37. num.1.& ſeq. Farinac. de inquiſ. q.8. nu.127. & plur. ſeq. Cabal. reſol. crim. caſu 194. num 4. & num.7. & ſeq. cent. 2. Guazzin. defen. 1. cap. 11. in prin. Balth. Thomaſ. in ſuis tract. var. tom. 4. in tit. de mixto foro in prin. Illuſtr. Sperel. deciſ. 3. num. 3. & ſeq & nu. 13.* alios adducens concordantes, *Vermigi. conſ. 88. nu. 3. & ſeq. & P. Dian. in ſumm. in ver. Crimina mixti fori in prin.* latè *Carlenal. de iudic. lib. 1. tit. 1. diſput. 2. num. 763. & ſeq.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt in cauſa mixti fori, ſi Iudex laicus Eccleſiaſticum præueniat, illius proceſſum impediat, & è contra, cum omnis iuriſdictio ſit in primo Iudice præueniente, collata, & ab omnibus alijs abdicata *l. ſi quis poſtea 7. ff. de iudic. cap. pen. de foro competen.* & tradunt *Decia. tract. crim. lib. 4. cap. 22. in prin. Farin. de inqu. quaſt. 7. num. 52.* vbi alios dat concordantes quamplures, *Scac. de iudic. lib. 1. cap. 82. num. 57. Caball. reſol. crim. d. caſu 194. nu. 8. & ſeq. Coſta remed. ſubſid. 126. in prin. Guazz. defen. 1. cap. 8. in princ.* alios recenſens ſectatores, *Balth. Thomaſ. in d. tit. de mixto foro num. 2. & 3.* vbi tamen dicit, non habere locum prædicta contra Eccleſiaſticum, contra quem Iudex laicus nunquam procedit, vt ibi per eum *Illuſtriſs. Sperel. deciſ. 4. num. 4. par. 1. & deciſ. 134. nu. 24. & 39. part. 2. & Vrſell. in exam. apum concl. 40. num. 59. litera A.* plures adducens ita ſentientes, declarando vt in *Reſol. ſeq. in fin.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt Iudex Eccleſiaſticus in cauſis mixti fori poſſit imponere, nō ſolùm pœnas ſpirituales, ſed etiam temporales, citra tamen ſanguinem, etiam carcerando reum, vt docent *Canoniſta in cap. cum ſit generale 8. de foro competen.* & dixi latiùs infra in hoc verbo *Delictum Reſol. 3. num. 4.*

4 Declara d. concluſionem, vt crimina mixti fori ſint quamplura, & primò crimen adulterij eſt mixti fori, quando agitur criminaliter ad pœnas, ſanguinis pœna excepta, quàm Iudex ſæcularis ſolus imponit, licèt ſecùs ſit quò ad ſeparationem thori, vt not. *Abb. in cap. intelleximus 6. nu. 1. de adult. Clar. in pract. § fin. quaſt. 37. nu. 3.* vbi alios dat concordantes, & teſtatur de cōmuni opinione *Decia. tract. crim. lib. 4. cap. 26. num. 7. Scacc. de iudic. lib. 1. cap 12. num. 16. Farin. de inquiſ d. quaſt 8. num. 130.* & latiùs *de delict. carn. quaſt. 141. num. 42. Guazzi. d. defen. 1. cap. 11. nu. 7. Balth. Thomaſ in d. tit. de mixto foro num. 5. & in tit. de Eccleſia in ſacul. cognoſc. nu. 24.* & benè declarat *Illuſtriſs. Sperel. deciſ 9. nu. 29. part. 1.* & ita tenent etiam *P. Sanch. de matri. lib. 10. diſput. 8. num. 15. & ſeq. & Vrſell. in exam. apum litera A. concl. 59. num. 98.*

5 Sodomiæ crimen eſt etiam mixti fori, ita vt cōtra laicum ſodomitam procedere poſſit non ſolùm Iudex laicus, ſed etiam Iudex Eccleſiaſticus, & inter eos ſit locus præuentioni, vt ſcripſerunt *Clar. in pract. § fin. quaſt. 37. num. 5.* vbi teſtatur de communi opinione, *Farinac. de inquiſ. d. quaſt. 8. nu 129. & Balth. Thomaſ in tit. de Eccleſ. ſacul. cognoſ. n. 23.* de quo ego dixi latiùs infra in ver. *Sodomia Reſ.*

6 Blaſphemiæ crimen eſt etiam mixti fori, & per vtrumq; Iudicem tam laicum, quàm Eccleſiaſticū puniri poteſt, ita vt inter eos ſit locus præuentioni, vt voluerunt *Farin. de inquiſ. d. quaſt. 8. nu. 127. Guazz. d. defen. 1 cap. 11. nu. 5. Illuſtriſs. Sperel. deciſ. 134. num. 9. par. 2. Lazar de blaſphem. quaſt. 6. num. 3. Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 2. tit. 7. n. 14. P. Sanch. in pracep. Decal. lib. 2. cap. 32. num. 37. Carlenal. de iudic. d. diſput. 2. num. 771. & Didac. Tranſmic. de oblig. denunc. quaſt. 2. cap. 4. num. 15.* & ego dixi latiùs ſupra in ver. *Blaſphemia Reſol. 2. per tot.*

7 Amplia hanc concluſionem, de blaſphemia, quod ſit crimen mixti fori, vt habeat locum etiam in Iudæo blaſphemante, contra quem poſſe per vtrumque Iudicem procedi voluerunt quamplures Doctores, & præcipuè *Decia. tract. crim. lib. 5. cap. 14. num. 2. Farinac in fragm. crim. litera l. num. 664. Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 2. tit. 14. nu. 6. ver. ſed Baldus &c.* & alij plures relati per me ſupra in d. ver. *Blaſphemia Reſol. 2. nu. 2. & 3.* vbi retuli alios quāplures contrarium ſentientes.

8 Limita d. concluſionem de blaſphemia, vt non habeat locum in blaſphemia hæreticali, quia illa punitur per ſolum Inquiſitorem priuatiuè, vt docent *Barbo. de Epiſ alleg. 51. num. 89. Caren. de Offic. S. Inquiſ par. 2. tit. 7. num. 13. P. Sanch. in pracep. decal. lib. 2. cap. 32. num. 37. Didac. Traſmiſ. de obligat. denunc. quaſt. 2. cap. 4. num. 15.* & alij plures per me adducti ſupra in dict. ver. *Blaſphemia Reſolut. 2. num. 4.*

9 Pacis fractæ crimen pariter eſt mixti fori, in quo vterquè Iudex Eccleſiaſticus, & ſæcularis procedere poteſt ſeruata præuentione inter eos, vt tradunt *Guazz. defen. 1. cap. 11. nu. 4. & in tract. de pace part. 1. quaſt. 41. num. 3. Balth. Thomaſ. in ſuis tract. var. tom. 4. in tit. de Eccleſia in ſacul. cognoſc. nu. 88. & num. 318.* & egò dixi latiùs infra in verbo *Pax Reſolut. 1. num. 1.*

10 Sacrilegium pariter eſt delictum mixti fori, in quo vterquè Iudex, tàm ſæcularis, quàm Eccleſiaſticus procedere poteſt, ita vt inter eos ſit locus præuentioni *Clar. in pract. § fin. quaſt. 37. ſub num. 6.* vbi teſtatur de communi opinione, licèt dicat hoc Mediolani, & in Cremona non ſeruari, ſed illius cognitionem ſpectare ad Iudicem ſæcularem, quem in hoc reprehendit *Farinac de inquiſ. d. quaſt. 8. nu. 132.* vbi teſtatur hanc opinionem eſſe veram, & alios adducit concordantes, & de veriori, & magis communi teſtatur etiam *de fart. quaſt. 171. num. 31. Decia. tract. crim. lib. 4. cap. 26. num. 1.* vbi dicit, Iudicem Eccleſiaſticum non poſſe pro ſacrilegio imponere pœnam ſanguinis, vt ibi per eum, *Oſaſeb. deciſ. Pedem. 103. per tot. Guazzin. d. defen. 1. cap. 11. num. 11.* vbi quamplures dat concordantes, *Balth. Thomaſ. in d. tit de mixto foro, nu. 27. & in d. tit. de Eccleſ. in ſacul. cognoſc. num. 27.* plenè *Illuſtr. Sperel. deciſ. 3. n. 13.* vbi alios adducit concordantes quamplures, & benè comprobat, *& deciſ 4. nu. 3. & ſeq. par. 1. Vermigl. conſ. 88. num. 3. & ſequen. Carlenal. de iudic. dict. diſputat. 2. num. 771. & P. Diana in ſumma in ver. Crimina mixti fori, num. 4.*

11 Con-

11 Concubinatus etiam crimen eſt mixti fori, & vterque Iudex poteſt ſuper eo procedere, & eſt locus præuentioni, vt ſcripſerunt *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 37. num. 4. Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 26 num. 8. Menoch. de arbitr. caſu 209. num. 20. Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 8. nu. 131.* & latiùs *de delict. carn. quæſt. 138. num. 30. & ſeq.* vbi alios dat concordantes, & teſtatur de magis communi Doctorum opinione, prout facit *Canal. in ſpecu. commu. contra comm. quæſt. 395. num. 1. & ſeq. P. Dian. in ſumm. in d. verb. Crimina mixti fori num. 6. Guazzin. de ſen. 1. cap. 11. num. 9.* vbi dicit, de conſuetudine d. crimen in foro laicali non puniri, pro vt teſtantur etiam *Clar. & Decian. in loc. ſupra adduct.* & concubinatum eſſe mixti fori tenet etiam *Balth. Tomaſ. in d. tit. de mixto foro, num. 6. & num. 36.* vbi agit a quo ſit punienda concubina Clerici præſertim notoria; *& in d. tit. de Eccleſ. in ſecul. cogno. num. 25. & Carlenal. de iudic. d. quæſt. 2. num. 71.*

12 Vſurarum crimen pariter eſt mixti fori, & vterque Iudex ſuper eo poteſt procedere, ita vt inter eos ſit locus præuentioni, ſiuè quæſtio ſit facti, ſiuè iuris, vt voluerunt *Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 3 num. 1. verſ. ego vt liberè &c.* vbi dicit hanc opinionem eſſe veriſſimam, & contrariam erroneam eſſe *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 37. num. 2.* vbi dicit, diſtinctionem facti, vel iuris habere locum, quando agitur ciuiliter, *Decian. tract. crim. lib. 4 cap. 26. nu. 3.* vbi dicit ita ſeruari in practica *Oſaſch. deciſ. Pedem. 137. num. 6. & ſeq.* vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione, & quod diſtinctio facti, & iuris eſt mere verbalis, *Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 8. num. 134. & ſeq.* qui *num. 140. in fin.* poſt quamplura per eum allata concludit, crimen hoc vſurarum eſſe mixti fori, tam ſi quæſtio ſit facti, quàm iuris, & dicit, hanc opinionem eſſe veriorem, & magis in practica receptam, & quod ipſe ſemper illam ſeruaret, & contrariam opinionem per errorem dici per Doctores magis receptam, vt ibi per eum *Peguer. deciſ. 30. nu. 10. & ſeq.* vbi teſtatur de magis communi Doct. opinione, & ita pluries in facto fuiſſe reſolutum *Fachin. contr. iur. lib. 9. cap. 30. verſ. Ego magis,* vbi dicit, hanc opinionem ſemper vidiſſe ſeruari, & illam benè comprobat, *Menoch. de arbitr. caſu 348. num. 41. Cabal. reſol. crim. caſu 188. num. 1.* vbi quamplures adducit concordantes etiam de magis communi, & veriori opinione fidē facientes *cent. 2.* & latè comprobat *Guazzin. d. defen. 1. cap. 11. num. 12.* vbi pariter alios refert concordantes de magis communi, & practicata opinione teſtantes, & extendit hanc concluſionem etiam ad alios contractus illicitos, & vocatos Stocchi, e Barocchi, & ſimiles, vt ibi per eum, quam opinionem latè comprobat *Fontane'. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 13. par. 2. num. 45. & plur. ſeq.* vbi firmat, illam habere locum ſiuè procedatur ciuiliter, ſiuè criminaliter, & ſiuè quæſtio ſit iuris, ſiuè facti, vt ibi per eum, prout facit etiam *Leotar. de vſur. quæſt. 100. num. 78.* vbi alios adducit ſectatores, & dicit, ita ſeruari in illo Senatu, cum quibus pertranſit etiam *Carlenal. de iudic. d. quæſt. 2. num. 771.* ita vt negari non valeat, hanc eſſe veriorem, magis communem, & tenendam in practica opinionem.

13 Licèt contrariam opinionem, imò Iudicem Eccleſiaſticum eſſe competentem in crimine vſurarum, quando quæſtio ſuper vſura eſt iuris, & ſæcularem, quando quæſtio eſt facti tenuerint *Rolan. conſ. 75. num. 37. lib. 1 & conſ. 96. num. 44. & ſeq. lib. 2.* vbi hanc dicit indubitatam concluſionem, *Dec. conſ. 170. num. 2. & 3.* vbi dicit, quod hæc concluſio procedit ſecundum omnes *Iaſ. conſ. 153. num. 3. lib. 4. Balth. Thomaſ. in d. tit. de mixto foro, num. 35* vbi alios adducit ita ſentientes, *& num. 43. & in d. tit. de Eccleſ. in ſecul. cognoſc. num. 29. & ſeq.* licèt ſatis confusè *P. Dian. in ſumm. in verb. Vſura, num 6. Vinc. de Franch. deciſ. 36. num. 3. Bonac. de contr. quæſt. 3. punct. vlt. num. 2. Illuſtr. Sperel. deciſ. 40 num. 13.* vbi quamplures adducit concordantes, etiam de communi opinione atteſtantes, *& num. 80. & ſeq. par. 1.* vbi poſtea tenet vſuræ cognitionem ſpectare ad Iudicem Eccleſiaſticum priuatiuè, *& Gram. deciſ. 194. per tot.* vbi teſtatur de communi opinione, quem refert, & ſequitur *Vermigl. conſ 296 num 2. & conſ. 304. n. 1.*

14 Amplia d. concluſionem, quod vſuræ crimen ſit mixti fori, vt indubitanter ſit vera, quando adeſt Decretum alicuius Principis, ſeù Statutum prohibens vſuras ſub pœna, quia tunc omninò Iudex laicus procedere etiam poteſt ad puniendum vſurarium, vt not. *Vlpel conſ. 140. num. 7. Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 26. num. 3. Oſaſch. d. deciſ 137. num. 12. Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 8. num 140. Peguer. deciſ. 31. num. 21. & ſeq. Caball. in d. caſu 188. num. 2. & Guazzin. d. defen. 1. cap. 11. num 12. verſ qua opinio &c.* qui contra *Rolan. & Farinac.* extendunt hanc ampliationem, vt habeat locum etiam ſi d. Decreta, vel Statuta non ſint a Papa confirmata per rationes per eos adducta, & cum hac ampliatione pertranſit etiam *Leotar. de vſur. d. quæſt. 100. num. 78. et ſeq.* vbi refert ita ſentire etiam *Eminentiſs. Card. de Lugo de iuſt. et iur. diſput. 25. num. 250.*

15 Stupri crimen etiam eſſe mixti fori, & vtrumq; Iudicem pro eo procedere poſſe mediante præuentione quando ſinè vi eſt commiſſum voluerunt *Iodoc. in pract. crim. cap. 92. num. 5. Menoch. de arbitr. caſu 388. num. 11. & ſeq. in addit. Farinac. de delict. carn. quæſt. 147. num. 53.* vbi alios adducit concordantes *Guazzin. defen. 1. cap. 11. num. 25. Cabal. reſol. crim. caſu 200. num. 72. cent. 2. & Balth. Thom. in d. tit de mixto foro, num. 31.*

16 Licèt contrarium voluerit *Oſaſch. conſ. 25. per tot.* relatus *per Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 8. num. 130. in fin. et Theſaur. deciſ. 148. num. 4.* volens cognitionem ſtupri ſpectare ad Iudicem laicum, niſi admixtum ſit adulterium, licèt loquatur in ſtupro violento.

17 Inceſtus crimen pariter eſſe mixti fori ſcriptum reliquerunt *Iodoc. in pract. cap. 94. num. 9. Bermon. de publ. concub. in tit. de inceſt. num. 33. Ghirla. de pœn. omniſ. coit. quæſt. 3. num. 4. in fin. Cabal. reſol. crim. d. caſ. 200. n. 72.* quos refert, & ſequitur *Far. de*

delict.

delict.carn.quæſt.149.nu.117. vbi alias refert Doctorum opiniones, & ita intelligendum cenſeo *Balth.Tomaſ. in d.tit.de mixto foro num. 30.* dicentem, inceſtum commiſſum a laico puniendum eſſe per Iudicem laicum, dum allegat *Cabal.d.caſu* 200. *num.72.* qui tenet illud eſſe mixti fori.

18 Amplia d.concluſionem, quod crimen inceſtus eſt mixti fori, vt habeat locum etiam in coitu cum Moniali, qui vti continens etiam inceſtum dicitur mixti fori, ita vt per vtrumque Iudicem puniri valeat, vt latè comprobat *Oſaſcb. deciſ. Pedem.103. num. 5. & ſeq.* cum quo concordant *Decian. tract. crim.lib.4.cap.26.ſub num.7. & Illuſtr. Sperell.deciſ.19. num.3.& num.15.& ſeq.* & dixerat ante *deciſ.3. num. 23.*

19 Aſſaſſinij crimen etiam eſt mixti fori, ita vt vterque Iudex procedere valeat, & ſit locus præuentioni *cap. 1. & ibi not. Canoniſtæ de homic. in 6.* & ſcripſerunt etiam *Socin.in cap.cum ſit 8.num.25.de foro compet.* quem refert, & ſequitur *Balth. Tom. in d. tit.de mixto foro num.100. Decian.tract.crim. lib.4.cap.26.nu.27.& Guazzin.defen.1.cap.11.n.23*

20 Delictum commiſſum per laicum in Eccleſia vulnerando, occidendo, & furando dicitur delictum mixti fori, & vterque Iudex pro illius punitione procedere poteſt, & inter eos eſt locus præuentioni, vt tradunt *Cabal. reſol.crim.caſu 194.nu. 3.& ſeq. & num. 7.et ſeq. cent.2. Farin.de immun. Eccleſ.cap.16.num.236. Guazzin.defen.1.cap 11.n. 20. verſ. quæ opiniones etc.* & latè comprobat *Ill. Sperell.deciſ.3. num.6. et ſeq.et num.13 et ſeq.par. 1. et deciſ 127. num.28. par.2.* & ego dixi latiùs infra in *Reſol. ſeq.* vide ibi.

21 Periurium etiam eſſe delictum mixti fori, ita vt per vtrumque Iudicem puniri poſſit mediãte præuentione, voluerunt *Roman.conſ.512. num.11.* vbi teſtatur de communi opinione, *Decian.tract.crim. lib.4.cap.26. num.6.* vbi alios adducit concordantes, & dicit, hanc eſſe communem Doctorum opinionem, *Card.Tuſch.pract concl. tom.5. littera P. concl.263. num.12.* vbi de communi *Guazzin.d. defen.1. cap.11. num 14.* & periurium, niſi dubium ſit, eſſe mixti fori, voluit etiam *Balth. Thomaſ. in d.tit.de mixto foro num.54.* quam ſententiam ſequitur *Farinac. de inquiſ quæſt.8.nu.142.* præterquam in periuirio commiſſo in iuramento deciſiuo, quod dicit, eſſe puniendum per Iudicem Eccleſiaſticum, vt ibi per eum, cum quibus pertranſit *Carlenal. de iudic. d.diſput.2. num.771.* & quem ratione iuramenti poſſe conueniri coram vtroque Iudice, niſi quæratur an iuramentum obliget, nec ne, tradit *P.Sanch.in præp. Decal.lib.3.cap.13. num.13.*

22 Laicus ſi offendat Clericum, delictum dicitur eſſe mixti fori, & poteſt per vtrumque Iudicem puniri, ita vt inter eos ſit locus præuentioni, *cap. parochianos 9. & ibi Abb.num.5.de ſent. excomm.* idem *Abb.in cap.2.in prin.de pæn.Guid.Papa deciſ. 562.num.2.Clar.in pract §.fin.quæſt.36 num.47.Decian.tract. crim. lib.4.cap.26. num.1 & 22.Theſ. deciſ.24.num.3. Balth.Tomaſ.in d.tract.de mixto foro num.32. & num.46. & in tract. de Eccleſ. in ſacul.cogno num.73. Guazzin.d.defen.1.cap.11. num 20. verſ quæ opiniones &c. Illuſt.Sperell. deciſ.49. num.28.par. 1.* vbi alios dat concordantes quamplures, *& deciſ.134.num 25.par.2.*

23 Amplia primò d. concluſionem, quod ſi laicus offendat Clericum, delictum dicatur mixti fori, vt habeat locum, etiam ſi laicus offendat Clericum in Eccleſia, quia tunc ratione loci, & perſonæ dicatur etiam committere Sacrilegium, vterque Iudex poteſt procedere, vt tradunt *Decian.tract.crim. lib.4. cap.26. num.1. & 22. Cabal.reſol.crim.d.caſu 194.num.9. & Guazzin.d.defen.1. cap.11. num.20. verſ. quæ opiniones &c.* & ego dixi latiùs infra in *Reſol. ſequen.* vide ibi.

24 Furtum commiſſum in Eccleſia vltra adducta generaliter *ſupra num.10.* vt ſi furetur Sacrum de Sacro, vel Sacrum de non Sacro, vel non Sacrum de Sacro dicitur Sacrilegium, & ad illum puniendum, vti mixti fori vterque Iudex laicus, & Eccleſiaſticus procedere poteſt, ita vt inter eos ſit locum præuentioni, vt tradunt *Decian. Menoch. Farinac. Balth.Tomaſ. Guazzin. & Sperell.in loc.adductis in Reſol.ſeq.num.7.*

25 Alia crimina mixti fori, quæ per vtrumque Iudicem puniri poſſunt mediante præuentione recenſent *Farinac.de Inquiſ. d. quæſt. 8. ferè per tot. Guazzin.d.defen.1. cap.11.per tot. Balth. Thomaſ. in d.tit.de mixto foro per tot.& in d. tit. de Iud Eccleſ in ſecul.cognoſc. num.1.& plurib. ſeq. Decian. tract. crim d.lib.4.cap.26. Scacc.de iudic.lib.1.cap. 12.num.15. & ſeq.* & alij plures, quos recenſet *Carlenal de iudic. lib 1.tit.1.diſput.2.num 771.in fin.* illos conſulas, cum non omnia hic referre, ſed tantùm principaliora decreuerim.

De præuentione verò, quando illa, & per quos actus dicatur inducta, & quæ ad illam inducendam requirantur, & plura ad materiam retuli infra in verb. *Preuentio, Reſol.1. & ſeq.*

A D D I T I O.

N.10. VBi habetur, quòd Sacrilegium eſt mixti fori adde *Cabal. reſol.crim.caſu 194.num.8.cent.2.*

N.21. Vbi habetur, quod delictum periurij eſt mixti fori adde *Cater. reſol. 247.num. 12. & Morl. in empo. iur. tit. 2. num. 126.*

S V M M A R I V M.

1 *Laicus ſi percutiat laicum in Eccleſia, d. delictum dicitur mixti fori, ita vt inter Iudices ſit locus præuentioni.*

Quicquid contrarium tenuerint aliqui Doctores, num. 2.

Quod habet locum, etiam ſi laicus percutiat Clericum in Eccleſia, num.3.

Itant Iudex Eccleſiaſticus poſſit imponere contra laicum etiam pœnas corporales citra ſanguinem, num.4.

Licèt contrarium teneant aliqui Doct.n.5.

Et

Et etiam ſi laicus percutiat alium in Oratorio priuato, n. 6.

Ac etiam in furante in Eccleſia, vt n. 7.

Quod tamen non habet locum in laico percutiente alium in Parlatorio Monialium n. 8.

Si autem reus ſit contumax non datur de præuentione, & vterque Iudex procedit, n. 9.

RESOLVTIO III.

Laicus ſi percutiat Laicum in Eccleſia delictum an dicatur mixti fori, ita vt inter Iudices ſit locus præuentioni.

1 LAicus ſi percutiat, vel vulneret alium Laicum in Eccleſia, tale delictum ratione Sacrilegij dicitur mixti fori, ita vt contra illum vterque Iudex, tam ſæcularis, quam Eccleſiaſticus procedere valeat, & ſit inter eos locus præuentioni, vt tradunt *Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 17. num. 34. Cabal. reſol. crim. caſu 194. num. 5. & num. 7. & ſeq. cent. 2.* vbi alios adducit concordantes *Leo. in Theſaur. fori eccleſ. par. 1. cap. 13. num. 23. Farinac. de carc. & carc. quæſt. 28. num. 62. in fin. & in tract. de immun. Eccleſ. cap. 16. num. 236.* vbi alios adducit ita ſentientes, & dicit ita indubitanter tenere *Guazzin. defen. 1. cap. 11. num. 20. ver. qua opiniones etc.* & late comprobat *Illuſt. Sperell. deciſ. 3. num. 6. et ſeq. et num. 13. et ſeq. par. 1.* vbi teſtatur de vera, & communi opinione, *et deciſ. 127. num. 28. par. 2. et Vermigl. conſ. 88 num. 6.* vbi dicit de hac opinione hodie non eſſe dubitandum, *et conſ. 102. num. 5. et ſeq. et conſ. 461. num. 1.*

Dictum enim crimen ab vtroque iure prohibitum reperitur, nempè de iure ciuili *l. ſi quis in hoc genus 5.* & ibi declarat *Alberic. C. de Epiſc. et Cler.* & de iure canonico *in cap. cum pro cauſa 27. de ſent. ex excom.* quando autem delictum ab vtroque lege punitur illud dicitur eſſe mixti fori, vt tradunt *Canoniſtæ* communiter *in cap. cum ſit generale 8. de foro compet. et Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 25. num. 63.* & ſic poteſt ab vtroque Iudice puniri, vt benè declarat *Sperel d. deciſ. 3. num. 14. et ſeq.*

2 Quicquid contrarium, imo Iudicem laicum eſſe competentem priuatiuè conſiderando delictum ſeculare abſtractum à Sacrilegio voluerint *Bart. in l. ſicut 7. §. fin. num. 3. ff. de accuſ.* quamplures Doctores ſequuti ſunt, quos referunt *Farinac. de immun. Eccleſ. d. cap. 16. num. 234. Cabal. d. caſu 194. num. 2. & Guazzin. d. defen. 1. cap. 11. nu. 19.* qui teſtantur etiam de magis communi Doctorum opinione, & *Balth. Thomaſ. in ſuis tract. var. tom. 4. in titul. de mixto foro num. 33. & in tit. de Eccleſia. in ſecul. cognoſc. num. 75.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam ſi laicus offendat, vel vulneret Clericum in Eccleſia, quia cum ratione loci, & perſonæ dicatur committere etiam Sacrilegium, ideò vterque Iudex poteſt procedere contra eum mediante tamen præuentione, vt tradunt *Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 26. num. 1. & infra in verb. item ſi aliquis &c.* & non diſſentit *num. 22. Cabal. reſol. crim. caſu 194. num. 9. & 10. cent. 2.* benè comprobans *Guazzin. d. defen. 1. cap. 11. num. 20. verſ. Qua opiniones &c. Balth. Thomaſ. in ſuis tract. var. tom. 4. in tit. de mixto foro num. 47.* & ſentiunt *Leo. in Theſaur. fori Eccleſ. par. 1. cap. 13. num. 23. & Ill. Sperel. d. deciſ. 3. num 3. 4. 13. & 20. par. 1.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt Iudex Eccleſiaſticus in d. delicto mixti fori poſſit contra laicum procedere, non ſolùm ad pœnas ſpirituales, ſed etiam ad pœnas temporales citra tamen ſanguinẽ, vt not. *Bart. Anan. Abb. Felin. & Mar. Soci. in d. cap. cum ſit generale 8. de foro comp. Couar. pract. quæſt. cap. 10. num. 2. verſ. contrariam plenè &c. Oſaſch. deciſ. Pedem. 103. num 7. Cabal. reſol. crim. d. caſu 194 num. 10. & 11. Farinac. de immun. Eccleſ. d. cap. 16. num. 236. Guazzin. d. defen 1. cap. 8. num 28. & cap 11. num. 20. verſ. qua opiniones,* & latiùs *num. 33. verſ. ſed contrariam &c. Pract. Archiep. Neap. cap. 13. num. 3* vbi teſtatur de veriori opinione, & latiſſimè comprobat *Illuſt. Sperel. deciſ. 4. num. 3. & ſeq. par. 1.* vbi dicit hanc eſſe crebriorem Doctorum ſententiam imò eſſe indubitabilem vigore *Concil. Trident.* vt ibi per eum, cum quibus pertranſeunt *Balth. Thomaſ. in d. tit. de mixto foro num. 85. & P. Dian. in ſumma in verb. Crimina mixti fori, num. 2.*

5 Quicquid contrariam opinionem, imò Iudicem Eccleſiaſticum ſolum procedere poſſe ad pœnas ſpirituales, voluerint *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 36. num. 47. & quæſt. 37. num. 8.* vbi teſtatur de communi opinione *Graſſ. de effect. cleric. effect. 1. num. 620. Giurba conſ. 70. num. 16.* & alij quos refert, & reprobat *Sperell. d. deciſ. 4. num. 1. et ſeq. et Balth. Thomaſ. ſibi contrarius in d. tit. de Eccleſiaſ. in ſecula cognoſc. num. 73. in fin.*

6 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum in laico percutiente, ſeù vulnerante alium laicum non ſolum in Eccleſia, verùm etiam ſi illum vulneret, vel percutiat in Oratorio priuato, quod quis habet domi, vel in Oratorio Hoſpitalis priuati, vel Confraternitatis, quia cum illud de iure canonico, quicquid ſit de iure ciuili, dicatur propriè Sacrilegium, dicitur eſſe mixti fori, & ideò illud puniri poteſt per Iudicem laicum, & per Eccleſiaſticum, ita vt inter eos ſit locus præuentioni, vt poſt *Menoch. de arbitr. d. caſu 389. nu. 11.* & alios per eum relatos probat *Ill. Sperel. d. deciſ. 3. nu. 18. et 19. et deciſ. 62. num. 8. et 9. par. 1.* & idem voluit *Balth. Thomaſ. in d. tit. de mixto foro, n. 81.*

7 Amplia quartò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in laico furante in Eccleſia, vt puta in rapiente ſacrum de ſacro, vel ſacrum de non ſacro, vel non ſacrum de ſacro, quia pariter vbi Sacrilegium dicitur eſſe mixti fori, & ad illius punitionem vterque Iudex laicus, & eccleſiaſticus procedere poteſt, & eſt locus præuentioni, vt docent *Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 30. num. 16. Menoch. de arb. d. caſu 389. num. 2. 3. et ſeq.* benè *Sperell. d. deciſ. 3. num. 32. et ſeq. Farinac. de inquiſ. quæſt. 8.*

num.

num.132. & num. 156. & latiùs *de furt. quæſt.* 172 *num.* 31. vbi dicit, hanc eſſe veriorem, & magis communem Doctorum opinionem quamplureſq; adducit ita ſentientes, *Guazzin. d. defen.* 1. *cap.* 11. *n.* 11. *& Balth. Thomaſ. in d. tit. de mixta foro, n.* 27

8 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in laico percutiente, vel vulnerante laicum in parlatorio exteriori Monialium, quia in eo non cadit ſacrilegium, & ideò talis percutiens, vel vulnerans in eo, foro Eccleſiaſtico non ſubiacet, vt contra *Ricc. deciſ.* 179. *par.* 3. latè comprobat *Ill. Sperel. deciſ.* 62. *per tot. par.* 1. vbi dicit idem eſſe in offendente laicum in Campanili, in Sacriſtia, in qua non ſit Altare ad celebrandum, in Monaſterio, in Dormitorio, & ſimil. vt ibi per eum, licèt poſtea in addit. num. 22 dicat in Sac. Congregatione die 27. Martij 1644. fuiſſe reſolutum, delicta commiſſa in loco gaudente immunitate Eccleſiaſticam eſſe mixti fori.

9 Declara d. concluſionem vnà cum ampliationibus ſeq. quæ declaratio poteſt deſeruire etiam traditis in *Reſol. præced.* vt habeat locum quando Iudex Eccleſiaſticus, vel laicus præuenit in captura, ſecùs tamen eſt, ſi reus aufugerit, & ſic fuerit abſens, & contumax, qui præuentionem allegare nequit, quia tunc quilibet Iudex procedere poteſt, ſæcularis ad pœnas corporales, ſi commiſſo crimini condignæ fuerint, & Eccleſiaſticus ad pœnas ſpirituales, & ad alias, quas imponere poteſt, vt declarat *Farinac. de inquiſ. quæſt.* 7. *num.* 55. vbi dicit, prædicta non habere locum, ſi reus compareat, & det de præuentione, vt ibi per eum, & *de immun. Eccleſ. cap.* 16. *num.* 236. *circa medium*, in quibus locis alios dat concordantes quamplures, & poſt *Bart. Nell. Caccialup. Soccin. Boſſ. Caraait. Baiar. & Farinac.* per eum adductos tradit etiam *Ill. Sperel. deciſ.* 134. *num.* 72. *par.* 2.

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quòd ſi laicus offendat alium in Eccleſia dicitur delictum mixti fori adde *Farinac. conſ.* 208. *num.* 2. *& ſeq. lib.* 3. vbi de delicto commiſſo per laicum in Eccleſia, licet *ibi num.* 10. contraria opinione videatur pertranſire, vt habetur hic *num.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Laicus, & Clericus ſi delinquant, omnes ſunt puniendi per Iudicem Eccleſiaſticum.*

Licèt plures Doctores teneant contrarium, n. 2.

Maximè ſi Iudex Eccleſiaſticus præuenit in captura laici, num. 3.

Et remiſſionem ad Eccleſiaſticum petere poſſunt ipſi laici, num. 4.

Et etiam ſi inter plures laicos adſit vnus tantum Clericus, num. 5.

Et idem eſt in pluribus hæredibus, vel conſortibus litis, inter quos ſit vnus Clericus, quia omnes debent coram eccleſiaſtico conueniri, num. 6.

Quod procedit quando cauſa eſt indiuidua, aliàs ſecùs, num. 7.

Quicquid contrariam tenuerit Gratian. *relatus, num.* 8.

Concluſio principalis procedit quando delictum eſt indiuiduum, aliàs ſecùs, n. 9.

Licèt diuiduitatem in delicto non dari teneant aliqui, num. 10.

Supradicta an procedat, quando eccleſiaſticus non poteſt imponere pœnam ſanguinis, n. 11.

RESOLVTIO IV.

Laicus, & Clericus ſi delinquant an omnes ſint puniendi per Iudicem Eccleſiaſticum.

1 SI ſint plures delinquentes laici, inter quos adſit etiam Clericus omnes ſunt remittendi ad Iudicem eccleſiaſticum, tàm Clerici, quàm laici, ne continentia cauſæ diuidatur, & cum magis dignum trahat ad ſe minus dignum, vt tradunt *Marſil. ſingul.* 180. *per tot.* vbi hanc concluſionem maximè extollit, *Mari. Soc.* qui pariter eam ſatis magnificat *in cap. prudentiam* 2. *num.* 30. *de mutu. petit. Boſſ. in pract. in tit. de foro compet. num.* 113. *& ſeq.* vbi teſtatur de communi, *Decian. tract. crim. lib.* 4 *cap.* 9. *num.* 44. *Bocr. deciſ.* 300. *num* 2. *Ludou. deciſ. Lucen.* 26. *num.* 18. quamplures adducens concordantes, *Scacc. de iudic. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 14. vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione, & dicit, ita vidiſſe ſeruari in practica ex Decreto Sacr. Conſultæ *Menoch. de arbitr. caſu* 371. *num.* 12 *in fin.* vbi teſtatur pariter de magis communi Doctorum opinione *Surd. conſ.* 395. *num.* 18. *lib.* 3. & in hanc partem inclinat *Farinac. de inquiſ. quæſt.* 8. *num.* 151. *in fin. ex Scacc. in loco ſupra adducto*, quam opinionem veram de iure dicit *Clar. in pract.* §. *fin. quæſt.* 36. *verſ. Euenit plerumque &c.* licèt dicat illam in practica non ſeruari, vt infra dicam *Ciarlin. contron. foren. cap.* 24. *num.* 17. *Mar. Antoni. reſol.* 48. *num.* 4. *& ſeq. lib.* 3. & hanc opinionem latè comprobat *Paul. Rubc. de teſtam. quæſt.* 57 *n.* 158. *& ſeq.* alios quamplures adducens ita ſentientes, cum quibus tenent etiam *P. Dian. in ſumm. in verb Iudex Eccleſiaſticus in princ. Balth. Thomaſ. in ſuis tract. var. tom.* 4. *in tit. de eccleſiaſtico in ſæcula. cogno. num.* 4. *& num.* 70. *Ill. Sperel. deciſ.* 19 *in princ. cum pluribus num. ſeq. par.* 1. vbi dicit, hanc eſſe magis receptam Doctorum opinionem, prout teſtatur etiam *Vermigl. conſ.* 210. *in princ* & hanc opinionem tenet etiam *Michalo. de fratr. par* 3. *cap.* 49. *num.* 22. vbi contrarijs reſpondet.

Cum magis dignum trahat ad ſe minus dignum, & ne continentia cauſæ diuidatur, ac etiam ne contingat, vt ſuper eodem delicto contrariæ fortè ferantur ſententiæ, vt aduertunt *Clar. in d. quæſt.* 36. *verſ. Euenit plerumque &c. Sperell. d. deciſ.* 19. *in princ. Michal in d. cap.* 49. *num.* 22. & alij Doctores ſupra adducti, & vltra eos, loquendo quando agi-

tur

tur contra plures hæredes quorum vnus eſt Clericus, & alter laicus, *D. Andreol. controuerſ. 206. ferè per totum.*

2 Licet contrariam opinionem, quod laicus delinquens, vna cum Clerico puniri debeat per Iudicem laicum, non autem remittendus ſit ad Iudicem eccleſiaſticum, tenuerint *Couar. in practic. quæſt. cap. 34 in princ.* dicens contrariam opinionem non eſſe veram *Oſaſc. deciſ. Pedem. 103. num. 10.* & hanc opinionem in practica ſeruare dicit *Clar. in d. quæſt. 36. verſ. Euenit plerumq. &c. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3 cap. 10. num. 3.* vbi dicit, vidiſſe ſemper ita practicari, *Fachin. controu. iur. lib. 9. cap. 21. per tot. Vinc. de Franch. deciſ. 426. nu. 4. Guazzin. defen. 1. cap. 11. num. 17. verſ. Contrarium &c. Barboſ. de iur. Eccleſ. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 94.* vbi quamplures dat concordantes, & contrarijs reſpondet, *Balth. Tomaſ. in d. tit. de Eccleſ. in ſæcul. cognoſc. num. 71.* dicens, hanc opinionem in practica receptam, prout teſtantur etiam *Vermigl. d. conſ. 110. num. 5.* maximè quando competit diuerſa qualitas delinquentis, vt ibi per eum, & *Capic. Latr. deciſ. 195. num. 39. par. 2.* & contrariam opinionem de conſuetudine non ſeruari, niſi Iudex Eccleſiaſticus in captura præuenit, aſſerit idem *Sperell. deciſ. 4. num. 10. & d. deciſ. 19. poſt princ. par. 2.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vti magis communem, & ſequendam, maximè in Statu Eccleſiaſtico ſtante Decreto Sac. Conſultæ relato per *Scacc. in loco ſupra adducto*, pro vt illam pluries obſeruari vidi in Auditorio Status Vrbini, in quo per annos quatuor ego præſui vti vnus ex Auditoribus Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi D. mei D. Scipionis Cardinalis Delcij d. Status Legati, cuius innumeræ virtutes, & vitæ exemplaritas non poſſunt tantùm extolli, quin parùm de eis ſemper dictum, aſſerendum ſit, d. inquam, concluſione retenta, illam amplia, vt eò magis habeat locum quando Iudex Eccleſiaſticus præuenit in captura laici, quia tunc illum poſſe procedere contra dict. laicum, qui delictum commiſit vna cum Clerico voluerunt *Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt. 36. nu. 50. Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 8. num. 151. in fin. Balth. Tomaſ. in d. tit. de eccleſ. in ſæcul. cognoſc. num. 71. & in tit. de mixto foro num. 3. tom. 4. ſuorum tract. var. Illuſtriſs. Sperell. deciſ. 4. num. 10. & deciſ. 19. num. 1. in fin. par. 1.* & ita ſentit etiam *P. Dian. in ſumm. in ver. Iudex Eccleſiaſt. in prin.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum etiam Clerico non petente remiſſionem ad Iudicem Eccleſiaſticum, quia illam petere poſſunt laici, vt tradunt *Surd. conſ. 396. num. 18. lib. 3. Dec. tract. crim. lib. 4. cap. 9. num. 46.* vbi dicit, ita tenere etiam *Zuccar. in leg. poſthumo num. 36. C. de bon. poſſeſ. contra tab. Paul. Ruber. de teſtamen. in dict. quæſt. 57. num. 164. & ſeq.* vbi dicit, ſufficere, ſi remiſſionem petat vnus tantùm laicus, & ſentit etiam *Balth. Tomaſ. in d. tit. de eccleſ. in ſæcul. cognoſc. n. 70.*

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum etiam ſi delinquentes ſint plures laici, & vnus tantùm ſit Clericus, quia adhuc omnes eſſe remittendos ad Iudicem Eccleſiaſticum cum non attendatur numerus, ſed quis ſit dignior voluerunt *Decian. d. lib. 4. cap. 9 num. 44. & ſeq. & Paul. Rube. de teſtamen. d. quæſt. 57. num. 199.*

6 Amplia quartò d. concluſionem, vt habeat locum ob rationes ſupra adductas etiam in pluribus conſortibus in lite, in pluribus hæredibus laicis, vel correis debendi, quia ſi inter eos adſit vnus Clericus omnes iudicari debent à Iudice Eccleſiaſtico & ad illum trahuntur, vt ſcripſerunt *Alexan. conſ. 122. num. 16. & ſeq. lib. 4. Sard. conſ. 222. num. 2. lib. 2. Mar. Ant. var. reſol. lib. 1. reſol. 42. num. 4. & reſol. 98 in princ. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 11. numer. 24. Gratian. diſcept. foren. cap. 641. in princ. par. 4.* vbi alios dat concordantes, & dicit, hanc concluſionem eſſe ab omnibus communiter approbatam, *And. Gail pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 37. nu. 2. Capic. Latro deciſ. 195. num. 37. par 2.* plenè *Paul. Rube. de teſtam. d. quæſt. 57. num 191. & ſeq.* alios adducens concordantes, *Balth. Tomaſ. in d. tit. de eccleſ. in ſæcul. cognoſc. num. 93. Illuſtriſs. Sperell. deciſ. 19. nu. 21. & num. 34.* dicens, ita Romæ practicari *par. 1.* vbi dicit, quod ſi aliàs non opponatur, iudicium eſt nullum, ita vt proceſſus neque ſuſtineatur quo ad ipſos laicos, vt ibi per eum, & tenuit *Rota apud Card. Seraph. deciſ. 957. per tot.* relata *per Sperell. vbi ſupra* & apud *Merlin. deciſ. 903. nu. 10 par. 1.*

7 Declara d. quartam ampliationem, vt habeat locum, quando cauſa eſt indiuidua, connexa, & inſeparabilis, ita vt ex vnitate negotij res videatur eadem, quia tunc Clericus trahit ſecum conſortem, vt ſupra, ad Curiam Eccleſiaſticam, ſecus eſt, ſi materia ſit diuidua, & ſeparabilis ex ſui natura, quia tunc Clericus non trahit laicum, ſed ipſe iudicatur à Iudice Eccleſiaſtico, & laicus à Iudice ſæculari, vt tradunt *Maran. in pract. par. 4. diſt. 11. num. 24. Boſſi. in pract. in tit. de foro compet. num. 146. & ſeq Carli. contro. foren. cap. 34. num. 30. par. 1. Balth. Tomaſ. in d. tit. de eccleſ. in ſæcul. cognoſc. num 95. Sperell. d. deciſ. 19. nu. 33. & ſeq. Michal. de fratr. d. par. 3. cap 49. nu. 23. Cancer. var. reſol. par. 1. cap 7. num. 156.* & hanc diſtinctionem eſſe ferè ab omnibus communiter receptam teſtatur, *D. Andreol. contro. 206 in princ.* vbi alios dat concordantes, *& num ſeq.* docet, quando cauſa dicatur indiuidua, & connexa, vt ibi per eum.

8 Quicquid contrarium tenuerit, *Gratian. diſcept. foren. d. cap. 641. num. 7.* cum Doctores ab eo adducti non dicant id, quod ipſe aſſerit.

9 Limita d. concluſionem principalem, vt habeat locum, quando delictum eſt indiuiduum, quia tunc ratione connexitatis magis dignum trahit ad ſe minus dignum, & ideò Iudex Eccleſiaſticus procedit etiam contra laicos, aliàs ſecus, vt tradunt *Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 9. num. 44. Guazzin. defen. 1. cap. 11. num. 18. Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 8. num. 151. ver. nec obſtat &c.* alios adducit concordantes, *Balth. Tomaſ. in d. tit. de eccleſ. in ſæcul. cognoſc. num. 71. Vermigl. d. conſ 210. num. 3. & Paul. Rube. in d. quæſt. 57. num. 197. & ſeq.*

10 Licèt

10 Licèt d. diuiduitatem in delictis non dari, quando eſt vnum factum, & vnum delictum bene indicio meo declarat *Boſſ. in pract. in tit. de ſoro compet. num.* 147. cum quo pertranſire videtur *Paul. Rub. in d. quaeſt.* 57. *num.* 203. *& ſeq.* quicquid alij adducendo pro fundamento id de quo diſputatur, tenere videantur.

11 Vtrum verò concluſio ſupradicta habeat locum quando Iudex Eccleſiaſticus non poteſt laicum condemnare in pœnam ſanguinis, & condignam delicto tradunt *Guazzin. d. deſen.* 1, *cap.* 18. *& Ill. Sperell. d. deciſ.* 19. *ſub num.* 17. & latiùs *deciſ.* 92. *per tot. par.* 1. Ipſos conſulas,

S V M M A R I V M.

1 *Cauſa attenditur in delictis, ita vt illa ceſſante ceſſet etiam praeſumptio delicti.*

Et d. cauſa non debet eſſe leuis, ſed magna, & grauis, num. 3.

Et in delictis deliberatis debet eſſe ratiocinatiua. num. 4.

Ita vt ceſſante cauſa delinquendi corruat ipſa confeſſio rei, num. 5.

Ex cauſa verò delinquendi oritur indicium, maximè ſi appareat nullum alium cauſam delinquendi habuiſſe, num 6.

Quae debet eſſe grauis, & proportionata delicto aliàs ſecùs, num. 7.

Et debet eſſe probata in ſpecie, non autem in genere, num 8.

Et non facit indicium, niſi aliud concurrat adminiculum, n. 9.

2 *Nemo praeſumitur delinquere ſinè cauſa;*

R E S O L V T I O V.

Cauſa an attendatur in delictis, itaut illa ceſſante ceſſet etiam praeſumptio delicti.

1 IN delictis attenditur cauſa, quae eſt fundamentum criminis, ita vt ſi illa ceſſet, ceſſant etiam indicia, & praeſumptiones delicti, vt tradunt *Cranet. conſ.* 6. *num.* 22. *Vulpel. conſ* 99. *num.* 1. *Farinac. conſ.* 50. *ſub num.* 34. *& conſ.* 62. *num.* 6. *in fin. lib.* 1. *& conſ* 192. *in princ. lib.* 2. *& de indic. & tortu. quaeſt.* 50. *num.* 31. *& quaeſt.* 52 *num.* 150. vbi dicit, quod haec praeſumptio pro innocenti rei eſt fortiſſima, *Guazzin. defen.* 28. *cap.* 1. *num.* 6. *& defen.* 38. *cap.* 3. *in princ. Vermigliol. conſ.* 15. *num.* 6. *& conſ.* 25. *num.* 2. *& conſ.* 33. *num.* 17. *& conſ.* 35. *nu.* 15. *& ſeq. Caluin. de aquir. lib.* 2. *cap.* 132. *num.* 20. *& ſeq. Cabal. de omn. gener. homic. num.* 294. *& Ciriac. contr.* 485. *num.* 1.

2 Nemo enim praeſumitur delinquere ſinè cauſa, & velle ſe, & bona ſua periculo confiſcationis exponere, vt not. *Menoch. de praeſump. lib.* 1. *quaeſt.* 17. *per tot, Farinac. de indic, & tortur. d. quaeſt.* 50. *nu.* 31. *Guazzin. deſen.* 28. *cap.* 1. *num.* 6. *Caluin. d. cap.* 132. *n.* 20. *& Vermigl. d. conſ.* 35. *n.* 15. & *conſ.* 46. *n.* 6.

3 Amplia primò d. concluſionem, vt non ſolum requiratur cauſa, vt interet praeſumptio delicti contra inquiſitum, ſed etiam requiritur, quod d. cauſa non ſit leuis, vel debilis, ſed debet eſſe magna, & proportionata, & correſpondens grauitati delicti, de quo agitur ita vt illa etiam ceſſante ceſſet praeſumptio delicti, vt docent *Bertaz. conſ.* 192. *nu.* 16. *lib.* 1. *& Decian. conſ.* 4. *num.* 52. *lib.* 3. quos refert, & ſequitur *Guazzin. d. deſen.* 28. *cap.* 1. *num.* 7. & tradunt etiam *Farinac. de indic. et tort. d. quaeſt.* 52. *num.* 1. 2. *Giurb. conſ.* 97. *num.* 6. *Ciriac. contr.* 131. *num.* 35. *et contr.* 485. *num.* 2. *et Vermigl. conſ.* 13. *num.* 11. *et conſ.* 15. *num.* 15. *et conſ.* 20. *num.* 10. *et conſ* 36. *num.* 4. vbi loquitur quo ad effectum torturae, *et conſ.* 46. *num.* 7. & alibi paſſim.

4 Subamplia d. primam ampliationem, vt quicquid ſit in delictis commiſſis non deliberatè, ſed ex impetu, in commiſſis autem deliberatè cauſa eſſe debeat non impulſiua, ſed eſſe etiam debeat ratiocinatiua, vt poſt *Caſen. de indic. tract.* 2. *cap.* 2. *num.* 1. *& ſeq. & cap.* 3. *num.* 3 *Blanc. de indic. num.* 255. *& ſeq. & Farinac. de indic. & tort. d. quaeſt.* 52. *nu.* 145. *et conſ.* 192. *in princ. lib.* 2. per eum relatos declarat *Vermigl. conſ* 15. *num.* 5. *&* 6. *et conſ.* 20. *nu.* 20. *et* 21. *et conſ.* 46. *num.* 7. *et conſ.* 60. *n.* 5.

5 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt deficientia cauſae delicti faciat corruere etiam ipſam confeſſionem rei, quae facta ſinè cauſa non valet, & confitenti non praeiudicat, vt adnotarunt *Foller. in pract. in verb. Et ſi confitebuntur par.* 1 *num.* 45. *Maſcar. de prob. concl.* 345. *num.* 39. *lib.* 1. alios adducens ita ſentientes, & latè comprobat *Farinacc. de reo confeſ. et conui. quaeſt.* 81. *num.* 40. vbi teſtatur de communi Doctorum opinione, *Guazzi. deſenſ.* 32. *cap.* 3. *per tot.* vbi ex *Cartar. et Ambroſ.* per eum relatis docet ideo Iudices, vt reum confitentem delictum interrogent de cauſa, ob quam moti fuerunt ad delinquendum, vt ibi per eum, cum quo pertranſit *Vermigl. conſ.* 15. *nu.* 7. *& conſ.* 30. *nu.* 2. *et conſ.* 35. *num.* 15. *et conſ.* 46. *n.* 7. *et conſ.* 60. *num.* 5.

6 Amplia tertiò d. concluſionem è contra, vt ex cauſa delinquendi oriatur indicium praecipuè quãdo apparet, nullum aliam cauſam delinquendi habuiſſe, cum qui cauſam delinquendi habuit is deliquiſſe, praeſumatur, vt ſcripſerunt *Caſon. de indic. et tort. tract.* 2. *cap.* 1. *num.* 2. *et ſeq. et cap.* 3. *nu.* 1. *et ſeq. Pegner. deciſ.* 17. *num.* 8. *Farinac. de indic. et tortu. quaeſt.* 52. *num.* 147. *et ſeq.* vbi duobus modis ſubampliat hanc tertiam ampliationem, *et conſ.* 50. *ſub num.* 34. *lib.* 1. *et conſ.* 127. *num.* 13. *et conſ.* 192. *num.* 1. *lib.* 2. *et Vermigl. conſ.* 25. *in prin.*

7 Declara primò d. tertiam ampliationem quod, vt cauſa delicti faciat indicium contra inquiſitum illa debeat eſſe grauis, veriſimilis, & proportionata delicto, alias ſecùs, vt poſt *Caſon. Maſcar. Vulpell. et Hond.* per eum relatos declarat *Farinac. de indic. et tort. d. quaeſt.* 52. *num.* 152. *et conſ.* 151. *num.* 10. *et ſeq. et d. conſ.* 192. *nu.* 2. *lib.* 2. & tradunt omnes Doctores adducti ſupra *in* 1. *ampliatione num.* 3.

8 Declara

8 Declarà ſecundò d. tertiam ampliationem, vt cauſa prædiƈta delinquendi, vt operetur debeat eſſe probata in ſpecie in proceſſu, non autem in genere, vt not. *Caſon. de indic. tract. 2. cap. 2 num. 5. & 6. Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 52. nu. 151.* vbi dicit, teſtes probantes d. cauſam in genere illam non probare, vt ibi per eum, & *conſ. 192. num. 3. lib. 2. Menoch. de præſump. lib. 5. præſum. 43. num. 1. & ſeq. & Decian. tractat. crimin. lib. 3. cap. 25. num. 30.*

9 Declara tertiò d. tertiam ampliationem, vt indicium deſumptum ex cauſa deliƈti vti remotum non ſufficiat ad torquendum reum, niſi concurrant alia adminicula, vt ſentit *Honded. conſ. 96. num. 68. lib. 1.* & declarat *Farinac. de indic. & tortur. d. quæſt. 52. num. 153.*

ADDITIO.

N. 6. VBi habetur, quod cauſa delinquendi, vt faciat inditium contra reum debet eſſe grauis, veriſimilis, & proportionata deliƈto adde *Farinac. conſ. 221. num. 28. lib. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Deliƈtum iam commiſſum vt puniri valeat nemo reuelare tenetur.*

Neque deliƈtum committendum, n. 2.

Declara, vt non habeat locum in filijs, ſeruis, vaſſallis, & vt num. 3.

Fallit concluſio fauore fidei, pro qua quis tenetur denunciare hæreticos, n. 4.

Et in crimine læſæ Maieſtatis, num 5.

Licet aliqui contrarium teneant, num. 6.

Et fallit ſtantibus bannimentis id præcipientibus, num. 7.

Quo non habeat locum in caſibus, de quibus ibi, num. 8. 9. & 10.

11 *Deliƈtum vt quis teneatur reuelare debet conſtare de ſcientia deliƈti.*

RESOLVTIO VI.

Deliƈtum commiſſum an quis reuelare teneatur.

1 DEliƈtum iam commiſſum per aliquẽ, puta furtum, homicidium, vel aliud deliƈtum ad hoc, vt puniri debeat nemo tenetur reuelare, ad tex. *in l. 4. §. ſi tibi, & ibi Iaſ. in princ. ff. de condit. ob turp. cauſ.* & tradunt *Ang. de maleſ. in verb. & veſtem cœleſtem num. 22. Bert. conſ. 107. num. 10. lib. 1. & conſ. 343. nu. 1. & ſeq. lib. 2. Bonaco. in comm. opin. crim. par. 2. in verb. Iudicare malefaƈtorem,* vbi teſtatur de magis communi opinione quem refert, & ſequitur *Farin. de indic. & tort. quæſt. 51. n. 12. & ſeq.* vbi plures reijcit limitationes, quæ ad d. concluſionem per Doƈtores afferuntur, vt ibi per eum; *Coſta de ſcien. & ignor. inſpec. 68. num. 4. Menoch. de arbitr. caſu 355. num. 2. Guaz. def. 18. cap. 1. nu. 11. Giurb. conſ. 22. num. 23.* plenè *Criſpol. caſu miſc. 23. num. 14. & ſeq.*

Regula enim eſt ſatis trita, quod nemo delinquentem denunciare tenetur *d. l. 4. §. ſi tibi. ff. de cond. ob turp. cauſ. & ibi Iaſ. in princ.* & late comprobat *Criſpol. d. caſu 23. num. 14. & ſeq.* vbi quamplures refert Hiſtoricorum authoritates.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam quo ad deliƈtum committendum, quod nemo tenetur reuelare, vt docent *Bart. Bal. Iaſ. & Dec. in leg. vt vim 3. ff. de iuſt. & iur. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 3. nu. 4. ver. Regulariter autem &c. Clar. in praƈt. § fin. quæſt. 87. ver. & in primis quæro &c. Menoch. de arb. caſu 355. num. 7.* latè *Farin. de indic. & tort. quæſt. 51. num. 7.* vbi quamplures adducit ita ſentientes etiam de communi opinione atteſtantes *Coſta de ſcien. & ignor. inſpeƈt. 68. num. 1 Giurb. conſ. 22. num. 23. & Vermigl. conſ. 326. in fin. Illuſtr. Sperel. deciſ. 108. num. 21. par. 2.*

3 Limita d. primam ampliationem, vt non habeat locum in filijs, ſeruis, vaſſallis, qui ſciunt deliƈtum committendum in patrem, vel dominum, & illud non reuelant, quia veniunt puniendi ad tex. *in l. 2. ff. ad leg. Pomp. de parric. & in l. cum dominus 19 ff. ad Sillan.* cum alijs latè relatis *per Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 51. nu. 25. & plur. ſeq.* vbi hanc limitationem extendit ad filium emancipatum, ad filium ſpiritualem, ad fratrem & alios coniunƈtos vſque ad quartum gradum, ad vxorem, & alios, *Coſta de ſcien. & ignor. inſpeƈt. 68. n. 7. & ſeq.* ipſos conſulas, cum agrum noſtrum aliena ſegete fertiliorem reddere non deceat.

4 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum fauore fidei Catholicæ cuius reſpeƈtu quilibet tenetur denunciare hæreticos, & de hæreſi ſuſpeƈtos, vt not. *Decian. tract. crim. lib. 5. cap. 30. num. 7 Farinac. de hæreſi quæſt. 197. num. 35. P. Sanch. in præc. Decal. lib. 2. cap. 32. in fin. Careņ. de offic. S. Inquiſ. par. 2. tit. 9. num. 1. & ſeq. Coſta d. inſpeƈt. 68. n. 7. P. Sanƈtarel. de hæreſi cap. 9. dubit. vnic. num. 1.* & latiſſimè comprobat *Didac. Traſmir. de oblig. denun. quæſt. 2. cap. 2. per tot.* vbi innumeros fere adducit concordantes, & dicit hoc habere locum ex diſpoſitione iuris canonici, ex Bullis Pontificijs, imò etiam de iure naturæ, & Diuinò, & ſub pœna peccati mortalis, vt ibi per eum.

5 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando agitur de crimine læſæ Maieſtatis, quia habens de illo ſcientiam tenetur illud reuelare aliàs punitur, vt adnotarunt originaliter *Bar. in l. vtrum 6. ſub num. 1. ff. ad leg. Pomp. de parric. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3 cap. 3. ſub num. 4. & cap. 2. n. 8. verſ. Tertio limita &c. Clar. in praƈt. §. fin. quæſt. 87 verſ. punƈtus eſt etc. Oſaſch. deciſ. Pedem. 80. num. 1. et num. 4 in fin. Rol. conſ. 88. num. 1. et ſeq. lib. 2. Coſta d. inſpeƈt 68. num. 7. Decian tract. crim. lib. 7. cap. 17 num. 34. et cap. 30. num. 4. et cap. 32. num. 50. et cap. 34 num. 5.* vbi teſtatur de communi, & veriori opinione, *et num. 27.* plenè *Farinac. de indic. et tor. d. quæſt. 51. n. 69. et plur. ſeq.* vbi hanc materiam latè

Et eò magis, quando quis fuit percuſſus, & iniuriatus, num. 7.

Quod tamen circa prædicta multum ſit tribuendum Iudicis arbitrio, tenet Author, num. 8.

RESOLVTIO X.

Defenſio an probetur ex eo, quod quis veniebat contra aliquem cum armis in manu.

Defenſio dicitur probata, ſi probetur, vel conſtet, quod quis veniebat contra aliquem cum armis in manu, maximè euaginatis, quia, ſi illum ſic contra eum venientem occidat, dicitur feciſſe ad propriam defenſionem, vt tradunt *Iaſ. Deci. Salamo. Manti. et Bologn. in l. vt vim 3. ff. de iuſt. & iur. Medic. de caſibus fortu. par. 1. quæſt. 8. nu. 14. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 3. num. 22. Clar. in pract. §. homicidium, num. 33. & ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione *Maſc. de prob. concl. 428. num. 2. lib. 1. & concl. 1131. num. 11. & ſeq. lib. 3. Hond. conſ. 99. num. 13. lib. 1.* latè *Farinac. de homic. quæſt. 125. num. 61.* vbi quamplures adducit concordantes, etiam de communi opinione fidem facientes *Guazzin. defenſ. 29. cap. 4. num. 20. ver. & ſufficit in fin. Giurb. conſ. 17. num. 9.* alios referens ita ſentientes, & quando quis venit cum archibuſio, quod poſſit pro defenſione occidi, vulnerari *Caball. reſol. crim. caſu 88. num. 4. & ſeq. cent. 1.* vbi plenè probat concluſionem ſupradictam *P. Dian. in ſumma in ver. occidere inuaſorem num. 12.* vbi alias facit illationes, *& Capic. Latro deciſ. 75. num. 17. 18. et ſeq.*

Cum nemo expectare debeat ſe percuti, & vt dicitur, primum ictum, ſed liceat pro defenſione præuenire, vt not. *Clar. in d. §. homicidium, num. 33. Hond. d. conſ. 99. num. 19. & 25. Caball. d. caſu 88. num. 4. & ſeq. Giurb.* alios adducens ſectatores *d. conſ. 17. nu. 10. & 32. & Capic. Latro d. deciſ. 75. num. 18. lib. 1.*

2 Declara d. concluſionem, vt habeat locum, quando quis contra alium venit cum armis, maximè euaginatis, vel cum cultello in manu faciendo aliquem actũ, ex quo appareat, illũ velle offendere, puta minando, & ſimilia, vel quia erat inimicus, alias ſecus, vt poſt *Ang. Sciſell. Bologn.* & alios per eum relatos declarat *Farinac. de homicid. d. quæſt. 125. num. 62.* quam declarationem crederem habere locum in eo, qui venit contra aliquem cum armis, iuxta terminos ſequentis ampliationis, non autem quando venit cum armis euaginatis, quia ex euaginatione apparet, quod venit animo occidendi, vel vulnerandi, vt conſiderant Doctores in concluſione adducti, & vltra eos *Carer. in pract. in tit. de homic. §. circa quartum num. 134.* alios adducens concordantes.

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum, non ſolùm quando quis venit contra aliquem cum armis in manu, vel euaginatis, vt ſupra, ſed etiam, quando venit contra aliquem ſimpliciter cum armis animo offendendi, cum ſufficiat armorum terror, vt homicidium dicatur factum ad neceſſariam defenſionem, nec quis expectare debeat ſe percuti, vt tradunt *Bald. Claud. & Bologn. in l. vt vim 3. ff. de iuſti. & iur. Vulpell. conſ. 78. num. 4.* vbi 1
teſtatur de communi opinione. *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. c. 3. ſub n. 22. Medic. de caſibus fortu. par. 1. quæſt. 8. num. 14. Maſcar. de prob. concl. 1131. num. 27. lib. 3.* plenè *Farinac de homic. d. quæſt. 125. num. 52.* vbi quamplures adducit ſectatores de communi opinione atteſtantes, *Guazz. defen. 28. cap. 1. num. 22.* & latiùs *defenſ. 29. cap. 4. num. 20.* vbi pariter quamplures refert concordantes, & dicit, ſufficere etiam, quod quis veniat contra aliquem cum magno fuſte, vel ſtanga, vt ibi per eum *Euge. conſ. 73. num. 18. & ſeq. lib. 2. Cabal. reſol. crim. d. caſu 88. num. 4. & ſeq.* vbi plures dat concordantes, & dicit, hoc eò magis habere locum in veniente contra alium cũ archibuſio, vt ibi per eum, *Calui. de aquit. lib. 2. cap. 192. num. 43. & ſeq.* vbi loquitur etiam in eò, qui venit contra aliquem cum ſaxis ad nocendum aptis, *& Capic. Latro d. deciſ. 75. num. 18.* vbi ſubiungit, ſufficere, quod quis probabiliter offendi poſſe, dubitare potuerit, *& num. 22.* vbi de veniente contra ſe cum archibuſio, vt ibi per eum.

4 Declara primò d. ſecundam ampliationẽ, vt habeat locum, quando, vltra arma, apparent ſigna, & indicia manifeſta proximæ offenſionis, alias ſimplex terror armorum dicitur ſupinus, vt poſt *Salic. Marſil. & Aluaro.* per eum adductos declarat *Farinac. de homic. d. quæſt. 125. num. 55. & ſeq.* vbi pariter dicit, d. ſecundam ampliationem habere locum dummodo timor armorum ſit iuſtus, ita vt cadat in conſtantem virum, vt ibi per eum, & in iſtis terminis loquitur *Guazz. d. defen. 28. cap. 1. num. 22. & in d. defen. 29. cap. 4. nu. 20. ver. & ſufficit &c.* verſus finem, in hac enim periculoſa materia non nimis habenas laxandas cenſerem.

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando conſtat de inſultu, & aggreſſione, quia tunc inſultatus vulnerando, vel occidendo inſultãtem, vel aggreſſorem id feciſſe præſumitur ad ſui neceſſariam defenſionem abſque alia probatione, vt tradũt *Vulp. conſ. 78. n. 2. et 3. et conſ. 97. n. 6. Baiar. ad Clar. in § homicidium n. 95. et ſeq. Maſc. de prob. concl. 490. nu. 1. lib. 1. et concl. 1131. n. 1. et ſeq. lib. 3. Hond. conſ. 99. nu. 13. et conſ. 104. nu. 31. lib. 1.* plenè *Farinac de homic. d. quæſt. 125. num. 57.* vbi innumeros ferè adducit ita ſentientes, & de communi, & magis communi Doctorum opinione atteſtantes, *et num. 60.* ſe refert ad dicta per eum *in quæſt. 125. num. 470.* vbi agit de moderamine inculpatæ tutelæ, vt ibi per eum *conſ. 35. nu. 21. lib. 1. Gail. pract. obſeru. lib. 2. cap. 210. num. 11.* vbi teſtatur de communi opinione, *Giurb. conſ. 17. nu. 19 et ſeq. et num. 29. in fin. Guazz. defenſ. 29. cap. 4. num. 21. Calui. de aquit. cap. 192 num. 7. lib. 2. Capic. Latro deciſ. 75. num. 19. lib. 1.*

6 Subamplia ſecundò d. tertiam ampliationem, vt habeat locum, etiam quod inſultatus nondum ab inſultante fuerit percuſſus, & iniuriatus, cum inſultatus non debeat expectare ſe percuti, & vulnerari

rari, vt not. *Iaſ. Salam. Sciſel. Mantu. Bologn. & alij in d. l. vt vim 3 ff. de iuſti. & iur.* vbi teſtatur de communi opinione, nec non *Vulpel. conſ. 7 n. 7. & conſ. 78. n. 4.* qui pariter teſtatur de communi opinione *Ant. Gomez. var. reſol. tom. 3. cap. 3. num. 22. Clar. in pract. §. homicidium num. 33.* qui etiam hanc opinionem, dicit communem *Gail. de pace publ. lib. 1. cap. 16. ſub n. 21. Maſc. de prob. concl. 490. n. 3. lib. 1. & concl. 1131. n. 10. lib. 3.* plene *Farin. de homic. d. quaeſt. 125. nu. 74.* vbi quamplures adducit ita ſentientes de communi, & magis communi opinione atteſtantes, *& num. 76.* declarat, d. ſubampliationem habere locum, quando aggreſſor eſt talis, qui ſolitus eſt comminatam percuſſionem exequi, aliàs ſecùs, vt ibi per eum.

7 Subamplia ſecundò d. tertiam ampliationem, vt eò magis habeat locum, quàdo inſultatus fuit priùs percuſſus, & iniuriatus, quia tunc abſque dubio vulnerando, vel occidendo percutientem, vel iniuriantem præſumitur feciſſe ad propriam defenſionem, vt tradunt *Hond. conſ. 99. n. 14. & conſ 104. n. 30. lib. 1. Card. Tuſc. prac. concl. lit. D. concl. 129. n. 13 & Ginrb. d. conſ. 17. n. 20.* vbi alios dat concordantes, nec non *Farinac. de homic. d. quaeſt. 125. n. 77. & ſeq.* vbi declarat quando qui ſemel percuſſit dicatur habere animum iterum percutiendi, & ſic ſit locus d. ſubampliationi, Vide ibi per eum.

8 Adde pro complemento, quod cum difficile admodum ſit ſtatuere, quando in caſibus ſupradictis ex eo, quod quis veniat contra aliquem cum armis, homicidium dicatur commiſſum ad neceſſariam defenſionem, & ex eo dicatur probata defenſio, cum id pendeat ex qualitate factorum, quæ diuerſimodè contingere poſſunt, & ex qualitate perſonarum, ideò circa hoc declarandum, multùm prudentis Iudicis arbitrio crederem eſſe tribuendum, vt in terminis de exceſſu in ſe defendendo tradit *Menoc. de arbitr. caſu 277. nu. 5.* qui omnibus maturè ponderatis poterit ſecundum contingentiam factorum, & qualitatem perſonarum id ex ſuo prudenti arbitrio ſtatuere, & determinare.

S V M M A R I V M.

1 *Iniuriatus verbaliter non poteſt pro defenſione percutere iniuriantem.*

2 *Quod non habet locum, quando iniuria verbalis illata fuit viro nobili per plebeum. nu. 2.*

3 *Nec quando pro iniuria verbali non licet ſinè ignominia Iudicem adire. num. 3.*

4 *Iniuria verbalis quando poſſit alia verbali iniuria propulſari, remiſſiuè.*

R E S O L V T I O XI.

Iniuriatus verbaliter an poſſit pro defenſione percutere iniuriantem.

1 INiuriatus verbaliter non poteſt pro defenſione percutere eum, qui iniuriã verbalem ei intulit, ita vt, ſi percutiat, vulneret, vt occidat d. iniuriantem verbaliter, veniat puniendus, ſed pœna extraordinaria propter præcedentem prouocationem, vt tradunt *Grama. voto 23. nu. 16. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 3. num. 24. in fin. Clar. in pract. §. fin. quaeſt. 60. n. 14.* vbi dicit, ita fuiſſe in facto iudicatum per Senatum Mediolani, *Farin. de homic. quaeſt. 125. num. 98.* alios referens concordantes, *Guazzi. defen. 29. cap. 5. nu. 2. ver. & circa modum &c. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 3. caſu 1. nu. 102. & Caball. de omn. gen. homic. num. 95.* & noc. etiam *P. Diana in ſumma in ver. occidere inuaſorem num. 26.*

Si enim offenſus verbaliter baculo, vel pugione iniuriantem offendat, dicitur exceſſiſſe moderamen inculpatæ tutelæ circa modũ, qui in æqualitate offenſionis, & defenſionis conſiſtit, nec non etiã armorum, vt eodem genere armorũ ſe defendat, & non maiori, vt docent *Grama. conſ. 63. n. 2. & 3. Caball. de omn. gen. homi. n. 95. Guazz. d. defen. 29. cap. 5. n. 2. ver. & circa modum,* & ego dixi latiùs ſupra in hoc ver. *Defenſio Reſol. 3. num. 9.* & ideò non mirùm, ſi taliter offendens omninò impunitus remanere non debeat, vt declarant Doctores ſupra adducti.

2 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando iniuria eſt illata per aliquem plebeũ viro nobili, quia tunc, ſi d. vir nobilis pro ſui honoris conſeruatione illum alapa, vel baculo percutiat, nullam incurrit pœnam, cum aliàs, propter perſonæ iniuriantis vilitatem, ſuum honorem conſeruare non potuiſſet, vt poſt *Salam. in d. l. vt vim 3. ff. de iuſt. & iur. Foller. in pract. in ver. Recipiantur defenſiones, & Paſſett. conſ. 202. num. 4.* per eum relatos declarat *Farin de homic. d. quaeſt. 125. num. 100.* & poſt eum *Guazzin. d. defen. 29. cap. 5. num. 2. ver. & circa modum, &c.* imò virum honoratum poſſe pro iniuria verbali illata, vt ſupra, etiam iniuriantẽ occidere voluerũt *Strouẽdorf. & P. Baldel. apud Dian. vbi ſup. n. 26.* id admittentẽ, quando contumelia aliter euitari non poteſt.

3 Limita ſecundo d. concluſionẽ, & eſt eadem ferè limitatio cum ſupradicta, vt non habeat locum, quando pro iniuria verbali accepta non licet ſinè riſu, & ignominia Iudicẽ adire, & quærelam exponere, quia tunc poſſe iniuriantem verbaliter offendere, voluerunt *Caſtr. conſ. 277. lib. 2. Gram. conſ. 29. n. 29. & deciſ. 23. n. 1. & deciſ. 98. n. 2. Boer. dec. 169. per tot. Vaſq. q. Ill. cap. 18. n. 13.* quos vna cũ alijs refert, & ſequitur *Paſch. de patr. poteſt. p. 3. c. 6 n. 27.*

4 Quando verò licet iniuriam verbalem alia verbali iniuria propulſare, tradit *Farin. de homic. d. quaeſt. 125. n. 96. & ſeq* vbi cõtrarias inter ſe refert opiniones, *Vermigl. conſ 67. n. 6. & P. Diana in ſumma in verb. occidere inuaſorem num 26.* Ipſos conſulas.

S V M M A R I V M.

1 *Offendens inſultantem fugientem dicitur offendiſſe ad vindictam, & ideò punitur:*

Procedit, quando offendens aufugit, & terga vertit, ſecùs ſi paulatim ſe retrahat verſa facie, vel reſiſtit. num. 2.

Ac etiam, quando aggreſſor eſt ſolus, ſecus ſi ſint duo. num. 3.

Fallit etiam concluſio, quando offenſus fuit vir nobilis à viro plebeo. num. 4.

Offendens tamen, vel occidens fugie ntẽ, qui inſultauit, punitur tãtùm pęna extraordinaria. n. 5.

RESOLVTIO XII.

Offendens inſultantem fugientem an dicatur offendere ad vindictam, & puniatur.

1 OCcidens illum, qui eum inſultauit, vel offendit, dum poſt inſultum, vel offenſionem aufugit, non dicitur illũ offendiſſe ad defenſionem, ſed ad vindictam, & ideò venit puniendus, vt tradunt *Couar. in clem. ſi furioſus cap.3.§.1.nu.3. in fin. de homic. Paſcul de patr. poteſt. par.3.cap.6.n.12. Maſcar. de prob. concl.490.nu.13.lib.1.& concl.1131.nu.40.lib.3. Hond. conſ 99.n.43.lib.1. Caball. reſol. crim. caſu 13.num.5.& ſeq. cent.1.& de omni gen. homic. nu.231. Batar. ad Clar. in §. homicidium nu.90. Farinac. de homic. quæſt.125.n.80.& nu.385.* vbi adducit concordantes, *& conſ 35.nu.21.lib.1. Guazz. defen.29.cap.4.num.20.ver. ſi verò, &c.* plenè *Giurb. conſ.17.nu.6.* vbi alios refert ita ſentientes quamplures, *Ciriac. contro.126.nu.12.& Calui. de æquit. lib.2.cap.192.num.61.& ſeq.*

Tunc enim in ſui defenſionem, quis feciſſe cenſetur, ſi vim ante receptam iniuriam repellit, aliàs ſecùs, vt not. *Seiſell. in l. vt vim 3.n.60.& 70.ff. de iuſti.& iur. Seſſe deciſ.104.nu.15.* quos refert, & ſequitur *Giurb. d. conſ.17.n.8.* & ſcribit etiam *Farin d. quæſt. 125.n.80.* vbi teſtatur de communi opinione. A fugiente autem timeri non poteſt, vlterius offendi *Bart. in l. ſi ex plagis 53.§. tabernarius, & ibi Bald. in 2. lect. ff. ad leg. Aqui. Giurb. d. conſ.17.num.7.* & alij Doctores ſupra adducti, meritò, &c.

2 Declara primò d. concluſionem, vt habeat locum quando aggreſſor aufugit, & terga vertit, ſecùs tamen eſt, ſi non aufugiat, ſed reſiſtit, vel retrahit ſe paulatim verſa facie, quia cum tunc iterùm offendere velle præſumatur, vt not. *Bart. in l. 1.n.10. C. vnde vi. Deci. in d. l. vt vim 3.num.10.& ſeq ff. de iuſti.& iur.& Seſſe d deciſ.104.n.14.* aggreſſus offendendo aggreſſorem præſumitur feciſſe ad neceſſariam ſui defenſionem, & non ad vindictam, vt dicunt *Seſſe d. deciſ.104.num.15 Hond conſ 104.n.32.lib.1. Maſcar. d. concl.1131.nu.47.in fin.* & voluit *Farin. de homic. d. quæſt.125.num.390.* vbi benè declarat, & præcipuè dicit, hanc declarationem habere locum, quando aggreſſus timere poterat a fugiente iterùm aggredi poſſe, vt ibi per eum, *Giurb. d. conſ.17.num.21.& num.31.& Calui. de æquit. d. cap.192.num 64.& 65.*

3 Declara ſecundò d. concluſionem, vt inſultatus tunc demùm puniatur in ſequendo aggreſſorem fugientem, & illum vulnerando, vel occidendo, quando aggreſſor non fuit, niſi vnus, & ſic ſolus, quia tunc aggreſſus non poterat de alio timere. ſecùs tamen eſt, ſi aggreſſores eſſent duo, ex quibus vnus tantùm aufugit, quia tunc poteſt inſultatus, vno aggreſſore relicto, alterum fugientem ſequi, & impunè occidere, quia, niſi ita feciſſet, poterat de alio, qui non aufugit, dubitare, vt voluit *Bertaz. conſ.1.n.31. ver. quintò nos, &c. lib.1.* quem refert, & ſequitur *Farinac. de homic. d. quæſt.125.n.389.& ſeq.* vbi dicit, quod conſtare debet, inſultatum vulneraſſe aggreſſorem in actu fugæ, cum in dubio præſumatur fauore defenſionis illum vulneraſſe ante fugam, vt ibi per eum.

4 Declara tertiò d. concluſionem non habere locum viro nobili inſultato ab homine plebeio & vili, qui, ſi poſt inſultum aggreſſorem inſequatur, & vulneret, non venit puniendus, vt poſt *Bologn. conſ. 37. col.2. ver. & licèt hoc &c. & ver. & ſi dicatur, &c.* per eum relatum tradit *Farinac. de homic. d. quæſt.125.num.392.* & ſentit etiam *Guazz. d. defen. 29.cap.4.num 20.in fin.*

5 Declara quartò d. concluſionem, vt inſultatus vulnerando, vel occidendo aggreſſorem fugientẽ cum ob iuſtum dolorem ex præambula percuſſione, & inſultu commotus vulneraſſe, & occidiſſe præſumatur puniri non debeat ordinaria pęna homicidij, ſed extraordinaria tantum, & mitiori propter exceſſum iudicis arbitrio, vt tradunt *Couar. in d. clem ſi furioſus par 3.§.1.num.3.in fin de homic.* vbi dicit, quod ita omnes ferè Doctores fatentur *Clar. in pract. in §. homicidium ver. ſcias tamen &c. Ant. Gomez var. reſol. tom.3.cap.3.nu.24. Maſcar. de prob d. concl.1131.nu.49.lib.3. Farinac. de pœn. temp. quæſt.91.num.7.& de homic. d. quæſt. 125.num.393.* quamplures adducens de communi opinione atteſtantes, *Guazzi. d. defen.29.cap.4.nu. 20.ver. ſi verò &c, Caball. reſol. crim. caſu 13.num.5. cent.1.& de omni gen. homic. n.231.* alios referens ita ſentientes, *Giurb. d. conſ.17.num.12.& num.30.* vbi dat concordantes, & illum excuſari dicit *Ciriac. d. contro.126.in fin.* & cum d opinione pertranſeunt *Calui. de æquit. d. cap.192.nu.61.& ſeq. Vrſell. in exam. apum concl.80.nu.11.& Ant. de Ball. tract. crim. lib.3. caſu 1.num.104.*

SVMMARIVM.

1 *Dies termini non computatur in termino in defenſionibus reo aſſignatis.*

Licèt contrarium tenuerint aliqui. num.2.

3 *Termini plures aſſignandi ſunt reo pro ſuis defenſionibus faciendis.*

4 *Dies termini computantur in termino defenſionum, quando ita fuit per Iudicem declaratum.*

RESOLVTIO XIII.

Dies termini an computetur in termino in defenſionibus reo aſſignatis.

1 ASſignato termino reo ad faciendum ſuas defenſiones, puta quinque, vel octo dierum dies termini non computatur in termino, ſaltem de conſuetudine, vt teſtantur *Iaſ. in l 1. n.20 ff. ſi quis cautio* vbi teſtatur de communi opinione, & ita ſeruari in practica, *Deci. in cap. ſuper eo 12 num.17. de appell.* vbi dicit, hanc eſſe magis

com-

communem Doct. opinionem, *Canall. in ſpec. cõmu. contra commu. q. 401 per tot.* vbi quamplures dat concordantes de communi, & magis communi opinione, fidem facientes, & dicit ab hac opinione, tàm in conſulendo, quàm in iudicando non eſſe recedendum, quam ſequitur *Guazz. defen. 31. cap. 1. n. 10.* & idem ſenſerat priùs *defen. 14. cap. 4. nu 9.* quibus addo *Barbo. axiom. 71. num. 5.* vbi alios dat concordantes quamplures, *& Antonel. de tempo. leg. lib. 4 cap. 2. in princ.* nec non *Rota apud Zacchi. de ſociet. deciſ. 58. num. 4.* bene comprobans.

Quando enim agitur de cauſa fauorabili, qualis eſt defenſio, venot. *Boſſi. in pract. in tit. de fauor. defen. num. 2. Farinac. de indic. & tortu. quæſt 43. nu. 14 & Guazzi. defen. 29. cap. 1. in princ. & cap. 3. nu. 1.* pro ea, & ad illius fauorem ſemper fieri debet lata, & benignior interpretatio, ad tex. in *cap. odia. 15. de reg. iur. in 6.* & tradunt *Eugen. conſ. 78. nu 129. lib. 2.* & poſt *Bald. Alciat. Menoch. Valenz. & Card. Seraph.* per eam relatos *Rota apud Merlin. deciſ 832. n. 32. tom. 2.* cum fauores ſemper ſint ampliandi, plenè *Barbo. axiom. 96. n. 4. Calus. de æquit. lib. 1 cap. 87. num. 44. Guazzin. d. cap. 3. num. 1.*

2 Quicquid contrarium voluerint *glo. Corn. Aret. & Tiraq.* in loc. adduct. *per Guazz. vbi ſupra,* contra quos adeſt magis communis opinio, de qua ſupra.

3 Amplia d. concluſionem, vt nõ ſolùm dies termini aſſignati reo ad ſe defendendũ non computetur in termino, verùm etiã non vna tantum dilatio, nec vnus tantũ terminus reo ad ſe defendẽdum dandus ſit, ſed tres ei ſint aſſignandi, vt voluerunt *Clar. in pract. §. fin. q 48. ver. quæro quod &c.* vbi dicit, hoc procedere in omnibus cauſis criminalibus, etiã nõ capitalibus, & quamplures adducit ita ſentientes *Cartar. in pract. interr. reo. lib. 3 cap. 2. n. 79 Farin. de indic. & tortu. quæſt. 39. nu. 4.* vbi dicit, dandam eſſe quartam dilationem ex cauſa, vt ibi per eum, plenè *Guazzin. defen. 24. cap. 5. nu. 3. & 4.* vbi dicit, quod licèt dilationes in criminalibus ſint iudici arbitrariæ, ſolent tamen iudices eſſe faciles in eis pluribus aſſignandis, & concordat *Ambroſ. in proc. infor. lib. 1. cap. 1 num. 25.*

Limita dict. concluſionem, vt non habeat locum, quando iudex expreſsè ſtatuiſſet, diem termini eſſe computandum in termino, quia tunc illum eſſe computandum, dixit *Canal. de teſti. par. 4. n. 194. & ſeq.* quem refert, & ſequi videtur *Guazz. defen. 24 cap. 4. num. 9. in fin.* & voluit etiam *Antonel. de temp. legal. lib. 4. cap. 2. num. 4.* vbi ſentit, ſufficere conſtare etiam tacitè de mente concedentis, vt ibi per eum.

ADDITIO.

N. 3. VBi habetur, quod cum vna tantum dilatio eſt aſſignanda reo ad defendendum, ſed ſunt aſſignandæ plures, & præcipuè tes adde *Lucatell. de quæſt. indic. Inſpec. 5. num. 40. & ſeq. & Antonel. de temp. legal. lib. 4. cap. 19. num. 3.* vbi dicit, eò magis ſi id ſuadeat æquitas, vel neceſſitas id expoſtulet.

SVMMARIVM.

1 *Defenſio Inquiſiti probatur directè demonſtrando per euidentiam facti, rem aliter ſe habere.*
Item probatur indirectè per probationem negatiuæ coarctatæ, num. 3.
Etiam probando negatiuam coarctatam quo ad teſtes examinatos. num. 4.
Et alijs modis, de quibus remiſſiuè, nu. 5.
2 *Ocularis inſpectio ſuperat omnes alias probationes.*

RESOLVTIO XIV.

Defenſio Inquiſiti an probetur demonſtrando rem aliter in facto ſe habere.

1 DEfenſio, & innocentia rei inquiſiti probari poteſt pluribus modis, & primo directè, probando per euidentiam facti, rem aliter ſe habere, puta ſi homo, qui dicitur occiſus, exhibeatur viuus, ſi domus, quæ dicitur combuſta, reperiatur illæſa, & ſimilia, vt tradunt *Bald. in l. ſi quis teſtibus 13. in fin. C. de teſt. Ang. de maleſ. in ver. Comparent, et produxerunt Inſtrumentum pacis n. 33. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 52. in prin. et ibi Adden. in prin Cartar. de execut. ſent. cap. bann. cap. fin. n. 41. et ſeq.* vbi alia adducit exempla, *et Carena de Offic. S. Inquiſ par. 3. tit. 9. nu. 9.* qui pariter aliter exemplificat quo ad delicta ad S. Officium ſpectantia, vt ibi per eum.

2 Inſpectio enim ocularis, cum ſit melior, & tutior probatio de mundo, omnem alio probationem ſuperat *l. ſi irruptione 8. ff. fin. regund. l. 4. in prin. ff. de damn. infect. Crauc. conſ. 104. n. 12. Barz. deciſ. 2. n. 57. Mar. Antoni. var. reſol. lib. 1. reſ. 66. n. 5. Poſti. de manut. obſeru. 19. in fin. Rota apud Greg. XV. deciſ. 375. n. 6* ita vt omnis probatio vincatur, ſi aſpectus contrarium teſtificetur *Poſti. d. obſeru. 19. in fin. Rota deciſ. 7. num. 4. poſt 1. vol. conſil. Farinac.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt innocentia, & defenſio rei probetur etiam indirectè probando negatiuam coarctatam loco, & tempore quo ad ipſum reum, puta quod ipſe reus tẽpore commiſſi delicti fuerit in loco multum diſtanti a loco, vbi fuit commiſſum delictum, quia, cum reus non poſſit eſſe, niſi miraculosè, in duobus locis, probata præſentia illius in vno loco, neceſſariò dicitur probata abſentia in alio loco diſtanti, & ſic dicitur probata innocentia illius, vt tradunt *Grama. conſ 56. num. 3. Cala de modo artic. §. 2. gloſ. 1. num. 1260 Menoch de arbitr. caſu 64. nu. 11. & ſeq Clar. in d. §. fin. quæſt. 52. ver. ſcias autem, &c. Caren. de Offic. S. Inquiſ par. 3. tit. 9. num. 10. Guazz. defen 28. cap. 1. nu. 12.* latè *Hond. conſ. 102 nu. 15 lib. 1. Batar. ad Clar. §. fin. quæſt. 64. num 58. Farinac. de teſti. quæſt. 66. num. 218 & ſeq. & conſ. 200. num 8 lib. 3.* plenè *Giurb. conſ. 43. num. 1. & Vermigl. conſ. 78. num. 8. & conſ. 25. num 17.* vbi dicit, d. negatiuam probare innocentiam rei, non obſtantibus contrarijs indicijs, *& conſ. 272. num. 7. & conſ. 382. nu. 19.*

4 Subamplia d. primam ampliationem, vt innocentia, & deſenſio Inquiſiti probetur etiam indirectè alio modo, videlicet probando negatiuam coarctatam quò ad teſtes, puta Titius, & Seius deponunt, Caium tali die occidiſſe Sempronium in Ciuitate Romæ ipſis præſentibus, ego probo, d. die Titium, & Seium fuiſſe in Ciuitate Mediolani, certè iſta probatio rei tollit probationes fiſci, & d. teſtes puniri poſſunt de falſo, ita poſt *Canter. in quæſt. crim. in tit. de reo quæſt. 12. num. 2.* per eum relatum docet *Caren. de Offic. S. Inqu. d. par. 3 tit. 9. n. 11.*

Quomodo verò teſtes deponere debeant, vt dicatur probata negatiua, dixi infra in verbo *Negatiua Reſolut. 1. num. 1. & ſeq.*

5 Amplia ſecundò d. concluſionem, quod defenſio, & innocentia Inquiſiti probatur alijs etiam modis nempè per repulſam teſtium excipiendo contra illorum perſonas, dicta, & examen, per deficientiam cauſæ delinquendi, & corporis delicti, & alios plures ſecundùm varietatem delictorum, quos longum admodum eſſet omnes recenſere, vt videre *per Guazz. defen. 28. ferè per tot. & per Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 9. ferè per tot.* qui quamplures recenſent, illos conſulas.

DELICTVM.

SVMMARIVM.

1 *Delictum in dubio non præſumitur, ſed illud debet probari.*

Ita vt pro excluſione delicti omnis interpretatio ſit facienda, num. 3.

Et actus indiferens ſemper ſit interpretandus pro non delicto. num. 4.

Nec non minus delictum potiùs, quàm maius ſemper intelligatur commiſſum, num. 5.

Et concurrentibus duabus præſumptionibus, attendenda ſit illa, quæ delictum excludit, nu. 6.

Et ad probandum delictum requirantur probationes concludentiſſimæ, num 7.

Concluſio ſupradicta fallit, quando contra illam concurrit aliqua præſumptio ſpecialis, num. 8.

Et quando agitur de actibus, qui de ſui natura ſunt mali, num. 9.

2 *Homo de ſui natura eſt bonus, & talis de iure præſumitur.*

RESOLVTIO I.

Delictum an præſumatur in dubio, ſeù illud ſit probandum,

1 DElictum in dubio non præſumitur, ſed illud debet probari *l. merito 51. & ibi gloſ. ff. pro ſoci.* & tradunt *Vulpell. conſ. 38. num. 2. 3. & ſeq Maſca. de prob. concl. 496. in prin lib. 1.* vbi dat concordantes *Menoch. de præſump. lib. 5. præſump. 2. num. 1. & ſeq.* latè *Farinac. de reo confeſ. & conuic. quæſt. 85. num. 1. & ſeq.* vbi quàmplures adducit more ſuo, ita ſentientes, *& conſ. 60 n. 12. lib. 1. Ciriac. contro. 255. n. 25. & contro. 318. n. 8. Capic. Latro deciſ. 13. n. 4. par. 1. P. Graſſet. de nece prodit. §. 10. num. 38. Rube. de valid legal. cap. 16. num. 44 & Rota deciſ. 50. num. 9. poſt 1. vol. conſ. Farinac.*

2 Homo enim ſui natura eſt bonus, & talis de iure præſumitur *cap. 1. de ſcutri. cap. dudum 16. & ibi Canon. de præſump. l. omnimodo 30. & ibi glo. C. de inoff teſtam. Alcia. de præſum. reg. 3. præſump. 2. in prin. Gabr. comm. concl. de malef. concl. 2. n. 9.* & authoritate *D. Thomæ*, & aliorum quamplurium latè comprobat *Menoch. de præſump. lib. 5. præſump. 1. n. 8. 9. & pluribus ſeq.* delinquere autem, & peccare viri boni non eſt, ſed mali, & nequam, vt in puncto conſiderat *Menoch. de præſump. lib. 5. præſump 2. in prin.* vnde nec mirùm, ſi delictum non præſumatur, vt aduertunt Doct. ſupra adducti.

3 Amplia primo, d. concluſionem adeo eſſe veram, vt pro excluſione delicti omnis interpretatio ſit facienda, vt not. *Gram. deciſ. 18. n. 5. Farin. de delic. & pœn. quæſt 31. n. 22. & conſ. 25 n. 12. & 46. lib. 1. Guazzi. defen 29. cap. 2. num. 4. & ſeq.* vbi quamplures facit illationes, *Capic. Latro dict. deciſ 13. nu. 4. Vermiglio. conſ. 90. num. 9. et conſ. 129. n. 11 & conſ. 232. num. 3. Rube. de validit. legal cap. 16. num. 86. & Rota deciſ. 121. num. 2. & deciſ. 234. num. 9 poſt ſecundum volum. conſ. Farinac.*

4 Subamplia primò d. ampliationem, vt actus indifferens ſonans in delictum, & non delictum, præſumatur potius bonus, & non delictum, quàm malus, & ſic delictum, vt ſcripſerũt *Farin. de reo confeſ. & conuic. d. quæſt. 81. num. 5.* vbi alios adducit concordantes, & idem dicit de actu, qui factus vno tempore eſt licitus, & alio tempore eſt illicitus, quod præſumatur ad excluſionem delicti factus tempore licito, vt ibi per eum, & ego dixi latiùs ſupra in ver. *Actus Reſol. vnica num. 3.*

5 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt in dubio delictum minus potiùs præſumatur, quàm maius, vt adnotarunt *Alcia. de præſump. reg. 1. præſump. 6. n. 1. & ſeq.* vbi quàmplures facit illationes *Menoch. de præſump lib. 5. præſump 2. n. 24. & ſeq.* vbi pariter alias affert illationes, *Gabr. comm. concl. de malef. concl. 2 nu. 6. Farin. de reo confeſ. & conui. quæſt. 85. num. 26.* vbi alios quamplures adducit ita ſentientes, & latè comprobat *Guazz. defen. 29. cap. 2. num. 10. ver. prima itaque* vbi alios dat concordantes, & plures facit illationes, *Vermigliol. conſ. 34. num. 9. et Rota d. deciſ. 56. n. 9. et ibi Adden. litera A. poſt 1. vol. conſ. Farinac.*

6 Amplia tertiò d. concluſionem, vt concurrẽtibus in actu duabus præſumptionibus, vna incluſiua delicti, & alia excluſiua, attendi debeat illa, quæ delictum excludit, non autem illa quæ delictum includit, vt tradunt *Cephal. conſ. 75. n. 8 et conſ 76. n. 19. lib. 1 Eugen. conſ. 76. num. 51. lib. 1. Maſcar. de prob. concl. 864. n. 30. lib. 2. et concl. 1224. n. 30. et ſeq. lib. 3.* vbi alios adducit concordantes quamplures, *Hond. conſ. 88. numer. 20. et conſ. 107. num. 40. lib. 2. Farinac. de delict. et pœn. quæſt. 21, num. 22.*

num.22.& de reo confeſ.& conui.d.quæſt.85.nu.19. vbi pariter alios adducit ita ſentientes, *Guazzin. defen.29. cap.1. num.5.* vbi dat concordantes, & *Vermigl.conſ.275. num.14.*

7 Amplia quartò d.concluſionem adeò eſſe veram vt ad probandum delictum ad effectum condemnãdi reum, requirantur probationes non ſolùm concludentes, ſed etiã luce meridiana clariores *l.ſciãt cuncti,quæ eſt lex fin. C.de prob.cap. ſciant cuncti 2. & ibi gloſ.& communiter Canoniſtæ 2.quæſt.vlti.* & tradunt *Boſſi.in pract.in tit.de conuic num.9.& 13. Ant.Gomez var.reſol.tom.3.cap.12.num.25.* vbi teſtatur de communi opinione, *Menoch.de arbit.caſu 279.num.2.& caſu 491.nu 1.Maſcar.de prob.concl. 459.num.2.& concl.496. num 1. lib.1. Theſ.deciſ. Pedem.25.num.6.* late *Farinac de reo conf.& conu. quæſt.86.num.6.* vbi alios dat concordantes, & aliquas facit illationes, pleoè *Guazz.defen.33.cap.14. in prin.Vermigl.conſ.179. num 2. & conſ.263.nu.5.* vbi dicit, probationes in criminalibus requiri magis claras, quàm in ciuilibus, *& conſ.431 in princ.* & dixi latiùs de hac materia infra in verbo *Probatio Reſol.4.* per totam, ibi vide.

8 Limita primò d.concluſionem, vt non habeat locum, quando contra d. generalem concluſionem, quo delictum non præſumitur, militat aliqua præſumptio ſpecialis incluſiua delicti, quia tunc dict. ſpecialis præſumptio pro delicto tollit illam generalem præſumptionem pro non delicto, ex regula, quod præſumptio ſpecialis tollit præſumptionem generalem, vt declarant *Farinac.de reo confeſ.& conui.d quæſt.85.nu.20.& ſeq.* vbi dicit, prædicta non habere locum, quando cum d. præſumptione generali concurreret aliqua etiam ſpecialis præſumptio excluſiua delicti, quia tũc illæ tollerent d. præſumptionem ſpecialem pro delicto, ex alia regula, quod plures præſumptiones vincunt pauciores, vt ibi per eum, cum quo pertranſeunt *Adden.ad Farinac. in conſ.60. litera G. lib.1.* benè comprobantes.

9 Limita ſecundò d. concluſionẽ, vt non habeat locum in ijs actibus, qui de ſui natura ſunt mali, & de iure prohibiti, quia tunc delictum præſumi voluerunt *Deci.in cap.in præſentia 8. num.53. de probat. Tiraq.de pæn.temp.in præfat. num.5 .Gabr.comm. concl.de malef.concl.2.num 61.Maſc.de prob concl. 495.num.4.& ſeq.lib.1.& concl. 1003. num.21. & 60.lib.3.* & alij plures, quos refert, & ſequitur *Farinac.de reo confeſ.& conui d.quæſt.85.num 34.* vbi teſtatur de communi opinione, & hanc limitationem declarat habere locum in ijs, quæ ſunt prohibita de iure naturali, gentium, vel Diuino, ſecùs ſi ſint tantùm prohibita de iure poſitiuo, niſi tamen probetur cauſa, ex qua poteſt excuſari, vel excludi illud delictum, vt ibi per eum. Addo ita ſentientem eundem *Farinac.conſ.25. num.14* & ibi declarant *Adden. litera H. lib. 1.*

A D D I T I O.

N.2. VBi habetur, quod homo præſumitur bonus, & non præſumitur delinquere adde *Ciriac.contr.132. nu.7.* vbi de actu facto a Sacerdote, & viro probo, qui non præſumitur factus cum delicto.

N.3. Vbi habetur, quod ad excludendum delictum omnis interpretatio eſt facienda adde eundem *Farina. conſ.219. num.5.lib.3. & Ciriac.contr.624. num.62. tom.4.*

N.4. Vbi habetur, quod ad excluſionem delicti actus præſumitur factus in tempore licito, etiam ſi in illicito ille fieri potuerit, adde *Ciriac. contro.583. num. 22.*

S V M M A R I V M.

1 *Delicta alia ſunt Eccleſiaſtica, alia Laicalia, & alia mixti fori, in quibus vterque Iudex procedit, & eſt locus præuentioni.*

Ita vt, ſi Iudex Laicus Eccleſiaſticum præueniat, illius proceſſum impediat, & è contra, n.2.

Et Iudex Eccleſiaſticus etiam pœnas temporales poteſt imponere, num. 3.

Adulterij crimen eſt mixti fori, num. 4.

Sodomiæ crimen eſt mixti fori, num. 5.

Blaſphemia delictum eſt mixti fori, num. 6.

Etiam in Iudæo blaſphemante, num. 7.

Fallit in blaſphemia hæreticali, in qua ſolus Inquiſitor procedit, num. 8.

Pacis fractæ crimen pariter eſt mixti fori, n.9.

Sacrilegium eſt delictum mixti fori, num. 10.

Concubinatus crimen eſt mixti fori, num. 11.

Vſurarum delictum etiam eſt mixti fori, nu.12.

Licèt contrarium teneant plures Doct num.13.

Maximè ſtante Statuto Principis laici vſuras prohibentes, num. 14.

Stupri crimen eſt mixti fori, num. 15.

Licèt contrarium voluerint aliqui, num 16.

Inceſtus eſt delictum mixti fori, num. 17.

Quod procedit etiã in coitu cum moniali n.18.

Aſſaſſinij crimen eſt mixti fori, num. 19.

Delictum commiſſum per Laicum in Eccleſia eſt mixti fori, num. 20.

Periurium eſt delictum mixti fori, num. 21.

Laicus ſi offendat Clericum, dicitur delictum mixti fori, num. 22.

Etiam ſi Laicus offendat Clericum in Eccleſia, num. 23.

Furtum commiſſum in Eccleſia dicitur delictũ mixti fori, num.24.

Crimina plura mixti fori remiſſiuè, num. 25.

26 *Præuentio quando, & per quos actus dicatur inducta, & alia ad materiam remiſſiuè.*

R E S O L V T I O II.

Delicta an alia ſint Eccleſiaſtica, alia laicalia, & alia mixti fori, ita vt in eis ſit locus præſumptioni inter Iudices.

1 DElicta quædã ſunt merè Eccleſiaſtica, in quibus ſolũ Iudex Eccleſiaſticus procedit. quædã ſunt merè laicalia, in quibus ſolùm Iudex laicus procedit, & quædam ſunt mixta ſeu cõmunis fori, in quibus poteſt tã Iudex Eccleſiaſticus quã laicus procedere, ita vt inter eos ſit locus præ-

uentioni, vt tradunt *Clar. in pract. §. fin. quaeſt. 37. num. 1. & ſeq. Farinac. de inquiſ. q. 8. nu. 127. & plur' ſeq. Cabal. reſol. crim. caſu 194. num 4. & num. 7. & ſeq. cent. 2. Guazzin. deſen. 1. cap. 11. in prin. Balth. Thomaſ. in ſuis tract. var. tom. 4. in tit. de mixto foro in prin. Illuſtr. Sperel. deciſ. 3. num. 3. & ſeq & nu. 13.* alios adducens concordantes, *Vermigl. conſ. 88. nu. 3. & ſeq. & P. Dian. in ſumm. in ver. Crimina mixti fori in prin.* latè *Carleual. de iudic. lib. 1. tit. 1. diſput. 2. num. 763. & ſeq.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt in cauſa mixti fori, ſi Iudex laicus Eccleſiaſticum præueniat, illius proceſſum impediat, & è contra, cum omnis iuriſdictio ſit in primo Iudice præueniente collata, & ab omnibus alijs abdicata *l. ſi quis postea 7. ff. de iudic. cap. pen. de foro competen.* & tradunt *Decia. tract. crim. lib. 4. cap. 22. in prin. Farin. de inqu. quaeſt. 7. num. 52.* vbi alios dat concordantes quamplures, *Scac. de iudic. lib. 1. cap. 12. num. 57. Caball. reſol. crim. d. caſu 194. nu. 8. & ſeq. Coſta remed. ſubſid. 126. in prin. Guazz. deſen. 1. cap. 8. in princ.* alios recenſens ſectatores, *Balth. Thomaſ. in d. tit. de mixto foro num. 2. & 3.* vbi tamen dicit, non habere locum prædicta contra Eccleſiaſticum, contra quem Iudex laicus nunquam procedit, vt ibi per eum *Illuſtriſs. Sperel. deciſ. 4. num. 4. par. 1. & deciſ. 134. nu. 24. & 39. part. 2. & Vrſell. in exam. apum concl. 40. num. 59. litera A.* plures adducens ita ſentientes, declarando vt in *Reſol. ſeq. in fin.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt Iudex Eccleſiaſticus in cauſis mixti fori poſſit imponere, nō ſolùm pœnas ſpirituales, ſed etiam temporales, citra tamen ſanguinem, etiam carcerando reum, vt docent *Canoniſtæ in cap. cum ſit generale 8. de foro competen.* & dixi latiùs infra in hoc verbo *Delictum Reſol. 3. num. 4.*

4 Declara d. concluſionem, vt crimina mixti fori ſint quamplura, & primò crimen adulterij eſt mixti fori, quando agitur criminaliter ad pœnas, ſanguinis pœna excepta, quàm Iudex ſæcularis ſolus imponit, licèt ſecùs ſit quò ad ſeparationem thori, vt not. *Abb. in cap intellex imus 6. nu. 1. de adult. Clar. in pract. § fin. quaeſt. 37. nu. 3.* vbi alios dat concordantes, & teſtatur de cōmuni opinione *Decia. tract. crim lib. 4. cap. 26. num. 7. Scacc. de iudic. lib. 1. cap 12. num. 16. Farin. de inquiſ d. quaeſt 8. num. 130.* & latiùs *de delict. carn. quaeſt. 141. num. 42. Guazzi. d. deſen. 1. cap. 11. nu. 7. Balth. Thomaſ in d. tit. de mixto foro num. 5. & in tit. de Eccleſia in ſacul. cognoſc. nu. 24.* & benè declarat *Illuſtriſs. Sperel. deciſ 9. nu. 29. part. 1.* & ita tenent etiam *P. Sanch. de matri. lib. 10. diſput. 8. num. 15. & ſeq. & Vrſell. in exam. apum litera A. concl. 59. num. 98.*

5 Sodomiæ crimen eſt etiam mixti fori, ita vt cōtra laicum ſodomitam procedere poſſit non ſolùm Iudex laicus, ſed etiam Iudex Eccleſiaſticus, & inter eos ſit locus præuentioni, vt ſcripſerunt *Clar. in pract. § fin. quaeſt. 37. num. 5.* vbi teſtatur de communi opinione, *Farinac. de inquiſ. d. quaeſt. 8. nu 129. & Balth. Thomaſ in tit. de Eccleſ. ſacul. cognoſ. n. 23.* de quo ego dixi latiùs infra in ver. *Sodomia Reſ. 1.*

6 Blaſphemiæ crimen eſt etiam mixti fori, & per vtrumq; Iudicem tam laicum, quàm Eccleſiaſticū puniri poteſt, ita vt inter eos ſit locus præuentioni, vt voluerunt *Farin. de inquiſ. d. quaeſt. 8. nu. 127. Guazz. d. deſen. 1 cap. 11. nu. 5. Illuſtriſs. Sperel. deciſ. 134. num. 9. par. 2. Lazar de blaſphem. quaeſt. 6. num. 3. Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 2. tit. 7. n. 14. P. Sanch. in præcep. Decal. lib. 2. cap. 32. num. 37. Carleual. de iudic. d. diſput. 2. num. 771. & Didac. Tranſmic. de oblig. denunc. quaeſt. 2. cap. 4. num. 15.* & ego dixi latiùs ſupra in ver. *Blaſphemia Reſol. 2. per tot.*

7 Amplia hanc concluſionem, de blaſphemia, quod ſit crimen mixti fori, vt habeat locum etiam in Iudæo blaſphemante, contra quem poſſe per vtrumque Iudicem procedi voluerunt quamplures Doctores, & præcipuè *Decia. tract. crim. lib. 5. cap. 14. num. 2. Farinac in fragm. crim litera I. num. 664. Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 2. tit. 14. nu. 6. ver. ſed Baldus &c.* & alij plures relati per me ſupra in d. ver. *Blaſphemia Reſol. 2. nu. 2. & 3.* vbi retuli alios quāplures contrarium ſentientes.

8 Limita d. concluſionem de blaſphemia, vt non habeat locum in blaſphemia hæreticali, quia illa punitur per ſolum Inquiſitorem priuatiuè, vt docent *Barbo. de Epiſ alleg. 51. num. 89. Caren. de Offic. S. Inquiſ par. 2. tit. 7. num. 13. P. Sanch. in præcep. decal. lib. 2. cap. 32. num. 37. Didac. Traſmiſ. de obligat. denunc. quaeſt. 2. cap. 4. num. 15.* & alij plures per me adducti ſupra in dict. ver. *Blaſphemia Reſolut. 2. num. 4.*

9 Pacis fractæ crimen pariter eſt mixti fori, in quo vterquè Iudex Eccleſiaſticus, & ſæcularis procedere poteſt ſeruata præuentione inter eos, vt tradunt *Guazz. deſen. 1. cap. 11. nu. 4. & in tract. de pace part. 1. quaeſt. 41. num. 3. Balth. Thomaſ. in ſuis tract. var. tom. 4. in tit. de Eccleſia in ſacul. cognoſc. nu. 88. & num. 318.* & egò dixi latiùs infra in verbo *Pax Reſolut. 1. num. 1.*

10 Sacrilegium pariter eſt delictum mixti fori, in quo vterquè Iudex, tàm ſæcularis, quàm Eccleſiaſticus procedere poteſt, ita vt inter eos ſit locus præuentioni *Clar. in pract. § fin. quaeſt. 37. ſub num. 6.* vbi teſtatur de communi opinione, licèt dicat hoc Mediolani, & in Francia non ſeruari, ſed illius cognitionem ſpectare ad Iudicem ſæcularem, quem in hoc repræhendit *Farinac de inquiſ. d. quaeſt. 8. nu. 132.* vbi teſtatur hanc opinionem eſſe veram, & alios adducit concordantes, & de veriori, & magis communi teſtatur etiam *de furt. quaeſt. 171. num. 31. Decia. tract. crim. lib. 4. cap. 26. num. 1.* vbi dicit, Iudicem Eccleſiaſticum non poſſe pro ſacrilegio imponere pœnam ſanguinis, vt ibi per eum, *Oſaſch. deciſ. Pedem. 103. per tot. Guazzin. d. deſen. 1. cap. 11. num. 11.* vbi quamplures dat concordantes, *Balth. Thomaſ. in d. tit de mixto foro, nu. 27. & in d. tit. de Eccleſ. in ſacul. cognoſc. num. 27.* plenè *Illuſtr. Sperel. deciſ. 3. n. 13.* vbi alios adducit concordantes quamplures, & benè comprobat, *& deciſ 4. nu. 3. & ſeq. par. 1. Vermigl. conſ. 88. num. 3. & ſequen. Carleual. de iudic. dict. diſputat. 2. num. 771. & P. Diana in ſumma in ver. Crimina mixti fori, num. 4.*

11 Con-

11 Concubinatus etiam crimen eſt mixti fori, & vterque Iudex poteſt ſuper eo procedere, & eſt locus præuentioni, vt ſcripſerunt *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 37. num. 4. Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 26. num. 8. Menoch. de arbitr. caſu 209. num. 20. Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 8. num. 131.* & latiùs *de delict. carn. quæſt. 138. num. 30. & ſeq.* vbi alios dat concordantes, & teſtatur de magis communi Doctorum opinione, prout ſatis *Caual. in ſpecu. commun. contra comm. quæſt. 295. num. 1. & ſeq. P. Dian. in ſumm. in d. verb. Crimina mixti fori num. 6. Guazzin. defen. 1. cap. 11. num. 9.* vbi dicit, de conſuetudine d. crimen in foro laicali non puniri, pro vt teſtantur etiam *Clar. & Decian. in loc. ſupra adduct.* & concubinatum eſſe mixti fori tenet etiam *Balth. Tomaſ. in d. tit. de mixto foro, num. 6. & num. 36.* vbi agit a quo ſit punienda concubina Clerici præſertim notoria, *& in d. tit. de Eccleſ. in ſæcul. cogno. num. 25. & Carleual. de iudic. d. quæſt. 2. num. 71.*

12 Vſurarum crimen pariter eſt mixti fori, & vterque Iudex ſuper eo poteſt procedere, ita vt inter eos ſit locus præuentioni, ſiuè quæſtio ſit facti, ſiuè iuris, vt voluerunt *Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 3. num. 1. verſ. ego vt liberè &c.* vbi dicit hanc opinionem eſſe veriſſimam, & contrariam erroneam eſſe *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 37. num. 2.* vbi dicit, diſtinctionem facti, vel iuris habere locum, quando agitur ciuiliter, *Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 26. num. 3.* vbi dicit ita ſeruari in practica *Oſaſch. deciſ. Pedem. 137. num. 6. & ſeq.* vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione, & quod diſtinctio facti, & iuris eſt mere verbalis, *Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 8. num. 134. & ſeq.* qui *num. 140. in fin.* poſt quamplura per eum allata concludit, crimen hoc vſurarum eſſe mixti fori, tam ſi quæſtio ſit facti, quàm iuris, & dicit, hanc opinionem eſſe veriorem, & magis in practica receptam, & quod ipſe ſemper illam ſeruaret, & contrariam opinionem per errorem dici per Doctores magis receptam, vt ibi per eum *Peguer. deciſ. 30. num. 10. & ſeq.* vbi teſtatur de magis communi Doct. opinione, & ita pluries in facto fuiſſe reſolutum *Fachin. contr. iur. lib. 9. cap. 30. verſ. Ego magis,* vbi dicit, hanc opinionem ſemper vidiſſe ſeruari, & illam benè comprobat, *Menoch. de arbitr. caſu 348. num. 41. Cabal. reſol. crim. caſu 188. num. 1.* vbi quamplures adducit concordantes etiam de magis communi, & veriori opinione fidē facientes *cent. 2.* & latè comprobat *Guazzin. d. defen. 1. cap. 11. num. 12.* vbi pariter alios refert concordantes de magis communi, & practicata opinione teſtantes, & extendit hanc concluſionem etiam ad alios contractus illicitos, & vocatos Stocchi, e Barocchi, & ſimiles, vt ibi per eum, quam opinionem latè comprobat *Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 13. par. 2. num. 45. & ſeq.* vbi firmat, illam habere locum ſiuè procedatur ciuiliter, ſiuè criminaliter, & ſiuè quæſtio ſit iuris, ſiuè facti, vt ibi per eum, prout facit etiam *Leotar. de vſur. quæſt. 100. num. 78.* vbi alios adducit ſectatores, & dicit, ita ſeruari in illo Senatu, cum quibus pertranſit etiam *Carleual. de iudic. d. quæſt. 2. num. 771.* ita vt negari non valeat, hanc eſſe veriorem, magis communem, & tenendam in practica opinionem.

13 Licèt contrariam opinionem, imò Iudicem Eccleſiaſticum eſſe competentem in crimine vſurarum, quando quæſtio ſuper vſura eſt iuris, & ſæcularem, quando quæſtio eſt facti tenuerint *Rolan. conſ. 75. num. 37. lib. 1. & conſ. 96. num. 44. & ſeq. lib. 2.* vbi hanc dicit indubitatam concluſionem, *Dec. conſ. 170. num. 2. & 3.* vbi dicit, quod hæc concluſio procedit ſecundum omnes *Iaſ. conſ. 153. num. 3. lib. 4. Balth. Thomaſ. in d. tit. de mixto foro, num. 35* vbi alios adducit ita ſentientes, *& num. 43. & in d. tit. de Eccleſ. in ſæcul. cognoſc. num. 29. & ſeq.* licèt ſatis confusè *P. Dian. in ſumm. in verb. Vſura, num. 6. Vinc. de Franch. deciſ. 36. num. 3. Bonac. de contr. quæſt. 3. punct. vlt. num. 2. Illuſtr. Sperel. deciſ. 43. num. 13.* vbi quamplures adducit concordantes, etiam de communi opinione atteſtantes, *& num. 80. & ſeq. par. 1.* vbi poſtea tenet vſuræ cognitionem ſpectare ad Iudicem Eccleſiaſticum priuatiuè, *& Gram. deciſ. 194. per tot.* vbi teſtatur de communi opinione, quem refert, & ſequitur *Vermigl. conſ. 296. num. 2. & conſ. 304. n. 1.*

14 Amplia d. concluſionem, quod vſuræ crimen ſit mixti fori, vt indubitanter ſit vera, quando adeſt Decretum alicuius Principis, ſeù Statutum prohibens vſuras ſub pœna, quia tunc omninò Iudex laicus procedere etiam poteſt ad puniendum vſurarium, vt not. *Vlpel. conſ. 140. num. 7. Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 26. num. 3. Oſaſch. d. deciſ. 137. num. 12. Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 8. num. 140. Peguer. deciſ. 31. num. 21. & ſeq. Caball. in d. caſu 188. num. 2. & Guazzin. d. defen. 1. cap. 11. num. 12. verſ. quæ opinio &c,* qui contra *Rolan. & Farinac.* extendunt hanc ampliationem, vt habeat locum etiam ſi d. Decreta, vel Statuta non ſint a Papa confirmata per rationes per eos adducta, & cum hac ampliatione pertranſit etiam *Leotar. de vſur. d. quæſt. 100. num. 78. et ſeq.* vbi refert ita ſentire etiam *Eminentiſs. Card. de Lugo de iuſt. et iur. diſput. 25. num. 250.*

15 Stupri crimen etiam eſſe mixti fori, & vtrumque Iudicem pro eo procedere poſſe mediante præuentione quando ſinè vi eſt commiſſum voluerunt *Iodoc. in pract. crim. cap. 92. num. 5. Menoch. de arbitr. caſu 388. num. 11. & ſeq. in addit. Farinac. de delict. carn. quæſt. 147. num. 53.* vbi alios adducit concordantes *Guazzin. defen. 1. cap. 11. num. 25. Cabal. reſol. crim. caſu 200. num. 72. cent. 2. & Balth. Thom. in d. tit. de mixto foro, num. 31.*

16 Licèt contrarium voluerit *Oſaſch. conſ. 25. per tot.* relatus *per Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 8. num. 130. in fin. et Theſaur. deciſ. 148. num. 4.* volens cognitionem ſtupri ſpectare ad Iudicem laicum, niſi admixtum ſit adulterium, licèt loquatur in ſtupro violento.

17 Inceſtus crimen pariter eſſe mixti fori ſcriptum reliquerunt *Iodoc. in pract. cap. 94. num. 9. Bermon. de publ. concub. in tit. de inceſt. num. 33. Ghirla. de pæn. omniſ. coit. quæſt. 3. num. 4. in fin. Cabal. reſol. crim. d. caſ. 200. n. 72.* quos refert, & ſequitur *Far. de delict.*

delict.carn.quæſt.149.nu.117. vbi alias refert Doctorum opiniones, & ita intelligendum cenſeo *Balth.Tomaſ. in d.tit.de mixto foro num.* 30. dicentem, inceſtum commiſſum a laico puniendum eſſe per Iudicem laicum, dum allegat *Cabal.d.caſu* 200. *num.*72. qui tenet illud eſſe mixti fori.

18 Amplia d.concluſionem, quod crimen inceſtus eſt mixti fori, vt habeat locum etiam in coitu cum Moniali, qui vti continens etiam inceſtum dicitur mixti fori, ita vt per vtrumque Iudicem puniri valeat, vt latè comprobat *Oſaſch. deciſ. Pedem.*103. *num.* 5. *& ſeq.* cum quo concordant *Decian. tract. crim.lib.*4.*cap.*26.*ſub num.*7. *& Illuſtr. Sperell.deciſ.*19.*num.*3.*& num.*15.*& ſeq.* & dixerat ante *deciſ.*3. *num.* 23.

19 Aſſaſſinij crimen etiam eſt mixti fori, ita vt vterque Iudex procedere valeat, & ſit locus præuentioni *cap.* 1. *& ibi not. Canoniſtæ de homic. in* 6. & ſcripſerunt etiam *Socin.in cap.cum ſit* 8.*num.*25.*de foro compet.* quem refert, & ſequitur *Balth. Tom. in d. tit.de mixto foro num.*100. *Decian.tract.crim. lib.*4.*cap.*26.*nu.*27.*& Guazzin.defen.*1.*cap.*11.*n.*23

20 Delictum commiſſum per laicum in Eccleſia vulnerando, occidendo, & furando dicitur delictum mixti fori, & vterque Iudex pro illius punitione procedere poteſt, & inter eos eſt locus præuentioni, vt tradunt *Cabal. reſol.crim.caſu* 194.*nu.* 3.*& ſeq. & num.* 7.*et ſeq. cent.*2. *Farin.de immun. Eccleſ.cap.*16.*num.*236. *Guazzin.defen.*1.*cap* 11.*n.* 20. *verſ. quæ opiniones etc.* & latè comprobat *Ill. Sperell.deciſ.*3. *num.*6. *et ſeq. et num.*13 *et ſeq.par.* 1. *et deciſ.*127. *num.*28. *par.*2. & ego dixi latiùs infra in *Reſol. ſeq.* vide ibi.

21 Periurium etiam eſſe delictum mixti fori, ita vt per vtrumque Iudicem puniri poſſit mediāte præuentione, voluerunt *Roman.conſ.*512. *num.*11. vbi teſtatur de communi opinione, *Decian.tract.crim. lib.*4.*cap.*26. *num.*6. vbi alios adducit concordantes, & dicit, hanc eſſe communem Doctorum opinionem, *Card.Tuſch.pract concl. tom.*5. *littera P. concl.*263. *num.*12. vbi de communi *Guazzin.d. defen.*1. *cap.*11. *num* 14. & periurium, niſi dubium ſit, eſſe mixti fori, voluit etiam *Balth. Thomaſ. in d.tit.de mixto foro num.*54. quam ſententiam ſequitur *Farinac. de inquiſ quæſt.*8.*nu.*141. præterquam in periurio commiſſo in iuramento deciſiuo, quod dicit, eſſe puniendum per Iudicem Eccleſiaſticum, vt ibi per eum, cum quibus pertranſit *Carleual. de iudic. d.diſput.*2. *num.*771. & quem ratione iuramenti poſſe conueniri coram vtroque Iudice, niſi quæratur an iuramentum obliget, nec ne, tradit *P.Sanch.in præp. Decal.lib.*3.*cap.*13. *num.*13.

22 Laicus ſi offendat Clericum, delictum dicitur eſſe mixti fori, & poteſt per vtrumque Iudicem puniri, ita vt inter eos ſit locus præuentioni, *cap. parochianos* 9. *& ibi Abb.num.*5.*de ſent. excomm.* idem *Abb.in cap.*2.*in prin.de pæn.Guid.Papa deciſ.* 562.*num.*2.*Clar.in pract* §.*fin.quæſt.*36 *num.*47.*Decian. tract. crim. lib.*4. *cap.*26. *num.*1 *&* 22. *Theſ. deciſ.*24.*num.*3. *Balth.Tomaſ.in d.tract.de mixto foro num.*32. *& num.*46. *& in tract. de Eccleſ. in ſæcul.cogno num.*73. *Guazzin.d.defen.*1.*cap* 11. *num* 20. *verſ quæ opiniones &c. Illuſt.Sperell. deciſ.*49. *num.*28.*par.* 1. vbi alios dat concordantes quamplures, *& deciſ.*134.*num* 25.*par.*2.

23 Amplia primò d. concluſionem, quod ſi laicus offendat Clericum, delictum dicatur mixti fori, vt habeat locum, etiam ſi laicus offendat Clericum in Eccleſia, quia tunc ratione loci, & perſonæ dicatur etiam committere Sacrilegium, vterque Iudex poteſt procedere, vt tradunt *Decian.tract.crim. lib.*4. *cap.*26. *num.*1. *&* 22. *Cabal.reſol.crim.d.caſu* 194.*num.*9. *& Guazzin.d.defen.*1. *cap.*11. *num.*20. *verſ. quæ opiniones &c.* & ego dixi latiùs infra in *Reſol.ſequen.* vide ibi.

24 Furtum commiſſum in Eccleſia vltra adducta generaliter *ſupra num.*10. vt ſi furetur Sacrum de Sacro, vel Sacrum de non Sacro, vel non Sacrum de Sacro dicitur Sacrilegium, & ad illum puniendum, vti mixti fori vterque Iudex laicus, & Eccleſiaſticus procedere poteſt, ita vt inter eos ſit locum præuentioni, vt tradunt *Decian. Menoch. Farinac. Balth.Tomaſ. Guazzin. & Sperell.in loc.adductis in Reſol.ſeq.num.*7.

25 Alia crimina mixti fori, quæ per vtrumque Iudicem puniri poſſunt mediante præuentione recenſent *Farinac.de inquiſ. d. quæſt.* 8. *ferè per tot. Guazzin.d.defen.*1. *cap.*11.*per tot. Balth. Thomaſ. in d.tit.de mixto foro per tot.& in d. tit. de Iud Eccleſ in ſæcul.cognoſc. num.*1.*& plurib. ſeq. Decian. tract. crim d.lib.*4.*cap.*26. *Scacc.de iudic.lib.*1.*cap.* 12.*num.*15. *& ſeq.* & alij plures, quos recenſet *Carleual de iudic. lib* 1.*tit.* 1.*diſput.*2.*num* 771.*in fin.* illos conſulas, cum non omnia hic referre, ſed tantùm principaliora decreuerim.

De præuentione verò, quando illa, & per quos actus dicatur inducta, & quæ ad illam inducendam requirantur, & plura ad materiam retuli infra in verb. *Preuentio, Reſol.*1. *& ſeq.*

ADDITIO.

N.10. VBi habetur, quòd Sacrilegium eſt mixti fori adde *Cabal. reſol.crim.caſu* 194.*num.*8.*cent.*2.

N.21. Vbi habetur, quod delictum periurij eſt mixti fori adde *Carer. reſol.* 247. *num.* 12. *& Morl. in empo. iur. tit.* 2. *num.* 126.

SVMMARIVM.

1 *Laicus ſi percutiat laicum in Eccleſia, d. delictum dicitur mixti fori, ita vt inter Iudices ſit locus præuentioni.*

Quicquid contrarium tenuerint aliqui Doctores, num. 2.

*Quod habet locum, etiam ſi laicus percutiat Clericum in Eccleſia, num.*3.

*Et an Iudex Eccleſiaſticus poſſit imponere contra laicum etiam pœnas corporales citra ſanguinem, num.*4.

*Licèt contrarium teneant aliqui Doct.n.*5.

Et

Et etiam ſi laicus percutiat alium in Oratorio priuato, n. 6.

Ac etiam in furante in Eccleſia, vt n. 7.

Quod tamen non habet locum in laico percutiente alium in Parlatorio Monialium n. 8.

Si autem reus ſit contumax non datur de præuentione, & vterque Iudex procedit, n. 9.

RESOLVTIO III.

Laicus ſi percutiat Laicum in Eccleſia delictum an dicatur mixti fori, ita vt inter Iudices ſit locus præuentioni.

1 LAicus ſi percutiat, vel vulneret alium Laicum in Eccleſia, tale delictum ratione Sacrilegij, dicitur mixti fori, ita vt contra illum vterque Iudex, tam ſæcularis, quam Eccleſiaſticus procedere valeat, & ſit inter eos locus præuentioni, vt tradunt *Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 17. num. 34. Cabal. reſol. crim. caſu 194. num. 5. & num. 7. & ſeq. cent. 2.* vbi alios adducit concordantes *Leo. in Theſaur. fori eccleſ. par. 1. cap. 13. num 23. Farinac. de carc. & carc. quaſt. 28. num. 62. in fin. & in tract. de immun. Eccleſ. cap. 16. num. 236.* vbi alios adducit ita ſentientes, & dicit ita indubitanter tenere *Guazzin. defen. 1. cap. 11. num. 20. ver. quæ opiniones etc.* & latè comprobat *Illuſt. Sperell. deciſ. 3. num. 6. et ſeq. et num. 13. et ſeq. par. 1.* vbi teſtatur de vera, & communi opinione, *et deciſ. 127. num. 28. par. 2. et Vermigl. conſ. 88 num. 6.* vbi dicit de hac opinione hodie non eſſe dubitandum, *et conſ. 102. num. 5. et ſeq. et conſ. 461. num. 1.*

Dictum enim crimen ab vtroque iure prohibitum reperitur, nempè de iure ciuili *l. ſi quis in hoc genu 5.* & ibi declarat *Alberic. C. de Epiſc. et Cler.* & de iure canonico *in cap. cum pro cauſa 27. de ſent. ex excom.* quando autem delictum ab vtroque lege punitur illud dicitur eſſe mixti fori, vt tradunt *Canoniſtæ* communiter *in cap. cum ſit generale 8. de foro compet. et Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 25. num. 63.* & ſic poteſt ab vtroque Iudice puniri, vt benè declarat *Sperel d. deciſ. 3. num. 14. et ſeq.*

2 Quicquid contrarium, imò Iudicem laicum eſſe competentem priuatiuè conſiderando delictum ſeculare abſtractum à Sacrilegio voluerint *Bart. in l. ſicut 7. §. fin. num. 3. ff. de accuſ.* quamplures Doctores ſequuti ſunt, quos referunt *Farinac. de immun. Eccleſ d. cap. 16. num. 234. Cabal. d. caſu 194. num. 2. & Guazzin. d. defen. 1. cap. 11. nu. 19.* qui teſtantur etiam de magis communi Doctorum opinione, & *Balth. Thomaſ. in ſuis tract. var. tom. 4. in titul. de mixto foro num. 33. & in tit. de Eccleſia. in ſecul. cognoſc. num. 75.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam ſi laicus offendat, vel vulneret Clericum in Eccleſia, quia cum ratione loci, & perſonæ dicatur committere etiam Sacrilegium, ideò vterque Iudex poteſt procedere contra eum mediante tamen præuentione, vt tradunt *Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 26. num. 1. & infra in verb. item ſi aliqua &c.* & non diſſentit *num. 22. Cabal. reſol. crim. caſu 194. num. 9. & 10. cent. 2.* benè comprobans *Guazzin. d. defen. 1. cap. 11. num 20. verſ. Quæ opiniones &c. Balth. Tomaſ. in ſuis tract. var. tom. 4. in tit. de mixto foro num. 47.* & ſentiunt *Leo. in Theſaur. fori Eccleſ. par. 1. cap. 13. num. 23. & Ill. Sperel. d. deciſ. 3. num 3. 4. 13. & 20. par. 1.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt Iudex Eccleſiaſticus in d. delicto mixti fori poſſit contra laicum procedere, non ſolùm ad pœnas ſpirituales, ſed etiam ad pœnas temporales citra tamen ſanguinē, vt not. *Butr. Anan. Abb. Felin. & Mar. Soci. in d. cap. cum ſit generale 8. de foro comp. Couar. pract. quæſt. cap. 10. num. 2. verſ. contrarium plenè &c. Oſaſch. deciſ. Pedem. 103. num 7. Cabal. reſol. crim. d. caſu 194 num. 10. & 11. Farinac. de immun. Eccleſ. d. cap. 16. num. 236. Guazzin. d. defen 1. cap. 8. num 28. & cap 11. num. 20. verſ. quæ opiniones,* & latiùs *num. 33. verſ. ſed contrariam &c. Pract. Archiep. Neap. cap. 13. num. 3* vbi teſtatur de veriori opinione, & latiſſime comprobat *Illuſt. Sperel. deciſ. 4. num. 3. & ſeq. par. 1.* vbi dicit hanc eſſe crebriorem Doctorum ſententiam imò eſſe indubitabilem vigore *Concil. Trident.* vt ibi per eum, cum quibus pertranſeunt *Balth. Thomaſ. in d. tit. de mixto foro num. 85. & P. Dian. in ſumma in verb. Crimina mixti fori, num. 2.*

5 Quicquid contrariam opinionem, imò Iudicem Eccleſiaſticum ſolum procedere poſſe ad pœnas ſpirituales, voluerint *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 36. num. 47. & quæſt. 37. num. 8.* vbi teſtatur de communi opinione *Graſſ. de effect. cleric. effect. 1. num. 620. Giurba conſ. 70. num. 16.* & alij quos refert, & reprobat *Sperell. d. deciſ. 4. num. 1. et ſeq. et Balth. Thomaſ. ſibi contrarius in d. tit. de Eccleſiaſ. in ſecula cognoſc. num. 73. in fin.*

6 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum in laico percutiente, ſeù vulnerante alium laicum non ſolum in Eccleſia, verùm etiam ſi illum vulneret, vel percutiat in Oratorio priuato, quod quis habet domi, vel in Oratorio Hoſpitalis priuati, vel Confraternitatis, quia cum illud de iure canonico, quicquid ſit de iure ciuili, dicatur propriè Sacrilegium, dicitur eſſe mixti fori, & ideò illud puniri poteſt per Iudicem laicum, & per Eccleſiaſticum, ita vt inter eos ſit locus præuentioni, vt poſt *Menoch. de arbitr. d. caſu 389. nu. 11.* & alios per eum relatos probat *Ill. Sperel. d. deciſ. 3. nu. 18. et 19. et deciſ. 62. num. 8. et 9. par. 1.* & idem voluit *Balth. Thomaſ. in d. tit. de mixto foro, n. 81.*

7 Amplia quartò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in laico furante in Eccleſia, vt puta in rapiente ſacrum de ſacro, vel ſacrum de non ſacro, vel non ſacrum de ſacro, quia pariter vti Sacrilegium dicitur eſſe mixti fori, & ad illius punitionem vterque Iudex laicus, & eccleſiaſticus procedere poteſt, & eſt locus præuentioni, vt docent *Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 30. num. 16. Menoch. de arb. d. caſu 389. num. 2. 3. et ſeq.* benè *Sperell. d. deciſ. 3. num. 32. et ſeq. Farinac. de inquiſ. quæſt. 8. num.*

*num.*132. *& num.* 156. & latiùs *de furt. quaeſt.* 172 *num.* 11. vbi dicit, hanc eſſe veriorem, & magis communem Doctorum opinionem quampluresq; adducit ita ſentientes, *Guazzin. d. defen.* 1. *cap.* 11. *n.* 11. *& Balth. Thomaſ. in d. tit. de mixto foro, n.* 17

8 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in laico percutiente, vel vulnerante laicum in parlatorio exteriori Monialium, quia in eo non cadit ſacrilegium, & ideò talis percutiens, vel vulnerans in eo, foro Eccleſiaſtico non ſubiacet, vt contra *Ricc. deciſ.* 179. *par.* 3. latè comprobat *Ill. Sperel. deciſ.* 62. *per tot. par.* 1. vbi dicit idem eſſe in offendente laicum in Campanili, in Sacriſtia, in qua non ſit Altare ad celebrandum, in Monaſterio, in Dormitorio, & ſimil. vt ibi per eum, licèt poſtea in addit. num. 22 dicat in Sac. Congregatione die 27. Martij 1644. fuiſſe reſolutum, delicta commiſſa in loco gaudente immunitate Eccleſiaſticam eſſe mixti fori.

9 Declara d. concluſionem vnà cum ampliationibus ſeq. quae declaratio poteſt deſeruire etiam traditis in *Reſol. praeced.* vt habeat locum quando Iudex Eccleſiaſticus, vel laicus praeuenit in captura, ſecùs tamen eſt, ſi reus aufugerit, & ſic fuerit abſens, & contumax, qui praeuentionem allegare nequit, quia tunc quilibet Iudex procedere poteſt, ſaecularis ad poenas corporales, ſi commiſſo crimini condignae fuerint, & Eccleſiaſticus ad poenas ſpirituales, & ad alias, quas imponere poteſt, vt declarat *Farinac. de inquiſ. quaeſt.* 7. *num.* 55. vbi dicit, praedicta non habere locum, ſi reus compareat, & det de praeuentione, vt ibi per eum, & *de immun. Eccleſ. cap.* 16. *num.* 236. *circa medium*, in quibus locis alios dat concordantes quamplures, & poſt *Bart. Nell. Caccialup. Soccin. Boſſ. Carauit. Baiar. & Farinac.* per eum adductos tradit etiam *Ill. Sperel. deciſ.* 134. *num.* 72. *par.* 2.

ADDITIO.

N.1. VBi habetur, quòd ſi laicus offendat alium in Eccleſia dicitur delictum mixti fori adde *Farinac. conſ.* 208. *num.* 2. *& ſeq. lib.* 3. vbi de delicto commiſſo per laicum in Eccleſia, licet *ibi num.* 10. contraria opinione videatur pertranſire, vt habetur hic *num.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Laicus, & Clericus ſi delinquant, omnes ſunt puniendi per Iudicem Eccleſiaſticum.*

Licèt plures Doctores teneant contrarium, n. 2.

Maximè ſi Iudex Eccleſiaſticus praeuenit in captura laici, num. 3.

Et remiſſionem ad Eccleſiaſticum petere poſſunt ipſi laici, num. 4.

Et etiam ſi inter plures laicos adſit vnus tantum Clericus, num. 5.

Et idem eſt in pluribus haeredibus, vel conſortibus litis, inter quos ſit vnus Clericus, quia omnes debent coram eccleſiaſtico conueniri, num. 6.

Quod procedit quando cauſa eſt indiuidua, aliàs ſecùs, num. 7.

Quicquid contrarium tenuerit Gratian. *relatus, num.* 8.

Concluſio principalis procedit quando delictum eſt indiuiduum, aliàs ſecùs, n. 9.

Licèt diuiduitatem in delicto non dari teneant aliqui, num. 10.

Supradicta an procedat, quando eccleſiaſticus non poteſt imponere poenam ſanguinis, n. 11.

RESOLVTIO IV.

Laicus, & Clericus ſi delinquant an omnes ſint puniendi per Iudicem Eccleſiaſticum.

1 SI ſint plures delinquentes laici, inter quos adſit etiam Clericus omnes ſunt remittendi ad Iudicem eccleſiaſticum, tàm Clerici, quàm laici, ne continentia cauſae diuidatur, & cum magis dignum trahat ad ſe minus dignum, vt tradunt *Marſil. ſingul.* 180. *per tot.* vbi hanc concluſionem maximè extollit, *Mari. Soc.* qui pariter eam ſatis magnificat *in cap. prudentiam* 2. *num.* 30. *de mutu. petit. Boſſ. in pract. in tit. de foro compet. num.* 110. *& ſeq.* vbi teſtatur de communi, *Decian. tract. crim. lib.* 4 *cap.* 9. *num.* 44. *Boer. deciſ.* 300. *num* 2. *Ludou. deciſ. Lucen.* 26. *num.* 18. quamplures adducens concordantes, *Scacc. de iudic. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 14. vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione, & dicit, ita vidiſſe ſeruari in practica ex Decreto Sacr. Conſultae *Menoch. de arbitr. caſu* 371. *num.* 12 *in fin.* vbi teſtatur pariter de magis communi Doctorum opinione *Surd conſ.* 396. *num.* 18. *lib.* 3. & in hanc partem inclinat *Farinac. de inquiſ. quaeſt.* 8. *num.* 151. *in fin. ex Scacc. in loco ſupra adducto*, quam opinionem veram de iure dicit *Clar. in pract. §. fin. quaeſt.* 36. *verſ. Euenit plerumque &c.* licèt dicat illam in practica non ſeruari, vt infra dicam *Ciarlin. controu. foren. cap.* 24. *num.* 17. *Mar. Antoni. reſol.* 48. *num.* 4. *& ſeq. lib.* 3. & hanc opinionem latè comprobat *Paul. Rube. de teſtam. quaeſt.* 57 *n.* 158. *& ſeq.* alios quamplures adducens ita ſentientes, cum quibus tenent etiam *P. Dian. in ſumm. in verb Iudex Eccleſiaſticus in princ. Balth. Thomaſ. in ſuis tract. var. tom.* 4. *in tit. de eccleſiaſtico in ſaecula. cogno. num.* 4. *& num.* 70. *Ill. Sperel. deciſ.* 19 *in princ. cum pluribus num. ſeq. par.* 1. vbi dicit, hanc eſſe magis receptam Doctorum opinionem, prout teſtatur etiam *Vermigl. conſ.* 210. *in princ* & hanc opinionem tenet etiam *Michalo. de fratr. par* 3. *cap.* 49. *num,* 22. vbi contrarijs reſpondet.

Cum magis dignum trahat ad ſe minus dignum, & ne continentia cauſae diuidatur, ac etiam ne contingat, vt ſuper eodem delicto contrariae fortè ſerantur ſententiae, vt aduertunt *Clar. in d. quaeſt.* 36. *verſ. Euenit plerumque &c. Sperell. d. deciſ.* 19. *in princ. Michal in d. cap.* 49. *num.* 22. & alij Doctores ſupra adducti, & vltra eos, loquendo quando agi-

tur

tur contra plures hæredes quorum vnus eſt Clericus, & alter laicus, *D. Andreol. controuerſ. 206. ferè per totum.*

2 Licèt contrariam opinionem, quod laicus delinquens, vna cum Clerico puniri debeat per Iudicem laicum, non autem remittendus ſit ad Iudicem eccleſiaſticum, tenuerint *Couar. in practic. quæſt. cap. 34 in princ.* dicens contrariam opinionem non eſſe veram *Oſaſc. deciſ. Pedem. 103. num. 10.* & hanc opinionem in practica ſeruare dicit *Clar. in d. quæſt. 36. verſ. Eueniat plerumq. &c. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3 cap. 10. num. 3.* vbi dicit, vidiſſe ſemper ita practicari, *Fachin. controu. iur. lib. 9. cap. 21. per tot. Vinc. de Franch. deciſ. 426. nu. 4. Guazzin. defen. 1. cap. 11. num. 17. verſ. Contrarium &c. Barboſ. de iur. Eccleſ. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 94.* vbi quamplures dat concordantes, & contrarijs reſpondet, *Balth. Tomaſ. in d. tit. de Eccleſ. in ſecul. cognoſc. num. 71.* dicens, hanc opinionem in practica receptam, prout teſtantur etiam *Vermigl. d. conſ. 110. num. 5.* maximè quando competit diuerſa qualitas delinquentis, vt ibi per eum, & *Capic. Latr. deciſ. 195. num. 39. par. 2.* & contrariam opinionem de conſuetudine non ſeruari, niſi Iudex Eccleſiaſticus in captura præuenit, aſſerit idem *Sperell. deciſ. 4. num. 10. & d. deciſ. 19. poſt princ. par. 2.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vti magis communem, & ſequendam, maximè in Statu Eccleſiaſtico ſtante Decreto Sac. Conſultæ relato per *Scacc. in loco ſupra adducto*, pro vt illam pluries obſeruari vidi in Auditorio Status Vrbini, in quo per annos quatuor ego præfui vti vnus ex Auditoribus Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi D. mei D. Scipionis Cardinalis Deleij d. Status Legati, cuius innumeræ virtutes, & vitæ exemplaritas non poſſunt tantùm extolli, quin parùm de eis ſemper dictum, aſſerendum ſit, d. inquam, concluſione retenta, illam amplia, vt eò magis habeat locum quando Iudex Eccleſiaſticus præuenit in captura laici, quia tunc illum poſſe procedere contra dict. laicum, qui delictum commiſit vna cum Clerico voluerunt *Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt. 36. nu. 50. Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 8. num. 151. in fin. Balth. Tomaſ. in d. tit. de eccleſ. in ſecul. cognoſc. num. 71. & in tit. de mixto foro num. 3. tom. 4. ſuorum tract. var. Illuſtriſs. Sperell. deciſ. 4. num. 10. & deciſ. 19. num. 1. in fin. par. 1.* & ita ſentit etiam *P. Dian. in ſumm. in ver. Iudex Eccleſiaſt. in prin.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum etiam Clerico non petente remiſſionem ad Iudicem Eccleſiaſticum, quia illam petere poſſunt laici, vt tradunt *Surd. conſ. 396. num. 18. lib. 3. Dec. tract. crim. lib. 4. cap. 9. num. 46.* vbi dicit, ita tenere etiam *Zuccar. in leg. poſthumo num. 36. C. de bon. poſſeſ. contra tabu. Paul. Ruber. de teſtamen. in dict. quæſt. 57. num. 164. & ſeq.* vbi dicit, ſufficere, ſi remiſſionem petat vnus tantùm laicus, & ſentit etiam *Balth. Tomaſ. in d. tit. de eccleſ. in ſecul. cognoſc. n. 70.*

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum etiam ſi delinquentes ſint plures laici, & vnus tantùm ſit Clericus, quia adhuc omnes eſſe remittendos ad Iudicem Eccleſiaſticum cum non attendatur numerus, ſed quia ſit dignior voluerunt *Decian. d. lib. 4. cap. 9 num. 44. & ſeq. & Paul. Rube. de teſtamen. d. quæſt. 57. num. 199.*

6 Amplia quartò d. concluſionem, vt habeat locum ob rationes ſupra adductas etiam in pluribus conſortibus in lite, in pluribus hæredibus laicis, vel correis debendi, quia ſi inter eos adſit vnus Clericus omnes iudicari debent à Iudice Eccleſiaſtico & ad illum trahuntur, vt ſcripſerunt *Alexan. conſ. 122. num. 16. & ſeq. lib. 4. Surd. conſ. 222. num. 2. lib. 2. Mar. Ant. var. reſol. lib. 1 reſol. 42. num. 4. & reſol. 98 in princ. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 11. numer. 24. Gratian. diſcept. foren. cap. 641. in princ. par. 4.* vbi alios dat concordantes, & dicit, hanc concluſionem eſſe ab omnibus communiter approbatam, *And. Gail pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 37. nu. 2. Capic. Latro deciſ. 195. num. 37. par 2.* plenè *Paul. Rube. de teſtam. d. quæſt. 57. num 191. & ſeq.* alios adducens concordantes, *Balth. Tomaſ. in d. tit. de eccleſ. in ſecula. cognoſc. num. 93. Illuſtriſs. Sperell. deciſ. 19. nu. 28. & num. 34.* dicens, ita Romæ practicari *par. 1.* vbi dicit, quod ſi aliàs non opponatur, iudicium eſt nullum, ita vt proceſſus neque ſuſtineatur quo ad ipſos laicos, vt ibi per eum, & tenuit *Rota apud Card. Seraph. deciſ. 957. per tot.* relata per *Sperell. vbi ſupra* & apud *Merlin. deciſ. 903. no. 10 par. 2.*

7 Declara d. quartam ampliationem, vt habeat locum, quando cauſa eſt indiuidua, connexa, & inſeparabilis, ita vt ex vnitate negotij res videatur eadem, quia tunc Clericus trahit ſecum conſortem, vt ſupra, ad Curiam Eccleſiaſticam, ſecus eſt, ſi materia ſit diuidua, & ſeparabilis ex ſui natura, quia tunc Clericus non trahit laicum, ſed ipſe iudicatur à Iudice Eccleſiaſtico, & laicus à Iudice ſæculari, vt tradunt *Maran. in pract. par. 4. diſt. 11. num. 24. Boſſi. in pract. in tit. de foro compet. num. 146. & ſeq. Carli. contro. foren. cap. 34. num. 30. par. 1. Balth. Tomaſ. in d. tit. de eccleſ. in ſecul. cognoſc. num 95. Sperell. d. deciſ. 19. nu. 33. & ſeq. Michal. de fratr. d. par. 3. cap 49. nu. 23. Cancer. var. reſol. par. 1. cap 7. num. 156.* & hanc diſtinctionem eſſe ferè ab omnibus communiter receptam teſtatur, *D. Andreol. contro. 206 in princ.* vbi alio dat concordantes, *& num ſeq.* docet, quando cauſa dicatur indiuidua, & connexa, vt ibi per eum.

8 Quicquid contrarium tenuerit, *Gratian. diſcept. foren. d. cap. 641. num. 7.* cum Doctores ab eo adducti non dicant id, quod ipſe aſſerit.

9 Limita d. concluſionem principalem, vt habeat locum, quando delictum eſt indiuiduum, quia tunc ratione connexitatis magis dignum trahit ad ſe minus dignum, & ideò Iudex Eccleſiaſticus procedit etiam contra laicos, aliàs ſecus, vt tradunt *Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 9. num. 44. Guazzin. defen. 1. cap. 11. num. 18. Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 8. num. 151. ver. nec obſtat &c.* alios adducit concordantes, *Balth. Tomaſ. in d. tit. de eccleſ. in ſecul. cognoſc. num. 71. Vermigl. d. conſ. 210. num. 3. & Paul. Rube. in d. quæſt. 57. num. 197. & ſeq.*

10 Licèt

10 Licèt d. diuiduitatem in delictis non dari, quando eſt vnum factum, & vnum delictum bene iudicio meo declarat *Boſſ. in pract. in tit. de foro compet. num.* 147. cum quo pertranſire videtur *Paul. Rub. in d. quaſt. 57. num. 203. & ſeq*, quicquid alij adducendo pro fundamento id de quo diſputatur, tenere videantur.

11 Vtrum verò concluſio ſupradicta habeat locum quando Iudex Eccleſiaſticus non poteſt laicum condemnare in pœnam ſanguinis, & condignam delicto tradunt *Guazzin. d. defen. 1. cap. 18. & Ill. Sperell. d. deciſ. 19. ſub num. 17.* & latiùs *deciſ. 92. per tot. par. 1.* Ipſos conſulas.

S V M M A R I V M.

1 *Cauſa attenditur in delictis, ita vt illa ceſſante ceſſet etiam præſumptio delicti.*

Et d. cauſa non debet eſſe leuis, ſed magna, & grauis, num. 3.

Et in delictis deliberatis debet eſſe ratiocinatiua, num. 4.

Ita vt ceſſante cauſa delinquendi corruat ipſa confeſſio rei, num. 5.

Ex cauſa verò delinquendi oritur indicium, maximè ſi appareat nullum alium cauſam delinquendi habuiſſe, num 6.

Quæ debet eſſe grauis, & proportionata delicto aliàs ſecùs, num. 7.

Et debet eſſe probata in ſpecie, non autem in genere, num 8.

Et non facit indicium, niſi aliud concurrat adminiculum, n. 9.

2 *Nemo præſumitur delinquere ſinè cauſa.*

R E S O L V T I O V.

Cauſa an attendatur in delictis, ita ut illa ceſſante ceſſet etiam præſumptio delicti.

1 IN delictis attenditur cauſa, quæ eſt fundamentum criminis, ita vt ſi illa ceſſet, ceſſant etiam indicia, & præſumptiones delicti, vt tradunt *Crauet. conſ. 6. num. 22. Vulpel. conſ 99. num. 1. Farinac. conſ. 50. ſub num. 34. & conſ. 62. num. 6. in fin. lib. 1. & conſ 192. in princ. lib. 2. & de indic. & tortu. quaſt. 50. num. 31. & quaſt. 52 num. 150.* vbi dicit, quod hæc præſumptio pro innocenti rei eſt fortiſſima, *Guazzin. defen. 28. cap. 1. num. 6. & defen. 32. cap. 3. in princ. Vermigliol. conſ. 15. num. 6. & conſ. 25. num. 2. & conſ. 33. num. 17. & conſ. 35. nu. 15. & ſeq. Caluin. de æquit. lib. 2. cap. 132. num. 20. & ſeq. Cabal. de omn. gener. homic. num. 294. & Ciriac. contr. 485. num. 1.*

2 Nemo enim præſumitur delinquere ſinè cauſa, & velle ſe, & bona ſua periculo confiſcationis expónere, vt not. *Menoch. de præſump. lib. 1. quaſt. 17. per tot, Farinac. de indic. & tortur. d. quaſt. 50. nu. 31. Guazzin. defen. 28. cap. 1. num. 6. Caluin. d. cap. 132. n. 20. & Vermigl. d. conſ. 35. n. 15.* & *conſ. 46. n. 6.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt non ſolum requiratur cauſa, vt oriatur præſumptio delicti contra inquiſitum, ſed etiam requiritur, quod d. cauſa non ſit leuis, vel debilis, ſed debet eſſe magna, & proportionata, & correſpondens grauitati delicti, de quo agitur ita vt illa etiam ceſſante ceſſet præſumptio delicti, vt docent *Bertaz. conſ. 192. nu. 16. lib. 1. & Decian. conſ. 4. num. 52. lib. 3.* quos refert, & ſequitur *Guazzin. d. defen. 28. cap. 1. num. 7.* & tradunt etiam *Farinac. de indic. et tort. d. quaſt. 52. num. 1. 2. Giurb. conſ. 97. num. 6. Ciriac. contr. 131. num. 35. et contr. 485. num. 2. et Vermigl. conſ. 13. num. 11. et conſ. 15. num. 15. et conſ. 20. num. 20. et conſ 36. num. 4.* vbi loquitur quo ad effectum torturæ, *et conſ. 46. num. 7.* & alibi paſſim.

4 Subamplia d. primam ampliationem, vt quicquid ſit in delictis commiſſis non deliberatè, ſed ex impetu, in commiſſis autem delibеratè cauſa eſſet debeat non impulſiua, ſed eſſe etiam debeat ratiocinatiua, vt poſt *Caſon. de indic. tract. 2. cap. 2. num. 1. & ſeq. & cap. 3. num. 3 Blanc. de indic. num. 255. & ſeq. & Farinac. de indic. & tort. d. quaſt. 52. nu. 145. et conſ. 192. in princ. lib. 2.* per eum relatos declarat *Vermigl. conſ 15. num. 5. & 6. et conſ. 20. nu. 20. et 21. et conſ. 46. num. 7. et conſ. 60. n. 5.*

5 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt deficientia cauſæ delicti faciat corruere etiam ipſam confeſſionem rei, quæ facta ſinè cauſa non valet, & confitenti non præiudicat, vt adnotarunt *Foller. in pract. in verb. Et ſi confitebuntur par. 1 num. 45. Maſcar. de prob. concl. 345. num. 39. lib. 1.* alios adducens ita ſentientes, & latè comprobat *Farinacc. de reo confeſ. et conui. quaſt. 81. num. 40.* vbi teſtatur de communi Doctorum opinione, *Guazzi. defenſ. 32. cap. 3. per tot.* vbi ex *Cartar. et Ambroſ.* per eum relatis docet ideo Iudices, vt reum confitentem delictum interrogent de cauſa, ob quam moti fuerunt ad delinquendum, vt ibi per eum, cum quo pertranſit *Vermigl. conſ. 15. nu. 7. & conſ. 30. nu. 2. et conſ. 35. num. 15. et conſ. 46. n. 7. et conſ. 60. num. 5.*

6 Amplia tertiò d. concluſionem è contra, vt ex cauſa delinquendi oriatur indicium præcipuè quãdo apparet, nullum aliam cauſam delinquendi habuiſſe, cum qui cauſam delinquendi habuit is deliquiſſe, præſumatur, vt ſcripſerunt *Caſon. de indic. et tort. tract. 2. cap. 1. num. 2. et ſeq. et cap. 3. nu. 1. et ſeq. Peguer. deciſ. 17. num. 8. Farinac. de indic. et tortu. quaſt. 52. num. 147. et ſeq.* vbi duobus modis ſubampliat hanc tertiam ampliationem, *et conſ. 50. ſub num. 34. lib. 1. et conſ. 127. num. 13. et conſ. 192. num. 1. lib. 2. et Vermigl. conſ. 25. in prin.*

7 Declara primò d. tertiam ampliationem quod, vt cauſa delicti faciat indicium contra inquiſitum illa debeat eſſe grauis, veriſimilis, & proportionata delicto, alias ſecùs, vt poſt *Caſon. Maſcar. Vulpell. et Hond.* per eum relatos declarat *Farinac. de indic. et tort. d. quaſt. 52. num. 152. et conſ. 151. num. 10. et ſeq. et d. conſ. 192. nu. 2. lib. 2.* & tradunt omnes Doctores adducti ſupra *in 1. ampliatione num. 3.*

8 Declara

8 Declara ſecundò d. tertiam ampliationem, vt cauſa prædiƈta delinquendi, vt operetur debeat eſſe probata in ſpecie in proceſſu, non autem in genere, vt not. *Caſon. de indic. tract. 2. cap. 2 num. 5. & 6. Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 52. nu. 151.* vbi dicit, teſtes probantes d. cauſam in genere illam non probare, vt ibi per eum. *& conſ. 192. num. 3. lib. 2. Menoch. de præſump. lib. 5. præſum. 43. num. 1. & ſeq. & Decian. tractat. crimin. lib. 3. cap. 25. num. 30.*

9 Declara tertiò d. tertiam ampliationem, vt indicium deſumptum ex cauſa deliƈti vti remotum non ſufficiat ad torquendum reum, niſi concurrant alia adminicula, vt ſentit *Honded. conſ. 96. num. 68. lib. 1.* & declarat *Farinac. de indic. & tortur. d. quæſt. 52. num. 153.*

A D D I T I O.

N. 6. VBi habetur, quod cauſa delinquendi, vt faciat inditium contra reum debet eſſe grauis, veriſimilis, & proportionata deliƈto adde *Farinac. conſ. 221. num. 28. lib. 3.*

S V M M A R I V M.

1 *Deliƈtum iam commiſſum vt puniri valeat nemo reuelare tenetur.*

Neque deliƈtum committendum, n. 2.

Declara, vt non habeat locum in filijs, ſeruis, vaſſallis, & vt num. 3.

Fallit concluſio fauore fidei, pro qua quis tenetur denunciare hæreticos, n. 4.

Et in crimine læſæ Maieſtatis, num. 5.

Licet aliqui contrarium teneant, num. 6.

Et fallit ſtantibus bannimentis id præcipientibus, num. 7.

Quo non habeat locum in caſibus, de quibus ibi, num. 8. 9. & 10.

11 *Deliƈtum vt quis teneatur reuelare debet conſtare de ſcientia deliƈti.*

R E S O L V T I O VI.

Deliƈtum commiſſum an quis reuelare teneatur.

1 DElictum iam commiſſum per aliquẽ, puta furtum, homicidium, vel aliud deliƈtum ad hoc, vt puniri debeat nemo tenetur reuelare, ad tex. *in l. 4. §. ſi tibi, & ibi Iaſ. in princ. ff. de condit. ob turp. cauſ.* & tradunt *Ang. de maleſ. in verb. & veſtem celeſtem num. 22. Bert. conſ. 107. num. 10. lib. 1. & conſ. 343. nu. 1. & ſeq. lib. 2. Bonaco. in comm. opin. crim. par. 2. in verb. Iudicare malefactorem,* vbi teſtatur de magis communi opinione quem refert, & ſequitur *Farin. de indic. & tort. quæſt. 51. n. 12. & ſeq.* vbi plures reijcit limitationes, quæ ad d. concluſionem per Doƈtores afferuntur, vt ibi per eum; *Coſta de ſcien. & ignor. inſpec. 68. num. 4. Menoch. de arbitr. caſu 355. num. 2. Guaz. def. 18. cap. 1. nu. 11. Giurb. conſ. 22. num. 23.* plenè *Criſpol. caſu milit. 23. num. 14. & ſeq.*

Regula enim eſt ſatis trita, quod nemo delinquentem denunciare tenetur *d. l. 4. §. ſi tibi ff de cond. ob turp. cauſ. & ibi Iaſ. in princ.* & late comprobat *Criſpol. d. caſu 23. num. 14. & ſeq.* vbi quamplures refert Hiſtoricorum authoritates.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam quo ad deliƈtum committendum, quod nemo tenetur reuelare, vt docent *Bart. Bal. Iaſ. & Dec. in leg. vt vim 3. ff. de iuſt. & iur. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 3. nu. 4. ver. Regulariter autem &c. Clar. in pract. § fin. quæſt. 87. ver. & in primis quæro &c. Menoch. de arb. caſu 355. num. 7.* latè *Farin. de indic. & tort. quæſt. 51. num. 7.* vbi quamplures adducit ita ſentientes etiam de communi opinione atteſtantes *Coſta de ſcien. & ignor. inſpect. 68. num. 1 Giurb. conſ. 22. num. 23. & Vermigl. conſ. 326. in fin. Illuſtr. Sperel. deciſ. 108. num. 21. par. 2.*

3 Limita d. primam ampliationem, vt non habeat locum in filijs, ſeruis, vaſſallis, qui ſciunt deliƈtum committendum in patrem, vel dominum, & illud non reuelant, quia veniunt puniendi ad tex. *in l. 2. ff. ad leg. Pomp. de parric. & in l. cum dominus 19 ff. ad Silan.* cum alijs latè relatis *per Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 51. nu. 25. & plur. ſeq.* vbi hanc limitationem extendit ad filium emancipatum, ad filium ſpiritualem, ad fratrem & alios coniunƈtos vſque ad quartum gradum, ad vxorem, & alios, *Coſta de ſcien. & ignor. inſpect. 68. n. 7. & ſeq.* ipſos Conſulas, cum agrum noſtrum aliena ſegete fertiliorem reddere non deceat.

4 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum fauore fidei Catholicæ cuius reſpeƈtu quilibet tenetur denunciare hæreticos, & de hæreſi ſuſpeƈtos, vt not. *Decian. tract. crim. lib. 5. cap. 30. num. 7 Farinac. de hæreſi quæſt. 197. num. 35. P. Sanch. in præc. Decal. lib. 2. cap. 32. in fin. Carey. de offic. S. Inquiſ. par. 2. tit. 9. num. 1. & ſeq. Coſta d. inſpect. 68. n. 7. P Sanƈtarel. de hæreſi cap. 9. dubit. vnic. num. 1.* & latiſſimè comprobat *Didac. Traſmie. de oblig. denun. quæſt. 2. cap. 2. per tot.* vbi innumeros ferè adducit concordantes, & dicit hoc habere locum ex diſpoſitione iuris canonici, ex Bullis Pontificijs, imò etiam de iure naturæ, & Diuino, & ſub pœna peccati mortalis, vt ibi per eum.

5 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando agitur de crimine læſæ Maieſtatis, quia habens de illo ſcientiam tenetur illud reuelare aliàs punitur, vt adnotarunt originaliter *Bar. in l. vtrum 6. ſub num. 3. ff. ad leg. Pomp. de parric. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3 cap. 3. ſub num. 4. & cap. 2. nu. 8. verſ. Tertio limita &c. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 87 verſ. punctus eſt etc. Oſaſch. deciſ. Pedem. 80. num. 1. et num. 4 in fin. Rol. conſ. 88. num. 1. et ſeq. lib. 2. Coſta d. inſpect. 68. num. 7. Decian tract. crim. lib. 7. cap. 17 num. 34. et cap. 30. num. 4. et cap. 32. num. 50. et cap. 34 num. 45.* vbi teſtatur de communi, & veriori opinione, *et num. 27.* plenè *Farinac. de indic. et tor. d. quæſt. 51. n. 69. et plur. ſeq.* vbi hanc materiam latè

per plures ampliationes, & limitationes pertractat, & teſtatur de magis communi opinioni illum adeas, cum noluerim omnia hic breuitatis ſtudio referre, cum quibus pertranſit *Vermigl. conſ. 326. num. 5. Sperell. d. deciſ. 108. num. 21.*

6 Quicquid contrarium tenuerint Doctores relati per *Plaz. in epito. dilictor. cap. 28. ſub num. 30.* per *Clar. in d. quaſt. 87. ver. punctus eſt &c.* & per *Farin. in d. quaſt. 51. num. 70.* contra quos adeſt verior, & magis communis opinio Doctorum, de qua ſupra.

7 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum ſtantibus bannimentis Præſidum præcipientibus ſub pœna, quod quis debeat reuelare malefactorem, quia d. bannimenta ſunt valida ob publicam vtilitatem, & non reuelantes incidunt in pœnas eis comminatas, vt voluerunt *Clar. in pract. §. fin. quaſt. 87. ver. aliquando etiam, Bertaz. d. conſ. 107. lib. 1. & d. conſ. 343. per tot. lib. 2.* quem vna cũ alijs refert, & ſequitur *Farinac. de indit. & tortu. d. quaſt. 51. num. 19.* vbi dicit, ita communiter practicari, latè *Guazzi. defen. 18. cap. 1. num. 1. & ſeq.* benè *Criſpol. caſu milit. 23. num. 1. & ſeq.* & monitoria decerni poſſe ad effectum reuelandi fures, latè probat *Lazar. de monit. ſect. 1. quaſt. 14. nu. 1. & ſeq.* & edicta Inquiſitorum mandantia reuelari hæreticos, & de hæreſi ſuſpectos eſſe valida, & omnes ligare latè comprobat *Didac. Traſmie. de oblig. denun. quaſt. 2. cap. 4. per tot.*

8 Subamplia primò d. tertiam limitationem, vt non habeat locum, quando d. bannimenta edita ſunt à Præſidibus ſub pœna mortis, & confiſcationis bonorum, quia tunc illa non dicuntur valida, vt poſt *Rimi. Iun. conſ. 327. n. 6. & ſeq. lib. 3. & Bertaz d. conſ 107. lib. 1. & d. conſ. 343. lib. 2.* per eum relatos ſcribit *Guazzi. d. defen. 18. cap. 1. nu. 5. & 6.* vbi ex *Farinac. conſ. 58. num. 9. lib. 1.* dicit, d. bannimenta fieri non poſſe per Prætores locorum, vt ibi per eum.

9 Sublimita ſecundò d. tertiam limitationem, vt non habeat locum in eo, qui habet ſcientiam criminis ab alio commiſſi ſub ſecreto, & cum promiſſione illud non reuelandi, quia ipſe non tenetur vigore d. bannimentorum reuelare crimen, cum ius ſeruandi ſecretum ſit de iure naturali, contra quod nihil præcipi poteſt, vt tradunt *Boich. Card. Anan. Soci. Rimi. Iun. Bertaz. Clar. & Baiar.* in locis relatis per *Criſpol in d. caſu milit. 23. n. 22.* qui hanc ſublimitationem ſequitur, & latè comprobat, niſi crimen ſit tale, ad quod ſecreto ſeruandum obligati non poſſit, vt eſt crimen læſæ Maieſtatis, & delictum committendum, vt ibi per eum, & poſt *Gandan. Nauar. Silueſt. Sotum, Cordub. Neniza. Franc. Marc. Coſt. Capoll. Tboloſ. Ant. Sola, & D. Thoman.* per eum relatos firmat *Lazari. de monit. ſect. 2. quaſt. 16. nu. 1. & ſeq.* vbi loquitur in terminis monitorij, & latè proſequitur, vt ibi per eum.

10 Licèt contrariũ tenuerint *Menoch. de arbitr. caſu 355. nu. 4. & caſu 537. n. 36. & Farin. de indic. & tortu. quaſt. 51. nu. 22.* vbi alios dat concordantes.

11 Declara limitationes ſupradict. in quibus dixi, quem teneri ad reuelandum delicta, vt habeant locum, dummodo conſtet, debentem reuelare habere ſcientiam, & notitiam de delicto commiſſo, vel committendo, & non aliter, cum in dubio præſumatur ignorantia, non autem ſcientia de illo ad tex. in *l. verius 21. ff. de prob.* & tradunt in his terminis *Caph. conſ. 75. num. 28. & conſ. 76. n. 60. lib. 1. Oſaſcb. deciſ. Pedem 138. num. 24. & 28. & Farin. de iudic. et tortu. d. quaſt. 51. nu. 61. et ſeq.* vbi dicit non ſufficere quamlibet ſcientiam, ſed illam eſſe debere probabilem, & veriſimilem, & alias affert ad prædicta declarationes.

ADDITIO.

N. 3. VBi habetur, quod ſerui, filij, & vaſſalli non reuelantes delictum committendum contra pactum, & dominum puniuntur adde *Vermi. conſ. 23. n. 17. & ſeq.*

N. 8. Vbi habetur, quod quis non tenetur reuelare delictum etiam ſtante banno id præcipiente ſi ſit factum ſub pæna vitæ, & confiſcationis bonorum adde in quibus terminis intelligo *Sciaio. in prax. torq. reos cap. 14. num. 65.* negantem d. bannum valere.

SVMMARIVM.

1 *Delictum extinguntur per præſcriptionem viginti annorum.*

Tàm ſi Iudex procedat ad querelam partis, quàm per inquiſitionem. num. 3

Etiam in delictis occultis. num. 4.

Licèt contrariũ tenuerint aliqui Doctores. n. 5.

Ita vt neque parti, neque fiſco detur reſtitutio contra d. præſcriptionem. num. 6.

Quæ præſumptio habet locum etiamſi reus fuerit confeſſus delictum. num. 7.

Et poteſt opponi quandocunque. num. 8.

Si tamen illa non ſit oppoſita per reum, iudicium tenet. num. 9.

Contrarium tamen, quod iudicium ſit nullum, etiam præſcriptione non oppoſita vti verius tenent Doctores. num. 10.

Concluſio ſupradicta non habet locum in crimine hæreſis, et alijs, vt num. 12.

Neque in crimine adulterij, inceſtus, & alijs, qui præſcribuntur quinquennio. num. 13.

Niſi tamen ſtuprum ſit commiſſum cum vi, quod quinquennio non præſcribitur. num. 14.

Neque adulterium cum inceſtu, quod quinquennio non præſcribitur. num. 15.

Si tamen reus ſit condemnatus ante præſcriptionem nulla intrat præſcriptio. num. 17.

Quæ interrumpitur etiam per accuſationem, vel inquiſitionem etiam ſine citatione. nu. 18.

Contrarium tamen citationem require tenent plures Doctores. num. 19.

2 *Accuſandi ius regulariter præſcribitur ſpatio viginti annorum.*

11 *Statutum poteſt inducere præſcriptionem delictorum minori ſpatio viginti annorum.*

16 *Iniuriarum crimen præſcribitur per annum tantũ.*

20 *Confiſcatio bonorum per quantum tempus præſcribatur, remiſſiuè.*

RESO-

RESOLVTIO VII.

Delicta quando extinguantur per præſcriptionem.

1 Elicta extinguuntur per præſcriptionem viginti annorum, quibus elapſis delinquens non poteſt amplius moleſtari ad tex. *in l.quarela 12. & ibi not. gloſ. & Doctor. C. ad leg. Corn. de falſ.* & tradunt *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 51. num. 1. & ſeq.* vbi alios dat concordantes, & dicit, quod in hoc omnes conueniunt *Farinac. de inquiſ. quæſt. 1. num. 68. & quæſt. 10. in princ.* vbi pariter alios affert ita ſentientes, & dicit ab hac opinione vti practicata, & communi non eſſe recedendum, *& conſ. 80. num. 18. lib. 1. Cabal. reſol. crim. caſu 93. num. 34. & 35. cent. 1.* plenè *Guazz. defen. 2. cap. 2. in princ. Caren. de offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 9. num. 17. Cartar. de execut. ſent. capt. bannit. cap. fin. num. 315.* vbi dicit, hanc concluſionem eſſe communem, & in iudicio practicatam tam in reo præſente, quàm in abſente, *Vermigliol. conſ. 125. num. 10.* qui alios dat concordantes, *Vrſel. in exam. apum concl. 59. littera A. num. 76. & Antonel. de tempor. legal. lib. 2. cap. 82. in princ.* vbi plenè.

2 In criminalibus enim ius accuſandi regulariter ſpatio viginti annorum præſcribitur *d. l. quarela 12 C. ad l. Cornel. de falſit.* & vltra Doctores ſupra adductos not. *Theſaur. deciſ. 208. in fin.* & adnotauerat prius *deciſ. 76. num. 3. Peregr. de iure fiſc. lib. 6. tit. 8. num. 43. Theſaur. d. deciſ. 208. num. 1. & Iorda. Lucubr. diuer. lib. 14. tit. 24. de præſcr. num. 357. & ſeq.* quem referendo ſequitur *Antonell. de tempor. legal. d. cap. 82. in princ.* ſine ſpe reſtitutionis in integrum, vt dicam infra *num. 6.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum ſiue Iudex procedat ad quærelam partis, ſiuè per inquiſitionem, & ex officio, quia per lapſum viginti annorum non tam ius accuſandi, quam inquirendi remanet præſcriptum, vt ſcripſerunt *Boſſ. in pract. in tit. quem. proce. per act. in delict. num. 17. & in tit. de accuſat. num. 32. Clar. in pract. d. quæſt. 51 verſ. & hæc concluſio &c. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 1. num. 6. Peregr. de iure fiſc. lib. 6. tit. 8. num. 33. Decian. tract. crim. lib. 3. cap. 37. num. 1. & 2. Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 10. num. 3.* vbi alios adducit concordantes, & benè comprobat, & hoc extendit etiam ad crimen falſi, vt ibi per eum, *Cabal. d. caſu 93. num. 35.* cum quibus pertranſeunt *Guazz. d. defen. 2. cap. 2. num. 2. & ſeq.* vbi alios dat concordantes, *& Vermigl. d. conſ. 125. num. 10. & Antonel. de temp. legal. d. cap. 82. poſt princ.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in delictis occultis, cum d. tempus viginti annorum currat a die delicti, non autem a die ſcientiæ accuſatoris, vel Fiſci, vt voluerunt *Ancar. quæſt. famil. 49. num. 10. & ſeq. lib. 2. Clar. in pract. d. quæſt. 51. verſ. ſed quæro &c.* vbi teſtatur de magis communi opinione *Caual. in ſpec. commu. contra comm. quæſt. 676. num. 1. verſ. ſed contrarium &c.* vbi pariter dicit, hanc eſſe magis communem Doctorum ſententiam, quam amplectuntur etiam *Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 10. n. 12.* vbi dicit, a d. magis communi Doct. opinione non eſſe recedendum niſi delictum eſſet ita occultum, vt per quamcumque diligentem inueſtigationem de illo notitia haberi non poſſit, vt ibi per eum, *Cabal. reſol. crim. caſu 6. in prin.* vbi teſtatur de magis communi opinione, & alios cumulat ita ſentientes *Theſ. d. dec. 208. num. 4. in fin. Adden. ad Farin. conſ. 7. litt. B. lib. 1.* plenè *Guazz. defen. 2. cap. 2. num. 38. & ſeq.* vbi quampluribus relatis concordantibus dicit, ab hac opinione in practica non eſſe recedendum *Vermi. d. conſ. 125. n. 10. & Antonel. de tem. leg. d. c. 82. n. 3.*

5 Quicquid contrarium tenuerint *Boer. deciſ. 26. n. 16. Natt. conſ. 225. num. 2. Gail. pract. obſer. lib. 2. obſeru. 105. n. 5.* & alij relati per *Guazzin. d. def. 2. cap. 2. num. 40.* contra quos inuehit *Farin. d. quæſt. 10. n. 12.* & adeſt magis communis opinio, de qua ſupra.

6 Subamplia d. ſecundam ampliationem, adeò eſſe veram, vt neque pars, neque fiſcus poſſit petere reſtitutionem in integrum contra d. præſcriptionem, vt tenuerunt *Thob. Non. conſ. 105. num. 2. Ant. Gom. var. reſol. tom. 3. cap. 1. num. 6. Baiar. ad Clar. in §. fin. quæſt. 51. num. 15. Farin. de inquiſ. d. quæſt. 10. num. 11 circa medium.* plenè *Odd. de reſt. in integ. par. 2. qu. 89. num. 20. & ſeq.* vbi hanc ſubampliationem ampliat, & limitat *Adden. ad Farin. conſ. 7. litt. B. lib. 1. Guaz. d. def. 2. cap. 2. num. 44. verſ. nec poterit &c.*

7 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum etiam ſi reus delictum fuerit confeſſus, quia adhuc non poteſt moleſtari poſt d. tempus viginti annorum, etiam ſi delictum ſit notorium, vt not. *Decian. tract. crim. lib. 3. cap. 37. num. 5. Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 10. num. 14.* vbi alios adducit concordantes, & teſtatur de communi opinione, & ab ea dicit non eſſe recedendum, & contrarium tenentes refellit, *Maſcar. de probat. concl. 352. num. 5. & concluſ. 356. num. 1. lib. 1. Cartar. de execut. ſenten. capt. bannit. cap. fin. num. 315. verſ. Quamuis,* vbi alios dat concordantes quamplures, *Guazzin. d. defen. 2. cap. 2. num. 6. & num. 17.* vbi dicit, hanc opinionem habere locum etiam in confeſſione ficta reſultante ex contumacia, vt ibi per eum, & ita fuiſſe ſeruatum per Senatum Pedemontanum dicit *Theſ. d. deciſ. 208. num. 4.* licèt ipſe contrarium ſenſerit, addo *Vrſel. idem tenentem in exam. apum concl. 26. num 32. & Antonel. in dict. cap. 82. num. 5. in fin.*

8 Amplia quartò d. concluſionem, vt dicta exceptio præſcriptionis valeat opponi quandocumque non ſolùm poſt litem conteſtatam, ſed etiam poſt ſententiam ad impediendam illius executionem, etiam ſtante condemnatione ſequuta in contumaciam, vt docent *Baiar. ad Clar. in d. quæſt. 51. num. 6. Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 10. num. 35. Cartar. de execut. ſent. capt. bannit. cap. fin. nu. 315. verſ. Quamuis &c. Guazzin. d. defen. 2. cap. 2. num. 10. & 11.* alios adducens ita ſentientes, *& num. 70.*

9 Declara d. quartam ampliationem, quod licèt d. exceptio præſcriptionis poſſit opponi in iudicio

quandocumque ſi tamen illa non ſit oppoſita per reum iudicium tenet, vt voluerunt *Bald. in d. l. querela 12. num. 3. C. ad l. Cornel. de falſ. Foller. in pract. in verb. Fori iudicentur, num. 23. Boſſ. in pract. in tit. quom. proced. per actio. in delict. nu. 23. Balb. de praeſcrip. in 4. par. 4. par. princ. quaeſt. 2. num. 9. in fin. Baier. ad Clar. §. fin. quaeſt. 51. num. 7. Farinac. de inquiſ. d. quaeſt. 10. num. 35.* alios adducens concordantes, & ſequitur *Guazzin. d. defen. 2. cap. 2. nu. 70*

10 Contrariam tamen opinionem, imò iudicium eſſe nullum etiamſi exceptio praeſcriptionis non ſit oppoſita, cum in criminalibus accuſatio, & inquiſitio ceſſent ipſo iure poſt viginti annos voluerunt *Marſil. conſ. 46. num. 20. & ſeq.* vbi adducit bonas rationes *Decian. tract. crim. lib. 3. cap. 37. num. 4. Theſaur. d. deciſ. 208. num. 4.* vbi hanc contrariam opinionem benè comprobat, & dicit, ita ſeruari in illo Senatu Pedemontano, & reprehendit aliquos contrarium tenentes, cum quibus videtur pertranſire *Guazz.* ſibi contrarius *d. defen. 2. cap. 2. num. 15.* vbi dicit hanc contrariam opinionem eò magis eſſe veram, quando fuit in iudicio oppoſitum nullum ius, nullamque actionem actori competere, aut ſi Statutum vtatur verbis, actor non audiatur &c. vt ibi per eum, & ita ſentit etiam *Cartar. de execut. ſent. capt. bannit. d. cap. fin. num. 315. ver. Quamuis ea ratio &c.* & hanc contrariam opinionem videri veriorem dicit *Antonell. de tempor. legal. d. cap. 82. num. 2. in fin.*

11 Amplia quintò d. concluſionem, vt etiam per Statutum induci poſſit, quod delicta minori tempore praeſcribantur quam de iure communi, & talia Statuta valeant, vt tradunt *Ancar. quaeſt. famil. 49. nu. 8. & ſeq. par. 2. Farinac. de inquiſ. d. quaeſt. 10. num. 25.* vbi alios adducit ita ſentientes, *Cabal. reſol. crim. caſu 5. per tot. cent. 1. Cartar. de execut. ſent. capt. bannit. cap. fin. num. 315. verſ. Quamuis ea &c. & Guazzin. d. defen. 2. cap. 2. num. 26. & plurib. ſeq.* vbi hanc ampliationem latè declarat, quando habeat locum, vide ibi per eum.

12 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in crimine haereſis, aſſaſſinij falſae monetae, parricidij, laeſae Maieſtatis, ſimoniae, pactus ſuppoſiti, concuſſionis, apoſtatatus, & ſodomiae, in quibus ob delicti grauitatem nulla currit praeſcriptio, ſed rei perpetuo de criminibus praedictis inquiri poſſunt, & puniri, vt declarant *Decian. tract. crim. lib. 3. cap. 37. num. 9. Cartar. de execut. ſenten. capt. bann. cap. fin. ſub num. 315. Baiar. ad Clar. §. fin. quaeſt. 60. num. 108.* vbi ex *Marſil.* hanc limitationem extendit ad omnia delicta excepta, latèque proſequitur *Farinac. de inquiſ. d. quaeſt. 19. num. 29. & ſeq. & num. 90.* prout facit *Guazzin. d. defen. 2. cap. 2. num. 74. & plur. ſeq.* benè comprobans. *Care. de off. S. Inquiſ. par. 3. tit. 9. num. 18. & Antonel de temp. legal. d. cap. 82. num. 6. & ſeq.* vbi dicit, quod licèt in dictis delictis atrocioribus accuſatio ſemper duret, poena tamen diminuitur ob diuturnitatem temporis, vt ibi per eum.

13 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in crimine adulterij, ſtupri, inceſtus, lenocinij, & in alijs delictis, quae per leg. Iul. de adult. puniuntur, quia illorum actio, & accuſatio minori tempore viginti annorum tollitur, & praeſcribitur, nempe per quinquennium *l. mariti 29. §. ſex menſium, & §. quinquennium, & ibi not. Doct. ff. ad leg. Iul. de adult. Clar. in pract. in §. adulterium verſ. vnum tamen &c. Foller. in pract. in ver. foriudicentur num. 19. Decian. tract. crim. lib. 3. cap. 37. num. 6 Farinac. de inquiſ. d. quaeſt. 10. num. 15.* vbi alios dat concordantes, & teſtatur de communi opinione, *et conſ. 80. num. 18. lib. 1. Guazzin. d. defen. 2. cap. 2. num. 45. et ſeq.* vbi alios adducit ita ſentientes, & teſtatur de communi opinione dicens, crimen fornicationis praeſcribi ſpatio trium annorum, vt ibi per eum, *Vermigl. conſ. 393. num. 9. Vrſell. in exam. apum concl. 59. num. 76. littera A.* latè *Antonel. de temp. legal. d. cap. 82. num. 10. et ſeq.* vbi dicit, adulterium quo ad vxorem praeſcribi per ſex menſes, & diſſerit, quando tempus incipiat currere, an a primo, vel vltimo actu adulterij, & ſimilibus, vide ibi per eum.

14 Sublimita primò d. ſecundam limitationem, vt habeat locum in ſtupro commiſſo ſinè vi, quia, ſi vis adfuerit, nulla intrat praeſcriptio, vt not. *Boer. d. deciſ. 26. num. 14. Foller. in pract. in d. verbo foriudicentur num. 19.* vbi loquitur in adulterio commiſſo per vim, *Farinac.* alios adducens ita ſentientes *de inquiſ. d. quaeſt. 10. num. 18. et Guazzin. d. defen. 2. cap. 2. nu. 51.* addo *Antonel. d. cap. 82. num. 17.*

15 Sublimita ſecundò d. ſecundam limitationem, vt habeat locum in delicto adulterij ſolo, vel in inceſtu ſolo, ſecùs tamen eſt, ſi committatur, inceſtus cum adulterio, vel adulterium cum inceſtu, quia tunc non praeſcribitur, niſi ſpatio viginti annorum, cum in mixtis magis perpetuum trahat ad ſe minus perpetuum *l. vim paſſam. 39. §. praeſcriptione, ff. ad leg. Iul. de adult.* & tradunt *Foller. in pract. in d. verb. foriudicentur, num. 19. Farinac. de inquiſ. d. quaeſt. 10. num. 19. Decian. tract. crim. lib. 3. cap 37. n. 22. Guazzin. d. defen. 2. cap. 2. num. 46. et ſeq.* vbi dicit, contra vxorem praeſcribi adulterium per curſum ſex menſium, & quod exceptio adulterij eſt perpetua, quando opponitur per viam exceptionis, vt ibi per eum, cum quibus pertranſit etiam *Vrſell. d. concl. 59. num. 77. littera A. Clar. in pract. §. adulterium in fin. & Antonell. de temp. legal. d. cap. 82. num. 17.* quorum aliqui licèt dicant, d. crimina mixta effici perpetua, intelliguntur tamen vſque ad viginti annos, vt declarat *Boer. deciſ. 26. num 12 & ſeq.* aliàs malè dicerent, prout facit *Antonel. d. cap. 82. num. 17.* cuius dictum quo ad ſodomiam, & fortè raptum tantùm ſuſtineri poſſe crederem.

16 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum in crimine iniuriarum, quia illud tollitur, & praeſcribitur, per annum tantùm ad tex. in *l. ſi non conuicij 5. C. de iniur.* & tradunt *Clar. in pract. §. iniuria ver. tollitur autem &c. Decian. tract. crim. lib. 3. cap. 37. num. 12. Farin. de inquiſ. d. quaeſt. 10. n. 21.* vbi alios refert ita ſentientes, & teſtatur de communi opinione, *Fachin. contr. iur. lib. 9. cap. 7.* plenè *Guazz. defenſ. 2. cap. 2. num. 54. et ſequen.*

vbi

vbi dicit, hoc eſſe verum in actione iniuriarum prætoria, non in ciuili, & d. annum non eſſe vtilem, ſed continuum a die illatæ iniuriæ præterquã in iniuria illata per metum, & contrarias refert opiniones, & benè declarat *Vrſell. in exam. apum concl. 40. num. 39. litt. A. & Antonel. de temp. legal. d. cap. 82. num. 29. & ſeq.*

17 Limita poſtremò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando reus fuit condemnatus ante præſcriptionem completam, quia tunc præſcriptio dicitur ita interrupta, vt non ſit locus amplius præſcriptioni, & neque à die condemnationis præſcriptio recurrere incipiat, ſed ſententia contra reum quandocumque in fortijs Curiæ peruenerit, exequenda ſit etiam poſt triginta annos, vt ſcripſerunt *Foller. in pract. in verb. Captus forindicatus num. 7. Baiar. ad Clar. in §. fin. quæſt. 51. num. 2. Cartar. de exequt. ſent. capt. bannit. cap. fin. num. 313. & ſeq. Theſ. deciſ. Pedem. 76. num. 4. Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 10. num. 28. verſ. amplia &c. Cabal. reſol. crim. caſ. 293. num. 3. & ſeq. cent. 3. Guaz. defen. 2. cap. 2. num. 88.* vbi alios dat concordantes, *& Antonel. de temp. legal. d. cap. 82. num. 9.*

18 Amplia poſtremam limitationem, vt præſcriptio interrumpatur etiam per accuſationem, ſeù inquiſitionem formatam ante illam completam etiam ſinè citatione, ita vt illa inchoari poſtea debeat a die interrumptionis, non autem a die commiſſi delicti, vt voluit *Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 10. num. 28.* vbi alios dat concordantes quamplures.

19 Contrariam tamen opinionem, imo ſolam accuſationem, vel inquiſitionem non ſufficere ad interrumpendam præſcriptionem abſque citatione rei, tenent *Gabr. comm. concl. de citat. concluſ. 7. n. 373. Baiar. ad Clar. d. quæſt. 51. num. 5. & Guazzin. d. defen. 2. cap. 2. numer. 90.* vbi dicit, hanc eſſe magis communem opinionem, & alios dat concordantes.

20 Confiſcatio verò bonorum per quantum tempus præſcribatur, variæ ſunt Doctorum opiniones, volentes aliqui, præſcribi per quinquennium a die condemnationis, alij verò per decem annos, alij per viginti annos, alij verò per triginta, & alij per quadraginta, vt videre eſt per *Farinac. de delict. & pæn. quæſt. 25. num. 158. & plur. ſeq. & in tract. de hæreſi quæſt. 190. §. 9.* vbi nomen refert Doctorum opiniones, per *Fachin. contr. iur. lib. 9. cap. 54. per tot. per Guazzin. defen. 8. cap. 1. num. 6. & de confiſ. bonor. concl. 19. per tot. per Maſſin. de conf. bon. quæſt. 4. num. 46. & ſeq. per Capic. Galeot. contr. 33. num. 26. lib. 2. & per Antonel. de temp. legal. d. cap. 82. num. 33. & ſeq.* ipſos conſulas.

A D D I T I O.

N. 1. VBi habetur, quod delicta tolluntur præſcriptione 20. annorum adde *Zuffi. de legit. proc. crim. quæſt. 93. num. 19. & ſeq.* qui *num. 27. & ſeq.* ampliat, hoc procedere ſiuè procedatur per accuſationem, ſiuè per inquiſitionem, vt habetur hic *num. 3.*

N. 4. Vbi habetur, quod præſcriptio aufert facultatem procedendi contra delinquentem etiam ſi delictum ſit occultum adde *Zuffi. in d. quæſt. 93. num. 25.* niſi delictum fuerit ita occultum, vt per quamcumquè diligentiam illud detegi non potuerit, vt habetur etiam hic *num. 4.*

N. 7. Vbi habetur, quod poſt præſcriptionem completam nequè nocet reo confeſſio delicti adde *Cartar. de execut. ſent. capt. bannit. cap. fin. num. 314. & Zuffi. de legit. proceſſ. crim. d. quæſt. 93. num. 12.*

N. 12. Vbi habetur, quod præſcriptio non operatur in delictis atrociſſimis, de quibus ibi adde *Theſ. deciſ. 208. num. 3. & Zuffi. de legit. proc. crim. d. quæſt. 93. in fin.* vbi vult, illa puniri poſſe præſcriptione non obſtante leuiori tamen pœna.

N. 13. Vbi habetur, quod delicta carnis regulariter præſcribentur quinquennio adde *Zuffi. in dict. quæſt. 93. numer. 20.*

N. 16. Vbi habetur, quod crimen vſurarum tollitur per annum adde *Zuffi. de legit. proceſſ. criminal. dict. quæſt. 93. numer. 22.*

N. 17. Vbi habetur, quod reo condemnato ante præſcriptionem completam reus amplius illa iuuari non poteſt vti interrupta adde *Zuffi. de legit. proc. crim. quæſt. 93. num. 13.* vbi de reo capto poſt lapſum 20. annorum, & *nu. 14.* vbi quid ſi reo capto ſententia reperiatur nulla an poſſit iuuari præſcriptione.

N. 19. Vbi habetur, quod ſola accuſatio, vel inquiſitio ſine citatione rei non interrumpit præſcriptionem adde *Zuffi. de legit. proc. crim. d. quæſt. 93. num. 8. & n. 14. & ſeq.*

S V M M A R I V M.

1 *Glorians ſe de delicto extraiudicialiter puniri debet pæna extraordinaria.*

Itaut Clericus, qui gloriatur de crimine ſit a beneficio ſuſpendendus, num. 3.

Etiam ſi glorians de delicto fuerit de illo abſolutus, num. 4.

2 *Gloriatio de delicto graue peccatum reputatur.*

R E S O L V T I O VIII.

Glorians ſe de delicto extraiudicialiter qua pæna veniat puniendus.

1 JActans, & glorians ſe de delicto extraiudicialiter maximè in iniuriam, ſeù damnum tertij debet ex d. iactatione puniri pœna tamen extraordinaria Iudicis arbitrio, vt tradunt *Bariad. ad Clar. §. fin. quæſt. 55. num. 3. in fin. Menoch. de arbitr. caſu 331. num. 2. & ſeq.* vbi repræhendit *Boer.* contrarium ſentientem *Maſcar. de probat. concl. 498. num. 6. & ſeq. lib. 1. Caball. reſolut. crim. caſu 81. num. 9. & ſeq. cent. 1. Anton. Gomez variar. reſolut. tom. 3. cap. 13. num. 8. in fin.* vbi teſtatur de communi opinione, latè *Farinac. de reo confeſſ. & conuict. quæſt. 82. num. 22. & ſequen.* vbi quamplures adducit Doctorum authoritates, etiam de communi opinione atteſtantes *Guazzin. defen. 32. cap. 9. num. 6. & cap. 33. num. 7. & Anton. de Ball. tractat. crim. lib. 1. quæſt. 14. num. 15.* & dixi etiam ſupra in verb. *Confeſſio, reſ. 12. num. 9.*

2 Gloriatio enim de delicto etiam ſi aliter de eo

non conſtet grauè peccatum reputatur iuxta illud Pſalm. *Quid gloriaris in malitia*, & tradunt *Abb. in cap. quam ſit graue 9. ſub num. 1. & ibi Innoc. in fin. de exceſ. prælat.* vndè nec mirum ſit illa veniat pœna extraordinaria punienda, vt not. Doctor. ſupra in concluſione adducti.

3 Amplia primò d. concluſionem illatiuè, vt Clericus qui de ſuo crimine publicè gloriatur puta de adulterio, & ſimil. veniat ab officio, & beneficio ſuſpendendus *d. c. quam ſit graue 9. & ibi not. glo. Abb. Innoc. & alij Canoniſtæ de exceſſ. prælat.* & vltra eos ſcripſerunt etiã *Menoch. de arb. caſu 332. in prin. & Farinac. de reo confeſ. & conui. d. quæſt. 82. num. 22. & ſeq.* vbi alios dat concordantes, & dicit, ab hac opinione non eſſe recedendum, licèt aliqui voluerint in d. caſu intrare priuationem beneficij, & ſic pœna ordinaria, quos reprobat *Farinac. loc. cit.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locũ etiam ſi iactans, & glorians ſe de delicto extraiudicialiter fuerit de delicto principali abſolutus, puta ſi indicia per torturam purgauerit, vel quia illud non fuiſſe commiſſum oſtenderit, quia adhuc illud eſſe puniendum pœna extraordinaria pro gloriatione, & vanagloria voluerunt *Batar. d. quæſt. 55. n. 3. in fin. Caball.* qui benè hoc declarat *d. caſu 81. nu. 9. & ſeq. Guazzin. d. defen. 32. cap. 33. n. 7. ver. ſi verò &c.* & ita tenuit etiam *Menoch. de arbitrar. d. caſu 331. nu. 4. & ſeq.* vbi repræhendit *Boer.* contrarium ſentientem, licèt *Caball. d. caſu 81. num. 13.* dicat, nunquam vidiſſe aliquem punitum de iactatione delicti extraiudiciali, quando per torturam purgauit indicia, & ideò fuit abſolutus, vt ibi per eum,

SVMMARIVM.

1 *Delictum dicitur commiſſum in Eccleſia ſi exiſtens in ea occidat exiſtentem extra illam, ita vt non gaudeat immunitate.*

Licèt aliqui contrarium teneant, num. 2

Quod procedit etiam in exiſtente extra Eccleſiam, & occidente in Eccleſia, num. 3.

Et in mandante occidi aliquem extra Eccleſiam, num. 4.

Contrarium tenent aliqui Doctores, num. 5.

Prædicta non habent locum in exonerante archibuſium in oſtio Eccleſiæ, num. 6.

Licèt contrarium teneat Farinac. relatus, n. 7

RESOLVTIO IX.

Delictum an dicatur commiſſum in Eccleſia ſi exiſtens in ea occidat exiſtentem extra illam.

1 DElictum dicitur commiſſum in Eccleſia, quando quis exiſtens in ea cum ſclopo, vel ſagitta extra Eccleſiam commorantem vulnerat, vel occidit, ita vt Eccleſiæ immunitate non gaudeat, vt tradunt *Abb. in cap. fin. num. 11. et ibi Anan. num. 5. de immun. Eccleſ. Deci. tract. crim. lib. 6. cap. 24. ſub nu. 7 et cap. 28. num. 6. Farina. conſ. 214. num. 2. lib. 3. et in tract. de immun. Eccleſ. cap. 16. num. 223.* alios adducens quamplures ita ſentientes *P. Suarez de ſtatu Relig. lib. 2 cap. 11. n. 7. Ambroſ. de immun. Eccleſ. cap. 5. num. 7. Mar. Ital. de immun. eccleſ. lib. 1. cap. 5. §. 3. Donat. Ant. de Marin. reſol. quotid. cap. 170. num. 8. lib. 1.* addo eundem *Farinac. de carc. et carcer. quæſt. 28. num. 61. in fine Guttier. pract. quæſt. lib. 3. quæſt. 1. num 19. & Barboſ. de iure eccleſ. lib. 2. cap. 3. num. 111.* alios dans concordantes, & duas afferentes limitationes,

In delictis enim inſpicitur animus *l. diuus Adrianus 14. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. Ant. Gomez var. reſolut. tom. 3. cap. 3. num. 15. Rim. Iun. conſ. 704. num. 16. lib. 6.* plenè *Farinac. de pæn. temp. quæſt. 87. num. 7.* ſed iſte iam animo concepit hominem occidere exiſtens in Eccleſia, & ſic animo violauit Eccleſiam, meritò ſequuto effectu in illa dicitur deliquiſſe, & illius immunitatem amiſit, vt tradunt *Decian. in d. lib. 6. cap. 28. num 6. et alij Doct. ſupra adducti,*

2 Quicquid contrarium ſentiat *Bonac. de legib. diſp. 3. quæſt. 7. §. 4. num. 5.* cum quo pertranſit *P. Diana in ſumm. in ver. Immun. Eccleſ. quo ad delicta ſub nu. 26.* dicens homicidium intelligi de conſumato, & quo ad effectum incurrendi cenſurã ſentit *P. Suar. de cenſ. diſp. 5. ſect. 4. num. 9.* quem refert *Merlin. Pignat. controu. foren. cap. 67. num. 15. par. 1.* cum quibus pertranſire videtur *Balth. Thomaſ. in ſuis tract. var. tom. 4. in tit. de immun. et libert. eccleſ. num. 14.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in exiſtente extra Eccleſiam, & vulnerante, vel occidente exiſtentem in Eccleſia, qui dicitur delinquere in Eccleſia, ita vt illius immunitate non gaudeat, vt voluerunt *Nauar. in Manual. Confeſ. cap. 25. num. 21. ver. nemo item &c. Couar. var. reſol. cap. 20. ſub n. 15. Ambroſ. de immun. eccleſ. cap. 5. n. 5. Mar. Ital. de immun. eccleſ. lib. 1. cap. 5. §. 3. num. 47. P. Suarez de ſtatu Relig. lib. 3. cap. 11. num. 7. & 8.* & non diſſentit *Guttier. pract. quæſt. lib. 3. quæſt. 1. num. 23. & ſeq.* quos reijcit, & ſequitur *Farinac. de carc. & carcer. quæſt. 28. num. 61. & de immunit. eccleſ. d. cap. 16. nu. 224. Bonac. d. §. 2. nu. 1. Ricc. collect. 1792.* vbi allegat ſe ipſum *deciſ. 22. P. Diana in ſumm. in d. ver. immunitas eccleſiaſtica quo ad delicta num. 26.* quibus addo *Balth. Tomaſ. in d. tit. de immun. eccleſ. num. 15.* & ita ſentit etiam *Merlin. Pignat. d. cap. 67. n. 8. et 12.* & tenent *Decia. tract. crim. d. lib. 6. cap. 28. n. 6. in fin. et Barb de iure eccl. lib. 2. cap. 3. n. 113.* vbi limitat, niſi id fiat ſe defendendo, vt ibi per eum.

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in mandante in Eccleſia occidi aliquem exiſtentem extra Eccleſiam, qui dicitur delictum committere in Eccleſia, & ideò non gaudet illius immunitate, vt voluerunt *Abb. in cap. fin. num. 12. de immun. eccleſ. et ibi Anan. num. 5. Nauar. in Manual. confeſ. cap. 25. n. 21. ver. neque qui etc. Guttier. pract. quæſt. lib. 3. cap. 2. per tot. P. Azor. Inſt. Moral. par. 2. lib. 9. cap 9 quæſt. 14. P. Suarez de ſtat. Relig. lib. 3. cap. 11. num. 7. Mar. Ital. de immun. eccleſ. lib. 1. cap. 5. §. 3. num. 48.* quos refert, & ſequitur *Farin. de imm. eccleſ. d. cap. 16. num. 229.* alios dans concordantes

& di-

& dicens, hanc ampliationem habere locum ſequuto homicidio, aliàs ſecùs, & idem eſſe in mandante extra Eccleſiam, homicidium committi in Eccleſia, vt ibi per eum, & ſequuto homicidio, idem tenet *Ciarli. contro. foren. cap. 12. nu. 48.* quem refert, & ſequi videtur *Balsb. Tomaſ. in d. tit. de immun. eccleſ. num. 19. in fin.*

5 Contrariam tamen opinionem, quod imò, ſi quis in Eccleſia exiſtes mandet, alium occidi extra Eccleſiam, gaudeat illius immunitate, cum requiratur homicidium phiſicè in Eccleſia committi tenuerunt *Deci. tract. crim. lib. 6. cap. 24. nu. 7. & cap. 28. num. 7.* vbi dicit, contrarium credere, ſi quis exiſtens extra Eccleſiam, mandaret, delictum committi in Eccleſia, vt ibi per eum, *Bonac. de legibus diſput. 3. quæſt. 7. §. 2. num. 10.* quem refert, & ſequitur *Balsb. Tomaſ. in d. tit. de immun. eccleſ. num. 16.* & poſt *Caſtro Palaum*, & alios per eum relatos firmat *P. Diana in ſumm. in d. ver. immunitas eccleſiaſtica quo ad delicta num. 26.* vbi dicit, idem eſſe in mandante extra Eccleſiam, homicidium committi in Eccleſia, vt ibi per eum, & hanc contrariam opinionem probabiliorem dicit poſt *Bullam Greg. XIV. Farinac. de immun. eccleſ. d. cap. 16. num. 231.* & ſequitur *P. Graſſet. de nece prodit. §. 20. num. 5.* vbi quamplures adducit concordantes.

6 Limita d. concluſionem, vt non habeat locum in exonerante archibuſium, vel in emittente ſagittam in ianua Eccleſiæ, dummodo non ſit intra limen, & clauſuram Eccleſiæ, id eſt intra linea, quam attingunt valuæ in liminibus, contra commorantem extra Eccleſiam, quia exiſtens in oſtio Eccleſiæ non dicitur eſſe intra Eccleſiam, ſed partim intra, & partim extra ſecundùm *gloſ. in cap. cum ſanctam 15. in ver. vir ergò de pœnit. diſt. 2.* & tradunt *Capoll. de ſerui. vrban. præd. cap. 48. num. 2. P. Sanch. de matrim. lib. 9. diſput. 15. nu. 28. Illuſtriſs. Sperell. deciſ. 60. nu. 52. & ſeq.* vbi alios dat concordantes, & dicit, homicidium commiſſum in ianua Eccleſiæ dici commiſſum extra Eccleſiam, vt ibi per eum, & concordat *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 4. quæſt. 13. num. 15.* vbi benè declarat, quando ſtans in oſtio dicatur intra, vel extra domum.

7 Quicquid contrarium voluerit *Farinac. conſ. 114. num. 3. lib. 3.* cum Doctores ab eo adducti eius intentionem non probent.

S V M M A R I V M.

1 *Delinquentem occultans, ne capiatur, punitur pœna extraordinaria.*

Licèt aliqui voluerint, eſſe puniendum pœna ordinaria, num. 3.

Et idem eſt in abſcondente inſtrumenta apta ad delinquendum, num. 4.

Et in ſepeliente cadauer, ne illud recognoſci poſſit, num. 5.

Ex d. tamen occultatione inſurgit præſumptio participationis, quæ eſt ſufficiens ad torturam, num. 6.

Niſi tamen ex alijs præſumptionibus appareat de contrario, num. 7.

Tortura tamen illata non tollit condemnationem in pœnam extraordinariam, num. 8.

2 *Auxilium præſtans poſt delictum punitur mitiùs, quam delinquens principalis.*

RESOLVTIO X.

Delinquentem occultans ne capiatur qua pœna ſit puniendus.

1 Delinquentem occultans, & abſcondens poſt delictum, ne à Miniſtris Iuſtitiæ capiatur, aliqua pœna puniri debet, ſed non ordinaria, qua punitur occultatus delinquens, ſed mitiori Iudicis arbitrio, vt tradunt *Bart. & Angel. in l. in furti 51. §. ope ff. de furt. Card. Tuſc. pract. concl. litera A. concl. 570. num. 6.* quos refert, & ſequitur *Giurb. conſ. 42. num. 5. & num. 10. Menoch. de arbitr. caſu 349. num. 21. & ſeq. & Farinac. de conſult. & mandat. quæſt. 132. num. 3.* vbi alios dat concordantes, & *quæſt. 133. num. 4.* & pœnam pecuniariam intrare in d. caſu habetur in *Conſt. March. lib. 4. cap. 54.*

2 Auxilium enim præſtans delinquenti poſt delictũ punitur, ſed non eadem pœna, qua punitur delinquens, ſed mitiori Iudicis arbitrio, vt not. *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 90 ver. aut verè non præceſſit & Maſcar. de prob. concl. 159. nu. 23. lib. 1.* vbi teſtatur de magis communi opinione, latè *Farinac. de conſult. & mandat. d. quæſt. 132. num. 1.* vbi innumeros ferè dat concordantes, *Giurb. d. conſ. 42. ferè per tot. & Vermiglio. conſ. 82. num. 5.*

3 Quicquid contrarium, imo occultantem delinquentem puniendum eſſe eadem pœna, qua punitur occultatus delinquens, voluerit *Imola in cap. 1. num. 9. de offic. delega.* & Doct. relati per *Farinac. in d. quæſt. 133. num. 1.* quorum opinionem habere locum in occultante, & ſimul aſſociante delinquentem, non autem in ſolùm occultante, declarat *Farinac. in d. quæſt. 133. num. 4.*

4 Amplia primò dict. concluſionem, vt habeat locum in abſcondente delinquentem, vt ſupra, ſed etiam in abſcondente Inſtrumenta, cum quibus fuit commiſſum delictum, puta arma, Inſtrumenta ad cudendam monetam apta, & ipſam monetam, & ſimilia, ne ad manus fiſci, vel Iudicis perueniant ad celandum delictum, & ad ſubtrahendũ fiſco probationes, qui puniri debet pœna extraordinaria, vt not. *Butr. in cap. 1. num. 16. in fin. Felin. ſub num. 13. Deci. num. 66. Bero. poſt num. 107. & Mantuan. num. 44. de offic. deleg.* quos refert, & ſequitur *Farinac. conſ. 161. num. 4. & ſeq. lib. 2.* & ſentit *Caball. reſol. crim. caſu 43. per tot. cent. 1.*

5 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in eo, qui poſt homicidium commiſſum ſepeliuit cadauer, vel ad illud ſepeliendum operam, & auxilium præſtitit ad illum occultandum, qui puniri debet pœna extraordinaria tantùm ſe-

cundùm

eundum Capoll. conſ. 47. per tot. vbi hoc la è comprobat, & loquitur concurrente ſcientia de homicidio, & ab eo non diſſentit Farinac de conſult. & manda. d. quaſt. 132. nu. 17. & num. 30. imo expreſsè ita tenet in conſ. 101. nu 32. lib. 1. nec Ladercb. conſ. 194. nu. 5. ver. ſecunda ſit concluſio &c. & Guazzin. deſen. 33. cap. 10. num. 4.

6 Declara d. concluſionem, vnà cum ampliationibus ſequentibus, vt d. occultans delinquentem, inſtrumenta ad delinquendum, cadauer, & ſimilia, non ſolùm poſſit condemnari in pœnam extraordinariam Iudicis arbitrio, vt ſupra, ſed etiam poſſit torqueri ſuper præcedentem tractatu, & ſcientia, cum ex d. occultatione, & auxilio poſt delictū præſtito oriatur præſumptio occulti conſilij, & tractatus; quæ aut transfert onus probandi contrarium in ipſum occultantem, & auxiliantē, aut facit contra ipſum indicium ad torturam, vt tradunt Boer. deciſ. 262. n. 7. & ſeq. vbi dicit, ita fuiſſe ſeruatum, Clar. in pract. §. fin. quaſt. 90. num. 2 ver. aut verò, &c Menoch. de præſump. lib. 1. q. 89. nu. 109. plenè Farin. de conſult. & mandat. quaſt. 132. num. 34. vbi quamplures adducit ita ſententes, Maſcar. de prob. concl. 159. in fin. lib. 1. & late cōprobat Giurb. d. conſ. 42. nu. 10. & ſeq. vbi alios dat concordantes quamplures, & Guazz. deſen. 33. cap. 11. num. 1. vbi loquitur in aſſociatione.

7 Limita d. declarationem, vt non habeat locum quando ex alijs præſumptionibus conſtat, quod quis occultauit delinquentem, vel cadauer, & ſimilia ſinè vlla præcedente participatione delicti, quia tunc ex d. occultatione nullum contra occultantem oritur indicium ad torturam, vt docent Thob. Noni. conſ. 96. num. 8 & ſeq Menoch. de præſump. d. lib. 1. quaſt. 89. num. 139. in fin. & Farin. in d. quaſt. 132. num. 35. & ſeq. vbi alias dat limitationes, & præcipuè, quando occultatio fit ex interuallo, & quando occultans eſt affinis, ſeu conſanguineus delinquentis, vt ibi per eum, & ſentit etiā Giurb. d. conſ. 42. num. 19. & bene declarat Guazzi. deſen. 33. cap. 11. num. 2. vbi plures adducit coniecturas excluſiuas participationis, & tractatus delicti, quas vide ibi per eum quamplures adducentem Doctorum authoritates.

8 Subdeclara d. declarationem, quod ſi occultans delinquentem, cadauer, & ſimilia torqueatur ſuper participatione, & tractatu; & in tortura perſiſtat negando præcedentem tractatum, & ſcientiam, adhuc tamen puniendus eſt aliqua pœna extraordinaria pro dict. occultatione, vt voluerunt Clar. in pract. in d. quaſt. 90. num. 2 ver. aut verò &c. Maſcar. d. concl. 159. in fin. & Farinac. de conſult. & mand. quaſt. 131. num. 37. vbi dicit, ſecùs eſſe, ſi torqueatur alius pro tractatu, qui nihil fecit in delicto, vt ibi per eum benè declarantem.

SVMMARIVM.

1 *Delictum difficilis probationis probatur præſumptionibus, & coniecturis.*

Maximè, quando agitur ad effectum torquendi, num. 2

Ita vt contra reum poſſit deueniri ad condemnationem, num. 3.

Licèt contrarium teneant aliqui, num. 4.

Quod procedit, quando indicia ſunt indubitata, alias ſecùs, num. 5.

Declara, vt num. 6.

Et in pœnam extraordinariam tantùm, non ordinariam, num. 7.

Licèt aliqui contrarium teneant, num. 8.

Et ſi indicia ſint plenè probata in genere ſuo num. 9.

Licèt aliqui teneant contrarium, num. 10.

RESOLVTIO XI.

Delicta difficilis probationis an probentur præſumptionibus, & coniecturis.

1 Delictum occultum, & difficilis probationis, vt puta, ſi ſit commiſſum de nocte, in nemore, in campeſtri, & prout ſunt regulariter furtum, partus ſuppoſitus, adulterium, tonſio, & fabricatio monetæ, venenatio, & alia plura relata per Farinac. de reo confeſ. & conu. quaſt. 86. num. 35 & ſeq. & de teſtib. quaſt. 62. num. 28. & per P. Graſſett. de nece prodit. §. 29. n. 245. & pluribus ſequent. probatur præſumptionibus, & coniecturis, vt tradunt Capb. conſ. 652. num. 3. & ſeq. lib. 5. Eugen conſ. 76. num. 40. lib. 1. Hond. conſ. 87. in princ. & conſ. 88. in princ. lib. 2. Maſc. de prob. concl. 1386. n. 2. lib. 3. Faria. de Inquiſ. q. 2. n. 12. & 31 & de reo confeſ. & conu. quaſt. 86. n. 29 & n. 36. & ſeq. & conſ. 25. nu. 56. lib. 1. Giurba. conſ 2 nu. 44. & conſ. 13. num 1. & conſ. 37. num. 12. & conſ. 43. num. 22. vbi late Ripa. de nocte. temp. cap. 16 nu. 16. P. Delrius diſquiſ. magic. lib. 5. ſect. 3. in pr. P. Layman. in Theol. moral lib. 3. tract. 6. cap. 2. ſub num. 6. plenè P. Graſſet. de nece prodit. §. 29. nu. 245. & pluribus ſeq. vbi dat concordantes quamplures, & Rot dec. 9 n. 1 poſt ſecun. vol. conſ. Farinac.

In his enim, quæ ſunt difficilis probationis receditur à regulis iuris ordinarijs, & rigoroſis, & accipiuntur probationes eò modo, quo fieri poſſunt, Marſil. concl. 61. nu. 25. et 26. Socin. Iun. conſ. 60. num. 5. vol. 2. quē refert, & ſequitur D. Andreol. contr. 8. num. 3. cum quibus pertranſit P. Graſſet. in d. §. 29. num. 250 verſ. finem, & in his difficilibus Iudex debet eſſe contentus ea probatione, quæ illum trahat in vehementem opinionem, vt poſt Alba. conſ. 64. num. 28. et Cirlae. contro. 219. num. 78. et ſeq. per cum relatos not. D. Andreol. d. contro. 8. num. 4. & poſt eum P. Graſſet. in d. §. 29. n. 249. et n. 250. in fin.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando agitur de torquendo in delictis occultis, & difficilis probationis, quia tunc ex leuioribus indicijs, & coniecturis deueniri poſſe ad torturam ſcripſerunt Boſſi. in pract. in tit. de indic. et conſid. ante tort. n. 170. et ſeq. Clar. in pract. §. fin.

§.fin.quaſt. 64. ver. et ideò dici etc. vbi teſtatur de communi opinione *Hond. conſ.* 107.*num* 5.*et ſeq. lib.* 1. plenè *Farin. de indic.et tort.quaſt.*37.*nu.*150. & *ſeq.* vbi plures dat concordantes, & teſtatur de magis communi Doctorum opinione, & *conſ.*5. *num.* 100. *lib.* 1. & *conſ.* 116.*num.*16.& *conſ.* 175. *nu.*4.& 18.*lib.*2. latè *Giurb.conſ.* 37.*nu.*20.& *conſ.* 87.*nu.*11. vbi quamplures adducit ita ſentientes, *Vermigl.conſ.*34.*num.*13.& *conſ.*60.*num.*3. vbi tamen dicit, illa debere eſſe legitima, & *Guazz.de-fen.*30.*cap.*4.*num.*9. de qua materia dicam latius infra in verbo *Tortura Reſol.*3.*num.*1.& *ſeq.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem illatiuè, vt in delictis occultis, & difficilis probationis ex præſumptionibus, & indicijs, poſſit deueniri contra reum ad condemnationem, cum imperfectæ probationes, & præſumptiones in dict. caſu coniunguntur, vt voluerunt *Brun.de indic.* & *tort. par.*1. *quaſt.*4.*num.*7.*ver.item adde &c.Gram.conſ.*22.*nu.* 15.& *ſeq.Clar. in pract.* §.*fin quaſt* 20.*ver. ſetas tamen in fin.* vbi teſtatur de communi, & quod ita apud eos ſeruatur *Maſcar. de prob.concl.*496.*nu.*4. & *concl.* 459. *num.* 16.& *concl.*461.*num.*10.*lib.*1. & *concl.*830.*num.*4.& *ſeq.lib.*2.& *conſ.*1386.*n.*4. & *ſeq. lib.* 3. plenè *Farinac. de reo confeſ. et conuit. quaſt.*86.*n.*29.& *ſeq.* vbi hac opinione, vti magis communi non eſſe recedendum, & alios dat concordantes quamplures, cum quibus pertranſit *Giurba conſ.*2.*num.*45.& *conſ.*37.*num.*12.*in fin.* vbi quamplures adducit ita ſentientes, *et Aldouin.conſ.* 24.*num.*22. nec diſſentit *P. Graſſet.in d.* §.29.*num.* 35 *in fin. et num.* 194.

4 Quicquid contrarium tenuerint *Boſſi. in prac. in tit.de conuict.n.*45.*et ſeq.Bertaz.conſ* 41.*n.*21.*lib.*1. & alij relati *per. Farinac. de reo confeſ. et conui.d. quaſt.* 86. *num.* 31. contra quos adeſt magis communis Doctorum opinio, de qua ſupra.

5 Limita primò d. ſecundam ampliationem, vt habeat locum, quando præſumptiones, & indicia ſunt indubitata, quia tunc in delictis occultis, & difficilis probationis ex eis poteſt deueniri ad condemnationem, ſecùs tamen eſt, ſi indicia, & præſumptiones non ſint indubitatæ, vt tradunt *Bald. in l.quicumque* 4.*num.*25.*C.de ſeruis fugit.* vbi loquitur, quando indicia ſunt ita certa, vt vix denegari ſufficiant, *Maſcar.de prob.d.concl.*459.*num.*16. vbi loquitur de præſumptionibus vrgentiſſimis, *Menoch. de præſumpt.lib.*1.*quaſt.*58. *num.* 19. vbi loquitur de præſumptionibus vehementibus, *Boſſi. in pract.in tit.de partu ſuppo. ſub num.*32.*et Farin. de reo confeſ.et conui.d.quaſt.*86.*num.*33. vbi dicit, quod iſta eſt veritas, *et num.*37.

6 Declara d. primam limitationem, vt d. præſumptiones, & indicia, quæ ſufficiunt ad condemnandum in delictis occultis, & difficilis probationis dicantur violenta, & indubitata, quæ tamen ſint leniora, quàm in alijs delictis, vt benè declarat *Boſſi.in pract.in tit.de partu ſuppo. num.*32.*in fin.* & ſentit etiam *P.Graſſet.de nece prodit.*§.29.*num.*35. quia, ſi indicia in delictis occultis deberent eſſe ſimpliciter indubitata, nulla eſſet differentia inter delicta difficilis probationis, & alia, quæ poſſunt de facili probari, cum etiam in eis ex indicijs indubitatis poſſit contra reum deueniri ad condemnationem ſaltem in pœnam extraordinariam, vt probat *Farinac.in d. quaſt.* 86. *num.*33.*et ſeq.* & ſic alios Doctores in d. prima limitatione allegati malè ſentirent iudicio meo.

7 Limita ſecundò d. ſecundam ampliationem, vt habeat locum quo ad pœnam extraordinariam tantùm, non autem quo ad ordinariam cum Iudex condemnando reum ex coniecturis, & præſumptionibus debeat multum temperare arbitrium ſuum, vt adnotarunt *Boſſi. in d.tit.de partu ſuppo. num.*32.*in fin.Capb.conſ.*621.*num.*2.& *ſeq.*& *conſ.* 652 *nu.*18 *lib.*5.*Clar.in pract.*§.*fin. quaſt.* 20. *ver. ſetas tamen &c.ante finem*, vbi dicit, ita apud ipſos ſeruari, *Gabr. conſ.* 189. *num.*20.*lib.*1.*et conſ.*177. *num.*5.*lib.*2.*Farin.de reo confeſ. et conuic. d. quaſt.* 86.*num.*34.*et n.*38. & generaliter in delictis etiam non occultis *n.* 110. quamplures adducens Doct. auctoritates, & teſtans de veriori, magis communi, & practicata opinione. *Adden.ad Farinac.conſ.* 55. *litera F-lib.*1. plenè *Giurba.conſ.*43.*nu.*22. vbi alios dat concordantes, & reprobat *Canall.contrarium tenentem, Iul.Cartar.deciſ.*50.*num.*50. quem refert, & loquitur *P. Graſſett.de nece prodit.*§.29. *num.*194.*circa medium*, & dixi generaliter infra in ver. *Inditium Reſol.*4.

8 Licet contrarium, imò imponi poſſe in d. caſu pœnam ordinariam, voluerint Doctores relati *per Giurba conſ.*2.*num.*45.*in fin.et num.*60. vbi de tractatu, qui eſt difficilis probationis, quorum aliqui id non dicunt, *Porro in faſcie.rerum crim.fol.* 736. relatus *per P.Graſſet.d.*§ 29.*nu.*194.*et P. Laym.in Theol.moral.lib.*3.*tract.*6.*cap.*2.*ſub num.*6.

9 Limita tertiò d. ſecundam ampliationem, vt ita demùm plures præſumptiones, & indicia, coniungantur, vt poſſit ex eis deueniri contra Inquiſitū ad condemnationem, quando illa ſunt in genere ſuo plenè, & perfectè probata, aliàs ſecùs, vt adnotatur *Clar.in pract.*§.*fin.quaſt.*63.*ver.tu ſcis etc. ad medium*, vbi teſtatur de communi opinione, *Maſcar.de prob. concl.*1223 *nu.*33.*et ſeq.lib* 3. vbi teſtatur de receptiſſima opinione, *Eug.conſ.*27.*nu.* 61. *lib.* 1.*Peguer.deciſ.*17.*nu.*42.*Hond.conſ.*202.*nu.* 58 *in fine lib.* 1.*Theſa.deciſ.Pedem.*24.*ſub.num.*11. *Farinac.de reo confeſ. et conui.d.quaſt.*86.*num* 95. *et ſeq.* vbi dicit, hoc habere locum etiam in caſu difficilis probationis, & teſtatur de veriori, & magis communi opinione, quando agitur ad effectum condemnandi, ſecùs quo ad effectum torquendi, vt ibi per eum, & not.etiam *Giurba conſ.* 37. *num.* 49. vbi loquitur in fortioribus terminis, nempè ad effectum torquendi, vt ibi per eum, & *Guazz.defen.* 33.*cap.*14.*num.*16.

10 Quicquid contrarium teneant *Gram. Soc. Giga. Boſſi. Theſa.Grauu.et Alberti.relati per Farinac.in d.quaſt.* 86.*num.* 97. cum aliqui ex eis loquantur quo ad effectum torquendi, non autem condemnandi, & contra eos adſit verior, & magis communis opinio de qua ſupra.

Vtrum

Vtrum verò in d. caſu inquiſitus condemnari debeat in pœnam corporalem, vel in pecuniariam tantùm, vide *Clar. in pract. §. fin. quæſt.* 20. *ver. ſcias tamen &c.* & dicta per me latiùs infra in ver. *Inditium Reſol.* 4. *num.* . . .

ADDITIO.

N. 2. VBi habetur, quod in delictis difficilis probationis poteſt ex leuioribus inditijs deueniri ad torturam adde *Scialo. in prax. torq. reos. cap.* 3. *num.* 8.

N. 3. *& ſeq.* Vbi habetur, quod in delictis difficilis probationis inditia indubitata ſufficiunt ad condemnandum adde, De qua materia dixi infra in verbo *Inditium Reſol.* 3. *cum additt.* vbi habetur etiam, an pœna in d. caſu eſſe debeat extraordinaria.

SVMMARIVM.

1 *Delinquens ex cauſa amoris non punitur pœna ordinaria, ſed alia mitiori.*

Quod procedit in deoſculante puellam ex cauſa amoris. num. 3.

Et in omnibus fere delictis, quæ ibi recenſentur. num. 4.

Et etiam ſi delictum ſequatur impetu amoris iam ceſſante. num. 5.

2 *Amor ebrietati, & furori comparatur.*

RESOLVTIO XII.

Delinquens ex cauſa amoris an puniri poſſit pœna ordinaria, vel mitiori.

1 DElinquens ex cauſa, & impetu amoris non eſt puniendus pœna ordinaria delicti, ſed alia pœna mitiori Iudicis arbitrio, cum amor æquiparetur furori, quem intra debitos limites coercere difficillimum reputatur, vt tradunt *Tiraq. de pœn. temp. caſu* 4. *n.* 1. *& ſeq.* latè comprobans *Clar. in pract. § fin. quæſt.* 60. *ver. eſt, & amor, &c. Peguer. deciſ.* 7. *num.* 18. *& ſeq. Menoch. de arbitr. caſu* 328. *nu.* 1. *& ſeq* latè *Farinac. de pœn. temper. quæſt.* 98. *num.* 80. vbi quamplures adat concordantes, & teſtatur de communi opinione, & dicit ab illa in iudicãdo non eſſe recedendum, & plenè comprobat *Giurb. conſ.* 47. *nu.* 8. *& ſeq. & nu.* 35. alios adducens ita ſentientes, *Carena de Offic. S. Inquiſ. par.* 3. *tit.* 9. *num.* 50. *& ſeq.* benè *Nouar. de elect. fort. ſect.* 2. *cap.* 35. *per tot.* & latè comprobaui ego *allegat. foren.* 87. *num.* 4. *& pluribus ſeq.*

2 Amor enim ebrietati æquiparatur *Ant. Gomez var. reſol. tom.* 2. *cap.* 14. *nu.* 28. *in fin. Giurba d. conſ.* 47. *num.* 18. *in fin Nouar. dict. quæſt.* 35. *ſub n.* 5. imò illum furori æquiparari dixerunt *Caroc. de pœn. temp. d. cauſa* 4. *Farinac. d. quæſt.* 98. *num.* 77. *Giurb. d. conſ* 47. *num.* 8. *& ſeq. & nu.* 18. & latiùs dixi ego *d. alleg. foren.* 87. *nu.* 5. *& ſeq.* ita vt illius violentia priuet deliberatione *Nouar. d. quæſt.* 35. *num.* 4. Vnde ſicut ignoſcitur ebrijs, furioſis, & alijs delinquentibus aliqua animi turbatione commotis, ita ignoſcendum eſt ad effectum, vt mitiùs puniatur ei qui amoris impetu delinquit, vt tradunt *Clar. in d. quæſt.* 60 *ver. & eſt amor, &c. Farinac. d. quæſt.* 98. *num.* 80 *Nouar. d. quæſt.* 35. *& Vermigl. conſ.* 43. *n.* 3. & dixi ego *d. alleg.* 87. *num.* 7. *& ſeq.*

3 Amplia primò d. concluſionem illatiuè, vt habeat locum etiam in eo, qui in via publica aliquam puellam propter amorem deoſculatur cui eſſe aliquantulum parcendum exemplo Piſiſtrati Athenienſis, qui vxori hortanti, vt vindictam ſumeret de quodam iuuene, qui illius filiam in via ex cauſa amoris deoſculauerat, reſpõdit, *ſi eos qui nos amant interficiamus, quid faciemus his, quibus odio ſumus* de quo *Valer. Maxi. rerum memorab. lib.* 5. *cap.* 1. & tradunt *Pegner. deciſ.* 7. *per tot. Farinac. de pœn. temp. d. quæſt.* 98. *num.* 84. *& de delict. carn. quæſt.* 142. *num.* 170. *Giurba d. conſ.* 47. *num.* 16. *& Nouar. de elect. fori. d. cap.* 35. *num.* 5. qui alios adducunt ita ſentientes.

4 Amplia ſecundò d. concluſionem pariter illatiuè, vt delinquens ex cauſa amoris mitiùs veniat puniendus in crimine raptus ſacrilegij, hæreſis, libelli famoſi, ſortilegij, poculi amatorij, receptationis rerum furatarum, meretricij, fractæ pacis, fractionis, exilij, & fere in omnibus delictis, vt docent *Farinac. de pœn. temp. d. quæſt.* 98. *n.* 80. *& pluribus ſeq. Giurba d. conſ.* 47. *n.* 8. *& ſeq. Carena de Offic. S. Inquiſ par.* 3. *tit.* 9. *n.* 50. *& ſeq. Nouar. de elect. fori. ſect.* 2. *cap.* 35. *per tot. & P. Graſſet. de nece prodit. §.* 34. *num.* 7. vbi de proiiciente verba hæreticalia.

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum ſiuè amore captus delinquat ex ſubito, & improuiſo amoris impetu, ſeu deliberatè dict. impetu, amoris ceſſante, quia adhuc cum eo eſſe mitiùs agendum verius eſſe dixit cõtra *Simach. Catholic. Inſtit. tit.* 17. *de defenſ. reo num.* 45. *Farinac. de pœn. temp. in d. quæſt.* 98. *nu.* 92. qui *num.* 90. dicit hanc concluſionem habere locum etiam in aſcendente cum ſcalis, ad effectum amatam carnaliter cognoſcendi, vt ibi per eum, vbi improbat deciſionem Vice Regis Neapolitani, qui in contingentia facti contrarium ſeruauit.

Alios caſus, in quibus pœna ordinaria delinquenti ob aliquam qualitatem minoratur, & imponitur pœna extraordinaria, vide infra in ſuis locis particularibus puta, *in ver. Ira, in ver. Minor, in ver. Ebrietas*, & ſimil.

SVMMARIVM.

1 *Delictum extinguitur morte, ita vt pœna ab hæredibus exigi non poſſit.*

Cum mors omnia ſoluat. num. 2.

Amplia quo ad pœnam corporalem, ita vt contra cadauer ſæuiri non poſſit. num. 3.

Quod non habet locum in atrociſſimis. num. 4.

Vtrum vero ſuſpendi poſſint cadauera eorum, qui ſibi mortem conſciuerunt remiſſiuè. n. 5.

Amplia ſecundo, vt reo mortuo fideiuſſor non tenea-

teneatur illum repræſentare neque teneatur ad aliquam pœnam. num. 6.

Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in crimine hæreſis, n. 7.

Procedit contra hæreticos formales, non autem contra ſuſpectos de hæreſi, n. 8.

Limita ſecundo in crimine læſæ Maieſtatis, num. 9.

Procedit ſi illud ſit commiſſum contra Imperatorem, vel Papam, alias ſecus, n. 10.

11 *Delictum non extinguitur morte quando reus moritur poſt ſententiam.*

12 *Limitationes ad d. concluſionem principalem referuntur remiſſiuè.*

13 *Hæredes quando teneantur ad pœnam pro delicto defuncti remiſſiuè.*

14 *Proceſſus quomodo ſit formandus quando agitur ad damnandam memoriam defuncti.*

RESOLVTIO XIII.

Delictum an extinguatur per mortem delinquentis.

1 Delictum extinguitur morte delinquẽtis, ita ut pœna ab hæredibus exigi non poſſit l. defuncto 6. ff. de publ. iudic. l. ex iudiciorum, 20. ff. de accuſa. & tradunt *Eugen. conſ. 21. num. 1. & ſeq. lib. 1.* plene *Farinac. de Inquiſ. quæſt. 10. num. 36. Peregr. de iur. fiſci lib. 4. tit. 5. num. 1. & ſeq. Guazz. defenſ. 35. cap. 27. num. 1. & ſeq. Carena de Offic. S. Inquiſ. tit. 19. §. 1. in pen. & Maſſin. de confiſcat. bonor. quæſt. 15. num. 5. & 41.* plene *Barboſ. axiom. 154. nu. 5.* vbi quamplures dat concordantes.

2 Mors enim omnia ſoluit, §. deinceps auth. de nupt. *Sebaſt. Medic. in ſpeciali tractat. mors omnia ſoluit, Card. Tuſch. pract. concl. litera M. concl. 391. num. 1. & ſeq. Surd. conſ. 99. num. 17. lib. 1. & Barboſ. in d. axiom. 154. num. 1.*

3 Amplia primo d. concluſionem, vt eo magis habeat locum quo ad pœnam corporalem, quia ſi quis pendente proceſſu, ſiuè etiam confeſſus, vel condemnatus obierit, contra illius cadauer leuiri non debet, neque illud debet ſuſpendi, vt not. *Menoch. de arbitr. caſu 285. num. 1. & ſeq. Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 39. num. 39. & cap. 48. num. 13. Suarez in commun. opin. in verbo Mors, num. 32. Peregr. de iure fiſc. lib. 4. tit. 5. num. 2. & 3.* & latè comprobat *Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 10. num. 77. & Rube. de validit. legal. cap. 53. num. 109. & ſeq.*

4 Limita d. ampliationem, vt non habeat locum de conſuetudine, quia in delictis atrociſſimis, vt in inſignibus, & famoſis latronibus, læſæ Maieſtatis, aſſaſſinis, & ſimil. ad aliorum exemplum, & terrorem Iudicum arbitrio cadauera delinquentium poſt condemnationem ſuſpendi poſſe voluerunt *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 51. ver. ſed hic incidenter &c. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 1. num. 79. Eugen. conſ. 21. num. 21. lib. 1. Pereg. de iure fiſc. lib. 4. tit. 5. num. 3.* & latè comprobat *Farinac. in d. tit. de inquiſ. quæſt. 10. num. 78.* vbi dicit, ita vidiſſe pluries ſeruari, & *num. ſeq.* declarat, hoc habere locum in reis condemnatis, vel legitime confeſſis, ſeu conuictis, vt ibi per eum addo *Rube. in d. cap. 53. num. 127. & ſeq.*

5 Vtrum verò ſuſpendi poſſint cadauera eorum, qui ſibi mortem conſciuerunt tædio vitæ, vel ex conſcientia patrati criminis latè diſcutit *Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 10. num. 80. & ſeq.* & poſt eum *Carena de Offic. S. Inquiſ. tit. 19. §. 1. num. 8.* ipſos conſulas.

6 Amplia ſecundo d. concluſionem, vt per mortem rei repræſentandi dicatur liberatus fideiuſſor, qui illum promiſit repræſentare, ita vt amplius non teneatur ad aliquam pœnam nec legalem, neque conuentionalem, vt tradunt *Capb. Gabr. Farinac. Guazzin. Pir. Maur. Vermigl. Ant. de Ball. Maſſin. & alij* per me relati ſupra in *verbo Cautio de repræſentando Reſol. 2. num. 1. & ſeq.* cum quibus peritranſit *Illuſtriſs. D. Deluca in Theat. verit. & iuſt. tom. 8. in tit. de cred. & deb. diſcurſ. 94. num. 8.* vbi teſtatur de magis communi opinione, niſi fideiuſſor eſſet in mora repræſentandi, vt ibi per eum, & dixi etiam ego *in d. reſol. 2. num. 4.*

7 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in crimine hæreſis, in quo ob illius immanitatem etiam poſt mortem contra illud inquiritur, vt docent *Decian. tract. crim. lib. 5. cap. 67. num. 1. & ſeq. Cartar. de execut. ſent. cap. bannit. cap. 1. num. 345. Farinac. de Inquiſ. d. quæſt. 10. num. 37. & ſeq. & in tract. de hæreſ. quæſt. 197. num. 86. Guazzin. d. defen. 35. cap. 27. num. 5. & Caren. de Offic. S. Inquiſ. d. tit. 19. §. 1. num. 2. & ſeq.* vbi tradit infra quantum tempus duret illud ius agendi contra hæreticum defunctum, & quæ probationes requirantur, vt poſſit illius memoria damnari, quæ videas ibi per eum.

8 Sublimita d. primam limitationem, vt habeat locum contra hæreticos formales, non autem contra ſuſpectos de hæreſi, cum ſuſpiciones etiam vehementes morte reorum extinguantur vt declarant *Farinac. in d. quæſt. 10. nu. 40. & in d. tract. de hæreſi d. quæſt. 197. num. 104. & Caren. in d. tit. 19. §. 1. num. 7.* vbi teſtatur de communi opinione.

9 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in crimine læſæ maieſtatis, in quo ob immanitatem criminis etiam poſt mortem delinquentis poteſt contra eum procedi, & illius memoria damnari, vt docent *Eugen. conſ. 21. num. 13. lib. 1. Ant. Gomez var. reſ. tom. 3. d. cap. 1. num. 80. verſ. ſecundus caſus &c. Cartar. de execut. ſent. cap. bannit. cap. 1. num. 345. & ſeq. Peregr. de iur. fiſc. lib. 4. tit. 5. num. 19.* latè *Farinac. de Inquiſ. d. quæſt. 10. num. 42.* qui plures dat concordantes, & *Guazzin. defenſ. 35. capit. 27. num. 5.*

10 Sublimita d. ſecundam limitationem, vt habeat locum quando crimen læſæ maieſtatis eſt commiſſum contra Imperatorem, & Papam, vel Rempublicam Romanam, ſecus ſi contra Principem inferiorem, vel alias Reſpublicas, vt volunt quamplures Doctores, quos refert, & ſequitur *Farinac. in d. quæſt. 10. num. 43.* latè comprobans, cum quo pertranſeunt *Peregr. de iure fiſci lib. 4. tit. 5. num. 23. & ſeq. & Fachin. contr. iur. lib. 9. cap. 33.* licèt aliqui contrarium teneant quos refert *Fachin. vbi ſupra.*

11 Limita tertiò d. concluſionem, quod licet regulariter delictum morte extinguatur etiam quo ad pœnam confiſcationis bonorum, id tamen non habet locum quando reus delinquens moritur poſt ſententiam, quia tunc pœna confiſcationis bonorum, & quælibet alia pœna pecuniaria tranſit ad hæredes, *l. ex iudiciorum, 20. & ibi Bart. Alberic. & alij, ff. de accuſ. Ant. Gomez var. reſ. d. tom. 3. cap. 1. num. 82.* qui teſtatur de communi opinione *Medic. in tract. mors omn. ſolui. par. 2. concl. 32. num. 86. in fin. Pereg. de iur. fiſc. lib. 4. tit. 5. num. 38. verſ. verum gloſſa &c. & Farin. de Inquiſ. d. quæſt. 10. num. 45. & ſeq.* vbi diſſerit, an prædicta habeant locum, ſi a ſententia ſit appellatum, vt ibi per eum.

12 Alias limitationes d. concluſionis, quod delictum extinguitur morte, & pœna ab hæredibus exigi non poteſt recenſet latè *Farin. in d. tit. de Inquiſ. quæſt. 10. num. 44. 45. & ſeq.* quas hic, ne illas de carta in papirum, vt dicitur transferre videar non proſequitur, videas illas ibi per eum.

13 Prout etiam quando hæres teneatur ſoluere pœnam pro delicto defuncti videas eundem *Farinac. ibi num. 36. & ſeq. & Balth. Thomaſ. Guazz. Maſſin. & Caren.* per me relati in *tract. de hærede ſimpl. vel benef. art. 3. num. 149.*

14 Declara tamen d. limitationes, in quibus fuit firmatum, quod poteſt pro debito defuncti contra illius memoriam agi etiam poſt mortem delinquentis, quod proceſſus non eſt formandus contra delinquentem, ſed con-

ira illius memoriam, & illius hæredes, qui pro eorum intereſſe citandi ſunt, non autem defunctus, & probato delicto ſertur ſententia, in qua pronunciatur defunctum delictum commiſiſſe, & illius memoria damnatur, & bona publicantur, vt docent *Farinac. in d. quæſt. 10. num. 83. & Guazzin. in d. defenſ. 35. cap. 27. num. 6.* qui alios dant concordantes.

DVELLVM.

SVMMARIVM.

1 *Duellum eſt, tàm de iure ciuili, quàm canonico omninò prohibitum.*

Et etiam vigore Bullarum Summorum Pontificum, num. 3.

Et quacumque conſuetudine non obſtante, n. 2.

Debet tamen fieri duellum animo deliberato, ſecùs ſi calore iræ. num. 4.

Quando verò duellum dicatur fieri calore iracundiæ. num. 5.

Bulla Clementis VIII. comprehendit acceptantem duellum, etiam non ſequuta pugna. num. 6.

Quia acceptatio duelli debet eſſe expreſſa, & tacita non ſufficit, num. 7.

Quod verò pœnæ contra duellantes non intrent, non ſequuta pugna, tenent Doct. num. 8.

9 *Pœnæ contra duellantes non intrant ſinè pacto de loco, & tempore certo.*

RESOLVTIO I.

Duellum an ſit tam de iure ciuili, quam canonico prohibitum.

1 DVellum, quod Græci Monomachiam appellant, cum per illud dicatur Diuinum iudicium temerè, eſt, tàm de iure ciuili, quàm canonico, & Diuino, omninò prohibitum, vt tradunt *Alcia. de ſingul. certam. cap. 3. & cap. 4. in prin. Ludo. deciſ. Lucen. 11. nu. 1. & ſeq. Delrius diſquiſ. magic. lib. 4. cap. 4. quæſt. 4. ſect. 2. Farinac. de homic. quæſt. 119. n. 23. Nouar. in pragm. de duello collect. 1. nu. 1. & 2.* quos refert, & ſequitur *Maſſi. de confiſc. bono. quæſt. 10. in prin. P. Diana in ſumm. in ver. Duellum in prin. Cobel. ad Bullam boni regim. cap. 14. num. 106.* & admittit *Antonel. de temp. legal. lib. 1. cap. 29. per tot.*

Ex duello enim prodeunt mortes repentinæ, animarum perditiones, noua inter adſtantes amicos pugnantium odia, & alterationes, Dei tentatio, & mala plurima in humani generis detrimentum, vt habetur latiùs *in Bulla Iulij II. Conſt. 19. in Bulla tom. 1.* & recenſet *P. Delri. diſqui. magic. d. lib. 4. cap. 4 ſect. 2. ver. deteſtabilis &c.* vndè non mirùm, ſi illud per ius naturale, ciuile, canonicum, & diuinum ſit omninò prohibitum, vt dicit *P. Delri. vbi ſupra*, & nor. etiam alij Doctores ſupra adducti, & vltra eos *Caball. de omn. gen. homic. num. 77.*

2 Amplia primò d. concluſionē, vt habeat locū non obſtante aliqua conſuetudine in contrarium, quæ potius corruptela dicenda eſſet, vt voluerunt *Barbat. conſ. 62. num. 8. & ſeq. lib. 1. Grat. conſ. 3 num. 5. & ſeq. lib. 2. Flaui. Cherub. ad Bullam Iulij II. ſtol. 1.* quos refert, & ſequitur *Cobel. ad Bullam boni regim. d. cap. 14. num. 107.* & diſponitur expreſſè *in Sac. Concil. Triden. d. ſeſ. 25. cap 19. de reform. in fin. & ibi Adden. litera E.* volens, nunquam licere duellum ſuſcipere, neque ex cauſa honoris, vt ibi per eos, qui plures dat concordantes, & cōtra d. conſuetudinem, ſeù corruptelam tenet etiam *Caball. de omn. gen. homic. num. 73. & ſeq.*

3 Amplia ſecundo d. concluſionem, vt duellum ſit omninò prohibitum præcipuè in Statu Eccleſiaſtico vigore *Bullarum Sum. Pontificum*, & præſertim *Iulij II. Conſt. 19. Leonis X. Conſt. 31. in Bullar. tom. 1. Pij IV. Conſt. 21. Gregor. XIII. Conſt. 78. in Bullar. tom. 2. & Clem VIII. Conſt. 11 in Bullar. tom. 3. & Concil. Triden. ſeſſio 25. cap. 19.* ſub pæna excommunicationis, confiſcationis bonorum, & alijs grauiſſimis pænis, tam contra duellantes, quam contra conſulentes, ſpectantes, auxilium, & fauorem præſtantes, & concedentes locum ad duellandum, vt videre eſt *ex d. Bullis, & Conc. Triden.* nec non *ex Barbo. de Epiſc. allegat. 50. num. 120. ex Maſſin. d. quæſt. 10. num. 2. 3. et ſeq. ex P. Diana in d. ver. Duellum num. 1. & ſeq. ex Cobel. d. cap. 14. nu. 107. et ſeq. & ex Antonel. d. cap. 29. per tot.*

4 Declara primò d. concluſionem cum ampliatione ſequen. quòd ad hoc, vt duellum ſit punibile pænis, de quibus ſupra debet fieri animo deliberato, & ex compoſito, ſecùs eſt, ſi fiat calore iracundiæ, & orta inter duos rixa, fiat prouocatio ad duellum, & incontinenti ad aliquem locum accedentes dimicant, quia tunc non eſt locus pænis, de quibus ſupra, vt not. *Farinac. de homic. d. quæſt. 119. num. 24.* vbi dicit, ita pluries in facto obtinuiſſe, *& conſ. 9. num. 35. lib. 1. Guazz. de confiſc. bon. conel. 13. ampl. 89. num. 6.* vbi dicit, ita obtinuiſſe a Sacr. Conſulta in cauſa Maceraten. *Donat. Ant. de Marin. reſolut. 110. num. 9. P. Sanch. in præcep. Decal. lib. 2. cap. 39. num. 28. in fin.* benè *Maſſin. de confiſ. bon. d. quæſt. 10. num. 19. et ſeq. et num. 33. et ſeq.* alios adducens concordantes, vbi dicit, hoc procedere, etiā ſi duellantes ſe vocauerint ad dimicandum ad certum locum, vt ibi per eum, *P. Diana in d. ver. Duellum num. 9.* alios referens contra *Bonaci. Cobel. ad Bullam bon. regim. d. cap. 14. num. 108. Antonel. de temp. legal. d. cap. 29. num. 5. et ſeq. et P. Graſſet. de nece prodit. §. 2 ſub num. 10. et §. 8. num. 98.*

5 Subdeclara d. primam declarationē, quod duellum dicitur, fieri propriè calore iracundiæ, quando non deuenitur ad aliquem actum intermedium vt declarat *Ludo. deciſ. Lucen 11. in fin.* vbi dicit, in hoc ſatis verſari arbitrium Iudicis, quem ſequitur *Antonell. de temp. legal. d. cap. 29. nu. 6.* & quando pugna ſequitur eadem die, qua fuit facta rixa, & conuentio, vt dicit *P. Diana reſol. moral. par. 6. tract. 6. reſol. 21* quem referendo ſequitur *Antonel. d. cap. 29. num. 7.* & ſentit etiam *P. Graſſet. de nece prodit. §. 2. num. 10. et 11.*

6 Declara

6 Declarā ſecundò d. concluſionem cum ampliatione ſequenti, quod *Bulla Clementis VIII.* comprehendit illum, qui acceptauit duellum, etiam non ſequuta pugna, vel acceſſu ad locum deſtinatum, vt tenent *Donat. Ant. de Marin. reſol.* 110. *nu.* 1. 2. *& ſeq. lib.* 1. quem refert, & ſequitur *Maſſin. de confiſc. bon. q.* 10. *nu.* 15. licèt ſecùs ſit, non ſequuta acceptatione, quia tunc pœnæ contra duellantes non habent locū *Donat. Ant. de Marin. d. reſol.* 110. *num.* 4. *& ſeq. Ric. reſol.* 52. *per tot. par.* 3. quos ſequitur *Maſſin. d. quæſt.* 10. *nu.* 16. & voluit etiam *Antonell. de temp. legal. d. cap.* 29. *num.* 4.

7 Amplia d. ſecundam declarationē, quòd ad effectum incurrendi pœnas contra duellantes, non ſolùm requiritur acceptatio duelli, ſed etiam illa debet eſſe expreſſa, non autem generalis, & dubia, & facta ſub inuolucro verborum, vt voluerunt *Ciriac. contr.* 101. *n.* 53. *P. Sanch. in præcep. Decal. lib.* 2. *cap.* 39. *n.* 10. *Vermigl. conſ.* 194. *n.* 7. *et Maſſin. de confiſc. bon. d. q.* 10. *num.* 24. *&* 25. vbi quamplura adducit exempla d. generalis acceptationis, & adnotauit etiam *Antonel. de temp. legal. d. lib.* 1. *cap.* 29. *num.* 4.

8 Licèt contrariam opinionem, quod prouocatio, vel acceptatio duelli non ſufficiat ad incurrendas pœnas contra duellantes etiam in terminis *Bullæ Clementis VIII.* etiamſi adſit acceſſio ad locum deſtinatum ad pugnam, non ſequuta pugna, voluerit *Ricc. d. reſol.* 52. *part.* 3. *per tot.* cum quo tenet latè comprobans *P. Mendoz in* 2. 2. *diſp.* 170. *ſect.* 21. §. 190. contra *P. Fillinc.* quem ſimpliciter refert *P. Dian. in d. ver. Duellum, num.* 6.

9 Declara tertiò d. concluſionem, vna cum ampliatione ſequen. quod ad hoc, vt incurrant pœnæ, de quibus ſupra, contra duellantes impoſitæ requiritur etiam præcedens pactio, & conuentio de tempore, & loco, quæ debent eſſe certa, determinata, & particularia, ita vt generalia non ſufficiant, vt tradūt *Farin. conſ.* 9. *n.* 35. *P. Sanch. in præcep. Decal. d. lib.* 2. *cap.* 39. *n.* 24. *& n.* 28. *Vermigl. conſ.* 194 *ferè per tot.* plenè *Maſſin. de confiſc. bon. d. q.* 10. *n.* 20. *& ſeq.* doctè comprobans more ſuo, *& Antonel. de temp. legal. d. lib.* 1. *cap.* 29. *n.* 2. *& ſeq.* vbi dicit, quo ad locum non ſufficere electionē Ciuitatis, non expreſſo loco illius magis certò, & quo ad diem debere eligi, & ſpecificari diem certam, vt ibi per eum alios adducentem, ita ſentientes, *P. Diana in ſum. in d. ver. Duellum num.* 5.

A D D I T I O.

N. 3. VBi fit mentio de *Bulla Clemen. VIII.* prohibente ſub grauibus pœnis duellum adde *Alex. Peregr. Cler. Regul. in ſuo tract. de duello,* in quo latè commentatur per plures quæſtiones d. *Bullam Clemen. VIII.* ipſum conſulas, cum in d. tract. plura appoſuerit ad d. materiam pertinentia non iniocunda..

S V M M A R I V M.

1 *Duellantes, & ſuum inimicum occidentes gaudent immunitate Eccleſiæ.*

Licèt contrarium teneant aliqui Doct. num. 3.

2 *Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis.*

Reſol. Crim.

R E S O L V T I O II.

Duellantes, & ſuum inimicum occidentes an gaudeant immunitate Eccleſiæ.

1 DVellantes, & ſuum inimicum occidentes gaudent immunitate Eccleſiæ, vt tradunt *Farin. de imm. eccleſ. n.* 117. vbi hanc opinionem dicit, eſſe tutiorē in terminis *Bul. Greg. XIV.* & contrarijs reſpondet, *Ambro. de immu. eccl. c.* 8. *n.* 12. alios adducens concordantes *P. Dian. in ſum. in ver. immuni. eccleſ. quo ad delicta ſub n.* 22. *Bonac. de cenſu. diſp.* 2. *quæſt.* 3. *punct.* 16. §. 5. *num.* 9. *& Balth. Thomaſ. in ſuis tract. var. tom.* 4. *de immun. eccleſ. num.* 857.

In Bulla enim *Greg. XIV.* ſuper immunitate Eccleſiaſtica excipiuntur ſolum aliqui caſus, in quibus delinquentes non gaudent immunitate Eccleſiæ, nēpè aſſaſſinium, homicidium proditorium, hæreſis, crimen læſæ Maieſtatis, & alij, de quibus in ea vn-

2 dè quo ad † alios caſus non exceptos Bulla firmat regulam in contrarium, *l. nam quod liquidè* 4. §. *fin. ff. de pen. lega. l. tribunus* 21. §. *vlt. ff. de milit. teſtam. Ioſeph. Vela. diſſert. foren. diſſert.* 2. *nu.* 4. plenè *Barb. axiom.* 85. *num.* 4. alios dans concordantes, in his terminis *Bonac. de immun. ſacr. locor. diſp.* 3. *q.* 7. *punct.* 5. *nu.* 8. *Rota deciſ.* 144. *num.* 6. *par.* 1. *rec.*

3 Licèt contrarium tennerint *Mar. Italia de immu. eccleſ. lib.* 1. *cap.* 5. §. 4. *num.* 42. *&* 43. *Barbo. de im. eccleſ. vniuerſ. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 101. cum quibus pertranſire videtur *Maſſin. de confiſc. bon. quæſt.* 10. *nu.* 29. *& P. Graſſet. de nece prodit.* §. 8. *num.* 98. *& ſeq.* ob præmeditationem, quam ipſe vult excludere ab immunitate, declarans, id non habere locum in duellantibus ex improuiſo, & in prouocato, qui in continenti occidit aduerſarium in duello, vt ibi per eum.

S V M M A R I V M.

1 *Spectatores, & adſtantes duello puniuntur vigore* Bullarum, & Concil. Triden.

Quod non habet locum in adſtantibus duello caſualiter, num. 3.

2 *Caſus legis vbi adeſt, non eſt ab eo diſcedendum.*

R E S O L V T I O III.

Spectatores, & adſtantes duello an puniantur vigore Bullarum, & Concilij Tridentini.

1 SPectatores, adſtantes duello, & qui ad illud videndum conuenerint puniuntur vigore *Bullarum Leonis X. Conſtit.* 31. *in Bullar. tom.* 1. & aliorum Summorum Pontificum, nempè *Pij IV. Greg. XIII. & Clem. VIII.* de quibus habetur ſupra in hoc ver. *Duellum reſ.* 1. *n.* 2. nec non vigore *Sac. Conc. Triden. ſeſſ.* 25. *cap.* 19.

ſi ſint nobiles pœna ducatorum quingentorum, ſi verò ſint ignobiles pęna ducatorum viginitiquinque, & excommunicationis, vt tradunt *Barboſ. de Epiſc. alleg. 50. num. 120. Meſſin. de coaſiſt. bon. quæſt. 10. nu. 2. 3. & ſeq. P. Diana in ſumm. in ver. Duellum, in princ. & Delri, diſquiſ. magic. lib. 4. cap. 4. quæſt. 4. ſectio. 2.*

2 Cum enim habeamus caſum legis ab eo non eſt recedendum *Bald. in l. gallus 29. §. ſi eius in 2. not. ff. de libe. & poſthum. Aldovi. conſ. 35. num. 81. Cutac. contro. 176. num. 25. Rot. apud Duran. deciſ. 129. n. 2.* & dixi ego *alleg. foren. 1. in fin.* cum tunc dicatur res clara, ita vt ceſſet omnis diſputatio, vt pariter probaui ego *alleg. foren. 8. num. 55. & allega. 34. nu. 16. & alleg. 74. nu. 5. & 6.* vbi adduxi concordantes,

3 Limita d. concluſionem, vt non habeat locum in adſtantibus duello, & in ſpectatoribus illius caſualiter, puta in tranſeuntibus per locum duelli ad alium finem, quia illi non incurrunt pœnas impoſitas per Bullas Sum. Pontificum contra ſpectatores, & duello adſtantes, vt tradunt *Ricci, reſol. 54. per tot. part. 3.* quem referendo ſequitur *Maſſia. de confiſc. bon. d. quæſt. 10. nu. 23. & not.* etiam *P. Dian. in ſumm. in d. verbo Duellum num. 15.* vbi excuſat ab excommunicatione etiam aſpicientem duellum ex occulto, eminus, & eum qui curioſitatis cauſa illuc pergit, & alios, vt ibi per eum,

ADDITIO,

N. 3. VBi habetur, quod adſtantes duello caſualiter non incurrunt pœnas impoſitas per Bullas Summum Pontificum contra ſpectatores, & duello adſtantes, adde *Alex. Pereg. in d. tract. de duello in princ. declaratio d. Bullæ Clemen. VIII. num. 29. fol. mihi 24.* benè comprobans,

---

EBRIETAS.

SVMMARIVM.

1 *Ebrius delinquendo non punitur pœna ordinaria cum careat intellectu.*

Licèt aliqui contrarium teneant, num. 3.

Si tamen ebrietas eſt maxima excuſat ab omni pœna, num. 5.

Licèt id non tranſeat ſinè difficultate, num. 6.

Et idem eſt in effectu ebrio ſine ſua culpa, vt ſi ſit deceptus a ſocijs, num. 7.

Quicquid contrarium teneat Gail. *relatus, n. 8.*

Si tamen ebrietas ſit leuis à pœna non excuſat, num. 9.

Licèt contrarium teneat Farinac *relatus, n. 10.*

Neque quando qui ſe inebriat ſciens, ſe delicta committere, & non ſe abſtinuit, num. 11.

Et eò magis, quando quis ex induſtria ſe inebriauit, num. 12.

Vtrum verò pœna minoranda ebrio debeat eſſe pecuniaria, vel corporalis, num. 13.

2 *Ebrius caret recto ſenſu, & æquiparatur dementi, & furioſi.*

4 *Ebrij confeſſio non valet,*

RESOLVTIO I.

Ebrius delinquendo qua pœna veniat puniendus.

1 EBrius delinquendo in quo vis graui delicto cum careat recto ſenſu, & ſic conſenſu non punitur pœna ordinaria, ſed alia mitiori Iudicis arbitrio ad tex. *in l. omne delictum 6. §. per vinum ff. de re milit. cap. inebriauerunt 9. & ibi gloſ. 15. quæſt. 1.* & tradunt *Tiraq. de pœn. temp. cauſa 6. nu. 1. & ſeq.* latè comprobans, *Anton. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 1. num. 73.* vbi teſtatur de communi opinione, *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 60. ver. præterea quæro &c.* qui pariter hanc dicit communem opinionem, *Menoch. de arb. caſu 326. nu. 1. & ſeq. Vulpel. conſ. 23. num. 2. & ſeq. Peguer. deciſ. 7. num. 22. Decia. tract. crim. lib. 5. cap. 37. num. 53. & 60. et lib. 6. cap. 11. num. 8.* latè *Farin. de pœn. temp. quæſt. 93. num. 1. & ſeq.* vbi quamplures adducit ita ſentientes, bene comprobat, & contrarijs reſpondet, & dicit hanc concluſionem habere locum in quocumq; delicto, homicidij, blaſphemiæ, fractuæ pacis, & alijs de quibus ibi per eum, *Caball. reſol. crim. caſu 297. num. 7. cent. 3.* qui alios dat concordantes, *& de omni gener. homic. num. 187. & ſeq.* cum quibus pertranſeunt *Carena de offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 9. num. 42. & ſeq.* qui pariter teſtatur de communi Doctorum opinione, & ita in pluribus Tribunalibus fuiſſe in facto ſeruatum, *Nouar. de elect. fori ſect. 2. quæſt. 41. per tot. Adden. ad Rot. deciſ. 28. n. 103. et ſeq. par. 3. rec.* vbi plura de ebrietate, *& Criſpol. caſu milit. 19. num. 4. et ſeq.* vbi dicit ita ſententiaſſe.

2 Ebrius enim, vt dixi caret recto ſenſu, & ſic conſenſu, vt dicit *D. Thom. 2. 2. quæſt. 150. art. 1.* quem ſequuntur *Adden. ad Rot. d. deciſ. 28. nu. 103. Bonac. præcep. eccleſ. diſp. vlt. quæſt. 1. an. 3.* ita vt non longè diſtet ab inſano, demente, & furioſo, vt not. *Tiraq. de pœn. temp. d. cauſa 6. in prin. Adden. ad Rot. d. deciſ. 28. num. 99. & 153. & Nouar. de elect. fori d. quæſt. 41. in prin.* nec non *Criſpol. d. caſu milit. 19. num. 17. & 18* & ideò non mirum, ſi delinquendo veniat mitius puniendus, vt tradunt *Tiraq. Farin. Nouar.* & alij Doctores ſupra adducti.

3 Quicquid aliqui contrarium tenuerint, imò ebriũ delinquendo, non ſolum non excuſari a pœna, ſed duplici pœna eſſe puniendum nempè ob ebrietatẽ, & ob delictum commiſſum ex lege *Pittaci Metilinen.* ſeu ex *Ariſt. lib. 2. cap. 10. de Repub.* & præcipuè *Bald. in l. 1. num. 40.* vbi in fine concludit contrariũ *C. vndè vi Baez. de inop. debit. cap. 9. num. 13. Cened. in collect. ad ius Can. in cap. ſanè diximus 15. quæſt. 1. in prin.* & alij, quos referunt *Farinac. & Adden. ad Rot. in loc. ſupra adductis, & Cabal. reſol. crim. caſu 297. num. 8. cent. 3.* contra quos adeſt diſpoſitio tex. *in dicta l. omne delictum 6. §. per vinum, ff. de re milit.* & communis opinio Doctorum, de qua ſupra.

4 Amplia d. concluſionem, vt nec valeat confeſſio ebrij, cum ebrietate durante, careat vſu rationis,

nis, vt docent *Ripa in l.fin.nu.78. C.de reuoc.donat. & Farinac.de pæn.temp.d.quæſt.98.num.17.*

5 Declara primò d.concluſionem, vt habeat locum quando ebrietas eſt magna, quæ ſolùm diminuit vſum rationis, ſecùs tamen eſt, ſi ebrietas eſt maxima, & talis, quæ in totum tollat vſum rationis, iuxta diſtinctionem per me allatam ſupra in verb. *Blaſphemia Reſol.1. num.15.* vbi probaui, ebrietatem aliam dici leuem, aliam magnam, & aliā maximam, quia maxima æquiparatur furori, & ideò excuſat ebrium à tota delicti pœna, vt voluit *Canter.in quæſt.crim.cap.7. nu.68. & 69.* quem refert, & ſequitur *Carena de offic.S.Inquiſ par.3.tit.9.n.41. & ſeq.* & dixerat antea in eodem tract. *par.2.tit.7. num.32.* & tradunt etiam, ceſſante culpa, *Plaz.in epit.delict.lib.1.cap.30.num.3.ver.ex quibus, &c. Laderch.conſ.107.num.1. ver. magna ebrietas &c. & Lazar.de blaſph.quæſt.8.num.50.* & dixi ſupra in ver.*Blaſph. Reſol. 1. num. 11.*

6 Licèt *Clar.in d.quæſt.60.verſ. præterea quæro, etc.* dicat nunquā vidiſſe delinquentes ex cauſa ebrietatis fuiſſe in totum excuſatos,& ita videtur ſentire *Farinac.in d.quæſt.98.num.18.* inter magnam, & maximam ebrietatem non diſtinguens, nec non *Cabal.de omn.gen.homic. nu.188.* & videtur admittere idem met *Carena in d.par.2.tit.7.num.32. ver. quia tamen,* dicens, tutiſſimam eſſe opinionem, ebrio proferenti blaſphemias, ſeu verba hæreticalia ſemper eſſe aliquam imponendam pœnitentiam, vt ibi per eum,

7 Declara ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in eo, qui euaſit ebrius ſinè ſua culpa vt quia non cognouit vini potentiam ad inebriandum aptam, ſeu quia fuit deceptus à ſocijs, qui in vino aliquid immiſerunt, puta ſa, quia tunc talis ebrius, vti carens dolo, & culpa, nulla pœna venit puniendus, vt voluerunt *Clar. in pract. in d.quæſt. 60.ver. præterea quæro etc.* plenè *Ancar. quæſt. famil.13.par.2.per tot.Plaz in epit.delict.d.lib.1.cap. 30.num.3.ver.ex quibus etc.Farinac.de pæn.tempe. d. quæſt.98. num. 12.* alios aducens ita ſentientes, *Caball.de omn.gen.homicid.num188.* & benè comprobans, ebrietas eſt magna, *Adden.ad Rot.d.deciſ. 28.num. 11[illegible] plur.ſequen.*

8 Licèt etiam in hoc caſu intrare pænam extraordinariam voluerit *Gail.pract.obſeru.lib.2.obſeruat. 110. num. 27. et ſeq.*

9 Declara tertiò d.concluſionem,vt habeat locum in maxima, ſeù magna ebrietate, non autem in leui, quæ ſolùm ebrium hilarem reddit, quia, cum illa non tollat, nec diminuat vſum rationis, ideò delinquentem à pœna ordinaria non excuſat, nec liberat, vt declarant *Tiraq.de pæn.temp, d.cauſa 6. num.11.et 12.Ancar.d.quæſt.13. num.4.et ſeq.lib.2. Menoch.de arb.d.caſu 326.num.6.Gail.d.obſer.110. num.29.lib.2.Balar.ad Clar.in d.quæſt.60. num.39. Cabal.reſol.crim.d.caſu 297.num.16.Caren.de offic. S.Inqui.par.3.tit.9.n.46.et Criſpol.d.caſ.mil.19.n.5.*

10 Quicquid contrarium voluerit *Farinac. de pæn. temp.d.quæſt.98.n.19.* volens, etiam leniter tantùm, ebrium eſſe mitiùs puniendum, licèt non tantùm,

quantùm punitur grauiter ebrius, vt ibi per eum.

11 Declara poſtremò d. concluſionem, vt non habeat locum in eo, qui ſciens, ſe ſolitum in ebrietate delinquere, & alios offendere non ſe abſtinuit ad immoderata vini potatione, & ſe inebriauit, quia talis puniri debet non mitiori pæna, ſed pœna ordinaria, cum dederit causā rei illicitæ, & culpa præceſſerit caſum, vt adnotarunt *Canar.in clem. 1.in 3.par.relect.in initio num.4.in fin. Plaz.in epit. delict.lib.1.cap.30.nu.3. Ancar.in d.quæſt.famil.13. n.4.et ſeq.par.2.Gail.d. obſer.110.n.29.lib.2.Farin. de pæn.temp.d.quæſt.98.nu.20.* alios adducens concordantes, *Cabal.d.caſu 297.n.10.et Adden.ad Rot. d.deciſ.28.num.126.et ſeq. par.3.rec.*

12 Amplia d. declarationem, vt eò magis habeat locum in eo, qui data opera, & ex induſtria ſe inebriauit ad effectum delinquendi, & excuſationem poſtea obtinendi, quia in d.caſu ebrius nullo pacto excuſatur, vt docent *Farin.in d.quæſt.98.nu.21.* vbi quamplures dat concordantes, *Ancar. in d.quæſt. famil.13.num.6 in fin Cabal. d.caſu 297.num.14.et ſeq.et Criſpol.d.caſu milit.19. num.7.*

13 Vtrum verò pæna extraordinaria, in quam cōdemnādus venit ebrius delinquens, debeat eſſe pecuniaria tantū. vel etiā poſſit eſſe corporalis diſſerit *Farin de pæn.temp.d.quæſt.98.n.15.et ſeq.* vbi diuerſas refert Doctorum opiniones, & refert plura exempla, in quibus impoſita fuit ebrio pæna corporalis ſecundùm qualitatem ebrietatis, prout facit, *Carena de offic. S.Inquiſ.d.part.3. tit.9.num.42. et ſeq.* illos conſulas.

ADDITIO.

N.1. ADde Ebrietas quando ſit peccatum mortale; vel veniale tradit benè diſtinguendo *Sperell. deciſ. 113.num.37.par.2.*

SVMMARIVM.

1 *Ebrietas non præſumitur, ſed illa eſt probanda per allegantem.*

De tempore commiſſi delicti, num. 3.

Et teſtes illam non probant, niſi deponant de ſignis ebrietatis, num. 4.

2 *Quilibet a naturā præſumitur ſanæ mentis.*

5 *Ebrietas eſt difficilis probationis, et probatur per ſigna, et coniecturas.*

Signa autem ebrietatis plura recenſentur, n.6.

7 *Ebrietas probatur per teſtes deponentes per verbum, Credo.*

RESOLVTIO II.

Ebrietas an præſumatur, ſeù potiùs illa ſit probanda.

1 EBrietas non præſumitur, ita vt illam allegā ti ad effectum ſe excuſandi à delicto incumbat onus illam probandi, vt tradunt *Menoch.de arbitr.caſu 326.nu.11. Maſcar.de prob. concl. 578.in princip. lib. 2. Herculan. de caut. de*

non offen.cap.34.nu.22.Farinac, de pæn.temp.quæſt, 98.nu.23.Criſpol,caſu milit.19. num.23. Adden. ad Rota deciſ.28.num.158.et ſeq. par.3,rec,Guazzi.de caut.de non offen.quæſt,38,num.12,& P,Graſset,de nece prodit.§.34.num.2.ver, cum præſertim &c,

2 Quilibet enim ex hominis natura præſumitur ſanæ mentis *Abb,conſ.46.nu.4.Card,Maat,de coniec, lib,2,tit.5,num,2.Farinac.fragm.crim,litera F num,* 230, alios adducens concordantes quamplures *Eugen,conſ.79,num.6.lib.1.P,Sanch de matr, lib.1, diſput.8,num.17,& P,Graſſet.de nece prodit.d.§.34. num.2.* vbi alios adducit ita ſentientes, quæ præſumptio transfert onus probandi contrarium in aſſerentem *l.generaliter 24.§.ſi petitam in fin.ff. de fideic.liber.l.vlt.in prin.ff de eo quod met.cau. l.ſinè poſſidetis 16.C.de prob,* & not. *Deci.conſ.540.num. 11.Menoch.de præſump, lib.1.quæſt.33.num.2.* vbi alios dat concordantes, & dicit, quod hoc paſſim ſcribentes admittunt, *Ciriac,contr.204.num.42. & contron 318,nu. 6, Ill.Sperell,deciſ.27.nu.68.par.1.*

3 Amplia primò d, concluſionem, vt ebrietas non ſolùm ſit probanda, verùm etiam, vt illa ſit ſufficiens ad excuſandum delinquentem debeat probari de tempore commiſſi delicti, aliàs nihil operetur, vt docent *Ripa in l fin num.80.C.de reuocat, donat.Hercul.de caut.de non offen. d.cap.34. nu.22. Menoch,de arbitr, d. caſu 326,num.11. Farinac, de pæn.temp.d.quæſt.98.num 23.* & de teſte ebrio, vt repellatur a teſtificando, quod ebrietas probanda ſit de tempore examinis adnotarunt *Adden, ad Rot,deciſ 28.num,164, par,3, rec,* & ego dixi infra in ver. *Teſtis Reſolut, 12.*

4 Amplia ſecundò d,concluſionem,vt teſtes deponentes de ebrietate, & aliquem eſſe ebrium, illam non probent, niſi d.ebrietatis afferant concludentes rationes per ſigna etiam non interrogati, vt docent *Ripa in d.l.fin.nu.80, C.de renoc.don.Hercul, de caut.de non offen.d,cap.34.num,22.Maſc.de prob, d,concl,578,num.4.Farinac de pæn.temp.d.quæſt.98, num.26.Adden, ad Rot.d.deciſ.28.num 160, par, 3. rec, P.Graſſet.de nece prodit.d.§.34.num,2.ver,cum præſertim &c,Guazz.d quæſt.38,num.12, Eug.conſ. 79.nu,3.lib.1. Rota in Colonien, Canonicatus 27. Ianuarij 1627.coram.Eminentiſs, Card.Vbaldo .*

5 Declara d.concluſionem, quod ebrietas dicatur difficilis probationis,cùm ad illam cognoſcendam plurimùm laboret intellectus, qui de facili decipi poteſt, & ideò illa probatur per ſigna, & coniecturas, vt voluerunt *Maſcar.de prob d.concl.578, n.2. & ſeq.lib.2,Farinac.de pæn.temp, d.quæſt 98.n.26. Criſpol,d.caſu milit.19,nu.24.& 2 Adden ad Rot, d.deciſ,28,num,158,& 159.par.3.recen,& P.Graſſet.de nece prod d.§.34.n,2.ver Cum præſertim &c,*

6 Subdeclara d,declarationem, vt propterea ebrietas probetur ex transformatione faciei,ex aſpectu rubeo, & exhilarato, ſeù iracundo, ex loquela, & actibus indecentibus, vel alijs extra propoſitum, ex nimia vini potatione,ex euomitione,& ex alijs actibus,qui recenſentur per *Farin d,quæſt.98.num. 26.per Adden.ad Rota d.deciſ.28.nu.91. par. 3. rec per Maſcar,de prob.d,concl,578.nu.5. & ſeq.& per Criſpol, dict, caſu militar. 19.num. 24. & ſequen.*

7 Amplia d.ſubdeclarationem,vt ebrietas probetur etiam per teſtes deponentes per verbum Credo,vt tradunt *Bertaz. conſ,26.num,1. & ſeq.lib,1,* quem refert,& ſequitur *Farin,de pæn.temp.d.quæſt, 98.n.25.Criſpol.d.caſu milit,19.n.26.* & ſaciunt notata per eundē *Farin.de teſt.quæſt,68.n.81. & ſeq.* qui *num.111.& ſeq.* declarat, hanc ampliationem habere locum, quando teſtis deponens de credulitate adducit bonas, & concludentes rationes dict. credulitatis,alias ſecùs, vt ibi per eum.

ADDITIO.

N.4. VBi habetur, quod teſtes deponentes de ebrietate non probant, niſi deponant de ſignis illius adde *Zuffi. de legit. proceſ.crim, lib. 1. quæſt. 32. num.8.* benè comprobantem.

SVMMARIVM.

1 *Ebrius ſi offendat illum, cum quo pacem fecerat, vel promiſerat non offendere,non dicitur frangere pacem,ſeù cautionem de non offendendo.*

RESOLVTIO III.

Ebrius ſi offendat illam cum quo pacem fuerat,vel promiſerat non offendere an frangat pacem, vel cautionem de non offendendo.

1 EBrius ſi offendat illum, cum quo pacem fecerat, vel præſtiterat cautionem de non offendendo cum careat recto ſenſu, & ſic conſenſu, non incidit in pænam fractionis pacis, ſeù cautionis de non offendendo, cum non dicatur pacem, ſeù cautionem rumpere, vt tradunt *Hercul.de caut.de non offen. cap.34.nu.19. & ſeq.Tiraq.de pæn.temp.cauſa 6.ſub num.2.Maſc. de prob concl.1136.nu.21.lib.3,Farin,de pæn.temp. quæſt.98.n.10 Guazz.de caut.de non offen.quæſt.38. nu.11.& 12 & Adden.ad Rota deciſ 28.n.107.par. 3.rec,* vbi alios dant concordantes & dixi latiùs infra in ver. *Pax Reſol. 8. per tot.*

EPISCOPVS.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus habet fiſcum, & pænas pecuniarias imponere, & exigere poteſt.*

Et habet territorium, & merum, & mixtum imperium, num. 2.

Licèt aliqui contrarium teneant, num.3.

Ita vt fiſco Epiſcopi deferantur bona Clerici in caſibus, in quibus de iure communi intrat confiſcatio contra laicos, num. 4.

Et omnia Clerici bona patrimonialia, & aduentitia, num. 5.

Niſi

Niſi tamen habeat patrem, quia tunc peculia non confiſcantur, num. 6.

Et etiã contra laicos in delictis mixti fori, n. 8.

Bona tamen confiſcata applicantur fiſco ſaculari, ſi agitur de confiſcando totam, vel quotam, num. 9.

7 *Epiſcopus poteſt facere gratiam delinquentibus, vti Princeps.*

10 *Epiſcopus pœnas non debet in proprium vſum conuertere, ſed locis pijs applicare.*

Niſi tamen ſit valdè pauper, num. 11.

12 *Fiſco Epiſcopi an applicentur bona Clerici hæretici remiſſiuè.*

RESOLVTIO I.

Epiſcopus an habeat Fiſcum, & pœnas pecuniarias exigere poſſit.

1 EPiſcopus habet fiſcum ſaltem de generali conſuetudine, & ideò pœnas pecuniarias imponere, non ſolùm in delictis ad ſuum forum ſpectantibus, ſed etiam in ijs, quæ ſunt mixti fori, illaſq; exigere, & illius Cameræ de iure applicare poteſt, vt tradunt *Felin. in cap. irrefragabili 13. num. 11. de offic. ordin.* vbi teſtatur de veriori opinione, *Clar. in pract. §. final. quæſt. 80. ver. in hac materia &c. Couar. var. reſol. lib. 2. cap. 9. nu. 11. Aloi. Ricc. in prax. reſol. 387. nu. 2. Barbo. de Epiſc. allegat. 107. nu. 16. & ſeq.* vbi alios dat concordantes, *Guazz. de confiſc. bon. concl. 13. ampl. 24. num. 1. Maſſin.* pariter *de confiſc. bono. q. 2. num. 1. & ſeq.* vbi teſtatur de magis communi, & ſeruata in practica opinione, *P. Diana in ſumm. in ver. Epiſc. quo ad pœn. impon. num. 2.* plene *Vrſell. in exam. apum concl. 139. num. 1. & ſeq.* vbi quamplures adducit ita ſentientes, & dicit ita fuiſſe reſolutum à *Sac. Congregatione de anno 1589. die 29. Iunij Vermigl. conſ. 52. num. 11. & conſ. 143. num. 1.* vbi alios dat concordantes, *& Rot. in Tudert. damnorum datorũ 9. Decembris 1608. corã C. Lancellotto.*

2 Epiſcopus enim habet territorium, & merum, & mixtum imperium in ſua Diœceſi, vt not. *Peregr. de iure fiſci lib. 1. tit. 2. num. 105. Barboſ. de Epiſc. d. allegat. 107. num. 3. Illuſtriſs. Sperel. deciſ. 124. num. 13. & deciſ. 128. num. 53. & ſeq. par. 2.* vbi alios adducit ita ſentientes quamplures *Maſſin. d. quæſt. 2. num. 15. & Vermigl. d. conſ. 143. ſub nu. 1.* & in propria Diœceſi dicitur Princeps, vt poſt *Barba. Panni. Zerol. Ricci. Lancell. Garzi. Sot. Silueſt. Contrerb. Suarez,* & alios per eum adductos comprobat *Sperel. d. deciſ. 128. num. 56.* & ſcribit etiam *Altograd. conſ. 91. num. 5. lib. 2.*

3 Quicquid contrarium tenuerint, imò Epiſcopum non habere fiſcum, nec ei bonorum confiſcationem competere *Bald. in auth. bona damnatorum num. 1. C. de bon. proſcr.* & alijs locis *Oldr. conſ. 17. nu. 2. & ſeq. Boſſi. in pract. in tit. de fiſco nu. 8. Barba. conſ. 22. num. 13. & ſeq. lib. 3.* vbi teſtatur de veriori opinione, & alij relati per *Vrſell. in d. concl. 139. num. 12. & 17.* contra quos adeſt magis communis, & practicata opinio, de qua ſupra.

4 Amplia primò d. concluſionem illatiuè, vt fiſco Epiſcopi deferantur bona Clerici in omnibus caſibus, in quibus de iure ciuili intrat confiſcatio contra contra laicos, vt voluerunt *Diaz. in pract. cap. 124 ferè per tot. Sbroz. de offic. Vicar. lib. 2. quæſt. 58. num. 1.* quos refert, & ſequitur *Maſſin. de confiſc. bon. quæſt. 2. nu. 21.* cum quibus pertranſeunt *Barb. de Epiſc. alleg. 107. nu. 18. & Vrſel. in d. concl. 139. num. 2. & ſeq.* vbi dat concordantes.

5 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt in fiſcum Epiſcopi tranſeant omnia bona patrimonialia Clerici, ſiue ſint aduentitia, ſiuè aliter per Clericum acquiſita, vt not. *Sbroz. de offic. Vic. lib. 2. q. 58. num. 1. Bellet. diſq. if. clei. par. 1. § 14. num. 7. Iacob. de Zocch. conſ. 81. Ant. de Roſell. conſ. 82. Porcelli. conſ. 83. & Aluaro. conſ. 84. inter conſ. crim. diuerſ. lib. 1.* qui loquuntur in Clerico condẽnato in crimine læſæ Maieſtatis, *Guazz. de confiſc. bono. concl. 13. ampl. 14. num. 3. & 4.* quicquid dixerit poſteà *concl. 21. num. 24. & Maſſin. de confiſc. bon. d. quæſt. 2. num. 7. 8. & 17.* vbi dicit, bona acquiſita ex bonis Eccleſiæ per Clericum non tranſire in fiſcum, ſed acquiri ipſi Eccleſiæ, & bona emphiteotica, & feudalia redire ad Dominum directum, vt ibi per eũ.

6 Limita d. ſecundam ampliationem, vt non habeat locum in Clerico delinquente, qui habet patrem, quia in præiudicium patris illius peculia non veniunt in confiſcatione bonorum, vt not. *Diaz. in pract. cri. can. c. 124. n. 27. & ſeq. & Maſſi. de conf. bon. d. quæſt. 2. n. 11.* cum diſtinctione tamen, de qua latè idẽ *Maſſi. de confiſ. bon. q. 27. per tot.* & ego dixi latiùs ſup. in ver. *Confiſcatio Reſ. 8. 9. & 10. per tot.*

7 Amplia tertiò d. concluſionem, vt Epiſcopus, vti habens merum, & mixtum imperium, poſſit facere gratiam delinquenti ad inſtar Principum, ſaltẽ de conſuetudine, de omnibus delictis, vt adnotarunt *Alba. conſ. 64. num. 76. lib. 1. Pract. Archiepiſc. Neap. cap. 57. per tot. & ibi Additio, Vermigl. conſ. 143. num. 2. & Maſſin. de confiſc. bon. d. quæſt. 2. n. 25. & ſeq.* vbi dicit, poſſe etiam Epiſcopum ſuper criminibus componere, & tranſigere abſq; labe auaritiæ, vt ibi per eum *Marcell. Vulpell. in pract. fori eccleſ. cap. 41. num. 55.* & latè comprobat doctiſſimus *Sperel. deciſ. 116. num. 78. & ſeq. par. 2.* vbi dicit, ita ſemper ſemper ſeruari vidiſſe, & ipſum ſeruaſſe, tam, quando fuit Epiſcoporum Vicarius, quàm, dum fuit Epiſcopus, vt ibi per eum.

8 Amplia quartò d. concluſionem, vt habeat locum non ſolùm quo ad bona patrimonialia Clericorum verùm etiam quo ad illa laicorum in delictis mixti fori, vt puta, ſi laicus offendat Clericum, & ſimilibus cum in delictis mixti fori laici foro Eccleſiaſtico ſubijciantur, ſi contra eos fuerit præuentum, vt not. *Cabed. deciſ. 85. n. 1. et ſeq. Guttier. cano. quæſt. cap. 7 lib. 1. num. 11. & ſeq.* quos refert, & ſequitur *Vrſel. d. concl. 139. num. 2. et ſeq.* vbi hoc extẽdit ad iurantem falſum coram Iudice Eccleſiaſtico, & voluit etiam *Peregr. de iur. fiſc. lib. 1. tit. 2. num 107. et ſequen.* & alij Doctores ſupra in conclu-

ſione adducti, quando non agitur de confiſcando totam, vel quotam iuxta terminos ſequentis declarationis, & loquendo de pœnis pecuniarijs *Sperel. deciſ. 4. num. 3. par. 1.*

9 Declara primò d. concluſionem, vnà cum d. quarta ampliatione, quod, ſi laicus in delictis mixti fori, vel Eccleſiaſticis damnetur in pœnam confiſcationis bonorum in Tribunali Epiſcopali, bona applicantur fiſco ſæculari, non autem fiſco Epiſcopali, ſi agatur de tota, vel quota bonorum, cum vt et fiſcus capiat, perſona delinquentis attendatur, vt tradunt *Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt. 80. num. 1. & ſeq.* vbi dat concordantes, *Peregr. de iure fiſci lib. 1. tit. 2. num. 107. & ſeq. Vermigl. conſ. 52. num. 11. & 12. Maſſin. de confiſc. bon. d. quæſt. 2. num. 19. & Vrſel. in exam. apum d. concl. 179. num. 15.* & dixi latiùs ſupra in ver. *Confiſcatio Reſol. 2. per tot.* vbi dixi, ſecùs eſſe quo ad pœnas pecuniarias, quæ applicantur fiſco Epiſcopali, vt ibi eſt videre.

10 Declara ſecundò d. concluſionem, vt Epiſcopus bona confiſcata, & pœnas, & mulctas, quicquid eſſet de iure antiquo, non debeat in eius vtilitatem conuertere, ſed tenetur illas in vſus pios erogare ad auaritiæ ſuſpicionem fugiendam, vt tradunt *Quaran. in ſumm. Bullar. ver. pœnæ pecuniariæ fol. 395. Ricc. in prax. fori eccleſ. deciſ. 349. in 1. edit. et reſol. 300. num. 3. in 2. edit.* quem refert, & ſequitur *Barboſ. de Epiſc. d. alleg. 107. num. 19.* vbi alios dat concordantes, & dicit, ex Decreto *Sac. Congregationis* non poſſe Epiſcopum ex d. pœnis aliquam portionem dare eius Vicario, latè *Maſſia. de confiſc. bon. d. quæſt. 2. num 18. & nu. 30.* vbi dicit d. pœnas non poſſe applicari per Epiſcopum pro fabrica, nec Sacriſtia Eccleſiæ Cathedralis, nec pro reparatione domus Epiſcopalis, nec carcerum, nec pro birruarijs, nec pro ſalario Muſicorum Eccleſiæ, & prout latiùs ibi per tom, & idem tradit *in quæſt. 22. num. 19.* & præcipit *Sac. Conc. Trid. ſeſſio. 25. de reform. cap. 1.* & not. etiam *P. Diana in ſum. in ver. Epiſc. quo ad pœn. pecun. num. 2.*

11 Limita d. declarationem, vt non habeat locum in Epiſcopo, qui eſſet valdè pauper, quia tunc d. pœnas ſibi applicare poſſe, dicunt, deciſum fuiſſe per *Sac. Congregationem Molphe. ad conſuet. Neap. par. 4. quæſt. 64. num. 24. & Ricc. d. reſol. 300. num. 3. ver. limita &c.* quos refert *Barboſ. d. allegat. 107. num. 19. in fin.* & not. etiam *Vermigl. conſ. 143. n. 4.*

Verum verò fiſco Epiſcopali applicentur bona patrimonialia Clerici hæretici tractant *Pat. Sanch. in præcep. Decal. lib. 2. cap. 20. num. 1. & ſeq. Farina. de hæreſi. quæſt. 190. num. 158.* vbi tenet opinionem affirmatiuam plures referens concordantes, prout facit *Barbo. de Epiſc. d. allegat. 107. num. 17.* vbi dicit contrarium obſeruari in Regis Luſitaniæ Caſtellæ, & Franciæ, *Maſſin. de confiſc. bon. d. quæſt. 2. num. 11. & Caren. in Annot. ad Guid. Fulco. quæſt. 15. num. 1.* vbi dicit in hoc contrarias extare conſuetudines, diuerſarum Regionum, & ſpectare ad Summum Pontificem diſponere de bonis hæreticorum illos conſulas.

ADDITIO.

N. 2. VBi habetur, quod Epiſcopus habet territorium, & in ſua Diœceſi habet merum, & mixtum Imperium adde *Zuff. ad Conſtit. Barbar. num. 70. & ſeq.* latè comprobantem.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus poteſt tenere familiam armatam ad carcerandum delinquentes.*

Poteſt enim Epiſcopus iudicare, & punire delinquentes, num. 2.

Quicquid contrarium teneant aliqui Doctores, num. 3.

Et poteſt habere carcerem, num. 5.

4 *Inquiſitores hæreticæ prauitatis poſſunt habere familiam armatam.*

RESOLVTIO II.

Epiſcopus an poſſit tenere familiam armatam ad carcerandum delinquentes.

1 EPiſcopus, tàm de iure, quàm de conſuetudine poteſt tenere familiam armatam ad effectum carcerandi delinquentes, & ſuas ſententias exequendi ſinè recurſu ad brachium ſæculare, vt tradunt *Menoch. de arbitr. caſu 394 num. 65. Io. Franc. Leo. in Theſ. fori eccleſ. par. 1 cap. 9. num. 23. & ſeq. & par. 2. cap. 16. nu. 16. Carol. de Graff. de effec. cleric. effec. 1. num. 129.* plenè *Barboſ. de Epiſc. alleg. 107. in princ. & num. 7.* vbi quamplures adducit ita ſentientes, & teſtatur de veriori opinione, & comprobat *Illuſtriſs. Sperell. deciſ. 4. num. 8. pars. 1.* vbi dicit, ita fuiſſe deciſum *per Sacr. Congreg. Eminentiſs. DD. Cardinalium de anno 1624.* ad fauorem Epiſcopi Parmen. & latiùs *deciſ. 124. nu. 14. par. 2.* quamplures adducens concordantes & dicens non longè eſſe ab errore hodie contrarium tenentes, *et P. Dian. in ſum. m. in ver. immunitas Eccleſiaſtica num. 19. ver. quibus ſic reſpondemus &c.*

2 Epiſcopus enim poteſt iudicare, & punire delinquentes *cap. 1. de offic. ordin. cap. quoniam 18. diſt. cap. ſtatuimus 16. quæſt. 1. cap. in Archiepiſcopo parte 4. de rapto Mart. Antoni var. reſol. lib. 3. reſol. 14. num. 1. Barboſ. de Epiſc. d. alleg. 107. num. 2.* conceſſa autem Iuris dictione omnia illa cenſentur conceſſa, quæ ad illam exercendam ſunt neceſſaria *l. 2 ff. de iuriſd. om. iud. l. ad rem mobilem 56. qui procuratorem 57. ff de procu. l. 1. §. 1. ff. ſi vſusfru. petat. l. 3. ff. pro ſoc.* & latè comprobat *Barbo. axiom. 156. n. 3.* & in terminis noſtris not. idem *Barbo. de Epiſ d. alleg 107 nu. 3. & ſeq. P. Dian. in ſumm. in d. ver. immunitas eccleſiaſtica num 19. ver. quibus ſic reſpondemus*, & alij Doct. ſupra adducti.

3 Quicquid contrarium teneant *Abb. in cap. 1. de offic. ordin. Hoſti. Bero. Felin. in cap. ſignificaſti 6. de offic.*

offic.delegat.Clar.in pract. §.fin. quæſt.37. num.8. & alij relati per *Barboſ.in d. alleg.107. num.7.* contra quos adeſt verior, & magis communis opinio de qua ſupra.

4 Amplia primò d conclusionem, vt idem ſit in Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis, qui etiam poſſunt tenere familiam armatam ſicut Epiſcopi pro defenſione ſuæ perſonæ, & ſuæ familiæ, & ad capiendum hæreticos *clem.1.§.1.de hæred.Menoch.de arb. caſu 394.num.66.Carol.de Graſſ de effect.cler.effect. 1. num.130.Mart.Anton.d.reſol.14. verſ.tertiò* plenè *Barboſ. de Epiſc. d. alleg.107. num.6.* vbi alios adducit, ita ſentientes quamplures *P.Dian.in ſum. in verb.Inquiſitores, nu.25.Farinac.de hæreſi quæſt. 182.num.90.* vbi dicit, de hoc non poſſe dubitari, & *Caren.de offic. S. Inquiſit. par.1. tit.14. numer.1.* vbi dicit, quod ita omnes Doctores concludunt, & quamplures dat concordantes.

5 Amplia ſecundò d, conclusionem, vt Epiſcopus poſſit etiam habere carceres tùm ad cuſtodiam delinquentium, tum etiam ad pœnam cum habeat merum imperium, & ius carcerandi *cap.3. de pœnis Vgolin. de poteſt. Epiſcop. cap. 4. §.12. num.3.* quem refert, & ſequitur *Barboſ. de Epiſc.d.alleg. 107. num.20.* bene comprobans, *P.Dian.in ſumm. in verb.Immunitas eccleſiaſtica num.19.vero.quibus ſic reſpondemus etc.* & ita tenuit *Ill. Sperel. d. deciſ. 124.num.14.* & ante eum *Sacr.Conc.Trident.ſeſſion. 25. de reformat. cap. 3.*

ADDITIO.

N.1. VBi habetur, quod Epiſcopus poteſt tenere familiam armatam; adde hoc habere locum etiam in Vicario Capitulari, qui pariter vti ſubrogatus in iuriſdictione Epiſcopi poteſt habere familiam armatam, vt not. *Curl. contr. 20. num.32. & ſeq. & Marchet. de Vic. Capit. par.1, tit. 2. num. 16.*

SVMMARIVM.

1 *Commiſſarius, & Vicarius Epiſcopi non poteſt a partibus aliquid exigere dum vadit ad aliquem locum Diœceſis ad faciendum proceſſum.*

Contraria conſuetudinem non obſtante, num.2.

RESOLVTIO III.

Commiſſarius, ſeù Vicarius Epiſcopi an poſſit a partibus aliquid exigere dum vadit ad aliquem locum Diœceſis ad formandum proceſſum.

1 COmmiſſarius, & Vicarius, ſeù Delegatus Epiſcopi non poteſt a partibus aliquid prætendere, nec exigere, dum proficiſcitur ad aliquem locum ſuæ Diœceſis ad faciendas cauſas, neque ratione expenſarum, nec victualium, nec vecturarum equorum, cum Epiſcopus teneatur eis prouidere de expenſis, & alijs neceſſarijs, quia ideò Epiſcopo ſunt ſtipendia Eccleſiaſtica aſſignata, ita vt, ſi quid fuerit d.de cauſa ab illis exactum, poſſit, tanquam indebitum, repeti, vt tradunt *gloſ. in cap.cum ab omni 10.* & ibi not.etiam *Innoc.Ancar.Abb. & alii Canoniſtæ de vita, & honeſt. Cleric.Bonac.tom.2.diſput.10.quæſt. 2.punct.8. num.6.Cancer. var.reſol.par.3.cap.5. nu. 58. & ſeq.* quos refert, & ſequitur *Maſſin. de confiſc. bon. quæſt. 2. num. 56.* & ita declarauit *Sacr. Congr. Epiſc. & Regul.in Sarzan. 2. Octobris 1609.* quam refert de verbo ad verbo *Maſſin. vbi ſupra,* vbi alias duas refert declarationes, vnam in *Brundusina 30. Octobris* 1609. & aliam in *Montis Alti 20. Iulij* 1621.

2 Amplia primò d.concluſionem, vt habeat locum non obſtante contraria conſuetudine, vti ſpecialiter reprobata in d. *cap.cum ab omni.10.* & ibi not. *Abb.num.10.de vita,& honeſt.cleric.* & not. *Bonac. d.diſput.10. quæſt.2.punct.8. num. 6.* & benè comprobat *Maſſin.de confiſc.bonor. d. quæſt.2. num.58. & ſequen.*

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus non poteſt committere laico cauſas criminales Clericorum.*

Imo neque Papa poteſt committere laico omnes cauſas Clericorum, num.3.

Et Epiſcopus dictas cauſas committere neque poteſt Clerico coniugato, n.4.

Neque poteſt illas committere laico vnà cum Clerico. num.5.

Fallit concluſio quando in loco non adeſſet Clericus ſufficiens, num 6.

Et quo ad cauſa ciuiles, num.7.

Poteſt tamen Epiſcopus in cauſis criminalibus clericorum laicum aſſeſſorem aſſumere, n. 8.

2 *Laicus eſt incapax iuriſdictionis Eccleſiaſtica.*

RESOLVTIO IV.

1 EPiſcopus non poteſt delegare Iudici laico, ſeu alteri in ſtatu laicali exiſtenti, vt cognoſcat de cauſa criminali Clerici, vt tradunt *Clar.in pract.§.fin.quæſt.41.num. 5. Decian.tract.crim.lib.4. cap.9. num.70. Farinac.de inquiſ. quæſt.8.num.4.Genuen. in pract. Eccleſ.quæſt.730. num.2.* vbi loquitur de cauſa ſpirituali, *Scacc.de iud.lib.1. cap.11. num. 39. & 41. Hier. Buccar. de differ. inter iud. ciuil. & crim. differ. 127. num. 23.* quem vna cum aliis pluribus refert, & ſequitur *Barboſ.de poteſt.Epiſc.alleg.108.in princ. Carol. de Graſſ.de effect.Cleric. effect.1. num.560.* plenè *Ill.Sperel. deciſ.126. num.42.par.2. & Balth.Tomaſ.in ſuis tract. var. tom.4. in titul.de ſæcul. in Eccleſ. cognoſ. num.274.*

2 Laicus enim eſt, ita incapax iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, vt neque conſentiente Epiſcopo de cauſis Clericorum cognoſcere valeat, *cap.ſignificaſti 18. & ibi gloſ. de foro compet. cap.ſi diligenti 12. cum ibi not. per Doctor. eod. tit.* & not. *Grama.deciſ.61.num.8. Rolan.conſ.4. num.10. lib.1. Surd.conſ.201. num.61. lib.3.* plenè *Sperel.deciſ.10.num.40 par.1.& d.deciſ.126.num.39.par. 2.* latè *Balth. Thomaſ. in d.tit.de ſæcul.in Eccleſ.cognoſc. num.1. & num.118.Carlen. de iudic. tom.1.diſput.2.quæſt.5.num.352.*

3 Am-

3 Amplia primò d. concluſionem, quod neque Papa poſſit committere generaliter omnes cauſas Clericorum laicis, licet eis poſſit committere aliquas cauſas particulares, vt not. *Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 9. num. 66. & ſeq. Farinac. de inquiſ. quæſt. 8. num. 4. Scac. de iudic. lib. 1. cap. 11. num. 43. & 92. Card. Tuſch. pract. concl. litt. P. concl. 49. nu. 95. & concl. 50. num. 26. Barboſ. de iure Eccleſ. lib. 1. cap. 2. n. 190. & ſeq. & Balth. Tomaſ. in ſuis tract. variar. tom. 4. de ſæcul. in Eccleſ. cognoſc. num. 374.* & Summum Pontificem poſſe concedere alicui Principi facultatem procedendi in certis caſibus contra perſonas certorum clericorum, tenet *Ill. Sperel. deciſ. 37. n. 23. par. 1. & dec. 133. n. 48. part. 2.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt Epiſcopus cauſas criminales delegare non poſſit contra clericos, neque clerico coniugato, vt docent *Abb. in cap. 2. num. 15. & ibi Ripa num. 64.* qui teſtatur de communi opinione de iud. *Decian. tract. crim. d. cap. 9. num. 72. Sbroz. de offic. Vicar. lib. 2. quæſt. 66. num. 20. Barboſ. de poteſt. Epiſcop. d. allegat. 108. n. 4.* vbi alios dat concordantes, & *Balth. Thomaſ. in d. tit. de ſæcul. in Eccleſ. cognoſc. num. 318.* & illum non poſſe eſſe Vicarium Epiſcopi, tradit *Don. Ant. de Marin. reſol. 58. num. 16. lib. 1.*

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt neque poſſit Epiſcopus cauſas criminales Clerici committere laico, etiam ſi illas committat vna cum Clerico, quia laicus, neque ita coniunctus poteſt cauſam Clerici criminalem cognoſcere, vt tradunt *Ruſian. conſ. 4. nu. 4. lib. 1. Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 8. ſub num. 4. Sbroz. de Offic. Vicar. d. quæſt. 66. num. 20. Decian. tract. crim. lib. 4. d. cap. 9. num. 71.* quam ampliationem communem dicit *Dec. in cap. 2. numer. 5. de iudic. Scac. de iudic. lib. 1. cap. 11. num. 40. Barboſ. de poteſt. Epiſc. d. alleg. 108. num. 2.* plures referens ita ſentientes, *vbi nu. 3.* dicit idem eſſe quo ad cauſas ſpirituales, *Balth. Thomaſ. in d. tit. de ſæcul. in Eccleſ. cognoſc. num. 317. & Carol. de Graſſ. in d. effect. 1. num. 562.*

6 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando in loco non adeſſet Clericus ſufficiens, cui Epiſcopus cauſam Clerici delegare poſſet, quia tunc poſſe illas laico delegare ſcri. ferunt *Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. effect. 1. num. 564. Balth. Thomaſ. in d. tit. de ſæcul. in Eccleſ. cognoſ. num. 319. Imbria. de Iudic. Regni. part. vlt. num. 60. & Barboſ. de poteſt. Epiſc. d. allegat. 108. num. 5.*

7 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in cauſis ciuilibus Clericorum temporalibus tamen, & ſine facultate imponendi cenſuras, quas Epiſcopus poteſt laico committere, dummodo id generaliter non faciat, vt tradunt *gloſ. Abb. Bald. Fælin. Dec. & alij Canon. in d. cap. 2. de iudic. Decian. tract. crim. lib. 4. d. cap. 9. num. 70. Scac. de iudic. lib. 1. cap. 11. ſub num. 41. Genuen. in pract. Eccle. quæſt. 730. num. 1. & 2. Barboſ. de poteſt. Epiſc. d. alleg. 108. num. 7. Illuſt. Sperel. deciſ. 14. num. 11. par. 1. & d. deciſ. 126. num. 13 par. 2.* plenè *Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. effect. 1. nu. 566* vbi plures dat concordantes.

8 Declara d. concluſionem vnà cum ampliationibus, & limitationibus ſequentibus quod licet Epiſcopus non poſſit delegare cauſas criminales clericorum laicis, poteſt tamen aſſeſſorem laicum in dict. cauſis criminalibus aſſumere, vt poſt *Abb. Camil. de curte, & Rendin.* per eum adductos firmat *Barboſ. in d. alleg. 108. num. 6. Carol. de Graſſ. in d. effect. 1. nu. 567. & Balth. Thomaſ. in d. tit. de ſæcul. in Eccleſ. cognoſc. num. 322.*

EXCVLPATIO.

S V M M A R I V M.

1 *Exculpatio vulnerati, maximè in articulo mortis, tollit indicia contra reum exiſtentia, ita vt non valeat torqueri.*

Quicquid contrarium teneant aliqui Doctores, num. 2.

Quod habet locum etiam in exculpatione implicita, num. 3.

Quæ exculpatio repellit hæredes vulnerati ab accuſando, n. 4.

Et prodeſt exculpato etiam ſi priùs fuiſſet inculpatus, num 5.

Non tamen prodeſt, quando de delicto plenè conſtat, num. 6.

Nec quando contra exculpatum adſunt indicia vrgentia, n. 7.

Declara, vt num. 8.

Si tamen habens intereſſe in pace excuſet offendentem, excuſatur a fractura pacis, n. 9.

R E S O L V T I O I.

Exculpatio vulnerati an tollat inditia contra reum exiſtentia.

1 EXculpatio vulnerati, ſeù offenſi, qui præcipuè in articulo mortis aliquẽ exculpat, vt ſi deponat ab aliquo nõ fuiſſe vulneratum, nec offenſum, inquiſito multùm prodeſt, & tollit indicia contra eum exiſtentia, ita vt ſi ex illis ſinè d. exculpatione fuiſſet torquendus ſtante d. exculpatione, torqueri non debeat, vt tradunt *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 13. numer. 17. in fin. Clar. in pract. § fin. quæſt. 52. verſ. poteſt etiam &c.* vbi teſtatur de communi opinione, *Vulpel. conſ. 113. num. 8. Menoch. de præſump. lib. 1. quæſt. 90. in princ.* vbi hanc concluſionem latè comprobat authoritatibus, & ratione, *Maſcar. de prob. concl. 389. num. 2. lib. 1. & concl. 1135. num. 6. lib. 3* & late quampluribus authoritatibus relatis, firmat *Farinac de iudic. & tort. quæſt. 46. num. 104.* vbi dicit, ab hac opinione, vt communi, & veriſſima, non eſſe recedendum, *& conſ. 79. num. 18 lib. 1.* cum quibus pertranſeunt *Aldon. conſ. 26. nu. 63. & ſeq Guazzin. defen. 30. cap. 4. num. 23. in fin. Ciriac. contr. 250. num. 11.* vbi de vulnerato vnum grauante, & alium exculpante, *Ant. de Bal. tract. criminal. lib. 1. quæſt. 11. num. 18. & Viſel. in exam. apum concl. 155. num. 141.* & de exculpatione filiorum, & hæredum vulnerati dixi in *Reſolutione ſequenti, num. 4.*

Potentior enim eſt præſumptio, & fauor innocentiæ, quæ relucat ex confeſſione, & expurgatione offenſi, quam præſumptio contraria, ad tex. *in l. qui cum maior. 14. & in l. Paulus 46. §. 1. ff. de bon. liber. & in l. mater 2. C. de calum Bald. in l. 1. C. commu. de legat.* quem refert, & ſequitur *Maſcar d. concl. 1135 num. 7.* vbi ſubiungit, quod plus operatur exculpatio offenſi quòad defenſionem, quam accuſatio quoad offenſionem, vt ibi per eum, ſequitur *Farin. conſ. 185. num. 45. lib. 2.*

2 Licèt contrariam opinionem, imò exculpationem vulnerati inquiſito non prodeſſe, voluerint *Gram. conſ. 70. num. 5. Burſat. conſ. 239. ſub nu. 39. lib. 3.*

lib.3.Pucian.de prob.lib.1.cap.38.num.1. & ſeq. licèt *num.20.* ſupradictam concluſionem communem dixerit, & alij relati *per Farin. in d. quaſt. 46. num.105.* contra quos adeſt verior, & magis communis opinio de qua ſupra.

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum non ſolum in exculpatione explicita, & expreſſa, ſed etiam in implicita, & tacita, puta, quando vulneratus, vel offenſus, neminem exculpando, aliquem culpando nominat, quia tunc non inculpatus videtur tacitè, & implicitè exculpatus, per regulam, quod concluſio vnius eſt incluſio alterius vt not. *Burſat.in conſ.20.num.58.lib.1.& Adden.ad Bertaz.conſ.246.in 1. & 2. ver. ſub littera A.* quos refert, & ſequitur *Farinac.de indic.& tort.d.quaſt. 46. num.106. & ſeq.* & in terminis rei culpantis ſe ipſum de delicto, & quoſdam alios præcipuè in tortura, quod, ſi adſunt alij ſuſpecti, vel non nominati cenſeantur tacitè exculpati, ſcribit, *Ciriac. contr. 150. num. 24.* & ſentit *Guazz. de pace quaſt. 85.num.14.* de quo dicam latiùs in *Reſol. ſeq. n. 3.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt exculpatio offenſi, vel vulnerati præcipuè in articulo mortis conſtituti repellat hæredes volentes accuſare vulnerantem ad tex. *in l. 1. §. 1. cum l. ſeq ff. ad Sillan.* & tradunt *Gandin.de malef.in tit. de tranſact. & pact. in malef. num.16. & Decian. tract.crim.lib.3.cap. 24. num. 62.*

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt exculpatio vulnerati, vel offenſi proſit exculpato, licèt quod illum prius inculpaſſet etiam cum iuramento, quia adhuc primum dictum non poteſt inculpato nocere, vt adnotarunt *Gram. vot. 3. num.15. Burſatt. conſ.201.num.147. lib.1. Adden. ad Bertaz.conſ.246 in 1.addit. littera A. Maſcard. de prob. conc. 1135. num.12.lib.3.* licèt poſtea *num.ſeq.* diſtinguendo ſe innoluat, cum eius diſtinctio non poſſit applicari doctrinæ per eum firmatæ *d. num.12. & Farinac. de indic. & tort. d. quaſt.46. num. 108. & ſeq.* vbi declarat, hanc ampliationem habere locum in exculpatione facta per teſtem, vel ſocium criminis in articulo mortis iuxta terminos *Reſolut. ſeq.* non autem in exculpatione facta per vulneratum, & non exiſtentem in periculo mortis, cui dicit, non eſſe ſtandum, niſi exculpatus probet errorem primæ inculpationis aliundè quam ex dicto inculpantis, cum d. exculpatio præſumatur procurata, & facta in fraudem fiſci, vt ibi per eum.

6 Limita primò d. concluſionem vt exculpatio vulnerati, vel offenſi non proſit inquiſito, quando de delicto plenè conſtat, cum non ſit in facultate hominis facere de crimine non crimen, & illud remittere in præiudicium Reipublicæ, vt ſcripſerunt *Ant.Gomez var.reſol.tom.3. cap.13. num. 17.* vbi loquitur etiam quo ad pœnam ordinariam, & plures dat concordantes, *Clar.in pract.§.fin.quaſt.52. verſ.poteſt etiam &c. Menoch. de præſump. lib.1. quaſt.90. num.2. & 3.* benè comprobans, *Maſcar. de prob.d.concl.1135. num.5. 6. & ſeq. lib.3. Farinac.de indic.& tort. d quaſt. 46. num. 110. & ſeq.* vbi alios quamplures adducit ita ſentientes, *Ant. de Bal.tract.crim.lib. 2. quaſt.10. num. 56.* & in terminis inculpationis vulnerati *Caluin. de æquit.lib. 2. cap.132. num.24.*

7 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando contra exculpatum adeſſent indicia vrgentia, quia tunc inquiſitum torqueri poſſe, exculpatione non obſtante, voluerunt *Plaz. in epit. delict.lib.1.cap.13. ſub num.17. Alciat.de præſum. reg.3.præſump.4. num.10. Couar.var.reſol.lib.2.cap. 13. num.8. Clar.in pract.§.fin.quaſt.52. verſ.poteſt etiam &c. Maſcar.de prob. d.concl. 1135. num.10. & 11. Menoch.de præſum.lib.1.quaſt.90. num.3. in fin.* & hanc eſſe communem opinionem teſtatur *Farinac. de indic. & tort. d. quaſt. 46. num.113. in fin.* cum quibus peitranſeunt *Vulpel. conſ. 125. in fin. & Caluin.de æquit. lib. 2. cap. 132. num. 20.* alios adducens ita ſentientes.

8 Declara d.ſecundam limitationem, vt habeat locum, quando indicia contra inquiſitum exiſtentia ſunt vrgentiſſima, & pluſquam ſufficientia, quia tunc d.indicia grauiſſima, & vrgentiſſima exculpatio vulnerati, ſeu offenſi non tollit, ſecùs ſi indicia non ſunt talia, licèt grauia, & plura ſint, quia illa exculpatio tollit, vt benè iudicio meo declarat *Farinac.de indic.& tort. d. quaſt. 46. num. 114. & 115. & ſeq.* vbi hanc declarationem benè comprobat, & teſtatur de communi opinione, niſi tamen cum exculpatione concurrerent indicia innocentiæ, quia tunc exculpatio tolleret etiam indicia grauiſſima, & vrgentiſſima contra reum exiſtentia per rationes per *Far.* ibi adductas, ipſum conſulas.

9 Amplia quartò d. concluſionem, quòd ſi habens intereſſe in pace, quia pœna ob fracturam ei applicaretur, exculpet offendentem, exculetur à pœna pacis ruptæ *Guazzin.de pace quaſt.85.num.13.* alius adducens concordantes.

ADDITIO.

N.3. VBi habetur, quod exculpatio, quando reus aliquos ſocios inculpat, alios quos tacet exculpare dicitur adde *Farinac.conſ.221.num.7.lib.3.*

SVMMARIVM.

1 *Exculpatio ſocij criminis dum examinatur maximè in tortura, ſocio maximè prodeſt.*

Quicquid contrarium teneant aliqui Doctores, num. 2.

Quod procedit etiam in exculpatione implicita, num.3.

Et in exculpatione filiorum, & hæredum occiſi, num.4.

Ac etiamſi ſocius delictum fuerit confeſſus, n.5

Et d. exculpatio facit, ſocium non poſſe torqueri, ſtantibus indicijs contra eum, num.6.

Non tamen exculpatio operatur, quando ſocius eſt plenè conuinctus de delicto num.7.

Neque quando ſocius prius ſocium de delicto inculpauit, n.8.

Quod

Quod non habet locum, quando exculpatio facta fuit in articulo mortis, num. 9.

Declara, vt num. 10.

11 *Exculpatio ſocij non operatur quando non eſt carceratus, & inducitur in teſtem pro ſocio.*

RESOLVTIO II.

Exculpatio ſocij criminis dum examinatur an ſocio prodeſſe valeat.

1 EXculpatio ſocij criminis facta dum per Iudicem examinatur, & interrogatur ſuper delicto, & eius complicibus, maximè in tortura, prætenſo ſocio maximè prodeſt fauore defenſionis, vt tradunt *Maſcard. de probat concl.* 1135. *num.* 4. *&* *num.* 15. *lib.* 3. *Oſaſch. deciſ. Pedem.* 79. *num.* 60. *Carer. in pract. in* 2. *tract. de indic. & tort.* §. *octauum indicium num.* 19. plenè *Fariaac. de indic. & tort. quæſt.* 43. *num.* 11. *& ſeq.* vbi dicit, apud eum hanc eſſe indubitatam opinionem, & omnibus contrarijs benè reſpondet, & idem ſcripſit *in conſ.* 19. *num.* 7. *& in conſ* 66. *num.* 15. *lib.* 1. *& conſ.* 138. *num.* 32. *& conſ.* 161. *num.* 1. *& ſeq. lib.* 2. quam opinionem ſequuntur etiam *Guazzin deſen.* 33. *cap.* 14. *num.* 11. *verſ.* *imò ſi ipſi &c. Caren. de offic. S. Inquiſ. par.* 3. *tit.* 10. *num.* 57. *& Vermigl. conſ.* 25. *num.* 16. *& num.* 20. *in princ. & conſ* 218. *num.* 9. & dixi etiam infra in verb. *Socius criminis. Reſol.* . . .

Si enim inculpatio ſocij criminis facit indicium, ſaltem ad inquirendum ſpecialitèr, & nocet inculpato in caſibus, in quibus poteſt de conſocijs interrogari, vt not. *Farinac. de indic. et tort. d. quæſt.* 43 *num.* 13. & latiùs *num.* 127. *et ſeq.* vbi alios adducit ita ſentientes, & teſtatur de magis communi, & practicata opinione, & *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par.* 3. *tit* 10. *num.* 49. & ego dixi latiùs infra in verbo *Socius crim. Reſol.* 2. *num.* 4. ita illius exculpatio. vti magnum innocentiæ ſignum; deberei prodeſſe, nè fauorabilior ſit offenſio, quam defenſio contra tex. *in l. Arrianus* 46. *ff. de act. et oblig.* & contra not. *per Boſſ in pract. in tit. de fauor. defen. num.* 3. & latè comprobat *Farin d. quæſt.* 43 *n.* 13.

2 Quicquid contrarium, imò ſocio exculpanti ſocium non eſſe credendum voluerint *Menoch. de arbitr. caſu* 474. *num.* 13. *Maſcard.* ſibi contrarius *de prob. concl.* 1318. *in princ. lib.* 3. & alij relati *per Farinac. de indic. et tort. d. quæſt.* 43. *num.* 10. quas exculpationes in Regno non attendi, cum in eo procedatur ex abrupto, ſed illas reſeruari poſt torturam, dicit *Anton. de Bal. tract. crim. lib.* 1 *quæſt.* 26. *num.* 58.

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum, non ſolum in exculpatione explicita, & expreſſo, ſed etiam in exculpatiône tacita, & implicita, vtputa, quando reus inculpat ſe ipſum, & quoſdam alios maximè in tortura, nec nominat alios, qui aliqualiter erant ſuſpecti, quia d. non nominati dicuntur exculpati, & præſumuntur innocentes, licèt aliqua militarent indicia contra ipſos, vt not. *Burſat. conſ.* 20. *num.* 58. *lib.* 1. quem refert, & ſequitur *Farinac. conſ* 185. *num.* 20. *lib.* 2. *et in tract. de indic. et tort. quæſt.* 46. *num.* 106. *et ſeq. Silueſt. et Io: Aldobra. inter conſ. Farinac. conſ.* 19. *num.* 7. *lib.* 1. *Cirtac. contr.* 150. *num.* 24. *et Vermigl. conſ.* 218. *num.* 9. & dixi ſupra *in Reſol. præc. in* 1. *ampliat.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in exculpatione filiorum, & hæredum occiſi non affectata, quæ inquiſitum maximè ſubleuat, cum non ſit veriſimile, fuiſſe per eos factam, ſi cognouiſſent inquiſitum fuiſſe nocentem, imò quòd illum acerrimè in iudicio fuiſſent perſequuti cædem patris vlciſcendo, vt benè comprobat *Coſta in conſ poſito in tract. de ſcien. et igno. cent.* 1. *diſt.* 8. *num.* 27. & quando contra inquiſitum ſunt leuia tantùm indicia, exculpationem conſanguineorum ei maximè prodeſſe, licèt illa, ſi ſint grauia, non impedire proceſſum criminalem voluerit *Blanc. in pract. crim.* §. *verùm quia etc. num.* 100. *et ſeq.*

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt exculpatio ſocij criminis maximè facta in tortura iuuet ſocium etiamſi delictum fuerit confeſſus, ita vt, ſtante d. exculpatione, deueniri contra eum non poſſit ad pœnam ordinariam, ceſſante ſuſpicione ſubornationis, vt per tria fundamenta per eum adducta comprobat *Farinac. de indic. et tort. quæſt.* 43. *nu.* 20. *et ſeq. et in conſ* 161. *num.* 3. *et in conſ.* 185. *nu.* 20. *lib.* 2 vbi allegat bonum *tex. in l.* 1. §. *ſi quis vltro. ff de quæſt.*

6 Amplia quartò d. concluſionem declaratiuè, vt, quando ſocius non eſt plenè de delicto conuictus, ſed ſolum contra eum extant indicia ad torturam, exculpatio de eo facta per ſocium ita illa debilitat, vt torqueri ex illis non poſſit, vt poſt *Foller. Grogan. Ant. Gomez, Gribal. Muſcat. & Menoch.* per eum adductos benè probat *Farinacc. de indic. & tort. d. quæſt.* 43. *num.* 18. *& in conſ* 161. *num.* 1. *&* 2. vbi alios dat concordantes, & teſtatur de veriori opinione *lib.* 2. & voluit etiam *Vermigl. conſ.* 24. *num.* 2. vbi loquitur de exculpatione mandatarij, vt ibi per eum.

7 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando reus de delicto eſt plenè conuictus, puta per teſtes omni exceptione maiores de eo deponentes, quia tun. ex exculpatione ſocij criminis non reſultat probatio innocentiæ ſocij, nec tollitur concludens delicti probatio, vt benè comprobat *Farinac. de indic. & tort. d. quæſt.* 43. *num.* 17. & tenet etiam *Ant. de Nigr. in cap. frequenti num.* 1578. *& ſeq. in cap. Regn.* quem refert, & ſequitur *Ant. de Bal. tract. crim. lib.* 1. *quæſt.* 26. *num.* 57. & dixi latius *in Reſol. præced. in* 1. *limit.*

8 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando ſocius, ſiuè alius primò inculpauit ſocium, quia ſi poſtea illum exculpet, d. exculpatio, vti præſumptiuè procurata, ac etiam varia, & contraria non tollit præcedentem inculpationem, niſi probato errore primæ inculpationis,

nis, vt poſt *Marſil. in pract. §. reſtat num. 16. & 17* per eum relatum benè comprobat *Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 46. num. 74. & num. 108. & ſeq.* & dixi etiam ſupra *in Reſol. preced. n. 5.*

9 Sublimita d. ſecundam limitationem, vt non habeat locum in exculpatione facta per ſocium in articulo mortis conſtitutum, puta dum eſt in patibulo, vel in confortatorio pro ſuæ conſcientiæ exoneratione, quia illa ita eneruat vires primæ inculpationis, vt taliter exculpatus nullo modo valeat torqueri, maximè ſi exculpatio eſſet geminata, vt voluerunt *Gram. vot. 3. nu. 15. & ſeq. & vot. 11. num. 11. ſuſin. Rim. Iun. conſ. 420. num. 17. vol. 4. & Berſatt. conſ. 201. num. 146. & ſeq. lib. 2.* quos vna cum alijs refert, & ſequitur *Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 46. num. 68. & ſeq.* vbi dicit, ab hac opinione, vti magis communi, & veriſſima non eſſe recedendum, quam ampliat etiam in exculpatione facta per ſocium poſt Confeſſionem Sacramentalem, & acceptam Sanctiſſimam Euchariſtiam, & reprobat *Maſcar.* contrarium ſententem, vt ibi per eum, *& conſ. 70. num. 14. lib. 1. & conſ. 185. num. 44. lib. 2.* cum quibus pertranſeunt *Capel. inter conſ. Farinac. conſ. 55. num. 10. lib. 1. Vermigliol. conſ. 8. num. 15.* vbi dicit, de hoc non eſſe dubitandum, maximè quando pro exculpatione concurrunt adminicula, & coniecturæ, & idem dicit *in conſ. 20. num. 1. & ſeq. & conſ. 24. num. 2. & conſ. 25. num 16. & Ciriac. contr. 150. num. 121. et ſeq.* vbi dicit hoc maximè habere locum pariter quando cum exculpatione concurrunt coniecturæ, vt ibi per eum.

10 Declara dictam ſublimitationem, vt habeat locum quando præcedens inculpatio facta per ſocium erat nuda, & ſinè alijs indicijs, & coniecturis, quia tunc ſubſequens exculpatio facta in articulo mortis, & in patibulo, ſeù conſortatorio tollit præcedentem inculpationem, ſecùs tamen eſt ſi inculpatio præcedens erat adminiculata præſumptionibus, & coniecturis, quia tunc ſubſequens exculpatio priorem inculpationem non tollit, vt tradunt *Foller. in pract. in verb. Et ſi confitebuntur in 3. par. 3. par. prin. num. 101. Rimin. Iun. d. conſ. 420 num. 17. lib. 4. Maſcar. de prob. concl. 1135. num. 14 lib. 1. et Farinac. de indic. et tort. d. quæſt. 46. num. 72. et 73.* vbi dicit, inculpationem debilitare inculpationem etiam adminiculatam, itant ſi iodicia ſint leuia non ſit locus torturæ, ſi verò ſint grauia, & per ſe ſufficientia ad torturam, exculpatio ſubſequens non faciat ceſſare torturam, vt ibi per eum addo *Capell. d. conſ. 55. inter conſ. Farinac. nu. 38. lib. 1.* & ſentit *Vermigliol. conſ. 20. num. 4.* & eſſe attendendas coniecturas, voluit idem *Vermigliol. d. conſ. 24. num. 3. et 4.* cum quibus pertranſit *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 1. quæſt. 26. num. 55.* vbi refert *Io. Ant. de Nigr.* qui hanc dicit magis communem eſſe diſtinctionem, & ita fuiſſe deciſum dicit *Maſtril. deciſ. 195. n. 7. et ſeq.*

12 Limita poſtremò d. concluſionem, vt habeat locum in exculpatione facta per ſocium carceratum & examinatum ſuper delicto, & complicibus, ac ſocijs, ſecùs tamen eſt ſi ſocius criminis non carceratus, puta quia fuerit de delicto aggratiatus inducatur in teſtem per ſocium ad eius defenſionem, qui in eius depoſitione ſocium exculpet, & exculſet, à delicto quia tunc illi non eſt credendum ratione affectionis tenet *Farinac. de indic. et tortur. quæſt. 43. num. 12.* vbi dicit hanc limitationem veriſſimam eſſe, & idem ſcripſit *in conſ. 161. num. 1. et 2. lib. 2.*

A D D I T I O.

N. 5. VBi habetur, quod exculpatio ſocij criminis, maximè facta in tortura iuuat ſocium etiam ſi fuerit confeſſus delictum adde *Farinac. conſ. 221. num. 6. & 7. lib. 3.* vbi dicit, quod d. exculpatio facta in confortatorio vel in patibulo d. confeſſionem erroneam reddit, vel ſaltem illam debilitat, vt ibi per eum.

S V M M A R I V M.

1 *Exculpatio facta per non exiſtentem in fortijs Curiæ ad fauorem alterius non attenditur.*

Fallit in exculpatione Accuſatoris, vel Inſtigatoris, num. 2.

3 *Exculpatio facta per tertium inculpando ſe ipſum an ei noceat ſi veniat in fortijs Curiæ remiſſiuè.*

R E S O L V T I O III.

Exculpatio facta per non exiſtentem in fortijs Curiæ ad fauorem alterius an ſit attendenda.

1 EXculpatio facta per non exiſtentem in fortijs Curiæ ad fauorem alterius, quod non interuenerit in delicto, commiſſo, vel quod non Titius, ſed ipſe commiſit delictum, vt iſuſpecta de ſubornatione, & extraiudicialis, & facta ſinè iuramento non eſt attendenda, nec prodeſt inquiſito, vt docent *Foller. in pract. in ver. Et ſi confitebuntur in 2. par. 3. par. prin. num. 9. et in 3. par. num. 116. Claud. ad Bertaz. conſ. 246. littera A Maſcar. de prob. concl. 1135. num. 4. et num. 15. lib. 3. Farinac. de indic. et tortur. quæſt. 43 num. 23.* vbi hanc concluſiomem benè comprobat, & alios quamplures adducit ita ſentientes, *et Ant. de Ball. tract. crim. lib. 1. quæſt 10. num. 56.*

Cum enim exculpatio prædicta, vt dixi, non ſolùm ſit extraiudicialis, & facta informiter, & ſinè iuramento, ſed etiam ſit ſuſpecta de ſubornatione, non mirùm ſi non veniat attendenda, vt declarant *Foller. Maſcard. & Farinacc.* in locis ſupra adductis.

2 Limita d. concluſionem, vt non habeat locum in confeſſione Accuſatoris, vel Inſtigatoris facta ad fauorem Rei, quia, illam ei prodeſſe ad abſolutionem obtinendam poſt *Roman. Foller. Maſcard. & Batar.* per eum adductos, voluit *Guazzin. defen. 32.*

cap.

cap. 33. *num.* 10. *& Farinac. de reo confeſſ. & conuict. quæſt.* 82. *num.* 36. & dixi ſupra in verb. *Accuſatio, Reſol.* 4. *num.* 3. quibus addo *Aldou. conſ.* 26. *num.* 63.

3 Vtrum verò d. exculpatio faciat contra exculpantem indicium ad torturam, ſi ad manus Curiæ deueniat, vide *Farinac. de reo confeſſ. & conuict. quæſt.* 82. *num.* 38. vbi videtur ſentire, quod non *& P. Graſſec. de nece prodit. §.* 33. *num.* 19. *& ſeq.*

S V M M A R I V M.

1 *Exculpatio mandatarij prodeſt mandanti, ita vt torqueri non poſſit.*

Maximè concurrentibus coniecturis pro exculpatione, num. 3.

Quod procedit, ſi mandatarius dicat habuiſſe mandatum ad ſfriſandum, non ad occidendum, num. 4.

2 *Aſſertioni illius, qui actum fecit, ſtatur cum iuramento in dependentibus ab eius anima.*

R E S O L V T I O IV.

Exculpatio mandatarij an proſit mandanti, itaut torqueri non poſſit.

1 EXculpatio mandatarij prodeſt mandanti, ita vt ipſe torqueri non poſſit, cum credatur delinquenti aſſerenti, occidiſſe, vel vulneraſſe ex propria cauſa, & inimicitia, & non de mandato alterius, niſi in contrarium aliæ vrgeant coniecturæ, & præſumptiones, vt tradunt *Foller. in pract. in ver. Rei indurati torqueantur, num.* 4. *Plaz. in epit. delict. cap.* 15. *num.* 14. *lib.* 1. *Menoch. de arbitr. caſu* 474. *num.* 4. *Farinac. de indic. & tort. quæſt.* 44. *num.* 23. vbi alios dat concordantes, *Ciriac. contr.* 488. *num.* 78. vbi dicit, quòd ſi quis mandauerit delictum, & mandatarius declaret, velle illud committere pro intereſſe proprio, ei creditur ad excuſationem mandantis, & *Vermigliol. conſ.* 24. *num.* 2. vbi dicit, hanc eſſe indubitatam concluſionem.

2 In dependentibus enim ab animo alicuius ſtandum eſt dicto aſſerentis cum iuramento, quò animo actum fecerit, vt not. *Iaſ. in l. admonendi* 31. *num.* 308. *ff. de iureiur. Corn. conſ.* 202. *in fin. lib.* 2. *& conſ.* 250. *col.* 2. *verſ. & ſub illis verbis &c. lib.* 1. plenè *Seraph. de priuil. iuram. priuil.* 1. *num.* 3. *& plur. ſeq. Mancin. de iuram. par.* 4. *effect.* 44. *num.* 1. vbi quamplures dat concordantes, & in his terminis tradit *Vermigl. conſ.* 16. *num.* 7. & actus magis præſumitur factus nomine proprio, quam alieno *Rot. apud Gregor. XV decis.* 472. *num.* 4. *& ibi Adden. et deciſ.* 531. *num.* 4.

3 Amplia primò d. concluſionem, vt exculpatio mandatarij eò magis ſuffragetur mandanti ad euitationem torturæ, quando pro exculpatione concurrunt præſumptiones, & coniecturę, vt docent *Foller. in pract.* 2. *par. in verb. Rei indurati torqueantur, num.* 4. *Burſatt. conſ.* 201. *num.* 148. *lib.* 2. *Farinac. de indic. & tort. quæſt.* 46. *num.* 117. *& conſ.* 185. *num.* 11. *&* 45. *lib.* 2. *& Vermigliol. dict. conſ.* 24. *num.* 3. & in hoc eſſe attendendas coniecturas generaliter dixit *idem Vermigl. conſ.* 16. *n.* 8. vbi dat concordantes.

4 Amplia ſecundò d. concluſionem illatiuè, vt exculpatio mandatarij aſſerentis, habuiſſe mandatum ad ſfriſandum, non autem ad occidendum, ſit attendenda ad fauorem mandantis, cum illa non ſit probabilis aliundè magis, quam per eum, qui ſcit veritatem facti, vt in fortioribus terminis voluit *Bertaz. conſ.* 538. *num.* 6. *in princ. et ver. tertia ratio &c. lib.* 2. quem refert, & ſequitur *Vermigl. conſ.* 16. *num.* 7.

Reliqua ad materiam ſpectantia, & præcipuè, quando mandatarius priùs inculpauit mandantem, ſuppleas per deducta ſupra in hoc verb. *Exculpatio, Reſol.* 2. *per tot.* quæ eſt eadem, & ideò non eſt replicanda.

E X I L I V M.

S V M M A R I V M.

1 *Exilium iniunctum ad tempus, vel in perpetuum frangens punitur.*

Itaut exiliatus, infra decem annos illud frangens, puniatur in duplicatione temporis, n. 2.

Si verò ſit datum ad decennium, vel vltra punitur exilio perpetuo, n. 3.

Et ſi ſit datum in perpetuum, frangens illud punitur pœna extraordinaria, n. 4

Licèt aliqui teneant, intraret pœnam mortis, num. 5.

Si in caſu fractionis ſit adiecta certa pœna, illa habet locum, n. 6

De conſuetudine Curiæ Romanæ punitur tantũ duplicatione temporis pro prima vice, n. 7.

8 *Fugiens a triremibus condemnatur citra mortem duplicando ei tempus.*

Contrarium imò tunc intrare pœnam mortis, ſi eſſet condemnatus in perpetuum, n. 9.

10 *Fugiens ex carcere ei aſſignato in pœnam quomodo condemnetur, vide ibi diſtinctionem.*

11 *Exiliatus, ſi cauit de ſeruando exilium, ſi fugiat, condemnatur pro delicto, & fideiuſſor pro pœna.*

R E S O L V T I O I.

Exilium iniunctum ad tempus, vel in perpetuum frangens an puniatur.

1 EXilium iniunctum ad tempus, ſeù in perpetuum, frangens, vel relegationem venit de iure puniendus *leg. relegati* 4. *& ibi gloſ. & Bart. ff. de pœnis*, & tradunt *Cumi. de ſindic. cap.* 24. *num.* 53. *Ant. Gomez var. reſol. tom.* 3. *cap.* 8. *in princ. Cabal. reſol. crim. caſu* 8. *num.* 66. *cent.* 1. *Gratr. conſ.*

conſ.47.num.1. Peguer. decis.41.in princ. Carena de offic.S.Inquiſ.par.3.tit.13.num.75. & Farin.in frag. crim,litt.8 num.83. & ſeq. & admittunt omnes infra in prima ampliatione adducti.

Iudici enim non obediens dicitur, delictum committere *l.1.& ibi not.Doct.comm.ff.ſi quis in ſdic.non obtemp.l.ſi quis minut 3 ff.ne ius fiat ei &c.Roffred. de libel.par.3.in tit.ſi quis Iud.non obtemp.num.1.& ſeq. Eug.conſ.31.num.24.lib.1.* delictum autem non debet remanere impunitum *leg.ita vulneratus 52. §.pen.ff.ad leg.aquil. Caſtr.in l.3. num.4. & 5.C. de Epiſc.audie.Farinac.de inquiſ.quaſt.5.nu.2. Calui.de aquit.lib.2.cap.108.num.15.* cum id interſit Reipublicæ, vt aliorum exemplis ab eis metu pœnæ cæteri ſe abſtineant plenè *Capie. Latro decis. 103. num.1. & ſeq. lib.1.*

2 Amplia primò d. concluſionem declaratiuè, vt exiliatus, ſeù confinatus ad tempus, infra decem annos ſi frangat exilium, vel relegationem, ei pro pœna duplicetur tempus, quod ei reſtabat ad exulandum *l.aut damnum 8.§.quis quis, & ibi Bart.n.1. ff. de pœnis*, & tradunt *Ant. Gomez var.reſol tom. 3.cap.8. num.1.* vbi teſtatur de communi opinione *Clar.in pract.§.fin. quaſt.71.in fin.* vbi dicit, Senatum Mediolani aliquando vltra duplicationem temporis conſueuiſſe, illum torqueri publicè facere, *Farinac.in fragm. crim. litt.8. num.83. & ſeq. Cabal.reſol.crim.caſu 8.num.47.cent.1 Guaz.def.33 cap.27.in prin.* vbi alios dat concordantes, *Giurb. conſ.47.num.21. & 22.* vbi dicit, hanc ampliationem habere locum etiamſi propter fractionem exilij duplicatio temporis excederet decénium, vt ibi per eum, cum quibus pertranſeunt *Peguer.dec.41. num.9.* vbi dicit, ita in illo Senatu fuiſſe ſeruatum, *Menoch.de arbitr.caſu 530. num. 28. & Carena de offic.S.Inquiſ.par.3.tit.13.num.75. & ſeq.* vbi id extendit etiam a fugientibus a triremibus, vt ibi per eum, & non diſſentit *Ant.de tem leg. lib.1.c.52.n.3.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem pariter declaratiuè, quòd quando exilium, ſeù relegatio fuit data, & iniuncta per decennium, & vltra, tum illud frangenti non duplicatur tempus, vt ſupra, ſed illud frangens puniri debet exilio perpetuo; vel damnatione in metallum *d.l.aut.damnum 8.§.quis quis, ff.de pœnis*, & not. *Clar.in d.quaſt.71. num.13. Ant. Gomez var.reſol.d.tom.3.cap.8. in princ. Vinc.de Franch.decis.140.num.2.in fin. Peguer. d. decis.41. num.2.& ſeq. & num.10. Cabal. d. caſ.8. num. 47. Guazzin.d.deſen.33.cap.27.num.4.* vbi alios adducit ita ſentientes, *Caren. de Offic. S.Inquiſ d.par.3. tit. 13.num. 75. & ſeq.* & non diſſentit *Antonel. d. cap.52.ſub num.3.*

4 Amplia tertiò d. concluſionem pariter declaratiuè, quod ſi exilium ſit iniunctum in perpetuum, illud frangens pœna extraordinaria Iudicis arbitrio veniat puniendus, & ad ſummum pœna triremium ad tex. *in d.l.relegati 4.& ibi gloſ.ff.de pœn. & in l.capitalium 28. §.in exulibus, & ibi Alber. in prin.ff.eod.tit.& in l.Mathematicos 11.C.de Epiſ. aud.* & ſcripſerunt *Peguer.d.decis.41. num.5.& ſeq. & num.10. Menoch.d.caſ.530. num.5. & 9. Farin. in frag.crim.d.litt. B. n.90.* vbi dicit, hanc ampliationem benè probari ex iuribus ſupra adductis, & quòd opinio contraria nulla lege fulcitur, & quod Doctores allegati per *Ant.Gomez.* qui contrarium tenent, illius intentionem non probant, vt ibi per eum, quos ſequitur etiam *Guazzin.d.deſen.33.cap. 27. num.5. verſ.ſed Aduocatus*, nec non *Vinc.de Franch.d.decis.140.num.9. & 10. Giurb. d.conſ.47. num.23 in fin.* vbi hanc opinionem dicit veriorem niſi Iudex in ſententia pœnam mortis in caſu fractionis exilij appoſuiſſet, vt ibi per eum, & *Caren.* qui ſe refert ad *Giurb.de Offic.S.Inquiſ. d. par.3. tit. 13.num.75.& ſeq.*

5 Quicquid contrarium, quod imò frangens exilium, vel relegationem perpetuam puniri debeat pœna mortis voluerint, *Ant.Gomez.var.reſol.tom. 3.cap.8.ſub num.1.in fin.Cabal. reſol. crim. d.caſu 8. num.47.& 65. Menoch de arbitr d.caſu 530. nu.28. Cumi.de Sindic.d.cap.24.num 53.* & videtur ſentire *Caren.d.tit.13.nu.75.et ſeq.* licet ſe referat ad *Giur. d.conſ.47. vt ſup.dixi*, & ſentit *Antonel. de tempor. legal.d cap.52. num. 3.*

6 Amplia quartò d. concluſionem pariter declaratiuè, vt ſupra, quod quando quis fuit exiliatus, ſi fuit adiecta certa pœna in caſu fractionis exilij, & ille captus fuit intra fines, puniri debet illa pœna, quæ fuit illi cominata, vt voluerunt *Menoch.de arbitr d.caſu 530 num.28. Pacian.conſ 155.num.27.* quos refert, & ſequitur *Giurb.* benè comprobans *d. conſ 47.num.24.* & voluit etiam *Farinac.in fragm. crim. littera B.num.94.*

7 Declara primò d. concluſionem, vnà cum ampliationibus ſeq. vt in Curia Romana de conſuetudine frangens exilium ſiuè ad tempus, ſiuè in perpetuum datum, & ſiuè in illius iniunctione ſit appoſita pœna, ſiuè non, pro prima vice relaxatur exiliatus, exilio tantùm duplicato, niſi tamen contrauenien exilio ſit latro, quia tunc, ſi pœna eſt adiecta in caſu contrauentionis illa ſtatim exequitur, vt teſtantur *Farinac.in fragm.crim.litt.B.n.91. et Guazz d.deſen.33.cap.27. nu.5.verſ imò ibid.etc.*

8 Declara ſecundò d. concluſionem, vna cum ampliationibus ſeq. vt idem ſit in tranſmiſſo ad triremes, & ab ei fugiente, quem eſſe condemnandum citra mortem duplicando ei tempus ſeruitij iuxta caſus in ſupradictis ampliationibus expreſſos tenuit *Farin.in frag.crim.lit.B nu.94.* vbi dicit, hanc opinionem æquiorem, & ab illa non eſſe recedendum in iudicando, niſi aliqua qualitas aggrauans concurrat, puta conſpiratio deducendo triremes ad infideles, de occidendo Officiales, & ſimilia, vel niſi pœna mortis ſtatuta ſit, vt ibi per eum, & ita deciſum fuit in Sacr. Conſilio Neapolitano teſte *Vinc.de Franch.dec.140.n.10.ver.Cæteri domini etc.*

9 Licèt contrarium imò tranſmiſſum ad triremes in perpetuum, quicquid ſit in tranſmiſſo temporaliter, ſi aufugiat ab eis eſſe condemnandum in pœnam mortis latè tueatur *Cabal.reſol.crim.caſ.8.nu. 41.& ſeq.cent.1.* qui dicit idem ſentire *Turaml.in repert.l.non puta 10.in 1.par.cap.3. num.62.& ſeq. ff. de iure Fiſci*, quam opinionem de iure fortè

probabiliorem dicit, *Farinac. d. num. 91.* & ſentit *Curen. de Offic. S. Inquiſ. par 3. tit. 13. nu. 76. & Antonel. de temp. legal. lib. 1. cap. 52. num. 3.*

10 Declara tertiò d. concluſionem tum ampliationes ſeq. vt non habeant locum in damnato ad carceres pro pœna, qui aufugiendo ab eis ſi erat condemnatus ad tempus in perpetuum condemnabitur, ſi verò erat condemnatus in perpetuum condemnatur in metallum *l. capitalium 28. § in exulibus, ff. de pœn.* & tradunt *Menoch. de arbitr. d. caſu 530. num. 18. & ſeq. & Farinac. in d. fragm. crim. litt. B. num. 96.*

11 Addo pro coronide, quod ſi exiliatus, vel relegatus præſtiterit fideiuſſionem de ſeruando exilio, & relegatione, & illud fregerit, exiliatus teneatur pro delicto fracturæ, & fideiuſſor ad pœnam promiſſam in caſu ſtipulationis commiſſæ, ita vt vna pœna non abſorbeat aliam, vt contra *Vinc. de Anna. allegat. 40. lib. 1.* latè comprobat *Ant. de Bal. tract. crim. lib. 4. quæſt. 4. num. 59. & ſeq.* & in terminis cautionis de non offendendo voluerunt *Bajur. ad Clar. quæſt. 47. num. 43. & Farinac. de var. ac diuer. crim. quæſt. 107. num. 80.* licet contrarium teneat *Ciriac.* quo ad cautionem de benè viuendo non appliſata ſiſto *controu. 227. in fin.*

S V M M A R I V M.

1 *Exilium debet intimari, aliàs non poteſt agi ad pœnam pro contrauentione.*

Etiam ſi exiliatus de eo habeat notitiam, num. 2.

3 *Fiſcus agens ad pœnam ob fracturam exilij debet probare contrauentionem.*

Fallit, quando exiliatus promiſit ſub pœna ſeruare exilium, n. 4.

Contrarium tenent aliqui, n. 5.

R E S O L V T I O II.

Exilium an debeat intimari, vt agi poſſit ad pœnam pro contrauentione.

1 EXilium debet exiliando intimari aliàs agi non poteſt cõtra eum ad pœnam pro contrauentione illius, vt tradunt *Farinac. conſ. 93. num. 10. lib. 1.* vbi dicit hanc concluſionem procedere tàm de iure, quàm de ſtylo, vt ibi per eum, & *Guazz. defen. 33. cap. 27. num. 12.*

Quando enim in aliqua diſpoſitione negatiua adiungitur, pœna illa non incurritur, niſi præcedat monitio ſec. *Innoc. in cap. extirpanda 30. ſub num. 2. & ibi Hoſt. ſub num. 16. in fin. & ſeq. & Io: Andr. nu. 11. de preben. Felin. cap. 1. nu. 12. de conſt. & conſ. 74. num. 11.* quos refert, & ſequitur *Far. in d. conſ. 93 n. 10.* & not. etiam *Ciriac. contr. 519. num. 9.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiamſi exiliatus de dicto exilio, & eius qualitatibus habeat cognitionem, & notitiam, quia adhuc ſi illud ei non ſit notificatum, non poteſt contra eum agi pro contrauentione, quia vbi monitio eſt neceſſaria ibi ſcientia non ſufficit, præcipuè quò ad incurrendam pœnam, vt benè comprobat *Farin. in d. conſ. 93. num. 10. lib. 1.* vbi alios dat concordantes, & *Guazzin. d. defen. 33. cap. 27. num. 12* vbi ideò monet Iudices, vt ſtatim lata ſententia ſuper exilio faciant illam exiliando intimare.

3 Declara d. concluſionem, quòd fiſcus agens ad pœnam contra exiliatum, ſeu relegatus ob fractionem exilij, vel relegationis tenetur fracturam, & contrauentionem illius plenè probare, cum id ſit fundamentum ſuæ intentionis, vt declarant *Bart. in d. l. relegati 4. num. 3. ff. de pæn.* quem refert, & ſequitur *Marſil. de bann. in ver. confinatus, n. 16. Ant. Gomez. var. reſ. tom. 3. cap. 4. ſub nu. 2. Farin. in frag. crim. litt. B. nu. 97. Guaz. def. 33. cap. 27. num. 27.* & loquens de fractura cautionis de non offendendo, quod fiſcus teneatur illam probare, idem *Guazz. de caut. de non offend. quæſt. 2. nu. 10. & Ciriac. contr. 101. num. 3. & controu. 227. num. 19. & controuer. 266. num. 3*

4 Limita d. declarationem, vt non habeat locum, quando exiliatus, ſeù relegatus promiſit ſub aliqua pœna ſeruare exilium, ſeu relegationem, quia tunc ſufficit fiſco agenti ad pœnam, ob non ſeruationem, promiſſorum negare, promiſſionem fuiſſe impletam, per quam negationem traſfertur onus probandi implementum promiſſorum in eum, qui promiſit, vt voluerunt *Innoc. Bart. Cui. Aret. Iaſ. Alex. & Pacian.* quos refert, & ſequitur *Farinac. in fragm. crim. litt. B. num. 98.* vbi dicit, ita in contingentia facti in cauſa graui obtinuiſſe, quem ſequitur *Guazzin. d. defen. 33. cap. 27. in fin.*

5 Licèt pœnam non deberi, licèt conuentam non probata contrauentione, voluerint *Natt. conſ. 174 num 24. par. 1. & Balth. Tom. in ſuis tract. var. tom. 2. de tutor. & curat. tit. 19. num. 1606,* vbi alios dat concordantes.

A D D I T I O.

N. 3. VBi habetur, quod fiſcus agens ad pœnam ob fracturam exilii debet probare contrauentionem adde Ex quibus nunquam probare potui opinionem, quam firmat nouiſſimè ad modum eruditus *D. Zuffi. ad Conſtit. Barbar. num. 99. & ſeq.* quod frangens exilium non poteſt neque ipſe, neque illius fideiuſſor moleſtari, niſi per Birruarios fuerit appræhenſus, & moueor authoritate, & ratione, ratione quidem quia hodie in omnibus delictis de generali conſuetudine procedi poteſt per inquiſitionẽ, vt tradunt *Boſſ. Carlar. Gomez Clar. Ceual. Vulpell. Fachin. Cabal. Farin. & idem met Zuffi.* in loc. relat. per me infra in verbo *Inquiſitio, Reſol. 1. num. 1.* Neque aliqua ſpecialitàs in hoc caſu poteſt adduci, niſi ratio illius aſſeratur, vt dicit *Coſta in eius reip. poſt Inſpect. 90. de ſcient. & ignorant. num. 20.*

Authoritate verò primo *Farinac. in fragm. crim. litt. B. num. 97. Guazzin. defen. 33. cap. 27. & Ciriac. contr. 101. num. 3.* volentium, fiſcum agentem ad pœnam ob contrauentionem exilij debere probare contrauentionem, & ſic apertè ſentientium non requiri appræhenſionem.

Neque obſtant rationes, & authoritates in contrarium adductæ, & primò quod ſi contrauentio probaretur per re-

ſtea

ſtes poſſet ſequi calumnia probando per teſtes contrauentionem abſquè eo, quod exiliatus poſſet probare negatiuam *De Marin. quotid. reſol. cap. 116. num. 2.* Quia ſi d. ratio eſſet vera in omnibus ferè delictis requireretur apprahenſio rei, cum etiam de furto, de percuſſione, & ſimil. poſſent deponere calumnioſè duo Teſtes, vt patet, & neſcio videre quomodo exiliatus imputatus per duos teſtes indebitè de contrauentione non poſſit per alios teſtes probare negatiuam ſaltem coarctatam de loco, & tempore: Imò argumentum retorquetur, quia ſi exiliatus non poſſet puniri de fractura exilij, niſi fuerit captus a Birruarijs ſequeretur, quod ipſe poſſet exilium frangere præcipuè vbi non adeſt copia birruariorum etiam in faciem ipſius Iudicis in contẽptũ iuſtitiæ, quod nullo modo eſt dicẽdũ. Prout non obſtat conſideratio de portante arma, qui non poteſt puniri de delatione niſi fuerit appræhenſus, quia contrarium tenent quamplures Doctores quando ſtatutum punit delationem, vt late probaui ſupra in verbo *Arma Reſol. 11.* maximè *in addit.* ibi appoſita.
Neque veniunt attendendæ authoritates allatæ per *Zuff. vbi ſupra num 99.* quia *Bart. in l. ſi furſatorem, num. 1.* loquitur in terminis ſtatuti punientis inuenium cum armis; *Farin. & Guazzin.* loquuntur de exeuntibus de carcere, vel de domo animo reuertendi, qui ſi reuertantur dicunt, non vidiſſe illos moleſtari, niſi fuerint capti, quod eſt longè diuerſum a caſu noſtro, & ſi alij aliter ſentiunt malè ſentiunt, & contra bona principia iuris iudicio meo

SVMMARIVM.

1 *Exiliatus completo tempore exilij poteſt redire ad locum interdictum abſque alia licentia Superioris.*
Quod habet locum etiam in Remigeris, qui completo tempore poſſunt à triremibus recedere abſque alia licentia. num. 3
2 *Suſpenſio ad tempus finitur ipſo iure poſt tempus.*

RESOLVTIO III.

Exiliatus completo tempore exilij an poſſit redire ad locum interdictum abſque alia licentia ſuperioris.

1 EXiliatus, ſiuè relegatus completò tempore exilij, ſiuè relegationis poteſt redire ad locum interdictum abſque alia Iudicis declaratoria, vel licentia Superioris abſque incurſu alicuius pœnæ, vt tradunt *Bal. conſ. 34. ſub n. 1. lib. 1.* vbi dicit, hoc non habere dubium, *Corb. de iur. emphit. in tit. de cau. priu. ob temp. fin. n. 7. & 8. Guaz. def. 33. cap. 27. n. 14. Surd. conſ. 88. n. 8. lib. 1. & dec. 244. n. 12. Alba. conſ. 31. n. 4. par. 1. & Giurb. conſ. 30. n. 33.* alios adducens ita ſentientes.
2 Suſpenſio enim propter delictum ad tempus finitur ipſo iure poſt tempus *Foller. in pract. crim. cano. cap. 33. n. 102* vbi alios dat concordantes, prout facit *Corb. in d. tit. de cauſ. priu. ob temp. fin. n. 8.* & temporis limitati ea eſt vis, vt poſt tempus includat cõtrariam diſpoſitionem *Surd. d. conſ. 88. n. 8. Antonel. de temp. legal. lib. 1. cap. 5. nu. 4. Gargiar. Iun. conſ. 13. num. 5. & ſeq. & conſ. 50. num. 66. & ſeq. lib. 2.*
3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in Remigeris, qui, finito tempore, poſſunt à triremibus recedere abſque alia licentia Superioris, vt poſt *Capiblan. de Baron. pragm. 7. n. 12.* per eũ relatum ſcribit *Guaz. d. def. 33. cap. 27. nu. 14. in fin.*

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod relegatus ad tempus poteſt completo tempore, redire in patriam abſquè alia licentia adde *Giouagnol. conſ. 71. num. 8. lib. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Exilium datum, nulla facta mentione temporis, cenſetur datum in perpetuum.*
Quod procedit in condemnato ad relegationem, carcerem, priuationem officij, & ſimil. n. 3.
Si tamen condemnatio in exilium ſit facta ad tempus, cenſetur ad decennium, ſi tempus non eſt ſpecificatum, n. 4.
Et exilium dicitur perpetuum, etiamſi ſit datum ad arbitrium Iudicis, vel Principis, n. 5.
2 *Diſpoſitio pœnalis nullam temporis præfinitionem continens cenſetur perpetua.*

RESOLVTIO IV.

Exilium datum nulla facta mentione temporis an cenſeatur datum in perpetuum.

1 EXilium datum alicui ſimpliciter, nulla facta mentione temporis, vt ſi Iudex dixerit, condemno Titium in exilio a tali loco, cenſetur, datum fuiſſe in perpetuũ ad tex. *in l. ſeruus 10. & ibi hoc not. Bar. Bald. Salic. & alij C. de pœn. Foller. in pract. crim. can. cap. 33. ſu. n. 80. Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt. 71. n. 10. Ant. Gom. var. reſ. tom. 3. cap. 8. n. 4.* latè *Cabal. reſ. crim. caſ. 143. n. 2* vbi quamplures adducit ita ſentientes, & teſtatur de communi opinione *cent. 2.* & alias facit illationes, *Canale. de Brach. Reg. par. 4. n. 30. in fin. Guaz. def. 33. cap. 27. n. 6. ver. ſi verò &c.* & benè declarat *Far. in frag. cri. lit. B. n. 80. & 81.* vbi dat concordantes.
2 Diſpoſitio enim pœnalis nullam temporalẽ præfinitionem tacitè, vel expræſsè continens in dubio perpetua cenſetur *d. l. ſeruus 10.* & ibi not. *Cin. Bar. Alber. Ang. Salic. & alij Doct. com. C. de pœn. Foller. in pract. crim. canon. d. cap. 33. nu. 8. Cabal.* plures faciens illationes, vt dixi, *d. caſ. 143. num. 2. & ſeq. & Antonel. de tempor. legal. lib. 1. cap. 52. num. 2.*
3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum non ſolum in exiliato ſimpliciter, ſed etiam in condemnato ad relegationem, in condemnato ad carcerem, in condemnato in priuationẽ officij, adminiſtrationis, & ſimilium, vt voluerunt *Feli. in cap. ex literis 11. ſub nu. 11. de conſt. Foll. in pract. can. d. cap. 33. n. 77. & 84. Cab. d. caſ. 143. n. 3. & ſeq.* & ſentiunt *Farin. in d. fragm. crim. litt. B. num. 81. in fin. & Guaz. d. defen. 33. cap. 27. num. 6. verſ. & exilium &c.*
4 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando condemnatio in exilium, relegationem, ſeù confine fuit facta ad tempus, nulla tamen facta temporis expreſſione, vt quia Iudex dixerit, condemno Titium in pœnam exilij, relegationis, vel confini ad tempus, quia tunc intelligitur condemnatus per decennium tantum ad tex.

in l. ſine præfinito 21. & ibi not. gloſ. Bar. & alij ff. de pœn. & vltra eos *Felin. in d. cap. ex literis 11. ſub n. 9. de conſt. Foller. in d. pract. crim. cau. cap. 33. nu. 78. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 8. num. 3. Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt. 71. num. 9. Pezuer. deciſ. crim. 41. n. 31. Cabal. reſol. crim. d. caſu 143. num. 1. & 6. Guazz. d. defen. 33. cap. 27. num. 6.* alios adducens ita ſentientes, *Farin. d. fragm. crim. litt. B. n. 80.* & nouiſſimè *Anton. de temp. legal. lib. 1. c. 4. n. 10. & c. 52. n. 3.*

2 Declara ampliatiuè d. concluſionem, vt exilium datum ſinè mentione temporis ſit perpetuum, etiam quando fuit datum ad arbitrium, ſeù beneplacitum Iudicis, vel Principis, quia non expirat, nec extinguitur finito Iudicis officio, vel Iudice, ſeù Principe mortuo, vt per bonas rationes probant *Cabal. reſol. crim. d. caſu 143. num. 12. & ſeq. & Anton. de tem. leg. lib. 1. c. 52. n. 1.* qui alios dant concordantes, & dicam latiùs infra in *Reſol. ſeq.*

S V M M A R I V M.

1 *Exilium datum ad beneplacitum Sedis Apoſtolicæ per mortem Papæ non expirat.*

Quod procedit etiam, ſi illud ſit datum ad beneplacitum Papæ, vel Principis, num. 3.

Secus ſi ſit datum per Papam, vel Principem ad eius beneplacitum, n. 4.

Niſi ex coniecturis appareret, Principem reſpexiſſe ad dignitatem, n. 5.

Nec pariter expirat, ſi ſit datum per Iudicem ad ſui beneplacitum, num. 6.

Licèt contrarium teneant aliqui, illud expirare per mortem Iudicis, vel finito officio, n. 7.

2 *Dignitas nunquàm moritur, licèt moriatur Præſidens.*

8 *Exilium datum ad beneplacitum refertur magis ad dignitatem, quam ad perſonam in dubio.*

R E S O L V T I O V.

Exilium datum ad beneplacitum Sedis Apoſtolicæ per mortem Papæ an expiret.

1 EXilium ſi ſit datum per Iudicem ad beneplacitum Sedis Apoſtolicæ, per mortem Pontificis non expirat à tex. *in cap. ſi gratioſè 5. & ibi not. Gemini. Franc. & alij de reſcrip. in 6. Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 15. ſub nu. 9. Maſcar. de prob. concl. 188. num. 4. lib. 1. Card. Tuſc. pract. concl. litt. B. in ver. beneplacitum concl. 89. nu. 9. Felix Pleb. conſ. fin. num. 3. inter conſ. crimin. diu. lib. 2.* vbi de beneplacito reſeruato Curiæ *Farinac. in fragm. crim. lit. B. num. 106.* vbi dicit, quod in hoc omnes conueniunt, & *Guazzin. defen. 33. cap. 27. n. 8. ver. ſi verò etc.* qui alios dant concordantes.

2 Dignitas enim nunquam moritur, licèt moriatur Præſidens *cap. liberti 12. quæſt. 2. Franc. in d. cap. ſi gratioſè poſt princ. Bal. in l. 1. §. exceptio C. de cad. toll. Abb. in cap. ſignificauit 36. num. 4. de reſcrip.* & Papa, & Sedes Apoſtolica ſunt diuerſa *gloſ. in cap. ſi Abbatem 36. de elect. in 6. Card. in clemen. 2. in princ. 5. quæſt. de relig. dom.* vndè non mirum, ſi per mortem Papæ non expiret exilium iniunctum ad beneplacitum Sedis Apoſtolicæ, vt argumentantur *Maſcar. d. concl. 188. n. 2. & alij Doct. ſuprad.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiamſi exilium ſit datum per tertiam perſonam ad beneplacitum Summi Pontificis, ſeù alterius Principis, quia, cum tunc cenſeatur relatum ad dignitatem, & non ad perſonam, illud non expirat per mortem Pontificis, vel Principis, ſed tranſit ad ſucceſſorem, vt voluerunt *Foller. in pract. crim. cano. cap. 33. num. 7. Bertaz. conſ. 23. num. 1. & ſeq. lib. 1.* vbi teſtatur de communi opinione, *Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt. 71. num. 32. Capic. deciſ. 136. num. 7. verſ. conſiderandum, etc.* vbi dicit ita fuiſſe iudicatum, *Maſcar. de prob. concl. 188. num. 3. lib. 1. Farinac. in fragm. crim. litera B. num. 111. Guazzin. defen. 33. cap. 27. num. 8. verſ. ſed huiuſmodi &c.* vbi dicit, hoc non habere dubium, quando fuit habitus reſpectus ad dignitatem, *Cabal. reſol. crimin. caſu 143. num. 6. et ſeq. cent. 2.* vbi dicit, ita ſeruari in dominio Florentino, & quòd ipſe ita ſemper ſeruaret latè comprobat, & ſenſit *idem Sperel.* quando fuit habita conſideratio ad dignitatem, ſeù officium, *deciſ. 14. in fin. par. 1.* cum quibus pertranſit *Antonell. de temp. legal. lib. 1. cap. 52. num. 1. et 2.* benè comprobans.

4 Declara d. ampliationem, vt non habeat locum, quando exilium fuiſſet datum ab ipſo Summo Pontifice, ſeù ab ipſo Principe ad ſui beneplacitum, vt ſi dixerit, exiliamus Titium ad noſtri beneplacitum, quia tunc, vti relatum ad perſonam, illud expirare per illius mortem, voluerunt *Capic. d. deciſ. 136. num. 2. Maſcar. de prob. concl. 188. num. 26. lib. 1. & Baiar. ad Clar. d. quæſt. 71. num. 32.* & generaliter, quando beneplacitum non fuit relatum ad officium, ſed ad perſonam, quod per mortem Principis extinguatur, voluerunt *Menoch. Maſcar. Baiar. Cabal. Farinac. & Caualc.* relati per *Guazz. d. defen. 33. cap. 27. num. 7. verſ. ſi verò &c.* cum quibus ſentit etiam *Sperel. d. deciſ. 14. in fin. par. 1.*

5 Limita d. declarationem, vt non habeat locum, quando ex coniecturis apparet, Principem habuiſſe reſpectum ad dignitatem, non autem ad perſonam, quia tunc per mortem Principis exilium datum ad eius beneplacitum non expirare, tradunt *Claud. ad Bertaz. conſ. 22. & 23. Caball. d. caſu 143. num. 14. & ſeq. & Antonel. de tempor. leg. lib. 1. d. cap. 52. num. 1. in fin.*

6 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt exilium, ſeù relegatio data per Iudicem ad ſui beneplacitum, ſeù arbitrium neque expiret per eius mortem, ſeù remotionem ab officio, ſed vti facta ab eo, tanquam perſona publica, & ſub nomine officij tranſeat ad ſucceſſorem in officio, vt latè comprobat *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 8. num. 5. verſ. quibus non obſtantibus &c.* vbi omnibus contrarijs benè reſpondet, & dicit, hanc opinionem eſſe veriorem, & tenendam in iudicando, & conſulendo, quam ſeruari etiam in Statu Mediolani, dicit *Clar. in d. §. fin. q. 71. in fin.* & illam laudat *Baiar. ibi nu. 32. in fin.* quam latè tuetur *Cabal. reſol. crim.*

caſu 8. *num.* 64. *cent.* 1. & latiùs *caſu* 143. *num.* 7. *et ſeq. cent.* 2. vbi dicit, illam ſeruari paſſim in Stato Sereniſſimi Magni Ducis Etruriæ, cum quibus pertranſire videtur *Guazzin. d. defen.* 33. *cap.* 27. *num.* 8. *verſ. contrarium autem*, maximè, quando appareret ſaltem ex coniecturis, d. condamnationem factam fuiſſe ſub nomine dignitatis, vel officij, vt ibi per eum, & hanc ampliationem tenet, & comprobat etiam *Ant. de tem. leg. d. lib.* 1. *c.* 52. *n.* 1

7 Licèt contrariam opinionem, imò exilium datum per Iudicem, vel Gubernatorem, vel Præſidem Prouinciæ ad ſui beneplacitum expirare per eorum diſceſſum ab officio, voluerint *Grat. conſ.* 92. *num.* 1. *lib.* 2. *Capic. d. deciſ.* 136. *num.* 5. *et ſeq. Maſch. d. concl.* 188. *in fin. et Farin. in d. fragm. crim. litt. B. num.* 77. & non diſſentit *Guazzin. in d. defen.* 33. *cap.* 27. *num.* 9. *verſ. ſi verò etc.* & in exilio dato per Epiſcopum, quod per illius mortem expiret, voluit ex authoritatibus ſupradictis *Illuſtriſs. Sperel. deciſ.* 24. *in fin. par.* 1. licèt poſtea diſtinguat, an beneplacitum reſpiciat dignitatem, vel perſonam, vt ibi per eum.

8 Declara dictam concluſionem cum ampliationibus ſequentibus, vt in dubio exilium datum ad beneplacitum magis referendum ſit ad dignitatem, & officium, quam ad perſonam, vt docent *Capic. d. deciſ.* 136. *in prin. Baiar. ad Clar. in d. quæſt.* 71. *num.* 32. *Farinac. in fragm. crim. d. litera B. num.* 103. *Cabal. d. caſu* 143. *num.* 8. *& ſeq. Guazzin. d. defen.* 33. *cap.* 27. *num.* 8. *Card. Tuſch. pract. concl. littera B. in d. verb. beneplacitum, concl.* 89. *num.* 9. *&* 26. vbi dicit, eſſe attendendum, an ſit priùs poſitum nomen dignitatis, an nomen proprium, niſi aliud ſuadeant coniecturæ, vt ibi per eum, & coniecturas in hoc eſſe attendendas, voluit etiam *Farinac. in d. frag. crim. lit. B. num.* 105. vbi alios dat concordantes.

S V M M A R I V M.

1 *Exiliatus, donec exilium fuerit reuocatum, non cenſetur remiſſus per mortem bannientis.*

2 *Voluntas finitur per mortem.*

Declaratur, num. 3.

R E S O L V T I O V I.

Exiliatus donec exilium fuerit reuocatum an cenſeatur remiſſus per mortem bannientis.

1 EXiliatus, ſeù relegatus quoſque exilium, ſeù relegatio fuerit reuocata, non cenſetur remiſſus morte bannientis, vel relegantis, quocumque modo fuerint verba relata, ſiuè ad dignitatem, & officium, ſiuè ad perſonam bannientis, vel relegantis, vt tradunt *Clar. in pract. §. fin. quæſt.* 71. *num.* 14. vbi teſtatur de communi opinione, *Maſcar. de prob. concl.* 188. *n.* 8 qui pariter dicit, hanc eſſe magis communem Doctorum opinionem *lib.* 1. *Menoch. de arbitr. lib.* 1. *q.* 69. *num.* 12. *& ſeq.* vbi hanc concluſionem benè comprobat, & quamplures adducit Doctorum authoritates, *Farin. in frag. crim. lit. B. nu.* 75. vbi alios refert concordantes de communi, & magis communi opinione atteſtantes, *Bruno. à Sole quæſt. legal.* 28. *per tot.* vbi reſpondet contrarijs, & dicit, hanc eſſe communem, & practicatam opinionem *in Alma Vrbe*, quem refert, & ſequitur *Guazz. defen.* 33 *cap.* 14. *num.* 7. *verſ. dum verò &c.*

2 Licèt enim per mortem bannientis, ſeù relegantis eius voluntas extinguatur *l.* 4. *ff. locat.* 3. *Socci. Iun. conſ* 63. *num.* 11. *lib.* 2. non tamen ex morte inducitur reuocatio, quæ contrariam voluntatem expoſtulat *cap. ſi delegatus* 7. *de offic. deleg. in* 6. *Rui. conſ.* 115. *n.* 7. *lib.* 1 *Menoch. de arbitr. d. quæſt.* 69. *n.* 12. *& ſeq.* qui alios dat concordantes, & *Farin. in d. frag. crim. lit. B. n.* 76. *in fin.* & benè declarat *Cenc. de Cenſ quæſt.* 106. *num.* 12. *verſ. verum quia &c.* vbi alios dat concordantes.

S V M M A R I V M.

1 *Exilium datum per Iudicem Laicum non dicitur frangere exiſtens in Eccleſia.*

Contrarium tenent Doctores, n. 3.

2 *Eccleſia, licèt ſi in territorio Principis Laici, non tamen eſt de illius territorio.*

R E S O L V T I O V I I.

Exilium datum per Iudicem laicum an dicatur frangere exiſtens in Eccleſia.

1 EXiſtens in Eccleſia non dicitur frangere exilium ei iniunctum per Iudicem ſeù Principem ſæcularem, vt not. *P. Sanch. in opuſc. tract.* 2. *lib.* 6. *cap.* 1. *dubit.* 8. *num.* 24. quem refert, & ſequitur *P. Dian. in ſumm. in verb. Immunitas Eccleſiaſtica, num.* 36.

2 Eccleſia enim, licèt ſit in Territorio Principis Laici, non tamen eſt de illius Territorio, niſi quo ad protectionem, & tuitionem, ſed eſt de territorio Epiſcopi, vt tradunt *Rol. conſ.* 24. *n.* 7. *lib.* 2. *Ciarl. contr. for. cap.* 10. *num.* 15. *Farinac. conſ.* 214. *num.* 3. *lib.* 3. *Ill. Sperel. deciſ.* 3. *n.* 11. & latiùs *deciſ.* 51. *n.* 27. *& ſeq. par.* 1. *& dec.* 127. *n.* 18. *& ſeq. par.* 2. *& P. Dian. in d. ver. immunitas eccleſ. nu.* 36. vbi alios dat concordantes, ita vt exiſtens in Eccleſia dicatur eſſe extra Territorium Principis Laici *Alciat. de præſum. reg.* 3. *præſum.* 33. *ſub num.* 3. *Crauet. conſ.* 928. *n.* 6. *P. Dian. in d. ver. immunitas eccleſiaſtica, n.* 36. *Sperel. d. deciſ.* 127. *num.* 18. *& ſeq.*

3 Contrarium tamen, imò exiſtentem in Eccleſia dicit frangere exilium ei iniunctum, vt ſupra tenuerunt *Decian. tract. crim. lib.* 6. *cap.* 29. *n.* 15 vbi dicit, quod bannitus à territorio cenſetur etiam bannitus ab Eccleſijs in eo exiſtentibus *Paſcal. de patr. poteſt. par.* 4. *cap.* 3. *n.* 25. *& ſeq.* vbi hanc contrariam opinionem latè cõprobat per plura fundamenta, & præcipuè, quod exiliatus dũ confert ſe ad

Eccleſia, pertranſit per locum prohibitum, & ſic contrauentio incipit fieri in loco non exempto, vt ibi per eum, vbi omnibus contrarijs reſpondet, & dicit, ita fuiſſe decisum pro fractura exilij, omnibus plenè diſcuſſis, ex voto *Magn. Cur. Vicariæ, & Collateralis Conſilij*, vt ibi per eum.

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur quod exiliatus à Iudice laico non dicitur frangere exilium exiſtens in Eccleſia adde *Zuffi. ad Conſtit. Barbar. num. 61. & ſeq.* plenè comprobantem, & teſtantem de communi opinione, & quærentem quid ſi exilium ſit datum per Epiſcopum, de qua materia vide infra in Verbo *Pax reſol. 9. num. 8. & 9.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex reo exiliato tenetur aſſignare terminum ad componendum ſarcinulas.*

Imò cenſetur aſſignatus ipſo iure, licèt non ſit petitus, num. 2.

Contrarium eſt verius, quando non fuit petitus, num. 3.

Et pendente dict. termino exiliatus poteſt ire per Ciuitatem, num. 4.

Et terminus eſt aſſignandus vnius menſis, vel viginti dierum, num. 5

RESOLVTIO VIII.

Reo exiliato Iudex an teneatur aſſignare terminum ad componendum ſarcinulas.

1 IVdex exiliato, vel relegato tenetur aſſignare terminum ad componendum ſarcinulas, & rem familiarem *l. relegatorum 7. §. ſi qui ff. de interd. & relegat.* & tradunt *Vinc. de Franch. deciſ. 487. num. 1. & ſeq. Lanar. conſ. 38. num. 3. & ſeq. Giurb. conſ. 47. num. 29. & ſeq.* vbi latè comprobat, Iudicem teneri d. terminum aſſignare, non obſtante, quòd *in d. §. is qui* I.C. vtatur verbo, *Poteſt*, quod deſignat potentiam, non neceſſitatem, vt ibi per eum, quos ſequitur *Guazzin. defenſ. 12. cap. 1. num. 58. verſ. ſed in propoſito &c. & defenſ. 33. cap. 27. num. 10.* & admittit *Vermigliol. conſ. 64. num. 2. & ſeq.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt terminus prædictus ad componendum ſarcinulas cenſeatur ipſo iure aſſignatus reo exiliato, vel relegato, etiamſi non fuerit petitus, cum Iudex teneatur illum aſſignare, vt ſupra, vt voluit *Thor. in compen. deciſ. litt. E. verſ. condemnatus*, & ſentit etiam, *Guazz. defen. 12. cap. vlt. num. 58 verſ. ſed in propoſito &c.*

3 Contrarium tamen, imò d. terminum non cenſeri aſſignatum, niſi ille fuerit petitus, cum, quando lex aliquid fieri iubet ad priuatam vtilitatem intelligatur, ſi à parte petatur, tenuerunt *Vinc. de Franch. d. deciſ. 487. num. 8. & ſeq.* vbi in fin. dicit ita fuiſſe decisum, & *Giurb. d. conſ. 47. num. 34.* vbi hanc dicit eſſe veriorem opinionem.

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, quòd exiliatus ſeu relegatus, pendente d. termino, ſeu petito ad colligendum ſarcinulas, poſſit interim publicè ſe habere per Ciuitatem abſque incurſu alicuius pœnæ, vt aduotarunt *Lanar. d. conſ. 38. per tot. Giurb. d. conſ. 47. nu. 28. & ſeq.* benè comprobans, *Guazz. d. defen. 12. cap. fin. num. 58. verſ. ſed. in propoſito &c. & d. defen. 33. cap. 27. num. 10.* vbi ſentit, aliter eſſe dicendum, quando Iudex d. terminum aſſignaſſet cum hoc, quòd domi, vel in Palatio ſe contineret d. exiliatus, vel relegatus; vt ibi per eum, & *Vermigl. d. conſ. 64. num. 3.*

5 Declara d. concluſionem, vt terminus prædictus aſſignandus exiliato, vel relegato ad colligendum ſarcinulas, eſſe debeat vnus menſis *l. ab hoſtibus, 15. §. fin. ff. ex quib. cauſ. maior. Vinc. de Franch. d. deciſ. 487. num. 5. Guazz. d. defen. 12. cap. vlt. num. 58 verſ. ſed in propoſito &c. & Giurb. d. conſ. 47. num. 29.* vel ſaltem viginti dierum *l. 2. C. de exhib. reis, Lanar. d. conſ. 38. num. 3. Giurb. d. conſ. 47. num. 29.*

SVMMARIVM.

1 *Princeps poteſt ſubditos malæ vitæ, rixoſos, ſcandaloſos iuſtis ex cauſis, à ſtatu eijcere, & exiliare, & ad confinia ponere.*

Et idem facere poteſt Cardinalis Legatus, n. 3.

Et Prorex, n. 4.

Et Præſes Prouinciæ, n. 5.

Et poteſt etiam exiliare mulieres inhoneſtas, lenones, & ſimiles, num. 6.

Et coniunctos bannitorum, & in territorio grauantur ob præſumptum auxilium, & fauorem eis præſtitum, n. 7.

Et poſſunt id facere ex ſola ſuſpicione ſine iudiciali cognitione, num. 8.

Non licet tamen id facere Iudicibus inferioribus, num. 9.

2 *Princeps eſt conſulere, vt ſubditi quietè viuant.*

10 *Princeps an poſſit exiliare Clericos, & Equites Hieroſolimitanos publicam quietem perturbantes, remiſſiuè.*

RESOLVTIO IX.

Princeps an poſſit ſubditos malæ vitæ, et ſcandaloſos a ſtatu eijcere, et ad confinia ponere.

1 PRinceps poteſt ſubditos malæ vitæ, puta rixoſos, ſeditioſos, ſcandaloſos, iuſtis ex cauſis, præcipuè Reipublicæ neceſſarijs, a Regno, & Statu eijcere, exiliare, & ad confinia ponere, etiam ſub pœna corporali, ad tex. *in l. certa forma 4. et ibi Rebuff. C. de iure fiſc. lib. 10.* & tradunt *Natt. conſ. 685. nu. 1. par. 3. Ponte de poteſt. Proreg. in tit. de prouiſ. hers ſolit. num. 11. Caſtil. dec. 185. n. 5. & ſeq. Maſtril. de Magiſtr. lib. 5. cap. 6*

cap.6.nu.218.Auendan.de mandat.Regi.lib.2.cap.7. nu.13. quos refert,& ſequitur *Giurb.conſ.49. nu.7.*

2 Principis enim eſt conſulere, vt ſubditi quietè viuant *l.congruit 13.& ibi Bart.num.4.ff.de offic.Præſid.cap.placuit 90.diſtin.Vulpel.de pace quaſt.3.nu.11.Baiar.ad Clar.§.fin.quaſt.58.num.75.Farinac. de var.ac diu.crim.quaſt.107.num.10.Guazzin.de pace par.1.quaſt.7.num.11.* qui alios dant concordantes cùm eius interſit populos habere pacificos *Vulpel. d.quaſt.3. num.11.* & nè per rixoſos, & ſcandaloſos homines publica quies perturbetur, vt comprobat *Giurb.d.conſ.49. num.3.& ſeq.* & ſcribit *P. Velaſquez de optimo Princ.lib.3.adnot.3.per tot.*

3 Amplia primò d.concluſionem, vt habeat locum etiam in Cardinali Legato, qui pariter poteſt homines rixoſos, & ſcandaloſos exiliare, relegare,& ad confinia ponere, cum in ſua Prouincia dicatur Princeps, & eius poteſtas dicatur maior illa, quam obtinet Vicarius Generalis Papæ, vt voluerunt *Bald.in l.1.num.3.C.de poſtul.Natt.d.conſ 625. in prin.& Giurb.conſ.19.num.14. & ſeq. & d.conſ. 49. num. 3. in fin.* & illum æquiparari Proconſuli, dicit *Gratian.diſcept.foren.cap.166.num.3.par.1.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locũ etiam in Prorege, quia, cum ſit Vicarius Regis, poteſt omnia, quæ poteſt Rex, ita vt etiam ipſi liceat homines rixoſos, & publicæ quietis perturbatores exiliare, relegare, & ad confinia ponere, vt adnotarunt *Milan.deciſ.8.num.71. lib.1.Vinc.de Franch.deciſ.165.num.2.et ibi Amend.num.1.Ponte de poteſt.Proreg.in tit.de prouiſ fieri ſoli.num.11. Auend.de mand.Regi.lib.2.cap.7 n.13.* plenè *Giurb. d.conſ.49.num.3.& 7.* vbi alios dat concordantes.

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in Præſide Prouinciæ *Bobadil. in polit. lib. 2. cap. 13. num. 46. & ſeq.* quem refert, & ſequitur *Giurb.in d.conſ 49.num.3.in fine.*

6 Amplia quartò d. concluſionem, vt Princeps, Legatus, Prorex,& Præſes Prouinciæ poſſint etiam expellere à Ciuitate mulieres inhoneſtas, quæ iuuenes perdere ſolent, & lenones, qui mulieres ad luxuriam allicere conantur, ſuntque caſtitatis corruptores, cum magis expediat honeſtatem Reipublicæ ſeruari, quàm populi multiplicationem ex corruptis moribus procedentem ſecundùm *Oſaſc. deciſ.Pedem.77.n. 18.* & tradunt *Auenda.de mand. Reg.lib.2.cap.6.num.1.& ſeq. Patr.Greg.de Repub. lib.14.cap.1.nu.5.Ponte d.tit.1. de prouiſ.fieri ſolit. nu.13.* & alij plures quos refert,& ſequitur *Giurb. d.conſ.49.ſub nu.7. & ſeq.* vbi hanc facultatem extendit ad forenſes inutiles,& qui ſubditorũ animos inficere ſolent, negociatores, & ementes frumentum, vinum, oleum, & ſimilia populari vſui neceſſaria, exercentes vſuras, & ſimiles, vt ibi per eum.

7 Amplia quintò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in ſubditis bonæ vitæ, qui, ſint coniuncti bannitorum, & aliorum, qui in diſtrictu,& territorio graſſantur pro præſumpto auxilio, quod eis præſtare ſolent, poſſunt à Principe exiliari, & confinari, vt voluerunt *Alex.conſ.190.nu.13.lib.2. Auguſt.ad Ang.de malef.in ver.dictum Semproniurn num.16.et 17.Iaſ.in §.actiones num.73.Inſt.de actio. Farinac.de delict. et pæn.quaſt.24. num.150.et ſeq. Ponte d.tit.1. de prouiſ.fieri ſolit. §.5.* & latè comprobat *Giurba d.conſ.49.num.8. et ſeq.* vbi alios dat concordantes,& admittit *Ant.de Ball.* quando cõtra conſanguineos adeſt aliqua culpa, vel negligẽtia *tract.crim.lib.5.in tit.de captiuantibus ad effectum compon.num.4.* vbi dicit, in Regno deſterrari etiam fœminas d.de cauſa, & idem dixerat *lib.3. caſu 9. num. 14.* licèt contrarium ſit de iure, quo ad mulieres, in quibus concurrit minor audacia, vt per eundem *Ant.de Ball.in d. locis.*

8 Amplia ſextò d. concluſionem, vt Princeps, Legatus, Prorex, & Præſes Prouinciæ poſſint ſubditum exiliare, relegare, & ad confinia ponere ex ſola ſuſpicione, iudiciali cognitione non habita, cum interſit Reipublicæ, non ſolùm delicta puniri, ſed etiam delinquendi remoueri occaſionum, vt voluerunt *Natt. conſ.625.num.1. & ſeq. par.3. Capibl.de Baron.pragm.7.nu.18.Caſtil.d.deciſ.185. num.5.& 6. Bouadil.lib.2. poli.cap.13. num. 48.& ſeq.Ponte de poteſt. Proreg.tit.1.de prouiſ. fieri ſoli. nu.11.* & alij plures, quos refert,& ſequitur *Giurb. d.conſ.49.num.24. & ſeq.* vbi hanc ampliationem latè comprobat, & illam eſſe veriorem teſtatur, licèt *num.20. & ſeq.* id Principem facere non poſſe ſinè cauſa legitima, plura in contrarium adducat, quibus omnibus benè *n.26.& ſeq.* ſatisfacit.

9 Limita d. concluſionem, vt id non liceat facere Iudici inferiori, niſi ei per Principem fuerit expreſsè conceſſum, cum hoc ſit de regalibus Principi reſeruatis, vt voluerunt *Natt. d.conſ 625. in princ. Ponte de poteſt. Proreg. tit.1.de prouiſ. fieri ſolit.§.5.& Giurb.d.conſ.49.num.3.& num.5.* alios adducens ita ſentientes, & dicens, ita intelligendos eſſe *Bald.& Salic.in l.2.C.de poſtul.* qui ſimpliciter contrarium ſentiunt.

10 Vtrum verò Princeps exiliare valeat Clericos, & Equites Hieroſolimitanos Reipublicæ turbatores ſaltem politica, & œconomica, licèt non contentioſa coërctione, latè diſputat *Giurb. d.conſ.49. num.16.& ſeq.* vbi tenere videtur partem affirmatiuam, licèt poſtea in fine referat *Bullam Clem.VIII.* in qua contrarium ſtatui videtur, illum conſulas.

EXIMITIO A CVRIA.

S V M M A R I V M.

1 *Eximens ſe de manibus Curiæ non punitur pænis Bulla Sixti V*

Licèt contrarium tenuerint aliqui Doctores, num. 3.

Maximè, ceſſante violentia, quia tunc nulla intrat pœna, num. 4.

Et in pluribus alijs caſibus relatis, num. 5.

Fallit, quando ſe eximens populum concitaret, vel nomen alicuius magnatis, vel francbitiat appellaret, num. 6.

2 *Bulla*

2 *Bulla pænalis, & odioſa non extenditur ad caſum in ea non expreſſum.*

7 *Pæna arbitraria de iure intrat contra ſe eximentem de manibus Curiæ.*

RESOLVTIO I.

Eximens ſe de manibus Curiæ an puniatur pænis Bullæ Sixti V.

1 EXimens ſe ipſum de manibus Curiæ non poteſt puniri pænis inflictis per *Bullam Sixti V.* 6. ordine contra bannitos, & homicidas, cum illa loquatur de tertio eximente captum de manibus Curiæ non autem de ſe ipſo, vt tradunt *Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 32. nu. 4. & ſeq.* vbi repræhendit *Boſſ. & Clar.* contrarium tenentes, *Menoch. de arbitr. caſu 583. num. 6.* vbi dicit, ita pluries fuiſſe ſeruatum per Senatum Mediolani, *Odd. conſ. 72. num. 32. & ſeq.* latèque comprobat *Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 46. num. 28. & ſeq. Cabal. reſol. crim. caſu 8. num. 29. & ſeq.* vbi dicit, ab hac opinione in iudicando, & conſulendo non eſſe recedendum, quos ſequitur *Guazz. deſen. 5. cap. 4. num. 23. & ſeq.* vbi dicit, hanc opinionem eſſe veriorem, & illam latè confirmat, & dicit, illam eò magis procedere in capto ex cauſa ciuili, prout facit *Calui. de æquit. lib. 1. cap. 18. num. 4. & ſeq.* vbi hanc opinionem, vti æquiorem, dicit, ſeruandam eſſe, & illam ſeruatam pluries fuiſſe contra *Boſſ. & Clar.* etiamſi eximens ſe à birruarijs enſem contra eos euaginaſſet, vt ibi per eum, & concordat *Vermigl. conſ. 187. num. 10.* quando non offenduntur executores, nec conuocatur auxiliũ, *& conſ. 375. num. 6.* & latè comprobaui ego *allegat. foren. 92. per tot.* in qua ita fuit iudicatum, vt videre eſt ex *d. allegat. in fine.*

Bulla enim prædicta, vt dixi, loquitur de tertio eximente captum de manibus Curiæ, non autem

2 de eximente ſe ipſum, vt ex ea eſt videre, † vndè vti pænalis, & odioſa non eſt extendenda ad caſum in ea non compræhenſum, nempè, quando quis eximit ſe ipſum de manibus Curiæ, vt not. *Mando. ad Roma. conſ. 234. in fin.* vbi teſtatur de magis commune opiniones, *Hond. conſ. 95. nu. 99. lib. 1. Eugen. conſ. 45. num. 4. lib. 1. Farinac. in fragm. crim. litera E. in ver. Extenſio num. 144. & ſeq.* vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione, & dixi ego *in d. allegat. 92. num. 3. & ſeq.* & pæna non habet locum, niſi in caſu à iure expreſſo *cap. pæna 18. & ibi gloſ. de pænit. diſt. 1. Farin. de delict. & pæn. quæſt. 18. num. 7.* & latiùs probaui ego *in d. alleg. 92. nu. 4. & ſeq.* vbi dixi, ab hac opinione vti æquiori, & magis recepta per Doctores non eſſe in iudicando, & conſulendo vllo pacto recedendum.

3 Quicquid contrarium tenuerint *Boſſ. in pract. in tit. de capt. num. 17. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 29. ver. quæro etiam &c. & Farina. de carcer. & carc. quæſt. 32. num. 23. ver. quæ quidem &c.* vbi tamen dicit, d. opinionem nunquam in practica ſeruatam vidiſſe, contra quos adeſt æquior, verior, & magis communis opinio Doctorum, de qua ſupra.

4 Amplia primò d. concluſionem, vt eò magis habeat in ſe eximente à birruarijs, nulla eis illata iniuria, & ſine violentia armorum, quia tunc non ſolum non intrat pænæ *Bullæ prædictæ Sixti V.* de qua ſupra, verùm etiam nulla intrat pæna, cum vnicuique liceat proprium ſanguinem redimere, & ſe per modum defenſionis ſinè violentia à punitione iuſtitiæ ſubtrahere, vt voluerunt *Menoch. de arbitr. d. caſu 583. nu. 6.* vbi dicit, ita in Senatu Mediolani fuiſſe ſeruatum, *Farinac. de carcer. & carcer. quæſt. 32. num. 26.* vbi dicit, iſtos ſine violentia ſe à birruarijs eximentes, vel nulla pæna, vel leui tantum fuiſſe punitos, & ita ſentit etiam *Guazzin. d. deſen. 5. cap. 4. num. 3. ver. quæ opinio &c. Calui. d. cap. 48. ſub nu. 6.* & ita poſt eos, ceſſante violentia, tenet *Vermigl. d. conſ. 375. num. 6.* & ego probaui *d. alleg. foren. 92. num. 8. & ſeq.* vbi teſtatus ſum, ita fuiſſe ſeruatum, quibus addo *Bonac. tom. 2. diſputat. 10. quæſt. 30. punct. 2. num. 15.*

5 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando birruarij vellent aliquem capere iniuſtè, & indebitè, & præſertim ſinè mandato Iudicis, & quando illi non haberent ſolita ſigna, quæ in loco executores portare ſolent, quia tunc licet ſe à birruarijs eximere, & reſiſtere abſque aliqua pæna, vt latè comprobat *Farinac. de carcer. et carcer. d. quæſt. 32. num. 29. 30. et plur. ſeq. et nu. 66. et ſeq. et nu. 88. et ſeq.* quem videas de hac materia, *& Guazz. d. deſen. 5. cap. 4. nu. 25. et ſeq.* cum hic non omnia ſint referenda, & ego poſui aliqua ſupra in ver. *Birruarius Reſol. 2. et Reſol. 6.*

6 Limita d. concluſionem, vt non habeat locum, quando is, qui ex manibus Curiæ ſe eximere quærit, populum ad arma acclamaret, alios ne concitaret, vel nomen alicuius Magnatis in auxilium inuocaret, vel franchitias appellaret, quia tunc incurreret pœnam læſæ Maieſtatis *in d. Bulla Sixti V.* contentam, vt declarat *Farinac. de carc. & carcer. d. quæſt. 32. num. 23. & ſeq.* & voluit etiam *Vermigl. d. conſ. 187. num. 10.*

7 Declara d. concluſionem, vt de iure communi in d. caſu pæna ſit arbitraria iuxta facti, & violentiæ qualitatem, ita vt, ſi eximitio ſit facta cum armis, & offenſione birruariorum grauiter ſit punienda etiam vſque ad mortem, vt tradunt *Iodoc. in pract. cap. 15. num. 29. Boſſ. in pract. in tit. de capt. num. 20. Farinac. de carc. & carc. d. quæſt. 32. num. 24. & ſeq. Cabal. reſol. crim. caſu 8. num. 29. cent. 1. Guazzin. d. deſen. 5. cap. 4. num. 4. & num. 23. in fin. & Calui. de æquit. cap. 18. num. 1. & ſeq.*

SVMMARIVM.

1 *Vxor eximens virum de manibus Curiæ non punitur pæna ordinaria, neque impoſita à Bulla Sixti V.*

Quod habet locum etiam in vxore præſtante auxilium viro poſt delictum, num. 3.

Nec

Nec non in viro eximente vxorem, in patre eximente filium, & ſimil. num. 4.

2 *Pœna tẽperantur in delicto cõmiſſo ex cauſa amoris.*

RESOLVTIO II.

Vxor eximens virum de manibus Curiæ an puniatur pœna ordinaria, & impoſita a Bulla Sixti V.

1 VXor eximens virum è manibus Curiæ non punitur pœna ordinaria impoſita à iure communi, vel vigore *Bullæ Sixti Papæ Quinti*, ſed ſolummodo pœna extraordinaria Iudicis arbitrio, cum id præſumatur, feciſſe ratione intenſi amoris, quo virum proſequitur, non autem animo offendendi Maieſtatem Principis, vt tradunt *Clar. in prac. §. fin. quæſt. 29. num. 5. in fin.* vbi dicit, fuiſſe iudicatum per Senatum Mediolani, vxorem non eſſe moleſtandam vſq; ad nouum ordinem, *Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt. 68. num. 44. Farinac. de carc. et carc. quæſt. 32. num. 79. et quæſt. 30. num. 118. Guazz. defenſ. 5. cap. 5. nu. 20. & ſeq. et num. 29. Calui. de æquit. lib. 1. cap. 17. num. 6. Gallia ad conſue. Alex. in ver. Viginti nu. 107.* vbi quamplura refert exempla, in quibus vxores, reſpectu magni amoris, quo viros proſequuntur, eos a carceribus, birruarijs, & à morte liberarunt, & latè comprobaui ego *allegat. foren. 87. num. 1. & ſeq.* & dixi ſupra in ver. *Carcer. Reſol. 2. num. 12.*

2 Ratione enim amoris, & præcipue valdè intenſi, qualis intercedit inter virum, & vxorem, vt dixi, pœnas mitigandas eſſe omnes fatentur, vt docent *Tiraq. de pœn. temp. cauſ. 4. num. 1. & ſeq. Farinac.* pariter *de pœn. temp. quæſt. 98. num. 77. & ſeq.* latè *Giurb. conſ. 47. num. 8. et ſeq. Nouar. de elect. fori ſect. 2. quæſt. 35. per tot. et Calui. de æquit. d. cap. 17. nu. 6. et ſeq.* & latè probaui ego *d. alleg. 87. num. 4. et plur. ſeq.* & dixi ſupra in ver. *Delictum Reſol. 12.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in vxore, quæ opem præſtat viro poſt delictum ad illum euadendum, quam ex cauſa amoris puniendã non eſſe ſaltem de æquitate tenent *Mant. in cap. 1. num. 50. ver. ſecundò aduertè etc. de offic. deleg.* quem refert, & ſequitur *Farinac. de conſul. et mand. quæſt. 132. nu. 6.* exemplum habemus *Reg. 1. cap. 19.* de Michol, quæ ſaluauit Dauid virum dimittendo illum per feneſtram, & alia plura refert *Gallia ad conſuet. Alex. in ver. Viginti. num. 105. et pluribus ſequen.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum, non ſolùm in vxore, ſed etiam in viro eximẽte vxorem de manibus Curiæ, in filio eximente patrem & in patre eximente filium, & in alijs conſanguineis eximentibus alios conſanguineos, qui cum id facere dicantur ex cauſa amoris inter eos intercedentis, & ex cauſa pietatis, non autem animo lædendi Maieſtatem Principis, ideò mitiùs veniunt puniendi, nempè pœna extraordinaria Iudicis arbitrio iuxta facti, & cauſæ qualitatem, vt voluerunt *Caualc. de Brach. Reg. par. 2. num. 111. et ſeq. Guazzin. defenſ. 5. cap. 5. nu. 20. et 21. Decia. tract. crim. lib. 7. cap. 11. nu. 9. 12. et 29. Rimin. iun. inter conſ. crim. diu. conſ. 135. nu. 25. lib. 1. Farinac. de carc. et carc. quæſt. 30. num. 118.* vbi pulchrum refert caſum de vxore eximente virum, *et quæſt. 132. num. 79. Carena de Offic. S. Inquiſ. part. 2. tit. 12. num. 87. et ſeq. et Calui. de æquit. lib. 1. cap. 17. num. 6. et ſeq.* qui alios adducunt concordantes, & probaui ego latè *in d. alleg. 87. num. 2. et plur. ſeq.* & dixi ſupra in ver. *Carcer. num. 12.*

SVMMARIVM.

1 *Eximens de manibus Curiæ captum pro debito punitur tantùm pœna extraordinaria.*

Etiam ſtante Bulla Sixti V. num. 2.

Tenetur tamen creditori ad ſoluendum debitũ, ac ſi pro eo fideiuſſiſſet, nu. 3.

Quando habet locum etiam in denunciante debitori capturam de eo faciendam, num. 4.

RESOLVTIO III.

Eximens de manibus Curiæ captum pro debito an puniatur tantum pœna extraordinaria.

1 EXimens de manibus Curiæ captum pro cauſa ciuili, & pro debito punitur tantùm pœna extraordinaria Iudicis arbitrio iuxta facti, & perſonarum qualitatem propter turbatã iuriſdictionem, & iniuriam officio illam vt voluerunt *Boſſi. in prac. in tit. de capt. n. 15. in fin. et in tit. de car. nu. 17. Eugen. conſ. 31. num. 4. et ſeq. lib. 1. Farinac. de carc. et carc. quæſt. 32. num. 7. et ſeq.* vbi alios dat concordantes, *Baiar. ad Clar. § fin. quæſt. 68. nu. 46. Vinc. de Franch. deciſ. 442. num. 1. et ſeq.* vbi dicit, ita fuiſſe in facto ſeruatum, *Menoch. de arb. caſu 383. num. 2.* vbi teſtatur de receptiori opinione, *Cabal. reſol. crim. caſu 8. num. 26. et ſeq. cent. 1. Guazz. defen. 5. cap. 5. num. 13. et ſeq. Calui. de æquit. lib. 1. cap. 17. nu. 3.* & idem tenet *Capic. Latro* in eximente carceratum de manibus birruariorũ pro debito *deciſ. 76. num. 14. et 15.* vbi valdè impugnat reſolutionem Proregis Neapolitani, qui fecit occidi eximentes captum pro cauſa ciuili, dicit, illam iniuſtam, & ſequuntur *Adden. ibi num. 3. et ſeq.* & ſentit *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 3. caſu 7. nu. 29.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locũ etiã in Statu Eccleſiaſtico in terminis *Bullæ Sixti V.* quæ ſolùm habeat locum in eximente captum pro cauſa criminali, vt ex proemio eiuſdem Bullæ ſatis apertè colligitur, ita vt, vti pœnalis, ſit reſtringenda ad caſum in ea expreſſum, & non ſit extendenda ad caſum capturæ ciuilis, & ideò pro d. eximitione non intret, niſi pœna extra ordinaria, vt ſupra, vt tradunt *Farin. de carc. et carc. d. quæſt. 32. n. 6.* vbi licèt dicat in principio tempore *Sixti V.* fuiſſe impoſitam, contra eximentem debitorem, pœnam vitæ, poſtea tamen tempore *Clementis Papæ VIII.*

contra-

contrarium fuiſſe pluriès ſeruatum de illius ordine & quod ita d. Summus Pontifex declarauit, aſſerens, fuiſſe deleta verba in d. Bulla appoſita *etiã ex cauſa ciuili*, vt ibi per eum, & idem bene comprobat *Guazz. d. defen. 5. cap. 5. num. 14. & 15.*

3 Declara primò d. concluſionem cum ampliatione ſequenti, quòd eximens debitorem captum pro cauſa ciuili licèt puniri non poſſit, niſi pæna extraordinaria Iudicis arbitrio, vt ſupra, tenetur tamen creditori ad ſoluendum debitum, & ad illius damna, & intereſſe, ac ſi pro eo fideiuſſiſſet, vt docent *Magon. deciſ. Lucen. 90. num. 3. Vinc. de Franch. deciſ. 442. num. 3.* plenè *Farinac. de carc. & carc. d. quæſt. 32. num. 9. 10. & ſeq.* vbi quamplures adducit concordantes, & dicit, prædicta non habere locũ quando debitor, qui fuit ereptus è manibus Curiæ, fuerat indebitè captus, quia tunc eximens non tenetur ad ſoluendum debitum, vt ibi per eum, & eximentem teneri ad ſolutionem debiti creditori, vt ſupra, tenuerunt etiam *Bajar. ad Clar. §. fin. quæſt. 68. num. 46. Cabal. reſol. crim. caſu 8. num. 22. & ſeq. cent. 1. & Guazz. d. defen. 5. cap. 5. num. 16. & 17.* qui alios dat concordantes, & dicit plures debitorem eximentes à curia teneri ad ſoluendum debitum creditori in ſolidum, vt ibi per eum, *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 3. caſu 7. num. 29.* vbi dicit, ſtari iuramento creditoris, & *Rot. deciſ. 76. in fin. poſt ſecund. vol. conſ. Farinac.*

4 Amplia primò d. declarationem, vt habeat locũ non ſolùm in eximente debitorem de manibus Curiæ, verùm etiam in eo, qui notificauit debitori capturam de eius perſona faciendam, ita vt illum fugere fecerit, qui licèt non incurrat aliquam pænam, tenetur tamen creditori ad damna, & intereſſe, & ad ſolutionem debiti, vt voluerunt *Strac. de Mercat. in tit. de decoct. in 2. par. vlt. par. §. circa propoſitum num. 11.* vbi quærit, quid de abſcondente debitorem domi ſuæ, ne capiatur à birruarijs, *Farinac. de carc. & carc. d. quæſt. 32. nu. 15. & ſeq.* vbi hanc ampliationem extendit etiam ad birruarios, qui denunciant debitori mandatum contra eos relaxatum, & capturam contra eos faciendam, vt ibi per eum, cum quibus pertranſit *Guazzin. defen. 5. cap. 5. nu. 17. in fin.* & dixi ego latiùs ſupra in ver. *Birruarius Reſol. 1. in fin.*

ADDITIO.

N. 4. VBi habetur, an abſcondens domi debitorem, ne capiatur a birruarijs teneatur creditori ad ſolutionem debiti adde *Farinac. in addit. ad quæſt. 32. de carcer. & carcerat. num. 16.* referentem opiniones pro vtraque parte.

SVMMARIVM.

1 *Eximens carceratum punitur eadem pæna, qua puniendus erat carceratus ex carceribus eductis.*

RESOLVTIO IV.

Eximens carceratum an puniatur eadem pæna, qua puniendus erat carceratus ex carceribus eductus.

1 EXimens carceratum ex carceribus punitur eadem pæna, qua puniendus erat carceratus ex carceribus eductus, vt tradunt *Magon. deciſ. Lucen. 90. num. 3. & num. 5. & ſeq.* vbi d. pænam extendit, vt habeat locum etiam in eximente carceratum, & retentum in Palatio, vel in Camera ei aſſignata per Iudicem loco carceris, *Menoch. de arbitr. caſu 301. num. 16. Maſcar. de prob. concl. 266. nu. 16. lib. 1. Decia. tract. crim. lib. 7. cap. 11. num. 2.* & hanc concluſionem communiter receptam dicit *Farinac. de carcer. & carcer. quæſt. 30. num. 92.* licèt ipſe contrarium teneat, quam ſequuntur *Fachin. contr. Iur. lib. 9. cap. 69.* vbi hanc dicit communem, & veriorem opinionem, *Cabal. reſol. crim. caſu 8. n. 6. cent. 1. Guazz. defen. 5. cap. 5. num. 9.* qui pariter hanc concluſionẽ extendit ad eximentem retentum in Palatio, in domo loco carceris, & ſimilia, quos ſequitur etiam *Caluì. de æquit. lib. 1. cap. 100. in princ.* & ego dixi latiùs de hac materia ſupra in ver. *Carcer. Reſol. 2. per tot.* vbi adduxi contrarium tenentes vna cum pluribus ampliationibus, & limitationibus, vt ibi eſt videre, & ideò hic eadem iterato referenda non cenſui.

SVMMARIVM.

1 *Eximens captum de manibus Curiæ punitur pæna extraordinaria Iudicis arbitrio.*
Quicquid alij contrarium teneant, num. 3.
Quod non habet locum in Statu Eccleſiaſtico, ſtante Bulla Sixti V. num. 4.
Neque in eximente reum confeſſum, vel condemnatum, qui punitur pæna legis Iuliæ Maieſtatis, num. 5.
De quocunque crimine ſit confeſſus, vel condemnatus, num. 6.
Si tamen ereptus ſit iniuſtè captus, eximens non punitur, num. 7.
Licèt aliqui contrariam teneant opinionem, num. 8.
Maximè, ſi capientes non ſint Officiales publici, num. 9.
Quod procedit, ſi captura ſit notoriè iniuſta, aliàs ſecùs, num. 10.
2 *Pæna quando non eſt ſpecialiter expreſſa, intrat pæna arbitraria.*
11 *Eximitio de manibus Curiæ eſt probanda plenè, & non ex dicto ſatellitum.*
12 *Eximens non punitur, ſi ſolùm eximere conatus ſit, & non exemerit.*

RESO-

RESOLVTIO V.

Eximens captum de manibus birruariorum qua pœna veniat puniendus.

1 EXimens captum de manibus birruariorum venit puniendus pœna extraordinaria Iudicis arbitrio, attẽta facti, & perſonarum qualitate, vt voluerunt *Cagnol. in l. 1. §. is videtur num. 27. ff. ſi quis iuſdi. non obtemp. Boſſi. In pract. in tit. de capt. num. 16. & 17. Farinac. de carc. & carc. quæſt. 32. nu. 64. Caball. reſol. crim. caſu 8. ſub nu. 11. cent. 1,* vbi dicit, ſecundum hanc opinionẽ vidiſſe ſæpius iudicari, *Canalc. de Brach. Reg. par. 2. num. 106. & ſeq.* quem refert, & ſequitur *Guaz. deſen. 5 cap 5. n. 11.* bi alios dat concordãtes, *& n. 18.* dicit, idem eſſe quo ad auxiliatores, alligatores, conſultores, & ſimiles, vt ibi per eum.

2 Quando enim pœna a lege non eſt ſpecialiter expreſſa, intrat pœna arbitraria *l. de ys 1. §. expilatores, & ibi Bart. ff. de effract. & expil. l. hodiè 13. ff. de pœn. Deci. in cap. de cauſis 4. num. . . . de offic. deleg. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæſt. 11. num. 2. Ant. de Bal. tract. crim. lib. 4. quæſt. 5. in prin.*

3 Quicquid alij in diuerſas iuerint ſententias, volentes aliqui, in dict. caſu intrare pœnam, qua tenebatur ipſe ereptus, aliqui, eſſe locum pœnæ vltimi ſupplicij, aliqui verò d. eximentem teneri pœna pecuniaria, quos recenſet *Farinac. de carcer. & carcer. d. quæſt. 32. num. 62. & ſeq. & conſ. 41. num. 11. & conſ. 55. num. 73. lib. 1.* vbi ſibi contrarius tenet pro pœna mortis, *& Guazzin. deſcaſ. 5. cap. 5. num. 6. 7. & ſequen.*

4 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in Statu Eccleſiaſtico, in quo vigore *Bullæ Sixti V.* edita contra bannitos, facinoroſos &c. eximentes captos de manibus familiæ puniuntur pœna vltimi ſupplicij, & læſæ Maieſtatis, vt declarát *Farinac. in d. quæſt. 32. num. 65. & Guazzin. in d. deſen. 5 cap. 5. num. 11.*

5 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in eximente reum confeſſum, conuictum, vel condemnatum, & eò magis dum ducitur ad ſupplicium, quia tunc talis eximens punitur pœna læſæ Maieſtatis *l. 4. in fin. & ibi Bart. num. 3. ad leg. Iul. maieſt. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 2. nu. 7. Clar. in pract. § fin. quæſt. 68. num. 10.* vbi dicit, ita ſæpiùs vidiſſe obſeruari in Statu Mediolani, & ibi *Batar. num. 40. & ſeq. Farin. de carc. & carc. d. quæſt. 32. num. 2.* vbi hanc opinionem dicit communem, & veriſſimam eſſe, *Cabal. reſol. crim. caſu 8. num. 2. & ſeq. cent. 1. Guazz. d. deſen 5. cap. 5. nu. 6.* vbi alios dat concordantes, & requirit, quod exemptus, ſit condemnatus, vel confeſſus de crimine capitali, *& Calui. de aquit. lib. 1. cap. 17. in princ.*

6 Amplia d. limitationem, vt habeat locum etiamſi ereptus de manibus Curiæ non eſſet confeſſus, nec condemnatus de crimine læſæ Maieſtatis, ſed de aliquo alio crimine, quia adhuc contra eximentẽ confeſſum, vel condemnatum intrat pœna læſæ Maieſtatis vt docent *Giga. de crim. læſæ Maieſt. lib. 1. in tit. qualiter, & à quibus crim. læſæ Maieſt. commit. quæſt. 58. per tot.* vbi reſpondet contrarijs adductis per *Luc. de Penna,* quem referendo ſequitur *Farinac. de carc. & carcer. d. quæſt. 32. num. 4.* vbi dicit, hanc ampliationem eſſe veriorem, *Cabal. d. caſu 8. num. 4. & ſeq. & Guazz. d. deſen. 5. cap. 5. nu. 9.* cum quibus pertranſit *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. d. cap. 2. num. 7.* licèt dicat, communem opinionem eſſe in contrarium, quam tenent Doct. relati per *Farinac. de carc. & carc. quæſt. 30. num. 103.* qui loquuntur de eximente carceratum, contra quos tenetur idem *Farinac. in d. quæſt. 32. num. 5.* dicens in Statu Eccleſiaſtico vigore *d. Bullæ Sixti V.* de hoc non eſſe dubitandum.

7 Declara d. concluſionem vnà cum limitationibus ſequen. vt non habeat locum in eximente de manibus familiæ indebitè, & iniustè captum, & condemnatum, maximè, dum ducitur ad ſupplicium, quia tunc nulla contra eximentem intrat pœna, cum talis eximitio licita ſit, nec peccet qui defendit eum qui iniuriam patitur, vt docent *Plaz. in epit. delict. lib. 1. cap. 38. num. 7. in fin. Clar. in pract. § fin. quæſt. 29 ver. ſed quid ſi ille &c.* vbi teſtatur de communi opinione. *Bertaz. conſ. 35. nu. 33. lib. 1. Oſaſch. conſ. 65. nu. 17. & 18. & Bruno. a Sole quæſt. legal. 30. num. 22. & ſeq.* quos refert, & ſequitur *Farinac. de carc. & carc. d. quæſt. 32. nu. 66. & ſeq.* vbi hanc opinionem benè comprobat, & illam dicit veriorem, & magis communem eſſe, & illam ampliat, vt eò magis habeat locum, quando captura eſt nulla ex defectu iuriſdictionis, *Odd. conſ. 72. ſub num. 3.* qui loquitur in terminis *d. Bullæ Sixti V. Scac. de iudic. lib. 1. cap. 46. nu. 30. & Guazz. d. deſen. 5. cap. 5 num. 22.* vbi alios dat concordantes.

8 Licet contra hanc declarationem ſentiant *Decia. tract. crim. lib. 7. cap. 11. num. 15.* cum modificationibus, de quibus ibi per eum, & alij relati per *Farinac. d. quæſt. 32. nu. 63.* cum quibus pertranſire videtur in ſua diſtinct. *Fachin. contr. iur. lib. 9. cap. 70.*

9 Amplia d. declarationem, vt eò magis habeat locum in eximente captum de manibus eorum, qui non ſunt officiales publici, ſed ſunt perſonæ priuatæ, quæ capiendi non habent poteſtatem, quia tunc eximens captum nulla pœna puniri debet, vt not. *Decian. tract. crim. cap. 7. cap. 11. num. 14. Farinac. de carc. & carc. d quæſt 32. nu. 73. & ſeq.* vbi dicit, hanc ampliationem non habere locum, quando d. perſonæ priuatæ haberent licentiam capiendi à Iudice, & quando captus eſſet talis, vt à quolibet poſſet capi, & occidi, vt ibi per eum, cum quibus tenent etiam *Guazzin. d. deſen. 5. cap. 5. num. 28. & Calui. de aquit. d. cap. 17. in fin.*

10 Limita d. declarationem, vt habeat locum, quãdo de iniuſtitia notoriè, & apparenter conſtat, alias ſecùs, quia tunc eximens captum benè venit puniendus, cum non ſit ſubditorum, ſed Iudicum, pro quibus de iure præſumitur, examinare proceſſus, & condemnationes, vt declarant *Cagnol. in l. 1. §. is non videtur n. 28. ff. ſi quis iuſd. non obtemp. Decia. tract. crim. d. lib. 7. cap. 11. num. 14. & 15.* vbi

requirit damnum irreparabile, & quando non adſit recurſus ad Principem, & adhuc intret pæna extraordinaria, *Farinac de carc. & carcer. d. quæſt. 32. num. 78.* vbi hoc benè comprobat, & alios dat concordantes, *Scacc. de iudic. d. cap. 46. num. 30. & Guazz. d. defen. 5. cap. 5. num. 23.*

11 Declara ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum dummodò ereptio, & eximitio è manibus Curiæ probetur plenè, & concludenter, aliter, quam ex depoſitione Birruariorum, vt benè declarat *Farin. de carc. et carc. d. quæſt. 32. num. 80. & ſeq.* vbi quamplures adducit concordantes, de qua materia ego dixi ſupra in ver. *Birruarius Reſol. 4. per tot.* ibi vide.

Declara poſtremò d. concluſionem vna cum limitationibus ſequen. vt non habeat locum in eo, qui cum effectu non exemit captum de manibus Curiæ, ſed tantùm illum eximere tentauit, cum de generali conſuetudine non puniatur effectus non ſequuto effectu, vt voluerunt, *Euge. conſ. 31. num. 40. & ſeq. lib. 1. & Farinac. de carc. & carcer. d. quæſt. 32. num. 84. et ſeq.* vbi dicit, quòd hoc cum difficultate obtineretur in Statu Eccleſiaſtico ob diſpoſitionem *Bullæ Sixti V.* de qua ſupra, vt ibi per eum.

FALSVM,

SVMMARIVM.

1 *Falſi in crimine, vt procedi poſſit, debet conſtare de corpore delicti.*

Licèt aliqui contrarium teneant, num. 3.

Sufficit autem de illo conſtare per præſumptiones, et coniecturas, num. 4.

Quod procedit, quando falſitas non relinquit veſtigia, aliàs ſecùs, num. 5.

In crimine falſi ob cancellationem debet conſtare, fuiſſe factam ex interuallo, et ſinè conſenſu partis, num. 6.

Fallit ſuadentibus coniecturis in contrarium, n. 7.

2 *Qualitas non datur ſinè ſubſtantia.*

RESOLVTIO I.

In crimine falſi vt procedi poſſit an debeat conſtare de corpore delicti.

1 IN crimine falſi, vt procedi poſſit, ante omnia conſtare debet de corpore delicti, vt tradunt *Boer. deciſ. 164. num. 8. Gabr. commun. concl. de maleſ. concl. 17. num. 13. ver. contrarium tamen, &c.* vbi alios dat concordantes. *Farinac. de inquiſ. quæſt. 2. num. 21.* vbi dicit, contrariam opinionem eſſe communiter reprobatam, *Guazz. defen. 4. cap. 9. in prin.* vbi alios adducit ita ſentientes, *et Vermigl. conſ. 218. num. 5. et conſ. 244. num. 1.* Vbi enim lex aliquid diſponit ratione certæ rei, debet priùs de illa re conſtare, vt docet *Boſſi. in prac. in tit. de delict. num. 26. Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 2. num. 1. in fin. et Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 71. ſub nu. 3.*

2 & † volens probare qualitatem debet priùs probare ſubſtantiam, ſuper qua d. qualitas fundatur *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 9. num. 1. Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 2. num. 1. in fin. Cyriac. controu. 37. num. 1. et contro. 544. num. 31. Paul. Rube. de validit. legal. cap. 16. num. 86. et ſeq.*

3 Quicquid contrarium voluerint *Bald. in l. 3. in addit. column. 3. ver. item nota ff. de teſt.* quem ſequitur *Ruin. conſ. 80. num. 6. lib. 4.* quorum opinionem eſſe communiter reprobatam tradunt *Farinac. et Guazzin. vbi ſupra.*

4 Declara primò d. concluſionem, quod cum crimen falſi dicatur delictum difficilis probationis, & præſumptiones, & ſuſpiciones ad illius probationem ſufficiant, ideò de illius corpore ſufficiat conſtare per præſumptiones, & coniecturas, vt voluerunt *Gabr. comm. concl. de maleſ. d. concl. 17. nu. 11. et ſeq. Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 2. num. 21. Guazz. d. defen. 4. cap. 9. num. 2. Vermiglio. conſ. 220. num. 3. et conſ. 230. num. 2.*

5 Limita primò d. primam declarationem, vt habeat locum, quando ex falſitate non remanent veſtigia, ſecùs tamen eſt, quando ex illa remanent veſtigia, & factum eſt apparens, & permanens, vt quia fuerit abraſum Inſtrumentum, vel laceratum, ſeù cancellatum, vel quia ei fuerit aliquid additū, ſeù diminutum, vel ſi aliqua menſura non fuerit iuſta, vel merces ſit alterata, & ſimilia, in quibus adeſt vitium viſibile, & apparens, quod poteſt oculis corporeis benè percipi, quia tunc de corpore d. falſitatis non ſufficit, conſtare per indicia, & coniecturas, ſed debet de illo conſtare verè per teſtes, & ocularem inſpectionem, medio iuramento, per teſtes faciendam, & in actis regiſtrandam per Notarium, prout fit in delictis facti permanentis, vt declarat *Guazz. d. defen. 4. cap. 9. num. 3.* benè comprobans, & tradit etiam *Vermigl. d. conſ. 220. num. 3. et d. conſ. 230. num. 2.*

6 Declara ſecundò d. concluſionem illatiuè, vt in crimine falſi ob cancellationem non dicatur conſtare de corpore delicti ad procedendum criminaliter, niſi probetur, cancellationem fuiſſe factam ex interuallo, & ſinè conſenſu partis, cum præſumatur, quod in præſentia partis, & eodem tempore cancellatio fuerit facta, vt tradunt *Maſcar. de prob. concl. 257. num. 1. lib. 1. et concl. 1254. num. 18. lib. 3. Thob. Noni. conſ. 80. num. 8. Pereg. de iure fiſci lib. 2. tit. 4. num. 10. ver. Quinimmò, etc. Farinac. conſ. 179. num. 3. lib. 2.* vbi dicit, hoc maximè procedere, quando cancellatio in corpore ſcripturæ reperitur, vt ibi per eum, *& de falſit. & ſimul. quæſt. 153. num. 39. & Genua de ſcriptu. priu. lib. 1. quæſt. 6. princ. dubit. 2. num. 19.*

7 Limita d. declarationem, vt non habeat locum, quando coniecturæ ſuaderent contrarium, vt conſuluit *Bertaz. conſ. 411. per tot. lib. 2.* vbi coniecturas, recenſet, quem referendo ſequitur *Farinac. de falſit. & ſimul. d. quæſt. 153. num. 40.* & poſt eum *Genua de ſcript. priu. d. declarat. 2. num. 20.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Falſi crimen, vt ſit punibile, tria requiruntur, nēpè dolus, quod noceat, & veritatis immutatio.*

2 *Falſitas commiſſa ſinè dolo non eſt punibilis.*

Neque pœna extraordinaria, num. 3.

Licèt aliqui Doct. teneant contrarium, num. 4.

Et eò magis ſi Statutum puniens falſitatem exquirat dolum, num. 5.

6 *Falſitas in dubio magis punitur commiſſa per ignorantiam, quam per dolum.*

Licèt contrarium teneant aliqui Doct. num. 7.

Et qualibet cauſa etiam iniuſta excuſat à dolo, num. 8.

Licèt aliqui contrarium teneant, quo ad pœnam extraordinariam, num. 9.

RESOLVTIO II.

Falſi crimen vt ſit punibile quæ requirantur.

1 FAlſi crimen vt ſit punibile, tria copulatiuè requiruntur, & primò dolus, ſecundò, quòd falſitas noceat, & tertiò, quòd ſit immutata veritas, ita vt, vno ex eis deficiente, non intret pœna falſi, vt tradunt *Vulpell. conſ.6. num.1. & conſ.48. num.3. & conſ.129. num. 20. Caph. conſ.355. num.44. lib.3. Gabr. conſ.169. nu 14. & ſeq. & conſ.180 num.6. lib.1 Hond. conſ.109. num.55. lib.1. Genua de ſcrip. priu. lib.1. quæſt. 4. num. 38. & ſeq. Farin. conſ.114. nu.12. & 36. lib.2. Ciazz. diſcept. crim.24. num.* 50. quem referendo ſequitur *Capic. Latro deciſ.172. nu.8. par.2. Ant. de Ball. trac. crim. lib.3. caſu 12. num.* 2. vbi concordantes refert, *Gargiar. Iun. conſ.55. num. 11. lib. 2. & Barboſ. de Epiſc. allegat. 51 num. 12.*

2 Falſitatem autem commiſſam ſinè dolo punibilem non eſſe ſcripſerunt *Clar. in pract. §. falſum nu. 33.* vbi teſtatur de communi opinione, & ibi *Baiar. num.291. Franc. Becc. conſ.78. num.16. lib.1.* vbi dicit, quod, quando adſunt coniecturæ excluſiuæ doli, falſitas non eſt punibilis, licèt de illa conſtaret, *Hond. d. conſ.109. nu.28. & ſeq. & num.54. lib.1. & conſ.91. num.8. & ſeq. lib.2. Farinac. de falſit. & ſimul. quæſt.150. num.273. & num* 288. innumeros ferè adducens concordantes, *Menoch. de arbi. caſu 309. num.2. Morot. conſ.61 in princ. Eugen. conſ 51. num.24. lib.2. Ciriac. contro.131. num.15.* vbi dicit, quòd, vt falſitas puniatur requiritur dolus verus nec ſufficit præſumptus, nec culpa lata, vt ibi per eum, *Gait. de cred. cap.2. tit.5. num.912. & ſeq. Vermigl. conſ.150. num.6. & conſ.237. num.2.* vbi dicit, hanc opinionem procedere abſque dubio, *& conſ. 409. num.6.* qui teſtatur de veriori, & magis communi Doct. opinione, *& conſ.499. num.7. Calui. de æquit. lib.2. cap.190. num.* 7. 80. & 83. & dixi ego *allegat. foren. 89. num. 29.*

3 Amplia primò d. concluſionem accipiendo requiſitum doli, vt falſitas commiſſa ſinè dolo nulla pœna puniatur, neque extraordinaria, neque ſtellionatus, vt voluerunt *Corn. conſ.182. num.6. lib.4.* benè comprobans, *Soci. Iun. conſ.39. num.35. lib.2. Franc. Becc. conſ.78. num.16. lib.1.* vbi dicit, ita omnes tenere, *Hond. conſ 109. num.28. & ſeq. et nu.54. lib.1* vbi alios refert concordantes, & contrarium tenentes refellit, & dicit, hanc eſſe veriorem, & magis communem Doctorum opinionem, & ab ea non eſſe recedendum, & idem tradit *in d. conſ 91. num.11. lib.2* vbi dicit, contrariam opinionem eſſe falſam, cum qua, vti vltimo loco relata, pertranſit *Farina. de falſit. & ſimul. d. quæſt.150. num. 238. Calui. de æquit. d. cap 190. num.7. & num.80. & ſeq.* vbi vult, nullam irrogare pœnam, *Barboſ. de Epiſc. d. allegat. 51. num.27.*

4 Licèt contrarium, imò falſitatem ſine dolo commiſſam puniri pœna extraordinaria, voluerint *Foller. in pract. in ver item quod commiſit falſitatem num. 46. Plot. de in litem iur. §.44. num.17. Baiar. ad Clar. in §. falſum num.307.* vbi dicit, quod ita ſeruanit, & ſeruari vidit, & alij relati per *Farin. in d. q.150. nu. 287. et Ant. de Ball. tract. crim. lib.3. caſu 12 n.3.*

5 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando Statuta, & Bannimenta punientia falſitatem requirunt dolum, quia tunc eò minus falſitas commiſſa ſinè dolo non punitur, vt docent *Franc. Becci. d. conſ.78. num.7. Lauren. deciſ. Auenion.108 num.3. Farin. de falſit. et ſimul. d. quæſt 150. num.285.* alios adducens ita ſentientes, *Ciriac. contro.131. n.16.* & dixi ego *d. alleg. foren. 89. n.30.*

6 Declara primò d. concluſionem, vt in dubio falſitas præſumatur magis commiſſa per errorem, ſimplicitatem, & ignorantiam, quam per dolum, vt ſcripſerunt *Franc. Becc. d. conſ.78. num.13. et nu. 18. et ſeq.* vbi dicit, hoc non eſſe abſolutum, *Vulpell. conſ.47. num.2. Menoch. de præſump. lib.5. præſump. 20. num.1. Gabr. d. conſ.169. num.17. et d. conſ 180. num.9 lib 1. Maſca. de prob. concl.745. num.3. lib.2. Euge. conſ.51 num 27. lib.2. Hond. conſ.109. nu.18. et ſeq. lib.1.* vbi alios dat concordantes, plenè *Farinac. de falſi et ſimul. d. quæſt.150. num.274.* qui pariter alios refert ita ſentientes quamplures, *Ciriac. contro.408. num.12. Vermigl. conſ.236. nu.3. & conſ. 243. num.12. & conſ.183. num 3. et conſ.401. num.1. Rota deciſ.233. poſt prin. poſt 2. vol. conſ. Farinac.* & dixi ego *allegat. foren 89. num.4.*

7 Quicquid contrarium voluerint *Port. Imol. conſ. 96. num.12. & ſeq.* & alij relati per *Farinac. d quæſt. 150. num. 275.* quorum opinionem habere locum in inquiſito ſagaci, & verſuto dicit *Farin. ibi n.276.*

8 Declara ſecundò d. concluſionem, vt qualibet cauſa etiam iniuſta excuſet à dolo in crimine falſi, vt not. *Caph. conſ.230. n.14. lib.2. Franc. Becc d. conſ. 78. num.16. & 28.* vbi alios dat concordantes, & teſtatur de communi opinione, *Gabr. d. conſ.169. num.18. et d. conſ 180. n.9. lib.1. Surd. conſ.132. n.54. lib.1 et deciſ.216. n.4. Hond. d. conſ.109. nu 31. lib.1. Farin. de pœn. temp. q.90 nu.1. et ſeq. et de falſit. et ſimul. d. q.150. n.279.* vbi alios adducit ita ſentientes more ſuo, *Giurba conſ.24. n.24. Ciriac. contro.418. n.61. et contr.506 nu.18. Vermigl. conſ 240. nu.9. et conſ.407. n.8.* & dixi ego *d. alleg. foren.89. num.28.*

9 Quicquid, quò ad pænam extraordinariam imponendam, dixerit *Foller. in pract. in verſ. item, quod commiſit falſitatem nu* 46. cum quo videtur pertranſire *Farinac.* qui tunc temporis iura fiſci tuebatur *in d. quaſt.* 150. *num.* 280. & quo ad pœnam pecuniariam *conſ.* 114 *num.* 18. *lib.* 2. contra quos adeſt commuois opinio, de qua ſupra.

De alio verò requiſito, quòd falſitas noceat, vt inſtet illius pæna dicam in Reſolutione ſequenti.

A D D I T I O.

N. 1. VBi habetur, quod falſum vt ſit punibile tria requiruntur, nempè dolus, quod noceat, & veritatis immutatio adde Ciriac. *contro.* 637. *num.* 65. *tom.* 4.

N. 2. & 3. Vbi habetur, quod falſitas ſine dolo commiſſa non eſt punibilis adde *Ciriac. controu.* 613. *num.* 12. & *contro.* 637. *num.* 34. vbi dicit, debere conſtare de dolo verò, & non ſufficere præſumptum, & quod neque intrat pæna extraordinaria, vt ibi per eum.

N. 6. Vbi habetur, quod falſitas magis præſumitur commiſſa per ignorantiam, quam per dolum adde *Ciriac. contro.* 637. *num.* 27. & 28. *tom.* 4.

N. 8. Vbi habetur, quod qualibet cauſa etiam iniuſta excuſat a dolo in crimine falſi adde *Ciriac contro.* 624. *num.* 72. *tom.* 4. vbi probat, quamlibet cauſam, dummodo non ſit omnino fatua excuſare etiam a pœna extraordinaria. vt ibi per eum.

S V M M A R I V M.

1 *Falſitas, quæ actu non eſt nocibilis, neque eſt punibilis.*

Punitur tamen pena extraordinaria, num. 3.

Licèt contrarium teneant aliqui, num. 4.

Si tamen non eſt nocibilis neque actu, neque habitu, neq; punitur pæna extraordinaria, nu. 5.

Licèt contrarium voluerint aliqui Doctores, num. 6.

Et eò magis, quando etiam ceſſat dolus, nu. 7.

Et quando per Statutum requiritur, quod falſitas ſit nocibilis, num 8.

2 *Falſitas, quæ non eſt nocibilis, non dicitur propriè falſitatis.*

R E S O L V T I O III.

Falſitas, quæ actu non eſt nocibilis an ſit punibilis.

1 FAlſitas, quæ actu non eſt nocibilis, neque eſt punibilis, vt tradunt *Vulpell. conſ.* 129. *per tot. & ibi Adden. Franc. Becci. conſ.* 78 *num.* 14. *Siluan. conſ.* 7. *num.* 11. vbi teſtatur de communi opinione, *Clar. in pract. §. falſum ver. item excuſatur, &c.* qui pariter teſtatur de communi opinione, & ibi *Baiar. num.* 7. & *num.* 255. & latè comprobat quampluribus Doct. authoritatibus relatis *Farinat. de falſit. et ſimul. quaſt.* 150. *num.* 291. & *ſeq.* & *conſ.* 179. *nu.* 22. *lib.* 2. *Hond. conſ.* 109. *num.* 55. *lib.* 1. *Morot. conſ.* 61 *num* 5. *Stac. de indic. lib.* 2. *cap.* 8. *nu.* 524. *Vermigl. conſ.* 236. *nu.* 7. & *conſ.* 250. *num.* 11. *et conſ* 256. *n.* 12. & *conſ.* 499. *num.* 3. & ſentit *Ant. de Ball. tract. crim. lib.* 4. *quaſt.* 1. *num.* 45. & dixi ego *allegat. foren.* 89. *num.* 34.

2 Falſitas enim, quæ non eſt nocibilis non dicitur propriè falſitas, ſed impropriè, vt notat *Bart. in l. quid ſit falſum* 23. *num.* 1. & 2. *ff. ad leg. Cornel. de falſ. Incert. Conſul. apud Farinat. conſ.* 114. *num.* 12. *et* 38. *lib.* 2. in qua, cum non concurrant omnia requiſita falſi, non intrat illius pœna, vt declarat *Bart.* & *Incert. Conſul. in loc. proximè adductis*, & tradit *Maſtar. de gener. ſtat. interp. concl.* 2. *num.* 46. vbi dat concordantes.

3 Declara d. concluſionem, vt falſitas prædicta non puniatur pœna falſi ordinaria, ſecùs tamen eſt quo ad extraordinariam, quia illa puniri poſſe d. falſitatem ſecundum facti, & perſonarum qualitatem Iudicis arbitrio voluerunt *Plot. de in lit. iur.* §. 44. *num.* 9. 10. & *ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione, *Clar. in pract. §. falſum verſ. item excuſatur in fine*, vbi pariter dicit hanc eſſe communem Doctorum opinionem, & ibi *Baiar. num.* 307. *Gabr. comm. concl. de maleſ. concl.* 5 *num.* 13. & *num.* 20. & *ſeq.* plenè *Farinac. de falſit. & ſimul. d. quaſt.* 150. *nu* 362. vbi alios adducit concordantes quamplures de magis communi opinione teſtantes, & *conſ.* 18. *num.* 12. *lib.* 1. *Giurb. conſ.* 71. *num.* 21. & in fortioribus terminis *Menoch. de arbitr. caſu* 306. *num.* 15. & *ſeq. Barboſ de Epiſt. allegat.* 51. *num.* 30. cum quibus videtur pertranſire *Capit. Latro deciſ.* 182. *num.* 29. *par.* 2. & *Genua de ſcript. priuat. lib.* 1. *quaſt.* 4. *num.* 37. & *ſeq.*

4 Licèt contrarium imò neque pæna extraordinariæ eſſe locum voluerint *Caſtr. conſ* 130. *lib.* 1. *per tot. Natt. conſ.* 588. ferè per tot. *lib* 3. *Crauet. conſ.* 46. *num.* 1. *in fin. Rolan. conſ.* 38. *num.* 43. & *ſeq. lib.* 1. & *Theſ deciſ. Pedem.* 171. *num.* 2. vbi dicit, contrariam opinionem non credere veram, & alios dat concordantes, loquendo de falſitate commiſſa in ſcriptura priuata, vt ibi per eum.

5 Limita primò d. declarationem, vt non habeat locum in falſitate, quæ neque actu, neque habitu eſt nocibilis, quia illa neque pæna extraordinaria eſt punibilis, vt adnotarunt *Surd. deciſ* 282. *nu.* 18. & *ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione, *Vulpell. conſ* 129. *per tot.* & *ibi Adden.* qui hanc limitationem benè comprobat, *Hond conſ.* 109. *num.* 40. & *ſeq. lib.* 1. vbi hoc benè confirmat, *Farina. de falſit. & ſimul. d. quaſt.* 150. *num.* 338. *et conſ* 7. *nu.* 10. *lib.* 1. & *conſ.* 160. *num.* 10. *lib.* 2. *Felix allegat.* 18. *num.* 33. & *ſeq.* & *allegat.* 19. *num* 19. *par.* 1. quem refert, & ſequitur *Vermigl. conſ.* 236. *num.* 7. & *conſ.* 250. *nu.* 11. & *conſ* 259 *num.* 12. & *conſ.* 499. *num.* 3. vbi teſtatur de veriori, & magis recepta Doct. opinione, prout tenent etiam *Franc. Becci. d. conſ.* 78. *num.* 15. & *ſeq. lib.* 1. & idem *Farinac. conſ.* 179. *num.* 20. *lib.* 2. & dixi ego *allegat.* 89. *num.* 35.

6 Licèt contrarium, imò in hoc etiam caſu intrare pænam extraordinaria poſt *Bald. Vanti. Marſil. Plot. & Afflit.* per eum adductos teneatur *Menoch. de arbitr. caſu* 306. *num.* 15. & *ſeq.* vbi hanc dicit probabiliorem, & receptiorem opinionem.

7 Limi-

7 Limita ſecundò d. declarationem, vt non habeat locum, quando ceſſat etiam dolus, quia tunc falſitas nulla pœna nec ordinaria, nec extraordinaria puniri poteſt, vt tradunt *Vulpel.d conſ.129.num.8. & 15.Franc.Becci.d.conſ.78.nu.16.* vbi dicit, quod hoc fatentur omnes Doctores *Hond.conſ.105.num. 86.& d.conſ 109. num.54.lib.1.Farinac.de falſit.et ſimul.d.quaeſt.150.num.340.* vbi dicit, hanc eſſe veram opinionem, et *conſ.11. num. 31. lib.1. Ciriac. contro.331. nu.15. et 51.* vbi alios adducit concordantes, & teſtatur de veriori, & magis communi Doctorum opinione, *Vermigl.conſ.437.num.3. & conſ.409.num.6.Calui.de aequit.lib.2.cap.190.nu.7. & n. 80.et ſeq.* & dixi pariter ego *d.alleg.89.n.37.*

8 Limita tertiò d.declarationem, vt non habeat locum, quando expreſse requiritur per Statutum, ſeù Conſtitutionem, quod falſitas ſit nocibilis, quia tunc nocumento ceſſante nullam pro d. falſitate intrare pœnam voluerunt *Vulpell.conſ.31.num.1.et conſ.32. num.5. et Rota in Senogallien. ſupplementi legitimae 10. Iuny 1641. coram R. P. D. Merlino §. non obſtat Statutum*, & ego pariter dixi *in d. allegat. 89. num. 38.*

A D D I T I O.

N.1. VBi habetur, quod falſitas non nocibilis non eſt punibilis adde *Ciriac. contro.637. num. 67. tom. 4.* vbi dicit, illam neque punibilem eſſe pœna extraordinaria, ſi neque nocere poteſt, maximè ſi ceſſet dolus, vti habetur etiam hic *num. 5.*

S V M M A R I V M.

1 *Falſitas commiſſa in ſcriptura, quæ per ſe nulla facit probationem, nec plenam, nec ſemiplenam, nec præſumptionem pœna falſi puniri non poteſt.*

Quicquid contrarium voluerint aliqui Doctores, num. 3.

Ita vt in d. caſu puniri non poſſit neque pœna extraordinaria, num. 4.

Licèt in d caſu eſſe locum pœnæ extraordinariæ tenenat plures, num. 5.

Concluſio ſupradicta habet locum etiam in cõmittente falſitatem in ſcriptura nulla, & non facientè fidem, num. 6.

2 *Falſi pœna, vt intret falſitas debet eſſe nociua, vel apta ad nocendum.*

R E S O L V T I O I V.

Falſitas commiſſa in ſcriptura, quæ nullam facit probationem an pœna falſi puniri poſſet.

1 FAlſitas commiſſa in ſcriptura, quæ per ſe nullam probationem facit, nec plenam, nec ſemiplenam, neque aliquam præſumptionem, vt puta, ſi in proprio libro rationum quis ſcriberet, aliquem eſſe ſuum debitorem, qui ſe vera non erat, pœna falſi puniri non poteſt; vt voluerunt *Caſtr. conſ. 130. per tot. lib.1. Natt. conſ.588. per tot. par.4.* vbi hanc concluſionem latè comprobat, & dicit illam eſſe per Doctores communiter receptam, *Gabr.com.concl. de maleſ.concl.5.num.4.Farinac. de falſit.& ſimul. quaeſt.150.num.320.* alios adducens concordantes, *Ant.Riccıul.inter conſ. Farinac.conſ.179.n.20.lib.1. Vint.opin 273. in fin. lib.1.* vbi contrarijs etiam reſpondet, *Coſta de iur.& facti ignor.diſt.83.in fin.* & latè comprobat *Genua de ſcript.priu.d.lib.1.quaeſt. 4.num.4.& ſeq.* vbi ampliat eò magis ceſſante vſu d.ſcripturæ, & tradit etiam *Vermigl.conſ.197.n.10.*

2 Ad hoc enim, vt committens falſitatem pœna falſi puniri poſſit, requiritur, quod falſitas ſit nociua, vel apta nocere, vt not. *Franc. Becci. conſ.78. nu. 14. lib.1.Hond conſ.109.num.49. lib.1.* & alij quos refert, & ſequitur *Genua de ſcript priu. d.lib.1.q.4. nu.5. Rota apud Caputaq. deciſ.5. par.2.* ſed nullum damnum afferre poteſt liber rationum, cum nullam fidem faciat pro ſcribente ad tex. *in l. quedam 9. §. nummularios ff. de eden.* meritò nulla falſitatis pœna intrare poteſt, vt benè argumentantur *Genua d.quaeſt.4. num. 5.6. & ſeq.*

3 Quicquid contrarium voluerint *Salic in l.1. nu.6. C.de ſepulc.viola.Baiar.ad Clar.§. falſum num.306.* vbi teſtatur de communi opinione *Bertaz conſ.91. num.15.lib.1.* & videtur ſentire *Menoch. de arbitr. caſu 306.num.32.*

4 Ampliа primò d. concluſionem, vt committens falſitatem in ſcriptura, quæ nullam penitus facit probationem puniri non valeat, non ſolùm pœna ordinaria, imò neque extraordinaria, vt tradunt *Caſtr.d.conſ.130.per tot.lib.1. Rolan.conſ.38. nu.45. lib.1.Natt.d.conſ.588.in fin.par.4.Cran.conſ.46.nu. 1.Vulpell.conſ.129.per tot.* & ibi comprobant plures ſubſcribentes, *Theſ.deciſ 171.num.2 Farinac.de falſit.& ſimul. d.quaeſt.150.nu.336.& 338. et num. 364.* vbi alios dat concordantes quamplures, & *Vermigl.conſ.2 4.num.6.* vbi teſtatur, hanc eſſe magis receptam Doctorum opinionem.

5 Licèt contrarium tenuerint, imò in d. caſu eſſe locum pœnæ extraordinariæ ſaltem pecuniariæ, *Pariſ conſ.151. num.29. & ſeq.lib.4.Clar. in pract. §.falſum ver. item excuſatur, &c. in fin.* licèt ibi præter eius morem ſatis confuſe loquatur, *Gabr. comm.concl.de malef concl.5.num.14. Franc.Becci. d.conſ.78.nu.15.&* 16 quam opinionem latè comprobat *Menoch de arbitr. caſu 306.num.16.& ſeq.* vbi illam dicit veriorem, Doct. relati *per Farinac. in d.quaeſt.150. num. 362.* quorum aliqui teſtantur de magis communi, & veriori opinione cum quibus partitur etiam *Genua de ſcript. priu. d.lib.1. cap.4. num. 37. et ſeq.* & eò magis, quando adeſt dolus, vt ibi per eum *num.46.*

6 Ampliа ſecundò d.concluſionem, vt habet locum etiam in committente falſitatem in ſcriptura nulla, & non faciente fidem, qui non punitur de falſo, vt poſt *Cin. Aret. Gabr. Alex.Soci. Afflict.* & alios per eum relatos tradit *Farin. de fal. et ſimul.quaeſt. 150.nu.295.& ſeq.Genua de ſcript.priu.lib.1.quaeſt. 4. num. 47. & ſequen.Vermigl. conſ. 234. num. 6. & Giouagno. conſ.44. num. 17. lib. 1.* qui materiam

RESOLVTIO VI.

Falſitas an præſumatur commiſſa ab eo, in cuius commodum illa redundat,

1 FAlſitas præſumitur commiſſa ab eo, in cuius commodum, & lucrum illa reſultat, & redundat, vt tradunt *Boſſi.in pract.in tit.de indic.& conſid. ante tortu.n. 58, & 61.Franc.Becci. conſ.70,num,20.in fin,lib. 1, Maſcar. de prob.concl.831.num.12.lib.2 & concl,1005. nu, 65.eod.lib.2.Hond.conſ.96.num.13,& 63,lib.2.*plenè *Farinac.de falſit. et ſimul,quæſt,153. num.* 209, vbi alios dat concordantes, *Grat.diſcep.foren.cap, 262,n.37.& ſeq.par.2. et in addit,ad deciſ.Marcb. 84.num.3,Gait.de credit.cap,2,tit.8.nu.* 3056.*Surd, conſ,* 512.*n.*6. *lib.*4. & dixi ego *alleg.foren.*91.*n.*19.

2 Falſitas enim non cenſetur commiſſa ſinè cauſa, & ſinè commodo, & lucro, vt tradunt *Vulpel.conſ. 129.num,5.et ibi ſubſcribentes num.23. Menoch.de præſump.lib.5.præſump.20. nu.48. Hond. conſ.109. num.21.lib.1.& conſ.96.num.61.lib.2. Theſ.deciſ. 121. num.7.* plenè *Farinac. de falſit.et ſimul.quæſt. 150.num.204.et ſeq. et conſ.50.num,49.et conſ.88. num.16.lib.1.Vermig.conſ.250.num,1.& conſ 252. n.2.* & dixi ego *d. alleg.91.nu,23.& alleg.89.n.* 19.

3 Limita primò d. concluſionem,vt habeat locum quando commodum, & lucrum, quod prouenit ex falſitate, eſt magnum, & admodum conſiderabile, aliàs ſecùs, cum falſitas, quæ dicitur graue delictum non præſumatur commiſſa pro paruo cōmodo, & pro modico lucro, vt voluerunt *Foller. in pract.in ver, item quòd commiſit falſitatem num. 94.Gabr.d.conſ.169.nu,18.& ſeq.Hond,d,conſ.109. num.23.& ſeq,lib,1.et conſ 96,num,40.et 62.lib.2. Ciriac.contro,138,num.42. Gait. de credit, d,cap.2, tit.8.num,3058. Adden,ad Burat.deciſ.624.num.11. Farinac.de falſit.et ſimul.quæſt.153, nu.203. et ſeq.* & dixi ego *in d. alleg.foren,89.n.23,et* 52, vbi dixi, non ſufficere lucrum ſex aureorum,*et alle.91.n.26.*

4 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum,quando falſitas reſpicit commodum,& vtilitatem plurium perſonarum, quia tunc, ratione incertitudinis, contra neminem oritur præſumptio falſitatis, vt not.*Boſſi.in pract.in tit de indic.et conſid.ante tortu. num.* 63. *et Farinac. de falſit. & ſimul.d.quæſt,153.num.212.*

5 Limita tertiò d.concluſionem, vt habeat locum, quando vltra commodum concurrit etiam vſus rei falſificatæ, quia ſinè illius vſu dict. præſumptio ex commodo proueniens non habeat locum, vt declarat *Boſſi. in pract,in d.tit. de indic,et conſid.ante tortu.ſub num.58.* quem ſequitur *Farinac. de falſit. et ſimul, d, quæſt.153. num.211. Vermigl.conſ 197. num.4.* & ſentit *Cimba.conſ 5. num.18.* & dixi ego *d.allegat. foren. 91.num.19.*

6 Declara primò d. concluſionem, quod d. præſumptio falſitatis inſurgens ex commodo, & vtilitate,vt ſupra,veti admodum debilis non ſolùm non eſt ſufficiens ad condemnandum, imò neque eſt ſufficiens ad torquendum, niſi alia concurrant adminicula, vt voluerunt *Blanc. de indic. et tortur. num.422.Boſſi.in pract.in d tit de indic.et conſid.ante tortu.ſub num.63.Hond. d.conſ.96. num.68.lib.2. Farinac.de indic. & tortu. quæſt.52.num.143. et de falſit. et ſimul. d.quæſt.153. num* 210. *et Vermiglio, d.conſ.197.num.3. et conſ. 409. num.5.* & dixi ego *d. allegat. 91. num. 18.*

ADDITIO.

N.1. VBi habetur, quod falſitas præſumitur commiſſa ab eo, in cuius commodum reſultat adde *Ciriac. controu.637.num.4.& ſeq.tom.4.*

N.3. Vbi habetur, falſitatem non præſumi commiſſam pro modico lucro adde *Ciriac. d. controu.637.n.47.tom.4.*

N.6. Vbi habetur, quod præſumptio falſitatis reſultans ex commodo ex illa reſultante non eſt ſufficiens neque ad torquendum, neque ad condemnandum, adde *Ciriac. d. controu. 637. num.* 39.

SVMMARIVM.

1 *Cancellatio, ſeù raſura reperta in inſtrumento, ſeù ſcriptura præſumitur facta ab eo, penes quem inſtrumentum, ſeù ſcriptura fuit reperta.*

Fallit quando inſtrumentum, ſeù ſcriptura fuit penes plures, num. 2.

Et quando ceſſat commodum illius, apud quem ſcriptura, vel inſtrumentum fuit repertum, n.3.

RESOLVTIO VII.

Cancellatio, ſeù raſura reperta in inſtrumento ſeù ſcriptura an præſumatur facta ab eo penes quem inſtrumentum, ſeù ſcriptura fuit reperta.

1 CAncellatio, raſura, ſeù falſum reperta, ſeù repertum in aliquo libro, inſtrumento, ſeù ſcriptura præſumitur facta, & commiſſa. ſeù commiſſum ab eo, penes quem repertum fuit d.inſtrumentum, ſeù ſcriptura, vt tradunt *Maſcar.de prob,concl.256. num.8. & 9.* vbi alios dat concordantes *lib. 1. et concl.1261.nu. 28.lib. 3. Farinac.de falſit,et ſimul,quæſt.153. n.87. et Vermigl.conſ.197, num.2.et conſ 198. num.6.*

2 Limita primò d.concluſionem, vt non habeat locum, quando apparet librum prædictum inſtrumentum, vel ſcripturam extitiſſe apud plures perſonas, quia tunc ratione incertitudinis contra neminem præſumptio prædicta operatur aliquem effectum, vt voluerunt *Odd. conſ.62. num.9.10. & ſeq. Felic.allegat.15. num.87.88.et ſeq. lib.1.Vermigl.conſ.197.num.6.et conſ.198. nu.6.* & dixi ego *allegat, foren. 91, num, 46.*

3 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in inſtrumento, ſeù ſcriptura, quæ æs alienum contineat, quia cancellatio in ea facta exiſtimatur creditoris voluntate ſinè reperiatur penes eum, ſeù penes tertium ad tex. *in l. ſi chirographum*

phum 24. ff. de probat. & in l. falſo 84. §. qui tabulas, & ibi Bart. & alij ff. de furt. & in l. labeo 2. ff. de pact. & not. Alex. in l. ſi vnus 12. poſt num. 7. C. de teſtam. vbi teſtatur de magis communi Doctor. opinione, quem refert, & ſequitur *Maſcar. de prob. d. concl. 256. num. 10. lib. 1.*

Limita tertiò d. concluſionem, vt habeat locum, quando vltra inuentionem libri, inſtrumenti, ſeu ſcripturæ, in qua adeſt caſura, cancellatio, ſeu falſitas, concurrit etiam intereſſe, vel commodum illius, apud quem liber, ſcriptura, ſeu inſtrumentum fuit inuentum, aliàs ſecus, vt dicit *Rot. apud Card. Caualer. deciſ. 82. num. 8. & ſeq.* quem refert, & ſequitur *Vermigliol. d. conſ. 197. num. 2.* & dixi ego *d. alleg. Forenſ. 91. num. 40.*

A D D I T I O.

N. 1. VBi habetur, quod falſitas in ſcriptura præſumitur commiſſa ab eo apud quem illa fuit reperta adde *Ciriac. d. contro. 637. num. 5. qui num. 40. & 55.* dicit; hoc non procedere, quando illa fuit reperta apud plures perſonas, vti habetur etiam *hic num. 2.*

S V M M A R I V M.

1 *Intendens inſtrumentum, vel teſtes redarguere de falſo poteſt interrogare producentem, vt reſpondeat an illis vti velit pro veris, cum illos velit redarguere de falſo, cui producens tenetur clarè, & præciſè reſpondere.*

Quod verò ſufficiat reſpondere conditionatè tenent aliqui Doct. n. 2.

Et eò magis tenetur reſpondere præciſè, quando ei fuit aſſignatus terminus ad ſe informandum, num. 3.

Siuè producens, ſit informatus veriſimiliter de falſitate, ſiuè non, num. 4.

Licèt contrarium teneant aliqui Doctores, num. 5.

Eoque magis tenetur præciſè reſpondere, quando ita inſtatur ex aduerſo, num. 6.

Et ſi interrogatus reſpondeat dubitatiuè inſurgit præſumptio falſi, n. 7.

Valet reſponſio velle vti donec fuerit certificatus de falſitate, num. 8.

Iudex tamen tenetur aſſignare terminum ad ſe informandum, n. 9.

Petens verò reſponderi debet ſe declarare velle inſtrumentum redarguere de falſo ſpecificando locum præciſum, num. 10.

Et declaratio eſt facienda per principalem, non autem per Procuratorem, n. 11.

Pendente autem d. declaratione non eſt procedendum ad vlteriora, num. 12.

Reſpondens autem nolle vti excuſatur à pœna, num. 13.

Interrogatio ſupradicta fieri poteſt ſolum per partem, non autem per Iudicem, n. 14.

Reſponſio verò nolle vti, quomodo ſit concipienda labes, n. 15.

R E S O L V T I O VIII.

Intendens Inſtrumentum, vel Teſtes redarguere de falſo an poſſit interrogare producentem, an illis vti velit pro veris, & quomodo producens teneatur reſpondere.

1 INtendens aliquod inſtrumentum, ſcripturam, vel teſtes in iudicio contra ſe productos redarguere de falſo, poteſt in qualibet parte iudicij interrogare producentem, vt ſe declaret, an illud, ſeu illos velit habere pro verò, ſeu veris, quia intendit illud, ſeu illos de falſo redarguere, & d. interrogationi ipſe aduerſarius tenetur clarè, præciſè, & abſque vlla proteſtatione reſpondere, & ſe declarare, vt tradunt *Lap. allega. 119. num. 1. & ſeq.* vbi hanc concluſionem latè comprobat, & dicit illam veriorem, & in practica ſeruatam, *Maran. in pract. par. 6. actu 8. num. 38. Clar. in pract. §. falſum, verſ. vtens dicto &c. & verſ. vtens falſo, &c. & ibi Baiar. num. 123. et ſeq. Menoch. de arbit. caſu 315. num. 02. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 11. num. 490. et ſeq. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 3. caſu 7. num. 1. et ſeq. et nu. 29. Farin. de falſ. et ſimul. quæſt. 159. nu. 59. et 67. Ricci. Collect. 298. Gratia diſcep. foren. cap. 752. n. 15. par. 4.* latè *Poſt. de manut. obſer. 100. in prin.* vbi alios quamplures adducit, ita ſentientes, *Morot. conſ. 84. num. 9. et ſeq. Guazzi. defen. 28. cap. 14. num. 6. Giurba conſ. 5. num. 6. et Rota deciſ. 364. in prin. poſt ſec. vol. conſ. Farinac.*

2 Licèt contrarium, imò reſponſionem non præciſam, ſed conditionatam admittendam eſſe tenuerint *Specul. in tit. de inſtrum. edit. §. videndum reſtat. num. 1. et ſeq. Bald. in l. ſi aduerſarius 3. in fin. C. de fide inſtrum. Crau. conſ. 46. num. 11. Auguſt. ad Angel. de maleſ. in verb. Falſario poſt num. 44.* & alij quos referunt, & ſequi videntur *Adden. ad Rot. deciſ. 1. litt. A. verſ. altera fuit etc. poſt 1. vol. conſ. Farinac.* & quando agitur de facto alieno *Ant. de Bal. d. caſu 7. num. 21.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando producenti inſtrumentum, vel teſtes fuit à Iudice aſſignatus terminus ad ſe informandum, an inſtrumentum, vel teſtes producti ſint falſi, nec ne, quia tunc elapſo d. termino tenetur præciſam afferre reſponſionem, vt tenent *Afflict. deciſ. 189. num. 4.* vbi dicit, ita in illo Sac. Conſilio fuiſſe reſolutum *Boſſ. in pract. in tit. de falſis num. 155.* vbi teſtatur de communi opinione, *Clar. in pract. in d. §. falſum, verſ. vtens falſo &c.* vbi pariter teſtatur de communi, & quod ita vſus obſeruat, *& ibi Baiar. num. 135.* plenè *Adden. ad Rot. deciſ. 1. poſt 1. vol. conſ. Farinac. verſ. declaratur primò &c.* vbi alios adducit concordantes *Bertazol. conſ. 406. num. 3. et ſeq. lib. 2. et ibi Claud. in fin.* dicens ita fuiſſe iudicatum *Guazzin. defen. 28. cap. 14. num. 8. Cancer var. reſol. par. 1. cap. 20. num. 59. Poſt. de manut. d. obſer. 100. num. 2. et Rot. d. dec. 364. n. 2. poſt ſec. vol. conſ. Farinac.*

4 Subam-

4 Subamplia d. primam ampliationem, vt interrogatus aſſignato ei termino ad ſe informandum teneatur præciſè reſpondere, & ſiuè protellatione ſiuè producens inſtrumenta, vel teſtes ſit veriſimiliter informatus de prætenſa falſitate, ſiuè non, vt not. *Clar. in d. § falſum, verſ. vtens falſo &c.* vbi dicit ita ſeruari in praxi, *Bertaz. conſ. 436. num. 6. lib. 2.* vbi dicit contrariam opinionem eſſe reiectam, *& Adden. ad Rot. d. deciſ. 1. poſt 1. vol. conſ. Farinac. verſ. & licèt Angelus &c.* vbi teſtatur de communi opinione, & alios dant concordantes, *& Guazzin. defenſ. 28. cap. 14. num. 8.* ſi potuit ſe in termino informare, vt ibi per eum.

5 Licet contrarium quod imò interrogatus non teneatur præciſè reſpondere, quando non eſt veriſimiliter informatus voluerint *Natt. conſ. 635. n. 4. & ſeq. par. 4. Cancer. var. reſ. par. 1. cap. 20. nu. 59. verſ. quam communem &c.* vbi hanc dicit opinionem æquiſſimam, *Poſt. de manut. d. obſeru. 100. num. 9.* qui non loquuntur quando fuit aſſignatus terminus ad ſe informandum, & in hanc opinionem inclinat *Roſa relata poſt deciſ. 1. poſt 1. vol. conſ. Farin.*

6 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt eò magis interrogatus, an velit vti inſtrumento, vel teſtibus exhibitis pro veris teneatur præciſè reſpondere, quando pars petit, & inſtat, producentem ad præciſè reſpondendum cogi, & ſi e reſponſioni non præciſè factæ non acquieſcat, vt tradunt *Afflict. d. deciſ 389. num. 3. & ſeq.* vbi dicit ita fuiſſe in illo Senatu iudicatum, *Menoch. de arbitr. caſu 315. nu. 22. Adden. ad Rot. d. deciſ. 1. poſt. 1. vol. conſ. Farinac. verſ. declaratur ſecundo,* vbi alios dant concordantes, licèt in fine hanc ampliationem dubiam appellent *Guazzin. defen. 28. cap. 14. ſub num. 6. Giurb. d. conſ 5. num. 11.* vbi limitat, niſi interrogatus allegeт probabilem ignorãtiæ cauſam, vt ibi per eũ.

7 Amplia tertiò d. concluſionem, quod ſi producens inſtrumentum, vel teſtes fuerit pluries interrogatus, an eis vti velit, & eis reſpondeat ſemper ſubobſcurè, & dubitatiuè, contra eum inſurgat aliqua ſuſpicio falſi, vt poſt *Lap. Feli. & Neniza.* per eum adductos not. *Menoch. de præſum. lib. 5. præſ. 20. num. 33. Genua de ſcrip. priu. lib 1. quæſt. 6. dubit. 6. num. 46. & Morot. d. conſ. 84. num. 10.*

8 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in reſponſione, velle vti inſtrumento, vel teſtibus pro bonis, donec fuerit legitimè certificatus de contrario, vel quatenus teſtes ſint boni, & veritatem dicant, quia d. reſponſionem eſſe admittendam, niſi detur fumus de falſitate voluerunt *Adden. ad Rot. d. deciſ. 1. poſt 1. vol. conſ. Farinac. in fin. Gratian. diſcep. Foren. cap. 752. num. 35. & 36. par. 4. Poſt. de manut. d. obſeru. 100 num. 13 & Rot. di deciſ. 364. num. 3. poſt 2. vol. conſ Farinac.* & apud *Burats. deciſ. 532. num. 1. & 2.*

9 Declara primò d. concluſionem, vt Iudex teneatur terminum aſſignare producenti inſtrumento, vel teſtes ad deliberandum, ſeù ſe informandum antequam reſpondere teneatur, ſi illum petat, vt not. *Afflict. d. deciſ. 189. nu. 4. Gabr. comm. concl. de maleſ. concl. 7. num. 6. Clar. in pract. in §. falſum verſ. vtens falſo &c.* plenè *Adden. ad Rot. d. deciſ. 1. poſt 1. vol. conſ. Farinac. verſ. iſte autem &c.* vbi dicunt, illum eſſe aſſignandum etiam ad inſtantiam reſponderi petentis, & *Poſt. de manut. d. obſeru. 100. num. 2.* vbi dant concordantes.

10 Declara ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum dummodò reſponderi petens declaret cauſam ſuæ petitionis, quia ſcilicet intendit inſtrumentum, vel teſtes redarguere de falſo, & etiam quam partem inſtrumenti, vel examinis teſtium, alias non tenetur præciſè reſpondere, vt docent *Gabr. comm. concl. de maleſ concl. 7. num. 9. Farinac. de falſit. & ſimul. quæſt. 159. num. 77. & ſeq. Gratia. diſcep. foren. cap. 752. num. 37. et 38. par. 4. Baiar. ad Clar. §. falſum num. 131.* vbi dicit, d. declarationem faciendam eſſe quò ad teſtes, non quò ad inſtrumenta *Guazzin. d. defen. 28. cap. 14. in princ. Poſt. de manut. d. obſer. 100. num. 3. & ſeq.* vbi alios adducit concordantes, quibus addo *Coſt. de iur. & fact. ſcien. & ignor. cent. 2. diſt. 83. num. 8.*

11 Declara tertiò d. concluſionem, vt declaratio ſupradicta facienda ſit per principalem, non autem per Procuratorem, niſi habeat mandatum ſpeciale, vt adnotarunt *Menoch de arbitr. d. caſu 315 num. 25. Farin. de ſimul. & falſit. d. quæſt. 159. num. 24. & 80. Gratian. diſcep. Foren. d. cap. 752. num. 39 Guazzin. d. defen. 28. cap. 14. num. 5.* vbi dicit etiam interrogationem prædictam eſſe faciendam ab ipſo principali, non autem à Procuratore, *Baiar. ad Clar. in d. §. falſum, num. 128. & ſeq.* vbi requirit mandatum in indiuiduo, & dicit non ſufficere mandatum cum libera, & idem neceſſarium eſſe ad interrogandum *Ant. de Bal. caſu 7. num. 24 & Poſt. d. obſeru. 100. num. 12.* vbi admittit mandatum generale, cum libera, vt ibi per eum.

12 Declara quartò d. concluſionem, vt pendente dicta interrogatione non poſſit in cauſa ad vlteriora procedi cum per iudicium intentandum de falſo præiudicetur iudicio intentato, vt not. *Rimin. Senio. conſ. 294. lib. 2.* quem refert, & ſequitur *Gratian.* benè comprobans *diſcep. foren. cap. 531 num. 83. par. 3.* & poſt eum *Poſt. de manut. d. obſeruat. 100. num. 4.*

13 Declara quintò d. concluſionem, quod ſi interrogatus an velit vti inſtrumento, vel teſtibus pro veris reſpondeat, quod non vult vti, excuſatur à pœna ex vſu falſi inſtrumenti, & falſorum teſtium, niſi tamen conſtructio falſi, vel falſitatis inſtructio non ſit admixta, de quo vide *Menoch. de arbitr. d. caſu 315. per tot. Farinac. de falſ. & ſimul. d. quæſt. 159. num. 35. & ſeq. & nu. 51. Caball. reſol. crim. caſu 144. per tot. cent. 2. Hond. conſ. 91 lib. 2. per tot. Guaz. defen. 28. cap 14. num. 9. Giurba conſ. 5. num. 20. & ſeq. & Vermigl. conſ. 410. in fin.*

14 Declara poſtremò d. concluſionem, vt interrogatio prædicta, an quis velit vti inſtrumento, vel teſtibus, ſeù ſcriptura pro veris fieri poſſit ſolum per partem, non autem fieri valeat per Iudicem, ne reus indirectè per concuſſionem diſtrahatur à probationibus ſuis, vt poſt *Rimi. Sen. conſ. 569. per tot. & Clar. in pract. §. falſum num. 15. in fin.*

per

per eum relatos tradit *Vermigl. conſ. 139. num. 6.*

15 Addo pro coronide, quod interrogatus, an velit vti inſtrumento, vel teſtibus, qui vult renunciare ne in ſuſpicionem ſe, vel ſuos teſtes, vel Notarium inducat non debet ſimpliciter dicere, nolle vti, ſed debet dicere, ex quo non putat d. teſtes, ſeù d. inſtrumentum ei fore ad victoriam cauſæ neceſſario, vel neceſſarium illorum, ſeù illius vſui cedit, vt docent *Boſſ. in pract. in tit. de falſ. num. 319. Luc. Pet. in pract. Capitol. lib. 2. cap. 12. num. 6. Poſt. de manut. d. obſeru. 100. num. 15.* vbi alios dat concordantes, & dicit, tutius eſſe, hanc declarationem facere per Procuratorem generalem cum libera, quam per ſe ipſum, vt ibi per eum, & ita faciendum eſſe d. declarationem tradit etiam *Ant. de Bal. tract. crim. lib. 3. caſu 7. num. 29. ex Bal. in l. fin. col. vlt. C. ſi ex falſ. inſtrum.*

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod interrogatus an vti velit Inſtrumento, vel teſtibus pro iuris, quia illius vult redarguere de falſo tenetur præciſè reſpondere adde *Pract. Ridolph. par. 2. cap. 4. num. 85. & ſeq.* vbi duas dat diſtinctiones, & præcipue, quod ſi pars non aſſignat cauſam falſitatis admittitur reſponſio, velle vti pro bonis donec de contrario doceatur, ſi vero illam aſſignet dando de ea ſummum, & tunc tenetur præciſe reſpondere, & ſe declarare, dicens, ita practicari, & ita tenet etiam *Rota apud Zuff. de legit. proc. crim. decif. 55. num. 10.*

SVMMARIVM.

1 *Falſitas vt excludatur, omnis alia præſumptio, & interpretatio eſt ſumenda.*

Etiamſi d. interpretatio eſſet aliquantulum extranea, num. 3.

Et verba dubia interpretanda ſint, vt non importent falſitatem, n. 4.

2 *Interpretatio ſemper facienda eſt, per quam delictum excluditur.*

5 *Actus, qui poteſt ſe habere ad falſum, & non falſum, interpretatur pro non falſo.*

6 *Falſitatem non fuiſſe commiſſam in dubio eſt iudicandum.*

RESOLVTIO IX.

Ad excludendam falſitatem quæ interpretatio ſit facienda.

1 FAlſitas vt excludatur, omnis alia præſumptio eſt ſumenda, & omnis alia interpretatio eſt facienda, vt tradunt *Clar. in pract. §. falſum, num. 36.* vbi teſtatur de communi opinione, & alios dat concordantes, *Menoch. de præſum. lib. 5. præſum. 20. num. 2. Gabr. conſ. 180. num. 16. lib. 1. Hond. conſ. 109. num. 57. lib. 1. Odd. conſ. 73. num. 50.* vbi teſtatur hanc eſſe communem Doctorum opinionem, latè *Farinac. de falſit. & ſimul. quæſt. 153. num. 193.* vbi alios refert ita ſentientes quamplures, & *conſ. 164. num. 10. lib. 2. Vermigl conſ. 236. num. 4. & conſ. 244. num. 13. & conſ. 256. num. 20. & conſ. 381. num. 12.* vbi dicit, Iudicem id facere debere etiam ſupplendo, & ſubaudiendo, vt ibi per eum, *Hodier. contro. foren. cap. 38. num. 20. Rota deciſ. 607. num. 4. par. 1. recent.* & dixi ego *alleg. foren. 88. num. 2. & allegat. 89. n. 25. & allegat. 92. num 29.*

2 Interpretatio enim illa ſemper eſt facienda, per quam delictum excluditur, *Guazzin. defen. 29. cap. 2. num. 4. & ſeq. Capic. Latr. deciſ. 13. num. 4. lib. 1. Vermigl. conſ. 90. num. 9. & conſ 129. nu. 11. Paul. Rub. de validit. legal. cap. 16. num. 86. Rota deciſ. 121 num. 2. & deciſ. 234. num. 9. poſt ſec. vol. conſ. Farinac.* & dixi latius infra in verb. *Interpretatio, Reſol. 1 in princ.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt ad euitandam falſitatem omnis interpretatio ſit facienda, etiamſi illa eſſet aliquantulum extranea, vt not. *Doctor. communiter in l. 1. ff de noui oper. nunc. & in cap. cum tu 16. de teſt. Menoch. de præſ. d. lib. 5. præſum. 20. n. 3. Farinac. de falſit. & ſimul. d. quæſt. 153. num. 199 & ſeq.* vbi dicit ad dictum effectum eſſe faciendam interpretationem per multiplicationem actuum, & perſonarum, vt ibi per eum, & *conſ. 164. num. 16. lib. 2. Paul. Rub. de valid. legal. cap. 28. num. 10. & ſeq. Vermigl. d. conſ. 244. num. 13. & conſ. 281. num. 12. Rota d. deciſ. 607. num. 4. par. 1. recent.* & dixi ego *d. alleg. 91. num. 29. & alleg. 100. num. 12.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt ad euitandam falſitatem verba dubia interpretanda ſint, vt non importent falſitatem, imò ſint impropriandа, vt docent *Foller. in pract. in ver. Item quod commiſit falſitatem num. 14. Franc. Becc. conſ. 78. num. 12. & 32. lib. 1. Gabr. d. conſ. 180. num. 16. lib. 1. Maſc. de prob. concl. 145. num. 4. lib. 1.* plenè *Farinac. de falſit. & ſimul. d. quæſt. 153. num. 194. & ſeq.* vbi ampliat, vt ad d. effectum omnis diſtinctio ſit facienda, loci, temporis, & perſonarum, & omnis ſubtilitas ſit adhibenda, vt ibi per eum, *Honded. d. conſ. 109. num. 19. lib. 1.* & dixi ego *alleg. 80. num. 27. & alleg. 100. num. 10.* quibus addo ita ſentientes *Ciriac. d. contr. 131. num. 46. et ſeq. Vermigl. conſ. 236. num. 4. & conſ. 281. num. 12. & Paul. Rub. d. cap. 28. num. 10. & ſeq.*

5 Amplia tertio d. concluſionem illatiuè, vt actus, qui poteſt ſe habere ad falſum, & non falſum, interpretari debeat pro non falſo, vt tradunt *Gabr. conſ. 180. num. 16. lib. 1.* vbi alios dat concordantes *Hond. conſ. 99. num. 25. lib. 2. Franc. Marc. deciſ. 633. num. 5. par. 1. Farin. de falſit. et ſimul. quæſt. 153. n. 197. Paul. Rub. de valid. legal. cap. 28. num. 10. et ſeq.* & dixi ego *alleg. for. 89. n. 36. et alleg. 100. n. 13.*

6 Amplia quartò d. concluſionem, vt in dubio iudicandum ſit, falſitatem non fuiſſe commiſſam, vt adnotarunt *Honded. d. conſ 109. num. 57. lib. 1.* vbi alios dat concordantes, *Farinac. de falſit. et ſimul. d. quæſt. 153. num. 192. et ſeq. et conſ. 88. num. 20. lib. 1. et Ciriac. d. contr. 121. n. 46.*

ADDI-

Eccleſia, pertranſit per locum prohibitum, & ſic contrauentio incipit fieri in loco non exempto, vt ibi per eum, vbi omnibus contrarijs reſpondet, & dicit, ita fuiſſe deciſum pro fracture exilij, omnibus plenè diſcuſſis, ex voto *Magn. Cur. Vicariæ, & Collateralis Conſilij*, vt ibi per eum.

A D D I T I O.

N. 1. VBi habetur quod exiliatus à Iudice laico non dicitur frangere exilium exiſtens in Eccleſia adde *Zuffi. ad Conſtit. Barbat. num. 61. & ſeq.* plenè comprobantem, & teſtantem de communi opinione, & quærentem quid ſi exilium ſit datum per Epiſcopum, de qua materia vide infra in Verbo *Pax reſol. 9. num. 8. & 9.*

S V M M A R I V M.

1 *Iudex reo exiliato tenetur aſſignare terminum ad componendum ſarcinulas.*

Imò cenſetur aſſignatus ipſo iure, licèt non ſit petitus, num. 2.

Contrarium eſt verius, quando non fuit petitus, num. 3.

Et pendente dict. termino exiliatus poteſt ire per Ciuitatem, num. 4.

Et terminus eſt aſſignandus vnius menſis, vel viginti dierum, num. 5.

RESOLVTIO VIII.

Reo exiliato Iudex an teneatur aſſignare terminum ad componendum ſarcinulas.

1 IVdex exiliato, vel relegato tenetur aſſignare terminum ad componendum ſarcinulas, & rem familiarem *l. relegatorum 7. §. ſi quis ff. de interd. & relegat.* & tradunt *Vinc. de Franch. deciſ. 487. num. 1. & ſeq. Lanar. conſ. 38. num. 3. & ſeq. Giurb. conſ. 47. num. 29. & ſeq.* vbi latè comprobat, Iudicem teneri d. terminum aſſignare, non obſtante, quòd *in d. § is qui* I.C. vtatur verbo, *Poteſt*, quod deſignat potentiam, non neceſſitatem, vt ibi per eum, quos ſequitur *Guazzin. defenſ. 12. cap. c. num. 58. verſ. ſed in propoſito &c. & defenſ. 33. cap. 27. num. 10.* & admittit *Vermigliol. conſ. 64. num. 2. & ſeq.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt terminus prædictus ad componendum ſarcinulas cenſeatur ipſo iure aſſignatus reo exiliato, vel relegato, etiamſi non fuerit petitus, cum Iudex teneatur illum aſſignare, vt ſupra, vt voluit *Thor. in compen. deciſ. litt. C. verſ. condemnatus*, & ſentit etiam, *Guazz. defen. 12. cap. vlt. num. 58 verſ. ſed in propoſito &c.*

3 Contrarium tamen, imò d. terminum non cenſeri aſſignatum, niſi ille fuerit petitus, cum, quando lex aliquid fieri iubet ad priuatam vtilitatem intelligatur, ſi a parte petatur, tenuerunt *Vinc. de Franch. d. deciſ. 487. num. 8. & ſeq.* vbi in fin. dicit ita fuiſſe deciſum, & *Giurb. d. conſ. 47. num. 34.* vbi hanc dicit eſſe veriorem opinionem.

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, quòd exiliatus ſeu relegatus, pendente d. termino, ſeu petito ad colligendum ſarcinulas, poſſit interim publicè ſe habere per Ciuitatem abſque incurſu alicuius pœnæ, vt adnotarunt *Lanar. d. conſ. 38. per tot. Giurb. d. conſ. 47. nu. 28. & ſeq.* benè comprobans, *Guazz. d. defen. 12. cap. fin. num. 58. verſ. ſed. in propoſito &c. & d. defen 33. cap. 27. num. 10.* vbi ſentit, aliter eſſe dicendum, quando Iudex d. terminum aſſignaſſet cum hoc, quòd domi, vel in Palatio ſe contineret d. exiliatus, vel relegatus; vt ibi per eum, & *Vermigl. d. conſ. 64. num. 3.*

5 Declara d. concluſionem, vt terminus prædictus aſſignandus exiliato, vel relegato ad colligendum ſarcinulas, eſſe debeat vnius menſis *l. ab hoſtibus, 15. §. fin. ff. ex quib. cauſ. maior. Vinc. de Franch. d. deciſ. 487. num. 5. Guazz. d. defen. 12. cap. vlt. num. 58 verſ. ſed in propoſito &c. & Giurb. d. conſ. 47. num. 29.* vel ſaltem viginti dierum *l. 2. C. de exhib. reis, Lanar. d. conſ. 38. num. 3. Giurb. d. conſ. 47. num. 29.*

S V M M A R I V M.

1 *Princeps poteſt ſubditos malæ vitæ, rixoſos, ſcandaloſos iuſtis ex cauſis, à ſtatu eijcere, & exiliare, & ad confinia ponere.*

Et idem facere poteſt Cardinalis Legatus, n. 3.

Et Prorex, n. 4.

Et Præſes Prouinciæ, n. 5.

Et poteſt etiam exiliare mulieres inhoneſtas, lenones, & ſimiles, num. 6.

Et coniunctos bannitorum, & in territorio grauantur ob præſumptum auxilium, & fauorem eis præſtitus, n. 7.

Et poſſunt id facere ex ſola ſuſpicione ſine iudiciali cognitione, num. 8.

Non licet tamen id facere Iudicibus inferioribus, num. 9.

2 *Princeps eſt conſulere, vt ſubditi quietè viuant.*

10 *Princeps an poſſit exiliare Clericos, & Equites Hieroſolimitanos publicam quietem perturbantes, remiſſiuè.*

RESOLVTIO IX.

Princeps an poſſit ſubditos malæ vitæ, et ſcandaloſos a ſtatu eijcere, et ad confinia ponere.

1 PRinceps poteſt ſubditos malæ vitæ, puta rixoſos, ſeditioſos, ſcandaloſos, iuſtis ex cauſis, præcipuè Reipublicæ neceſſarijs, a Regno, & Statu eijcere, exiliare, & ad confinia ponere, etiam ſub pœna corporali, ad tex. *in l. certa forma 4. et ibi Rebuff. C. de iure fiſc. lib. 10.* & tradunt *Natt. conſ. 625. nu. 1. par. 3. Ponte de poteſt. Proreg. in tit. de prouiſ. fieri ſoli. num. 11. Caſtil. dec. 185. n. 5. & ſeq. Maſtril. de Magiſtr. lib. 5.*

cap. 6

cap.6.nu.218.Auendan.de mandat.Regi.lib.2.cap.7.nu.13. quos refert, & ſequitur *Giurb.conſ.49.nu.7.*

2 Principis enim eſt conſulere, vt ſubditi quietè viuant *l.congruit 13.& ibi Bart.num.4.ff.de offic.Præſid.cap.placuit 90.diſtin.Vulpel.de pace quæſt.3.nu.11.Baiar.ad Clar.§.fin.quæſt.58.num.75.Farinac. de var.ac diu.crim.quæſt.107.num.10.Guazzin.de pace par.1.quæſt.7.num.11.* qui alios dant concordantes cùm eius interſit populos habere pacificos *Vulpel. d.quæſt.3. num.11.* & nè per rixoſos, & ſcandaloſos homines publica quies perturbetur, vt comprobat *Giurb.d.conſ.49. num.3.& ſeq.* & ſcribit *P. Velaſquez de optimo Princ.lib.3.adnot.3.per tot.*

3 Amplia primò d.concluſionem, vt habeat locum etiam in Cardinali Legato, qui pariter poteſt homines rixoſos, & ſcandaloſos exiliare, relegare, & ad confinia ponere, cum in ſua Prouincia dicatur Princeps, & eius poteſtas dicatur maior illa, quam obtinet Vicarius Generalis Papæ, vt voluerunt *Bald.in l.1.num.3.C.de poſtul.Natt.d.conſ 625. in prin.& Giurb.conſ.19.num.14.& ſeq.& d.conſ. 49. num.3.in fin.* & illum æquiparari Proconſuli, dicit *Gratian.diſcept.foren.cap.166.num.3.par.1.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locũ etiam in Prorege, quia, cum ſit Vicarius Regis, poteſt omnia, quæ poteſt Rex, ita vt etiam ipſi liceat homines rixoſos, & publicæ quietis perturbatores exiliare, relegare, & ad confinia ponere, vt adnotarunt *Milan.deciſ.8.num.71. lib.1.Vinc.de Franch.deciſ.165.num.2.et ibi Amend.num.1.Ponte de poteſt.Proreg.in tit.de prouiſ fieri ſoli.num.1.Auend.de mand.Regi.lib.2.cap.7 n.13.* plenè *Giurb. d.conſ.49.num.3.& 7.* vbi alios dat concordantes.

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in Præſide Prouinciæ *Bobadil. in polit. lib. 2. cap. 13. num. 46. & ſeq.* quem refert, & ſequitur *Giurb.in d.conſ 49.num.3.in fine.*

6 Amplia quartò d. concluſionem, vt Princeps, Legatus, Prorex, & Præſes Prouinciæ poſſint etiam expellere à Ciuitate mulieres inhoneſtas, quæ iuuenes perdere ſolent, & lenones, qui mulieres ad luxuriam allicere conantur, ſuntque caſtitatis corruptores, cum magis expediat honeſtatem Reipublicæ ſeruari, quàm populi multiplicationem ex corruptis moribus procedentem ſecundùm *Oſaſc. deciſ.Pedem.77.n.18.* & tradunt *Auenda.de mand. Reg.lib.2.cap.6.num.1.& ſeq.Petr.Greg.de Repub. lib.14.cap.1.nu.5.Ponte d.tit.1. de prouiſ.fieri ſolit. nu.13.* & alijs plures quos refert, & ſequitur *Giurb. d.conſ.49.ſub nu.7.& ſeq.* vbi hanc facultatem extendit ad forenſes inutiles, & qui ſubditorũ animos inficere ſolent, negociatores, & ementes frumentum, vinum, oleum, & ſimilia populari vſui neceſſaria, exercentes vſuras, & ſimiles, vt ibi per eum.

7 Amplia quintò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in ſubditis bonæ vitæ, qui, ſint coniuncti bannitorum, & aliorum, qui in diſtrictu, & territorio graſſantur pro præſumpto auxilio, quod eis præſtare ſolent, poſſunt à Principe exiliari, & confinari, vt voluerunt *Alex.conſ.190.nu.13.lib.2. Auguſt.ad Ang.de maleſ.in ver.dictum Sempronium num.16.et 17.Iaſ.in §.actiones num.73.Inſt.de actio. Farinac.de delict. et pan.quæſt.24. num.150.et ſeq. Ponte d.tit.1. de prouiſ.fieri ſolit. §.5.* & latè comprobat *Giurba d.conſ.49.num.8. et ſeq.* vbi alios dat concordantes, & admittit *Ant.de Ball.* quando cõtra conſanguineos adeſt aliqua culpa, vel negligẽtia *tract.crim.lib.5.in tit.de captiuantibus ad effectum compon.num.4.* vbi dicit, in Regno deſterrari etiam fœminas d.de cauſa, & idem dixerat *lib.3. caſu 9. num.14.* licèt contrarium ſit de iure, quo ad mulieres, in quibus concurrit minor audacia, vt per eundem *Ant.de Ball.in d.locis.*

8 Amplia ſextò d. concluſionem, vt Princeps, Legatus, Prorex, & Præſes Prouinciæ poſſint ſubditum exiliare, relegare, & ad confinia ponere ex ſola ſuſpicione, iudiciali cognitione non habita, cum interſit Reipublicæ, non ſolùm delicta puniri, ſed etiam delinquendi remoueri occaſionem, vt voluerunt *Natt. conſ.625.num.1.& ſeq.par.3. Capibl.de Baron.pragm.7.nu.18.Caſtil.d.deciſ.185. num.5.& 6.Bouadil.lib.2.poli.cap.13.num.48.& ſeq.Ponte de poteſt. Proreg.tit.1.de prouiſ. fieri ſoli. nu.11.* & alij plures, quos refert, & ſequitur *Giurb. d.conſ.49.num.24.& ſeq.* vbi hanc ampliationem latè comprobat, & illam eſſe veriorem teſtatur, licèt *num.20.& ſeq.* id Principem facere non poſſe ſinè cauſa legitima, plura in contrarium adducat, quibus omnibus benè *n.26.& ſeq.* ſatisfacit.

9 Limita d. concluſionem, vt id non liceat facere Iudici inferiori, niſi ei per Principem fuerit expreſsè conceſſum, cum hoc ſit de regalibus Principi reſeruatis, vt voluerunt *Natt. d.conſ 625. in princ. Ponte de poteſt. Proreg. tit.1.de prouiſ.fieri ſolit.§.5.& Giurb.d.conſ.49.num.3.& num.5.* alios adducens ita ſentientes, & dicens, ita intelligendos eſſe *Bald.& Salic.in l.1.C.de poſtul.* qui ſimpliciter contrarium ſentiunt.

10 Vtrum verò Princeps exiliare valeat Clericos, & Equites Hieroſolimitanos Reipublicæ turbatores ſaltem politica, & æconomica, licèt non contentioſa coerctione, latè diſputat *Giurb. d.conſ.49. num.16.& ſeq.* vbi tenere videtur partem affirmatiuam, licèt poſtea in fine referat *Bullam Clem.VIII.* in qua contrarium ſtatui videtur, illum conſulas.

EXIMITIO A CVRIA.

S V M M A R I V M.

1 *Eximens ſe de manibus Curiæ non punitur pœnis Bulla Sixti V.*

Licèt contrarium tenuerint aliqui Doctores, num. 3.

Maximè, ceſſante violentia, quia tunc nulla intrat pœna, num. 4.

Et in pluribus alijs caſibus relatis, num. 5.

Fallit, quando ſe eximens populum concitaret, vel nomen alicuius magnatis, vel franchitias appellaret, num. 6.

2 Bulla

2 *Bulla pænalis, & odioſa non extenditur ad caſum in ea non expreſſum.*

7 *Pæna arbitraria de iure intrat contra ſe eximentem de manibus Curiæ.*

RESOLVTIO I.

Eximens ſe de manibus Curiæ an puniatur pœnis Bullæ Sixti V.

1 EXimens ſe ipſum de manibus Curiæ non poteſt puniri pænis inflictis per *Bullam Sixti V.* 6. ordine contra bannitos, & homicidas, cum illa loquatur de tertio eximente captum de manibus Curiæ non autem de ſe ipſo, vt tradunt *Caſtrac. de ſociet. offic. cap. 32. nu. 4. & ſeq.* vbi repræhendit *Boſſi. & Clar.* contrarium tenentes, *Menoch. de arbitr. caſu 583. num. 6.* vbi dicit, ita pluries fuiſſe ſeruatum per Senatum Mediolani, *Odd. conſ. 72. num. 3a. & ſeq.* lateque comprobat *Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 46. num. 28. & ſeq. Cabal. reſol. crim. caſu 8. num. 29. & ſeq.* vbi dicit, ab hac opinione in iudicando, & conſulendo non eſſe recedendum, quos ſequitur *Guazz. de ſen. 5. cap. 4. num. 23. & ſeq.* vbi dicit, hanc opinionem eſſe veriorem, & illam latè confirmat, & dicit, illam eò magis procedere in capto ex cauſa ciuili, prout facit *Calui. de æquit. lib. 1. cap. 18. num. 4. & ſeq.* vbi hanc opinionem, vti æquiorem, dicit, ſeruandam eſſe, & illam ſeruatam pluries fuiſſe contra *Boſſi. & Clar.* etiamſi eximens ſe à birruarijs enſem contra eos euaginaſſet, vt ibi per eum, & concordat *Vermigl. conſ. 187. num. 10.* quando non offenduntur executores, nec conuocatur auxiliũ, *& conſ. 375. num. 6.* & latè comprobaui ego *allegat. foren. 92. per tot.* in qua ita fuit iudicatum, vt videre eſt ex *d. allegat. in fine.*

Bulla enim prædicta, vt dixi, loquitur de tertio eximente captum de manibus Curiæ, non autem

2 de eximente ſe ipſum, vt ex ea eſt videre, † vndè: vti pænalis, & odioſa non eſt extendenda ad caſum in ea non compræhenſum, nempè, quando quis eximit ſe ipſum de manibus Curiæ, vt not. *Mando. ad Roma. conſ. 234. in fin.* vbi reſtatur de magis commune opiniones, *Hond. conſ. 95. nu. 99. lib. 1. Eugen. conſ. 45. num. 4. lib. 1. Farinac. in fragm. crim. litera E. in ver. Extenſio num. 144. & ſeq.* vbi reſtatur de magis communi Doctorum opinione, & dixi ego *in d. allegat. 92. num. 3. & ſeq.* & pæna non habet locum, niſi in caſu à iure expreſſo *cap. pæna 18. & ibi gloſ. de pænit. diſt. 1. Farin. de delict. & pæn. quæſt. 18. num. 7.* & latiùs probaui ego in *d. alleg. 92. nu. 4. & ſeq.* vbi dixi, ab hac opinione vti æquiori, & magis recepta per Doctores non eſſe in iudicando, & conſulendo vllo pacto recedendum.

3 Quicquid contrarium tenuerint *Boſſi. in pract. in tit. de capt. num. 17. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 29. ver. quaro etiam &c. & Farina. de carcer. & carc. quæſt. 32. num. 23. ver. qua quidem &c.* vbi tamen dicit, d. opinionem nunquam in practica ſeruatam vidiſſe, contra quos adeſt æquior, verior, & magis communis opinio Doctorum, de qua ſupra.

4 Amplia primò d. concluſionem, vt eò magis habeat in ſe eximente à birruarijs, nulla eis illata iniuria, & ſine violentia armorum, quia tunc non ſolum non intrat pænæ *Bullæ prædictæ Sixti V.* de qua ſupra, verùm etiam nulla intrat pæna, cum vnicuique liceat proprium ſanguinem redimere, & ſe per modum defenſionis ſinè violentia à punitione iuſtitiæ ſubtrahere, vt voluerunt *Menoch. de arbitr. d. caſu 583. nu. 6.* vbi dicit, ita in Senatu Mediolani fuiſſe ſeruatum, *Farinac. de carcer. & carcer. quæſt. 32. num. 26.* vbi dicit, iſtos ſine violentia ſe à birruarijs eximentes, vel nulla pæna, vel leui tantum fuiſſe punitos, & ita ſentit etiam *Guazzin. d. defen. 5. cap. 4. num. 3. ver. qua opinio &c. Calui. d. cap. 48. ſub nu. 6.* & ita poſt eos, ceſſante violentia, tenet *Vermigl. d. conſ. 375. num. 6.* & ego probaui *d. alleg. foren. 92. num. 8. & ſeq.* vbi teſtatus ſum, ita fuiſſe ſeruatum, quibus addo *Bonac. tom. 2. diſputat. 10. quæſt. 30. punct. 2. num. 15.*

5 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando birruarij vellent aliquem capere iniuſtè, & indebitè, & præſertim ſinè mandato Iudicis, & quando illi non haberent ſolita ſigna, quæ in loco executores portare ſolent, quia tunc licet ſe à birruarijs eximere, & reſiſtere abſque aliqua pæna, vt latè comprobat *Farinac. de carcer. et carcer. d. quæſt. 32. num. 29. 30. et plur. ſeq. et nu. 66. et ſeq. et nu. 88. et ſeq.* quem videas de hac materia, *& Guazz. defen. 5. cap. 4. nu. 25. et ſeq.* cum hic non omnia ſint referenda, & ego poſui aliqua ſupra in ver. *Birruarius Reſol. 2. et Reſol. 6.*

6 Limita d. concluſionem, vt non habeat locum, quando is, qui ex manibus Curiæ ſe eximere quærit, populum ad arma acclamaret, alios ne concitaret, vel nomen alicuius Magnatis in auxilium inuocaret, vel franchitias appellaret; quia tunc incurreret pœnam læſæ Maieſtatis *in d. Bulla Sixti V.* contentam, vt declarat *Farinac. de carc. & carcer. d. quæſt. 32. num. 23. & ſeq.* & voluit etiam *Vermigl. d. conſ. 187. num. 10.*

7 Declara d. concluſionem, vt de iure communi in d. caſu pæna ſit arbitraria iuxta facti, & violentiæ qualitatem, ita vt, ſi eximitio ſit facta cum armis, & offenſione birruariorum grauiter ſit punienda etiam vſque ad mortem, vt tradunt *Iodoc. in pract. cap. 15. num. 29. Boſſi. in pract. in tit. de capt. num. 20. Farinac. de carc. & carc. d. quæſt. 32. num. 24. & ſeq. Cabal. reſol. crim. caſu 8. num. 29. cent. 1. Guazzin. d. defen. 5. cap. 4. num. 4. & num. 23. in fin. & Calui. de æquit. cap. 18. num. 1. & ſeq.*

SVMMARIVM.

1 *Vxor eximens virum de manibus Curiæ non punitur pæna ordinaria, neque impoſita à Bulla Sixti V.*

2 *Quod habet locum etiam in vxore præſtante auxilium viro poſt delictum, num. 3.*

Nec

Nec non in viro eximente vxorem, in patre eximente filium, & ſimil. num. 4.
2 *Pœna tēperantur in delicto cōmiſſo ex cauſa amoris.*

RESOLVTIO II.

Vxor eximens virum de manibus Curiæ an puniatur pœna ordinaria, & impoſita a Bulla Sixti V.

1 VXor eximens virum è manibus Curiæ non punitur pœna ordinaria impoſita à iure communi, vel vigore *Bullæ Sixti Papæ Quinti*, ſed ſolummodo pœna extraordinaria Iudicis arbitrio, cum id præſumatur, feciſſe ratione intenſi amoris, quo virum proſequitur, non autem animo offendendi Maieſtatem Principis, vt tradunt *Clar. in prac. §. fin. quæſt. 29. num. 5. in fin.* vbi dicit, fuiſſe iudicatum per Senatum Mediolani, vxorem non eſſe moleſtandam vſq; ad nonum ordinem, *Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt. 68. num. 44. Farinac. de carc. et carc. quæſt. 32. num. 79. et quæſt. 30. num. 118. Guazz. defenſ. 5. cap. 5. nu. 20. & ſeq. et num. 29. Calui. de aquit. lib. 1. cap. 17. num. 6. Gallia ad conſuet. Alex. in ver. Viginti nu. 107.* vbi quamplura refert exempla, in quibus vxores, reſpectu magni amoris, quo viros proſequuntur, eos à carceribus, birruarijs, & à morte liberarunt, & latè comprobaui *ego allegat. forea. 87. num. 1. & ſeq.* & dixi ſupra in ver. *Carcer. Reſol. 2. num. 12.*

2 Ratione enim amoris, & præcipuè valdè intenſi, qualis intercedit inter virum, & vxorem, vt dixi, pœnas mitigandas eſſe omnes fatentur, vt docent *Tiraq. de pœn. temp. cauſ. 4. num. 8. & ſeq. Farinac.* pariter *de pœn. temp. quæſt. 98. num. 77. & ſeq.* latè *Giurb. conſ. 47. num. 8. et ſeq. Nouar. de elect. fori ſect. 2. quæſt. 35. per tot. et Calui. de aquit. d. cap. 17. nu. 6. et ſeq.* & latè probaui ego *d. alleg. 87. num. 4 et plur. ſeq.* & dixi ſupra in ver. *Delictum Reſol. 12.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in vxore, quæ operam præſtat viro poſt delictum ad illum euadendum, quam ex cauſa amoris puniendā non eſſe ſaltem de æquitate tenent *Mant. in cap. 1. num. 50. ver. ſecundò aduerte etc. de offic. deleg.* quem refert, & ſequitur *Farinac. de conſul. et mand. quæſt. 132. nu. 6.* exemplum habemus *Reg. 1. cap. 19.* de Michol, quæ ſaluauit Dauid virum dimittendo illum per feneſtram, & alia plura refert *Gallia ad conſuet. Alex. in ver. Viginti. num. 105. et pluribus ſequen.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum, non ſolùm in vxore, ſed etiam in viro eximēte vxorem de manibus Curiæ, in filio eximente patrem & in patre eximente filium, & in alijs conſanguineis eximentibus alios conſanguineos, qui cum id facere dicantur ex cauſa amoris inter eos intercedentis, & ex cauſa pietatis, non autem animo lædendi Maieſtatem Principis, ideò mitiùs veniunt puniendi, nempè pœna extraordinaria Iudicis arbitrio iuxta facti, & cauſæ qualitatem, vt voluerunt *Cabalc. de Brach. Reg. par. 2. num. 111. et ſeq. Guazzin. defenſ. 5. cap. 5. nu. 20. et 21. Decia. tract. crim. lib. 7. cap. 11. nu. 9. 12. et 29. Rimin. iun. inter conſ. crim. diu. conſ. 135. nu. 25. lib. 1. Farinac. de carc. et carc. quæſt. 30. num. 118.* vbi pulchrum refert caſum de vxore eximente virum, *et quæſt. 132. num. 79. Carena de Offic. S. Inquiſ. part. 2. tit. 12. num. 87. et ſeq. et Calui. de aquit. lib. 1. cap. 17. num. 6. et ſeq.* qui alios adducunt concordantes, & probaui ego latè *in d. alleg. 87. num. 2. et plur. ſeq.* & dixi ſupra in ver. *Carcer. num. 12.*

SVMMARIVM.

1 *Eximens de manibus Curiæ captum pro debito punitur tantùm pœna extraordinaria.*
Etiam ſtante Bulla Sixti V. num. 2.
Tenetur tamen creditori ad ſoluendam debitā, ac ſi pro eo fideiuſſiſſet, nu. 3.
Quando habet locum etiam in denunciante debitori capturam de eo faciendam, num. 4.

RESOLVTIO III.

Eximens de manibus Curiæ captum pro debito an puniatur tantum pœna extraordinaria.

1 EXimens de manibus Curiæ captum pro cauſa ciuili, & pro debito punitur tantùm pœna extraordinaria Iudicis arbitrio iuxta facti, & perſonarum qualitatem propter turbatā iuriſdictionem, & iniuriam officio illatam vt voluerunt *Boſſi. in prac. in tit. de capt. n. 15. in fin. et in tit. de cur. na. 17. Eugen. conſ. 31. num. 1. et ſeq. lib. 1. Farinac. de carc. et carc. quæſt. 32. num. 7. et ſeq.* vbi alios dat concordantes, *Baiar. ad Clar. § fin. quæſt. 68. nu. 46. Vinc. de Franch. deciſ. 442. num. 1. et ſeq.* vbi dicit, ita fuiſſe in facto ſeruatum, *Menoch. de arb. caſu 383. num. 2.* vbi teſtatur de receptiori opinione, *Cabal. reſol. crim. caſu 8. num. 26. et ſeq. cent. 1. Guazz. defen. 5. cap. 5. num. 13. et ſeq. Calui. de aquit. lib. 1. cap. 17. nu. 3.* & idem tenet *Capic. Latro* in eximente carceratum de manibus birruariorū pro debito *deciſ. 76. num. 14. et 15.* vbi valdè impugnat reſolutionem Proregis Neapolitani, qui fecit occidi eximentes captum pro cauſa ciuili, dicit, illam iniuſtam, & ſequuntur *Adden. ibi num. 3. et ſeq.* & ſentit *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 3. caſu 7. nu. 29.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locū etiā in Statu Eccleſiaſtico in terminis *Bullæ Sixti V.* quæ ſolùm habeat locum in eximente captum pro cauſa criminali, vt ex proemio eiuſdem Bullæ ſatis apertè colligitur, ita vt, vti pœnalis, ſit reſtringenda ad caſum in ea expreſſum, & non ſic extendenda ad caſum capturæ ciuilis, & ideò pro d. eximitione non intret, niſi pœna extraordinaria, vt ſupra, vt tradunt *Farin. de carc. et carc. d. quæſt. 32. n. 6.* vbi licèt dicat in principio tempore *Sixti V.* fuiſſe impoſitam, contra eximentem debitorem, pœnam vitæ, poſtea tamen tempore *Clementis Papæ VIII.*

contra-

contrarium fuiſſe pluries ſeruatum de illius ordine & quod ita d. Summus Pontifex declarauit, aſſerens, fuiſſe deleta verba in d. Bulla appoſita *etiã ex cauſa ciuili*, vt ibi per eum; & idem bene comprobat *Guazz. d. deſen. 5. cap. 5. num. 14. & 15.*

3 Declara primò d. concluſionem cum ampliatione ſequenti, quòd eximens debitorem captum pro cauſa ciuili licèt puniri non poſſit, niſi pœna extraordinaria Iudicis arbitrio, vt ſupra, tenetur tamen creditori ad ſoluendum debitum, & ad illius damna, & intereſſe, ac ſi pro eo fideiuſſiſſet, vt docent *Magon. deciſ. Lucen. 90. num. 3. Vinc. de Franch. deciſ. 442. num. 3.* plenè *Farinac. de carc. & carc. d. quæſt. 32. num. 9. 10. & ſeq.* vbi quamplures adducit concordantes, & dicit, prædicta non habere locũ quando debitor, qui fuit ereptus è manibus Curiæ, fuerat indebitè captus, quia tunc eximens non tenetur ad ſoluendum debitum, vt ibi per eum, & eximentem teneri ad ſolutionem debiti creditori, vt ſupra, tenuerunt etiam *Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt. 68. num. 46. Cabal. reſol. crim. caſu 8. num. 22. & ſeq. cent. 1. & Guazz. d. deſen. 5. cap. 5. num. 16. & 17.* qui alios dat concordantes, & dicit plures debitorem eximentes à curia teneri ad ſoluendum debitum creditori in ſolidum, vt ibi per eum, *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 3. caſu 7. num. 29.* vbi dicit, ſtari iuramento creditoris, *& Rot. deciſ. 76. in fin. poſt ſecund. vol. conſ. Farinac.*

4 Amplia primò d. declarationem, vt habeat locũ non ſolùm in eximente debitorem de manibus Curiæ, verùm etiam in eo, qui notificauit debitori capturam de eius perſona faciendam, ita vt illum fugere fecerit, qui licèt non incurrat aliquam pœnam, tenetur tamen creditori ad damna, & intereſſe, & ad ſolutionem debiti, vt voluerunt *Strac. de Mercat. in tit. de decoct. in 2. par. vlt. par. §. circa propoſitum num. 11.* vbi quærit, quid de abſcondente debitorem domi ſuæ, ne capiatur à birruarijs, *Farinac. de carc. & carc. d. quæſt. 32. nu. 15. & ſeq.* vbi hanc ampliationem extendit etiam ad birruarios, qui denunciant debitori mandatum contra eos relaxatum, & capturam contra eos faciendam, vt ibi per eum, cum quibus pertranſit *Guazzin. deſen. 5. cap. 5. nu. 17. in fin.* & dixi ego latiùs ſupra in ver. *Birruarius Reſol. 1. in fin.*

ADDITIO.

N. 4. VBi habetur, an abſcondens domi debitorem, ne capiatur à birruarijs teneatur creditori ad ſolutionem debiti adde *Farinac. in addit. ad quæſt. 32. de carcer. & carcerat. num. 16.* referentem opiniones pro vtraque parte.

SVMMARIVM.

1 *Eximens carceratum punitur eadem pœna, qua puniendus erat carceratus ex carceribus eductus.*

RESOLVTIO IV.

Eximens carceratum an puniatur eadem pœna, qua puniendus erat carceratus ex carceribus eductus.

1 EXimens carceratum ex carceribus punitur eadem pœna, qua puniendus erat carceratus ex carceribus eductus, vt tradunt *Magon. deciſ. Lucen. 90. num. 3. & num. 5. & ſeq.* vbi d. pœnam extendit, vt habeat locum etiam in eximente carceratum, & retentum in Palatio, vel in Camera ei aſſignata per Iudicem loco carceris, *Menoch. de arbitr. caſu 301. num. 16. Maſcar. de prob. concl. 266. nu. 16. lib. 1. Decia. tract. crim. lib. 7. cap. 11. num. 2.* & hanc concluſionem communiter receptam dicit *Farinac. de carcer. & carcer. quæſt. 30. num. 92.* licèt ipſe contrarium teneat, quam ſequuntur *Faebin. contr. iur. lib. 9. cap. 69.* vbi hanc dicit communem, & veriorem opinionem, *Cabal. reſol. crim. caſu 8. n. 6. cent. 1. Guazz. deſen. 5. cap. 5. num. 9.* qui pariter hanc concluſionẽ extendit ad eximentem retentum in Palatio, in domo loco carceris, & ſimilia, quos ſequitur etiam *Calui. de aquit. lib. 1. cap. 100. in princ.* & ego dixi latiùs de hac materia ſupra in ver. *Carcer. Reſol. 2. per tot.* vbi adduxi contrarium tenentes vna cum pluribus ampliationibus, & limitationibus, vt ibi eſt videre, & ideò hic eadem iterato referenda non cenſui.

SVMMARIVM.

1 *Eximens captum de manibus Curiæ punitur pœna extraordinaria Iudicis arbitrio.*
Quicquid alij contrarium teneant, num. 3.
Quod non habet locum in Statu Eccleſiaſtico, ſtante Bulla Sixti V. num. 4.
Neque in eximente reum confeſſum, vel condemnatum, qui punitur pœna legis Iuliæ Maieſtatis, num. 5.
De quocunque crimine ſit confeſſus, vel condemnatus, num. 6.
Si tamen ereptus ſit iniuſtè captus, eximens non punitur, num. 7.
Licèt aliqui contrariam teneant opinionem, num. 8.
Maximè, ſi capientes non ſint Officiales publici, num. 9.
Quod procedit, ſi captura ſit notoriè iniuſta, aliàs ſecùs, num. 10.
2 *Pœna quando non eſt ſpecialiter expreſſa, intrat pœna arbitraria.*
11 *Eximitio de manibus Curiæ eſt probanda plenè, & non ex dicto ſatellitum.*
12 *Eximens non punitur, ſi ſolùm eximere conatus ſit, & non exemerit.*

RESO-

RESOLVTIO V.

Eximens captum de manibus birruariorum qua pœna veniat puniendus.

1 EXimens captum de manibus birruariorum venit puniendus pœna extraordinaria iudicis arbitrio, attẽta facti, & perſonarum qualitate, vt voluerunt *Cagnol. in l. 1. §. is videtur num. 27. ff. ſi quis iuſdi. non obtemp. Boſſi. in pract. in tit. de capt. num. 16. & 17. Farinac. de carc. & carc. quæſt. 32. nu. 64. Caball. reſol. crim. caſu 8. ſub nu. 11. cent. 1.* vbi dicit, ſecundum hanc opinionẽ vidiſſe ſæpius iudicari, *Canalc. de Brach. Reg. par. 2. num. 106. & ſeq.* quem refert, & ſequitur *Guaz. deſen. 5 cap 5. n. 11.* vbi alios dat concordãtes, & *n. 18.* dicit, idem eſſe quo ad auxiliatores, alligatores, conſultores, & ſimiles, vt ibi per eum.

2 Quando enim pœna a lege non eſt ſpecialiter expreſſa, intrat pœna arbitraria *l. de ijs 1. §. expilatores, & ibi Bart. ff. de effract. & expil. l. hodie 13. ff. de pœn. Deci. in cap. de cauſis 4. num. ... de offic. deleg. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæſt. 11. num. 2. Ant. de Bal. tract. crim. lib. 4. quæſt. 5. in prin.*

3 Quicquid alij in diuerſas iuerint ſententias, volentes aliqui, in dict. caſu intrare pœnam, qua tenebatur ipſe ereptus, aliqui, eſſe locum pœnæ vltimi ſupplicij, aliqui verò d. eximentem teneri pœna pecuniaria, quos recenſet *Farinac. de carcer. & carcer. d. quæſt. 32. num. 62. & ſeq. & conſ. 41. num. 11. & conſ. 55. num. 73. lib. 1.* vbi ſibi contrarius tenet pro pœna mortis, & *Guazzin. deſenſ. 5. cap. 5. num. 6. 7. & ſequen.*

4 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in Statu Eccleſiaſtico, in quo vigore *Bulla Sixti V.* edita contra bannitos, facinoroſos &c. eximentes captos de manibus familiæ puniuntur pœna vltimi ſupplicij, & læſæ Maieſtatis, vt declarãt *Farinac. in d. quæſt. 32. num. 65. & Guazzin. in d. deſen. 5. cap. 5. num. 11.*

5 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in eximente reum confeſſum, conuictum, vel condemnatum, & eò magis dum ducitur ad ſupplicium, quia tunc talis eximens punitur pœna læſæ Maieſtatis *l. 4. in fin. & ibi Bart. num. 3. ad leg. Iul. maieſt. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 2. nu. 7. Clar. in pract. § fin. quæſt. 68. num. 10.* vbi dicit, ita ſæpiùs vidiſſe obſeruari in Statu Mediolani, & ibi *Baiar. num. 40. & ſeq. Farin. de carc. & carc. d. quæſt. 32. num. 2.* vbi hanc opinionem dicit communem, & veriſſimam eſſe, *Cabal. reſol. crim. caſu 8. num. 2. & ſeq. cent. 1. Guazz. d. deſen 5. cap. 5. nu. 6.* vbi alios dat concordantes, & requirit, quod exemptus, ſit condemnatus, vel confeſſus de crimine capitali, & *Calui. de æquit. lib. 1. cap. 17. in princ.*

6 Amplia d. limitationem, vt habeat locum etiamſi ereptus de manibus Curiæ non eſſet confeſſus, nec condemnatus de crimine læſæ Maieſtatis, ſed de aliquo alio crimine, quia adhuc contra eximentẽ confeſſum, vel condemnatum intrat pœna læſæ Maieſtatis vt docent *Giga. de crim. læſæ Maieſt. lib. 1. in tit. qualiter, & à quibus crim. læſæ Maieſt. committ. quæſt 58. per tot.* vbi reſpondet contrarijs adductis per *Luc. de Penna,* quem referendo ſequitur *Farinac. de carc. & carcer. d. quæſt. 32. num. 4.* vbi dicit, hanc ampliationem eſſe veriorem, *Cabal. d. caſu 8. num. 4. & ſeq. & Guazz. d. deſen. 5. cap. 5. nu. 9.* cum quibus pertranſit *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. d. cap. 2. num. 7.* licèt dicat, communem opinionem eſſe in contrarium, quam tenent Doct. relati per *Farinac. de carc. & carc. quæſt. 30. num. 103.* qui loquuntur de eximente carceratum, contra quos tenetur idem *Farinac. in d. quæſt. 33. num. 5.* dicens in Statu Eccleſiaſtico vigore *d. Bulla Sixti V.* de hoc non eſſe dubitandum.

7 Declara d. concluſionem vnà cum limitationibus ſequen. vt non habeat locum in eximente de manibus familiæ indebitè, & iniuſtè captum, & condemnatum, maximè, dum ducitur ad ſupplicium, quia tunc nulla contra eximentem intrat pœna, cum talis eximitio licita ſit, nec peccet qui defendit eum qui iniuriam patitur, vt docent *Plaz. in epit. delict. lib. 1. cap. 38. num. 7. in fin. Clar. in pract. § fin. quæſt. 29 ver. ſed quid ſi ille &c.* vbi teſtatur de communi opinione. *Bertaz. conſ. 35. nu. 33. lib. 1. Oſaſch. conſ. 65. nu. 17. & 18. & Bruno. a Sole quæſt. legal. 30. num. 22. & ſeq.* quos refert, & ſequitur *Farinac. de carc. & carc. d. quæſt. 32. nu. 66. & ſeq.* vbi hanc opinionem benè comprobat, & illam dicit veriorem, & magis communem eſſe, & illam ampliat, vt eò magis habeat locum, quando captura eſt nulla ex defectu iuriſdictionis, *Odd. conſ. 72. ſub num. 3,* qui loquitur in terminis *d. Bulla Sixti V. Scac. de iudic. lib. 1. cap. 46. nu. 30. & Guazz. d. deſen. 5. cap. 5 num. 22.* vbi alios dat concordantes.

8 Licet contra hanc declarationem ſentiant *Decia. tract. crim. lib. 7. cap. 11. num. 15.* cum modificationibus, de quibus ibi per eum, & alij relati per *Farinac. d. quæſt. 32. nu. 68.* cum quibus pertranſire videtur in ſua diſtinct. *Fachin. contr. iur. lib. 9. cap. 70.*

9 Amplia d. declarationem, vt eò magis habeat locum in eximente captum de manibus eorum, qui non ſunt officiales publici, ſed ſunt perſonæ priuatæ, quæ capiendi non habent poteſtatem, quia tunc eximens captum nulla pœna puniri debet, vt not. *Decian. tract. crim. cap. 7. cap. 11. num. 14. Farinac. de carc. & carc. d quæſt 32. nu. 73. & ſeq.* vbi dicit, hanc ampliationem non habere locum, quando d. perſonæ priuatæ haberent licentiam capiendi à Iudice, & quando captus eſſet talis, vt à quolibet poſſet capi, & occidi, vt ibi per eum, cum quibus tenent etiam *Guazzin. d. deſen. 5. cap. 5. num. 28. & Calui. de æquit. d. cap. 17. in fin.*

10 Limita d. declarationem, vt habeat locum, quãdo de iniuſtitia notorie, & apparenter conſtat, alias ſecùs, quia tunc eximens captum benè venit puniendus, cum non ſit ſubditorum, ſed Iudicum, pro quibus de iure præſumitur, examinare proceſſus, & condemnationes, vt declarant *Cagnol. in l. 1. §. is non videtur n. 28. ff. ſi quis inſd. non obtemp. Decia. tract. crim. d. lib. 7. cap. 11. num. 14. & 15.* vbi requi-

ſequitur damnum irreparabile, & quando non adſit recurſus ad Principem, & adhuc intret pæna extraordinaria, *Farinac de carc. & carcer. d. quæſt. 32. num. 78.* vbi hoc benè comprobat, & alios dat concordantes, *Scacc. de iudic. d. cap. 46. num. 30. & Guazz. d. defen. 5. cap. 5. num. 23.*

11 Declara ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum dummodò ereptio, & eximitio è manibus Curiæ probetur plenè, & concludenter, aliter, quam ex depoſitione Birruariorum, vt benè declarat *Farin. de carc. et carc. d. quæſt. 32. num. 80. & ſeq.* vbi quamplures adducit concordantes, de qua materia ego dixi ſupra in ver. *Birruarius Reſol. 4. per tot.* ibi vide.

Declara poſtremò d. concluſionem vnà cum limitationibus ſequen. vt non habeat locum in eo, qui cum effectu non exemit captum de manibus Curiæ, ſed tantùm illum eximere tentauit, cum de generali conſuetudine non puniatur effectus non ſequuto effectu, vt voluerunt, *Eug. conſ. 31. num. 40. & ſeq. lib. 1. & Farinac. de carc. & carc. d. quæſt. 32. num. 84. et ſeq.* vbi dicit, quòd hoc cum difficultate obtineretur in Statu Eccleſiaſtico ob diſpoſitionem *Bullæ Sixti V.* de qua ſupra, vt ibi per eum.

FALSVM.

SVMMARIVM.

1 *Falſi in crimine, vt procedi poſſit, debet conſtare de corpore delicti.*

Licèt aliqui contrarium teneant, num. 3.

Sufficit autem de illo conſtare per præſumptiones, et coniecturas, num. 4.

Quod procedit, quando falſitas non relinquit veſtigia, aliàs ſecùs, num. 5.

In crimine falſi ob cancellationem debet conſtare, fuiſſe factam ex interuallo, et ſinè conſenſu partis, num. 6.

Fallit ſtantibus coniecturis in contrarium, n. 7.

2 *Qualitas non datur ſinè ſubſtantia.*

RESOLVTIO I.

In crimine falſi vt procedi poſſit an debeat conſtare de corpore delicti.

1 IN crimine falſi, vt procedi poſſit, ante omnia conſtare debet de corpore delicti, vt tradunt *Baer. deciſ. 164. num. 8. Gabr. commun. concl. de malef. concl. 17. num. 13. ver. contrarium tamen, &c.* vbi alios dat concordantes, *Farinac. de inquiſ. quæſt. 2. num. 21.* vbi dicit, contrariam opinionem eſſe communiter reprobatam, *Guazz. defen. 4. cap. 9. in prin.* vbi alios adducit ita ſentientes, *& Vermigl. conſ. 218. num. 5. et conſ. 244. num. 1.* Vbi enim lex aliquid diſponit ratione certæ rei, debet prius de illa re conſtare, vt docet *Boſſi. in prat. in tit. de delict. num. 26. Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 2. num. 1. in fin. et Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 71. ſub nu. 3.*

2 & volens probare qualitatem debet priùs probare ſubſtantiam, ſuper qua d. qualitas fundatur *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 9. num. 1. Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 2 num. 1. in fin. Ciriac. contron. 37. num. 1. et contro. 544. num. 31. Paul. Rube. de validit. legal. cap. 16. num. 86. et ſeq.*

3 Quicquid contrarium voluerint *Bald. in l. 3. in addit. column. 3. ver. item nota ff. de teſti.* quem ſequitur *Ruin. conſ. 80. num. 6. lib. 4.* quorum opinionem eſſe communiter reprobatam tradunt *Farinac. et Guazzin. vbi ſupra.*

4 Declara primò d. concluſionem, quod cum crimen falſi dicatur delictum difficilis probationis, & præſumptiones, & ſuſpiciones ad illius probationem ſufficiant, ideò de illius corpore ſufficiat conſtare per præſumptiones, & coniecturas, vt voluerunt *Gabr. comm. concl. de malef. d. concl. 17. nu. 13. et ſeq. Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 2. num. 21. Guazz. d. defen. 4. cap. 9. num. 2. Vermiglio. conſ. 220. num. 3. et conſ. 230. num. 2.*

5 Limita primò d. primam declarationem, vt habeat locum, quando ex falſitate non remanent veſtigia, ſecùs tamen eſt, quando ex illa remanent veſtigia, & factum eſt apparens, & permanens, vt quia fuerit abraſum Inſtrumentum, vel laceratum, ſeù cancellatum, vel quia ei fuerit aliquid additũ, ſeù diminutum, vel ſi aliqua menſura non fuerit iuſta, vel merces ſit alterata, & ſimilia, in quibus adeſt vitium viſibile, & apparens, quod poteſt oculis corporeis benè percipi, quia tunc de corpore d. falſitatis non ſufficit, conſtare per indicia, & coniecturas, ſed debet de illo conſtare verè per teſtes, & ocularem inſpectionem, medio iuramento, per teſtes faciendam, & in actis regiſtrandam per Notarium, prout fit in delictis facti permanentis, vt declarat *Guazz. d. defen. 4. cap. 9. num. 3.* benè comprobans, & tradit etiam *Vermigl. d. conſ. 220. num. 3. et d. conſ. 230. num. 2.*

6 Declara ſecundò d. concluſionem iſtatiuè, vt in crimine falſi ob cancellationem non dicatur conſtare de corpore delicti ad procedendum criminaliter, niſi probetur, cancellationem fuiſſe factam ex interuallo, & ſinè conſenſu partis, cum præſumatur, quod in præſentia partis, & eodem tempore cancellatio fuerit facta, vt tradunt *Maſcar. de prob. concl. 257. num. 1. lib. 1. et concl. 1254. num. 18. lib. 3. Thob. Non. conſ. 80. num. 8. Pereg. de iure fiſci lib 2. tit. 4. num. 10. ver. Quinimmò, etc. Farinac. conſ. 179. num. 3. lib. 2.* vbi dicit, hoc maximè procedere, quando cancellatio in corpore ſcripturæ reperitur, vt ibi per eum, *& de falſit. & ſimul. quæſt. 153. num. 39. & Genua de ſcriptu. priu. lib. 1. quæſt. 6. princ. dubit. 2. num. 19.*

7 Limita d. declarationem, vt non habeat locum, quando coniecturæ ſuaderent contrarium, vt conſuluit *Bertaz. conſ. 411. per tot. lib. 2.* vbi coniecturas, recenſet, quem referendo ſequitur *Farinac. de falſit. & ſimul. d. quæſt. 153. num. 40.* & poſt eum *Genua de ſcript. priu. d. declarat. 2. num. 20.*

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Falſi crimen, vt ſit punibile, tria requiruntur, nẽpè dolus, quod noceat, & veritatis immutatio.*

2 *Falſitas commiſſa ſinè dolo non eſt punibilis.*

Neque pœna extraodinaria, num. 3.

Licèt aliqui Doct. teneant contrarium, num. 4.

Et eò magis ſi Statutum puniens falſitatem exquirat dolum, num. 5.

6 *Falſitas in dubio magis punitur commiſſa per ignorantiam, quam per dolum.*

Licèt contrariam teneant aliqui Doct. num. 7.

Et qualibet cauſa etiam iniuſta excuſat à dolo, num. 8.

Licèt aliqui contrarium teneant, quo ad pœnam extraordinariam, num. 9.

R E S O L V T I O II.

Falſi crimen vt ſit punibile quæ requirantur.

1 FAlſi crimen vt ſit punibile, tria copulatiuè requiruntur, & primò dolus, ſecundò, quòd falſitas noceat, & tertiò, quòd ſit immutata veritas, ita vt, vno ex eis deficiente, non intret pœna falſi, vt tradunt *Vulpell. conſ.6.num.1.& conſ.48.num.3.& conſ.129.num.20.Caph.conſ.355.num.44.lib.3.Gabr.conſ.169.nu 14.& ſeq.& conſ.180 num.6.lib.1 Hond.conſ.109.num.55.lib.1.Genua de ſcrip.priu.lib.1.quæſt.4.num.38.& ſeq.Farin.conſ.114.nu.12.& 36.lib.2. Ciozz. diſcept.crim.24.num.* 50. quem referendo ſequitur *Capic.Latro deciſ.172.nu.8.par.2.Ant.de Ball.trac.crim.lib.3.caſu 12.num.2* vbi concordantes refert, *Gargiar. Iun. conſ.55. num. 11. lib. 2. & Barboſ. de Epiſc. allegat. 51 num. 12.*

2 Falſitatem autem commiſſam ſinè dolo punibilem non eſſe ſcripſerunt *Clar.in pract.§.falſum nu.33.* vbi teſtatur de communi opinione, & ibi *Baiar. num.291.Franc.Becc.conſ.78.num.16.lib.1.* vbi dicit, quod, quando adſunt coniecturæ excluſiuæ doli, falſitas non eſt punibilis, licèt de illa conſtaret, *Hond.d.conſ.109.nu.28.& ſeq.& num.54.lib.1.& conſ.91.num.8.& ſeq.lib.2.Farinac.de falſit. & ſimul.quæſt.150.num.273.& num* 288. innumeros ferè adducens concordantes, *Menoch. de arb. caſu 309.num.2 Morot.conſ.61 in princ. Eugen.conſ 51. num.24.lib.2.Ciriac.contro.131. num.15.* vbi dicit, quòd, vt falſitas puniatur requiritur dolus verus nec ſufficit præſumptus, nec culpa lata, vt ibi per eum, *Gait.de cred.cap.2.tit.5.num.912. & ſeq.Vermigl.conſ.150.num.6.& conſ.237.num.3.* vbi dicit, hanc opinionem procedere abſque dubio, *& conſ.409.num.6.* qui teſtatur de veriori, & magis communi Doct. opinione, *& conſ.499.num.7. Calui.de æquit.lib.2.cap.190. num. 7. 80. & 83.* & dixi ego *allegat.foren.89. num. 27.*

3 Amplia primò d. concluſionem accipiendo requiſitum doli, vt falſitas commiſſa ſinè dolo nulla pœna puniatur, neque extraordinaria, neque ſtellionatus, vt voluerunt *Corn.conſ.182.num.6.lib.4.* benè comprobans, *Soci.Iun.conſ.39.num.35. lib.2. Franc.Becc.conſ.78.num.16.lib.1.* vbi dicit, ita omnes tenere, *Hond.conſ 109.num.28.& ſeq.et nu.54.lib.1* vbi alios refert concordantes, & contrarium tenentes refellit, & dicit, hanc eſſe veriorem, & magis communem Doctorum opinionem, & ab ea non eſſe recedendum, & idem tradit *in d.conſ 91. num.11.lib.2* vbi dicit, contrariam opinionem eſſe falſam, cum qua, vti vltimo loco relata, pertranſit *Farina.de falſit.& ſimul.d.quæſt.150. num. 238. Calui.de æquit.d.cap 190.num.7.& num.80.& ſeq.* vbi vult, nullam irrogare pœnam, *Barboſ.de Epiſc. d.allegat. 51. num.27.*

4 Licèt contrarium, imò falſitatem ſine dolo commiſſa puniri pœna extraordinaria, voluerint *Foller. in pract.in ver.item quod commiſit falſitatem num.46.Plot.de in litem iur.§.44.num.17.Baiar.ad Clar. in §.falſum num.307.* vbi dicit, quod ita ſeruauit, & ſeruari vidit, & alij relati per *Farin. in d.q.150. nu. 287.et Ant.de Ball.tract.crim.lib.3.caſu 12 n.3.*

5 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando Statuta, & Bannimenta punientia falſitatem requirunt dolum, quia tunc eò minus falſitas commiſſa ſinè dolo non punitur, vt docent *Franc.Becci.d.conſ.78. num.7.Lauren.deciſ. Auenion.108 num.3.Farin.de falſit.et ſimul.d. quæſt 150.num.285.* alios adducens ita ſentientes, *Ciriac. contro.131.n.16.* & dixi ego *d.alleg.foren.89.n.30.*

6 Declara primò d. concluſionem, vt in dubio falſitas præſumatur magis commiſſa per errorem, ſimplicitatem, & ignorantiam, quam per dolum, vt ſcripſerunt *Franc.Becc.d.conſ.78. num.13.et nu. 18. et ſeq.* vbi dicit, hoc non eſſe abſolutum, *Vulpell. conſ.47.num.2.Menoch.de præſump.lib.5.præſump. 20.num.1.Gabr.d.conſ.169.num.17.et d. conſ 180. num.9 lib 1.Maſca. de prob.concl.745.num.3.lib.2. Eugen.conſ.51 num 27.lib.2.Hond. conſ.109. nu.18. et ſeq.lib.1.* vbi alios dat concordantes, plenè *Farinac.de falſi et ſimul.d.quæſt.150.num.274.* qui pariter alios refert ita ſentientes quamplures, *Ciriac. contro.408.num.12.Vermigl.conſ.236.nu.3.& conſ. 243.num.12.& conſ.183.num 3.et conſ.401.num.1. Rota deciſ.213.poſt prin.poſt 2.vol.conſ. Farinac.* & dixi ego *allegat. foren 89. num.4.*

7 Quicquid contrarium voluerint *Port. Imol. conſ. 96.num.12.& ſeq.* & alij relati per *Farinac.d quæſt. 150. num. 275.* quorum opinionem habere locum in inquiſito ſagaci, & verſuto dicit *Farin.ibi n.276.*

8 Declara ſecundò d. concluſionem, vt quælibet cauſa etiam iniuſta excuſet à dolo in crimine falſi, vt not. *Caph.conſ.230.n.14.lib.2.Franc.Becc d.conſ. 78.num.16.& 28.* vbi alios dat concordantes, & teſtatur de communi opinione, *Gabr. d. conſ.169. num.18.et d.conſ 180.n.9.lib.1.Sard.conſ.132.n.54. lib.1.et deciſ.216.n.4. Hond.d.conſ.109. nu 31.lib.1. Farin.de pæn.temp q.90 nu.1.et ſeq.et de falſit.et ſimul.d.q.150.n.278.* vbi alios adducit ita ſentientes more ſuo, *Giurb. conſ.24.n.24.Ciriac. contro.418. n.61.et contr.506 nu.18.Vermigl.conſ 240.nu.9. et conſ.407.n.8.* & dixi ego *d. alleg.foren.89. num.28.*

9 Quicquid, quò ad pœnam extraordinariam imponendam, dixerit *Foller, in pract. in ver. item, quod commiſit falſitatem nu. 46.* cum quo videtur pertranſire *Farinac.* qui tunc temporis iura fiſci tuebatur *in d. quæſt. 150. num. 280.* & quo ad pœnam pecuniariam *conſ. 114 num. 18. lib. 2.* contra quos adeſt communis opinio, de qua ſupra.

De alio verò requiſito, quòd falſitas noceat, vt intret illius pœna dicam in Reſolutione ſequenti.

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod falſum vt ſit punibile tria requiruntur, nempè dolus, quod noceat, & veritatis immutatio adde *Ciriac. contro. 637. num. 65. tom. 4.*

N. 2. & 3. Vbi habetur, quod falſitas ſine dolo commiſſa non eſt punibilis adde *Ciriac. controu. 613. num. 12. & contro. 637. num. 34.* vbi dicit, debere conſtare de dolo verò, & non ſufficere præſumptum, & quod neque intrat pœna extraordinaria, vt ibi per eum.

N. 6. Vbi habetur, quod falſitas magis præſumitur commiſſa per ignorantiam, quam per dolum adde *Ciriac. contro. 637. num. 27. & 28. tom. 4.*

N. 8. Vbi habetur, quod quælibet cauſa etiam iniuſta excuſat a dolo in crimine falſi adde *Ciriac. contro. 624. num. 72. tom. 4.* vbi probat, quamlibet cauſam, dummodo non ſit omnino fatua excuſare etiam a pœna extraordinaria. vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Falſitas, quæ actu non eſt nocibilis, neque eſt punibilis.*

Puaitur tamen pena extraordinaria, num. 3.

Licèt contrarium teneant aliqui, num. 4.

Si tamen non eſt nocibilis neque actu, neque habitu, neq; punitur pœna extraordinaria, nu. 5.

Licèt contrarium voluerint aliqui Doctores, num. 6.

Et eò magis, quando etiam ceſſat dolus, nu. 7.

Et quando per Statutum requiritur, quod falſitas ſit nocibilis, num. 8.

2 *Falſitas, quæ non eſt nocibilis, non dicitur propriè falſitatis.*

RESOLVTIO III.

Falſitas, quæ actu non eſt nocibilis an ſit punibilis.

1 FAlſitas, quæ actu non eſt nocibilis, neque eſt punibilis, vt tradunt *Vulpell. conſ. 129. per tot. & ibi Adden. Franc. Becci. conſ. 78. num. 14. Siluan. conſ. 7. num. 11.* vbi teſtatur de communi opinione, *Clar. in pract. §. falſum ver. item excuſatur, &c.* qui pariter teſtatur de communi opinione, & ibi *Baiar. num. 7. & num. 255.* & latè comprobat quampluribus Doct. authoritatibus relatis *Farinac. de falſit. et ſimul. quæſt. 150. num. 291. & ſeq. & conſ. 179. nu. 22. lib. 2. Hond. conſ. 109. num. 55. lib. 1. Morot. conſ. 61. num 5. Scac. de iudic. lib. 2. cap. 8. nu. 524. Vermigl. conſ. 236. nu 7. & conſ. 250. num. 11. et conſ 256. n. 12. & conſ. 499. num. 3.* & ſentit *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 4. quæſt. 1. num. 45.* & dixi ego *allegat. foren. 89. num. 34.*

2 Falſitas enim, quæ non eſt nocibilis non dicitur propriè falſitas, ſed impropriè, vt notat *Bart. in l. quid ſit falſum 23. num. 1. & 2. ff. ad leg. Cornel. de falſ. Incert. Conſul. apud Farinac. conſ. 114. num. 12. et 38. lib. 2.* in qua, cum non concurrant omnia requiſita falſi, non intrat illius pœna, vt declarat *Bart. & Incert. Conſul. in loc. proximè adductis*, & tradit *Maſcar. de gener. ſtat. interp. concl. 2. num. 46.* vbi dat concordantes.

3 Declara d. concluſionem, vt falſitas prædicta non puniatur pœna falſi ordinaria, ſecùs tamen eſt quo ad extraordinariam, quia illa puniri poſſe d. falſitatem ſecundum facti, & perſonarum qualitatem Iudicis arbitrio voluerunt *Plot. de in lit. iur. §. 44. num. 9. 10. & ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione, *Clar. in pract. §. falſum verſ. item excuſatur in fine*, vbi pariter dicit hanc eſſe communem Doctorum opinionem, & ibi *Baiar. num. 307. Gabr. comm. concl. de maleſ. concl. 5 num. 13. & num. 20. & ſeq.* plenè *Farinac. de falſit. & ſimul. d. quæſt. 150. nu 362.* vbi alios adducit concordantes quamplures de magis communi opinione teſtantes, *& conſ. 18. num. 12. lib. 1. Giurb. cauſ. 71. num. 21.* & in fortioribus terminis *Menoch. de arbitr. caſu 306. num. 15. & ſeq. Barboſ. de Epiſc. allegat. 51. num. 30.* cum quibus videtur pertranſire *Capic. Latro deciſ. 182. num. 29. par. 2. & Genua de ſcript. priuat. lib. 1. quæſt. 4. num. 37. & ſeq.*

4 Licèt contrarium imò neque pœna extraordinariæ eſſe locum voluerint *Caſtr. conſ 130. lib. 1. per tot. Natt. conſ. 588.* ferè per tot. *lib 3. Crauet. conſ. 46. num. 1. in fin. Rolan. conſ. 38. num. 43. & ſeq. lib. 1. & Theſ. deciſ. Pedem. 171. num. 2.* vbi dicit, contrariam opinionem non credere veram, & alios dat concordantes, loquendo de falſitate commiſſa in ſcriptura priuata, vt ibi per eum.

5 Limita primò d. declarationem, vt non habeat locum in falſitate, quæ neque actu, neque habitu eſt nocibilis, quia illa neque pœna extraordinaria eſt punibilis, vt adnotarunt *Surd. deciſ. 282. nu. 18. & ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione, *Vulpell. conſ. 129. per tot. & ibi Adden.* qui hanc limitationem benè comprobat, *Hond. conſ. 109. num. 40. & ſeq. lib. 1.* vbi hoc benè confirmat, *Farina. de falſit. & ſimul. d. quæſt. 150. num. 338. et conſ. 7. nu. 10. lib. 1. & conſ. 160. num. 10. lib. 2. Felic. allegat. 18. num. 33. & ſeq. & allegat. 19. num 19. par. 1.* quem refert, & ſequitur *Vermigl. conſ. 236. num. 7. & conſ. 250. nu. 11. & conſ 259 num. 12. & conſ. 499. num. 3.* vbi teſtatur de veriori, & magis recepta Doct. opinione, pronunciant etiam *Franc. Becci. d. conſ. 78. num. 15. & ſeq. lib. 1.* & idem *Farinac. conſ. 179. num. 20. lib. 2.* & dixi ego *allegat. 89. num. 35.*

6 Licèt contrarium, imò in hoc etiam caſu intrare pœnam extraordinaria poſt *Bald. Vanti. Marſil. Plot. & Affiic.* pec eum adductos teneatur *Menoch. de arbitr. caſu 306. num. 15. & ſeq.* vbi hanc dicit probabiliorem, & receptiorem opinionem.

7 Limi-

7 Limita ſecundò d. declarationem, vt non habeat locum, quando ceſſat etiam dolus, quia tunc falſitas nulla pæna nec ordinaria, nec extraordinaria puniri poteſt, vt tradunt *Vulpel.d conſ.129.num.8. & 15.Franc.Becci.d.conſ.78.nu.16.* vbi dicit, quod hoc fatentur omnes Doctores *Hond.conſ.105.num. 86.& d.conſ 109. num.54.lib.1.Farinac.de falſit.et ſimul.d.quaſt.150.num.340,* vbi dicit, hanc eſſe veram opinionem, *et conſ.11. num. 31.lib.1.Ciriac. contro.131.nu.15.et 51,* vbi alios adducit concordantes, & teſtatur de veriori, & magis communi Doctorum opinione, *Vermigl.conſ.237.num.3. & conſ.409.num.6.Calui.de aquit.lib.2.cap.190.nu.7. & n. 80.et ſeq.* & dixi pariter ego *d.alleg.89.n.37.*

8 Limita tertio d.declarationem, vt non habeat locum, quando expreſse requiritur per Statutum, ſeu Conſtitutionem, quod falſitas ſit nocibilis, quia tunc nocumento ceſſante nullam pro d. falſitate intrare pænam voluerunt *Vulpell.conſ.31.num.1.et conſ.32. num.5. et Rota in Senogallien. ſupplementi legitimæ 10. Iuny 1641. coram R. P. D. Merlino §. non obſtat Statutum*, & ego pariter dixi *in d. allegat. 89. num. 38.*

ADDITIO.

N.1. VBi habetur, quod falſitas non nocibilis non eſt punibilis adde *Ciriac. contro.637. num.67. tom.4.* vbi dicit, illam neque punibilem eſſe pæna extraordinaria, ſi neque nocere poteſt, maximè ſi ceſſet dolus, vti habetur etiam hic *num. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Falſitas commiſſa in ſcriptura, quæ per ſe nulla fecit probationem, nec plenam, nec ſemiplenam, nec præſumptionem pæna falſi puniri non poteſt.*

Quicquid contrarium voluerint aliqui Doctores, num. 3.

Ita vt in d. caſu puniri non poſſit neque pæna extraordinaria, num. 4.

Licèt in d. caſu eſſe locum pænæ extraordinariæ teneant plures, num. 5.

Concluſio ſupradicta habet locum etiam in cõmittente falſitatem in ſcriptura nulla, & non faciente fidem, num. 6.

2 *Falſi pæna, vt intret falſitas debet eſſe nociua, vel apta ad nocendum.*

RESOLVTIO IV.

Falſitas commiſſa in ſcriptura, quæ nullam fecit probationem an pæna falſi puniri poſſet.

1 FAlſitas commiſſa in ſcriptura, quæ per ſe nullam probationem facit, nec plenam, nec ſemiplenam, neque aliquam præſumptionem, vt puta, ſi in proprio libro rationum quis ſcriberet, aliquem eſſe ſuum debitorem, qui ſe vera non erat, pæna falſi puniri non poteſt; vt voluerunt *Caſtr. conſ.130. per tot. lib.1. Natt. conſ.588. per tot. par.4.* vbi hanc concluſionem latè comprobat, & dicit illam eſſe per Doctores communiter receptam, *Gabr.com.concl. de maleſ.concl.5.num.4.Farinac. de falſit.& ſimul. quaſt.150.num.320.* alios adducens concordantes, *Ant.Riccial.inter conſ.Farinac.conſ.179.n.20.lib.2. Viul.opin 273. in fin. lib.1.* vbi contrarijs etiam reſpondet, *Coſta de iur.& facti ignor.diſt.83.in fin.* & latè comprobat *Genua de ſcript.priu.d.lib.1.quaſt. 4.num.4.& ſeq.* vbi ampliat eò magis ceſſante vſu d.ſcripturæ, & tradit etiam *Vermigl.conſ.197.n.10.*

2 Ad hoc enim, vt committens falſitatem pæna falſi puniri poſſit, requiritur, quod falſitas ſit nociua, vel apta nocere, vt not. *Franc. Becci. conſ.78. nu. 14. lib.1.Hond conſ.109.num.49. lib.1.* & alij quos refert, & ſequitur *Genua de ſcript priu. d.lib.1.q.4. nu.5. Rota apud Capataq. deciſ.5. par.2.* ſed nullum damnum afferre poteſt liber rationum, cum nullam fidem faciat pro ſcribente ad tex. *in l. quedam 9. §. nummularios ff. de eden.* meritò nulla falſitatis pæna intrare poteſt, vt benè argumentantur *Genua d.quaſt.4. num. 5.6. & ſeq.*

3 Quicquid contrarium voluerint *Salic in l.1. nu.6. C.de ſepulc.viola.Baier.ad Clar.§. falſum num.306.* vbi teſtatur de communi opinione *Bertaz conſ.91. num.15 lib.1.* & videtur ſentire *Menoch. de arbitr. caſu 306.num.32.*

4 Amplia primò d. concluſionem, vt committens falſitatem in ſcriptura, quæ nullam penitus facit probationem puniri non valeat, non ſolùm pæna ordinaria, imò neque extraordinaria, vt tradunt *Caſtr.d.conſ.130.per tot.lib.1.Rolan.conſ.38. nu.45. lib.1.Natt.d.conſ.588.in fin.par.4.Cran.conſ.46.nu. 1.Vulpell.conſ.129.per tot.* & ibi comprobant plures ſubſcribentes, *Theſ.deciſ 171.num.2 Farinac.de falſit.& ſimul. d.quaſt.150.nu.336.& 338. et num. 364.* vbi alios dat concordantes quamplures, *& Vermigl.conſ.2 4.num.6.* vbi teſtatur, hanc eſſe magis receptam Doctorum opinionem.

5 Licèt contrarium tenuerint, imò in d. caſu eſſe locum pænæ extraordinariæ ſaltem pecuniariæ, *Pariſ conſ.151. num.29. & ſeq.lib.4.Clar.in pract. §.falſum ver. item excuſatur, &c. in fin.* licèt ibi præter eius morem ſatis confuſe loquatur, *Gabr. comm.concl.de maleſ concl.5.num.14. Franc.Becci. d.conſ.78.nu.15.& 16* quam opinionem latè comprobat *Menoch de arbitr. caſu 306.num.16.& ſeq.* vbi illam dicit veriorem, Doct. relati *per Farinac. in d.quaſt.150. num. 362.* quorum aliqui teſtantur de magis communi, & veriori opinione cum quibus pertranſit etiam *Genua de ſcript. priu. d.lib.1. cap.4. num.37. et ſeq.* & eò magis, quando adeſt dolus, vt ibi per eum *num.46.*

6 Amplia ſecundò d.concluſionem, vt habet locum etiam in committente falſitatem in ſcriptura nulla, & non faciente fidem, qui non punitur de falſo, vt poſt *Cin. Aret. Gabr. Alex.Soci. Afflict.* & alios per eum relatos tradit *Farin. de fal. et ſimul.quaſt. 150.nu.295.& ſeq.Genua de ſcript.priu.lib.1.quaſt. 4. num.47. & ſequen.Vermigl. conſ. 234. num. 6. & Giouagno. conſ. 44. num. 17. lib. 1.* qui materiam

tiam hanc ſatis latàm ita examinant, vt ad eos ſufficiat pro reſolutione ſtudioſum lectorem remittere, ne rem actam agere, vt in prouerbio eſt iterũ agere videamur.

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod falſitas commiſſa in ſcriptura, quæ nullam facit probationem nulla pœna punitur adde *Ciriac. contro. 637. num. 82.* vbi dicit, neque illam puniri pœna extraordinaria, vti habetur etiam hic *num. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Falſitas non præſumitur, ſed illa debet probari per allegantem.*

Et ad illā probandam probationes debent eſſe claræ, & concludentes, num. 2.

Licèt ſufficere ad illius probationem præſumptiones teneant aliqui, num. 3.

Quod procedit quò ad pœnam extraordinariam tantùm, num. 4.

Quod verò præſumptiones non ſufficiant pro pœna extraordinaria teneat aliqui, num. 5.

Sufficiant tamen quando illa proueniat ex vitio viſibili, num. 6.

Secùs ſi proueniat ex vitio inuiſibili, & latente, num. 7.

Præſumptiones tamen debent eſſe graues, & vrgentes, num. 8.

Et debeat eſſe plures, quàm duæ, num. 9.

Sufficiant tamen præſumptiones quoad effectum torquendi, num. 10.

RESOLVTIO V.

Falſitas an præſumatur, ſeu illa probanda ſit per allegantem.

1 FAlſitas non præſumitur, ſed illa debet probari, *leg. cum precibus 18. C. de prob.* & tradunt *Franc. Bece. conſ. 78. nu. 9. & 10. lib. 1. Hond. conſ. 99. n. 4. lib. 2. Menoch. de præſump. lib. 5. præſ. mp. 20. num. 1. Maſcar. de prob. concl. 745. num. 1. lib. 2.* late *Farinac. de reo confeſ. et conui. quæſt. 85. nu. 11. & de falſit. & ſimul. quæſt. 153. num. 192. & ſeq.* vbi quamplures dat concordantes *Surd. conſ. 132. num. 18. vol. 1. Adden. ad Rot. deciſ. 64. litera A. poſt 1. vol. conſ. Farinac. Hodier. contro. foren. cap. 38. num. 20. Rota deciſ. 42. num. 10. poſt 2. vol. conſ. Farinac.* & dixi ego *allegat. foren. 88. in prin. & allegat. 91. num. 28. & 41.*

Falſitas enim eſt delictum, quod non præſumitur, ſed debet probari *l. merito 51. & ibi gloſ. ff. pro ſoci. Falgel. conſ. 38. n. 2. & ſeq. Farinac. de reo confeſ. & conui. quæſt. 85. nu. 1. & ſeq.* vbi dat concordantes, *Ciriac. contro. 255. n. 25. Rub. de validit. legal. cap. 16. nu. 44.* & dixi latius ſupra in ver. *Delictum Reſol. 1. in prin.* cum quilibet præſumatur bonus, non malus. *Alciat. de præſump. reg. 3. præſump. 2. num. 1.* in his terminis *Surd. d. conſ. 132. num. 19. lib. 1.*

2 Amplia primò d. concluſionem illatiuè, quod, vt falſitas criminaliter puniri valeat, probationes debeant concludere per neceſſe, & debeant eſſe claræ, & concludentiſſimæ, & magis concludentes, quam in alijs delictis, vt tradunt *Deci. conſ. 175. ſub num. 4. Gram. conſ. 19. num. 3. Clar. in pract. §. falſum ver. ita eſt & c. Gabr. conſ. 169. num. 15.* vbi teſtatur de receptiori Doctorum opinione, *et conſ. 180. num. 1. & ſeq. lib. 1. Surd. conſ. 132. num. 20. & nu. 79. & ſeq. lib. 1. Hond. conſ. 109. num. 13. & ſeq. et an. 62. lib. 1.* vbi teſtatur de communi, & receptiſſima opinione, & contrarijs reſpondet, & quamplures dat concordantes, *et conſ. 91. num. 8. lib. 2. Maſcar. de prob. concl. 739. n. 2. & ſeq. et concl. 745. n. 5. lib. 2.* vbi teſtatur de communi opinione plenè *Odd. conſ. 62. n. 3. et 4. Farin. de teſt. q. 67. n. 74. et de fal. & ſim. quæſt. 152. nu. 7. et 19.* vbi quamplures adducit tractatores de communi, & magis communi opinione teſtantes, *& conſ. 50. in princip. et ibi Adden. litera A.* qui teſtantur, hanc eſſe magis cõmunem Doct. opinionem *lib. 1. et conſ. 179. num. 7. lib. 2. Hodier. ad Surd. deciſ. 263. num. 2. Caball. reſol. crim. caſu 151. num. 3. cent. 2. Hodier. contro. foren. cap. 38. Calut. de æquit. lib. 2. cap. 190. nu. 56. Vermigl. conſ. 236. num. 9. et conſ. 250. num. 2. et conſ. 281. num. 1. et conſ. 256. num. 1. et conſ. 430. num. 2. et Rota deciſ. 121. num. 1. et 2. poſt 2. volum. conſil. Farinac.* & dixi ego *allegat. foren. 88. num. 3. et allegat. 91. num. 3.*

Data enim poſſibili veritate in contrarium, nulla ſequitur neceſſaria falſitas *Hond. d. conſ. 109. num. 14. Farinac. de falſit. et ſimul. d. quæſt. 152 nu. 8. et conſ. 60. num. 17. in fin. lib. 1. et conſ. 188. num. 10. lib. 2. Ciriac. contro. 131. num. 12. Calut. de æquit. d. cap. 190. num. 67. Vermigl. conſ. 18 num. 6. et conſ. 198. num. 5.* & dixi ego *d. alleg. 88. num. 4.* & cum actus, qui poteſt ſe habere ad falſum, & non falſum interpretari debeat pro non falſo, vt not. *Farinac. de falſit. et ſimul. quæſt. 153. num. 197.* & dixi infra *Reſol. 9. num. 5.*

3 Licèt contrariam opinionem, imò crimen falſi probari per præſumptiones, & coniecturas etiam ad effectum reum condemnandi voluerint, *Foller. in pract. in ver. item quod commiſit falſitatem n. 31. Baiar. ad Clar. in §. falſum num. 10. Menoch. de præſump. lib. 1. quæſt. 58. num. 8. & quæſt. 99. num. 16.* vbi dicit, probationes, quæ ſumuntur ex præſumptionibus in hoc caſu dici concludentes, *Alb. conſ. 224. num. 12.* vbi teſtatur de communi opinione, & alij relati *per Farina. de falſit. & ſimul. d. quæſt. 152. num. 4.* idem *Farinac.* ſibi contrarius *conſ. 108. nu. 106.* vbi teſtatur de veriori, & magis communi Doctorum opinione, & plures dat concordantes, licèt poſtea *num. ſeq.* intelligat quo ad pœnam extraordinaria *lib. 2. et. Ceuua de ſcript. priu. lib. 1. quæſt. 6. princ. dubit. 1. num. 1.*

4 Declara primò d. primam ampliationem, vt habeat locum quoad pœnam ordinariam, ſecùs tamen quoad extraordinariam, quia illam imponi

poſſe

poſſe, etiam probato crimine falſi per præſumptiones, & coniecturas tantùm voluerunt *Natt. conſ.633.num.5.par.3.Crau.conſ.134.nu.39. Baiar. ad Clar.§.falſum num.112.Ludou.deciſ.Lucen.13.nu.50.Menoch.de præſump.lib.1.q.99.n.11.et ſeq.Gabr. d.conſ.180. n. 20. et ſeq.lib.1.* vbi loquitur in præſumptionibus violentis, *Farinac. de teſtib.d.quæſt. 67.num.75.& de falſit.& ſimul.d. quæſt.152. num. 21.* vbi alios adducit concordantes, *& num.37.* vbi teſtatur, hanc eſſe magis communem, & practicatam opinionem, *& conſ.18.num.5. & conſ.23. nu. 10.& conſ.50.in prin.lib.1.& conſ.109.nu.1. lib.2. & Carena de offic.S.Inquiſ. par.3.tit.6. num.63.*

5 Contrariam tamen opinionem, quòd imò præſumptiones, & coniecturæ non ſufficiant ad condemnandum in crimine falſi, neque in pœnam extraordinariam, cum crimen falſi ſit grauiſſimum, & ſimile pœnæ mortis, cum nullum ſit delictum, quod famam hominis ita denigret, ſicut crimen falſi, cum faciat quodammodo, quod homo de cætero non ſit talis, eum ſit ſine fide, vt dicit *Capic. Latro deciſ 172.num.10.& ſeq. par.2.* & ideò ad illum condemnandum requirantur probationes cõcludentes voluerunt *Clar.in pract.§.falſum ver.trita eſt &c.Gabr.d.conſ.169.num.15. & d.conſ.180. num.1.& ſeq.* niſi præſumptiones eſſent violentæ, vt ibi per eum *nu.20.& ſeq.lib.1.Hond.d.conſ 109. num.13.& 62.lib.1.* & latè tuetur *Surd.d.conſ.132. nu.78.& ſeq.* niſi præſumptiones, & indicia eſſent violentiſſima, & indubitata, ita vt iudex aliter credere non poſſet, & non alias, vt ibi per eum, *Calui. de æquit.d.cap.190.num.56.Vermigl.conſ 250.nu.2.* & omnes Doct. adducti ſupra in principali ampliatione *n.2.* volentes, ad effectum condemnandi in crimine falſi requiri probationes cõcludentiſſimas pluſquã in alijs delictis, & dixi ego *in d.alleg.91.n.3.*

6 Amplia d.declarationem, quatenus tibi placeat, vt habeat locum etiam, quando præſumptiones, & coniecturæ probantes falſitatem proueniunt ex vitio viſibili, & patente, quia illas ſufficere ad condemnandum in pœnam extraordinariam voluerũt *Natt.d.conſ.633.num.5.par.3.Menoch.de præſump. lib.1.quæſt.99.num.11.in fine, & Farinac. de falſit. & ſimul.quæſt.152.num.18.& 40.* vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione, *& conſ. 109.n.9.lib.2.* vbi dicit, hoc ſine dubio procedere.

7 Limita primò d.declarationem, vt non habeat locum, quando præſumptiones, & coniecturæ probantes falſitatem proueniunt ex vitio inuiſibili, & latente, quia tunc illæ non ſufficiunt ad condemnandum neque in pœnam extraordinariam, niſi concurrat mala fama inquiſiti, vel publica fama de delicto, vt tradunt *Menoch.de præſump.d.lib.1. quæſt.99.nu.19.in fin.& Farinac.de falſit.& ſimul. d. quæſt.152. num. 17. & 41.* vbi alios dat concordantes, & teſtatur de communi opinione, *& dict. conſ.109.num.12.& 13.* vbi declarat, quando præſumptiones dicantur prouenire ex vitio viſibili, vel inuiſibili, & dicit, prædicta non habere locum, quando præſumptiones ſunt plures, ita vt tunc ſufficiant ad condemnandum, vt ibi per eum.

8 Limita ſecundò d. declarationem, vt habeat locum, quando præſumptiones, & coniecturæ falſitatis ſunt graues, vrgentes, & multùm vehementes, ſecùs autem, ſi eſſent leues, & parui momenti, quia ex illis in crimine falſi non poteſt quis nec ciuiliter, nec criminaliter condemnari, vt ſcripſerũt *Gabr.d.conſ.169.num.4.in fin. & d.conſ.180.nu.19. in fin.lib.1.Surd.d.conſ.132.nu.86. & ſeq.lib.1. Odd. conſ.78.nu.40.Menoch.de præſump. lib.1. quæſt.99. ſub num.11.Farin.de falſit.& ſimul.quæſt.152.num. 27.& 45. Baiar.ad Clar.§.falſum num.239.* & probaui ego *d. alleg.foren.91.num.5.& 6.*

9 Amplia d.ſecundã limitationem, vt ad condemnandum criminaliter in crimine falſi præſumptiones, & coniecturæ non ſolùm debeant eſſe graues, & vrgentes, ſed etiam eſſe debeant plures, quam duæ, cum quoties ex coniecturis eſt iudicandum, plures cõcurrere debeant, quicquid ſit, quãdo agitur ciuiliter ad tollendam fidem inſtrumento, quo caſu duæ ſufficiunt, vt declarant *Decia. conſ. 108. num 76.& conſ.99.num.11. lib.2.* quem refert, & ſequitur *Farinac.de falſit.& ſimul.d.quæſt.152.nu. 29.et 46.* & probaui ego *in d. allegat. forenſ. 91. num.7. 8. & ſeq.*

10 Declara ſecundò d. primam ampliationem, vt habeat locum quo ad effectum condemnandi inquiſitum in crimine falſi, ſecùs tamen eſt quo ad effectum illum torquendi, quia tunc præſumptiones, & indicia ſufficere adinſtar aliorum criminum nulla adeſt dubitatio, vt declarant *Maſcar.de.prob. concl.740.num.46.& ſeq. lib.2. Ludou.deciſ.Lucen. 13.num.51.et Farinac.de falſit. et ſimul. quæſt.152. n.20.* vbi alios dat concordantes, *et n.36.et ſeq.* vbi per plures concluſiones materiã hanc late declarat

ADDITIO.

N.2. VBi habetur, quod vt falſitas puniri poſſit probationes debent concludere per neceſſe adde *Ciriac. contro. 637. num. 13.& ſeq. tom. 4.* latè comprobantem

N.4. Vbi habetur, quod falſitas probatur præſumptionibus, & coniecturis quò ad pœnam extraordinariam adde cum quibus pertranſire videtur *Ciriac. controuer. 637. num.59. & ſeq.* ſi tamen illæ ſint graues, & vehementes, aliàs ſecùs, vti habetur etiam *hic num. 8.*

N.10. Vbi habetur, quod præſumptiones in crimine falſi ſufficiunt ad torturam adde de quo videas *Ciriac. d.contr. 637. num. 52. & ſeq. tom. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Falſitas præſumitur commiſſa ab eo, in cuius commodum illa redundat.*

Quod procedit, quando commodum eſt magnũ, aliàs ſecùs, num. 3.

Si tamen reſpiciat commodum plurium, contra neminem præſumitur, num. 4.

Et vltra commodum requiritur etiam vſus falſitatis, num. 5.

Dicta tamen præſumptio non ſufficit ad condẽnandum, neque ad torquendum, num. 6.

2 *Falſitas non præſumitur commiſſa ſinè cauſa, et ſinè magno lucro.*

RESOLVTIO VI.

Falſitas an præſumatur commiſſa ab eo, in cuius commodum illa redundat,

1 FAlſitas præſumitur commiſſa ab eo, in cuius commodum, & lucrum illa reſultat, & redundat, vt tradunt *Boſſi.in pract.in tit.de indic.& conſid, ante tortu, n, 58, & 61. Franc.Beccl, conſ.70, num, 20. in fin, lib, 1, Maſcar, de prob.concl.831. num.12. lib.2 & concl,1005. nu, 65. eod.lib.2. Hond.conſ.96. num.13, & 63, lib,2.* plenè *Farinac.de falſit. et ſimul, quæſt, 153. num. 209,* vbi alios dat concordantes, *Grat.diſcep.foren.cap, 262.n.37.& ſeq.par,2, et in addit, ad deciſ.Marcb. 84, num.3, Gait.de credit.cap,2, tit.8.nu.3056. Surd, conſ. 512.n.6, lib.4.* & dixi ego *alleg.foren.91.n.19,*

2 Falſitas enim non cenſetur commiſſa ſinè cauſa, & ſinè commodo, & lucro, vt tradunt *Vulpel.conſ. 129.num.5. et ibi ſubſcribentes num.23. Menoch.de præſump.lib.5. præſump.20, nu.48. Hond, conſ.109, num.21, lib.1.& conſ.96.num,61.lib.2. Theſ.deciſ. 121. num.7.* plenè *Farinac.de falſit.et ſimul.quæſt, 150. num.204. et ſeq. et conſ,50.num,49. et conſ.88. num.16. lib.1. Vermig.conſ.250.num,1.& conſ 252, n.2.* & dixi ego *d. alleg.91.nu,23.& alleg.89.n. 19,*

3 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locum quando commodum, & lucrum, quod prouenit ex falſitate, eſt magnum, & admodum conſiderabile, aliàs ſecùs, cum falſitas, quæ dicitur graue delictum non præſumatur commiſſa pro paruo cõmodo, & pro modico lucro, vt voluerunt *Foller, in pract.in ver, item quòd commiſit falſitatem num, 94. Gabr.d.conſ.169. nu.18.& ſeq.Hond,d,conſ.109. num.23.& ſeq.lib,1. et conſ 96.num,40. et 62. lib.2, Ciriac.contro,138. num.42. Gait. de credit, d,cap.2, tit.8. num,3058. Adden,ad Burat.deciſ.624. num.11. Farinac.de falſit.et ſimul,quæſt.153, nu.203. et ſeq.* & dixi ego *in d, alleg.foren,89. n.23, et 52,* vbi dixi, non ſufficere lucrum ſex aureorum, *et alle.91.n,26.*

4 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando falſitas reſpicit commodum, & vtilitatem plurium perſonarum, quia tunc, ratione incertitudinis, contra neminem oritur præſumptio falſitatis, vt not. *Boſſi.in pract.in tit de indic.et conſid. ante tortu. num. 63. et Farinac, de falſit, & ſimul.d.quæſt,153. num.212.*

5 Limita tertiò d.concluſionem, vt habeat locum, quando vltra commodum concurrit etiam vſus rei falſificatæ, quia ſinè illius vſu dict. præſumptio ex commodo proueniens non habeat locum, vt declarat *Boſſi. in pract.in d.tit. de indic.et conſid.ante tortu.ſub num.58.* quem ſequitur *Farinac, de falſit, et ſimul, d, quæſt.153, num.211. Vermigl.conſ 197. num.4.* & ſentit *Ciusba conſ 5. num.18.* & dixi ego *d.allegat. foren. 91.num.19.*

6 Declara primò d. concluſionem, quod d, præſumptio falſitatis inſurgens ex commodo, & vtilitate, vt ſupra, veiè admodum debilis non ſolùm non eſt ſufficiens ad condemnandum, imò neque eſt ſufficiens ad torquendum, niſi alia concurrant adminicula, vt voluerunt *Blanc. de indic. et tortur. num.422. Boſſi,in pract.in d tit de indic.et conſid.ante tortu.ſub num.63. Hond, d.conſ.96. num.68. lib.2. Farinac. de indic. & tortu. quæſt.52. num.143. et de falſit. et ſimul. d.quæſt.153. num 210. et Vermiglio, d.conſ.197. num.3. et conſ, 409. num.5,* & dixi ego *d. allegat. 91, num, 18.*

ADDITIO.

N.1. VBi habetur, quod falſitas præſumitur commiſſa ab eo, in cuius commodum reſultat adde *Ciriac. contron.627. num.4. & ſeq. tom.4.*

N.3. Vbi habetur, falſitatem non præſumi commiſſam pro modico lucro adde *Ciriac. d. contron.627. n.47. tom.4.*

N.6. Vbi habetur, quod præſumptio falſitatis reſultans ex commodo ex illa reſultante non eſt ſufficiens neque ad torquendum, neque ad condemnandum adde *Ciriac. d. contron. 627. num. 39.*

SVMMARIVM.

1 *Cancellatio, ſeù raſura reperta in inſtrumento, ſeù ſcriptura præſumitur facta ab eo, penes quem inſtrumentum, ſeù ſcriptura fuit reperta.*

Fallit quando inſtrumentum, ſeù ſcriptura fuit penes plures, num. 2.

Et quando ceſſat commodum illius, apud quem ſcriptura, vel inſtrumentum fuit repertum, n.3.

RESOLVTIO VII.

Cancellatio, ſeù raſura reperta in inſtrumento ſeù ſcriptura an præſumatur facta ab eo penes quem inſtrumentum, ſeù ſcriptura fuit reperta.

1 CAncellatio, raſura, ſeù falſum reperta, ſeù repertum in aliquo libro, inſtrumento, ſeù ſcriptura præſumitur facta, & commiſſa, ſeù commiſſum ab eo, penes quem repertum fuit d.inſtrumentum, ſeù ſcriptura, vt tradunt *Maſcar.de prob.concl.256. num.8. & 9.* vbi alios dat concordantes *lib. 1. et concl.1261. nu. 21. lib. 3. Farinac,de falſit,et ſimul,quæſt.153. n.87. et Vermigl.conſ.197. num.2, et conſ 198. num.6.*

2 Limita primò d.concluſionem, vt non habeat locum, quando apparet librum prædictum inſtrumentum, vel ſcripturam extitiſſe apud plures perſonas, quia tunc ratione incertitudinis contra neminem præſumptio prædicta operatur aliquem effectum, vt voluerunt *Odd. conſ.62. num.9.10. & ſeq. Felic.allegat.15, num.87.88, et ſeq. lib.1. Vermigl.conſ.197. num.6. et conſ.198. nu.6.* & dixi ego *allegat, foren. 91, num, 46,*

3 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in inſtrumento, ſeù ſcriptura, quæ æs alienum contineat, quia cancellatio in ea facta exiſtimatur creditoris voluntate ſiuè reperiatur penes eum, ſeù penes tertium ad tex. *in l. ſi chirographum*

phum 24. *ff. de probat. & in l. falſo* 84. *§. qui tabulas, & ibi Bart. & alij ff. de furt. & in l. ſabeo* 2. *ff. de pact. & not. Alex. in l. ſi vnus* 12. *poſt num.* 7. *C. de teſtam.* vbi teſtatur de magis communi Doctor. opinione, quem refert, & ſequitur *Maſcar. de prob. d. concl.* 256. *num.* 10. *lib.* 1.

Limita tertiò d. concluſionem, vt habeat locum, quando vltra inuentionem libri, inſtrumenti, ſeù ſcripturæ, in qua adeſt raſura, cancellatio, ſeù falſitas, concurrat etiam intereſſe, vel commodum illius, apud quem liber, ſcriptura, ſeù inſtrumentum fuit inuentum, aliàs ſecùs, vt dixit *Rot. apud Card. Caualer. decif* 82. *num.* 8. *& ſeq.* quem refert, & ſequitur *Vermigliol. d. conſ.* 197. *num.* 2. & dixi ego *d. alleg. Forenſ.* 91. *num.* 40.

A D D I T I O.

N. 1. VBi habetur, quod falſitas in ſcriptura præſumitur commiſſa ab eo apud quem illa fuit reperta adde *Ciriac. d. contro.* 637. *num.* 5. *qui num.* 40. *&* 55. dicit, hoc non procedere, quando illa fuit reperta apud plures perſonas, vti habetur etiam *hic num.* 2.

S V M M A R I V M.

1 *Intendens inſtrumentum, vel teſtes redarguere de falſo poteſt interrogare producentem, vt reſpondeat an illis vti velit pro veris, cum illos velit redarguere de falſo, & producens tenetur clarè, & præcisè reſpondere.*

Quod verè ſufficiat reſpondere conditionatè tenent aliqui Doct. n. 2.

Et eò magis tenetur reſpondere præcisè, quando ei fuit aſſignatus terminus ad ſe informandum, num. 3.

Siuè producens, ſit informatus veriſimiliter de falſitate, ſiuè non. num. 4.

Licèt contrarium teneant aliqui Doctores, num. 5.

Eoque magis tenetur præcisè reſpondere, quando ita inſtatur ex aduerſo, num. 6.

Et ſi interrogatus reſpondeat dubitatiuè inſurgit præſumptio falſi, n. 7.

Valet reſponſio velle vti donec fuerit certificatus de falſitate, num. 8.

Iudex tamen tenetur aſſignare terminum ad ſe informandum, n. 9.

Petens verò reſponderi debet ſe declarare velle inſtrumentum redarguere de falſo ſpecificando locum præciſum, num. 10.

Et declaratio eſt facienda per principalem, non autem per Procuratorem, n. 11.

Pendente autem d. declaratione non eſt procedendum ad vlteriora, num. 12.

Reſpondens autem nolle vti excuſatur a pœna, num. 13.

Interrogatio ſupradicta fieri poteſt ſolum per partem, non autem per Iudicem, n. 14.

Reſponſio verò nolle vti, quomodo ſit concipienda habet, n. 15.

R E S O L V T I O VIII.

Intendent Inſtrumentum, vel Teſtes redarguere de falſo an poſſit interrogare producentem, an illis vti velit pro veris, & quomodo producens teneatur reſpondere.

1 INtendens aliquod inſtrumentum, ſcripturam, vel teſtem in iudicio contra ſe productos redarguere de falſo, poteſt in qualibet parte iudicij interrogare producentem, vt ſe declaret, an illud, ſeu illos velit habere pro verò, ſeù veris, quia intendit illud, ſeù illos de falſo redarguere, & d. interrogationi ipſe aduerſarius tenetur clarè, præcisè, & abſque vlla proteſtatione reſpondere, & ſe declarare, vt tradunt *Lap. allega.* 119. *num.* 1. *& ſeq.* vbi hanc concluſionem latè comprobat, & dicit illam veriorem, & in practica ſeruatam, *Maran. in pract. par.* 6. *acta* 8. *num.* 38. *Clar. in pract. §. falſum, verſ. vtens dicto &c. & verſ. vtens falſo, &c. & ibi Baiar. num.* 123. *et ſeq. Menoch. de arbit. caſu* 315. *num.* 22. *Scacc. de iudic. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 490. *et ſeq. Ant. de Ball. tract. crim. lib.* 3. *caſu* 7. *num.* 1. *et ſeq. et nu.* 29. *Farin. de falſ. et ſimul. quæſt.* 159. *nu.* 59. *et* 67. *Ricci. Collect.* 298. *Gratia diſcep. foren. cap.* 752. *n.* 15. *par.* 4. late *Poſt. de manut. obſer.* 100. *in prin.* vbi alios quamplures adducit, ita ſentientes, *Morot. conſ.* 84. *num.* 9. *et ſeq. Guazzi. defen.* 28. *cap.* 14. *num.* 6. *Giarba conſ.* 5. *num.* 6. *et Rota deciſ.* 364. *in prin. poſt ſec. vol. conſ. Farinac.*

2 Licet contrarium, imò reſponſionem non præciſam, ſed conditionatam admittendam eſſe tenuerint *Specul. in tit. de inſtrum. edit. §. videndum reſtat. num.* 2. *et ſeq. Bald. in l. ſi aduerſarius* 3. *in fin. C. de fide inſtrum. Crau. conſ.* 46. *num.* 11. *Auguſt. ad Angel. de maleſ. in verb. Falſario poſt num.* 44. & alij quos referunt, & ſequi videntur *Addent. ad Rot. deciſ.* 1. *litt. A. verſ. altera fuit etc. poſt* 1. *vol. conſ. Farinac.* & quando agitur de facto alieno *Ant. de Bal. d. caſu* 7. *num.* 21.

3 Amplia primò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando producenti inſtrumentum, vel teſtes fuit à Iudice aſſignatus terminus ad ſe informandum, an inſtrumentum, vel teſtes producti ſint falſi, nec ne, quia tunc elapſo d. termino tenetur præciſam afferre reſponſionem, vt tenent *Afflict. deciſ.* 189. *num.* 4. vbi dicit, ita in illo Sac. Conſilio fuiſſe reſolutum *Boſſ. in pract. in tit. de falſ. num.* 155. vbi teſtatur de communi opinione, *Clar. in pract. in d. §. falſum, verſ. vtens falſo &c.* vbi pariter teſtatur de communi, & quod ita vſus obſeruat, *& ibi Baiar. num.* 135. plenè *Adden. ad Rot. deciſ.* 1. *poſt* 1. *vol. conſ. Farinac. verſ. declaratur primò &c.* vbi alios adducit concordantes *Bertazol. conſ.* 406. *num.* 3. *et ſeq. lib.* 2. *et ibi Claud. in fin.* dicens ita fuiſſe iudicatum *Guazzin. defen.* 28. *cap.* 14. *num.* 8. *Cancer var. reſol. par.* 1. *cap.* 20. *num.* 59. *Poſt. de manut. d. obſer.* 100. *num.* 2. *et Rot. d. dec.* 364. *n.* 2. *poſt ſec. vol. conſ. Farinac.*

4 Subam-

4 Subamplia d. primam ampliationem, vt etiam interrogatus aſſignato ei termino ad ſe informandum teneatur præciſè reſpondere, & ſinè proteſtatione ſiuè producens inſtrumenta, vel teſtes ſit veriſimiliter informatus de prætenſa falſitate, ſiuè non, vt not. *Clar. in d. § falſum, verſ. vtens falſo &c.* vbi dicit ita ſeruari in praxi, *Bertaz. conſ. 406. num. 6. lib. 2.* vbi dicit contrariam opinionem eſſe reiectam, *& Adden. ad Rot. d. deciſ. 1. poſt 1. vol. conſ. Farinac. verſ. & licèt Angelus &c.* vbi teſtatur de communi opinione, & alios dant concordantes, *& Guazzin. defenſ. 28. cap. 14. num 8.* ſi potuit ſe in termino informare, vt ibi per eum.

5 Dicat contrarium quod imò interrogatus non teneatur præciſè reſpondere, quando non eſt veriſimiliter informatus voluerint *Natt. conſ. 635. n. 4. & ſeq. par. 4. Canter. var. reſ. par. 1. cap. 20. nu. 59. verſ. quam communem &c.* vbi hanc dicit opinionem æquiſſimam, *Poſt. de manut. d. obſer. 100. num. 9.* qui non loquuntur quando fuit aſſignatus terminus ad ſe informandum, & in hanc opinionem inclinat *Rota relata poſt deciſ. 1. poſt 1. vol. conſ. Farin.*

6 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt eò magis interrogatus, an velit vti inſtrumento, vel teſtibus exhibitis pro veris teneatur præciſè reſpondere, quando pars petit, & inſtat, producentem ad præciſè reſpondendum cogi, & ſi reſponſioni non præciſè factæ non acquieſcat, vt tradunt *Afflict. d. deciſ 389. num. 3. & ſeq.* vbi dicit ita fuiſſe in illo Senatu iudicatum, *Menoch. de arbitr. caſu 315. nu. 22. Adden. ad Rot. d. deciſ. 1. poſt. 1. vol. conſ. Farinac. verſ. declaratur ſecundo,* vbi alios dant concordantes, licèt in fine hanc ampliationem dubiam appellent *Guazzin. defen. 28. cap. 14. ſub num. 6. Giurb. d. conſ 5. num. 11.* vbi limitat, niſi interrogatus alleget probabilem ignorãtiæ cauſam, vt ibi per eũ.

7 Amplia tertiò d. concluſionem, quod ſi producens inſtrumentum, vel teſtes fuerit pluries interrogatus, an eis vti velit, & eis reſpondeat ſemper ſuboſcurè, & dubitatiuè, contra eum inſurgat aliqua ſuſpicio falſi, vt poſt *Lap. Feli. & Neuiza.* per eum adductos not. *Menoch. de præſum. lib. 5. præſ. 20. num. 33. Genua de ſcrip. priu. lib 1. quæſt. 6. dubit. 6. num. 46. & Morot. d. conſ. 84. num. 10.*

8 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in reſponſione, velle vti inſtrumento, vel teſtibus pro bonis, donec fuerit legitimè certificatus de contrario, vel quatenus teſtes ſint boni, & veritatem dicant, quia d. reſponſionem eſſe admittendam, niſi detur ſcius de falſitate voluerunt *Adden. ad Rot. d. deciſ. 1. poſt 1. vol. conſ. Farinac. in fin. Gratian. diſcep. Foren. cap. 752. num. 35. & 36. par. 4. Poſt. de manut. d. obſeru. 100 num. 13 & Rot. d. deciſ. 364. num. 3. poſt 2. vol. conſ Farinac.* & apud *Buratt. deciſ. 532. num. 1. & 2.*

9 Declara primò d. concluſionem, vt Iudex teneatur terminum aſſignare producenti inſtrumento, vel teſtes ad deliberandum, ſeù ſe informandum antequam reſpondere teneatur, ſi illum petat, vt not. *Afflict. d. deciſ. 389. nu. 4. Gabr. comm. concl. de maleſ. concl. 7. num. 6. Clar. in pract. in §. falſum verſ. vtens falſo &c.* plenè *Adden. ad Rot. d. deciſ. 1. poſt 1. vol. conſ. Farinac. verſ. iſte autem &c.* vbi dicunt, illum eſſe aſſignandum etiam ad inſtantiam reſpondere petentis, & *Poſt. de manut. d. obſeru. 100. num. 2.* vbi dant concordantes.

10 Declara ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum dummodò reſponderi petens declaret cauſam ſuæ petitionis, quia ſcilicet intendit inſtrumentum, vel teſtes redarguere de falſo, & etiam quam partem inſtrumenti, vel examinis teſtium, alias non tenetur præciſè reſpondere, vt docent *Gabr. comm. concl. de maleſ concl. 7. num. 9. Farinac. de falſit. & ſimul. quæſt. 159. num. 77. & ſeq. Gratia. diſcep. foren. cap. 752. num. 37. et 38. par. 4. Baiar. ad Clar. §. falſum num. 131.* vbi dicit, d. declarationem faciendam eſſe quò ad teſtes, non quò ad inſtrumenta *Guazzin. d. defen. 28. cap. 14. in princ. Poſt. de manut. d. obſer. 100. num. 3. & ſeq.* vbi alios adducit concordantes, quibus addo *Coſt. de iur. & fact. ſcien. & ignor. cent. 2. diſt. 83. num. 8.*

11 Declara tertiò d. concluſionem, vt declaratio ſupradicta facienda ſit per principalem, non autem per Procuratorem, niſi habeat mandatum ſpeciale, vt adnotatum *Menoch de arbitr. d. caſu 315 num. 25. Farin. de ſimul. & falſit. d. quæſt. 159. num. 24. & 80. Gratian. diſcep. Foren. d. cap. 752. num. 39 Guazzin. d. defen. 28. cap. 14. num. 5.* vbi dicit etiam interrogationem prædictam eſſe faciendam ab ipſo principali, non autem à Procuratore, *Baiar. ad Clar. in d. §. falſum, num. 128. & ſeq.* vbi requirit mandatum in indiuiduo, & dicit non ſufficere mandatum cum libera, & idem neceſſarium eſſe ad interrogandum *Ant. de Bal. caſu 7. num. 24 & Poſt. d. obſeru. 100. num. 12.* vbi admittit mandatum generale, cum libera, vt ibi per eum.

12 Declara quartò d. concluſionem, vt pendente dicta interrogatione non poſſit in cauſa ad vlteriora procedi cum per iudicium intentandum de falſo præiudicetur iudicio intentato, vt not. *Rimin. Senio. conſ. 294. lib. 2.* quem refert, & ſequitur *Gratian.* benè comprobans *diſcep. foren. cap. 531. num. 83. par. 3.* & poſt eum *Poſt. de manut. d. obſeruat. 100. num. 4.*

13 Declara quintò d. concluſionem, quod ſi interrogatus ad velit vti inſtrumento, vel teſtibus pro veris reſpondeat, quod non vult vti, excuſatur à pœna ex vſu falſi inſtrumenti, & falſorum teſtium, niſi tamen conſtructio falſi, vel falſitatis inſtructio non ſit admixta, de quo vide *Menoch. de arbitr. d. caſu 315. per tot. Farinac. de falſ. & ſimul. d. quæſt. 159. num. 35. & ſeq. & nu. 51. Caball. reſol. crim. caſu 144. per tot. cent. 2. Hond. conſ. 91 lib. 2. per tot. Guaz. defen. 28. cap 14. num. 9. Giurba conſ. 5. num. 20. & ſeq. & Vermigl. conſ. 410. in fin.*

14 Declara poſtremò d. concluſionem, vt interrogatio prædicta, an quis velit vti inſtrumento, vel teſtibus, ſeù ſcriptura pro veris fieri poſſit ſolum per partem, non autem fieri valeat per Iudicem, ne reus indirectè per concuſſionem diſtrahatur à probationibus ſuis, vt poſt *Rimi. Sen. conſ. 569. per tot. & Clar. in pract. §. falſum num. 15. in fin.*

per

per eum relatos tradit *Vermigl. conſ. 139. num. 6.*

15 Addo pro coronide, quod interrogatus, an velit vti inſtrumento, vel teſtibus, qui vult renunciare ne in ſuſpicionem ſe, vel ſuos teſtes, vel Notarium inducat, non debet ſimpliciter dicere, nolle vti, ſed debet dicere, ex quo non putat d. teſtes, ſeù d. inſtrumentum ei fore ad victoriam cauſæ neceſſario, vel neceſſarium illorum, ſeu illius viui cedit, vt docent *Boſſ. in pract. in tit. de falſ. num. 319. Luc. Pet. in pract. Capitol. lib. 2. cap. 12. num. 6. Poſt. de manut. d. obſeru. 100. num. 15.* vbi alios dat concordantes, & dicit, tutius eſſe, hanc declarationem facere per Procuratorem generalem cum libera, quam per ſe ipſum, vt ibi per eum, & ita faciendum eſſe d. declarationem tradit etiam *Ant. de Bal. tract. crim. lib. 3. caſu 7. num. 29. ex Bal. in l. fin. col. vlt. C. ſi ex falſ. inſtrum.*

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod interrogatus an vti velit Inſtrumento, vel teſtibus pro iuris, quia illius vult redarguere de falſo tenetur præciſe reſpondere adde *Pract. Ridolph. par. 2. cap. 4. num. 85. & ſeq.* vbi duas dat diſtinctiones, & præcipue, quod ſi pars non aſſignat cauſam falſitatis admittitur reſponſio, velle vti pro bono donec de contrario doceatur, ſi vero illam aſſignat dando de ea ſummum, & tunc tenetur præciſe reſpondere, & ſe declarare, dicens, ita practicari, & ita tenet etiam *Rota apud Zuff. de left. proc. crim. deciſ. 55. num. 10.*

SVMMARIVM.

1 *Falſitas vt excludatur, omnis alia præſumptio, & interpretatio eſt ſumenda.*

Etiamſi d. interpretatio eſſet aliquantulum extranea, num. 3.

Et verba dubia interpretanda ſint, vt non importent falſitatem, n. 4.

2 *Interpretatio ſemper facienda eſt, per quam delictum excluditur.*

5 *Actus, qui poteſt ſe habere ad falſum, & non falſum, interpretatur pro non falſo.*

6 *Falſitatem non fuiſſe commiſſam in dubio eſt iudicandum.*

RESOLVTIO IX.

Ad excludendam falſitatem quæ interpretatio ſit facienda.

1 FAlſitas vt excludatur, omnis alia præſumptio eſt ſumenda, & omnis alia interpretatio eſt facienda, vt tradunt *Clar. in pract. §. falſum, num. 36.* vbi teſtatur de communi opinione, & alios dat concordantes, *Menoch. de præſum. lib. 5. præſum. 20. num. 2. Gabr. conſ. 180. num. 16. lib. 1. Hond. conſ. 109. num. 57. lib. 1. Odd. conſ. 73. num. 50.* vbi teſtatur hanc eſſe communem Doctorum opinionem, latè *Farinac. de falſit. & ſimul. quæſt. 153. num. 193.* vbi alios refert ita ſentientes quampluros, & *conſ. 164. num. 10. lib. 2. Vermigl conſ. 236. num. 4. & conſ. 244. num. 13. & conſ. 256. num. 20. & conſ. 281. num. 12.* vbi dicit, Iudicem id facere debere etiam ſupplendo, & ſubaudiendo, vt ibi per eum, *Hodler. contro. foren. cap. 38. num. 20. Rota deciſ. 607. num. 4. par. 1. recent.* & dixi ego *alleg. foren. 88. num. 2. & allegat. 89. n. 25. & allegat. 91. num. 29.*

2 Interpretatio enim illa ſemper eſt facienda, per quam delictum excluditur, *Guazzin. defen. 29. cap. 1. num. 4. & ſeq. Capic. Latr. deciſ. 13. num. 4. lib. 1. Vermigl. conſ. 90. num. 9. & conſ. 129. nu. 11. Paul. Rub. de validit. legat. cap. 16. num. 86. Rota deciſ. 121. num. 2. & deciſ. 234. num. 9. poſt ſec. vol. conſ. Farinac.* & dixi latius infra in verb. *Interpretatio, Reſol. 1 in princ.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt ad euitandam falſitatem omnis interpretatio ſit facienda, etiamſi illa eſſet aliquantulum extranea, vt not. *Doctor. communiter in l. 1. ff. de noui oper. nunc. & in cap. cum tu 16. de teſt. Menoch. de præſ. d. lib. 5. præſum. 20. n. 3. Farinac. de falſit. & ſimul. d. quæſt. 153. num. 199 & ſeq.* vbi dicit ad dictum effectum eſſe faciendam interpretationem per multiplicationem actuum, & perſonarum, vt ibi per eum, & *conſ. 164. num. 16. lib. 2. Paul. Rub. de valid. legat. cap. 28. num. 10. & ſeq. Vermigl. d. conſ. 244. num. 13. & conſ. 281. num. 12. Rota d. deciſ. 607. num. 4. par. 1. recent.* & dixi ego *d. alleg. 91. num. 29. & alleg. 100. num. 12.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt ad euitandam falſitatem verba dubia interpretanda ſint, vt non importent falſitatem, imò ſint impropriãda, vt docent *Foller. in pract. in ver. Item quod commiſit falſitatem num. 14. Franc. Becc. conſ. 78. num. 12. & 32. lib. 1. Gabr. d. conſ. 180. num. 16. lib. 1. Maſc. de prob. concl. 145. num. 4. lib. 1.* plenè *Farinac. de falſit. & ſimul. d. quæſt. 153. num. 194. & ſeq.* vbi ampliat, vt ad d. effectum omnis diſtinctio ſit facienda, loci, temporis, & perſonarum, & omnis ſubtilitas ſit adhibenda, vt ibi per eum, *Honded. d. conſ. 109. num. 19. lib. 1.* & dixi ego *alleg. 80. num. 27. & alleg. 100. num. 10.* quibus addo ita ſentientes *Ciriac. d. contr. 131. num. 46. et ſeq. Vermigl. conſ. 236. num. 4. & conſ. 281. num. 12. & Paul. Rub. d. cap. 28. num. 10. & ſeq.*

5 Amplia tertiò d. concluſionem illatiuè, vt actus, qui poteſt ſe habere ad falſum, & non falſum, interpretari debeat pro non falſo, vt tradunt *Gabr. conſ. 180. num. 16. lib. 1.* vbi alios dat concordantes *Hond. conſ. 99. num. 25. lib. 2. Franc. Marc. deciſ. 93. num. 5. par. 1. Farin. de falſit. et ſimul. quæſt. 153. n. 197. Paul. Rub. de valid. legat. cap. 28. num. 10. et ſeq.* & dixi ego *alleg. for. 89. n. 16. et alleg. 100. n. 13.*

6 Amplia quartò d. concluſionem, vt in dubio iudicandum ſit, falſitatem non fuiſſe commiſſam, vt adnotarunt *Honded. d. conſ. 109. num. 57. lib. 1.* vbi alios dat concordantes, *Farinac. de falſit. et ſimul. d. quæſt. 153. num. 192. et ſeq. et conſ. 88. num. 29. lib. 1. et Ciriac. d. contr. 121. n. 46.*

ADDITIO.

N. 2. VBi habetur, quod ad excludendum falſitatem omnis interpretatio eſt facienda, etiam ſi ſit aliquantulum extranea adde *Ciriac. contr. 637. num. 22. & ſeq.* vbi dicit, ad excludendam falſitatem eſſe facienda n. diſtinctionem loci, temporis, ſcripturarum, præſumendum eſſe pluralitatem actuum, alterationem ſcripturæ, præſumi factam per accidens, vt latius idem per eum nu. 74. & ſeq. & contro. 616. num. 43. tom. 4.

N. 6. Vbi habetur, quod in dubio eſt iudicandum falſitatem non fuiſſe commiſſam adde *Ciriac. d. contr. 637. num. 21. & contr. 606. num. 3. tom. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Notarius inquiſitus de falſo poteſt interim inſtrumenta conficere.*
Licèt contrarium tenuerint aliqui, nu. 3.
Etiamſi Notarius eſſet de falſo conuictus, n. 4.
Sequuta tamen condemnatione eis diminuitur de fide, nu. 5.
Non tamen poteſt inſtrumenta conficere poſt condemnationem, num. 6.
Licèt ſententia illum expreſsè, non priuet facultatem inſtrumentandi, n. 7.
Quod verò ſit neceſſaria expreſſa priuatio tenent aliqui, num. 8.
Condemnatio autem de delicto extra officium Notarium non priuat. num. 9.
2 *Notarius proceſſatus de falſo non cenſetur priuatus officio ipſo iure.*
10 *Notarius condemnatus de falſo poteſt publicare inſtrumenta priùs confecta.*

RESOLVTIO X.

Notarius inquiſitus de falſo an interim poſſit de inſtrumentis ſe rogare.

1 NOtarius inquiſitus de falſo poteſt interim pendente proceſſu de inſtrumentis ſe rogare, quæ ſunt valida, licèt poſtea Notarius in pœnam falſi condemnetur, vt tradunt *Bart. in l. barbarius 3. num. 17. & ibi Bald. & Iaſ. ff. de offic. prætor. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 73. verſ. Notarius condemnatus etc.* vbi teſtatur de communi opinione, *Pacian. de probat. lib. 2. cap. 21. num. 91. et ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione, & latè comprobat, *et cap. 22. num. 1. et 2.* vbi dixit, hanc eſſe magis communem Doctorum opinionem, quem vnà cum alijs pluribus refert, & ſequitur *Farinac. de falſit. et ſimul. quæſt. 155. num. 64. et ſeq.* vbi dicit, indiſtinctè poſſe Notarium ſe rogare de inſtrumentis pendente proceſſu, ſiue contra eum procedatur per accuſationem, ſeu per inquiſitionem, quicquid aliqui ibi contrarium voluerint, vt ib. per eum, cum quibus pertranſeunt *Capt. conſ. 627. num. 16. lib. 1. et Gait. de credit. cap. 3. tit. 1. num. 774. et ſeq.* latè *Surd. conſ. 6. num. 15. et ſeq. lib. 1.* & ſentit expreſsè *Rota inter conſ. Farinac. 5. lib. 1. deciſ. 1. num. 17. et ſeq. deciſ. 2. num. 36. et ſeq. et deciſ. 3. num. 42. et ſeq.*

2 Notarius enim proceſſatus de falſo non cenſetur priuatus officio Notariatus ipſo iure, ſed requiritur ſententia condemnatoria, cum pœna priuationis ipſo iure nunquam incurratur, niſi hæc ſit in iure expreſſum *Capic. deciſ. 121. num. 23. Clar. in pract. in d. quæſt. 73. verſ. Notarius condemnatus &c.* vbi teſtatur de communi opinione *Gait. d. tit. 1. num. 774. & ſeq.* & tradit expreſsè *Rota* diſcuſſo articulo inter *conſ. Farinac. 5. d. deciſ. 1. num. 17. et ſeq. et deciſ. 2. num. 36. et ſeq. et deciſ. 3. num. 42. et ſeq.* vbi dantur concordantes, & reſoluitur d. concluſionem procedere non obſtante, quod Notarius committendo falſitatem dicatur delinquere in officio.

3 Quicquid contrarium voluerit *Bald. in l. in exercendis 15. num. 8. in fin. C. de fide inſtrum.* cum quo pertranſit *Pacia. de prob. d. lib. 2. cap. 21. num. 134.* quando proceditur contra Notarium per inquiſitionem, ſecus ſi per accuſationem, cum contra eos adſit communis opinio de qua ſupra.

4 Amplia d. concluſionem, vt habeat locum, etiamſi Notarius eſſet conuictus de falſo, quia adhuc poteſt interim ſe de inſtrumentis rogare, cum nulla lege reperiatur cautum, quod Notarius ſit priuatus officio ob delictum ante ſententiam declaratoriam, vt voluerunt *Capic. d. deciſ. 121. num. 23. Gait. de credit. d. cap. 3. tit. 1. num. 774. & ſeq. et Rouit. ad pragm. 3. de notar. num. 6.* & requiri omninò ſententiam condemnatoriam voluit *Rot. in d. deciſ. inſertis in d. conſ. 5. Farinac. d. deciſ. 1. num. 17. & ſeq. et deciſ. 2. num. 36. et ſeq. et dict. deciſ. 3. num. 42. & ſeq.*

5 Declara primò d. concluſionem, quod licèt inſtrumenta Notarij inquiſiti de falſo interim valeant, vt ſupra ſequuta tamen de eo condemnatione diminuuntur aliquantulum de illorum fide, vt not. *Bart. in d. l. barbarius 3. num. 17. ff. de offic. præt. Bal. in d. l. in exercendis 15. num. 8. C. de fide inſtrum. & Ancar. in cap. fraternitatis 4. num. 2. de hæret.* quos refert, & ſequitur *Farin. de falſit. et ſimul. d. quæſt. 155. num. 66.* & not. etiam *Surd. d. conſ. 6. num. 15. & ſeq.*

6 Declara ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum in inſtrumentis rogatis per Notarium pendente proceſſu, & accuſatione, ſecus tamen eſt in rogatis poſt condemnationem ipſius de falſo, quia illa non valent, cum Notarius poſt condemnationem non valeat de illis amplius ſe rogare, vt not. *Ang. de maleſ. in ver. qui D. Iudex videns &c. num. 34. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 73. num. 4.* vbi teſtatur de communi opinione, *Oſaſch. deciſ. Pedem. 107. num. 11. Maſcar. de probat. concl. 1003. num. 45. lib. 3.* plenè *Farinac. de falſ. & ſimul. quæſt. 155. num. 33. et plur. ſeq.* vbi innumeros ferè adducit concordantes de communi opinione atteſtantes, & firmat etiam latè *Gait. de credit. d. cap. 3. tit. 1. num. 653. et ſeq.* vbi alios dat concordantes quamplures, *et Surd. d. conſ. 6. num. 6. lib. 1.*

7 Amplia d. ſecundam declarationem, vt ad priuan-

nandom Notariū facultate ſe rogandi de inſtumētis noo requiratur ſententia expreſſiua priuationis officij Notariatus, ſed ſufficiat ſimplex ſententia condemnatoria in pœnam falſi, vt tradunt *Bald. in d.l.in exercendis 15.num.7 C.de fide instrum. Franc. Marc.deciſ.668.num.1. & ſeq.par.1. & deciſ. 299. num.2.par.2. Bertaz conſ.21.num.1.lib.1.Pacian.de prob.lib.2.cap.22.num.10. & ſeq.* plen. *Farinac.de falſit. & ſimul.quaeſt.155. num. 39.* vbi alios dat concordantes, *Gait.de cred.d cap.3.tit.1.num.658 & num.776.* vbi alios adducit ita ſentientes *Ronit. ad pragm.3. de notar. num.6.* optime *Rota* inſerta inter *conſ.5. Farinacc.deciſ.2. num.38. & ſeq.* vbi hanc dicit communem opinionem, & *deciſ 3.num. 46. & ſeq.* vbi dantur concordantes *lib. 1.*

8 Quicquid contrarium voluerint, imo requiri ſententiam priuatoriam officij, vt Notarius non poſſit conficere inſtrumenta, & non ſufficere ſimplicem ſententiam condemnatoriam de falſo, *Neu.de bannit. in 4.par.1.temp.quaeſt.51. num.151. Foller.in pract. in ver. banniantur num. 39.* & alij relati per *Farinac. in d. quaeſt. 155. num. 40. & per Gait. de cred.in d.cap.3.tit.1.num.656.* contra quos adeſt communis opinio, de qua ſupra.

9 Limita primò d. declarationem ſecundam, vt habeat locum prout loquitur poſt condemnationem de falſo commiſſo in officio, ſecùs ſi ſit condemnatus de alio delicto extra officium commiſſo etiā ſi ex d.delicto ei irrogetur infamia, quia illius inſtrumento eſſent valida, cum ſufficiat, quod ſit fidelis in officio ſec. *Bart.in l.ſi quis ex argentarijs, 6.§.cogentur num.1. & ibi Alberic.num.5. Ang. nu. 1. Caſtr. ſub num.3. Iaſ. num.15. & Alex.num.9.ff. de eden. Rimin.Iun. conſ.185.num.17.lib. 2.* plenè *Farinac.de falſit. & ſimul. quaeſt. 155. num. 57. & ſeq.* vbi dat concordantes quamplures, & hanc limitationem multipliciter ampliat, & limitat, vt ibi per eum, & tradit etiam *Surd.d.conſ.6. num.12 lib.1.* latè comprobans, *& conſ.173.ſub num.104. lib.2.* & ſentit *Hodier. contr.forenſ. cap. 38. num. 64. & ſequen.*

10 Limita ſecundò d. ſecundam declarationem, quod licèt Notarius poſt condemnationem de falſo non poſſit ſe amplius rogare de inſtrumentis, ita vt illa non valeant, non tamen prohibetur perficere, & publicare inſtrumenta confecta ante condemnationem, cum illa ſint valida, vt tradunt *Bertaz. conſ.521. num.35. lib. 2.* vbi teſtatur de vera, & communi opinione, *Batar. ad Clar. §.falſum num. 245.* vbi pariter de communi latè *Farinac. de falſit. & ſimul. d. quaeſt.155. num.43.* vbi alios adducit ita ſentientes quamplures *Surd.d.conſ 6.ſub n. 13. lib.1. Adden.ad Rotam deciſ.110. littera B. poſt 1. vol.conſ.Farinac. Rota deciſ. 220. num.2. poſt ſec. vol.conſ.Farinac.*

S V M M A R I V M.

1 *Cancellatio verborum in inſtrumento non arguit falſitatem ſi verba poſſunt legi.*

Nec quando ex praecedentibus, & ſequentibus verus ſenſus colligi poteſt, n.2.

Quae habent locum etiam in raſura facta in ſcriptura, n.3.

Quod tamen non placet Farinac. & Genuae *relatis, num. 4.*

R E S O L V T I O XI.

Cancellatio verborum in inſtrumento an arguat falſitatem dum verba poſſunt legi.

1 Cancellatio verborum in corpore inſtrumenti, ſeù ſcripturae reperta non arguit falſitatem, quando verba cancellata poſſunt legi *Crau.conſ.73.nu. 15. Vrſell.ad Afflict.deciſ.vlt.num.7. Batar. ad Clar.§.falſum num.200. Adden.ad Alba.conſ.224. littera K. par.2. Farin. conſ. 164. num.1 & conſ.179. num.10. lib.2. & de falſit. & ſimul. quaeſt 153.num. 42. & num. 94. & Genua de ſcrip. priu. lib.1. quaeſt. 6.princ. dubit. 2. num.21. & Vermigl. conſ 240. num.10.*

2 Amplia primò d.concluſionem, vt habeat locum etiam quando ex praecedentibus, & ſequentibus verbis rectus, & verus ſenſus colligi poteſt, quia tunc cancellatio falſitatem non arguit, nec vitiat inſtrumentum, nec ſcripturam, vt adnotarunt *Natt.conſ.132. num.2. lib.1. Pariſ. conſ. 28. num. 46. lib. 2. Adden. ad Alba.d.conſ.224. littera L. in fin. Maſcar.de prob.concl.257. num.4. lib.1. & concluſ.1254. num.19 lib.3.* plene *Farinac.de falſit. & ſimul. quaeſt. 153. num. 8..* vbi quamplures alios adducit concordantes more ſuo, *& d. conſ. 179. num. 10. lib.2. & Genua de ſcript. priu lib.1. quaeſt. 6. princ. dubit.2.num.16. & dubit.3. num.8. & dubit.4. num.14.*

3 Amplia ſecundò d.concluſionem, vt habeat locum etiam in raſura, quae non arguit falſitatem, nec tollit fidem ſcripturae quando illa non obſtante poteſt legi, quod prius erat ſcriptum, vt voluerunt *Crauet.d.conſ.73. num.15. Vrſel.ad Afflict. d.deciſ. vlt. num 7. Batar. ad Clar. in d. §. falſum. num.200. Adden.ad Alba. dict.conſ.224. littera K. part. 2.*

4 Licèt de hac ſecunda ampliatione dubitet per eum adductam *Farinac.de falſit. & ſimul. d. quaeſt. 153. num.95.* cum quo pertranſit per eandem rationem *Genua de ſcrip. priu. d.lib.1. quaeſt.6. princ. dubit.4. num.29.*

S V M M A R I V M.

1 *Sindicus, Maſſarius, Barbitonſor, vel Chirurgus diminuentes, vel aggrauantes qualitatem delicti in eorum relatione tenentur pœna falſi.*

RESO-

RESOLVTIO XII.

Sindicus, Maſſarius, Barbitonſor, vel Chirurgus diminuentes, vel aggrauantes qualitatem delicti in eorum relatione an teneantur pœna falſi.

1 Sindicus, Maſſarius, Barbitonſor, ſiuè Chirurgus, ſi referendo maleficium commiſſum ad inſtantiam alicuius aggrauant, vel diminuunt qualitatem delicti, vt ſi referant, vulnus non eſſe mortale, cum eſſet mortale, & è contra, tenentur pœna falſi, vt tradunt *Bart. in l. Cornelia 9. §. qui delatorem, num. 1. ff. de falſ. Bald. in l. duobus 28. §. fin. ff. de iureiur. Angel. de malef. in ver. necnon ad denunciationem, num 25. ver. quæro ſindicus &c.* quos refert, & ſequitur etiam *Farinac. de accuſat. quæſt. 10. num. 55. in fin.* & poſt eum *Guazzin. defen. 3 cap. 13. num. 32* & quòd illi grauiter puniantur tradunt *Adden. ad Ambroſ. in proc. inform. lib. 1. cap. 1. num. 18.*

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod Sindicus denuncians delictum ratione officij ſi illud aggrauet, vel exculpet tenetur pœna falſi adde Quod Sindicus non tenetur denunciare delicta, quæ ſunt impunibilia *Farinac. conſ. 205. num. 45. & ſeq. lib. 3.* vbi teſtatur de communi opinione, maximè ſi notoriè ſint talia, & neque illum teneri denunciare delicta leuia, vt ibi per eum, *num. 45.* licet illum teneri denunciare etiam delicta impunibilia voluerint *Bart. & alij ibi num. 44.*

SVMMARIVM.

1 *Teſtis deponens falſum contra fiſcum ad defenſam rei non punitur pœna ordinaria falſi.*

2 *Fiſcus in pœnalibus dicitur agere de lucro captando cum iactura alterius.*

RESOLVTIO XIII.

Teſtis deponens falſum contra fiſcum ad defenſam rei non punitur pœna ordinaria falſi.

1 TEſtis deponens falſum contra fiſcum ad defenſam rei inquiſiti non punitur pœna ordinaria falſi, ſed extraordinaria tantùm Iudicis arbitrio, vt tradunt *Foller. in pract. in ver. item quod commiſit falſitatem, num. 7. Boſſ. in pract. in tit. de falſ num. 138. Farinac. conſ. 115. num. 5. & num. 25. lib. 2.* vbi alios dat concordantes, & dicit, hanc eſſe communem Doctorum opinionem, & in tract. de teſtib. quæſt. 67. num. 18. & ſeq. *Cabal. reſol. crim. caſu 38. num. 1. & ſeq. cent. 1. & caſu 165. num. 23. & ſeq. cent. 2* vbi dicit, ita ſe ſum pluries ſeruaſſe, & ſeruari vidiſſe *Baiar. ad Clar. §. falſum, num. 32. & ſeq.* vbi dicit, contrarium ſeruari in Regno Neapolitano ob frequentiã falſitatum, latè *Guazzin. defen. 28. cap. 18. num. 11. Garb. conſ. 71. num. 4. Morot, conſ. 61. in fin. Capic. Latro deciſ. 172. num. 36. lib. 2.* qui alios dant concordantes & *Ant. de Bal. tract. crim. lib. 3. caſ. 7. n. 17*

2 Fiſcus enim in pœnalibus agit de lucro captando cum alterius iactura, & ideo nihil ei aufertur, nec aliquod ei affertur nocumentum, vt tradunt *Marſ. in l. 1. §. præterea, n. 8. ff. ad leg. Iul. de ſicar. Guazz. d. def. 28 cap. 18. nu. 11. & alij Doctores ſupra adducti.*

SVMMARIVM.

1 *Teſtis, qui dubitatiuè depoſuit, non poteſt redargui, quod falſum dixerit.*

Quicquid contrarium, quò ad teſtem deponentem per verbum Credo, *voluerint aliqui, n. 3.*

2 *Teſtis deponens dubitatiuè ſuper facto, de quo dubitat, iurat verum.*

4 *Teſtes deponetes dubitatiuè, nõ poſſunt dici cõtrarij.*

RESOLVTIO XIV.

Teſtis qui dubitatiuè depoſuit an poſſit redargui quod falſum dixerit.

1 TEſtis, qui in eius examine dubitatiuè depoſuit, non poteſt redargui, quòd falſum dixerit, vt tradunt *Ang. conſ 25. num. 4. Alex. conſ. 156 num. 12. in fin. lib. 5. Surd. conſ. 12. num. 43. in fin. lib. 1. Odd. conſ 25. num. 23.* vbi dicit quod teſtis deponens dubitatiuè non dicitur mendax *Decian. tract. crim. lib. 6. cap 11. num. 26.* vbi dicit, quod teſtis, qui non iurauit aſſertiuè, ſed per verbum *Credo*, & ſic dubitatiuè, non dicitur periurus, & idem tradit *Farinac de teſtib. quæſt. 97. num 69.* vbi dicit, vix credere poſſe dari caſum, in quo teſtis deponens de credulitate, & ſic dubitatiuè de facto conuinceretur per rationem ibi adductam, *& in tract. de falſit. & ſimul. quæſt. 160. num. 88. & 217. Guazzin. defen. 28. cap. 13. num. 15. verſ. quòd depoſuerit &c. Ciriac. contr. 407 num 184. Caren de Offic. S. Inquiſ par. 3. tit. 6. n. 84. & 85. & Rota deciſ. 73. ſub num 4. poſt 1. vol. conſ. Farinac. & apud Gregor. XV. deciſ. 290. num. 6.* & dixi ego *allegat. foren. 100. num. 1.*

2 Teſtis enim, qui deponit cum iuramento dubitatiuè ſuper facto, de quo ipſe dubitat, verum iurat, vt poſt *Angel. Silueſt. Nauar. Sair. & Suarez* per eum relatos ſcribit *P. Sanch in præcep. Decal. lib. 3. cap. 4. num. 8.* & ideò nulla pœna iurrare poteſt, maximè, cum d. teſtis ſemper ſaluari poſſit, aſſerendo, *quomodocumque ſe veritas habeat, ego ita credebam, vel mihi viſum fuit, & ſimilia,* vt declarant, *Farinac. de teſt. d. quæſt. 67. num. 69.*

3 Quicquid contrarium quo ad teſtem deponentem per verbum *Credo* voluerint Doct. relati per *Farinac. d. quæſt. 67. nu. 66. per Baiar. ad Clar. §. falſum num. 34. et per Michal. de poſit. cap. 41. num. 1.* quorum opinio locum habere poteſt in reſponſionibus ad poſitiones per d. verbum *Credo*, quod in d. caſu non eſt dubitatiuum, ſed expreſſiuum veri-

ratis,

ſtitis, aliàs ſecùs, vt declarat idem *Michal, d. cap. 41. in prin. & cap. 40. num 1. & 2.* & dixi ego *in d. alleg. foren. 100. num. 2. ver. quicquid &c.*

4 Amplia d. concluſionem, vt teſtes plures deponentes dubitatiuè puta de eorum iudicio, vel cum dictione in circa, & ſimilia non poſſint dici inter ſe contrarij, vt voluerint *Rota apud Gregor. XV. deciſ. 558. num. 1. et num. 4.*

SVMMARIVM.

1 Teſtis, qui falſum depoſuit negando ſe conſanguineum, inimicum, pauperem, & ſimilia punitur pœna extraordinaria.

Etiam ſi qualitates negatæ non tollant fidem teſti, num. 2.

Et etiam ſi teſtis deponat falſum in acceſſorijs, num. 3.

Itaut d. teſtis non ſolum puniatur, ſed etiam nullam faciat probationem, n. 4.

Declara, vt num. 5.

Teſtis falſus ſuper acceſſorijs, quando puniatur vel probet, num 6. remiſſiuè.

RESOLVTIO XV.

Teſtis qui falſum depoſuit negando ſe conſanguineum, inimicum, pauperem, & ſimilia qua pœna puniatur.

1 TEſtis, qui falſum depoſuit ſuper interrogatorijs negãdo ſe cõſanguineum, affinem, inimicum, pauperem, ſollicitatorem, & ſimilia, ſi re vera talis erat, puniri debet pœna extraordinaria crimine ſtellionatus Iudicis arbitrio, non autem pœna falſi ordinaria, vt tradunt *Gram. deciſ 43. num. 5. Boſſ. in pract. in tit. de falſ. num. 148. Gabr. comm. concl de malef. concl. 4. num. 8. Magon deciſ. Lucen. 43. num. 24. & ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione, latè *Farin. de teſt. q. 67. n. 129. & ſeq.* vbi alios dat concordantes quamplures *Vulpel. conſ. 138. n. 6. & ſeq. Menoch. de arb. caſ. 307. n. 1. 2. & ſeq. Cabal. reſ. crim. caſ. 34. n. 5. & 6. cent. 1.* vbi dicit, non eſſe veriſimile, coniunctos ſanguine cognationem, ſeù affinitatem ignoraſſe, & quod ipſe ita practicauit, & plures refert ita ſentientes, & *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 6. n. 70.* Dicta enim falſitas non cadit ſuper negotio principali, & eius ſubſtantialibus, ſed ſuper accidẽtalibus, & appendicijs, vt dicit *Guaz. def. 19. cap. 2. n. 9.* & ideò nec mirum ſi non punitur pœna ordinaria, ſed extraordinaria tantùm propter temeritatem, & mendacium, vt aduertunt *Magon. d. dec. 43. n. 24 Cabal d. caſ. 34. nu. 6. et Vulpel. d. conſ. 138. num. 6. & ſeq.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiamſi conſanguinitas, affinitas, & ſimilia negata per teſtem ſit in remotiori gradu, itaut non diminuat fidem teſti, quia adhuc teſtem illum negantem eſſe aliqualiter puniendum, licèt probet in reliquijs voluerunt *Maſcar. de prob. concl. 743. n. 10. lib. 2. Farin. de teſt d. qu. 67. n. 132. Tiraq. de iud. in rebus exign. foren. ver. vigeſimo ſexto etc. et Cabal. reſ. crim. d. caſu 34. n. 5. cent. 1.* vbi dantur concordantes.

3 Amplia ſecundò d. concluſionem generaliter, vt habeat locum etiam in teſte, qui falſum depoſuit in acceſſorijs, quem pariter puniendum eſſe pœnam extraordinariam Iudicis arbitrio crimine ſtellionatus adnotatunt *Plot. de in lite iur. §. 44. ſub n. 12 Viui com. opin. in ver. Teſtium dicta non reprobantur in fin* vbi teſtatur de communi opinione *Peguer. deciſ. 19. n. 5. Farin. de teſt. d. q. 67. n. 157.* vbi alios refert ita ſentientes, *Cabal. d. caſu 34. num. 6 cent. 1. et Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 6. num. 69.*

4 Amplia tertiò d. concluſionem, vt teſtis, qui negat ſe conſanguineum, inimicum, pauperem, & ſimil. dum re vera talis eſſet, vt ſupra non ſolum puniatur pœna extraordinaria, verum etiam illius depoſitio non valeat, & in omnibus proſternatur, vt not. *Franc. Curt. de teſt cap. 7. n. 6. Alber de Malet. de teſt. cap 7. ſub n. 42. Burſ. conſ. 69. nu. 33. lib. 1. et conſ. 331. n. 12. lib. 3.* vbi teſtatur de communi opinione, *et Petr. de fideic. cap. 12. n. 218. et nu 1313. et ſeq.* quem refert vna cum alijs pluribus; & ſequitur *Faric. de teſt. d q. 67. n. 126.* vbi dicit ab hac opinione non eſſe recedendum, & contrariam opinionem habere locum, quando interrogatoria, ſuper quibus teſtis falſum depoſuit ſunt omninò impertinentia, nec ad cauſã facientia, vt ibi per eũ cũ quibus pertraſit *Caren. de Off. S. Inquiſ. p. 3. t. 6. n. 71.*

5 Declara d. tertiam ampliationem, vt habeat locum, quando talis negatio teſtis, vel affirmatio facit ad cauſam, ſeù tribuit, vel tollit fidem teſti, ſecus tamen eſt ſi non faciat ad cauſam neque tangat fidem teſtis, quia tunc in alijs teſtem probare poſt *Anan. Innoc. Ancar. Io: Andr. Hoſt. & Abb in cap. fraternitatis 4. de haret.* & alios per eũ relatos declarat *Far. de teſ. d. q. 67. n. 131. et ſeq* & voluit etiã *Cab. d. caſ 34. n. 5.* & ſentiũt *Add. ad Greg. XV. dec. 537 in fin.*

6 Quando verò teſtis falſus non ſuper negocio principali, ſed ſuper circũſtantijs, & accidentalibus puniatur, & probet in alijs nec ne diſtinguit *Farin. de teſt. d. q. 67. n. 135. et ſeq. et in conſ 189. n. 9. lib. 2.* nec non *Capic. Latr. deciſ. 73. n. 38. et ſeq. par. 1. Adden. ad Greg. XV. d. deciſ. 537. in fin. et Ant. de Bal. tract. crim. lib. 3. caſu 12. num. 39.* ipſos conſulas.

ADDITIO.

N. 1. VBi quæritur, quod teſtis deponens falſum ſuper acceſſorijs puniatur, vel probet in alijs adde Vide etiam *Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 11. num. 32.*

SVMMARIVM.

1 Teſtes inter ſe contrarij licèt non probent non tamen puniuntur de falſo.

Quicquid contrarium teneant aliqui, n. 2

Quod procedit, quando teſtes ſunt ſicut inde pares, aliàs ſecùs, n. 3

Poteſt tamen Iudex ob ſuſpicionem contra eos procedere, n. 4

5 Teſtes dicuntur contrarii, quando ſibi contradicant in ſubſtantialibus, aliàs ſecùs.

Dicuntur autem contrarij, quando ſibi contradicunt in loco, & tempore, n.6.

Et quando diſcordant in verbis ſi agatur de probanda formalitate verborum, n.7.

Non dicuntur tamen contrarij ſi vnus deponat plus altero, num.8

Vel ſi contrarietas ſit modica, n.9.

Quicquid aliqui contrarium teneant, n.10.

RESOLVTIO XVI.

Teſtes inter ſe contrarij licet non probent, an etiam puniantur de falſo.

1 TEſtes inter ſe contrarij, licèt non probent, non tamen puniuntur de falſo cum non conſtet, quis nã ex eis falſum depoſuerint, vt tradunt *Boſſ. in pract. in tit. de tortur. teſt, num. 14.* vbi reprobat *Aret.* qui contrarium tenuit, *& in tit. de oppoſ. contra teſt, num. 16. Clar. in pract. §. falſum. 9. conuincitur etiam &c. Rimin. Iun. conſ. 344. n. 58. lib. 3. Menoch. de præſum. lib. 5. præſum. 22. num. 18. & Farinac. de teſt. quæſt. 65. num. 6.* vbi hanc opinionem dicit veriorem eſſe, & magis communem, & contrariã eſſe falſam, & quamplures dat concordantes, & ita voluit etiam *Gurb. conſ. 23. n. 13.* & quod teſtib. contrarijs ſtantibus neutri credatur dicit *Ant. de Bal. tract. crim. lib. 1. quæſt. 16. num. 4. Vermigl. conſ. 131. num. 8. et 12.*

2 Quicquid contrarium tenuerint *Aret. conſ. 71. col. pen.* vbi teſtatur de communi opinione, & *Simanch. de hæret. tit. 64. num. 62.* quos refert, & reprobat *Farinac. de teſt. in d. quæſt. 65. num. 5. & 6.*

3 Declara primò d. concluſionem, vt habeat locũ, quando teſtes ſibi inuicem contradicẽtes ſunt hinc inde pares, quia tunc cum non conſtet, vt dixi, quis nam ex eis falſum dixerit, ideo puniri non poſſunt, ſecus tamen eſt, quando vna probatio alteri præponderat, vt ſi plures teſtes contradicant vni, vel plures paucioribus, quia tunc pauciores puniuntur vti periuri, & falſi, vt declarant *Boſſ. in pract. in tit. de oppoſ. contr. teſte. num. 13. & ſeq.* vbi dicit, ita vidiſſe pluries practicari, *& in tit. de tort. teſti. num. 15. Clar. in d. §. falſum verſ. conuincitur etiam &c. et Petra de fideic. quæſt. 12. num. 109t,* quem refert, & ſequitur *Farinac. de teſtib. d. quæſt. 65. num. 7. et ſeq.* vbi dicit id eſſe verum, quando probatio præponderat in numero teſtium, non in dignitate, vt ibi per eum, *& in conſ. 44. num. 8. in fin. lib. 1. & conſ. 138. num. 16. lib. 2.* & ſentit *Anto. de Ball. tract. crim. lib. 1. quæſt. 16. num. 3.*

4 Declara ſecundò d. concluſionem, quod licèt teſtes inter ſe contrarij non poſſint puniri de falſo vt ſupra cum tamen ob contrarietatem dicantur ſuſpecti de falſo, *Far. conſ. 50. n. 19. l. 1.* poteſt ideò Iudex cõtra eos inquirere, illos carcerare, & aliquãdo contra magis ſuſpectos deuenire ad torturã, vt voluerunt *Boſſ. in pract. in tit. de oppoſ. contra teſt. n. 16. & in tit. de falſ. n. 24.* vbi dicit, ita vidiſſe practicari, & non diſſentit *Clar. in d. §. falſum, ver. conuincitur etiam &c.* & poſt eos benè declarat *Farinac. de teſt. d. quæſt. 65. num. 9.*

5 Declara tertiò d. concluſionem, vt teſtes propriè dicantur contrarij inter ſe quando in ſubſtantialibus ad inuicem ſibi contradicunt, ſecus tamen eſt ſi ſolum ſint contrarij in accidentalibus, & in circumſtantijs omninò remotis, & extrinſecis, vt declarant *Maſc. de prob. concl. 859. n. 18. & ſeq. lib. 2.* vbi teſtatur de communi opinione, *& concl. 1361. n. 5. lib. 3.* plenè *Far. de teſt. q. 65. n. 10. & ſeq.* vbi quãplures adducit concordantes de cõmuni, & magis communi opinione fidem facientes. & dicit, contrarietatem tunc dici in ſubſtantialibus quando illa reſpicit articulata, & idem ſcribit *in q. 79. n. 14. & conſ. 50. n. 22. lib. 1. & conſ. 146. n. 10. lib. 2. Guaz. def. 19. c. 2. n. 6.* vbi alios pariter adducit ita ſentientes, *Borell. in ſum. dec. tom. 2. tit. 12. n. 9.* quem refert & ſequitur *Care. de Offic. S. Inqu. par. 3. tit. 6. n. 46. & Calderin. de hæret. lib. 2. cap. 190. num. 61. & ſeq. Rot. apud Gregor. XV. deciſ. 248. num. 13. & deciſ. 351. num. 29. & deciſ. 547. num. 9. & deciſ. 558. nu. 8.*

6 Subdeclara primò d. tertiã declarationẽ, vt teſtes in ſubſtantialibus dicãtur inter ſe ſe cõtrarij, quãdo diſcordant in loco, & in tempore, vt euenit in teſtibus *Suſannæ,* vt not. *Farin. de teſt. d. q. 79. n. 14. Guazzin. d. def. 19. cap. 2. n. 9.* vbi dicit, ſecus eſſe, ſi contrarietas ſit circa cognomen, pronomen, patriam, conſanguinitatem, & ſimilia, *Borell. d. tit. 12. n. 5. & Caren. de Off. S. Inquiſ. d. tit. 6. num. 47.*

7 Subdeclara ſecundò d. tertiam declarationem, vt teſtes dicantur eſſe contrarij in ſubſtantialibus, quando diſcordant in verbis, ſi agatur de probanda formalitate verborum, vt puta in blaſphemia, & ſimil. vt docent *Baiar. ad Clar. §. fin. qu. 25. nu. 16. & ſeq.* quem refert, & ſequitur *Guaz. d. def. 19. c. 2. n. 7. & ſeq. Far. de teſt. d. q. 65. n. 28. & conſ. 50. n. 17. lib. 1. & conſ. 55. n. 75. & conſ 193. n. 90. lib. 2. Souſa in Aphor. Inqu. lib. 2. cap. 6. §. 1. n. 15.* quẽ refert, & ſequitur *Care. de Off. S. Inqu. p. 3. t. 6. n. 47. ver. itẽ quando &c.*

8 Subdeclara tertiò d. tertiam declarationem, vt teſtes non dicantur contrarij, quando vnus depoſuit plus altero, cum ſtare poſſit, quod vnus audierit, vel viderit, quod alter non vidit, nec audiuit, vt tradunt *Berta. conſ. 101. n. 11. lib. 1. Curt. de teſt. concl. 6. n. 29 Maſc. de prob. concl. 1361. n. 6. lib. 3.* vbi teſtatur de communi opinione plenè *Far. de teſt. d. q. 65. n. 11.* vbi quamplures dat concordantes, qui de communi opinione teſtantur, & *n. 15.* dicit, hanc ſubdeclarationem non habere locum, quando teſtes loquerentur taxatiue, quia tunc intraret contrarietas, vt ibi per eum, *& d. conſ. 50. nu. 22.* cum quibus pertranſeunt *Giur. conſ. 63. n. 29. Car. de Off. S. Inq. d. par. 3. tit. 6. n. 47. ver. item quando &c. Cyriac. contr. 407. num. 153. & Rot. apud Gregor. XV. deciſ. 351. num. 22. & deciſ. 578. num. 4.*

9 Subdeclara quartò d. tertiã declarationẽ, vt modica contrarietas non veniat attendenda ſec. *Gram. conſ. 36. n. 4. & conſ. 39. n. 6. & conſ. 50. n. 30. Rol. conſ. 33. n. 6. & ſeq. lib. 2. Gabr. conſ. 53. n. 4. lib. 1. Maſcar. de prob. concl. 1361. num. 5. lib. 3. Farinac. de teſtib.*

quæſt.

quæſt.65. num.34. vbi more ſuo alios dat concordantes quamplures, & dicit, hanc ſubdeclarationem eſſe communiter receptam per Doctores, & *conſ 50.n.22.lib.1.* & modicam variationem non eſſe attendendam, ſcripſit *Guazzin.def 19.cap. 2. num.7.* alios adducens ita ſentientes, & bene comprobat *Tiraq.de iudic. in reb. exig. verſ. vigeſimo octauo &c.*

10 Quicquid contrarium ten eat *Bald.in l.de quibus 3 c. num 38, in l.lect.ff.de legib.Bero.in cap.licet cauſam 9.poſt num.37. de prubat. & Montiel. relat.per Farin in d.quæſ.l.65. num.35.* contra quos adeſt communis opinio de qua ſupra.

ADDITIO.

N.I. VBi habetur, quod teſtes non dicuntur contrarij quando vnus deponit plus altero addc *Cyriac.conſtrou.616. num.42.tom.4.*

SVMMARIVM.

1 *Teſtis deponens falſum ſinè iuramento eſt puniendus pœna falſi, ac ſi iuraſſet.*

Licèt contrarium teneant aliqui Doctores, n.2.

Pœna autem in d.caſu erit extraordinaria, non ordinaria. num.3.

Licèt aliqui contrarium teneant, num.4.

RESOLVTIO XVII.

Teſtis deponens falſum ſine iuramento an puniatur pœna falſi.

1 TEſtis deponens falſum in iudicio ſinè iuramento puniri debet pœna falſi, ac ſi iuraſſet, vt tradunt *Bart. in l.ſi quis legatam 6. num.4.ff.ad leg. Cornel.de falſ.Alex.in l. argentarius 10. ſ.cum autem, num6. ff.de eden.* vbi teſtatur de magis communi opinione. *Boſſ.in pract. in tit.de falſ. n.163.ver.quæro quando teſtis,etc.Sna. in Theſaur.com.opin.litt.I. num.257.* vbi hanc dicit communem opinionem, *Ludou.deciſ.Lucen.15.n.74 Clar in pract.§ falſum, num.16.& ibi Baiar.nu 61. Maſc.de prou.in præfat.quæſt.5.num.106. lib.1.Farin.de teſt.quæſt.67.num. 169.* vbi alios dat concordantes *Cabal.reſol.crim. caſu 38.num.2.& caſu 69.per tot. cent. 1. Guazzin.deſen.14.cap.8. in prin. & Ant.de Ball. tract.crim. lib.3. caſu 7.num.11.* vbi de veriori.

Cum dictum teſtis ſinè iuramento, licèt ſit inualidum habeat tamen debitam formam, & ſit verè teſtimonium, & offendat aures iudicis, & iuramentum non ſit de ſubſtantia teſtimonij, cum illud poſſit remitti a partibus, vt docet *Bart.in d.l.ſi quis legatum 6.nu.3.& ſeq ff.ad leg. Cornel de falſ.* quem ſequitur *Guazzin.d.defenſ.14.cap 8.in princip* addo *Mancin.de tortura.par.4.effect.236. num.3.*

2 Licèt contrarium voluerint *Bald.in l.1.num.1.& ſeq. C.de ſepul.viola.& in c.1.n.5.in tit.ſi de inueſt.* Reſol.Crim. *inter dom.& agna. lis fuerit &c. Crau.in com opin lib.2.cap.17. quæſt 21.* vbi teſtatur de communi opinione, & alij relati per *Farinac.de teſt.d.quæſt. 67. num.194. & ſeq.* vbi hanc contrariam opinionem limitat quatuor modis, & primò, quando teſtis iurauit, & Notarius omiſit ſcribere iuramentum, ſecundo, quando iuramentum fuit nullum, & non ſolemniter præſtitum, tertiò quando teſtis eſt talis, vt ei credatur ſinè iuramento, & quartò, quandò iuramentum eſſet a partibus remiſſum, vt ibi per eum.

3 Declara d.concluſionem, & ita concordantur opiniones, vt illa habeat locum quo ad pœnam extraordinariam tantum, non autem quoad ordinariam, quia illi non eſt locus in d.caſu, vt tenuerunt *Plot.de in lite iur. §.44.n.10.Ludo.d.deciſ.Lucen.15 n.75.* vbi teſtatur de veriſſima opinione, *Gabr.cum. concl.de maleſ concl.5. nu.15.verſ.contrarium,&c. & num.18. Bertaz. conſ.47. num. 2. & ibi Adden. litt.A.* vbi teſtatur de frequentiori, & receptiori practicata opinione, *Baiar.ad Clar.d.§ falſum.n.61* qui pariter hanc dicit magis communem opinionem, late *Farinac. de teſt. d. quæſt. 67. num. 197. Guazzin.d.deſen.14. cap.8. num.4.* qui alios dant concordantes, *Ant.de Bal.tract.crim.lib.3. caſu 7. num.11.* vbi teſtatur de veriori opinione *& Poſt.de man.nut. obſern 84. num.13.*

4 Quicquid contrarium tenuerit *Barboſ. de Epiſc. alleg.51. nu.26.* alios adducens, contra quos adeſt magis communis opinio, de qua ſupra.

ADDITIO.

N.I. VBi habetur, quod teſtis deponens falſum ſine iuramento puniatur de falſo, ac ſi iuraſſet adde *Zuff.de legitt. proceſſ.crim.quæſt.37. num.4. & quæſt.38.num.21.* vbi dicit, illum puniri pœna extraordinaria, vt habetur etiam hic num. 3.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis deponens verum, quod ipſe ignorabat, punitur pœna falſi.*

Et idem eſt in teſte deponente verum, ſed credente dicere falſum, n.2.

Et in teſte deponente falſum, ſed credente dicere verum, n.3.

Contrarium tamen tenent plures Doct. n.4.

Et idem eſt in teſte deponente pro vero, quod audiuit a fide digno, n.5.

Licèt aliqui teneant contrarium, n.6.

Teſtes tamen prædicti puniuntur pœna extraordinaria tantùm, n.7.

RESOLVTIO XVIII.

Teſtis deponens verum quod ipſe ignorabat an puniatur pœna falſi.

1 TEſtis deponens verum, quod tamen ipſe ignorabat, puniri debet pœna falſi, vt tradunt *Nell.d teſt. num.235. Adden. ad Bertaz.conſ 194.lit.A.lib.1.Rim.Iun.conſ.113.n.41 lib.2.Farinac.de teſt.quæſt. 67.n. 70.* vbi alios dat con-

concordantes, *Cabal.reſ.crim.caſu 38.num.2.cent.1, Guazzin.defen.14.cap.8.num 2.Giurb.conſ.64.n.29.* qui loquitur in ſubocuante teſtem ad deponendum verum ſibi incognitum, & d.teſtem eſſe periurum, & falſum in fortioribus terminis poſt *Ang. Silueſt.Nauar.Suarez & Sair* per eum relatos tradit *P. Sanch.in prac.Decal.lib.3.cap.4. num.8.* & d. teſtem deponentem verum ſibi incognitum eſſe puniendum dicit etiam *Capic.Latr.deciſ.172.num.53. par.2,* necnon *Ant.de Bal.tract.crim.lib.3. caſ.7.n.10.* addo eundem *Farinac. conſ.115.num.6. & nu.13.& ſeq.lib.2. & Ciriac.contr.407. n.225.*

Teſtis enim deponens verum, quod ipſe non ſciebat, & erat ei ignotum, licèt non dicatur teſtificari falſum, dicitur tamen falsò deponere, & ideò nec mirùm, ſi propter temeritatem, & depoſitionem contra propriam conſcientiam venit puniendus ſaltem extraordinariè, vt infra dicetur, vt declarat *Ancar. conſ 24. num.5. Cabal.d.caſu 38.num.1.* vbi alios dat concordantes & *Anton.de Ball. d. lib.3. caſu 7. num. 10.*

Amplia primò dict.concluſionem, vt habeat locum etiam in teſte deponente verum, ſed credente dicere falſum, quem puniri de falſo voluerunt *Marta. in cap.1. num.63.de crim.falſ. & Farinac.de teſtib. d. quaeſt. 67. num. 73.*

Amplia ſecundò d concluſionem, vt habeat locum etiam in teſte deponente falſum, ſed credente dicere verum, quem adhuc puniri de falſo, voluerunt quamplures Doct.quos refert,& ſequitur *Gab.côm. concl.de maleſ.concl.33. num.2 verſ.declara &c. & num.5.* vbi dicit, hanc eſſe magis communem Doctorum opinionem, quam ſequitur *Farinac.* quod pœnam extraordinariam, vt infra dicetur, *de teſt. d.quaeſt.67.num 87. & ſeq. & conſ.18. num.11.lib.1.* vbi teſtatur de communi opinione, & alios dat concordantes, *& conſ.44. num.17.eod. lib.1.*

Licèt contrariam opinionem quando credulitas eſt iuſta tenuerint *Boſſ.in pract.in tit.de falſ. num.137. Monticel.reg.crim.15. num.93. & ſeq.* & alij relati per *Gabr.d.concl.33.num.1. & 2. & ſeq. verſ. contrarium,& num.6,* cum quibus, quando credulitas eſt iuſta, pertranſeunt *Farinac.in d.conſ 44.num.17 in fin. & conſ.60. num.133. lib. 1. & Vermigl. conſ. 250. num. 7.* & iurantem falſum, quod præmiſſa debita diligentia putat eſſe verum, vacare culpa comprobat *P.Sanch.in prac.Decal.lib.3. cap.4.n.14*

Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in teſte deponente, ſe ſcire, quod tantùm audiuit, puta, a viro fide digno, qui ſi falſum dixiſſe reperiatur, puniri debet pœna extraordinaria propter temeritatem, vt poſt *Anan in cap.1. num. 16. de crim. falſ.* per eum relatum docet *Farin.de teſt. d quaeſt. 67. num.94.* & teſtem non poſſe iurare in iudicio, certo ſcire auditum à fide digno, voluerunt etiam *P.Sanch.in prac.Decal. lib.3. cap. 4. num.13.* benè comprobans. *& P.Dian.in ſumm.in verb.Teſtis, num.4. idem Farin. conſ.125.n.9.lib.2*

Licèt contrarium tenuerint *Boſſ.in pract in tit.de falſ. num.170.Rmin.Iun.conſ.113. num.37 lib.2.* & alij relati per *Farin.in d.quaeſt.67. num.91.*

10 Declara d. concluſionem vnà cum ampliationes ſeq. vt habeat locum, quo ad pœnam extraordinariam, tantùm ſecùs verò quo ad ordinariam, quia illi in d caſibus non eſt locus, vt adnotarunt *Gabr. comm.concl.de maleſ d.concl.33.n.5.& 6. Farin.de teſt. d.quaeſt.67.n.72. & 73. & n.88. et conſ.115. n.6, et n.12. et ſeq.lib.2.Guaz.d. def.14. cap.8. n.4.* vbi alios dat concordantes, et *Anton.de Bal.tract. crim. d.lib.3. caſu 7. num. 10.*

S V M M A R I V M.

1 *Teſtis accipiens pecuniam, vt ſe examini ſubijciat poteſt puniri de falſo, etiam non probato, quod falſum depoſuerit.*

Ita vt præſumatur, quod falſum depoſuerit, etiamſi id non probetur, n.2.

Quod procedit etiam in teſte, qui accipit pecuniam, vt verum dicat, num.3.

Quo tamen ad pœnam extraordinariam tantũ, num. 4.

Et in teſte accipiente pecuniam, vt in iudicio non deponat, num. 5.

Ita vt teſtis pecuniã accipiens, nec probet, n.6

Contra tamen d teſtes non intra, niſi pœna extraordinaria, n.7.

Maximè, quando conſtat aliundè de veritate depoſitionis teſtis, n 8.

Si tamen teſtis deponat præcibus inductus nullam incurrit pœnam, num.9.

Neque, quando teſtis recipit pecuniam pro expenſis, et viaticis, n 10.

R E S O L V T I O XIX.

Teſtis accipiens pecuniam, vt ſe examini ſubijciat an puniatur de falſo etiam non conſtito, quod falſum depoſuerit.

1 TEſtis, qui recipit pecuniam ad hoc, vt ſe examini ſubijciat poteſt de falſo accuſari, & puniri, etiam non probato, quod falſum depoſuerit, vt tradunt *Bart.in l 1.in princ.ff.de falſ. et in l.diuus 33.nu 7.et ibi Iaſ.nu.21. ff.de re iudic.Clar.in pract. §.falſum, ver. ſed quid è conuerſo etc.* vbi loquitur quo ad pœnam extraordinariam, & plures dat concordantes, etiam de communi opinione atteſtantes, *Farinacc. de teſt. quaeſt 67. num.238.Giurb.conſ.64.num.25.Caren.de Off.S.Inqui.par.3.tit.6.n.74.* & ita ſentit etiam *Caual.in ſpecul comm.contra comm.quaeſt.178.in fin.*

Teſtis enim accipiendo pecuniam pro teſtimonio ſerendo, & veritate dicenda, quod gratis tenetur facere turpiter illam accipit *l.ſi ob ſtuprum §.ſi tibi, et ibi gloſ.ff.de condi.ob turp.cauſ Caren. de Offi. S. Inquiſ.d.tit.6. num.74.in fin. Ant.de Bal. tract.crim.*
2 *lib.4.quaeſt.26.n.65.et ſeq.* ita † vt illam accipiendo in dubio præſumatur, quod falſum depoſuerit etiã quod non probetur, quod id fecerit, vt not. *Boſſi.*

in

in pract. in tit. de oppoſ. contra teſt. num. 129. propè fin. & num. 148. in fin. Soar. in Theſ. recep. ſent. lit. T. num. 253. vbi teſtatur de communi opinione, *Farinac. in d. quæſt. 67. num. 237. & conſ. 131. num. 33. lib. 2.* vbi de eo nunc, & alij Doct. ſupr. adducti.

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in teſte, qui recepit pecuniam, vt ſe examini ſubijciat, qui punitur de falſo, etiam ſi illam acceipiat, vt verum dicat, cum gratis veritatem dicere debeat ad tex. *in l. 1. §. 1. ff. de falſ.* & not. *Ancar. Anan. Imol. Aret. Butr. & Dec. in cap. 1. de teſt. Angel. de maleſ. in verſ. falſario num. 19. & ibi Adden. Nol. de teſt. nu. 203.* reprehendens *Dec. in conſ. 89.* contrarium tenentem, *Ant. Gomez. ad leg. Taur. 83. num. 11. Mynſing. obſerv. 67. num. 4. cent. 6. Farinac. de teſt. d. quæſt. 67. num. 240. Guazzin. defenſ. 14. cap. 8. num. 3.* latè *Giurba conſ. 64. num. 27.* alios adducens concordantes, *Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 6. num. 74. & Ant. de Bal. d. quæſt. 26. nu. 65.* & dixi ego *alleg. forea. 88. num. 5.*

4 Declara d. primam ampliationem, vt habeat locum quo ad pœnam talis extraordinariam, vt latius dicam infra *num. 7.* non autem quò ad pœnam ordinariam, ad quam imponendam ſola præſumptio receptionis pecuniæ non eſt ſufficiens, maximè quando fuit recepta pro veritate dicenda, cum tunc intret pœna ob pecuniam turpiter receptam tantùm, vt declarant *Menoch. de arbitr. caſu 310. in princ. Farinac. de teſtib. d. quæſt. 67. num. 239. & num. 242. Caren. de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit 6. ſub num. 74. & Giurb. d. conſ. 64. n. 28. verſ. ego verò &c.*

5 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt teſtis puniatur, non ſolùm recipiendo pecuniam pro ferendo teſtimonio, ſed etiam illam accipiendo, ne teſtimonium ferat, licèt onus teſtificandi priùs in ſe non aſſumpſiſſet *d. l. 1. §. 1. ff. de falſ. l. 3. §. lege Iulia. ff. de teſtib.* & adnotarunt *Boſſ. in pract. in tit. de falſ. num. 163. Farin. de teſt. d. quæſt. 67. num 247. & ſeq.* vbi dicit, d. teſtem ſi non fuit examinatus non puniri pœna falſi, ſed alia mitiori, & alias ſubuertit declarationes, *Cabal. d. reſol. crim. caſu 55. num. 5. cent. 1.* vbi alios dat concordantes, *Caren. de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 6. num. 74.* cum quibus pertranſit *Menoch. de arb. caſu 310. num. 12.*

6 Amplia tertiò d. concluſionem, vt teſtis pecunia corruptus non ſolùm puniatur, vt ſupra, verum etiam ſi depoſuerit veritatem, nec probet ad tex. *in cap. 1.* & ibi not. *gloſ. Anan. Bellam. Aret. Felin. Abb. & Dec. de teſtib. Maſc. de prob. concl. 1358. in prin. vol. 3.* plenè *Farin. de teſt. quæſt. 67. num. 23[illegible]* vbi alios dat concordantes, & teſtatur de communi opinione, *Mynſing. d. obſer. 67. num. 3. cent. 6. & Giurb. d. conſ. 64. num. 27.* vbi alios pariter adducit ita ſentientes, & dicit, ſecùs eſſe, ſi teſtis precibus ſit inductus ad teſtificandum, vt ibi per eum.

7 Declara d. concluſionem vnà cum ampliationibus ſeq. vt habeat locum in pœna falſi extraordinaria tantum, non autem in ordinaria, ad quam incurrendam ſola pecuniarum receptio tantùm ſufficere videtur, vt declarant *Clar. in pract. §. falſum ver. quid è conuerſo,* vbi vult, teſtem in d. caſu vti ſuſpectum poſſe torqueri, an falſum dixerit, & ſi in tortura ſubſtinuerit, poſſe in pœnam extraordinariam condemnari ob pecuniam turpiter acceptam, vt ibi per eum, *Menoch. de arbitr. d. caſu 310. num. 1. & ſeq. Farin. d. quæſt. 67. num. 242. & ſeq.* dicens, neque intrare pœnã ſtatuti falſum punientis *Guaz. d. defen. 14. cap. 8. num. 4. Cabal. d. caſu 55. nu. 5.* vbi non diſtinguit inter pœnam ordinariam, vel extraordinariam, *Giurb. d. conſ. 64. n. 28. verſ. ego vero &c. & Car. de Offic. S. Inqu. d. par. 3. tit. 6. n. 74. in fin.*

8 Amplia primò d. declarationem, quæ ferè eſt eadem cum declaratione ſupra poſita ad primã ampliationem *num. 4.* vt eò magis habeat locum, quando conſtat aliunde de veritate depoſitionis teſtis, qui pecuniam recepit, vt veritatem deponat, quia tunc d. teſtis non poteſt dici verè falſus, licèt ob receptionem pecuniæ crimine non careat, ita vt ſolùm puniri poſſit pęna extraordinaria, non quia falſum depoſuit, ſed quia pecuniam turpiter accepit, vt dixi, pro eo, quod tenetur gratis facere, vt tradunt *Dec. in d. cap. 1. num. 4. & ſeq. de teſt. Boſſ. in pract. in tit. de falſ. nu. 149. & ſeq. Clar. in d. §. falſum, ver. ſed quia è conuerſo &c. ante finem* & apertè adnotauit *Farin. de teſt. d. quæſt. 67. num. 246.* & alij Doct. adducti ſupra *in d. num. 4.*

9 Declara ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum in teſte deponente, & ſe examini ſubijciente, recepta pecunia, ſecùs tamen eſt, ſi id faciat precibus inductus, quia tunc nulla intrat pœna, cum liceat teſtem alloqui, & illum rogare ad teſtificandum, & veritatem dicendam, vt voluerunt *Alex. conſ. 78. num. 17. lib. 2. Vulp. conſ. 10. n. 3. & conſ. 11. num. 3. Ant. Gomez ad leg. 83 Taur. num. 11. Felic. alleg. 10. n. 46. par. 1. Giur. d. conſ. 64. n. 27 in fin. Add. ad Greg. XV dec. 570. lit. A. Far. d. q. 67. n. 266 Vermi. conſ. 309. n. 23.* vbi vult, poſſe teſtem citra delictũ quo ad rogantem perſuadi ad deponendam veritatem, non ſolum precibus, ſed etiã precio ex *Rot. apud Greg. XV. dec. 351. n. 24* vt ibi per eum, & quòd liceat teſtes precibus inducere ad deponendam veritatem dixit etiã *Rot. apud Merl. de pign. dec. 87. n. 5*

10 Declara tertiò d. concluſionẽ, vt non habeat locum in teſte recipiente pecuniam pro expenſis, & viaticis, quando cogitur accedere de lõginquo ad ſe examinandũ, cum tunc non poteſt intrare aliqua ſuſpicio falſi, nec corruptio, cũ nemo teneatur proprijs expenſis militare, & ſic nulla intrat pœna contra eum, vt benè declarant *Menoch. de arbit. d. caſu 310. n. 10. & ſeq.* vbi dicit, in d. caſu Iudicem animaduertere debere, ne d. ſolutio pro expẽſis ſit exceſſiua, & fraudolẽta, & teſti poſſe aliquid dari poſt examen, dummodo pactio non præceſſerit, vt ibi per eum, cum quo concordat *Far. de teſt. d. q. 67. n. 270. & ſeq.* vbi vult, vt debeatur pecunia etiã pro operis omiſſis, nec non *Giur. d. conſ. 64. n. 28. Vermi. conſ. 460. n. 11.* vbi dicit, expenſas teſti deberi in eũdo, redeundo, & ſtando, vt ibi per eũ, *P. Leß. de iuſt. iur. lib. 2. c. 14. n. 65. & Carc. de Offic. S. Inq. p. 3. t. 6. n. 74* vbi vult expenſas eſſe ſubminiſtrandas iuxta qualitatem perſonæ ipſius teſtis, ita vt veniat etiã equus ſi qualitas perſonæ id expoſtulet, vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis, qui falſum iurauit, puniri poteſt ab eo Iudice, coram quo falſum depoſuit, licèt alias non eſſet ei Iudex competens.*

Etiamſi Iudex ſit tantùm ciuilium cauſarum cognitor, num. 3.

Contrarium tamen tenent quamplures Doctores, num. 4.

Iudex tamen ciuilis non poteſt illum punire niſi pœna extraordinaria, n. 5.

Teſtis tamen punitus pœna extraordinaria puniri poteſt pœna ordinaria à Iudice criminali, n. 6.

Et teſtis falſum iurans coram Iudice delegato poteſt ab eo puniri, ſi ſit delegatus à Principe, aliàs ſecùs num. 8.

Licet contrarium teneant aliqui Doctores, num. 9.

Et quod etiam delegatus ab inferiore poſſit d. teſtem punire tenent aliqui Doct. n. 10.

Si tamen teſtis deponat falſum coram arbitro, non poteſt ab eo puniri, n. 14.

2 *Iurans falſum coram Iudice efficitur de illius foro, & poteſt ab eo puniri.*

7 *Teſtis iurans falſum coram Inquiſitore poteſt ab eo puniri.*

Et idem eſt in laico iurante falſum coram Iudice Eccleſiaſtico, qui poteſt ab eo puniri, n. 11.

12 *Clericus iurans falſum coram Iudice Laico non poteſt ab eo puniri.*

Licèt aliqui contrarium teneant, n. 13.

RESOLVTIO XX.

Teſtis qui falſum iurauit an puniri poſſit ab eo Iudice, coram quo falſum depoſuit, licet non ſit eius Iudex competens.

1 TEſtis, qui falſum perhibuit teſtimonium, puniri poteſt ab eo Iudice, coram quo falſum depoſuit, licèt alias ei eſſet Iudex incompetens, ad *l. nullum 12. C. de teſtib.* & tradunt *Couar. pract. quaſt. cap. 18. num. 8. Rolan. conſ. 12. num. 1. & ſeq. lib. 2. Vant. de nullit. in tit. de nullit. ex defect. iuriſd. ordin. nu. 48. Clar. in pract. §. fin. quaſt. 38. verſ. ſed quaero numquid &c. Farinac. de inquiſ. quaſt. 1. num. 59. & in tract. de teſtib. quaſt. 67. num. 26. Vinc. de Franch. deciſ. 147. in prin. Cabal. reſol. crim. caſu 116. num. 2. & ſeq. & caſu 117. num. 3. cent. 1. & caſu 261. in princ. cent. 3.* latè *Giurb. conſ. 59. num. 92. et 116. et ſeq. Guazzin. defen. 1. cap. 25. num. 11.* vbi dicit teſtem falſum deponentem coram Iudice remiſſoriali poſſe per eum puniri, *et cap. 27. in princ.*

2 Delinquens enim coram aliquo Iudice falſum teſtificando efficitur de foro illius Iudicis, itaut ab eo puniri poſſit, licèt alias d. Iudex non eſſet illius Iudex competens, vt eſt tex. *in l. nullum 12. et ibi not. Doct. communiter, C. de teſt.* & vltra eos *Cabal. d. caſu 116. num. 2.* vbi alios dat concordantes, *et d. caſu 117. n. 3. et Guaz. d. def. 1. c. 27. in prin.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiamſi Iudex coram quo fuit commiſſa falſitas ſit tantùm cauſarum ciuilium cognitor, quia adhuc poteſt teſtem coram eo falſum iurantem punire, vt voluerunt *Rol. d. conſ. 12. in princ. lib. 2. Cran. conſ. 53. in fin. Baiar. ad Clar. in §. falſum num. 246. Farinac. de teſt. d. quaſt. 67. num. 26. & ſeq.* vbi dicit ab hac opinione vti veriori, & magis communi non eſſe recedendum, cum hac declaratione, quod inter ipſum Iudicem ciuilem, & Iudicem ordinarium ſit locus præuentioni, vt ibi per eum, & *nu. 28. & Guazzin. defen. 1. cap. 13. num. 3. & ſeq.*

4 Contrariam tamen opinionem, imò Iudicem ciuilem non poſſe punire teſtem coram ſe falſum deponentem, cum d. facultas data cuilibet Iudici puniendi teſtem falſum coram ſe committentem intelligatur de Iudice, qui de illo crimine poteſt criminaliter punire, aliàs ſecùs, tenuerunt *Bart. Marſil. Anani. Ancar. Butr. & Angel. in loc. relatis per Farinac. in d. quaſt. 67. num. 27.* & vltra eos *Caſtr. in d. l. nullum 12. num. 4. ver. in tex. ibi &c. C. de teſtib. Fachin. controu. iur. lib. 9. cap. 26. per tot.* benè comprobans, *Vinc. de Franch. d. deciſ. 147. num. 6.* cum quibus pertranſire videtur *Caball. d. caſu 117. num. 2. & ſeq.* dum ſequitur declarationem *Caſtr.* de quâ *in d. l. nullum*, vt ibi per eum.

5 Declara primò d. primam ampliationem, vt d. Iudex ciuilis procedendo contra teſtem coram ſe falſum committentem non poſſit illum punire pœna ordinaria, ſed extraordinaria tantùm, vt tradunt *Vant. de nullit. in d. tit. de nullit. ex defect. iuriſd. ordin. num. 49. Clar. in pract. §. fin. quaſt. 38. verſ. ſed quaero numquid &c.* vbi teſtatur de communi opinione, *Menoch. de arbitr. lib. 1. quaſt. 91. num. 2.* vbi dicit, neminem ab hac opinione diſſentire *Farinac. de teſtib. d. quaſt. 67. num. 38.* alios adducens ita ſentientes quamplures, latè *Surd. conſ. 42. n. 18. & ſeq. lib. 1. Cabal. reſol. crim. caſu 261. n. 9. cent. 3.* vbi loquitur in Iudice delegato.

7 Declara ſecundò d. primam ampliationem, vt d. teſtis punitus pœna extraordinaria à Iudice ciuili poſſit etiam puniri pœna ordinaria à Iudice criminali, ne tale delictum tranſeat ſub tã leni pœna, vt voluerunt *Boſſ. in pract. in tit. de falſ. num. 104. & ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione, quem ſequitur *Clar. in d. quaſt. 38. d. verſ. ſed quaero numquid &c.* vbi pariter teſtatur de communi opinione, quam magis communem eſſe dicit *Farinac. de teſtib. d. quaſt. 67. num. 40.* vbi alios dat concordantes, & *num. 42.* dicit Iudicem ciuilem tantum poſſe punire teſtem coram ſe peierantem, quando falſitas eſt notoria, ita vt non ſit neceſſe formare alium proceſſum, vt ibi per eum, addo *Guazzin. defen. 1. cap 13. n. 5. & ſeq. & Cabal. reſol. crim. d. caſu 261. n. 10.* vbi loquitur in condemnato pœna extraordinaria à Iudice delegato, vt ibi per eum.

7 Amplia ſecundò d. concluſionem illatiuè, vt habeat locum etiam in cauſa hæreſis, ita vt iurans falſum coram Inquiſitore poſſit ab ipſo puniri, etiam aliàs eſſet incompetens, vt not. *Farin. de teſt.*

d. quaſt.

d.quaſt.67.nu.37. & clariùs *in tract.de hæreſi.quaſt.188.num.40.* vbi dicit, etiam ita de conſuetudine ſeruari, et *Carena de offic.S.Inquiſ. par.2.tit.17.nu.55.et ſeq.* vbi infert, Inquiſitorem poſſe etiam procedere contra ſubornatores, & mandatores, & poſſe ſuper d. falſitate nouum proceſſum formare reprobando *conſ. 72. Bertazz. lib. 1.* vt ibi per eum.

8 Amplia tertiò d.concluſionem illatiuè, vt teſtis iurans falſum coram Iudice delegato à Principe, poſſit ab eo puniri ſaltem pæna extraordinaria, licèt ſecùs ſit quò ad delegatum ab inferiore, vt tradunt *Couar. pract.quaſt.cap.1.nu.8. ver.quam ob rem*, vbi hanc diſtinctionem eſſe communiter receptam per Doctores, *Clar.in d.§.fin.quaſt.38.ver. ſed quæro nunquid &c.* vbi pariter teſtatur de communi opinione *Rolan.conſ.12.num.10. & ſeq.lib.2. Surd.conſ.42.num.18 in fin lib.1 Farinac.* alios adducens concordantes *de teſti d. quaſt.67. num.51. & ſeq.* vbi dicit, ab hac ampliatione non eſſe recedendum, dummodo delegatus ſit Iudex criminalis, & hanc eſſe frequentiorem opinionem dicit etiam *Cabal.d.caſu 261.num.7. Guazzi.* licet inuolutè forte vitio impreſſoris *deſen.1. cap.13.num.4. & ſeq.Giurba d.conſ 59.num.118.* & plene ſcribit *Vermigl. conſ. 309. num.2.*

9 Quicquid contrarium tenuerint *Menoch. de arb. lib.1.quaſt.91 num.17. verſ. ego opinior, &c.* cum quo ſenſerat idem *Farinac. de inquiſ. quaſt. 1. num. 61.*

10 Et licet contrarium, quod imò, etiam Iudex delegatus inferioris poſſit punire teſtem falſum coram eò deponétem pæna extraordinaria voluerint *Couar.pract.quaſt.d.cap.18.ſub num.8.* quem refert ſimpliciter *Caball.d.caſu 261.num 8.* & de Iudice remiſſoriali, quod poſſit punire teſtem falſum coram eò deponentem tradit *Guazzin. deſen. 1. cap. 25. num. 11.*

11 Amplia quartò d.concluſionem pariter illatiuè, vt teſtis laicus iurans falſum coram Iudice Eccleſiaſtico poſſit ab eo puniri, ſicut poteſt etiam puniri à Iudice laico, ita vt inter eos ſit locus præuentioni, vt voluerunt *Afflic.deciſ.219.per tot* vbi dicit, ita in Sac. Conſilio fuiſſe reſolutum *Rolan. d. conſ 12. num.12. & ſeq.lib.2.* benè comprobans, *Couar.pract.quaſt.d.cap.18.nu.8. verſ.in hac re &c. Clar.in pract.§.fin.quaſt.38.ver. quæro nunquid &c.* & ibi *Baiar.num.38.* vbi dicit, Iudicem Eccleſiaſticum teſtem punire non poſſe poſt ſententiam latã, *Farinac. de teſt.dict.quaſt.67.num.31 & ſeq.Guazzin. deſenſ.1.cap.11.num.34. ver. ſed è contra &c. P. Diana in ſumma in verb. Teſtis num. 7. Balth. Tomaſ de imm.eccleſ.in tit.de ſæculari in eccleſ. cognoſc.num.40. Cabal.in d.caſu 261.num.5.* alios referens concordantes, *& Giurb.d.conſ.59.nu.120.*

12 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in Clerico iurante falſum coram Iudice laico, qui non poteſt ex defectu iuriſdictionis per illum puniri, vt adnotarunt *Boſſ.in pract. in tit.de falſ.num.110.* vbi teſtatur de communi opinione, *Rolan.d.conſ.12. num.35. & ſeq. lib.2,* vbi hoc latè comprobat, & contrarijs reſpondet, *Clar.in pract. in d.quaſt.38.ver.ſed hic quæro &c.Menoch.de arb. lib.1.quaſt.91 num.18.in fin.* & hanc opinionem veriorem, & magis communem relatis quampluribus concordantibus dicit *Farin.de teſti.d.quaſt.67. num.56. Fachin.contro.iur.lib.9.cap.27.* vbi pariter illam dicit veriorem, & magis communem eſſe, *Guazz.deſen.1.cap.11. nu.34.* vbi hanc opinionem benè comprobat, & plures dat concordantes, & dicit ſolum Iudicem laicum poſſe de falſitate cognoſcere ad effectum expediendi cauſam, non autem ad effectum puniendi Clericum, vt ibi per eũ, *& cap.13.in fin.Caball.d.caſu 261.per tot.Criſpolt. caſu milit.33.num.2.* vbi teſtatur de veriori opinione, latè *Giurba d. conſ.59. num.117.* vbi quamplurea adducit Doct. authoritates, *P.Diana in ſumma in ver. Teſtis in fin.* latè *Balth. Tomaſ. in d. tit. de ſæcul.in eccleſ.cognoſ.num.40. & 103.*

13 Quicquid aliqui contrarium ſenſerint quò ad bona, non quo ad perſonam, quos referunt *Balth. Tomaſ.vbi ſupra & Cabal. in d.caſu 261.n.2.& ſeq.* contra quos adeſt verior, & magis communis opinio de qua ſupra.

14 Limita ſecundò d.concluſionem, vt non habeat locum in teſte deponente falſum coram arbitrio, quem illum, neque pæna extraordinaria punire poſſe tradunt *Nell.de teſtib.num.245. Ang.de maleſ.in ver.falſarionum 24. ad fin. Farinac. de teſti.d. quaſt.67.num.44.* vbi ex *Mencad.ad Crot. de teſti. par 9. num. 387.* ſentit hanc limitationem non habere locum in arbitrijs ex neceſſitate iuris, vel ſtatutorum electis, vt ibi per eum.

15 Declara d. concluſionem, vt teſtem falſum iurantem coram Iudice non ſuo punire poſſit non ſolùm dictus Iudex non ſuus, verum etiam Iudex ordinarius, ita vt inter eos ſit locus præuentioni, vt not. *Rolan. d. conſ.12. num. 4. & ſeq. lib. 2. Farinac. de teſt. dict.quaſt.67. num.31. Caball. reſol.crim. caſu 117. num.4. cent.2. & d.caſu 261. num.5. & num.10.cent.3. Guazzin. deſen.1.cap.11. nu.35.ver.ſed è contra &c.& cap.13.nu.5. & ſeq.* licet contrarium ſenſiſſe videatur *d. deſen.1. cap. 18.num.19.* Addo *Giurba d.conſ.59.nu.118. & ſeq. Criſpolt.d.caſu milit. 33.in fin.* vbi de milite falſum iurante, quod poſſit etiam puniri per Ducem belli, ita vt ſit locus præuentioni, vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis deponens falſum excuſatur, ſi deponat ſuper facto, de quo poteſt præſumi obliuio.*

Et ſi deponat ſuper facto intricato, & implicito, num. 3.

Si tamen factum ſit tale, ſuper quo poteſt cadere veriſimilis obliuio, num. 4.

2 *Falſum non committitur, nec eſt poſſibile ſine dolo.*

5 *Obliuio per quantum tempus inducatur, remittitur arbitrio Iudicantis.*

RESO-

RESOLVTIO XXI.

Teſtis deponens falſum excuſatur, ſi deponet ſuper facto, de quo poteſt præſumi obliuio.

1 Teſtis deponens falſum excuſatur ab illius pœna quando depoſuit ſuper facto, de quo poteſt præſumi obliuio ex antiquitate temporis, vt tradunt *Gram. conſ. crim. 47. n. 13. Gabr. conſ. 42. num. 8. lib. 1. Mago. deciſ. Luce. 43. num. 9. Rim. Iun. conſ. 113. num. 11. lib. 2. Farinac. de teſtib. quæſt. 67. num. 85.* vbi alios dat concordantes, & teſtatur de communi opinione, *Vermigl. conſ. 233. num. 14.* vbi dicit, hoc habere locum etiam ſi agatur de facto proprio, bene *Antonel. de tempor. legal. lib. 1. cap. 51. num. 1. & ſeq.*

2 Falſum enim non committitur, nec eſt punibile ſine dolo, vt tradunt *Clar. Baiar. Becc. Hond. Farin. Menoch. Moṙot. Ciriac. Gail. Vermigl. & Calu.* per me relati ſupra in ver. *Falſum, Reſol. 2. num. 2.* de veriori, & magis communi atteſtantes, cum quibus pertranſit idem *Ciriac. contr. ſiner. 613. num. 12. tom. 4.* vbi autem cadit obliuio ibi non eſt dolus, *Bald. in l. nec exemplum 20. in princ. C. ad l. Corn. de falſ. Farinac. in terminis, conſ. 44. num. 6. lib. 1. Luſſi. de legit. proceſ. quæſt. 107. num. 3.*

3 Amplia primo d. concluſionem, vt eo magis habeat locum quando teſtis deponit falſum ſuper facto intricato, & implicito, quia tunc magis ex cauſa obliuionis, quam ex falſitate depoſuiſſe præſumitur, etiam ſi non longum tempus ſit elapſum, vt not. *Menoch. de arbitr. caſu 308. num. 7. Maſc. de prob. concl. 1127. num. 25. lib. 3. Farinac. de teſtib. d. quæſt. 67. num. 85. Antonell. de temp. legal. d. cap. 51. num. 4. Caball. reſol. crim. caſu 24. per totum*, dicens excuſari Notarium à pœna falſi negantem eſſe de Inſtrumento rogatum, conſtito de contrario, ſi intercellit longum tempus, & ob multiplicitatem negotiorum, & ob ſenectutem, vt ibi per eum.

4 Declara primo d. concluſionem, vt habeat locum, quando teſtis deponit ſuper facto, ſuper quo veriſimiliter poteſt cadere obliuio, ſecus tamen eſt ſi inueriſimilem alleget obliuionem, vt ſi interrogetur de facto proprio modici temporis, & de rebus, de quibus alij poſſunt veriſimiliter recordari, quia tunc obliuio teſtem non excuſat, vt declarant *Maſc. dict. concl. 1127. num. 26.* vbi dicit teſtem in d. caſu poſſe etiam torqueri, & plures dat concordantes, & *Antonel. de temp. legal. d. cap. 51. num. 6.*

5 Declara ſecundò d. concluſionem, quod licet variæ ſint Doct. opiniones de tempore, per quod inducatur, obliuio, ſentientes præcipuè illam induci per lapſum decennij etiam in facto proprio, vt tradunt *Maſc. d. concl. 1127. per tot.* vbi tamen plures facit diſtinctiones de muliere, de Principe, & alijs, & *Antonell. in d. cap. 51. num. 2. & ſeq.* qui pariter plures refert caſus, in quibus minori tempore præſumatur obliuio, communis tamen eſt Doctorum reſolutio, quod cum id in iure expreſſum non ſit remittatur Iudicis arbitrio, qui conſiderato lapſu temporis, facti, & perſonarum, qualitate, id benè poterit arbitrari, vt declarant *Maſcar. d. concl. 1127. num. 10. Menoch. de arbitr. caſu 26. num. 2. Caren. de offic. S. Inquiſ. par. 2. tit. 1. num. 39. Guazzin. defen. 19. cap. 7. num. 4. & ſeq. & Antonell. de tempor. legal. d. cap. 51. num. 2. ver. verior tamen, &c.*

SVMMARIVM.

1 *Adſcribens ſibi legatum, vel fideicommiſſum in teſtamento incidit in pœnam falſi,*

Siue adſcriptio facta ſit in teſtamento ſolemni, ſiuè in nuncupatiuo, num. 2.

Niſi tamen adſcribens probaret per teſtes veritatem d. legati, num. 3. & 12.

Et d. pœna habet locum etiam in teſtamento militari, & inter liberos, num. 4.

Et etiam contra ſibi adſcribentem in codicillis, num. 5.

Necnon etiam licet teſtamentum ſit nullũ, n. 6.

Amplia, vt adſcribentes ſint incapaces relictorum, num. 7.

Non intrat tamen d. pœna ſtante ſubſcriptione Teſtatoris, num. 8.

Vtrum verò ſubſcriptio debeat eſſe ſpecialis, vel ſufficiat generalis remiſſiuè, num. 9.

Neque habet locum d. pœna in ſuccedente ab inteſtato adſcribente, num. 10.

Neque habet locum fauore piæ cauſæ, vt in Parocho adſcribente pro ſua Eccleſia, num. 11.

Vtrum verò d. pœna habeat locum in adſcribente ad fauorem vxoris, patris, filij & ſimilium remiſſiuè, num. 13.

RESOLVTIO XXII.

Adſcribens ſibi legatum in teſtamento an incidat in pœnam falſi.

1 Adſcribens ſibi legatum, ſeù fideicommiſſum in teſtamento incidit in pœnam falſi *l. 1. §. ad teſtamenta, & ibi gloſ. Bart. Alberi., & alij ff. ad leg. Corn. de falſit.* & tradunt *Clar. in pract. §. falſum verſ. adſcribens ſibi legatum &c.* latè *Farinac. de falſit. & ſimul. quæſt. 150. num. 175.* qui poſtea *num. 199.* dicit in d. caſu non committi falsũ, ſed quaſi falſum, vt ibi per eum, *Card. Mantic. de coniect. lib. 1. tit. 6. num. 5. Thomat. deciſ. March. 247. num. 36. & ſeq. Illuſtriſ. D. meus Deluca in Theat. verit. & iuſt. tom. 9. in tit. de teſtam. diſcur. 8. num. 7. & ſeq. & num. 12. & Rot. deciſ. 356. num. 11. & ſeq. part. 6. rec. & in Fanen. hæredit. 7. Iunij 1641. coram R. P. D. Ghiſlerio.*

2 Amplia primò d. concluſionem vt habeat locum ſiuè legatum adſcriptum ſit in teſtamento ſolemni, ſiuè in nuncupatiuo, vt not. *Clar. in d. §. falſum ver. adſcribens ſibi, &c. Peregr. de iure fiſci lib. 3. tit. 12. num. 1.* qui teſtantur de communi opinione *Farinac. de falſit. d. quæſt. 150. num. 180.* licet aliquos contrarium tenentes referat *D. Deluca in d. tit. de teſtam. diſcur. 8. num. 12.* & admittit *Rot. d. deciſ. 356. num. 13. & ſeq. par. 6. rec.*

3 Declara d. ampliationem, vt non habeat locum d. pœna ſibi adſcribentis in teſtamento ſibi legatum, vel fideicommiſſum quando Notarius per teſtes in eo deſcriptos probaret legatum, quod ſibi adſcripſit fuiſſe verè a teſtatore relictum, vt declarant *Dilect. de arte teſtan. de legat. caut. 1. num. 3. Farinac. in d. quæſt. 150. num. 182. & Rot. in d. deciſ. 356. num. 14. par. 4. rec.* & vide dicta *infr. n. 12.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in teſtamento militari, & inter liberos, quia etiam in eis intrare diſpoſitionem Senatuſconſulti Liboriani de quo habetur in *l. 1. §. ad teſtamenta, ff. ad l. Cornel. de falſ. & in l. pœn. C. de his qui ſibi adſcr. in teſtam.* & tradit *D. Deluca in d. tit. de teſtam. diſcur. 8. num. 7.*

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt d. pœna contra ſibi adſcribentem in teſtamento habeat locum etiam contra ſibi adſcribentem in codicillis, vt poſt *Bart. Alberi. Cin. Odofr. & Iac. Port.* per eum adductos firmat *Farinac. in d. tit. de falſit. quæſt. 150. num. 184.* vbi dicit, hoc habere locum etiam in omni alia vltima voluntate, vt ibi per

eum

etiam *Balth. Tomaſ. tom. 1. de incap. cap. 11. num. 233. Rot. d. deciſ. 356. num. 11. par. 6. rec.*

6 Amplia quartò d. concluſionem, vt d. pœna contra ſibi adſcribentem habeat locum etiam ſi teſtamẽtum ſit nullum ad tex. *in l. ſi quis legatum 6. ff. ad l. Cornel. de falſit. & ibi gloſ. Bart. & Albert.* & not. *Franc. Becc. conſ. 103. num. 1. lib. 1. Farinac. in d. quæſt. 150. num. 186. & Balth. Tomaſ. in d. tit. de incapa. cap. 11. num. 234.*

7 Amplia quintò d. concluſionem, vt adſcribentes ſibi in teſtamento legatum, fideicommiſſum, vel hæreditatem ſint incapaces d. relictorum, quæ pro non ſcriptis habentur, ita vt ſic relicta tranſeant ad ſubſtitutum, vel remaneant apud hæredem, ſeu apud illum, à quo illa relicta ſunt, vt tradunt *Becci. d. conſ. 103. num. 12. Peregr. de iure fiſc. lib. 3. tit. 12. num. 1. & Farinac. de falſit. in d. quæſt. 150. num. 194.* nec non *Balth. Tomaſ. in d. tit. de incap. cap. 11. num. 238.*

8 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum d. pœna falſi contra adſcribentem quando teſtator ſe ſubſcripſit propria manu in d. legato, vel fideicõmiſſo, quod ſibi adſcripſit, vt tradunt *Peregr. de iure fiſci lib. 3. tit. 12. num. 1. ver. Limita cum Teſtator &c. Farinac. d. falſit. d. quæſt. 150. num. 201.* vbi dat concordantes, *& Balth. Tomaſ. in d. tit. de incapa. cap. 11. num. 239. D. Deluca in d. tit. de teſtam. diſcur. 8. num. 13.*

9 Vtrum vero in d. caſu requiratur ſubſcriptio Teſtatoris generalis, vel ſpecialis docent *Farinac. in d. quæſt. 150. num. 202. & ſeq. Balth. Tomaſ. in d. cap. 11. num. 239. & D. Deluca in d. diſcur. 8. num. 13. & 14.*

10 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in eo, qui ſuccedit Teſtatori ab inteſtato, quia ipſe etiam ſi d. adſcriptione ei ſucceſſiſſet, vt declarant *Petr. Cin. Albert. Salic. & alij in l. 1. C. de his qui ſibi adſcrib. Franc. Becc. in d. conſ. 203. num. 2. Farinac. de falſit. d. quæſt. 150. num. 210.* vbi dicit, id procedere dummodo non ſibi adſcribat maiorem partem, quam ei contingit, *& Balth. Tomaſ. in . tit. de incapac. cap. 11. num. 243.*

11 Limità tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum fauore piæ cauſæ, ita vt Parochus poſſit recipere teſtamentum ſui Parochiani ad fauorem ſuæ Eccleſiæ, cum bona Eccleſiæ non ſint ipſius Parochi, vt not. *Thom. d. deciſ. March. 247. num. 27. & ſeq. Tiraq. de priuil. piæ cau. priu. 93. num. . . . Balth. Tomaſ. in d. tract. de incapac. cap. 11. num. 249. D. Deluca in d. tract. de teſtam. diſcur. 8. num. 10. & Rota apud Merlin. deciſ. 805. num. 8. & in d. Fanen. hæredit. 17. Iunij 1641. coram R. P. D. Ghiſilerio poſt princ.*

12 Declara d. concluſionem, quod ſi adſcribens in teſtamento probet per duos teſtes, quod ſic Teſtator diſpoſuit, tunc pœnam euitat, vt dicit *Farinac. in d. quæſt. 150. num. 183. & num. 216.* vbi vult, quod duo teſtes ſufficiunt quo ad euitandam pœnam, ad hoc autem vt debeatur legatum ſeptem teſtes requiruntur, *& Balth. Tomaſ. in d. tit. de incapa. cap. 11. num. 245.*

13 Vtrum verò d. pœna falſi contra adſcribentem legatum, vel fideicommiſſum habeat locum in adſcribente non ſibi, ſed ad fauorem vxoris, patris, filij, & ſimil. tradit *Farinac. in d. tit. de falſit. quæſt. 150. num. 176. & pluribus ſeq. & etiam Balth. Tomaſ. in d. cap. 11. ferè per tot.* ipſos conſulas, qui alia ſcribunt ad hanc materiam facientia.

FAMA.

SVMMARIVM.

1 *Fama ſola non facit indicium ad torturam.*

Secùs tamen eſt, ſi ſit adminiculata alijs coniecturis, num. 3.

Adminicula verò famæ recenſentur, num. 4.

Facit tamen indicium in delictis occultis, n. 5.

Et quando fama eſt vehemens, num. 6.

Quando verò ſit vehemens, remittitur arbitrio Iudicis, num. 7.

Quæ habent locum, quando fama eſt legitimè probata, aliàs ſecùs, num. 11.

2 *Fama eſt indicium remotum.*

8 *Fama eſt ſufficiens ad inquirendum generaliter.*

Ac etiam ad inquirendum ſpecialiter, num. 9.

Contrarium vti verius tenent plures Doctores, imò illam non ſufficere ad inquirendum ſpecialiter, num. 10.

RESOLVTIO I.

Fama ſola non faciat inditium ad torturam.

1 FAma non facit indicium ad torturã, quando eſt ſola, vt tradunt *Gram. conſ. 42. nu. 15.* vbi dicit, ita obſeruari in practica, *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 21. ver. fama ſola &c.* vbi dicit, hanc eſſe communem opinionem, quam ipſe dicit, ſemper ſeruaſſe, & à bonis Iudicibus ſeruari vidiſſe, *Maſc. de prob. concl. 754. nu. 5. lib. 2.* vbi pariter teſtatur de communi, *Menoch. de præſump. lib. 1. quæſt. 89. num. 9. & ſeq. Peguer. deciſ. 17. num. 12.* vbi teſtatur de communi, veriori, & tutiori opinione, *Eugen. conſ. 26. num. 41. & conſ. 63. num. 41. & ſeq. lib. 1.* qui pariter teſtatur de communi opinione, quam ſequitur, & quampluribus Doctorum authoritatibus relatis, ac rationibus latè tuetur *Farinac. de indic. & tort. quæſt. 47. num. 4. & ſeq.* vbi dicit, ab illa vti communiori, veriori, & in practica ſeruata non eſſe recedendum, ita vt, ſi tortus ex ſola fama confiteatur, d. confeſſio etiam ratificata ei non noceat, *Giurba conſ. 13. num 18. & conſ. 43. num. 18. & 19. & conſ. 87. nu. 6.* latè *Carena de offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 10. num. 64.* vbi alios dat concordantes, *Ciriac. contro. 150. num. 49. & Vermigl. conſ. 25. num. 13. & conſ. 72. num. 13.* & dixi ego *allegat. foren. 83. num. 35. & allegat. 94. num. 34.*

2 Fama enim eſt indicium remotum, vt dixi ego *allegat. foren. 92. num. 35. & allegat. 98. num. 7. & alleg. 99. num. 11.* & ideò nil mirùm, ſi per ſe ſola non faciat indicium ad torturam, vt docent *Farin. de indic. & tortu. quæſt. 37. nu. 43. & ſeq. & d. quæſt. 47. num. 6. & ſeq.* vbi alias adducit rationes, *& Carena de offic. S. Inquiſ. par. 3. d. tit. 10. num. 66.* & alij Doctores ſupra adducti, & cum fama ſit indicium leuiſſimum, cum non reperiatur deterior teſtis, quàm fama dixi ego *allegat. foren. 92. nu. 34. & allegat. 99. num. 10.*

3 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locum, quando fama eſt ſola, vt dixi, ſecùs tamen eſt, quando illa eſt coniuncta cum alij coniecturis, & præſumptionibus, quia tunc ita adminiculata eſt ſufficiens ad reum torquendum, vt not. *Brun. de indic. & tortu. par. 1. quæſt. 3. num. 22. Clar. in pract. in diſ. q. 21. ver. fama ſola &c. Maſcar. d. concl. 754. num. 8. Menoch. de præſump. lib. 1. quæſt. 89. num. 28.* alios addu.

adducens concordantes, Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 47. num. 17. vbi alios pariter refert ita ſentientes, Giurba d. conſ. 13. num. 18. & conſ. 43. num. 38 & ſeq. & d. conſ. 87. num. 25. verſ. reſpondeo ſecundò &c. vbi alios dat concordantes, Cabal. reſol. crim. caſu 200. n. 134. cent. 2. Caren. de offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 10. num. 64. Ciriac. controuer. 102. num. 4. Vermigl. conſ. 207 num. 12. & in fortioribus terminis Capic. Latro deciſ. 163. num. 19. par. 2.

4 Declara primò d. primam limitationem, quòd adminicula famæ ſunt fuga inquiſiti, inimicitia, minæ, teſtes paticates exceptionem, dictum Sindici, ſeù publici denunciatoris, & ſimilia, vt declarant Farinac. de indic. & tortu. d. quæſt. 47. num. 18. 19. & ſeq. & Carena de offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 10. num. 74. vbi habentur concordantes.

5 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in delictis occultis, & difficilis probationis, in quibus ſola fama facit indicium ad torturam ſecundum Clar. in pract. d. §. fin. quæſt. 21. ver. fama ſola vbi dicit, ita vidiſſe quandoque ſeruari, Menoch. de præſump. d. lib. 1. quæſt. 89. num. 34. Farinac. de indic. & tortu. d. quæſt. 47. num. 11. vbi alios dat concordantes, & dicit, d. ſecundam limitationem habere locum, dummodo fama ſit legitimè probata, vt ibi per eum, & ſcripſerunt etiam Giurb. d. conſ. 13. num. 18. & conſ. 43. num. 19. & d. conſ. 87. nu. 25. ver. reſpondeo ſecundò &c. Caren. de offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 10. num. 77. Ciriac. d. contro. 102. num. 3. & in fortioribus terminis Capic. Latro d. deciſ. 163. num. 19. part. 2. Ant. de Ball. tract. crimin. lib. 1. quæſt. 13. num. 4.

6 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum in fama vehementi, ex qua ſola ad torturam deueniri poſſe ſcripſerunt Boſſi. in pract. in tit. de indic. num. 56. in priu. Menoch. de præſump. lib. 1. quæſt. 89. num. 32. & de arbitr. caſu 261. num. 2. Maſcar. de prob. concl. 754. n. 7. lib. 2. Farinac. de indic. & tortu. d. quæſt. 47. num. 28. vbi alios dat concordantes, & dicit, ita omnes Doctores tenere, Peguer. d. deciſ. 17. num. 16. Giurb. conſ. 13. num. 18. ante fin. vbi adducit quamplures ita ſentientes, & conſ. 87. n. 25. Carena de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 10. num. 75. & 76. vbi declarat contrariam practicam Regni Siciliæ, & Ant. de Ball. tract. crim. lib. 1. quæſt. 13. nu. 1. & ſeq. qui alios adducunt ita ſentientes, nec non Ciriac. d. contro. 102. num. 5.

7 Declara primò d. tertiam limitationem, quòd cum in iure non ſit diffinitum, quando fama dicatur vehemens, ideò id Iudicis arbitrio ſit remiſſum, vt declarant Menoch. de arbitr. d. caſu 261. nu. 3. & de præſump. lib. 1. d. quæſt. 89. nu. 33. Maſca. de prob. d. concl. 754. num. 7. Peguer. d. deciſ. 17. n. 17. Giurb. d. conſ. 87. num. 25. Farinac. de indic. & tortu. d. quæſt. 47. num. 29. & ſeq. vbi per quatuor concluſiones benè declarat, quando fama dicatur vehemens, nec ne, ita vt ex illa ſola deueniri poſſit ad torturam, vt ibi per eum, & Ant. de Ball. tract. crim. lib. 1. quæſt. 13. num. 3. & ſentit etiam Carena d. tit. 10. num. 75.

8 Declara primò d. principalem concluſionem, quòd, licet fama ſola non ſit per ſe ſufficiens ad inferendam reo torturam, ſufficiat tamen ad inquirendum generaliter ſecundum Boſſi. in pract. in tit. de inquiſ. num. 27. Menoch. de præſump. lib. 1. quæſt. 88. num. 16. Clar. in pract. d. §. fin. quæſt. 21. ver. fama ſola &c. & quæſt. 20. ver. ad inquirendum &c. Maſc. de prob. concl. 513. num. 2. & concl. 754. nu. 19. lib. 2. Farinac. de indic. et tortu. d. quæſt. 47. num. 37. & ſeq. vbi dicit, illam ſufficere etiam ad capturam, Caball. de omn. gen. homic. num. 302. Vermigl. conſ. 25. num. 13. & conſ. 59. nu. 8. & Carlenal. de indic. lib. 1. tit. 1. diſput. 2. quæſt. 7. num. 743.

9 Amplia primò d. primam declarationem, vt fama ſola non ſolùm ſufficiens ſit ad inquirendum generaliter, vt ſupra, ſed etiam ad inquirendum ſpecialiter, & ſic ad tranſmittendam reo inquiſitionē, ſecundum Clar. in pract. §. fin. quæſt. 6. poſt princ. & verſ. ſucceſſiuè quærò etc. et Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 88. num. 17.

10 Contrariam tamen opinionem, imò ex ſola fama non poſſe deueniri per Iudicem ad tranſmittēdam reo inquiſitionem tenet, & benè comprobat Farinac. de indic. et tortu. d. quæſt. 47 num. 41. et ſeq. vbi dicit, d. ampliationem nunquam vidiſſe ſeruatam apud bonos viros, & illam non eſſe veram, niſi quando fama aliqua alia coniectura eſt adminiculata, & ideò docet, quòd, quando Iudex habet contra reum ſolam famam, decernat contra illum mandatum de capiendo, quia ſi reus ſe occultauerit, faciet de hoc fieri relationem apud acta, quo caſu dicitur conſtare de illius fuga, quæ coniuncta cum fama erit ſufficiens ad tranſmittēdam reo inquiſitionem, ſeù monitorium, vt ibi per eum, cum quo concordat Vermigl. conſ. 22. num. 4. et num. 8. et conſ. 59. nu. 8. & ſentit Ambroſ. in proc. inform. lib. 5. cap. 1. num. 7. et ſeq.

11 Declara poſtremo omnes ſupradictas limitationes, in quibus dixi famam eſſe ſufficientem ad torturam, vt habeant locum, dummodo fama ſit legitime probata cum ſuis requiſitis, aliàs ſecùs, vt declarant Farinac. de indic. et tortu. d. quæſt. 47. num. 36. et Ant. de Ball. tract. crim. lib. 1. quæſt. 13. num. 5. et 6.

ADDITIO.

N. 3. VBi habetur, quod fama adminiculata ſufficit ad torturam adde eundem Ciriac. contro. 605. num. 42. tom. 4.

N. 5. Vbi habetur, quod fama ſufficit ad torturam in delictis occultis, & difficilis probationis adde Farinac. conſ. 227. num. 5. lib. 3. vbi dicit, in delictis occultis famam adminiculatam plenè probare.

SVMMARIVM.

1 Teſtes aliqui ſi deponant de fama, et alii poſtea interrogati dicant, nihil de eo audiuiſſe, reprobat primos de fama deponentes.

Licèt contrariũ teneat Carlenal. relat. ibi, n. 3.

2 Fama debet eſſe perpetua, vniformis, illæſa, et ſolida apud omnes.

RESO-

RESOLVTIO II.

Teſtes aliqui ſi deponant de fama, et alij poſtea dicant de eo nihil audiuiſſe, an reprobent primos de fama deponentes.

1 TEſtes aliqui ſi deponant de publica voce, fama, puta, quod Titius occiderit Seium, quod Caius percuſſerit, vel vulnerauerit Titium, & ſimilia; alij autem teſtes interrogati, an de eo aliquid ſciant, vel dici audiuerint, reſpondeant, nihil ſcire, vel nihil dici audiuiſſe, illi teſtes vltimi reprobant primos, quia ſi d. homicidium, vel percuſſio eſſent ita publica, vt primi teſtes affirmant, etiam alij teſtes de illis notitiam habuiſſent, cum eorum, quæ publicè fiunt, vel dicuntur, ſcientia præſumatur, vt tradunt *Horat. Lut. conſ. 101. nu. 33. inter conſ. crim. diu. lib. 1. Cran. conſ. 57. num. 9. in fin. Farinac. de indic. et tortu. quæſt. 47. num. 170. & ſeq. Surd. conſ. 151. num. 79. lib. 2. Illuſtriſs. Sperell. deciſ. 98. num. 65. par. 1. Rota deciſ. 80. num. 56. poſt 1. vol. conſ. Farinac. & deciſ. 274. nu. 12. poſt 2. vol. conſ. eiuſdem Farinac.* & dixi ego *alleg. foren. 83. n. 30. & alleg. 98. n. 8.* & faciunt, quæ de fama negatiua dixi infra *Reſol. 5. ampl. 1.*

Fama enim debet eſſe perpetua, vniformis, illæſa, ſolida, & conſtans apud omnes, vt docent *Bald. conſ. 77. num. 6. lib. 3. Rolan. conſ. 3. num. 49. lib. 1. Illuſtriſs. Sperell. deciſ. 173. nu. 37. par. 2. Ciriac. contro. 488. num. 89. Vermigl. conſ. 36. num. 12. & Rot. deciſ. 335. ſub nu. 5. par. 2. rec.* ita vt illa nulla ſit contradictio *Rolan. d. conſ. 3. num. 48. Farinac. de indic. & tortu. d. quæſt. 47. num. 164. Sperell. d. deciſ. 173. num. 38. Rota d. deciſ. 335. num. 5. par. 2. rec. & deciſ. 167. n. 24. par. 1. rec.* vndè nec mirùm, ſi per contrarios teſtes illa reprobetur, vt benè arguit *Rot. in Tullen. matrimonij 15. Ianuarij 1653. coram R. P. D. Albergato §. nec vis etc.* vbi aliæ cumulantur deciſiones.

Quicquid contrarium, imò famam non reprobari per contrarios teſtes voluerit *Carleual. de indic. lib. 1. tit. 2. diſput. 3. num. 35.*

SVMMARIVM.

1 *Fama, vti indicium remotum, probanda eſt ſaltem per duos teſtes.*

Ita vt, ſi vnus tantùm deponat de fama, ſit ſuſpectus de falſo, num. 3.

Et teſtes de fama deponentes eſſe debent omni exceptione maiores, num. 4.

Licèt contrarium teneant aliqui, num. 5.

2 *Fama dicitur indicium remotum.*

RESOLVTIO III.

Fama vti indicium remotum an ſit probanda per duos teſtes.

1 FAma, vti indicium remotum, probari debet ſaltem per duos teſtes, vt tradunt *Foller in pract. in ver. Dentur capitula quòd ſuffocauit vxorem num. 37. in fin. Maſc. de prob. concl. 749. num. 1. lib. 2.* vbi teſtatur de cõmuni opinione, *Menoch. de præſump. lib. 1. quæſt. 89. num. 31. Farinac. de indic. et tort. quæſt. 47. num. 208.* quamplures alios adducens ita ſentientes, idem *Farin. conſ. 40. n. 36. lib. 1. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 6. ver. ſciendum eſt autem, etc. Aldoni. conſ. 26. num. 5. Ciriac. contro. 150. n. 49. Caren. de offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 10. num. 66. P. Delrius diſquiſ. magic. lib. 5. ſect. 3. §. famam exactè etc. et Vermigl. conſ. 179. num. 6.* & dixi ego *allegat. foren. 92. num. 35. et allegat. 98. num. 7. et allegat. 99. num. 11. Rota apud Greg. XV. deciſ. 517. num. 27.*

2 Fama enim, vt dixi, dicitur indicium remotum, vt tradunt *Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 47. n. 6.* vbi dicit, hoc negari non poſſe, *Carena de offic. S. Inquiſ. d. tit. 10. num. 66.* vbi alios dat concordantes, & dixi ego *allegat. foren 92. num. 35. et alleg. 98. num. 7. et allegat. 99. num. 11.* indicia autem remota probanda eſſe per duos teſtes in confeſſo eſt apud omnes, vt not. *Farinac. conſ. 22. num. 7. lib. 1. & conſ. 192. nu. 23. lib. 2. Cabal. reſol. crim. caſu 210. num 129. cent. 2. Vermigl. conſ. 33. num. 27. & conſ. 131. in prin. & conſ. 331. num. 9. & conſ. 382. num. 9. & ſeq.* alias concordantes adduxi ego *allegat. foren. 94. num. 26.*

3 Amplia primò d. concluſionem, quòd fama ſit probanda ſaltem per duos teſtes, vt, ſi teſtis vnicus deponat de fama, non ſolùm illam non probet, ſed etiam dicatur ſuſpectus de falſo, vt voluerunt *Natt. conſ. 672. num. 4. par. 4. Farinac. de indic. & tortu. d. quæſt. 47. num. 209. & conſ. 127. nu. 29. lib. 2.* nec non *Vermigliol. conſ. 179. num. 6. & Rota apud Greg. XV. deciſ. 517. num. 22.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt ad probandã famam non ſolùm requirantur ſaltem duo teſtes, ſed etiam illi eſſe debeant idonei, & omni exceptione maiores, vt tradunt *Rolan conſ. 3. nu. 55. & ſeq. lib. 1. Maſcar. de prob. concl. 749. num. 37. lib. 2. Simo. de Prat conſ. 81. nu. 23. lib. 1. Farinac. de indic. & tortu. d. quæſt. 47. num. 210.* vbi alios dat more ſuo concordantes quamplures, *Scac. de iudic. lib. 1. cap. 84. num. 29. Ciriac. contro. 150. nu. 49. & contro. 488. num. 87. & Caren. de offic. S. Inquiſ par. 3 tit. 10. num 66.* vbi dicit *ex Farinac. vbi ſupra*, hanc qualitatem, quod teſtes ſint omni exceptioni maiores, eſſe articulandam, & probandam, licèt id non ſeruetur in practica, *P. Delr. d. ſect. 3. §. fama, exactè, &c.* redarguens Iudices contrarium facientes, & dixit ego etiam *allegat. foren. 92. num. 36. & allega. 94. num. 39. & allegat. 99. num 12.*

5 Licet contrarium, teſtes probantes indicia remota, non requiri, quod ſint omni, exceptione maiores generaliter dixerit, & tenuerit *Ant. de Ball. tract. crimin. lib. 1. quæſt. 5. num. 16. & ſequen.* de quo dicam latiùs infra in verbo *Indicium, Reſolut. . . .*

De alijs verò famæ requiſitis habentur plura in Reſol. ſeq.

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod fama probari debet per duos teſtes adde *Ciriac. contron. 605. nu. 38. & 57. & Zuff. de legit. proc. crim. quæſt. 47. num. 21.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Fama non dicitur probata, niſi teſtes deponant audiuiſſe à maiori parte populi,*

Quod non habet locum, quando teſtes dicunt publicè dici audiuiſſe, num. 2.

Licèt contrarium teneant aliqui, num. 3.

3 *Quæ contraria opinio procedit in foro ciuili, ſecùs in foro canonico, num. 4.*

Si tamen teſtes dicant, publicè dici audiuiſſe à multis, non probant famam, num. 5.

Probant tamen famam, quando deponunt ita ad defenſam, num. 6.

Si tamen teſtes dicant, publicè dici audiuiſſe, an probent famam, licèt alia non concurrant requiſita, num. 7. remiſſiuè.

RESOLVTIO IV.

Fama an dicatur probata ſi teſtes non dicant audiuiſſe à maiori parte populi.

1 FAma non dicitur probata, niſi teſtes de illa deponentes dicant, ſe audiuiſſe à maiori parte populi, vt tradit *Bart. in l. de minore. 10. §. plurimum num. 13. ff. de quæſt*, quem ſequuntur *Follet. in pract. in verſ. item quòd ſuffocauit vxorem ſub num. 28. Rolan. conſ. 3. num. 54. lib. 1. Thob. Noni. conſ. 99 num. 27. Vulpell. conſ. 30. nu. 10.* vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione, *Maſca. de prob. d. concl. 513. num. 1. lib. 1. & concl. 749. num. 1. & ſeq. lib. 2. Eng. conſ. 27. num. 43. lib. 1. Peguer. deciſ. 17. num. 25. Farinac. de indic. & tortu. quæſt. 47. num. 257.* vbi quamplures more ſuo adducit concordantes, & hanc concluſionem multipliciter ampliat, vt habeat locum, etiamſi teſtes dicerent, audiuiſſe à pluribus, & pluribus, ſeù à diuerſis, ſeù per totam Ciuitatem, vt ibi latè per eum, *Carenà de Offic. S. Inquiſ. part. 3. tit. 10. num. 70.* vbi pariter alios refert ita ſentientes, cum quibus pertranſit *Hodier. contro. foren. cap. 18. num. 69. & P. Delrius diſquiſ. magic. lib. 5. ſection. 3. §. famam, &c.*

Fama enim, & communis opinio intelligitur omniũ, vel maioris partis illius Ciuitatis, ſeù Vniuerſitatis, ad quam ſpectat *ad tex. in leg. quod maior 19. ff. ad municip. & in l. aliud 121. §. refertur ff. de reg. iur.* & declarat *Bart. in d. l. de minore 10. §. plurimum num. 13. & ſeq. ff. de quæſt.* & poſt eum *Monta. de finibus cap. 55. num. 3.*

2 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando teſtes de fama deponentes dicunt ita publicè dici audiuiſſe, quia tunc probant famam, licèt non dicant, audiuiſſe à maiori parte populi, vt docent *Bald. in cap. literas 14. nu. 2. de præſumpt.* quem ſequuntur *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 6. ver. debent etiam dicere &c.* vbi dicit, quòd opinio contraria eſt nimis aſpera, & quòd alias nunquam fama probaretur, & quod ita obſeruatur in Curia Romana, quam omnes aliæ Curiæ debent imitari, vt ibi per eum, *Peguer. deciſ. 17. num. 25. Vulpell. conſ. 39. num. 8. Maſcar. de prob. concl. 496. num. 19. lib. 1. & concl. 749. n. 4 & 5. lib. 2. Farinac. de indic. & tortu d. quæſt. 47. num 257. & ſeq.* vbi dicit, hanc opinionem propter authoritatem Rotæ magis ſeruari in practica, *& conſ. 55. num. 50. lib 1.* vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione, & ita ſeruari in Curia Romana, & in pract. *& conſ. 188. num. 7. lib. 2. Scacc. de indic. lib. 1. cap. 84. nu. 30.* benè *Carena de offic. S. Inquiſ. part. 3. tit. 10. num. 71.* vbi dicit, hanc opinionem ſeruari in practica, *Maſtrill. deciſ. 295. num. 12 & ſeq.* cum quibus pertrãſit *Rota deciſ. 702. nu. 1. par. 1. rec. & apud Greg. XV. deciſ. 273. num. 2. & ibi Beltram. num. 10.* vbi alios refert, *& deciſ. 327. nu. 7. poſt 2. vol. conſ Farinac.*

3 Contrariam tamen opinionem, imò famam non probari per teſtes deponentes, ita publicè dici audiuiſſe, tenuerunt *Bart. in l. de minore 10. §. plurimũ num. 17. & ſeq. ff de quæſt.* quem ſequuti ſunt *Rolan. conſ. 54. num. 14. lib. 1. Thob. Noni, conſ. 99. num. 27. in fin. Vulpel. conſ. 5. num. 7. & conſ. 30. num. 10.* vbi teſtatur de magis communi Doct. opinione, & plures dat concordantes, *Simon de Prat. conſ. 81. num. 18. & ſeq.* vbi hanc dicit communem opinionem, & ab ea in iudicando, & conſulendo non eſſe recedendum, *Hond. conſ. 102. num. 70. lib. 1.* & hanc magis communem eſſe opinionem dicit *Farinac. d. quæſt. 47. num. 259.*

4 Declara d. primam limitationem, quòd fama dicatur probata per teſtes deponentes, ita publicè dici audiuiſſe, licèt non dicant, audiuiſſe à maiori parte populi, vt habeat locum in foro Eccleſiaſtico, & Canonico, vt eſt Auditorum Rotæ ſecus autem in foro ciuili, & ſic in criminalibus, in quibus ſeruatur ius ciuile, in quo loco attendendam eſſe opinionem *Bart.* non autem *Bald.* poſt *Monta. Papia. & Simo. de Prat.* per eum relatos tradit *Farin. de indic. & tortu. d. quæſt. 47. num 259. & 260.* vbi dicit, d. limitationem, neque habere locum, quando teſtes deponentes de fama, vt ſupra, non reddunt cauſas, ex quibus fama ortum habuit, vt ibi per eum, *& conſ. 127. num. 29. lib. 2.* licèt ego, vt verùm fatear ſemper in quampluribus Ciuitatibus Status Vrbini, in quibus Iudex fui, & in Auditorio eiuſdem Status, in quo per annos quatuor, vti Auditor interfui, ſeruari viderim *Bald.* opinionem, non autem contrariam *Bart.* de qua ſupra, maximè cum plures ex Doctoribus in d. prima limitatione adducti loquantur in criminalibus, vt per eos eſt videre. & dixi *in allegat. foren. 93. num. 20.* & ſentit *P. Delrius d. ſect. 3. §. famam &c.*

5 Declara ſecundò d. primam limitationem, vt non habeat locum, quando teſtes deponentes ita publicè dici audiuiſſe poſtea ſubiungerent, audiuiſſe à multis, ſeù à pluribus, quia cum id verificari poſſit etiam in duobus, vti reſtringentes eorum dictũ non probarent famam, vt not. *Gratia. diſcep. foren. cap. 310. nu 84. par. 2. Adden. ad Greg. XV. deciſ 273. nu. 10.* & dixi ego *alleg foren. 92. nu. 39. & alleg 94. num 40.* addo *P. Delr. d. ſect. 3. §. famam &c.*

6 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum

locum in fama probata ad defenſionem inquiſiti, quia tunc illa benè probatur per teſtes deponentes ſimpliciter de auditu, vt docent *Caph conſ.* 140. *num.*27.*& ſeq. lib.*1.*Hond.conſ.*100.*num.*35.*lib.*1. *Burſatt.conſ.*69.*num* 14.*& ſeq. lib.*1.*& Guazzin. defen.*29.*cap.*3.*n.*15. vbi alios dat concordantes.

7 Vtrum verò, dum teſtes deponunt ita publicè dici audiuiſſe per d.verba, ſuppleantur alia requiſita famæ, puta, quod non teneantur nominare authores, adducere cauſas, & alia requiſita tractat *Farin. de indic.& tortu.d. quæſt.* 47. *num.* 262.*& ſeq.* vbi refert opiniones hinc indè, & ipſe concludit pro negatiua, quando ſumus in foro ciuili, & in criminalibus vide ibi per eum.

ADDITIO.

N.1. VBi habetur, quod fama non dicitur probata, niſi teſtes de illa deponentes dicant audiuiſſe a maiori parte populi adde *Ciriac. contro.* 605. *num.* 50. qui dat concordantes.

SVMMARIVM.

1 *Bona fama prævalet in concurſu mala fama, & illam tollit.*

Et fama negatiua delicti præfertur famæ affirmatiuæ, num. 2.

Et bona fama in genere tollit malam famam in genere, num. 3.

Et bona fama in ſpecie eò magis tollit malam famam in genere, num. 4.

5 *Fama bona in genere tollit etiam malam famam in ſpecie.*

Licèt contrarium teneant plures Doct. num. 6.

Et teſtes deponentes de bona fama præferuntur teſtibus deponentibus de mala, num. 7.

*Quicquid contrarium tenuerint aliqui, num.*8.

Quod procedit, licèt teſtes deponentes de bona fama ſint pauciores, num. 9.

10 *Fama bona tollit omnem præſumptionem, & indicium contra reum exiſtent, ita vt, ſi reus erat torquendus, amplius non poſſet torqueri.*

Quod verò tantùm debilitet indicia, non tollat, ita vt reus mitius ſit torquendus tenent veriùs Doctores, num. 11.

Niſi tamen indicia eſſent valdè leuia, quia illa tollit, num. 12.

RESOLVTIO V.

Fama bona an prævaleat in concurſu mala fama, & illam tollat.

1 BOna fama prævalet in concurſu malæ famæ, & illam tollit, vt tradunt *Crauet. conſ.*275.*nu.*12 *& conſ.*266. *num.*46.*Rola.conſ.*63. *num.*39. *lib.*2. *Gabr.com. concl.in tit. de teſti.concl.* 4.*num.*25.*Farinac.de indic. & tortu.quæſt.*46.*num.* 168.*Surd.conſ.*173.*num.*107.*lib.*2. *Guazzin. defen.* 28.*cap.*1.*num.*18.*Carena de offic.S.Inquiſ.par.*3.*tit.* 10.*num.*79.*& ſeq.Illuſtriſ.Sperellus deciſ* 173.*nu.* 44.*par.*2.*Paul.Rube.de validit.legal.cap.*1.*num.*15. *P.Delr.diſq.magic.lib.*5 *ſect.*3.*§.quartum indicium, Rota apud Card. Mant.deciſ.*275.*num.*12.*& deciſ.* 335.*num.*6 *par.*2.*rec.& apud Gregor.XV.deciſ.*455. *num.* 3. *& ibi Adden.*

Præſtantiua enim eſt priuilegium bonæ famæ, quam malæ opinionis, vti fundatum in generali præſumptione, quod quilibet præſumitur bonus *cap. licèt* 14.*in fin.de accuſ.cap.vlt.de præſump.* plenè *Barbo. axiom.*37.*nu.*4.& ideò Iudex in odorem bonæ opinionis potiùs, quàm in infamiæ pudorem induci debet, vt poſt *Cirill.in ſumm. crim.rubr.*29.*§.*4.*nu.* 13.*& §.*5.*num.* 15. per eum relatum firmat *Farin. d.quæſt* 47.*num.*181. *Sperell. d.deciſ* 173.*num.*44. *& Paul.Rub.de valid.legal. d.cap.*1.*num* 15.*& ſeq.*

2 Amplia primò d.concluſionem, vt fama negatiua delicti præferenda ſit famæ affirmatiuæ. vt docent *Gram.vot.*34.*num* 17.*Boſſi.in pract.in tit de manda. ad homic.num.*45. plenè *Farinac.de indic. & tortu. d. quæſt.*47.*num.* 168. vbi alios dat concordantes quamplures, *& conſ* 24.*num.*9.*& conſ.*79.*num.*24. *lib.*1.*& Vermigl conſ* 45. *num.*13. *& conſ.*159.*nu.* 57.*& conſ.*381.*num* 13. qui alios refert ita ſentientes, & dixi ego *allegat.foren.*94.*num.*46.

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt bona fama alicuius in genere tollat malam famam eiuſdem pariter in genere, omnemque præſumptionem ex d. mala fama reſultantem, vt not. *Bald.in l.fin.nu.*10. *ff.de ſeruit, Horat.Luti.conſ.* 161.*num.*49.*inter conſ. crim.diuer.lib.*1.*Peguer.deciſ.crim.*17 *num* 13.*Farinac de indic.& tortu.quæſt.*47.*num.*181. vbi alios dat concordantes, *Surd. conſ.*173.*num.*107. *lib.*2. *Aldoni.conſ.*27.*num.*27.*Hond.conſ.*97.*nu.*39. *lib.*1. *Guazzi.defen.*28.*cap.*1.*num.*18.*Carena de offic.S.Inquiſ.par* 3.*tit.*10.*num.*79.*Vermigl.conſ* 24.*num.*17. *& conſ.*62.*nu.*3.*Ciriac.contro* 250.*num.*50.*P.Delr. diſqu.magic.lib.*5.*ſect.*3. *§ quartum indicium, &c.*

4 Amplia tertiò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum in bona fama in ſpecie, quæ omninò tollit malam famam in genere, vt voluerunt *Natt. conſ* 362.*nu.*12.*in fin.par.*3. *Burſatt.conſ.*238.*num.* 21.*& conſ.*111. *num.*106. *et conſ.*355.*num.*6. *lib.*3. vbi teſtatur de communi opinione, *et conſ.* 368. *n.* 12.*lib.*4. quos refert, & ſequitur *Farinac. de indic. et tortu.in d. quæſt.*47.*num.*184. *Rim.Iun conſ.*360. *num.* 31. *volum.* 3. quem pariter refert, & ſequitur *Guazzin.d.defen.*28.*cap.*1.*num.* 19. & ſcripſit etiam *Baiar.ad Clar.§.fin. quæſt.*60.*num.*85, nec non *Vermigl conſ* 62.*num.*3.

5 Amplia quartò d.concluſionem, vt bona fama rei in genere tollat etiam malam famam eiuſdem in ſpecie ortam ſuper delicto, quo inquiritur, vt adnotarunt *Bald.in l.ea quidem* 7.*n.*57. *C.de accuſ. Gandi.de malef.in tit.de præſumpt.et indic.dubit.n.* 15. latè cõprobans, *Foller.in prac.in ver.Dentur capitula, quod ſuffocauit vxorẽ n.*29 *Clar.in pract.§.fin. q.*60.*ver.frequens etc.* vbi teſtatur de communi opinione, & ibi *Baiar.n.*87. vbi alios dat cõcordantes, *Bert.conſ.*60.*n.*17.*lib.*1.*et cõſ* 493 *n.*20.*lib.*2.*Ceph.*

conſ.721.num.15.lib.5.Franc.Perſonal.de indic. & tort.num.57.& ſub num.65.qui pariter de communi opinione teſtatur Aldoni.conſ.22 num 36,Euge. conſ.27 num 45, lib.1. & hanc opinionem vti vltimo loco relatam ſequi videtur Farinac.de indic.& tortu.d.quæſt.47.num.195.vbi poſtea dicit,ampliationem eſſe veram quando mala fama in ſpecie eſt nuda, ſecùs ſi ſit adminiculata, vt ibi per eum, & idem tenet in conſ 56.num 25. cum quibus pertranſit Guazz.d.defen.28,cap.1.num 19. & dixi ego alleg.foren.92.num.40. addo P.Delr.diſquiſ.magic. d.ſect 3.§ quartum indicium &c. vbi teſtatur de communi, quando fama ſpecialis eſt nuda,

6 Licèt contrarium tenuerint Roma.conſ.167.num. 10.& ibi Adden.litera O, Boſſi.in pract in tit.de inquiſ.num.31.& ſeq.Oſaſch.deciſ.Pedem.79 nu.74. Hercul.de negat.num.307.Vulpell.conſ 72 num.7. Peguer.deciſ.17.num.13.& alij quos refert Farina. in d.quæſt 47.num.191.necnon Ciriac.d.contr 250. num.51, contra quos adeſt communis opinio Doctorum, de qua ſupra.

7 Amplia quintò d.concluſionem vt ſi adſint teſtes deponentes de mala fama, & teſtes deponentes de bona, præferantur teſtes deponentes de bona vti deponentes ſuper eo, quod de iure præſumitur, vt tradunt Crau.conſ.6.num.62.& conſ.9.num.8.Deci, conſ.448.num.12.Natt.conſ.362.nu.11.lib.3,Gabr. com.concl.de teſt.concl.4.num.24.Rolan.conſ.63.nu. 39.& conſ 96.nu.22.lib.2.Maſc.de prob.concl 223. num.1.& concl.234.n.2.& ſeq.lib.1.& concl.1219, num.9.& 10.lib.3.Farinac.de indic & tort.d.quæſt. 47.num.182.vbi alios dat concordantes,& teſtatur de veriori, & communi opinione, & dicit, illam eſſe ſequendam, & num. 194.dicit, prædicta non habere locum in teſtibus deponentibus de mala fama in ſpecie,qui præferuntur deponentibus de bona fama in genere, licet num 196. referat aliquos contrariam tenentes quam ampliationem tenent etiam Baiar.ad Clar.in d.quæſt.62.nu.86.Surd.conſ 173.num 107.lib.2.Guazz.d defen.28. cap 1.num. 19.Paul.Rube.de valid.legal.cap.1.num 6.& nu 14. plenè Carleual.de iudic. lib.1. tit.2.diſp.3.num 19. P.Delr.d.ſect.3.§.quartum indicium Rota deciſ.62. num.5.par.3.rec.& apud Coccin.deciſ 68 num 11, & dixi ego allegat.foren.94.num.45.& 46.

8 Quicquid contrarium tenuerint Doctores relati per Gabr.d.concl.4.num.24.ver.contrarium, &c.& per.Maſc. de prob. concl. 135.num 3. contra quos adeſt verior, & communis opinio de qua ſupra.

9 Subamplia d. quintam ampliationem, vt habeat locum licèt teſtes deponentes de bona fama ſint pauciores numero, niſi tamen ſit magnus exceſſus, quia adhuc veniunt preferendi, vt voluerunt Surd. d.conſ.173.num.107.lib.2.Hond.conſ.97.nu.38.lib.2 Farinac.de indic.& tort. d.quæſt.47. nu.183. in fin. Guazzin.d.defen.28.cap.1.num.19.Ric.collect.206. ver.& vim bona fama &c.latè Carleual de indic.d. diſp.3.nu.19. vbi plures dat concordantes, et Rota apud Cocci.deciſ.68.nu.11.& 17.& apud Greg.XV. deciſ.455.n.3.& ibi Adden.litera C & d.deciſ.62, n.9.par.3.rec. & P.Delr.d.§.quartum indicium,

10 Amplia ſextò d.concluſionem, vt bona fama nō ſolum tollat indicium malæ famæ, ſed etiam omnem aliam delicti præſumptionem, & indicium ita vt reus, qui ex legitimis indicijs contra eum exiſtentibus torquendus erat, amplius torqueri non poſſit, vt adnotarunt Caſon.de indic.& tortu.tract. 1.cap.2.num 9.Hercul. de negat.num.306.Boſſi.in pract. in tit. de inquiſ num.34 & 36.Nat.conſ.394. num.37.lib.2.Rolā.conſ.7.num.51.& conſ.16.num. 24.& ſeq.& conſ.73.num.35.lib.1.& conſ.96.num. 21.lib.2.Vulpell conſ 10.num.4 & conſ.11.num.8, et 9.et conſ.12.num.45.Cæph conſ 304.n.118.lib.2. et conſ.424.num.27.lib.3.Bertaz.conſ.78.num.6.et conſ.125.num.6.lib.1.et conſ.45.nu 7.lib.2.Hond. conſ 100.num.40.et conſ.107.num.55.lib.1. vbi teſtatur de communi opinione, et conſ.87.nu.176. et conſ.93.num.84. lib.2 & alij plures, quos refert Farinac.de indic.& tort.d.quæſt.47.num.186.et ſeq. vbi teſtatur de magis communi Doct opinione, et conſ.60.num. 12. lib.1.

11 Contrariam tamen opinionem,quod imò bona fama in genere probata non tollat indicia ſpecialia contra reum exiſtentia, ſed quod ſolùm illa debilitet, & ideò quid tantum operetur, quod reus leuius torqueatur, non autem, quod nullo modo torqueatur, cum alias nunquam eſſet locus torturæ, cum nemo reperiatur tam nequam ad eius fauorem duo teſtes non deponant, illum eſſe bonæ conditionis & famæ, voluerunt quamplures Doct. & præcipuè Roman.conſ.167.in fin.Alex.conſ.77.nu. 5.lib.1.Plot.de in litem iur.§.6.poſt num.59.et §.10. num 13.& §. 29. num 3. vbi teſtatur de communi opinione, Clar.in pract.§ fin.quæſt.60.ver frequenter etiam &c. vbi dicit, ita ſemper vidiſſe ſeruari, & ibi Baiar ſub num.87.vbi pariter dicit,ita vidiſſe ſemper ſeruari de conſuetudine Altobr.conſ.71.nu. 57. vbi dicit, quod hæc contraria opinio eſt trita apud criminaliſtas Tegner.d.deciſ.17.nu.13.& hanc opinionem comprobat Farinac. in d quæſt.47. nu. 187.& ſeq vbi alios dat cōcordantes quamplures, & dicit, hanc contrariam opinionem eſſe magis ſeruatam in practica, & eſſe rationabiliorem per rationem, quam adducit, quod aliàs nunquam eſſet locus torturæ & quod iſta eſt veritas, & ita vidiſſe ſemper in practica ſeruari, vt ibi per eum, & idem dicit in conſ.12.num.12.& conſ.50.num.51. & conſ.55 nu.58.& conſ.23.nu.21.& 110.& conſ. 41.num 15.& conſ.43.nu.6.lib.1 cum quibus pertranſeunt P.Delr.diſq.magic.d.ſect.3.§.quartum indicium Curena de Offic.S Inquiſ par 3.tit.10.num. 81.& Vermigl.conſ 24. num.17.

12 Declara d. contrariam opinionem in praxi magis ſeruatam, quod bona fama non tollat indicia ſpecialia contra reum exiſtentia, vt habeat locum in indicijs grauibus, ſecùs autem in leuibus, & in mala quadam præſumptione contra illum militante, quia illam bonam famam extinguere, & tollere voluerunt Merend.conſ 88.num.77.inter conſ.crim. diuerſ lib.2.Vulpell conſ. 10.num. .et conſ.17. num.5. et Farinac.conſ.10.num 37. et 52.et conſ. 22.num.32.et conſ.40.nu.76.et conſ.79.n.22.lib.1. et Hond.

& Hond.conſ.87.num.177.lib.2.& P.Delr.d.ſect.3. §.quartum indicium, & dixi ego *allegat. foren.* 83. *num.28.& allegat.85.num.45.* & in alijs pluribus. Alia plura ad materiam habes *in Reſolut.ſeq.*

ADDITIO.

N.1. VBi habetur, quod bona fama præualet malæ famæ, illam tollit adde *Ciriac. contro 605.nu.41.* maximè ſi bona fama habeat meliores probationes *num.41.*

SVMMARIVM.

1 *Bona fama rei tollit indiciũ reſultans ex inuentione apud eũ de inſtrumentis aptis ad cudendã monetã.*

Et tollit indicium reſultans ex aſſociatione delinquentis poſt delictum, num. 2.

Et indicium reſultans ex inuentione apud aliquem rei furatæ, num. 3.

Et indicium ex eo, quod quis viſus fuit exire de domo, in qua fuit factum furtum, cum fardello ſub pallio, num. 4.

Et tollit indicium contra domeſticum domus, in qua fuit factum furtum, num. 5.

Tollit etiam indicium ſurgens ex nominatione ſocij criminis, num. 6.

Et indicium ex inuentione mortui in domo contra dominum domus, & illius domeſticos, num.7.

Declara vt num. 8.

9 *Bona fama vnius in indiuiduis prodeſt alteris, qui eſt malæ famæ.*

10 *Bona fama operatur, vt reus cõfeſſus mitius puniatur*

11 *Bona fama tollit omnem falſitatis ſuſpicionem.*

12 *Bona fama excludit indiciũ ortũ ex indicio peritorum,*

RESOLVTIO VI.

Bona fama rei an tollat indicium reſultans ex inuentione apud eum de Inſtrumentis aptis ad cudendam monetam.

1 BOna famæ inquiſiti tollit indicium reſultans ex inuentione apud aliquẽ de inſtrumentis aptis ad cudendam monetam, vt tradunt *Boſſi.in pract. in tit.de falſa monet.nu.7.& 8.Maſcar.de probat.concl.1066.num.10. lib.2.Farinac.de crim.læſæ Maieſt.quæſt.115.nu.24. & ſeq.& conſ.175.num.16.lib.2.* alios adducens ita ſentientes *Caph.conſ.341.n.12 & ſeq.lib.3.Guazzi. defen.4.cap.9 nu.6.Decia. tract.crim.lib.7. cap.26. n.6.* vbi requirit, quod bona fama non ſit vulgaris, ſed ſit notabilis, & vehemens, & in hoc multum tribuit Iudicis arbitrio, vt ibi per eum, & dixi infra in verbo *Moneta falſa Reſol.... in 1.limit.*

2 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt bona fama excludat indicium, & præſumptionem reſultantẽ ex aſſociatione delinquentis poſt commiſſum delictum, vt not. *Turre. conſ.66.n.8 & ſeq.lib.1.* quem refert, & ſequitur *Guazz.defen.33.cap.10.n.7.in fin.*

3 Amplia tertiò d.concluſionem, vt bona fama tollat indicium reſultans ex inuentione facta in domo alicuius de re furata, vt voluerunt *Gramm.conſ.38. n.15.Nouel.in tract.ad defen. §.ſolet communi &c. n.149.Cran conſ.95.n. 12. Menoch.de præſum.lib.5. præſump.29.n.4.& ſeq.* reprobato *Decian.conſ.83. n.85 lib.2.Farin.de furt. q. 177. n.5.* vbi dicit, hanc ampliationem non habere locum in famulo domini rei ſubtractæ, contra quem res furata facit indicium, vt ibi per eum, *Guazz.defen.17.cap.2. nu 4.* vbi dicit, hanc ampliationem habere locum, etiam ſi d. vir bonæ famæ non doceat à quo habuerit rẽ furatam, niſi tamen alia indicia contra eum concurrerent, vt ibi per eum, *Cabal.reſ.crim.caſu 199. num.14 cent 2.& Vermigl.conſ 267.num 2.*

4 Subamplia d. tertiam ampliationem, vt habeat locum etiam in eo, qui viſus fuit exire ex domo, in qua fuit commiſſum furtum cum fardello, ſeù aliqua alia re ſub brachio, vel ſub pallio, qui ſi ſit vir bonæ conditionis, & famæ contra eum non inſurgit indicium furti, vt tradunt *Blanc.de indic.n. 18. Menoch.de præſump.lib.5.præſump.31.n 9.Maſc.de prob.concl 831. n 3.lib 2.Brun.de indic par.1.quæſt. 3.n.4.in fin.Farin.de furt q.176.n 67.* vbi alios adducit concordantes, & *Vermigl. conſ.268. num.9.* vbi dicit, hanc eſſe receptam concluſionem.

5 Amplia quartò d.concluſionem, vt habeat locum etiam in vicino, in conuerſante, & domeſtico loci, ſeù domus, in qua fuit factum furtum, qui ſi ſit bonæ conditionis, & famæ, nullum contra eum ex d. vicinitate, domeſticitate, ſeù conuerſatione in domo, inſurgit indicium ad torturam, vt docent *Brun. de indic.par.1.q.3.n.3.Boſſ.in pract.in tit.de indi ſub n.52. Ant.Gomez var. reſ.tom.3.c.13.ſub n.13.Menoch.de præſump.lib.5.d.præſump.31.n.22.Maſc.de prob.concl.831 n.14.* plenè *Farin.de furt.q.156.nu. 59.& ſeq.* vbi alios dat concordantes, & alias facit illationes in eo, qui viſus fuit frequentare locum, vbi fuit commiſſum furtum, in eo cuius res reperta fuit in loco furti, in eo, cuius pedis forma inuenta pariter eſt in loco furti, vt ibi per eum, cum quo concordat *Vermigl.d.conſ.268.num.7.*

6 Amplia quintò d.concluſionẽ, vt bona fama tollat indicium reſultans ex nominatione ſocii criminis de aliquo facta, etiam in criminibus exceptis, vt tenuerunt *Gram.conſ.21.n 10.& conſ.35.n 25.et 49 & ſeq.& conſ 61.n.4.Pariſ.conſ.151 n.13.lib.4. Rola.conſ 16.nu. 24.& ſeq.& conſ.73.nu.35.& ſeq. lib 1.Menoch.de arb caſu 474.n 42. Maſc.de prob. concl.1311.n.16.& ſeq.lib.3.Pegner. deciſ.5.nu.31. Hond.conſ.100.n.4.et n.20.lib.1.Eug.conſ.98.n.26. lib.2.* & hanc ampliationem communiter receptã per Doct. dicit *Farin.de indic.& tort.q.43.n.187.* & alios dat concordantes, licet de illius veritate dubitare dicat, maximè, quando cum d. ſocij criminis alia concurrerent adminicula, & idem tenet *conſ. 55.n.20.in fin. lib.1.* & bonam famam tollere indicium reſultans ex nominatione mandatarij dicit idem *Farin conſ.19.n.24. lib.1.* & bonam fama nominati tollere indicium reſultans ex nominatione ſocij criminis, niſi illud eſſet ita adminiculatum, vt excederet ſemiplenam probationem, multùm tribuendo Iudicis arbitrio tenet *Carena de Offic.S.Inquiſ.par.3.tit.10.n.50.* & dixi ego *alle.for.98.n.31.*

7 Amplia ſextò d. concluſionem, vt bona fama tollat indicium reſultans ex inuentione mortui in domo contra dominum domus, & illius domeſticos, vt tradunt *Boſſ. in pract. in tit. de indic. ante tortur. num. 50. Angel. de maleſ. in ver. quod fama num. 51. Nouel. ad defenſ. 4. tit. an iudicia pro reo &c. nu. 33, et ſeq. Adden. ad Guid. de Luzar. de indic. nu. 39.* quos vna cum alijs pluribus refert, & ſequitur *Guazzin. defen. 19. cap. 9. nu. 4. ver. ſed Iudex &c.* vbi teſtatur de communi opinione, & monet Aduocatum, ne decipi ſe permittat a *Nate. & Franc. Perſon.* contrarium tenentibus, & cum d. ampliatione, quando dominus domus, & habitantes in ea ſunt bonæ famæ, & homicidium potuit etiam ab alijs committi, pertranſit *Farinac. de ind. c. & tortu. quæſt. 52. num. 107. & ſeq.* ſecus ſi homicidium potuit ſolum a domino domus, & habitantibus committi, vel quando alia præſumptio contra illum, & domeſticos concurrit, quæ bonam famam ſuperat, vt ibi per eum, & non videtur diſſentire *Guazz. d. defen. 19. cap. 9. n. 4. verſ. ſed pro reſolutione &c.* vbi tamen diſtinctionem *Farinac.* non bene percipit, vt ibi eſt videre, admonens ſudicem, vt in hoc ſit bene oculatus, cum ſæpe poſſit errare, vt patet ex exemplis ibi per eum allatis, addo *D. Andreol. controu. 170. num. 10.*

8 Declara primò d. concluſionem, vt habeat locũ, quando agitur de torquendo domino domus, vt principali, ſecùs tamen eſt, ſi agatur de illo torquẽdo, vti teſte veriſimiliter informato, quia tunc illum torqueri poſſe, licèt ſit bonæ famæ, vel licèt non ſit malæ famæ, declarat *Farinac. de indic. & tortu. d. quæſt. 52. num. 107.*

9 Amplia ſeptimò d. concluſionem, vt bona fama vnius in delictis indiuiduis ſuffragetur alteri, qui eſt malæ famæ, cum coniunctus in indiuiduis gaudeat beneficio ex perſona ſocij, quo gaudere non poſſet ex propria, vt tradunt *Sard. conſ. 132. nu. 58. lib. 1. & Guazz. defen. 2. cap. 8. num. 6.* qui alios dat cõcordantes, & quod coniunctus in indiuiduis gaudeat beneficio ex perſona ſocij, quo gaudere non poſſet ex propria tradit, & latè comprobat *Nata. de elect. fori ſect. 3. quæſt. 1. num. 2. & ſeq.* vbi plures dat concordantes.

10 Amplia octauò d. concluſionem, vt bona fama operetur, quod reus ob confeſſum delictum mitiùs veniat puniendus, ſi alias toto tempore vitæ ſuæ aliud non commiſit delictum, & habitus fuit prõ viro bonæ conditionis, & famæ, vt ſcripſerũt *Alex. conſ. 121. nu. 5. lib. 5. Tiraq. de pæn. temp. cauſa 51. per tot. & Bertaz. conſ. 11. num. 24. lib. 1.* quos referendo ſequitur *Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 47. nu. 185.* & ſcripſit etiam *Baiar. ad Clar. §. fin. q. 60. n. 85.*

11 Amplia nonò d. concluſionem, vt bona fama tollat omnem falſitatis ſuſpicionem, vt ſcripſerunt *Menoch. de præſump. lib. 5. præſumpt. 20. nu. 5. & 44. Farinac. conſ. 12. num. 11. lib. 1. & conſ. 110. num. 10. & conſ. 151. num. 13.* vbi loquitur, quando cum bona fama eſt coniuncta nobilitas, *& tract. de falſit. & ſimul. quæſt. 153. num. 147.* vbi quamplures dat concordantes, *Altograd. conſ. 30. num. 220. lib. 1.* & de fama bona Notarij, quod excludat falſitatis præſumptionem, idem *Farinac. conſ. 152. num. 7. et conſ. 170. nu. 9. & conſ. 174. nu. 8. & conſ. 179. num. 8. Carena reſol. 21. num. 23.* vbi, quod excludit præſumptionem ſimulationis, & dixi ego *alleg. forenſ. 89. num. 54. & allegat. 91. num. 35.*

12 Amplia poſtremò d. concluſionem, vt bona fama indicium ad torturam ortum contra aliquem ex iudicio peritorum excludat, vt poſt *Franc. Curt. Purpura. Cran. Vulpell. & Maſc.* per eum adductos tradit *Farinac. conſ. 179. num. 5. in fin. lib. 2.*

ADDITIO.

N. 3. VBi habetur, quod res furata reperta penes aliquem non facit indicium ad torturam ſi eſt bonæ famæ adde & dixi late infra in verb. *Furtum Reſolut. 4. num. 1.*

N. 11. Vbi habetur, quod bona fama tollit omnem falſi ſuſpicionem, adde *Ciriac. contr. 627. num. 48. & 79. num. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Fama dicitur plenè probata, ſi de illa deponant decem teſtes, licet ſinè requiſitis.*

2 *Cum numerus dicatur ſupplere, num. 2.*

3 *Licèt aliqui contrarium teneant, num. 3.*

4 *Etiamſi de fama deponant ſeptem teſtes tantùm, num. 4.*

5 *Procedunt ſupradicta, ſi concurrat habilitas teſtium, aliàs ſecus, num. 5.*

RESOLVTIO VII.

Fama an dicatur legitimè probata ſi de illa deponant decem teſtes, licèt ſine requiſitis illius.

1 FAma, ſi de illa deponãt decem teſtes, dicitur plenè probata propter eorũ multitudinem licet informiter, & non cum omnibus illius requiſitis d. teſtes deponant præcipuè non exprimendo cauſas, & authores, vt tradunt *Rola conſ. 82. num. 60. lib. 2. Hier. de Monte de finibus cap. 57. num. 11. Rim. Iun. conſ. 302. num. 3. & ſeq. lib. 3. Thob. Nonn. conſ. 111. nu. 5. Vulpell. conſ. 39. num. 5. & ſeq.* vbi reſpondet *Pariſ.* contrarium tenenti, *Maſc. de prob. concl. 749. num. 21. lib. 2. Adden. ad Bertaz. conſ. 102. litera C. lib. 1.* quem refert vna cum alijs pluribus, & ſequitur *Farin. de indic. & tort. quæſt. 47. num. 267.* vbi teſtatur de communi opinione, & tradunt etiam *Maſc. de proba. concl. 749. num. 21. lib. 2. Gronagn. conſ. 6. num. 100. lib. 1. Hond. conſ. 87. n. 16. & ſeq. lib. 2. P. Delr. diſq. magic. lib. 5. ſec. 3. §. famã &c. et Ciriac. contr. 102. in prin.*

2 Numerus enim teſtium in d. caſu defectum ſupplere dicitur & fama tanquam ex notario dicitur iuſtificata, vt not. *Felin. in cap. cum oporteat. 19. nu. 18. de accuſ. Rola d. conſ. 82. n. 6. Hond. d. conſ. 87. num. 17. lib. 2. et Ciriac. d. contr. 102. num. 1.*

3 Quicquid contrarium tenuerint *Pariſ. conſ. 67. n. 108. lib. 3. & Nat. conſ. 473. n. 22. & ſeq. & conſ. 362. n. 10.* contra quos adeſt cõmunis opin. de qua ſupra.

4 Am-

4 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum, non ſolum, ſi de fama deponant decem teſtes, vt ſupra, verùm etiam ſi de illa deponant ſeptem teſtes tantùm, quia eundem operatur effectum, ac ſi de illa decem teſtes depoſuiſſent, vt voluerunt *Alba.conſ.72.num.4 par.1.Burſatt. conſ. 35.num.21.& ſeq.& conſ.87.num.45.& ſeq. lib.1. & conſ.311.num.34.lib.3.* quem refert, & ſequitur *Hond. d. conſ. 87. ſub num. 17.* & idem ante eos dixit *Abb.conſ.72.num.5.Maſcar.d.concl 749.num. 21.* & non videtur diſſentire *Farinac.in d.quaſt. 47. num.271. in fin.* & de octo teſtibus loquitur *Gram. conſ.57.num.19.* & de ſex concurrentibus adminiculis *Gionagn.d.conſ.6.num.100.*

5 Declara d. concluſionem, vt ex numero decem teſtium dicatur probata fama, licèt illi de eam informiter deponant, vt ſupra, quando concurrit habilitas teſtium de illa deponentium, quia ſi illi ſint inhabiles, famam nullo modo probant, vt tradunt *Natt.d.conſ 362.num.10.& d.conſ. 478. num. 23.& Petra de fideic.quaſt.13.num.128.* quem referendo ſequitur *Farinac.de indic.& tort.d.quaſt. 47. n.270.& P.Delr.d ſect.3.§ famã &c.* vbi requirit, quod cauſas, & authores explicet, vt ibi per eum in is, afferendo diffinitionem famæ, ſed ſufficit, quod reſpondeat per verba vulgi, deſcribendo famam more vulgarium, vt declarant *Maſc.d.concl. 749.n.35.lib 2.Petr.de fideic.q.13.n.120.et ſeq.Farin de indic.et tort d quaſt.47.n.225.Adden.ad Greg. XV.d.deciſ.325.nu.28.* vbi dicunt, quod teſtis non tenetur dicere, quid ſit fama, quando ex ſua depoſitione colligitur, illum intellexiſſe, quid ſit fama, vt ſi reſponderit, quod ſit illud, quod publicè dicitur, vt ibi per eos *Scac de iudic.lib.1.cap.84. num.32.Carena de offic.S.Inquiſ.par.3.tit.10.nu.72. et Rota deciſ.138.nu.7.poſt 2.conſ. Farinac.* quibus addo ita ſentientem *P. Delr. diſquiſ.magic. libr.5. ſect.3.§.famam exactè etc.*

ADDITIO.

N.1. VBi habetur, quod teſtis deponens de fama ſi neſciat quid ſit fama illam non probat adde *Card. Tuſc.pract. concl. litera F.concl.64.num.40.*

SVMMARIVM.

1 *Teſtis deponens de fama, ſi neſciat quid ſit fama, illam non probat.*

Sufficit tamen, quod teſtis diffineat famã non per verba iuris, ſed groſſo modo per verba vulgi.n.3.

2 *Teſtis non probat, dũ non intelligit id, de quo deponit.*

RESOLVTIO VIII.

Teſtis deponens de fama ſi neſciat quid ſit fama, an illam probet.

1 TEſtis deponens ſuper fama debet ſcire quid ſit fama, ita vt, ſi interrogatus quid ſit fama, reſpõdeat ſe neſcire, illam non probat, vt tradunt *Bald. conſ.447.num.11.& ſeq.lib.4.Natta conſ 473.num.18.& ſeq. par.4.Clar. in punct.§.fin.quaſt.6.verſ.poſtremò &c.* vbi teſtatur de communi opinione *Maſc.de prob.concl.749.nu. 32.& ſeq. lib. 2.* plenè *Farinac.de indic. & tortur. quaſt.47.num.219.& ſeq.* vbi alios dat concordantes, & dicit, hanc concluſionem habere locum, ſiuè teſtis ſit peritus, ſiuè idiota, & d. teſtem debere afferre bonam, & congruentem diffinitionem *Ruta apud Greg.XV.dec.325.n.13.et ibi Adden.n.28.*

2 Teſtis enim non probat, vbi non intelligit, & benè percipit id, de quo deponit, vt not. *Bart. in l.1. n.10.& ſeq.ff.ſi cert.pet.Bald. in l.1.n.1. ff.de his qui ſunt ſui, vel alie.iur.Specul.in tit.de not.crim.§.fin.ver. ſi teſtes producantur* benè *Nat.d.conſ.473.num.19.* vbi dat concordantes, *et Maſc.d.concl.749.nu.33.*

3 Declara d. concluſionem, vt teſtis interrogatus quid ſit fama, non teneatur reſpondere per verba

SVMMARIVM.

1 *Fama orta poſt carcerationem inquiſiti, vel poſt tranſmiſſam inquiſitionem non eſt attendenda, cum præſumatur orta ex d.cauſis.*

Licèt contrarium teneant aliqui, num.2.

Et idem in fama orta poſt accuſationem, et inchoatum proceſſum, num.3.

Et ideò fama eſt probanda cum tempore præciſo, num 4

5 *Fama in dubio præſumitur orta poſt carcerationem et inquiſitionem.*

Contrarium num.6.

RESOLVTIO IX.

Fama orta poſt carcerationem inquiſiti, vel poſt tranſmiſſam inquiſitionem an ſit attendenda.

1 FAma orta poſt carcerationem inquiſiti, vel poſt tranſmiſſam inquiſitionem vti orta præſumptiuè non ex veritate delicti, ſed ex illo actu carcerationis, vel tranſmiſſæ inquiſitionis nihil operatur, & non venit attendenda, vt tradunt *Gram voto 34. num.17. Peguer.deciſ.17.num.27.Hond conſ. 102.num. 74. lib. 1.Giurb.conſ. 7.num.44.et conſ.91.nu.44.Farinacc. de indic.et tort.quaſt. 47.num.176.Thob.Non. conſ. 99.num.29.Caren.de Offic.S.Inquiſ.par.3.tit.10.nu. 73.* vbi alios dat concordantes, *Vermigl.conſ.13.nu. 1 .et conſ 74.num.14.et conſ.228.num.7.Ant.de Ball.tract.crim.lib.1.quaſt.13.nu.21.* & dixi ego *alegat.foren.88.num.62 et alleg.93.num.21.et alleg. 99.num.14* vbi alios adduxi concordantes.

Fama enim orta poſt carcerationem, ſeù inquiſitionem, vt ſupra, præſumitur orta ex illo actu carcerationis, & inquiſitionis, vt dixi, non autem ex veritate delicti, vt not. *Peguer.d.dec.17.n.27. Marſil. Singul.97.Giurb.d.conſ.47.nu.44 Caren.in d. tit.10.*

num.73. & alij Doct. ſupra adducti, & ideò non mirum, ſi illa non veniat attendenda, vt volunt Doct. prædicti, & dixi ego *d. allegat. 88. num. 61. & alleg. 94. num. 13. & allegat. 99. num. 13.*

2 Licet contrariam opinionem, imò famam oriri poſſe poſt inquiſitionem, & accuſationem, quando concurrunt cauſæ, ex quibus populus moueri potuit ad ita opinandum, & illam eſſe attendendã voluerit *Bart. in l. de minore 10. §. plurimùm nu. 16. & 17. ff. de quæſt. Boſſi. in pract. in tit. de partu ſuppo. num. 21.* quos ſequitur in d. ... *Farinac. de indic. & tortu. d. quæſt. 47. num. 178.*

3 Amplia d. concluſionem magis receptam, vt habeat locum, etiam in fama orta poſt accuſationem porrectam, & poſt incohationem proceſſus, quæ vti orta pariter præſumptiuè ex d. cauſis non venit attendenda, vt voluerunt *Carer. in pract. in 2. tract. de indic. & tort. §. ſecundum indicium num. 12.* quem reſtringendo ſequitur *Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 47. num. 176. Pegner. d. deciſ. 17. num. 27. Vermiglio. conſ. 20. num. 23. & conſ. 228. num. 7. & P. De rias diſq. magic. lib. 5 ſect. 3. §. quartu indiciam,* niſi cauſa, ex qua orta eſt fama ſuperueniſſet poſt accuſationem carcerationem, & inquiſitionem, vt ibi per eum.

4 Declara primò d. concluſionem illatiuè, vt fama probari debeat cum tempore præciſo, vt ſciri poſſit, an fuerit orta ante, vel poſt capturam, accuſationem, inquiſitionem, vel proceſſum incohatũ, vt Iudex arbitrari poſſit illius efficaciam, & vim, vt voluerunt *Corn. conſ. 198. num. 12. lib. 2. Alex. conſ. 200. nu. 6 lib. 2. Cepoll. conſ. 2. in fin. & conſ. 31. vol. 4. Cranet conſ. 260. num. 7.* vbi alios dat concordantes, *Maſcar. de prob. concl. 749. num. 30. lib. 2. et Ant. de Ball. tract. crim. lib. 1. quæſt. 13. num. 21.* vbi alios adducit ita ſentientes.

5 Declara ſecundò d. concluſionem, quòd fama in dubio præſumitur orta poſt incohatum proceſſum, & poſt carcerationem, & inquiſitionem, niſi teſtes ſpecificent tẽpus originis illius, vt declarant *Bart. in l. de minore 10. §. plurimùm nu. 17. & ibi Marſil. num. 51 ff. de quæst. Farinac. conſ. 78. nu. 36 & conſ. 79. num. 24. lib. 1. Cabal. reſol. crim. caſu 200. nu. 132. & ſeq. cent. 2. Hond conſ. 102. num. 74. lib. 1. Vermigl. conſ. 13. num. 15. & conſ. 15. num. 55. & conſ. 74. nu. 14. & conſ. 119. num 12. & conſ. 228. num. 7.* cum qua opinione, vti vltimo loco relata, videtur pertranſire *Ant. de Bal. tract. crim. lib. 1. q. 13. in fin.* & dixi etiam ego *alleg. foren. 88. n. 61. & alleg. 99. n. 13.*

6 Licet contrarium, imò famam præſumi ortam ante litem motam, loquendo in ciuilibus, ſi teſtis non depoſuerit de tempore, voluerit *Maſc de prob. d. concl. 749. num. 31. vol. 2.* & contrarias inter ſe opiniones in d. terminis referunt *Farinac. de indic. & torta. d. quæſt. 47. num. 173. & ſeq. & Ant. de Ball. d. quæſt. 13. num. 22. & ſeq.*

A D D I T I O.

N. 3 VBi habetur, quod fama orta poſt accuſationem, & incohatum proceſſum non eſt attendenda adde *Ciriac. d. contro. 665. n. 30. tom. 4.* vbi dat concordantes.

S V M M A R I V M.

1 *Fama orta à non fide dignis, ſed à maleuolis, & ſuſpectis non attenditur.*

Et eò magis, ſi ſit orta ab aduerſario, inimico, offenſo, & ſimil. num. 2.

Etiamſi d. fama orta ſit ex aliqua veriſimili cauſa, num. 3.

Quod non procedit in fama de re turpi, de qua non ſolet eſſe ſermo inter honeſtas perſonas, n. 4.

5 *Fama in dubio præſumitur orta ab honeſtis perſonis.*

Contrariam, quando ei non aſſiſtit aliqua veriſimilitudo tenent Doct. num. 6.

R E S O L V T I O X.

Fama orta a non fidedignis, ſed a maleuolis, & ſuſpectis an attendatur.

1 FAma, quæ ortum non habuit à fidedignis, & honeſtis perſonis, ſed a maleuolis, & ſuſpectis, nihil operatur, & non venit attendenda ad tex. *in cap. qualiter, et quando de accuſat.* & tradunt *Foller. in pract. in ver. dentur capitula, quod ſuffocauit vxorem num. 35.* vbi quamplures facit illationes, & docet, quomodo id probetur, *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 6 verſ. ſed quid &c.* vbi dicit, quod ita omnes fatentur, *Menoch. de præſump lib. 1. quæſt. 89. num. 31. Maſcar. de prob. concl. 748. num. 9. lib. 2. Pegner. deciſ. 17. num. 18. Eugen. conſ. 27. num. 44. lib. 1.* vbi teſtatur de communi opinione, late *Farinac. de indic. & tortu. quæſt. 47. num. 156. & ſeq.* vbi alios dat concordantes, *et conſ. 24. num. 6. et conſ 78. nu. 36. lib. 1. Ciriac. contr. 102. num. 10. et contro. 156. nu. 46. et contro. 523. nu. 43. Vermigl. conſ. 78. num. 9. et conſ. 159. num. 56. Illuſtriſs. Sperell. deciſ 173. num. 40. et Ant. de Ball. tract. crim. lib. 1. quæſt. 13. num. 7.*

2 Amplia d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando fama ortum habuit ab aduerſario, ab inimico, ab offenſo, vel illius conſanguineis, à biſtuarijs, & ſimil. quia tunc illa in nihilo venit attẽdenda, vt not. *Foller. in pract. in d. ver. dentur capitula, quid ſuffocauit vxorem nu. 35. Plot. conſ. 65. nu. 31. int conſ crim. diu. lib. 1. Farinac. in d. quæſt. 47. num. 256. Eug. conſ. 44. num. 66. et ſeq. et conſ. 82. nu. 3. lib. 1. Vermigl. conſ 13. num. 13. et conſ. 381. nu. 14. et conſ. 408. num. 15. Ciriac. contro. 150. num. 46. et contr. 227. n. 30. et ſeq.* & dixi ego *alleg. for. 93 n. 22.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum, etiamſi fama orta ſit ab aliqua veriſimili cauſa, & coniectura, quia ad hoc illam non eſſe attendenda, cum prouenit à perſonis non fidedignis, & honeſtis benè comprobat *Farinac. de indic. et tortu. d. quæſt. 47. num. 155. et 159.* vbi dicit, veriſimilitudines, & coniecturas non poſſe ſupplere inhabilitatem perſonarum, & ideò valdè dubitare de contraria opinione *Bart. Marſil Hier. de Monte,* & aliorum per eum relatorum *d. quæſt. 47. num. 158.* vt ibi per eum, cum quo tenendum cenſeo.

4 Limita

4 Limita d. concluſionem, vt non habeat locum, quando agitur de aliqua re turpi, de qua regulariter non ſolet eſſe ſermo inter honeſtas, & graues perſonas, ſed ſolùm inter viles, infames, & ſimiles, quia tunc fama probat, licèt habuerit ortum ab illis perſonis infamibus, vilibus, & ſimil. vt voluerunt *Clar. in pract. § fin. q. 6. ver. ſed quid &c.* vbi ponit exemplum de delicto commiſſo in lupanari, *Farinac. de indic. & tortu. d. quæſt. 47. nu. 160. & ſeq.* vbi alios dat concordantes, vbi dicit famam habere poſſe ortum à mulieribus, quando ſumus in facto, quod æquè reſpicit vtrumque ſexum, vt ibi per eum, cum quibus concordat *P. Delrius diſquiſ. magic. lib. 5. ſect. 3. § ad torturam deuenciati, &c. & §. quartum iudicium.*

5 Declara d. concluſionem, vt in dubio fama præſumatur habuiſſe ortum à perſonis honeſtis, & fidedignis, non autem à ſuſpectis, & maleuolis, niſi contraria vrgeat præſumptio, cum quilibet præſumatur bonus, & fide dignus, & quod naturaliter ineſt, præſumendum ſit, non autem quod accidentaliter eſſe poteſt, vt tenuerunt *Boſſi. in pract. in tit. de inquiſ. num. 38. & 39. Iuſtin. Bonden. conſ. 54. num. 45. inter conſ. crim. diuerſ. lib. 2.* & latè comprobat *Anton. de Ball. tract. crim. lib. 1. quæſt. 13. num 8. & ſeq.* vbi dicit contrariam *Bald.* opinionem, de qua infra, nulla lege probari.

6 Licèt contrarium, imò famam præſumi ortam ab inimicis, & maleuolis, niſi quando aliqua ei aſſiſtit veriſimilitudinis cauſa voluerit *Bald. in l. ea quidem 7. num. 60. C. de accuſat.* quam opinionem magnificat *Farinac. de indic. & tortur. d. quæſt. 47. num. 162.*

FIDEIVSSOR.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor, qui promiſit, aliquem non eſſe diſceſſurum de Palatio, domo, &c. ſi ille diſcedat, cum licentia eius promiſſio expirat.*

Etiamſi licentia de diſcedendo data ſit per Iudicem ſub conditione, num. 3.

Ac etiamſi data ſit cum clauſula, firma manente fideiuſſione. *num. 4.*

Nec non etiam, quando obligatio fuit alterata, vt ſi detentus repoſitus fuerit in loco ſtrictiori, num. 5.

Vel in loco latiori, vt num. 6.

In dubio pronunciandum eſt fideiuſſorem non teneri pro fuga principalis. num. 7.

Limita concluſionem, vt non habeat locum ſtantibus verbis, et in caſu licentiæ de ſe repræſentando, num. 8.

2 *Fideiuſſio eſt ſtricti iuris, et ideò eſt reſtringenda, vt latiùs.*

9 *Licentia de diſcedendo, ſi ſit data ad tempus, an fideiuſſor ſit liberatus remiſſiuè.*

RESOLVTIO I.

Fideiuſſor qui promiſit aliquem non diſceſſurum de Palatio, domo &c. ſi ille diſcedat cum licentia, an eius promiſſio expiret.

1 FIdeiuſſor, qui promiſit, aliquem non eſſe diſceſſurum de Palatio, de domo, ſeù de Ciuitate, ſi ille diſcedat cum licentia Iudicis, per d. diſceſſum promiſſio ipſius fideiuſſoris expirat, & ampliùs non tenetur, cum ipſe cenſeatur ſe obligaſſe pro prima vice tantùm, & fideiuſſio vtì ſtricti iuris non extendatur de caſu ad caſum, vt tradunt *Pet. Calepha. conſ. 87. nu. 46. int. conſ. crim. diu. lib. 2. in parnis, Rim. iun. conſ. 135. num. 10. lib. 2.* quos refert, & ſequitur *Farin. conſ. 59. num. 9. & ſeq. lib. 1. Ladercb. conſ. 158. ferè per tot. Giouagno. conſ. 58. nu. 9. lib. 1.* vbi alios dat concordantes, *Ciriac. contro. 101. num. 21. et ſeq.* vbi hanc concluſionem, latè comprobat, & dicit, liberari etiam principalem, qui licitè diſceſſit cum licentia, & *Caren. reſol. 90. num. 13. & 44.*

2 Fideiuſſio enim, vt dixi eſt ſtricti iuris *Natt. conſ. 202. num. 5. & 6. lib. 1. Cepb. conſ 603. nu. 1. & ſeq. lib. 4. Pyr. Maur. de fideiuſ. par. 2 ſect. 5. cap. 1. num. 3.* & latius *cap. 2. num. 3.* plenè *Ciriac. contro. 546. nu. 143. & ſeq.* in terminis *Caren. d. reſol. 90. in prin.* & ideò eſt reſtringenda, vt fideiuſſor minus cenſeatur obligatus, quam fieri poſſit, *ad tex. in l. ſi fideiuſſores Magiſtratuum 68. ff. de fideiuſ. Menocb. conſ. 211. num. 13. et ſeq. lib. 3.* latè *Giurb. conſ. 35. num. 16. Ciriac d. contro 101. n. 24. Caren. d. reſol. 90. in prin.* & ſic pro prima vice tantùm arg. *l. boues 89. § hoc ſermone, et ibi latè Tiraq. ff de verb. ſignif. Ancar. quæſt. famil. 67. num. 5. par. 1. Caball. reſol. crim. caſu 59 num 14 et 15. cent. 1. Farinac. de carcer. et carc. quæſt. 34. num. 153.* quos refert, & ſequitur *Ciriac. d. contr. 101. num. 23* & ideò data ſemel licentia diſcedendi, non cenſetur fideiuſſor voluiſſe amplius ſe obligare, vt declarant *Ciriac. d. cont. 101. n. 23. & 24. Caren. d. reſol. 90. n. 7.* & alij Doct. ſupra adducti.

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum, etiamſi licentia de diſcedendo ſit data per Iudicem ſub conditione, puta de redeundo, quia ſi retentus diſcedat cum d. licentia, & reuertatur, & poſtea aufugiat, fideiuſſor non tenetur, cum fideiuſſio ſit iam extincta, & fideiuſſor in d. caſu non ſe obligauerit, & Iudex non poſſit illum de nouo obligare ſinè eius conſenſu, vt not. *Farinac. in d. conſ 59. num. 20. Ladercb. d. conſ 198. num. 3. Ciriac. d. contr. 101. num. 22. et nu. 59.* vbi alios dat concordantes, *et Caren. d reſol. 90. num. 37.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, & hæc eſt ferè eadem cum ampliatione præcedenti, vt habeat locum, etiamſi licentia de diſcedendo data fuerit per Iudicem cum clauſula, *firma manente fideiuſſione,* quia d. clauſula nõ eſt ſufficiens ad impediendam extinctionem obligationis fideiuſſoris, cum ipſe non conſenſerit d. clauſulæ, & Iudex non poſſit illum obligare de nouo ſinè eius conſenſu, vt

benè

declarat *Carena in d. reſol. 90. num. 35. et ſeq.* & voluit *Rota deciſ. 149. num. 2. par. 3. rec.*

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt obligatus fideiuſſoris, quod aliquis non diſcedet de aliquo loco, extinguatur, & fideiuſſor liberetur, quando alterata fuit obligatio, cui ipſe acceſſit, vt quia fideiuſſor promiſit, aliquem non diſceſſurum è loco latiori, & ille fuerit reſtrictus in loco arctiori, cũ fideiuſſio obliget ſolùm rebus in eodem ſtatu permanentibus, non autem mutato illorum ſtatu, vt docent *Grama. conſ ciuil. 66. nu. 63. et ſeq. Laderch. d. conſ. 198. ſub num. 3. Menoch. conſ. 212. nu. 30. lib. 3. Mari. Anton. var. reſ. lib. 3. reſol. 30. num. 4.* quem refert, & ſequitur *Ciriac. d. contro. 101. nu. 28. et pluribus ſeq.* vbi vult, prædicta habere locum etiamſi obligatio, pro qua quis fideiuſſit, ſit alterata tantùm in modico, vt ibi per eum, *et contro. 546. num. 138. et ſeq.* & idem tradit *Carena d. reſol. 90. num. 25. et Vermiglio. conſ. 311. num. 4.*

6 Amplia quartò d. concluſionem, vt fideiuſſor liberetur etiam, quando dati fuerunt noui fideiuſſores de non diſcedendo de loco latiori, vtputa de tota Ciuitate, tanquam nouatione facta, & mutata obligatione, cui fideiuſſor acceſſit, vt voluerunt *Laderch. d. conſ. 198. ſub num. 3. Menoch. dict. conſ. 212. num. 29. et 30. Farinac. d. conſ. 59. num. 9. & ſeq. Borgni. deciſ 14. num. 18. par. 5. & Caren. d. reſol. 90. nu. 14. & 44.* vbi reprobat *Gabr. & Balar.* contrarium tenentes, & ita voluerunt etiam *Ciriac. d. contro. 101. num. 28. & ſeq. Ripa de noct. temp. cap. 83. n. 18. & Ant. de Bal. tract. cri. lib. 4. q. 4. n. 57.*

7 Amplia quintò d. concluſionem, vt in dubio iudicandum ſit, fideiuſſorem non teneri pro fuga principalis, vt ſcripſerunt *Hond. conſ. 111. num. 54. & ſeq. lib. 1. Farinac. d. conſ. 59 num. 21. Giurb. conſ. 35. num. 29. Giouagnol. d. conſ. 58. num. 48. Ciriac. d. contron. 101. in fin. & Caren. d. reſol. 90. num. 34.* & fideiuſſorem non eſſe obligatum *Vermiglio. conſ. 306. num. 9. & conſ 312. num. 13. & conſ. 315. num. 10. & conſ. 328. num. 4.*

8 Limita d. concluſionem, vt non habeat locum, quando in promiſſione de non diſcedendo de Palatio, domo, & ſimil. ſine licentia fuerunt appoſita verba, *& in caſu licentiæ de ſe repræſentando etc.* vt not. *Giouangno. d. conſ. 58. num. 18. ver. tertiò facit, etc. lib. 1.*

9 Verum verò prædicta habeant locum, quando licentia de diſcedẽdo fuit data per Iudicem ad tempus, puta per tres ies, &c. an fideiuſſor dicatur liberatus, vide *Rip. de noct. temp. cap. 83. n. 17. et ſeq.*

ADDITIO.

N. 3. VBi habetur, quod fideiuſſor quod quis non diſcedet de Palatio liberatur data ei licentia per Iudicem etiam ſi ſit data ſub conditione adde *Scialo. in prax. torq. reos cap. 5. nu. 49.* vbi dicit, data licentia per Iudicem puta ad effectum audiendi ſacrum fideiuſſorem non liberari ex *S. Felic. deciſ. 253.* ſubiungit tamen, quod ſi carcerato in aliqua Carcera Iudex dat licentiam exeundi in aliam, fideiuſſor liberatur, ſi reus aufugiat ex *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 4 quaſt. 4. num. 57. in fine, & Cuz. diſcept. 21. num. 4. & ſeq. tom. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor, qui promiſit aliquem non diſceſſurum de Palatio ſine licentia in ſcriptis, ſi retentus diſcedat cum licentia in voce, non tenetur ad pœnã.*
Quicquid contrarium tenuerint aliqui. n. 3.
Et etiamſi licentia ſit data clauſis oculis. n. 4.
Et ſub conditione. num. 5.
Declara, quando d. verba, in ſcriptis, *ſunt in obligatione, quia, ſi non adſunt in illa, non præſumuntur. num. 6.*

RESOLVTIO II.

Fideiuſſor qui promiſit aliquem non diſceſſurum de Palatio ſine licentia in ſcriptis, ſi diſcedat cum licentia in voce an teneatur ad pœnam.

1 FIdeiuſſor, qui promiſit, aliquem non diſceſſurum de Palatio, ſiuè domo ſinè licentia in ſcriptis, ſi retentus diſcedat cum licentia data in voce, non poteſt cogi ad ſolutionem pœnæ in fideiuſſione contentæ, vt tradunt *Farinac. conſ. 59. nu 12. et ſeq. lib. 1. Giouagno. int. conſ Farinac. conſ 228. nu 3. & ſeq. lib. 3.* quod eſt *conſ. 58. int. eius conſ. lib. 1. Giurba conſ 34. nu. 22. Caren. reſol. 90. n. 13. et 44. et Vermig. conſ. 312. n. 2.*

2 Ne alias quis decipiatur ſub fide publica, quod iura abhorrent *Bart. in l. 1. C. de his qui ven. eta. impetr. Menoch. de arbitr. caſu 336. num. 27. et caſu 337. num. 5. Caball. conſ. 55. num. 10. lib. 2. Farinac. d. conſ. 59. num. 16. Giouagno. d. conſ. 58. num 3. et ſeq. Giurb. d. conſ. 34. num. 22.* & videtur ſentire *Guazz. defenſ. 6. cap. 4. num. 41.*

3 Licet contrarium tenuerint *Boſſi. in pract. in tit. de carc fideiuſ. commit. num. 40. et ſeq.* idem *Farinac. de carc. et carc. quaſt. 30 num. 184 et Felic. allegat. 53. num. 1. par. 1.*

4 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum non ſolum quando licentia eſt data in voces, vt ſupra, ſed etiam quando eſt data clauſis oculis, & per ſimplicem conniuentiam, quæ eundem effectum operatur, ac ſi illa data eſſet in ſcriptis, vt adnotarunt *Farin. in d. conſ. 59. num. 16. Giouagno. d. conſ. 58. num. 10. et Vermiglio. d. conſ. 312. num 2.*

5 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum, etiamſi d. licentia ſit conditionalis, puta de redeundo, *vel firma manente fideiuſſione* vt probaui *in Reſol. præceden. num. 3. et 4.* quæ non repeto, niſi tamen in promiſſione adeſſet clauſula, *et in caſu licentiæ etc.* vt pariter dixi *in Reſol. præced. in fine.*

6 Declara d. concluſionem, vt habeat locum, quando in promiſſione facta per retentum adſunt d. verba, *in ſcriptis*, ſecùs ſi illa non adſint, quia tunc ceſſat difficultas, cum in promiſſione illa non intelligantur appoſita, niſi probato ſtylo de illis apponendis, ita vt neque Notarius valeat illa apponere, vt latè per plures rationes comprobat *Farinac. in d. conſ. 59. num. 12. et pluribus ſeq. lib. 1.* ipſum conſulas,

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Retentus in Palatio ſub fideiuſſione de non exeundo, ſi exierit, & ſtatim redierit, fideiuſſor ad pœnam non tenetur.*

Contrarium tenent plures Doct. ſaltem pro medietate pœnæ, num. 2.

Maximè, quando retentus exiuit ex iuſta, vel neceſſaria cauſa, num. 3.

Et ſi exiuit ex cauſa amoris, num. 4.

Seù vt ſuo Superiori obediret. num. 5.

Vel ſi inaduertenter exiuit, & ſtatim rediit, n. 6.

Secùs tamen eſt, ſi ante reditum captus fuit à birruariis, num. 7.

Vel quando exiuit animo non reuertendi, n. 8.

In dubio tamen eſt iudicandum, non eſſe locum exactioni pœnæ. num. 9.

Et ſi retentus ſtat in oſtio, an dicatur ſtare extra domum, num. 10.

11 *Retentus in domo ſub cautione ne incurrat pœnam, exeundo, credens alicui bono viro, vel Officiali remiſſiuè.*

RESOLVTIO III.

Retentus in Palatio ſub fideiuſſione de non exeundo, ſi exierit, & ſtatim redierit fideiuſſor an teneatur ad pœnam.

1 Retentus in Palatio, in domo, vel in carcere ſub fideiuſſione de non exeundo, & de tuto carcere, ſi ex illa exierit, & ſtatim ad illum redierit, pœnali ſtipulationi contrauenire non dicitur, & fideiuſſor ad pœnam promiſſam ſoluendã nõ tenetur, vt tradunt *Carer. in pract. in prin. n. 116. fol. mihi 28. Hercul. de cautio. de non offen. cap. 50. num. 17. Ruma. conſ. 193. in fin. Canalc. de brach. Regi. par. 2. nu. 240. Pract. Archiepiſcop. Neapol. cap. 34. num 11.* dicens nunquam vidiſſe exactam pœnam in Curia Archiepiſcopali Neapolitana, *Hond. conſ. 94. num. 24. & ſeq. lib. 2. Farinac. in conſ. 122 n. 31. lib. 2.* vbi, quicquid dixerit in tract. *de carc. & carc. quæſt. 30. num. 77* in hoc caſu eſſe locum alicui pœnæ ob contemptum Iudicis, clarè fatetur, nunquam vidiſſe reum exeũtem, & reuertentem ad locum carceris, nec eius fideiuſſorem fuiſſe aliqua pœna punitos, & declarat caſus per eum relatos *in d. quæſt. 30. num. 77* eſſe diuerſos, cum illi, qui aufugerunt, fuerint capti, antequam reuerſi fuiſſent, vt ibi per eum, & quando ſtatim rediit, *Pyr. Maur. de fideiuſs. par. 1. ſect. 2. cap. 6. ſub num. 3.* & hanc concluſionem firmat, & dicit communem *Giurba conſ. 34. num 8 & ſeq. & num. 14. & ſeq.* benè comprobans, & dicens, ita in illa Mag. Reg. Curiæ fuiſſe iudicatum, & alios dans concordantes.

Recedendi enim animum habuiſſe non præſumitur, qui ſtatim rediit *l. nihil intereſt 25. ff. de capt. & poſtlim. reuer. Giurb. d. conſ. 34. nu. 8. Hond d. conſ. 94. num. 24.* imò illic reum perſiſtere dici, vbi habuit animum redeundi, dicit *Bart. in d. l. nihil intereſt 25.* cum aliis relatis per *Giurb. d. conſ. 14. num. 9. & ſeq.* latè comprobantem, & enim in prætoriis ſtipulationibus non rigor, ſed æquitas attendi debeat *Grum. conſ. 66. num. 64. Rota Bonon. deciſ. 148. num. 31. Calui. de æquit. lib. 1. cap. 4. nu. 6.* & in pœnalibus benignior ſit facienda interpretatio *l. interpretatione 42 ff. de pœn. c. ap. in pœnis 44. de reg. iur. in 6. Guaz. def. 29. cap. 2. n. 10. & ſeq.* & quod pœna conuentionalis nõ ſit commiſſa, dixi ego *alle. foren. 29. n. 61.*

2 Contrariam tamen opinionem, quod imò reus diſcedens ex domo, vel Palatio, in quo ſub fideiuſſione detinebatur, & eius fideiuſſor teneantur ſoluere pœnam in conuentione promiſſam ratione contemptus Iudicis licèt, ſit reuerſus, voluerunt *Vulpell. conſ. 139. per tot. Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt. 21. num. 105. Maſcar de prob. concl. 266. nu. 3. lib. 1. Ambroſ. deciſ. 49. nu. 9. Claud. ad Bertaz. conſ. 80. litera A. lib. 1.* & hanc opinionem veriorem dicit *Genuen. in pract. Archiep. Neap. d. cap. 34. num 11.* quam ſequuntur, quoad medietatem tamen pœnæ conuentionalis, *Farin. de carcer. & carcer. d. quæſt. 30. num. 77 Caball. reſol. crim. caſu 212. num. 15. & ſeq. cent. 1. & Maſtril. deciſ. 219. nu. 59.* & de fugiente de carcere, & reuertente dixi ſupra in verbo *Carcer. reſol. 1. num. 15.*

3 Amplia primò d. concluſionem æquiorem, licèt contraria opinio videatur verior, licèt rigoroſa, vt eò magis habeat locum, quando retentus ſub fideiuſſione de non exeundo de domo, vel alio loco exiuit inde ex iuſta aliqua, vel neceſſaria cauſa, quia tunc, ſi redierit ad illam, pœna non eſt exigenda, cum promiſſio de temerario, non autem de iuſto, vel neceſſario egreſſu intelligenda ſit, vt voluerunt *Hond. dict. conſ. 94. nu. 18. & ſeq.* qui loquitur in fortioribus terminis. *Ambroſ. d. deciſ. 49. num. 11 Farinac. de carc. & carc. d. quæſt. 30. nu. 158.* vbi plures recenſent cauſas, & *Giurba d. conſ. 34. num. 16.* vbi alios dat concordantes.

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum etiam quando retentus ſub fideiuſſione, vt ſupra, diſceſſit ex cauſa amoris, & libidinis explendæ cauſa, & ſtatim rediit, quem à pœna ſtipulatæ fideiuſſionis excuſandum ob vim amoris, qui furori comparatur, conſuluit *Ladercb. conſ. 197. n. 3.* latè comprobans, cum quo pertranſit *Giurba conſ. 47. num. 15.* & dixi etiam ſupra in ver. *Cunſinutus Reſol. vni. num. 1.* vbi dixi, illum, vel in totum excuſandum, vel ſatis mitius eſſe puniendum.

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum in eo, qui è domo exiuit, in qua manebat retentus, ad effectum ſuo Superiori obediendi, quia ſi poſtea ſtatim redierit, fideiuſſionis pœnam ab ea ſtipulatam exigi non poteſt, cum Principi, & Superiori ſit obediendum, & ideò excuſetur, vt voluerunt *Hond. d. conſ. 94 num. 18. & ſeq. lib. 2.* vbi dicit idem eſſe, quando quis exiuit ad effectum adeundi ſuperiorem, vt ibi per eum, & *Giurb. d. conſ. 34. nu. 17.* benè comprobans, & dicens idem eſſe, ſi receſſus è domo fiat ob cauſam publicam, vt ibi per eum, qui alios dat concordantes.

6 Amplia quartò d.concluſionem, vt eo magis habeat locum in retento ſub fideiuſſione de non diſcedendo ſub pœna, qui inaduertenter exierit limites, & in ſe reuerſus intrauerit dato modico interuallo, quia tunc iſta modica contrauentio debet illum excuſare cum modicus exceſſus per leges non conſideretur, ad tex *in l.1. in fin ff. quod qu. ſq. iur*, & ſcripſit *Caſtr. conſ. 161. col. vlt. lib. 1.* quem refert, & ſequitur, *Ant. de Bal. tract. crimin. lib. 4. quæſt. 3. num. 17.* vbi hanc ampliationem bene comprobat.

7 Limita primò d.concluſionem, vt non habeat locum in retento domi, vel alibi, qui diſceſſit ab ea, & fuit captus à birruarijs antequam ad domum, ſeù alium locum reuerſus fuerit, quia tunc aliqua pœna venit puniendus, & cum eo ad compoſitionem pœnæ promiſſæ in ſtipulatione eſt deueniendum, licet captus aſſerat ſe non diſceſſiſſe animo fugiendi, vt voluerunt *Farin. in d. conſ. 122. num. 31.* vbi dicit, ita pluries fuiſſe ſeruatum in Alma Vrbe & *Giurb. d. conſ. 34. n. 14.*

8 Limita ſecundò d. concluſionem, vt habeat locũ in eo, qui de domo exiuit, vel ex alio loco, in quo detinebatur, animo ad illum reuertendi, & ſtatim redijt, ſecùs tamen eſt in eo, qui ex domo exiuit animo non reuertendi, quia ille venit pœna in fideiuſſione contenta puniendus, licèt poſtea alia die ad d. domum reuerſus fuerit, vt voluerunt *Vulpel. d. conſ. 139. num. 1. tunc̃to num. 5. 7. & 9. Hond. d. conſ. 94. num. 29. & 30. Farin. d. quæſt. 30. n. 147. & ſeq.* vbi tradit, an animus reuertendi præſumatur, & quomodo ille probetur, *& in d. conſ. 122. num. 30. & Giurb. d. conſ. 34. num. 15.*

9 Declara primò d. concluſionem, vt in dubio iudicandum ſit, non eſſe locum exactioni pœnæ ſtipulatæ, cum fiſcus, tractando de exactione pœnæ, dicatur tractare de lucro *ad tex. in l. non puto 10 ff. de iure fiſc.* & in his terminis docent *Honded. conſ. 94. num. 27. & Giurb. d. conſ. 34. num. 33.* vbi plures dat concordantes, & dixi etiam *Reſol. præced. num. 7.* vbi alios adduxi ita ſentientes quamplures.

10 Declara ſecundò d. concluſionem, quòd carceratus, vel retentus in domo, vel in alio loco ſub fideiuſſione de non exeundo extra domum, ſi ſtat in oſtio ipſius domus, dicitur extare extra domum, ſi limen oſtij, in quo ſtat, clauſa ianua, remanet extra oſtium, & pœna dicitur commiſſa, vt voluerunt *Bart. in l. 1. §. hoc interdictum ff. de cloac. Imol. Alex. & Iaſ. in l. cætera 41. §. hoc Senatus Conſultum, ff. de lega. 1. Gabr. com. concl. de maleſ. concl. 10. num. 4. Bertaz. conſ. 122. in prin. lib. 2.* quos refert, & ſequitur *Ant. de Bal. tract. crim. d. lib. 4. quæſt. 3. n. 15. Paſcal. de patr. poteſt. par. 2. cap. 3. num. 23.* & dixi ſupra in verb. *Delictum, Reſ. 9. n. 6.*

11 Verum verò retentus in domo, vel in Palatio ſub fideiuſſione de non diſcedendo, ſi exeat ab ea credens alicui bono viro, & præcipuè Officiali, vel Cuſtodi carceris, teneatur ad pœnam fideiuſſionis præſtitæ, tradunt plena manu *Anton. de Bal. tract. crimin. lib. 4. quæſt. 4. num. 32. Farinac. de carcerib. & carcerat. quæſt. 30. num. 176. & pluribus ſeq.* & latiùs *Giurba d. conſ. 34. num. 118. & ſeq.* vbi concludit pro negatiua, & dixi ego *ſupra in verb. Carcer Reſol. 1. num. 14.* ipſos conſulas, cum non omnia hic ſint apponenda, vt alias dixi.

ADDITIO.

N. 5. VBi habetur, quod retentus in Palatio ſub fideiuſſione de non exeundo, ſi exeat, & ſtatim redeat fideiuſſor non tenetur ad pœnam adde *Scial. in prax. torq. reus cap. 5. num. 37.* vbi alios adducit, & teſtatur de magis communi, & æquiori opinione, & *d. num. 47.* dicit, idẽ eſſe ſi inaduertenter exeat, & ſtatim redeat, vt habetur hic *num. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor, qui promiſit aliquem infra certum tempus repræſentare, eo elapſo, poteſt purgare moram infra breuem terminum.*

Etiam ſequuta condemnatione, n. 3.

Non obſtante quod in promiſſione adfuerit dies & pœna, n. 4.

Licèt aliqui contrarium teneant, n. 5.

Facta tamen executione in bonis pro pœna, mora non poteſt purgari, n. 6.

Quod procedit ſequuta bonorum deliberatione, alias ſecus, n. 7.

Neque eſt locus purgationi moræ, quando pœna fuit exacta, n. 8.

Licèt contrarium teneant plures Doct. n. 9.

Pœna autem dicitur exacta, ſi reus pro illa ſe conſtituit Fiſci debitorem, n. 10.

Si tamen reus fuerit captus, non eſt locus purgationi moræ, n. 11.

2 *Moræ purgationi infra breuem terminum eſt locus de æquitate canonica.*

Quis nam ſit breuis terminus, remittitur arbitrio Iudicis, n. 12.

13 *Moræ purgationi locum eſſe in dubio eſt pronunciandum.*

RESOLVTIO IV.

Fideiuſſor qui promiſit aliquem infra certum tempus repræſentare eo elapſo an poſſit purgare moram infra breuem terminum.

1 FIdeiuſſor, qui infra certum tempus promiſit aliquem in iudicio repræſentare, vel ſiſtere, ſi in tempore conuento illum non repræſentauit, poteſt celeri ſatiſfactione purgare moram, & illum intra breuem terminum repræſentare, & ſic pœnam euitare, ſi ius fiſci, vel partis non eſt effectum certius, ad tex. *in l. et ſi poſt tres 8. & ibi not. Bart. Bal. Alberic. Iaſ. & commun. Doct. ff. ſi quis cautio. & in l. apud Celſum 4. §. Labeo ait ff. de doli excep.* & tradunt *Batard. ad Clar. §. fin. quæſt. 46. num. 55.* vbi dat concordantes *Theſ. deciſ. Pedem. 77. num. 3. Farin. de carc. & carc. quæſt.*

quæſt.34.num.135.vbi pariter quamplures adducit ita ſentientes, Pyr.Maur.de fideiuſ.par.1 ſect.2.cap.3.num.102. & ſeq.Guaz.de caut. de non offen. §.3. quæſt.66.num.4.Mareſc.var reſol.cap.125 num 33. lib.1.Theſ quæſt.Foren.72. num 1.lib.1. plenè Giur. conſ.33.num.9.& ſeq. benè comprobans, Caluin. de æquit.lib.1.cap 79 num.28.& ſeq. qui alios pariter dat concordantes plenè Balth Thomaſ.in ſuis tract.var.tom.2.de tuto.& curat. tit.19. num.508. verſ.ſexageſimo nono ſublimita &c.Ill.Sperel.deciſ. 71.num.25.par.1.Antonel.de temp.legal.lib.4.cap. 15.num.5.& 6.& Rot.deciſ.640.num.1.& plurib. ſeq. par.4.recentiar.

2 De æquitate enim Canonica, tàm in Terris Eccleſiæ, quàm alibi admittitur purgatio moræ intra breue tempus, ſi ius tertij non eſt effectum deterius vt not. Guazzin.d.quæſt.60.num.4.& 5. Surd.conſ. 450.num.9.& ſeq.lib.3.Farin.de carc.& carc.d.qu. 34.num.136.Giurb.d.conſ.33.num.10. in his terminis Giouagn.conſ 58 num.30.lib.1. Caluin.de æquit. d cap.79.num.4.Vermigl.conſ.412.num.10.Sperel. d.deciſ.71.num.23. vbi teſtatur de magis communi opinione, & ita ſeruari in Cathalonia dicit Cancer.var.reſol.par.2.cap.5.num.137.Rat.apud Baratt. deciſ 582.num.9.& apud Card.Mantic. deciſ.270. num.4.& ſeq.& d.deciſ.640.num.4.par.4.recentior. & alibi paſſim.

3 Amplia primò d.concluſionem, vt habeat locum, etiam ſequuta condemnatione contra fideiuſſorem reum non præſentantem, ſi pœna à fiſco cum effectu non ſit exacta, & imburſata, quia adhuc eſt locus purgationi moræ intra breuem terminum, cum mora modici temporis nihil, vel parùm noceat, vt voluerunt Boſſ.in pract. in tit.de carc. fideiuſ.commit.num.66.Baiar.ad Clar.d quæſt.46.num.55. Theſ. deciſ.77.num.3.vbi dicit, ita tenuiſſe Senatum, Farin.de carc.et carc.d.quæſt.34 num.136. vbi bonam affert rationem, Pyr.Maur.de fideiuſ. d.par.1. ſect.2 cap.3.ſub num 104.Guazzin de caut. de non offen.d.quæſt.66 num.5.Seraph.de priuil.iurum. priuil.48 num.11.plenè Giurb.d.conſ.33.num.9.et ſeq. bene comprobans, & dicens, ita fuiſſe iudicatum in R.M.Curiæ, & contrarijs omnibus reſpondens, Caluin.de æquit lib.1.d.cap.79.num.31.et ſeq vbi dicit, ita fuiſſe iudicatum per Senatum in mora vnius diei, aliàs ſecùs, vt ibi per eum, Bellon.de his quæ fiunt in contin lib 1.cap.73.num.8.et lib.2. cap 60. num.6.Balth.Tamaſ.in d.tract.de tutor et curat.tit. 19.num.313.et num.508.verſ ſexageſimo nono ſublimita etc. & quando vnica adeſt mora admittit Rota d.deciſ.640.num.10.par.4.rec.

4 Amplia ſecundò d. concluſionē, vt habeat locum non obſtante, quod in fideiuſſione appoſita fuerit dies, pœna, & iuramentum, vt tradunt Oſaſch.deciſ.Pedem 49.num.11.et ſeq.Theſaur. d. deciſ.77. poſt prin.Seraph.d.priuil.48.num 11.Farin. de carc. et carc d.quæſt.34.num.137.et ſeq. Guaz.de caut.de non offen.d quæſt.66.num.5.Pyr.Maur.in d. cap.3.nu. 104.Giurb.d.conſ.33.num.9.et 10 & de æquitate canonica admitti purgationem moræ, licèt adſit dies, & pœna voluit Ill.Sperel.d.deciſ.71.num.35. in fin. vbi dat concordantes, & in d. terminis loquitur Caluin.de æquit.d.cap.79.num.36.verſ ex his etc.cum num.ſeq. & purgationem moræ in d. caſu admitti voluit expreſſe Baiar.ad Clar.in d.quæſt.45 num 55.Balth.Tomaſ.in ſuis tract.var. tom.2 de tutor.et curat.tit.19.num.400.et num.424. vbi dicit, de æquitate canonica ſemper moram purgari poſſe, dummodo ſinè damno aduerſarij fiat, vt ibi per eum quamplures dantem concordantes, & Rot. d.deciſ.640.num.5.par.4.recen.

5 Quicquid contrarium, imò moram purgari non poſſe, quando adeſt dies, & pœna generaliter dixerint Fachin.controuerſ.lib 1.cap.98. Scapuc de Salutan.lib 1.cap.27. num.11. Gomez ad leg. 33. Taur num.3. & alij plures, quos refert Balth.Tomaſ. in d.tract.de tutor.et curat.tit.19.n 383.

6 Limita primò d.concluſionem, vt non habeat locum quando pro parte fiſci facta fuit executio in bonis rei, vel fideiuſſoris pro pœna in fideiuſſione contenta, quia tunc non dicitur amplius res integra, & ſic non licet amplius moram purgare, & voluerunt Rim.Sen.conſ 421 num 8. lib 2 quem refert, & ſequitur Baiar.ad Clar.in d.quæſt.46.num. 59.Bellon.de his quæ fiunt in contin cap.73.num.21. lib.1.Mareſc.var.reſol.cap 125.num 18. lib 2. vbi loquitur, quando executio fit ipſo iure Guazzin. de caut.de non offen.d.quæſt.66.num.14.& Rot deciſ.48.in princ.poſt 1.vol conſ.Farinac. vbi plures dat concordantes, & teſtatur de communi opinione, quam refert etiam Muncin.de iar. par.4. effect. 13.num.48.

7 Declara d.primam limitationem, vt habeat locū non in ſimplici executione factā ſuper bonis rei, vel fideiuſſoris pro conſequutione pœnæ ſtipulatæ, quæ non impedit purgationem moræ, ſed in executione iuncta cum deliberatione bonorum, ita vt neque ſufficiat illorum ſubhaſtatio non ſequuta deliberatione, cum executio non dicatur, niſi ſit perfecta cum exactione debiti, quæ impedit moræ purgationem, non autem nuda executio, vt voluerunt Giurb.d.conſ 33.num.22.& plurib.ſeq. plenè comprobans, & dicens, contraria procedere in executione, quæ fit ipſo iure, & quod ita M R.C. iudicauit, Gratian.diſcep.Foren.cap 708. num.46. & ſeq.par.4.vbi benè declarat, & cap 915.num 29. & ſeq.par.5.Caluin.de æquit d cap 79.num.20. & ſeq. & fuit reſolutum in Rota in Romana fideiuſſionis de repræſentando 3.Iuly 1617.coram R.Coc.Decano vbi habetur, quod neque obſtat obligatio Cameralis, vt tuetur etiam idem Gratian.vbi ſupra

8 Limita ſecundò d.concluſionem, vt non habeat locum, quando pœna per fiſcum fuit effectualiter exacta ſiuè in totum, ſiuè in parte, quia tunc, neque reus, neque illius fideiuſſor amplius poſſunt purgare moram, vt aduotarunt Cam.de ſindic.cap. 23.num.50.Theſ d.dec.77.num.3.in fin Guazzin.de caut.de non offen.d.quæſt.66.num.13.& 14.Baiar.ad Clar.d.quæſt.46.num.59.Seraph.d.priuil.48.num.12 & alij adducti per Giurb.d conſ.33.num.5.

9 Licèt contrarium imò locum eſſe purgationi moræ etiam pœna in totum, ſiuè in partem exacta

voluerint

voluerint *Bellug. in ſpecul. Princ. rubr. 31. de offic. in car. milit. num. 27. & Bertaz. conſ. 560. num. 2. lib. 2.* quos refert, & ſequitur *Giurb. d. conſ. 31. num. 26.* vbi hanc dicit veriorem opinionem, & ita fuiſſe ſeruatum per M. R. C. & non diſſentit *Caluin. de æquit. d. cap. 79. num. 38.* attenta æquitate canonica vt ibi per eum.

10 Declara d. ſecundam limitationem, vt pœna dicatur exacta, quando vltra condemnationem reus, vel fideiuſſor ſe debitorem fiſco conſtituiſſet, vt poſt *Socin. in conſ. 151. per tot. lib. 1.* per eum relatum dicit *Farinac. in conſ. 148. num. 4. lib. 2.* & cum eo pertranſit *Giurb. d. conſ. 31. num. 7.*

11 Limita tertiò d. concluſionem, vt habeat locum quando reus ſponte ſe conſtituit, ſecùs tamen eſt, ſi ille fuiſſet captus, quia tunc nec ipſe, nec eius fideiuſſor admitterentur ad purgationem moræ, vt voluerunt *Carauit. ritu 163. Baiar. ad Clar. in d. quæſt. 46. num. 58.* quos referendo ſequitur *Guazzin. de caut. de non offen. d. quæſt. 66. num. 12.*

12 Declara primò d. concluſionem, quod cum in iure non ſit diffinitum infra quantum tempus moræ purgari poſſit, id iudicis arbitrio remittitur ſtatuendum, vt docent *Menoch. de arbitr. caſu 7. n. 13. Seraph. de priuil. iuram. d. priuil. 48. num. 22. Farin. de carc. & carc. d. quæſt. 34. num. 147. Guazzi. de caut. de non offen. d. quæſt. 66. num. 11. in fin. Giurb. d. conſ. 33. num. 27. Calui. de æquit. d. cap. 79. num. 5. Ill. Sperell. d. deciſ. 71. num. 2.* vbi teſtatur de communi opinione, *& Rota d. deciſ. 640. nu. 5. par. 4. rec.*

13 Declara ſecundò d. concluſionem, quod in dubio pronunciandum eſt, eſſe locum purgationi moræ, cum moræ purgatio in æquitate fundetur, cui ſemper inhærere debemus, vt tradunt *Ripa in l. ſi inſulam 81. num. 7. ff. de verbor. oblig. Caph. conſ. 25. num. 53. lib. 1. Oſaſch. deciſ. Pedem. 71. in fin. Balth. Tomaſ. in ſuis tract. var. in d. tract. de tutor. & curat. tit. 19. num. 646. Subampl. 14. nu. 204.*

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod fideiuſſor qui promiſit aliquem repræſentare intra certum tempus eo elapſo poteſt purgare moram infra breuem terminum adde *Scialo. in d. cap. 5. num. 56.*

N. 6. Vbi habetur, quod non licet amplius fideiuſſori purgare moram quando fiſcus non ſolum fecit executionem in bonis rei, vel fideiuſſoris, ſed etiam bona fuerunt deliberata adde *Scialo. in pract. torq. reos, d. cap. 5. n. 56.*

N. 11. Vbi habetur, quod ſi reus intra tempus ad purgandam moram ſit captus non euitat fideiuſſor pœnam adde *Scialo. in prax. torq. reos d. cap. 5. num. 56. in fin.*

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor de tuto carcere ſi carceratus iniuſtè detentus fugiat non tenetur ad pœnam pro eo.*

Licèt contrarium teneant aliqui, n. 2.

Etiamſi fideiuſſio ſit iuramento roborata, n. 3.

Et idem eſt in habilitato cum promiſſione de redeundo ad carceres, n. 4.

Licèt contrarium teneant aliqui ſtante iuramento, num. 5.

RESOLVTIO V.

Fideiuſſor de tuto carcere ſi carceratus iniuſtè detentus fugiat an teneatur ad pœnam.

1 FIdeiuſſor de tuto carcere ſi carceratus ſit iniuſtè detentus, & aufugiat ad nullam pœnam pro eo tenetur, vt tradunt *Gram. conſ. crim. 51. num. 7. & 10. Hecul. de caut. de non offen. cap. 50. num. 17. & ſeq. Carer. in pract. in prin. num. 117. fol. mihi 28.* latè *Farinac. de carc. & carc. quæſt. 30. num. 61. & ſeq.* vbi teſtatur de veriori, & magis communi Doct. opinione, a qua in iudicando dicit, non eſſe recedendum, *Hond. conſ. 94. num. 15. & ſeq. lib. 2.* qui dant concordantes, *Fachin. controu. iur. lib. 9. cap. 68. per tot. Guazz. def. 5. cap. 4. num. 16. & Menoch. conſ. 212. num. 57. lib. 3.* nec non *Pyr. Maur. de fideiuſ. par. 1. ſect. 2. cap. 1. nu. 92. Mancin. de iuram. par. 4. effect. 248. nu. 3. & Vermigliol. conſ. 308. num. 10.*

Si enim carceratus iniuſte è carcere aufugiens in nihilo tenetur, & puniri non poteſt, vt tradunt *gloſ. Bart. Socin. Alex. Marſil. Ripa, Carer. Cirid. Foller. Boer. Neuiz. Rimin. Iun. Duen. Tiraq. Boſſ. Couar. Menoch. Bertaz. Rolan. Clar. Maſc. Seraph. Hond. Fachin.* & alij quos refert, & ſequitur *Farinac. in d. quæſt. 30. num. 120.* & dixi ego *ſupra in verb. Carcer. reſ. 1. nu. 11.* vbi alios adduxi de veriori, & magis communi opinione atteſtantes, nec teneri debet fideiuſſor ne ſit durior eius cauſa, quam obligatio principalis, vt argumentantur *Farin. Fachi. Guaz.* & alij Doct. ſupra adducti.

2 Quicquid contrarium conſuluerit *Rim. Iun. conſ. 82. num. 1. & ſeq. inter conſ. crim. diuer. lib. 2.* quem ſequitur *Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt. 21. nu. 96. & ſeq.* cum illum, expreſsè eius motiuis ſatisfaciendo, reprobet *Farinac. in d. quæſt. 30. num. 65. & ſeq.* & quicquid quo ad carceratum iniuſtè de carcere fugientem voluerint aliqui per me relati in d. *verb. Carcer, Reſ. 1. num. 12.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiamſi promiſſio iuramento ſit roborata, quia iuramentum iniuſte carcerato non nocet, vt voluerunt *Clar. in pract. § fin. quæſt. 21. verſ. tertio autem &c. Farin. de carc. & carc. d. quæſt. 30. num. 67. & ſeq. Seraph. de priuil. iur. priuil. 130. num. 9. & ſeq. Honded. d. conſ. 91. num. 16. & 17.* vbi alios dat concordantes, & ſentit *Guaz. d. def. 5. cap. 4. num. 16.* & alij relati per *P. Sanch. in precep. Decal. lib. 3. cap. 31. num. 26.* licèt ipſe contrariam opinionem dicat probabiliorem *num. ſeq.* vt ibi per eum, cum quo concordat *P. Paul. Layman. in Theolog. moral. lib. 4. tract. 3. cap. 7. num. 3.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in retento iniuſtè qui fuit relaxatus cum fideiuſſione de redeundo ad carceres, qui ſi non redeat, non incidit, nec in conuentionalem, nec in aliam pœnam, etiamſi promiſſio fuerit iurata, vt tradunt *Marſil. ſingul. 177. Rimin. Iun. conſ. 135. num. 2. vol. 1.* late *Surd. conſ. 183. num. 8. lib. 2.* vbi alios dat

con-

concordantes quamplures, *Clar. in pract. §. fin. qu. 21 n. 16.* vbi teſtatur de cõmuni opinione *Seraph. de priuil iuram. d. priuil. 132. n. 9. ver. tamen ego &c. & Guaz. d. def. 5. cap. 4. num. 17* & alij plures relati per *P. Sanch. & P. Layman. in loc. ſupr. prox. adduct.*

5 Licet ipſimet *P. Sanch. & P. Layman.* ibi contrariam opinionem quoad iuramentum dicant probabiliorem, vt ibi per eos quãplures dantes concord.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor, qui promiſit pro Officiali, non tenetur pro debitis per eum contractis, durante Officio, neque pro geſtis extra officium.*

Quod non habet locum, quando fideiuſſio fuit concepta in omnem cauſam, quia tunc latius interpretatur, n. 2.

3 *Fideiuſſor pro Officiali electo pro ſex menſibus non tenetur pro tempore prorogato.*

RESOLVTIO VI.

Fideiuſſor, qui promiſit pro Officiali an teneatur pro debitis per eum contractis durante officio, & pro geſtis extra officium.

1 Fideiuſſor, qui promiſit, & ſe obligauit pro Officiali non tenetur pro debitis per eum contractis, durante officio, nec pro geſtis per Officialem extra officium, vt voluit *Marſil. in rub. de fideiuſ. num. 182.* quem refert, & ſequuntur *Cacer. var. reſ. par. 3. cap. 12. n. 130. & Calui. de aquit. lib. 2. cap. 185. num. 86.*

2 Limita d. concluſionem, vt non habeat locum, quando fideiuſſio latè in omnem cauſam fuit concepta, & ſic ita generaliter, vt omnia prædicta cõplecteretur, quia tunc latius d. fideiuſſio interpretatur, itaut teneatur ad omnia iudicata contra Officiales, etiam ad pœnam pecuniariam, & intereſſe partis, excepta pœna corporali, ad quam fideiuſſor non tenetur, vt not. *Gonzal. de Paz. in ſua pract. tom. 1. par. 8. in proœ. n. 4.* quem vnà cum alijs refert, & ſequitur *Cancer. var. reſ. d. cap. 12. n. 132. & ſeq. Calu. de aquit. d. cap. 85. n. 87. & ſeq.* vbi extendit, idem eſſe in Poteſtate, qui ſe obligauit, omnem pœnam pro ſua familia ſoluere, vt non teneatur, niſi pro pecuniaria, vt ibi per eum, & ſentit *Pyr. Maur de fideiuſ. par. 2. ſect. 1 cap. 4. num. 4. & ſect. 5 cap. 2. num. 81. & ſeq.*

3 Adde prædictis, quod ſi Officialis electus fuerit ad officium pro ſex menſibus, & dederit fideiuſſorem, & deinde remanſit in officio pro alio ſemeſtre vel vltra, quia in eo fuit confirmatus per Principẽ, fideiuſſor non tenetur pro geſtis per Iudicem in ſecundo ſemeſtre, & in tempore prorogato, vt tradũt *Marſil. in rub. de fideiuſ. q. 8. n. 94. Put. de ſind. in ver. fideiuſſor Officialium, n. 9. Stracca de mercat. in tit. de decocto. par. 5. ſub n. 1. Pyr. Maur. de fideiu. par. 2. ſect. 5. cap. 2. n. 15.* vbi allegat etiam *Viui. deciſ. 129. n. 6 & Ant. de Bal. tract. crim. lib. 4. quæſt. 4. n. 65.*

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor obligatus ſoluere pœnam fiſco liberatur, ſequuta cõfiſcatione bonorũ illius pro quo promiſit*

Et ſi pœnam ſoluit, fiſcus tenetur ei illam reſtituere, n. 2.

Quæ procedunt, quando bona confiſcata ſunt ſoluendo, alias ſecùs, n. 3.

Et quando fiſcus bona confiſcata acceptauit, & non aliter, n. 4.

5 *Fideiuſſor condemnati quando liberetur per confiſcationem bonorum principalis, remiſſiuè.*

RESOLVTIO VII.

Fideiuſſor obligatus ſoluere pœnam fiſco an liberetur ſequuta confiſcatione bonorum illius pro quo promiſit.

1 Fideiuſſor, qui tenetur ſoluere aliquã pœnam fiſco pro reo, puta ob non factam repræſentationem illius, vel alia de cauſa, ſequuta confiſcatione bonorum ipſius rei, eſt liberatus, ita vt non teneatur amplius d. pœnam ſoluere, cum fideiuſſor ſoluens poſſit repetere ab ipſo fiſco, cui ſolueret, vt tradunt *Hering. de fideiuſ cap. 20. §. 14. num. 10. & ſeq. Pyr. Maur. pariter de fideiuſ. par. 2. ſect. 10. cap. 68. num. 1. & ſeq.* vbi alios dat concordantes, *& Maſſin. de conf. bonor. q. 35. n. 13. & quæſt. 45. num. 13.* & voluit cum effectu *Anton. de temp. legal. lib. 4. cap. vlt. n. 102. in fin.* Cum enim fiſcus, qui ſucceſſit in bona delinquentis, & qui ideò illum repræſentat, teneatur fideiuſſorem conſeruare indemnem, ſicuti tenebatur ipſe delinquens, & ſolutum ei reſtituere, vt not. *Franc. Becc. conſ 57. per tot. lib. 1. Gratia. diſcep. Foren. cap. 304. num. 18. par. 2. & cap. 423. num. 72. par. 3. Caball. crim. reſolut. caſu 234. num. 20. & ſeq. cent. 2. et Arias de Meſa. var. reſol. lib. 2. cap. 12. n. 2.* ſi ageret ad pœnam contra fideiuſſorem, repelleretur exceptione doli, & cedendarum, vt declarant *Coſta in l. 1. num. 84. C. de pœn. fiſc. lib. 10.* quem referendo ſequitur *Maſſin. in d. quæſt. 35. num. 13. et Caball. crim. reſol. caſu 190. num. 2. cent. 2.*

2 Amplia d. concluſionem, vt, ſi fideiuſſor ob non factam rei præſentationem, vel alia de cauſa condemnatus pœnam fiſco perſoluerit, ſequuta confiſcatione, fiſcus teneatur illum indemnem conſeruare, & reficere ei damnum ex dict. cauſa paſſum, vt voluerunt *Arias de Meſa. var. reſol. lib. 2. d. cap. 2. et Maſſin. de conf. d. quæſt. 35. n. 11.* & admittunt *alij Doctor ſupra adducti, num. 2.*

3 Declara d. concluſionem, vt habeat locum, quando bona confiſcata, & per fiſcum accepta, ſunt ſoluenda alias ſecùs, quia tunc fideiuſſor non eſſet liberatus, niſi pro rata, & quantitate bonorum cõfiſcatorum, cum fiſcus non teneatur vltra id, quod ad eum peruenit, vt declarant *Pyr. Maur. d. cap. 68 num. 6. Hering. de fideiuſ. d. cap. 20. §. 14. num. 10. et ſeq et Maſſin. de conſ. bonor. quæſt. 45. num. 14.* & generaliter tradunt *Peregr. de iur. fiſc. lib. 5. tit. 1. num. 56.*

num.56.Card.Mantic.de tacit.lib.16.tit.20.num.27 Pyr.Maur.de fideiuſ.par.2 ſect.10.cap.19 num.2.& Gratian.diſcep.foren.cap.224. num.72 par. 2 qui dant concordantes.

3 Declara ſecundò d.concluſionem, vt habeat locum, quando fiſcus acceptauit bona confiſcata, alias ſecùs, cum inuito fiſco, bona non incorporentur, ſed neceſſe ſit, quod fiſcus illa agnoſcat, vt not. *Gratian. diſcep.foren.cap.423. num.18. par.3. Baiar.ad Clar.in d. quæſt.78.num.155.Peregr.de iur. fiſc.lib.5.tit.1.num.18. Guaz. de conf.bonor. concl. 23. in fin. & concl.25.num.22.* vbi declarat opinionem *Caſtr*, volentis, quod bona damnati, fiſco recuſante, vadant ad venientes ab inteſtato, vt ibi per eum, & ſentit *Maſſin.de conf. bon.d.q.45. n 14.*

5 Quando autem fideiuſſor condẽnati liberetur facta confiſcatione bonorum eius principali, tradunt *Pyr.Maur.de fideiuſ.par.2.ſect.10. cap.19. per tot. Baiar.ad Clar.§.fin. quæſt.78. num.156.Card.Mant. de tacit. lib.16. tit.20. num. 27. & Coſta de ration. rata.quæſt. 120. num.13.* qui alios dant concordantes quamplures, & *Gratian. diſcep. Foren. cap. 224. num.72. par. 2.* ipſos conſulas.

ADDITIO.

N.1. VBi habetur, quod fideiuſſor obligatus ſoluere pœnam fiſco liberatur ſequuta confiſcatione bonorum illius, pro quo promiſit adde *Guazzin.de caut.de non offen.§.3.quæſt.28.num.52. & Ciriac.contr.227.num.48.& 49.* vbi dat concordantes.

N.3. Vbi habetur, quod fideiuſſor liberatur ſequuta confiſcatione bonorum principalis pro rata bonorum confiſcatorum tantum adde Contrarium tamen imò fideiuſſorem liberari reſpectu fiſci indiſtinctè dicit verius eſſe *Ciriac.d.contr.227.num.49. ex Peregr.de iure fiſc.lib.5.tit.1. num. 57.* reprobato *Farinac.de carc. & carc. quæſt. 25. nu. 178.* qui contrarium ex Plot. ſentire videtur.

SVMMARIVM.

1 *Cancellarius recipiens fideiuſſorem non idoneum tenetur de proprio.*

Etiam ſi ipſe ſit minor vigeſimo quinto anno, num. 2.

Fallit ſi illum recipit de mandato Iudicis, n.3.

Quod procedit quando Iudex mandat recipi certum fideiuſſorem, n.4.

Cancellario tamen de d. mandato non creditur, num. 5.

Fallit ſecundo ſi cancellarius recipit approbatorem, num.6.

Licet contrarium teneat Coſta relatus, n.7.

Fallit tertiò quando principalis eſt valde diues num. 8.

Fallit quarto quando illum recipit de conſenſu fiſci, vel partis, num.9.

Et quando fideiuſſor erat idoneus facultatibus tempore receptionis, num.10.

Id tamen eſt probandum per Notarium, n.11.

Et eſt facienda prius excuſſio contra fideiuſſorem, & principalem, n.12.

Quomodo vero ſit facienda d.excuſſio remiſſiuè, num.13.

RESOLVTIO VIII.

Cancellarius recipiens fideiuſſorem non idoneum tenetur de proprio.

1 CAncellarius criminalis recipiens fideiuſſorem non idoneum tenetur de proprio, *l.1. §.ſciendum, ff.de magiſt.conuen.* & tradunt *Ludou.deciſ.Lucen.33.num.1.& ſeq.Farin. de carcer. & carcer. quæſt.33.num.8.Saluſt. in pract.A.C.lib.2.cap.23.nu. 5. Pyr. Maur. de fideiuſſ.par.2.ſect.3.cap.4.num.12.& ſeq. Guazz.defen.6.cap.2.num.8.* vbi dicit, ita fuiſſe ſeruatum in Alma Vrbe, *Coſta de ſcient. & ign.cent.2.diſt.5.num.1. Fenzo.ad ſtat.Vrb.lib.1.cap.20.num.33.Scialo.in prax.torq. reos, cap. 5. num.45. & Rot. deciſ. 442. num. 1. par. 4. recent. tom. 2.*

In omnibus enim cauſis tàm ciuilibus, quàm criminalibus in quibus partes læduntur ex facto Notarij, ipſe tenetur eis ad intereſſe, *Ludou. d. deciſ. Lucen.33.num.2.Farinac. in d.quæſt.33.num.88.Maſcard.de prob.concl.1099.num.22. lib. 3.* & dixi ego *alleg. foren. 57. in prin. Rot. apud Card. Octob. deciſ. 542. num. 7.* etiam de facto ſubſtituti, vt ibi *num.9.* Idem autem eſt fideiuſſorem non recipiſſe, & recipiſſe, ſed non idoneum, *Guazz. dict.defen.6.cap.2.num.1. Fenzo.ad ſtat.Vrb.d.capit.20.num.11.*

2 Amplia primò d.concluſionem, vt habeat locum, etiam ſi Cancellarius, ſit minor 25. anno, vt voluerunt *Bald.in l. 1. num. 4. C. qui, & aduer. quos reſtit. Bertaz.de clauſ.in proœm.num.5. Adden.ad Gratian.deciſ.Marcb. 69. num. 2. & Fenzo.ad Stat.Vrb.d.cap.20.num.34.*

3 Limita primò d.concluſionem, vt habeat locum quando Cancellarius ex ſe ipſo recipit fideiuſſorem non idoneum, abſque mandato Iudicis, ſecus tamen eſt, ſi illum de mandato Iudicis recipit, quia tunc Iudex tenetur non autem Cancellarius, vt not. *Clar. in pract.§.fin.quæſt. 46.num.2.Lud.d.deciſ.Lucen.33.num.13.Farinac. de carc. & carcer. dict. quæſt. 33.num.84.& 90.& de var.ac diuer. Quæſt. quæſt. 111. num. 553. Pyr.Maur.de fideiuſ.d.ſect.3. cap.4.num.18.Fenzo.ad Stat.Vrb.d.cap.20.num.39.Guazz. d.defen. 6.cap.2.num.8.Coſta de ſcien.& ignor.cent.2.diſt.5. num.2.Scialo.in prax.torq.reos, d.cap.5.num. 4. & Rota d. deciſ.442.num.2.& 3.par.4.rec.tom. 2.* benè comprobans, etiam *num.ſeq.*

4 Declara primò d. primam limitationem, vt habeat locum quando Iudex mandat Cancellario quod recipiat talem perſonam in fideiuſſorem, ſecus tamen eſt ſi mandet in genere recipi fideiuſſorem, quia tunc ad Notarium ſpectat inquirere de illius idoneitate, & ipſe tenetur, vt tradunt *Inſti. de Sindic. num.210.Ludou.d.deciſ. Lucen.33. num.1.& ſeq.* vbi dicit, ita practicari, *Farinac.in d.quæſt. 33. num. 88. Guazzin.d.defen.6.cap.2.num.7.* dicens ita ei eueniſſe in facto in ardua cauſa in alma Vrbe, & benè declarat *Rot.d.deciſ.442.num.4.& ſeq.*

5 Declara ſecundò dictam primam limitationem, vt Cancellario aſſerenti in Inſtrumento recipiſſe fideiuſſorem de mandato Iudicis non ſit credendum, niſi aliter conſtet ex rogitu alterius Notarij, ſeu aliter de d.iuſſu, & commiſſione Iudicis, vt docent *Affl. deciſ.317.num.3.Rolan.conſ. 94. num.34. lib.2. Capb.conſ.113.num.4.lib.1. Gratian.dec. Marcb. 69. num.14. & Fenzon. ad Stat.Vrb.d.cap.20.n.40.*

6 Limita ſecundo d.concluſionem, vt non habeat locum quando Cancellarius recipit laudatorem, & approbatorẽ fideiuſſoris, quia tunc ipſe non tenetur, *Ludou.d.deciſ.Lucen.33.num 8.& ſeq.* vbi dicit, ita ſeruari in Prouincia Marchiæ, & Vmbriæ *Farinac.de carc.& carc. d.quæſt.33. num.89. Pir.Maur.de fideiuſ.d.ſect.3.cap.4.num.21. Guaz. d.def.6.cap.2.n.4.* vbi *n.5.* tenet hoc habere locũ etiã ſi laudator, & approbator non eſſet ſoluendo, *& n.8.Cab.reſ.cr. caſu 73.n.4.Fenzo.ad ſtat.Vrb.d.cap.20.num.41.& Grat.d.*

deciſ.

deciſ. March. 69. num. 22. & ſeq. & ibi Add. num. 5. & ſeq. vbi declaratur, quando teneantur approbatores.

7 Licet admiſſionem laudatoris non idonei non iuuare Cancellarium, teneat *Coſta de ſcien. & ignor. centur. 2. diſt. 5. num. 5.*

8 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum quando principalis eſt valde diues, cum per eius facultates suppleatur paupertas fideiuſſoris, vt not. *Ludou. d. deciſ. Lucen. 33. num. 14. Farinac. de carc. & carc. d. quæſt. 33. nu. 91.* vbi dicit, hanc limitationem non habere difficultatem, *Pir. Maur. de fideiuſ. d. ſect. 3. cap. 4. num. 19. Coſta de ſcien. & ignor. d. diſt. 5. num. 7. Guazz. in d. def. 6. cap. 2. nu. 8. & Fenzon. ad ſtat. Vrb. d. cap. 20. num. 42.*

9 Limita quartò d. concluſionem, vt non habeat locum quando Cancellarius recipit fideiuſſorem de conſenſu expreſſo, vel tacito rei, vel partis, quia tunc non tenetur de proprio, ſi fideiuſſor non eſt ſoluendo, vt tradunt *Ludou. d. deciſ. Lucen. 33. num. 16. Pir. Maur. de fideiuſ. d. ſect. 3. cap. 4. num. 20. Farinac. de carc. & carc. d. quæſt. 33. num. 92. Guaz. d. def. 6. cap. 2. num. 8. Coſta in d. diſt. 5. num. 2. Fenzon. ad ſtat. Vrb. d. cap. 20. num. 35. & Rot. deciſ. 374. num. 2. par. 4. diuer.* vbi dicit, ſufficere partem eſſe citatam, ſi non contradixit.

10 Limita quintò d. concluſionem, vt non habeat locum quando fideiuſſor erat idoneus facultatibus tempore receptionis, quia ſi poſtea fiat non ſoluendo tempore exactionis, Notarius non tenetur, vt declarant *Farinac. de carc. & carc. d. quæſt. 33. num. 93. Pir. Maur. de fideiuſ. d. ſect. 3. cap. 4. num. 22. Coſta d. diſt. 5. moner. 3. Guaz. d. defen. 6. cap. 2. num. 6. in fin. Gratian. d. deciſ. March. 69. num. 6. & ſeq. Fenzon. ad ſtat. Vrb. d. cap. 20. num. 46. & Rot. d. deciſ. 374. ſub num. 1.* volentes idem eſſe ſi fideiuſſor tempore fideiuſſionis haberetur pro idoneo, quia poſſideret immobilia, licet fideicommiſſo ſubiecta, vt ibi per eos, & *d. deciſ. 442. num. 20.*

11 Declara d. quintam limitationem, vt habeat locum dummodo Notarius probet concludenter fideiuſſorem tempore d. receptionis fuiſſe ſoluendo, vel haberi pro tali alias ſecus, vt declarant *Gratian. d. deciſ. 69. num. 7. & 8. Fenzon. ad ſtat. Vrb. d. cap. 20. num. 47. & num. 13. & ſeq.* docet quando fideiuſſor dicatur idoneus, vt ibi per eum.

12 Limita ſexto d. concluſionem, vt habeat locum facta prius excuſſione contra fideiuſſorem, & principalem non ſolum quo ad bona, ſed etiam quo ad perſonas cum Notarius in d. caſu, & etiam Iudex teneantur tantum in ſubſidium, & non aliter, vt not. *Farinac. in d. quæſt. 33. num. 88. Coſta de ſcient. & ignor. d. diſt. 5. num. 7. Gratian. deciſ. March. 69. num. 11. & ſeq. Guazz. d. defen. 6. cap. 2. num. 8. Fenzon. ad ſtat. Vrb. d. cap. 20. num. 43. & ſeq.* & dixi ego *alleg. foren. 57. num. 1. & 2.*

13 Quomodo verò in hoc caſu ſit facienda excuſſio, docet late *Fenz. ad ſtat. Vrb. d. c. 20. n. 55. & ſeq.* ipſum conſulas.

F I S C V S.

S V M M A R I V M.

1 *Fiſcus tenetur præſtare alimenta carcerato non habenti de proprio.*

Pro quocunque delicto ſit carceratus, n. 3

Et pendente proceſſu ſuper crimine, eſt alendus ex bonis confiſcatis, num. 5.

4 *Carceratus pro debito eſt alendus per creditorem.*

2 *Carceratus pro delicto pœnæ, vel innocentiæ eſt ſeruandus,*

6 *Cuſtos carceris non poteſt carceratum retinere pro alimentis, et mercede.*

Contrarium ſeruatur de conſuetudine, n. 7.

Reſol. Crim.

R E S O L V T I O I.

Fiſcus an teneatur præſtare alimenta carcerato non habenti de proprio.

1 FIſcus tenetur præſtare alimenta carcerato pauperi non habenti de proprio, ne fame pereat in carcere, ad tex. *l. Iudices, 10. C. de Epiſc. audien. Afflict. deciſ. 71. num. 2. Beninca. de pauper. quæſt. 7. in 2. ſpeculi iudi. n. 6 Surd. de alim. tit. 1. quæſt. 72. per tot. Maſſin. de conf. bon. q. 32. num. 12. Riec. collect. 1115. par. 4. Vrſell. in exam. apum. concl. 89. num. 462. Coſta remed. ſubſid. 27. illat. 1. num. 1. et Cobel. ad Bull. bon. regim. ſ. 39 num. 22. et ſeq.* addo *Guazz. def. 6. cap. 1. in princ.*

2 Carceratus enim pro delicto pœnæ, vel innocentiæ ſaluus fieri debet, non autem illum fame perire eſt interim permittendum, vt not. *Surd. de alim. d. tit. 1. quæſt. 72. poſt princ. et Coſta in d. remed. ſubſid. 27. illat. 1. poſt princ.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum in carcerato pro quocumque delicto, vt voluerunt *Alberic. in l. fin. C. de ordin. cognit. Marti. Landen. de fiſco num. 252. Gigun. de crim. læſæ Maieſt. in tit. de pæn. committen. num. 26.* quos refert, & ſequitur *Surd. de alim. d. quæſt. 72. num. 1.* vbi dicit hoc procedere etiam in reo condemnato, dum non exequitur ſententia, vt ibi per eum.

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, licèt excedat terminos criminalitatis, vt habeat locum etiam in carcerato pro delicto ciuili, qui ſi aliundè non habeat, & nouiſſima laboret inopia, alimenta neceſſaria conſequi debeat à creditore, ita vt, ſi ei alimenta non ſubminiſtrentur, à carceribus ſit relaxandus, vt tradunt *Afflict. deciſ. 71. num. 1. et ſeq. Surd. de alim. tit. 1. quæſt. 71.* vbi alios dat concordantes *Coſta d. remed. ſubſid. 27. illat. 1. in prin. Vrſel. in exam. apum concl. 89. num. 460. et ſeq. Fontanell. de pactis nupt. clauſ. 4. gloſ. 18. par. 4. num. 34. et Rota deciſ. 177 num. 4. par. 1. recent.*

Amplia tertiò d. concluſionem, vt, pendente proceſſu ſuper crimine, inquiſitus ſit alendus ex bonis publicatis, & incorporatis, & ei ſint præſtandæ expenſæ neceſſariæ pro ſe defendendo, vt docent *Rebuff. de ſent. prouiſ. in præf. n. 113. et ſeq. et Carpa. ad Non. Conſt. Mediol. in c. Omniū, n. 696. et ſeq.* vbi dicit, ita ſeruari per Senatū, quos referendo ſequitur *Guaz. de conf. bon. concl. 13. lim. 62. n. 1. et ſeq.* vbi dicit, hoc procedere etiam in crimine læſę Maieſtatis & quando pendet lis cum fiſco ſuper omnibus bonis alicuius, & quod ita ipſe pluries in Alma Vrbe obtinuit, & idem ſcribit *defenſ. 6. cap. 1. in princ.* vbi alios dat concordantes.

Declara d. concluſionem, vt ſi cuſtos carceris alimenta carcerato præſtiterit, non poſſit pro alimentis, & mercede cuſtodiæ ei debita illum a Iudice relaxatum retinere, ſed debet pro conſequutione ſui crediti contra eum poſtea agere, vt not. *Guid. Pap. deciſ. 448. num. 1. Papon. in ſuis arreſt. lib. 24. tit. 4. arreſt. 1. Vrſel. in d. concl. 89. num. 466. Card. Tuſch. pract. concl. litt. C. concl. 90. num. 7.*

Contrarium tamen ſeruari de conſuetudine teſtantur idem *Guid.Papa vbi ſupra num.2.Surd.de alim.tit.1 d. quaſt.71. in fin. Card.Tuſc.d.concl.10.num.7.Vrſel.d.concl.89. num.467. Gratian.diſcep.Foren cap.25. num.20. par.1. Merlin.de pignor. lib.3 quæſt.1 num.4. & Carlenal.de iudic. lib.1. tit. 3. diſput.29. num.7. in fin, tom. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Fiſcus, qui capit bona delinquentis confiſcata, tenetur ſoluere eius debita creditoribus illius.*

Cum fiſcus in d.caſu dicatur ſucceſſor vniuerſalis, & hæres anomalus, n.2.

Ita vt debitor dicatur liberatus, & creditores teneantur agere contra fiſcum, n.3

Etiamſi debitor aggratiatus a Principe redeat ad pinguiorem fortunam, n.4

Debitor tamen dicitur liberatus pro rata confiſcationis factæ, n.5.

Et idem eſt quoad fideiuſſorem debitoris, n.6.

Qui conuentus a creditoribus poteſt opponere exceptionem excuſſionis, n.7.

Licèt aliqui contrarium teneant, n.8.

Et fiſcus tenetur ſoluere debita, etiam quando illa acquirit vti vacantia, n.9.

Et tenetur etiam ſoluere dotem, & alimenta filijs condemnati, n.10.

Et tenetur ſoluere quartam vxori pauperi, num. 11.

Et legitimam filijs condemnati, n.12.

Fiſcus tamen in d.caſibus non tenetur vltra valorem bonorum ei delatorum, n.13.

Neque quando ſuccedit in bonis vacantibus, num. 14.

Etiam Inuentario non confecto, n.15.

Quicquid ſit, quando fiſcus ſuccedit alicui, vti hæres, num.16.

17 *Fiſcus tenetur ſoluere debita creditoribus ex contractu, non autem ex delicto.*

Licèt in d.caſu eſſe locum diuiſioni teneant plures Doct. num.18.

Declara d. concluſionem, vt n.19.

20 *Fiſcus tenetur ſoluere debita condemnati ſolùm pro parte, quando non fuerunt confiſcata omnia bona.*

Neque tenetur ſoluere debita facta per condẽnatum poſt delictum, n.21.

Quod non procedit, quoad fideiuſſorem, qui promiſit pro condemnato, quod non diſcederet de palatio, n. 22.

Neque in debitis factis pro alimentis, & pro eius defenſione, n.23.

24 *Fiſcus non tenetur ſoluere debita creditoribus, qui in termino proclamatum non comparuerunt.*

Contrarium tenent plures Doct. n. 25.

Et ſi creditores allegent ignorantiam proclamatum ſunt reſtituendi, n.26.

Licèt contrarium teneant Doct. relati, n.27.

RESOLVTIO II.

Fiſcus qui capit bona delinquentis confiſcata an teneatur ſoluere illius debita ſuis creditoribus.

1 Fiſcus qui capit bona delinquentis confiſcata tenetur ſoluere illius debita creditoribus condemnati, vt tradunt *Clar. in pract. §. fin. quæſt.78. verſ ſed an teneatur &c. & ibi Baiar. num.155. & ſeq. Farin. de delict. & pæn. quæſt.125. num.169.* vbi alios dat concordantes, *& in tract. de hæreſ. q.190. num. 28.* vbi loquitur de fiſco, qui habuit bona ex cauſa hæreſis confiſcata, *Merl. de legit. lib.3. tit.1. quæſt.28. n.4. Guaz. de conſ. bon. concl.23. num.2. Hond. conſ.38. num.44. lib.2.* vbi teſtatur de communi opinione, *Pir. Maur. de fideiuſ. par.2. ſect.10. cap.19. num.5. & 6. Coſta de rata quæſt.120. num.2. & ſeq.* latè *Gratian. diſcept. Foren. cap.423. per tot. par 3. & cap.840. nu.11. & 36. par.5. Card. Mant. de tacit. lib.16. tit.17. num.28 & lib.12. tit.18. num.18. Maſſin. de conſ. bon. q.35. n. 3. & n.7. & ſeq. Rot. deciſ.575. n.1. par.1 rec.*

Licèt enim controuerſum ſit inter Doctores, an fiſcus quando capit omnia bona delinquentis dicatur
2 propriè hæres, certum tamen eſt, † illum eſſe ſucceſſorem vniuerſalem, & haberi loco hæredis extranei, & illum dici hæredem anomalũ, vt not. *Hond. d. conſ.38. num.44. Card. Mant. d. lib.16. tit.17. nu.28 Gratian. d. cap.423. num.14. & 15. & d. cap.840. nu. 35. Farin. d. quæſt.25. num.169. Guazzi. d. concl.23. in prin. Meri. d. lib.3 tit.1. quæſt.28. num.4. Altograd. conſ.95. nu.42. & 131. & ſeq. lib.1. Maſſin. de conſ. d. q.35. num.6.* & alij Doct. ſupra adducti, & dixi ego *alleg. foren 40 num.38.* ita vt in eum tranſeant omnia iura actiua, & paſſiua delinquentis *Peregr. de iur. fiſc. lib.5. tit.1. num.53. Farinac. de delict. & pæn. d. quæſt.25. num.170. Pir Maur. de fideiuſ. par.2. ſect.10. cap.19. num.6. Gratian. diſcep. foren. cap.304 num.19. par.2. & cap.840. num.36. par.5. Merlin. de legit. lib.1. tit.1. quæſt.28. num.4.* & dixi ego *d. alleg. 40. num.40.* meritò &c.

3 Amplia primò d. concluſionem, vt bonis debitoris confiſcatis ipſe debitor ſit liberatus, ita vt creditores non poſſint amplius contra eum agere, ſed agere debeant contra fiſcum retinentem bona cõfiſcata, vt adnotarunt *Farin. de delict. & pæn. d. qu. 25 num.77. & ſeq. Pereg. de iur. fiſc. lib.5. tit.1. n.54 Coſta de rata d. quæſt.120. num.1 & 2. Merlin. de legit. d. quæſt.28. num.4. Gratian. diſc. foren. d. cap.423. num.12. et per tot.* latè comprobans, *Guaz. de conſ. bonor. concl.25. num.1. et ſeq. P. Dian. reſolut. moral. par.4. tract.8. reſol.59. in fin. Rot. d. deciſ. 575. num.1. par.1 recent. & apud Zacch. de oblig. Cam. deciſ.176 num.5.* vbi dicit, hoc non habere locum quoad bona, quæ ſunt in alieno territorio.

4 Subamplia primò d. primam ampliationem, vt debitor, cui bona fuerunt confiſcata non poſſit amplius moleſtari a ſuis creditoribus, licèt poſtea aggratiatus de delicto à Principe redeat ad pinguiorẽ

tor-

fortunam *l.4 C.de ſent.parſ.* & tradunt *Odd.de reſt. in integ. par.2.quaeſt.97.num.13 Farin.de delict. et pæn. d.quaeſt.25 num.179 Peregr.de iure fiſci d. lib. 5.tit.1 ſub num.55.Gratian diſcep foren.d.cap.423 num.40.* bene comprobans,& alios adducens concordantes *Carpan.ad Nou.Conſtit. Mediol. in cap. Omnium n 540.Balar.ad Clar.§.fin.d.quaeſt.78.num. 157.Guazz.in d.concl.25.num.3.P.Dian.in d Reſol. 59.in fin.* dicens, hoc habere locum etiam in foro conſcientiæ, & firmauit etiam *Rota in d.deciſ.575 num.1. par.1. recent.*

5 Declara d. primam ampliationem, quod delinquens eius bonis confiſcatis ſit liberatus a ſuis creditoribus, vt habeat locum ſolùm pro rata confiſcationis factæ, puta pro mediate, pro tertia parte, & ſimili, & non aliter, vt tradunt *Farin de delict.et pæn.d.quaeſt 25.num.177.et ſeq Carpan. in d. cap. Omnium,num.537.et num.555. Peregr.de iure fiſc. lib.5.tit.1.nu.51.et ſeq. et Guazzin.de conſ. bon.d. concl.25.n 24.* volentes, debitorẽ imò non cenſeri liberatum, niſi pro quantitate bonorum cõfiſcatorum,& illorum valorem,& nõ vltra, vt ibi per eos.

6 Amplia d.declarationem, idem ſit in fideiuſſore condemnati, cui bona fuerunt confiſcata, quem non liberari, niſi pro valore bonorum in fiſcum delatorum voluerunt *Peregr.de iure fiſci d.lib.5.tit. 1.num.56.et ſeq.Card.Mant.de tacit.lib.16.tit.20. num.27.Pir.Maur.de fideiuſ.par.2. ſect.10.cap.19. num.2. et Gratian. diſcep.foren. cap.224. num. 72. par.2.* licet aliqui contrarium ſentiant.

7 Amplia ſecundò d.concluſionem, vt ſi fideiuſſor debitoris condemnati, vel tertius poſſeſſor bonorum conuentus ſit ab eiuſdem delinquentis creditoribus, poſſit opponere exceptionem excuſſionis vt prius excutiatur fiſcus in quem bona delinquentis fuerunt translata, vt not. *Bald.in l.1.ſub num.1. C. de fideiuſ.* vbi dicit, hoc non habere locum, ſi fideiuſſor renunciauit beneficio excuſſionis *Cranet. conſ.263.nu.7.* vbi teſtatur de communi opinione, prout fecit *Farinac.de delict.et pæn.d.quaeſt 25. nu. 171.*&tradunt etiam *Pir.Maur.de fideiuſ par.2.ſect. 6.cap.3.nu.22.et ſect.10. cap.19.in fin. Card.Mant. de tacit.d.lib.16.tit.17.num 18. Peregr. de iur.fiſc. lib.5.tit.1.num.56.* vbi hanc opinionem dicit eſſe veriorem, & illam magis veram, & communem dicit *Andr.Gail. de pace publ. lib.2. cap 16. num 9. Coſta de rata d. quaeſt.120 in fin.Carpa.in d.cap.Omnium.n.550.& ſeq.& Guzz.d.concl.25.n.5.& concl. 20.num.13.& Maſſin.de conf.bonor.d.quaeſt.35.n.14*

8 Licèt contrarium tenuerint *Abb.conſ.29. num.4. lib.2. Ancar.conſ.293.& conſ.317.& Soci.Sen.conſ. 46.col.5.lib.4.* contra quos adeſt magis communis opinio, de qua ſupra.

9 Amplia tertiò d.concluſionem, vt habeat locum non ſolum, quando fiſcus acquirit bona per confiſcationem, ſed etiam, quando illa acquirit vti vacantia, cum d.bona in eum tranſeant cum ſuo onere, vt voluerunt *Clar.in pract.in d.quaeſt.78. ver.ſed an teneatur fiſcus &c. Peregr. de iur.fiſc.lib.4 tit.3 num.25 & ſeq.Card.Mant.de tacit.lib.12.tit.18.nu. 17 et lib.16. tit.17.n.28.* & ſentit *Guazz. d. concl. 23.n.24.*& voluit *Maſſin.de conf. bon.quaeſt.25.n.8.* vbi alios dat concordantes, & dicit, in d. caſu fiſcũ nõ teneri vltra vires hæreditarias, vt ibi per eũ.

10 Amplia quartò d.concluſionem, vt fiſcus teneatur non ſolum ſoluere debita condemnati, vt ſupra eius creditoribus, ſed etiam teneatur ſoluere dotẽ, & alimenta illius filijs, cum bona in eum tranſeant cum onere ſuo, & not *Card.Mant.de tacit. lib.12. tit.18 num.17.Peregr.de iur fiſc.lib.5.tit.1.num.75 & ſeq.Coſta de rata d.quaeſt.120.n 3.& remed.ſubſi. 64.num.3.* vbi dicit, hanc ampliationem habere locum, etiamſi ageretur de dotando filiam ſpuriã, *Andr.Gail.de pace publ.lib.2.cap.16.num 20. Surd. de alim.tit.1.quaeſt.31.num.1. & ſeq.& num.16.& tit.9.quaeſt 32.num.21. Carpa.in d. cap.Omnium, nũ 530.& ſeq.& num.565. Farin. de delict. & pæn. quaeſt.24.num.46.Merlin.de legit.lib.3.tit.1. quaeſt. 28.num 6 & ſeq.* latè *Guazz.de conſ.bon.concl.13. limit 20.num.9. et concl.20 nu.15. Maſſin.de conf. bon.d.quaeſt.35.num.28. & ſeq. et Vrſel. in examinum concl.85. num.46. et ſeq.* vbi ampliat, prædicta habere locum etiam in crimine læſæ Maieſtatis humanæ & diuinæ,& dixi ego *alleg.for.40.n.37*

11 Subamplia d.quartam ampliationem, vt fiſcus teneatur etiam vxori pauperi condemnati tradere quartam ex bonis cõfiſcatis debitam vigore *Auth. præterea, C.vnde vir.et vxor,* vt tenent *Bala.ad Clar. d.quaeſt.78.num.87.* licèt cum difficultate ob fiſci voracitatem *Peregr de iur.fiſc.d.lib.5.tit.1.num.81 Surd.de alim.tit.1.quaeſt.34.nu.13 et 14.Andr.Gail. obſeru.86.in fin.lib.2.* vbi teſtatur de communi opinione, *et de pace publ.lib.2.cap.16.num.16.et ſeq. Carpan.in d.cap.Omnium,num.775.et ſeq. Gratian. diſc.foren.cap.120. num.35. et ſeq. par.1. Guazz.de conſ.bon.concl.13.limit.1. num.1. et ſeq. et d. concl. 20.num.18. et Vrſel.d.concl.85.num.52.*

12 Amplia quintò d.concluſionem, vt fiſcus ex bonis paternis confiſcatis teneatur ſoluere legitimam filijs condemnati, vt not. *Farin de delict.et pæn.qu. 24.num.34.Merlin.de legit.lib 3.tit.1.quaeſt.28.n.3 Guaz.de confiſ.bonor.concl.13.lim.19.num.1. et ſeq. Maſſin.de conſ.bonor.quaeſt.28.num.1.et ſeq.* & dicã latius infra in verb. Legitima, *Reſol...*

13 Limita primò d.concluſionem, quòd fiſcus teneatur ſoluere debita condemnati ex bonis confiſcatis vt habeat locum, quatenus d. bona ſufficiant, non autem vltra illa de proprio, cum fiſcus non teneatur vltra vires bonorum, vt not *Clar.in pract.§ fin. quaeſt.78.ver vnum ſcias &c.* & *ibi Bajar.num.167 Hond.conſ.38. num.4. lib.2.* vbi teſtatur de communi opinione, *Peregr de iur.fiſc.lib.5.tit 1.num. 5. et ſeq. Fachin.contr.iur.lib.6.cap 21. verſ cæterum &c. Farinac. de delict. et pæn. quaeſt. 25. num. 185. Carpan. in d. cap Omnium, numer. 523. et num. 553. Cardinal. Mantic. de tacit. lib. 16. titul. 17. num 28. et tit.20. num.27 Guazzin.de confiſc. bon.d.concl.23. num.24. et concl.20. num.23. Balth. Thomaſ.in ſuis tract. var. tom. 1. de inuent. titul. 7. num.36. & tit.15. num.94. P.Dian. reſolut. moral. par.4. tract.8. reſolut.59. & Maſſin.de confiſc. bon. quaeſt.35.num. 36.*

14 Amplia primò d. limitationem, vt habeat locum etiam, quando fiſcus ſuccedit in bonis vacantibus, quia neque tunc tenetur ſoluere debita vltra vires bonorum, cum non ſuccedat vti hæres, vt voluerunt *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 78. verſ. vnum ſcias &c.* vbi teſtatur de communi opinione, & ibi *Baiar. num. 167. Peregr. de iur. fiſci lib. 4. tit. 3. num. 25* vbi alios dat concordantes *Card. Mant. de tacit. lib. 16. tit. 17. nu. 28. Farinac. in fragm. crim. litt. F. n. 149 Guaz. de confiſ. d. concl. 23. num. 24.* & nouiſſimè tradit doctiſſimus *Maſſin. de conf. bonor. quæſt. 25. num. 8. & quæſt. 35. num. 36. & ſeq.*

15 Amplia ſecundò d. primam limitationem, vt habeat locum, etiam inuentario non confecto per fiſcum, quia adhuc non tenetur ſoluere de proprio debita condemnati, vel illius, in cuius bonis vacantibus ſuccedit, vt not. *Hond. conſ. 38. num. 49. lib. 2. Phanuc. de inuent. par. 2. num. 6. & ſeq. Clar. in d. quæſt. 78. ver. vnum ſcias &c. & ibi Baiar. num. 167 Farin. de delict. & pœn. d. quæſt. 25. num. 185. Carpan. in d. cap. Omnium, num. 523. & num. 553. Card. Mantic. de tacit. d. lib. 16. tit. 17. num. 28. Guazz. de conf. d. concl. 23. n. 24. & concl. 30. n. 23. Adden. ad Capic. Lat. deciſ. 15. nu. 5 & Maſſin. de confiſc. d. quæſt. 35. n. 37.*

16 Quicquid ſit, quando fiſcus ſuccedit alieni, vel hæres, quo caſu, inuentario per eum non confecto, tenetur vltra vires hæreditarias perſoluere debita defuncti, vt teſtantur *Rolan. de inuen. par. 2. verſ. vndecimò quæro num. 6.* vbi teſtatur de communi opinione, *Phanuc. in eod. tract. par. 2. num. 7.* latè *Fachin. contr. iur. lib. 6. cap. 21 per tot. Balsb. Tomaſ. in d. tract. de inuent. tit. 7. num. 31. & ſeq. & tit. 15. nu. 94.* cum quibus pertranſire videtur *Guazzin. de conf. d. concl. 20. num. 24. & Maſſin. de confiſc. d. quæſt. 35. num. 7. 8. & ſeq.*

17 Limita ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum quoad creditores condemnati ex contractu, vel quaſi, quibus fiſcus tenetur totum credita perſoluere, ſecus quoad creditores ex delicto, quibus fiſcus præfertur in pœnis pecuniarijs cæteris paribus, vt not. *Clar. in pract. § fin. quæſt. 78. verſ. vidi quandoque &c. Farin. de delict. & pœn. quæſt. 25 num. 189. Card. Mant. de tacit. lib. 11. tit. 18. nu. 33. Carp. in d. cap. Omnium, num. 602. Guazzin. de conf. concl. 23. num. 13. & 14. Gratian. diſcep. foren. cap. 304. n. 30 par. 2. & cap. 810. num. 11. par. 5 Gait. de credit. cap. 4. quæſit. 11. num. 1311.* licèt dicat, in practica eſſe locum diuiſioni, vt ibi per eum, & hanc opinionem ſequuntur, tuetur, & dicit magis communem eſſe *Carleual. de iudic. tom. 2. lib. 1. tit. 2. diſp. 1. num. 32. Salgad. in Laber. credit. par. 1. cap. 7. num. 7. et ſeq. et Maſſin. de confiſc. quæſt. 39. num. 7.*

18 Licèt contrarium, imò in d. caſu eſſe locum diuiſioni tenuerint *Peregr. de iur. fiſc. lib. 4. tit. 8. nu. 12 et Cabal. reſol. crim. caſu 202. num. 11. cent. 3.* dicens ita ſeruari in practica, cum quibus ſentire videtur *Gait. in loc. ſupra proximè adducto,* quam opinionē ſatis æquam dicit *Carleual. d. quæſt. 1. num. 37.* & ſequitur *Antonel. de temp. legal. lib. 4. cap. vlt. n. 12.*

19 Declara tamen d. ſecundam limitationem, quod ſi ex eodem delicto, ex quo bona confiſcantur, & ex eadem ſententia delinquens ſit etiam condemnatus ad intereſſe partis offenſæ, tunc pars prætendens intereſſe præferri debet fiſco prætendenti pœnam, vt not. *Farin. de delict. & pœn. d. quæſt. 25. num. 189.* vbi dicit ita ſeruari in practica, *Clar. in d. §. fin. quæſt. 78. verſ. vidi quandoque &c. Carpan. in d. cap. Omnium, num. 601. Peregr. de iur. fiſc. lib. 4. tit. 8. nu. 13. Guaz. de conf. d. concl. 23. num. 13. & 14 Gratian. diſcep. foren. d. cap. 840. num. 12.* & voluit generaliter *Carleual. de iudic. d. lib. 1. tit. 2. diſput. 1. nu. 26. & tit. 3. diſput. 30. num. 24. Maſſin. de conf. d. quæſt. 39. num. 8.* vbi aliam dat declarationem, & *Antonel. de temp. leg. lib. 4. cap. vlt. n. 12 verſ. ſubaeus &c.*

20 Limita tertiò d. concluſionem, vt habeat locum, quando fuerunt confiſcata omnia bona delinquentis, ſecùs tamen eſt, ſi ſolùm ſint confiſcata pro parte, puta pro dimidia, vel tertia, quia fiſcus tunc tenetur tantùm ſoluere debita creditoribus delinquentis pro parte confiſcata ad ratam, vt tenent *Carpan. in d. cap. Omnium num. 549. et num. 555 et ſeq.* dicens, id habere locum de æquitate, non de rigore iuris, & non habere locum, quando eſſet confiſcata res certa, quia tunc fiſcus ad nihilum tenetur, vt ibi per eum, *Farin. de delict. & pœn. d. quæſt. 25. num. 177. et ſeq. Peregr. de iur. fiſc. lib. 5. tit. 1. n. 53. et ſeq. Guazz. de conf. concl. 25. nu. 24. P. Dian. reſol. moral. par. 4. tract. 8. reſol. 59.*

21 Limita quartò d. concluſionem, vt fiſcus teneatur ſoluere creditoribus condemnati debita ante delictum per eum contracta, non autem contracta poſt delictum, quia illa non tenetur ſoluere, vt voluerunt *Conar. in 4. Decret. par. 2. cap. 6. §. 8. num. 9. in fin. Baiar. ad Clar. d. quæſt. 78. num. 161* qui loquuntur de debitis tempore commiſſi delicti contractis *Peregr. de iur. fiſc. lib. 5. tit. 1. ſub nu. 54. Gratian. diſc. foren cap. 423. num. 61 par. 3. Guaz. de confiſcat. d. concl. 23. num. 29. et P. Dian. tract. 8. reſol. 59.*

22 Sublimita primò d. quartam limitationem, vt non habeat locum quoad fideiuſſorem, qui promiſit reum non diſceſſurum de Palatio, ſeù de domo, qui ſi aufugiat, fideiuſſor indemnitatem releuationem a reo promiſſam, a fiſco, qui accepit bona confiſcata, conſequi debet, & ſic tenetur ſoluere debitum contractum poſt delictū, vt tenent *Franc. Becc. Gratian. Cabal. et Arias de Meſa* relati ſupra in verb. *fideiuſſor. Reſ. 7. num. 1. et 2. Maſſin. de conf. bonor. quæſt. 35. num. 11. et ſeq. et Antonel. de temp. legal. lib. 4. cap. vlt. num. 102. in fin.*

23 Sublimita ſecundò d. quartam limitationem, vt non habeat locum quoad debita contracta poſt delictum pro alimentis, & ex cauſa propriæ defenſionis, quia illa fiſcus tenetur ſoluere, vt not. *Peregr. de iur. fiſc. d. tit. 1. ſub num. 54. Grat. diſc. foren. d. cap. 423. num. 62. Guaz. de conf. d. concl. 23. num. 30. Surdus de aliment. tit. 8. priuil. 35 num. 4. et ſeq. et tit. 9. quæſt. 32. num. 12 et ſeq. et num. 75.*

24 Limita quintò d. concluſionem, vt fiſcus, ſi fecit proclamata, quod creditores compareant in certo termino ad deducendum eorum credita, ita vt elapſo termino amplius non audiantur, & ipſi in d. termino non compareant, fiſcus ad illorum creditorū

ſolutionem amplius non teneatur, cum dict. proclamata videantur habere vim præſcriptionis ad excludendum iura tertij, ad tex. *l. ſi eo tempore 6. C. de remiſ. pign.* & tradunt *Boſſ. in pract. in tit. de proclam. quod ſit bon. public. num. 1. & ſeq. Farinac. de delict. & pæn. quæſt. 25. nu. 18. Old. de reſtit. in integ. quæſt. 97. art. 3. poſt num. 16. Peregr. de iure fiſci lib. 5. tit. 1. num. 199. & ſeq. & Gargiar. Iun. conſ. 97. num. 113. & ſeq. lib. 1.*

25 Contrariam tamen opinionem, quando d. proclamata fiunt de mandato Iudicis, non autem vigore Statuti, vel Conſtitutiones Principis, quod non efficiant creditores non comparentes in termino aſſignato, quin poſſint petere a fiſco eorum credita latè, & doctè per plures rationes, & authoritates comprobat *Maſſin. de confiſc. bon. quæſt. 41. num. 29. 30. & ſeq.* vbi plenè de hac materia, & vltra eum, & DD. per eum adductos addo *Poſtr. de ſubhaſt. inſpec. 54. num. 8. & ſeq. & in addit. ad d. inſpec. 52. num. 30. & ſeq.* vbi latè de materia, *& Salgad. in laber. credit. par. 1. cap. 1. num. 31. & ſeq.* ipſos conſulas, non enim ex aliena ſegete agrum noſtrũ fertiliorem reddere nunquam, meus fuit.

26 Declara d. quintam limitationem, quod ſi creditores allegent iuſtam ignorantiam dictorum proclamatum danda eſt eis reſtitutio, ita vt illa mediante, fiſcus teneatur eis ſoluere eorum credita, vt docent *Mangil. de euict. quæſt. 9. nu. 71. Guaz. de confiſc. concl. 17. num 8. Maſſin. de confiſc. d. quæſt. 41. num. 51.* quo *num. præced.* firmat, hanc compendioſam cridarum præſcriptionem non nocere abſentibus, minoribus, mulieribus, quin ſaltem per viam reſtitutionis eis ſuccurratur, vt ibi per eum, cum quo concordat *Peregr. de iure fiſc. lib. 5. tit. 1 num 2*[illegible] dicens ita fuiſſe iudicatum.

27 Licet contrarium ſeruari Mediolani dixerit *Boſſi in prac. in tit de procl. quod ſit in bon. publ. num. 12.* cum quo ſentit *Coſta de ſcien. & ignoran. reg. 5. num. 6. & ſeq & remed. ſubſid. 47. poſt num. 7.* licèt hoc non eſſe omnimò tutum dicat *in tract. de clau. clau. 40. num. 3.* vbi non negat abſolutè conceſſionem reſtitutionis aduerſus cridas, ſed ſolùm illam non difficultate haberi poſſe, vt ibi per eum.

A D D I T I O.

N. 1. VBi habetur, quod fiſcus capiens bona delinquentis tenetur ſoluere eius debita creditoribus adde *P. Sanch. in præcep. Decal. lib. 2. cap. 22. num. 74.* vbi dicit, etiam, quod debitor, cui ſunt confiſcata bona liberatur pro rata confiſcationis factæ, vt habetur *hic num. 5.* & plures dat concordantes.

N. 6. Vbi habetur, quod fideiuſſor debitoris bonis confiſcatis liberatur pro rata valoris bonorum confiſcatorum tantùm Adde vide addita ſupra in verbo fideiuſſor *Reſol. 7. num. 3.* vbi retuli contrarium tenentes.

N. 7. Vbi habetur, quod debitor confiſcatus poteſt opponere contra eius creditores exceptionem excuſſionis adde *P. Sanch. in præcep. Decal. d. lib. 2. cap. 22. num. 79.*

N. 15. Vbi habetur, quod fiſcus pro bonis confiſcatis, vel vacantibus non tenetur vltra vires etiam Inuentario non confecto adde *P. Sanch. in præcep. Decal. d. lib. 2. cap. 22. num. 83.* & probaui latè ego *in meo tract. de hæred. ſimpl. & beneſic. art. 1. num. 301.*

N. 17. Vbi habetur, quod fiſcus præfertur pro pæna creditoribus ex delicto adde *P. Sanch. in præcep. Decal. d. cap. 22. num. 94. & 95.* vbi dicit, hoc non habere locum in intereſſe partis offenſæ, ad quem reus fuit condemnatus iuxta terminos declarationis ſequentis.

Adde iterum pro complemento materiæ, quod licet reus facta confiſcatione bonorum ſit liberatus a ſuis creditoribus, ita vt illi contra eum agere non poſſint, vt dixi in hac *Reſol. 2. in prin.* non tamen liberatur eius fideiuſſor, qui potest a creditoribus rei conueniri, vt tradunt *Farin. de carcer. & carcer. quæſt. 25. num. 178. & P. Sanch. in Præcep. Decal. lib. 2. cap. 22. num. 92.* vbi alia ſcribit ad hanc materiam facientia, ipſum conſulas.

S V M M A R I V M.

1 *Fiſcus, vt poſſit exigere à reo expenſas pro fabricatione proceſſus requiruntur indicia ad tranſmittendam inquiſitionem.*

2 *Pro d. tamen expenſis non præfertur creditoribus delinquentis, num. 2.*

3 *Licèt aliqui contrarium teneant, num. 3.*

4 *Secùs tamen eſt ſi expenſa facta per fiſcum cederent in vtilitatem creditorum, num 4.*

5 *Declaratio extare iudicia, vt conſequi poſſint expenſæ eſt facienda per delegantem.*

R E S O L V T I O III.

Fiſcus, vt poſſit exigere a reo expenſas pro fabricatione proceſſus quæ nam indicia requirantur.

1 FIſcus, vt poſſit exigere à reo expenſas pro fabricatione proceſſus, & tranſmiſſione Commiſſarij, requiritur quod contra eum adſint indicia neceſſaria ad tranſmittendam ei inquiſitionem, cum tunc reus dicatur legitimè inditiatus, quando poteſt poſtea contra eum ſequi ſententia contumacialis, vt tradunt *Guazz. defen. 13. cap. 1 num 14. ver. tamen veritas & Maſſin. de confiſc. bon. quæſt. 2 num. 53.*

2 Declara primò d. concluſionem, quod fiſcus licèt expenſas paſſus pro fabricando proceſſu, & tranſmiſſione Commiſſarij repetere poſſit ab ipſis reis ſaltem de conſuetudine, non tamen pro illis præfertur creditoribus ipſius rei, vt declarant *Caball. reſol. crim. caſu 201. nu. 20. & ſeq.* plenè comprobans *cent. 3. Laur decif. Auenion. 121. num. 4. & ſeq. Baiar. ad Clar. § fin. quæſt. 78. num. 169. et ſequen. P. Sanch in præcep. Decal. lib. 2. cap. 22. num. 19.* vbi teſtatur de verioti opinione & latè comprobat *Carleual. de iudic. tom. 2. lib. 1. tit. 2. diſp. 1. num. 29. et 30.* vbi omnibus contrarijs reſpondet, *& Maſſin. de confiſc. bonor. quæſt. 2. num. 54. & ſeq.*

3 Quicquid contrarium voluerint *Afflict. in cap. 1. in ver. & bona committentium num. 37. in tit. quæ ſint regal. & Peregr. de iure fiſc. lib. 5. tit. 1. num. 193. & ſequen.*

4 Limita d. declarationem, vt non habeat locum, quando expenſæ factæ per fiſcum cederent in vtilitatem creditorum, quia per eas bona ſunt manifeſtata

teſtata, quæ aliàs occultabantur, aut conſeruata, quæ aliàs diſſipabantur, quis tunc fiſcus præfertur creditoribus ob æquitatem *l. interdum 18. ff. qui potio. in prin. hab.* vt declarant *Carleual. in d. diſp. 1. num. 31. & Maſſin. in d. quæſt. 3. num. 5.*

5 Declara ſecundò d. concluſionem, quod declaratio, extare indicia contra inquiſitum, ad effectum, vt ab eo exigi valeant expenſæ pro viaticis, & fabricatione proceſſus, fieri non poſſit ab ipſo Iudice, & Commiſſario, vti declarante in cauſa propria, ſed illa facienda ſit à Superiore, & Delegante, vt benè comprobat *Guazzin. d. defen. 13. cap. 1. num. 12. & ſeq.* vbi dicit, à d. declaratione dari etiam appellationem, cùm ab illa pars poſſit grauari, vt ibi per eum.

S V M M A R I V M.

1 *Fiſcus non poteſt cogere aliquem ad emendum res confiſcatas.*
Fallit in Statu Eccleſiaſtico vigore Bullæ Sixti IV. num. 3.
Coguntur tamen primò conſanguinei, poſtea affines, & vlt. Communitates, num. 4.
Et idem eſt in conſanguineis debitorum Vniuerſitatum, num. 5.
2 *Emere vel vendere nemo inuitus cogitur.*

R E S O L V T I O IV.

Fiſcus an poſſit cogere aliquem ad emendum res confiſcatas.

1 Fiſcus non poteſt cogere aliquem ad emendum res confiſcatas per eum ſubhaſtandas ad tex. *l. locatio 9. §. ad conducendum ff. de public.* & tradunt *Natt. conſ. 500. num. 7. par. 4. Pereg. de iure fiſci lib. 6. tit. 4. num. 44. Grat. diſcept. foren. cap. 147. no. 33. part. 1. Giurb. deciſ. 86. num. 2.* vbi aliquas remiſſiuè adducit limitationes, *Poſti. de ſubhaſt. inſpect. 34. nu. 15. & Cobel. ad Bull. bon. regim. cap. 44. num. 12. ver. cum autem &c.*

2 Nemo enim inuitus cogitur emere, vel vendere *l. nec emere 16. C. de iur. delib. l. inuitum 11. & l. dudum 14. C. de contrah. empt. l. inuitos 11. C. loca.* plenè *Fabia. de Mont. de empt. & vend. in 3. par. prin. num. 38. & ſeq. Cobel. in d. cap. 44. num. 18.* fiſcus verò vtitur iure priuati, quando non eſt ſpecialiter priuilegiatus *Surd. deciſ. 13. num. 1. & deciſ. 18. in prin. Fontanell. deciſ. 221. num. 1. & 4. & deciſ. 265. num. 12. Sanfelic. deciſ. 135. num. 7. Maſſin. de confiſc. bon. quæſt. 45. n. 40. & Capic. Latro deciſ. 165. n. 35. par. 1.*

3 Limita d. concluſionem, vt non habeat locum in Statu Eccleſiaſtico, in quo vigore *Bullæ Sixti IV. inter Conſtit. Marchi. lib. 1. cap. 11.* compelluntur conſanguinei, & affines vſque ad quartum gradum ex iure canonico computandum, & in eorum defectum, vel in potentiam, Communitates illorum locorum, vbi bona ſunt ſita ad illas emendas, vt not. *Poſti de ſubhaſt. inſpect. 34. num. 17. Cartar. de execut. ſent. cap. bann. cap. 1. num. 393. Cobel. ad Bull. bon. regim. d. cap. 44. nu. 12. & ſeq.* & ante eos *Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt. 44. num. 11.*

4 Declara d. concluſionem, vt ad emendum bona confiſcata vigore Bullæ ſupradictæ, primò cogendi ſint conſanguinei, cum ipſi ſint in prima cauſa ſuccedendi, & ipſis non repertis idoneis, deuenitur ad affines, & vltimo loco tenentur Communitates, vt declarant *Cobel. ad d. Bull. bon. regim. d. cap. 44. n. 13.* vbi dicit, ita ſeruare *Sac. Congregat. & nu. ſeq.* ſubdit, antequam cogantur Communitates ad emendum, excutiendos prius eſſe eos, qui habent prædia vicina, & confinantia cum bonis damnatorum, qui ſentiunt commodum ex iure prothomiſeos, vt ibi per eum, & faciunt adducta ſupra in ver. *Cautio de non offendendo Reſol. 4. num. 6. & ſeq.*

5 Adde pro coronide alium caſum, in quo quis tenetur emere inuitus, hoc eſt in conſanguineis debitorum Communitatum, qui tenentur emere bona d. debitorum ad effectum ſatisfaciendi ipſis Communitatibus, vt tradit *Cobel. ad Bull. bon. regim. d. cap. 43. num. 12.* vbi refert literas Sac. Congregationis id præcipientis, & allegat etiam *Bullam Clem. Octaui*, vt ibi per eum.

S V M M A R I V M.

1 *Fiſcus vt poſſit inuentariare bona delinquentis, requiruntur indicia ad capturam.*
Quo caſu deſcribuntur omnia bona ad reum quoquomodo ſpectantia, num. 2.
Fit tamen inuentarium ſolùm in cauſis, in quibus ſit publicatio bonorum, num. 3.

R E S O L V T I O V.

Fiſcus vt poſſit inuentariare bona delinquentis, quæ indicia requirantur.

1 Fiſcus, vt valeat facere inuentarium bonorum delinquentibus ob delictum per eos commiſſum, pro quo eſt impoſita pœna confiſcationis bonorum, debent præcedere indicia ſaltem ſufficientia ad capturam, vt tradunt *Clar. in pract. §. final. quæſt. 34. verſ. ſed bodie &c. Farinac. de inquiſ. quæſt. 11. num. 4. Guazzin. de confiſc. bon. concl. 4. num. 11. in fin. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 97. ſub num. 16. Maſſin. de confiſc. bon. quæſt. 42. num. 4. & 5.* vbi dicit, non ſufficere ſolam accuſationem, ſed debere aliqualiter conſtare de delicto, niſi tamen adeſſet ſuſpicio occultationis, vt ibi per eum, cum quibus pertranſit *Peregr. de iure fiſci lib. 5. tit. 1. num. 197.*

2 Declara d. concluſionem, quod fiſcus in conficiendo inuentarium de bonis delinquentis, vt ſupra, omnia bona illius deſcribit ad eum quoquomodo ſpectantia, etiam quòd ſint alteri obligata, quia fiſcus omnia accipit, ita vt, qui aliquid prætendit, debeat

debeat poſteà comparere, & ius ſuum ſperiri, & ſibi debita de manu fiſci accipere, vt docent *Ang. de maleſ. in ver. & eius bona publicamus num. 9. & 10. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 78. ver. ſed an tenetur &c. Peregr. de iure fiſci d. lib. 5. tit. 1. nu. 196 & ſeq.* vbi dicit, eſſe deſcribendas etiam res, quas delinquens iure depoſiti & commodati tenebat, vt ibi per eum, *Ambroſ. in proc. informa. lib. 1. cap. 1. nu. 33. & ſequen.* & plenè tradit *Guazzin. de confiſcat. bon. concl. 4. per tot.*

3 Declara ſecundò d. concluſionem, quod inuentarium de bonis delinquentis fieri non debet, vt dixi, niſi in cauſis criminalibus, in quibus fit publicatio bonorum, non autem in alijs cauſis, vt docent *Cartar. de execut. ſeut capt. bana. cap. 1. nu. 19. Farinac. de inquiſ. quæſt. 31. num. 4. Scac. de iudic. lib. 1. cap. 97. num. 16.* vbi teſtatur de communi opinione, *Guazzin. de confiſc. bon. d. concl. 4. num. 7. Maſſin. pariter de confiſc. bonor. quæſt. 42 num. 3. & Vermiglio conſ. 312. num. 5.*

FORVM.

SVMMARIVM.

1 *Forum ſortitur quis ratione delicti in loco delicti commiſſi.*

Et locus delicti præfertur loco originis, & domicilij, num. 3.

Ita vt delinquens ſit remittendus ad locum delicti commiſſi, num. 4.

Et Iudex loci delicti poſſit procedere contra reum, etiam per inquiſitionem, num. 5.

Et punitus à Iudice loci delicti non poſſit ab alijs moleſtari, num. 6.

Concluſio procedit, ſi delinquens in loco delicti inueniatur, aliàs ſecùs, num. 7.

Contrarium vti verius teneat aliqui, num. 8.

Secundò non habet locum in delinquente in Terra Baronis contra Baronem, qui debet remitti ad Superiorem Baronis, num. 9.

Ita vt, neque de iniuria facta Baroni poſſit cognoſcere eius Officialis, num. 10.

2 *Delicta puniri publicè intereſt.*

RESOLVTIO I.

Forum an quis ſortiatur in loco delicti.

1 FOrum ſortitur quis ratione commiſſi per eum delicti, ita vt delinquendo efficiatur de illo foro, & puniri poſſit per Iudicem d. fori, in quo deliquit, licet alias ei non ſit ſuppoſitus ad tex. *in l. 1. & in auth. qua in Prouincia C. vbi de crim. agi opor. & in cap. final. & ibi gloſ. & Canoniſtæ de foro comp.* & tradunt *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 1. num. 87. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 38. in prin. & quæſt. 39. num. 1. & ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione, *Farinac. de inquiſ. quæſt. 7 in princ. Caball. reſol. crim. caſu 129. cent. 2. Guazzi. defen. 1. cap. 25. num. 1.* vbi alios dat concordantes, *Theſa. quæſt. foren. 55. in prin. lib. 4.* latè *Carleual. de iudic. tom. 1. lib. 1. tit. 1. diſput. 2. quæſt. 7. ſect. 1. num. 716.* quamplures adducens Doctorum authoritates, *Vermigl. conſ. 2. num. 8. & Nouar. de elect. fori ſect. 4. quæſt. 12. num. 4.*

2 Cum enim publicè interſit, quòd delicta non remaneant impunita, ſed quòd delinquentes condignis afficiantur pœnis *l. ita vulneratus 52. ff. ad leg. Aquil. l. congruit 13. ff. de offic. Præſid. cap. vt fama 35. de ſent. excomm.* plenè *Barbo. axiom. 68. in prin. Capic. Latro deciſ. 105. num. 1. par. 1.* impunè autem quilque peccaret, niſi Iudex loci delicti poſſet illũ coercere, ſed expectandus eſſet Iudex domicilij, vel originis, qui illi pœnam imponeret, dum interim delinquens aufugeret, & Reſpublica frequenti delictorum copia vexata periclitaretur, vt aduertunt *Conar. pract. quæſt. cap. 11. num. 3. Carleual. de iudic. d. quæſt. 7. ſect. 1 num. 716.* & alij Doct. ſupra adducti.

3 Amplia primò d. concluſionem, vt locus commiſſi delicti, vti potentior in criminibus puniendis, ſit præferendus locis originis, & domicilij, vt not. *Ant. Gomez var. reſol. d. tom. 3. cap. 1. num. 87. Clar. in d. §. fin. quæſt. 38 in princ. Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 16. num. 9 & cap. 17. num. 1. Farina. de inquiſ. quæſt. 7. in princ. Theſa. d. quæſt. foren. 55. in prin. lib. 4. Guazz. d. defen. 1. cap. 25. num. 2. Carleual. de iudic. d. quæſt. 2. diſput. 7. ſect. 1. num. 782.* vbi dat concordantes, *Merli. Pignatel. contr. forem. cap. 69. num. 51. & cap. 80. num. 30. & cap. 95. num. 2. lib. 1. Illuſtriſſ. Spe. ell. deciſ. 17. num. 35. par. 1.*

4 Subamplia d. primam ampliationem illatiuè, vt delinquens ſit ideò remittendus ad locum delicti, cum maximè expediat Reipublicæ ſcelera publicè puniri in loco, vbi ſunt commiſſa propter exemplum, vt alij à delictis ſe abſtineant, tùm etiam, quia delicta faciliùs in loco delicti per teſtes cõprobantur, quam alibi, vt poſt *gloſ. Imol. Salic. Iaſ. Felin. Bal. Caſtr. Capoll. Foller. & Boer.* per eum relatos tradit *Nouar. de elect. fori. in d. ſect. 4. quæſt. 12. nu. 5. Merli. Pignatell. d. cap. 95. num. 3.* & latè comprobat rationibus, & authoritatibus quamplurimis *Carleual. de iudic. d. tom. 1. lib. 1. tit. 1. diſput. 2. quæſt. 7. ſect. 2. num. 801. & plur. ſeq.* vbi hanc materiam plenè pertractat, ipſum igitur conſulas, cũ aliena tranſcribere non deceat, & dixi latiùs infra *Reſolut. 4 num. 8. & ſeq.*

5 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt Iudex loci delicti procedere poſſit contra delinquentem, non ſolùm mediante accuſatione, ſed etiam per inquiſitionem, & ex officio, vt Reſpublica malis hominibus expurgetur, vt notat *Decia. tract. crim. d. lib. 4. cap. 17. num. 2. Guazz. d. defen. 1. cap. 25. num. 3. Caball. reſol. crim. caſu 114. num. 10. cent. 2.* latè *Carleual. de iudic. d. diſp. 7. ſect. 1. num. 719.* vbi alios adducit concordantes quamplures.

6 Amplia tertiò d. concluſionem, adeò eſſe veram, vt delinquens punitus, vel abſolutus à Iudice loci commiſſi delicti non valeat ab alijs Iudicibus loci origi-

originis, vel domicilij ampliùs puniri, nec moleſtari, vt docuerunt *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 39. nu. 3. in fin. Card. Tuſc. pract. concl. tom. 4 concl. 440. num. 6.* vbi dicit, idem eſſe in componente in loco commiſſi delicti, quem referendo ſequitur *Guazz. d. defen. 1. cap. 25. num 14. Theſa. deciſ. 90. num. 5. in fin. Deria, tract. crim. lib. 3. cap. 30. num. 1.* & hanc opinionem, vti veriorem tenet, & latè comprobat, ſiuè ſumus ſub eodem Principe, ſiuè non, ceſſante fraude, *Farinac. de inquiſ. quæſt. 7. num. 26. ver. ſed tertia &c.* vbi dicit, ita tenendum eſſe in iudicando, & conſulendo, reſpondetque Doctoribus contrarium tenentibus, niſi, quando in vno loco non fuiſſet ſufficienter punitus, vt ibi per eum, quem ſequitur idem *Guazz. d. defen. 1. cap. 25. num. 14. ver. ego autem &c.* reprobando *Baiar.* contrarium tenentem, & idem vult *Caball. reſol. crim. caſu 162. n. 26. & ſeq.* vbi d. opinionẽ dicit veriorem *cent. 2.*

7 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locum ſi delinquens in loco delicti reperiatur, aliàs locùs, vt generaliter dicit *Caſtr. conſ. 413. lib. 1.* quod, excepto foro domicilij, intelligitur, ſi ibi inueniatur, *Feder. de Sen. conſ. 145. num. 6. & Card. Tuſc. pract. concl. tom. 5. concl. 450. num. 3.* quos refert, & ſequitur *Guazz. d. defen. 1. cap. 25. num. 19. Vermigl. conſ. 2. num. 8.* vbi dicit, abſentem in d. caſu, neq; poſſe citari per edictum ex magis comm. opinione.

8 Licèt contrarium, imò tàm Iudicem loci delicti, quàm domicilij, & originis procedere poſſe, tam contra delinquentem præſentem, quàm abſentem per tex. *in d. l. 1. & in auth. qua in Prouincia C. vbi de crim. agi opor.* veriùs teneat *Carleual. de iudic. d. tom. 1. diſp. 3. quæſt. 7. ſect. 1. num. 747.* & ita ſeruari de generali conſuetudine teſtantur *Farinac. de inquiſ. quæſt. 11. num. 4. & Cartar. de execut. ſent. captiuan. cap. 1. ſub num. 9.* & ita ego ſemper ſeruari, & per alios ſeruatum vidi.

9 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in delinquente in Terra Baronis, contra ipſum Baronem, ita vt ipſe Baro, vel alius de ſua familia offendatur, quia tunc offendens non ſortitur forum in loco delicti, vt a Barone poſſit contra ipſum procedi, ſed ſolùm ei permiſſum eſt d. delinquentem carcerare, & ad dominum feudi, qui eſt Iudex competens, illum remittere, vt tradunt *Menoch. de arbitra. caſu 181. num. 5. Rolan. conſ 16. num. 10. & 23. lib. 2. Silua. conſ 63. num. 22. Surd. conſ. 193. num. 6. lib. 2. Cabal. reſol. crim. caſu 128. num. 3. cent. 2. Cancer. var. reſol. par. 3. cap. 13. num. 197.* latè *Carleual. de iudic. d. diſp. 2. quæſt. 7. ſect. 1. num. 785. & ſeq.* vbi alios dat concordantes, & dicit, hanc limitationem eſſe indubitatam.

10 Amplia d. primam limitationem, vt non ſolùm non liceat Baroni de iniuria ſibi illata cognoſcere, ſed neque liceat de illa cognoſcere officiali ipſius Baronis, ſiuè ſit ordinarius, ſiuè delegatus, ſed teneatur d. cauſam ad dominum feudi remittere, ſola carceratione delinquentis ſibi permiſſa, vt voluerunt *Silua. d. conſ. 63. num. 22. Rolan. d. conſ. 16. nu. 6. & ſeq. & n. 23. lib. 2. Caball. d. caſu 128. num. 5.* & alij plures, quos refert, & ſequitur *Carleual. de iudic. d. ſect. 1. num. 787. & ſeq.* latè comprobans, & contraria proponens quamplura, quem videas, vbi benè hoc declarantem.

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod forum ſortitur quis in loco delicti adde *Nouar. de variat. fori ſect. 4. quæſt. 12. num. 4. & 9. & ſeq.* latè comprobantem.

N. 3. Vbi habetur, quod Iudex delicti præfertur Iudici originis, & domicilij adde *Nouar. de variat. fori d. ſect. 4. quæſt. 12. num. 13.*

N. 4. Vbi habetur, quod Iudex originis tenetur remittere delinquentem ad Iudicem loci delicti adde *Nouar. de variat. fori d. quæſt. 12. num. 5. & num. 15.* vbi ampliat hoc procedere etiam ſi a Iudice originis, vel domicilij eſſet lata ſententia, ſaltem vt a Iudice delicti illa exequatur.

SVMMARIVM.

1 *Delinquens in diuerſis locis apud diuerſos Iudices forum ſortitur.*

Vt ſi delictum in vno loco ſit inchoatum, & in alio perfectum, tàm reſpectu agentis, vel patientis, quòd poteſt puniri à Iudice vtriuſque territorij, præuentione mediante, num. 2.

Idem eſt in delicto in vno loco inchoato, & in alio perfecto reſpectu agentis, vel patientis tantùm, num. 3.

4 *Mandatum datum in vno loco, executum in alio à quo Iudice ſit puniendum, remiſſiuè.*

RESOLVTIO II.

Delinquens in diuerſis locis an ſortiatur forum coram diuerſis Iudicibus.

1 DElinquens ratione delicti, quando illud committitur in diuerſis locis, quod multis modis contingere poteſt, apud diuerſos Iudices forum ſortitur, vt tradunt *Boſſi. in pract. in tit. de foro comp. num. 59. & ſeq. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 38. num. 9. & ibi Baiar. num. 16. & ſeq. Farin. de inquiſ. quæſt. 7. nu. 44. & ſeq. Decia. tract. crim. lib. 4. cap. 17. num. 6. & ſeq. Carleual. de iudic. tom. 1. lib. 1. tit. 1. diſp. 2. quæſt. 7. ſect. 1. nu. 727. Guazzin. defen. 1. cap. 25. num. 6. & ſeq.* qui alios dant concordantes, & *Merli. Pignatel. contr. foren. lib. 1. cap. 67. num. 14. & ſeq. & cap. 80. num. 19.*

2 Amplia primò d. concluſionem declaratiuè, quod quando delictum in vno loco inchoatur, & in alio perficitur, tam reſpectu agentis, quam patientis, vt ſi quis in vno territorio, vulneret, & in alio territorio, vulneratum inſequendo, occidat, vel ſi in vno territorio aliquem capiat, & in alio ſpoliet, vel ſi in vno territorio rapiat puellam, & in alio violenter illam cognoſcat, & ſimilia, tunc delictum puniri poteſt à Iudice vtriuſque territorij, ita vt inter eos ſit locus præuentioni, licèt enim ratione continuationis actus ſucceſſiui dica-

tur

tur vnum delictum, in vtroq; tamen loco delictum dicitur commiſſum, & vtriuſq; Iudicis Reipublicæ dicitur facta iniuria, vt docent *Bald. in l. ſi quis non dicam 5 num.10. C. de Epiſc. & Cler. Boſſi. in pract. in tit de foro compet. num.59.& ſeq. Clar. in prac. in d. quæſt.38.num.9. Decian. tract. crim. d. lib.4. cap.17. num.6. Farina. de inquiſ. d. quæſt.7. num.45. Carleual. de iudic. d. diſp.2. quæſt.7. ſect. 1. num.* 729. alios adducens ita ſentientes, quamplures, *Guazzin. d. deſen.1. cap.25. n. 6.7.& 8.* vbi alia refert exempla, & benè comprobat *Merlin. Pignatel. contro. foren. d. lib.1. c.80. n.19.& ſeq.* vbi dicit, ita fuiſſe iudicatū.

3 Amplia ſecundò d. concluſionem pariter declaratiuè, quod ſi delictum in vno territorio ſit incohatum, & in alio ſit perfectum, & conſumatum non reſpectu vtriuſque ſimul, ſed reſpectu agentis tantùm, vel patientis tantùm, vt ſi quis exiſtens in vno territorio, emiſſa ſagitta, ſeù exonerato ſclopo, occidat aliquem in alieno territorio exiſtentem, vel ſi in vno territorio conuicium dicat, & verba iniurioſa iactet in exiſtẽtem in alieno territorio, & tunc vterque Iudex procedere poteſt, tàm Iudex loci, ex quo fuit emiſſa ſagitta, quàm loci, in quem eſt miſſa, & in quo homicidiū, vel vulnus perfectionem habuit, ſeruata tamen inter eos præuentione, vt declarant *Bald. in d. l. ſi quis non dicam 5. num.11. C. de Epiſc. & Cler. Boſſi. in pract. in tit. de foro compet. num.59.& 60. Rolan. conſ.12. num.5. lib.2. Clar. in pract. in d. quæſt.38. nu.9. & ibi Baiar. nu.16. Decia. tract. crim. lib.4. d. cap.17. num.9.& ſeq.* vbi tamen dicit, eſſe attendenda verba ſtatuti prohibentis emiſſionem ſagittæ, exonerationem archibuſij, & ſimilia, vt ibi per eum, *Farinac. de inquiſ. d. quæſt.7. num.46. Maſc. de gener. ſtatu. interp. concl.7. nu. 25.* latè *Carleual. de iudic. d. diſput.2. quæſt.7. ſect.1. num.730. Guazz. d. deſen.1. cap.25. num.9.* qui alios dant concordantes.

4 Quid verò ſtatuendum ſit, quoad mandatum ad delinquendum, ratificatione delicti, & ſimilia, ſi fuit facta in vno loco, & delictum ſit commiſſum in alio, & generaliter, quando in delictis principium, ſeù finis illius ſit attendendum, plenè docent *Farinac. de inquiſ. quæſt.7. num.44. & ſequen. Guazzi. deſen.1. cap.25. num.6.7.& ſeq. Carleual. de iudic. tom.1. lib.1. tit.1. diſput.2. q.7. ſect.1. nu.727. & plur. ſeq. & Merlin. Pignatel. contro. foren. lib.1. cap.67. per tot. & cap.80. pariter per tot.*

S V M M A R I V M.

1 *Delictum commiſſum in confinio duarum Ciuitatum poteſt per vtrumque Iudicem puniri.*

Fallit, quando caput occiſi eſt inuentum in vno territorio, quia tunc Iudex d. territorij procedit, licèt membra alibi repertantur, num. 2.

RESOLVTIO III.

Delictum commiſſum in confinio duarum Ciuitatum an poſſit per vtrumque Iudicem puniri.

1 DElinquat ſi quis in confinio duorum Regnorum, ſeù duarum Ciuitatum, Iudex vtriuſque loci eſt competens pro puniendo d. delictum, ſeruata tamen inter eos præuentione, vt tradunt *Abb. in cap. licèt ratione 20. num.26. & ibi Franch. nu.2. de foro comp. Boſſi. in pract. in tit. de foro comp. num.60. Decia. tract. crim. lib.4. cap.17. num.16. Clar. in pract. §. fin. quæſt.38. nu. 10. Farin. de inquiſ. quæſt. 7. nu.51. Carleual. de iudic. tom.1. lib.1. tit.1. diſp.2. quæſt.7. ſect.1. num. 731.* vbi alios dat concordantes, & concordat *Barboſ. in l. ſi quis poſtea 7. num. 104. ff. de iudic.* licèt diſcordet, quoad præuentionem, quem tamen cautè legendum dicit *Carleual. in d. ſect.1. num.731. in fin.* vt ibi per eum:

Cum enim delictum commiſſum in confinio duarum Ciuitatum dicatur reſpicere plura loca, & ex eo ambæ Ciuitates dicantur offenſæ, non eſt inconueniens, ſi vnicuique Iudici d. locorum, & Ciuitatum cognitio, vt illud faciliùs puniatur, à iure tribuatur ad tex. *l. 1. C. vbi de crim. agi opor.* & benè declarant *Farinac. de inquiſ. d. quæſt.7. num.51. in fin. & Carleual. de iudic. d. ſect.1. num.730.& num.731.*

2 Declara d. concluſionem, vt non habeat locum, quando caput occiſi in iuriſdictione, & territorio vnius fuit inuentum, quia tunc, cum caput dicatur pars principalis corporis humani, & alijs mẽbris præualeat, ille Iudex de delicto cognoſcere debet, in cuius territorio, & iuriſdictione caput occiſi fuit inuentum, licèt membra in alio, alijſue locis ſeparata reperiantur, vt tradunt *Matheſil. ſing.75. num.4. Aſini. in l. cum in diuerſis 44. ff. de relig. & ſumpt. fune. Medic. de ſepult. quæſt.19. nu.2. & 3. par.1 Caſſan. in Catal. gloſ. mund. par.12. conſider.46. Sebaſt. Neuius in ciſter. ſelect. iur. ff. lib.12. tit.7. de relig. & ſumpt. fune. ad remiſſionem d. l. cum in diuerſis tom.1.* quos referendo ſequitur *Salgad. in laber. credit. par.1. cap.4. num.26.*

S V M M A R I V M

1 *Iudex originis, & domicilij poteſt puniri ſubditū de delicto commiſſo extra territorium.*

Licèt contrarium teneant Doctores, num. 2.

Maximè, ſi Iudex originis procedat per accuſationem, num. 3.

Imò, etiam ſi procedat per inquiſitionem, num. 4.

Licèt contrarium teneant plures Doctores, num. 5.

Maximè, ſtante ſtatuto mandante procedi per inquiſitionem, num. 6.

Et ſi delinquens ſit præſens, ſiuè abſens, nu. 7.

Si tamen Iudex delicti petat ſibi reum remitti, eſt remittendus per Iudicem originis, num.8

Etiamſi Iudex originis, vel domicilij præuenerit, num. 9.

Licèt contrarium teneant plures Doctores, num. 10.

Non eſt tamen locus remiſſioni, quando Iudices ſunt ſub diuerſis Principibus, num. 11.

RESO-

RESOLVTIO IV.

Iudex originis, & domicilij an poſſit punire ſubditum de delicto commiſſo extra territorium.

1 IVdex domicilij, ſiuè originis poteſt procedere contra ſuum ſubditum pro delicto per eum commiſſo in alieno territorio, & illum pro d. delicto debitis pœnis afficere, vt tradunt ex Neotericis *Ludo.deciſ. Luccu.16. num.22. & ſeq. Magon.deciſ.Luccn.36.nu.1.& ſeq.* vbi hanc opinionem, dicit eſſe communem, tutiorem, & ad conſeruandum pacificum ſtatum Reipub. magis conducibilem, *& deciſ.76. num.3. Silua.conſ. 103.num.2.3. & ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione, *Boſſi.in pract.in tit.de foro compet.num.182. Clar.in pract.§.fin.quæſt.39.ver.ſed quæro, &c.* vbi dicit, ab hac opinione, vti a generali conſuetudine approbata in practica non eſſe recedendum, & ibi *Baiar.nu.12.* vbi dicit, ita fuiſſe deciſum, *Franc. Becci. conſ.93.per tot. lib. 1.* vbi teſtatur de magis communi, & ſeruata Doctorum opinione, quam ſequitur *Farinac.de inquiſ.quæſt.7.nu.20.* vbi dicit, hanc opinionem magis á conſuetudine eſſe probatam, veriorem, & receptiorem eſſe, & ab illa non eſſe recedendum, innumeras ferè adducens Doct. authoritates, de communi, & magis communi opinione atteſtantes, quibus addo ita ſentientes *Theſa.deciſ.90.nu.2.* licèt contrarium tenuerit Senatus *Decia.tract.crim.lib.4.cap.16.nu.1.* vbi alios dat concordantes, *Cabal.reſol.crim.caſu 162.num. 4.& ſeq.cent.2.* vbi dicit, ita ſemper practicaſſe, & in alijs Italiæ Tribunalibus practicari vidiſſe, *Fachin.contro.iur.lib.9. cap.20.Vinc. de Franch.deciſ. 66.per tot.* vbi dicit, ita fuiſſe deciſum, & hanc opinionem, vti magis communem, & Reipub.fauorabiliorem, ſequitur *Guazz.defen.1.cap.14.n.5.* nec non *Cancer.var.reſol.par.2.cap.2.num.66.Carleual.de iudic.tom.1.lib.1.tit.1.diſp.2.quæſt.7.ſec.1. nu.735.& ſeq.* vbi illam benè comprobat, & quàmplures adducit ita ſentientes, *Merli.Pignat.contr. foren.cap.99.num.16.& cap.100.nu.24.* vbi loquitur, non concorrente Iudice loci delicti, *lib.1.& Illuſtriſs.Siercll.deciſ.104.num.57.par.2.* vbi hanc dicit crebriorem, ac viu, & conſuetudine approbatam ſententiam.

Iudices enim domicilij, & originis ſunt competentes, vt coram eis conueniri quilibet poſſit, etiam de geſtis extra domicilium, & originem ad tex. *in l. hæres abſens 19.§.illud ſciendum ff.de iudic.cap. dilecti 17 de foro compet,* & probant *Carleual. de iudic.tom.1.lib.1.tit.1.diſput.2.quæſt.1 nu.3.& quæſt. 2.num.56. & quæſt.4. num.236.* valet autem argumentum à contractibus ad iudicia quoad effectum ſortiendi forum *Euerar.in locis legal.loco 42.nu.4. Barboſ in loc.commun.loco 26.in prin.Carleual.d.diſp. 2.quæſt.7.ſect.1.num.735.in fin.* ergò ita Iudex erit competens pro delicto extra territorium commiſſo, vt argumentantur *Cauall.in ſpec.commun.contra com.quæſt.678.n 4.et Carleual.d.ſect.1.n.735.in fin.*

2 Licet contrariam opinionem, imò Iudicem domicilij, ſeu originis non poſſe procedere contra ſubditum pro delicto per eum extra territorium commiſſo, tenuerint, relictis antiquioribus, *Ant. Gomez var.reſol.tom.3. cap.1. num.87. Thob.Noni. conſ.48.num.3 Vius.comm.opin.lib.1.opin.177.n.2. & 8* vbi teſtatur de magis communi opinione, *Rola.conſ.15.num. 20. & conſ.19. num.2. lib.2.* vbi hanc opinionem dicit eſſe crebriorem, *Caual.* qui loquitur, quando proceditur per inquiſitionem, *in ſpecul. comm. contra comm. quæſt.678. num.9.& ſeq.* vbi alios adducit concordantes, teſtatur de crebriori ſententia, & ita dicit, apud eum quotidiè practicari, & alij Doctores, quos referunt *Farina. de inquiſ. d. quæſt.7. num.19. & Guazz. d.defen.1. cap.14. in princ.* & ita fuit deciſum apud *Theſa. d. deciſ. 90. num. 7.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando Iudex domicilij, vel originis procedere intendit contra ſubditum delinquentem extra territorium, mediante accuſatione, & ad quærelam partis, quia tunc ei id licèt omninò facere, vt voluerunt *Clar. in d.quæſt.39.nu.4. Couar. pract.quæſt.cap.11.nu.6.* vbi dicit, non ſolum hanc eſſe communem Doctorum opinionem, ſed etiam quòd in hoc omnes conueniunt, *Farinac.de inquiſ. d.quæſt.7.num.22.* vbi dicit, in hoc dubium non eſſe, & quamplures dat concordantes *Cabal. d.caſu 162.num. 3.* qui pariter teſtatur de communi omnium opinione, *Guazz.d.de ſen.1.cap.14.nu.5.verſ. pro conciliatione &c.* & hanc ampliationem eſſe indubitatam dicit *Peguer.deciſ. 87. num.6. & Carleual de iudic.d.diſp.2.quæſt.7. ſect.1.num.736.* nec non *Vermigl. conſ.176. in prin.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum etiamſi Iudex procedat contra ſubditum pro delicto per eum cõmiſſo extra territorium non ad quærelam partis, & per accuſationem, ſed per in-
5 quiſitionem, & ex officio, quia adhuc poſſe contra eum d.modo procedere, & d.delinquẽtem, vt quoquomodo Reſpublica malis hominibus expurgetur, pro delicto extra territorium commiſſo debitis pœnis afficere voluerunt Doct. magis communiter, & præcipuè *Clar.in pract.in d.quæſt.39.& ibi Baiar.num.12.& 13. Theſa. deciſ.90 num.2. Vinc. de Franch.deciſ.66. per tot.* vbi dicit ita fuiſſe deciſum, *Cabal reſol.crim.d.caſu 162.num.4.& ſeq.* vbi dicit. ita ipſum practicaſſe, & practicari vidiſſe in varijs Italiæ partibus, maximè in delictis grauibus, & enormibus, *Couar.pract.quæſt.d.cap.11.nu. 6.Gamm. deciſ. Luſit.53.in 1.dubio num.1.* vbi dicit, ita illum Senatum tenuiſſe, *Peguer.d. deciſ.87.nu. 6.Fachin.contro.iur.lib.9.cap.20. Farinac.de inquiſ. d.quæſt.7.num.22.verſ.verùm ad præmiſſa &c.* vbi hanc opinionem benè comprobat, dicit illam veriorem, & ita ſeruari in practica. *Guazz.d.defen.1. cap.14.num.5.ver.ſi verò procedatur &c.* vbi teſtatur de magis communi Doct.opinione, *Cancer var. reſol.par.2.cap.2.num.68.* & alij plures, quos refert *Carleual.de indic.d.diſput.2.q.7.ſect.1.nu.739.* licèt ipſe,

ipſe, vti dubius, in hac contrarietate *n. ſeq.* diſtinguat inter reum diffamatum, vel non, vt ibi per eũ.

5 Licèt contrariam opinionem, imò Iudicem non poſſe procedere per inquiſitionem, & ex officio contra delinquentem extra territorium accuſatore non exiſtente, voluerint quamplures Doctores, & præcipuè *Pariſ. conſ. 159. nu. 6. & 7. par. 4. Menoch. conſ. 2. num. 130. lib. 1.* vbi dicit, hanc eſſe veriorem, & crebriorem ſententiam, *& conſ. 911. num. 10.* vbi quamplures dat concordantes *lib. 10. Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 16. num. 2. Cauall. in ſpec. com. contra comm. quæſt. 678. num. 9. & ſeq.* & alij plures quos refert *Carlenal. de iudic. d. diſp. 2. quæſt. 7. ſect. 1. n. 736.* cum quibus pertranſit *Vermigl. conſ. 176. num. 1. & 2.* vbi hanc opinionem dicit veriorem, & magis communem, præterquam in delictis grauibus, & enormibus, vt ibi per eum.

6 Subamplia primò d. ſecundam ampliationem, quòd Iudex originis, ſeu domicilij poteſt procedere contra ſubditum delinquentem extra territorium etiam ex officio, & per Inquiſitionem, vt eò magis habeat locum, ſtante Statuto id mandante, ſeu concedente, vt poſt *Bart. in l. 1. num. 47. C. de Summ. Trin. & Fide Catho. Foller. in pract. in 1. par. 2. par. in ver. Audiantur excuſatores num. 64. & ſeq. et num. 127. et ſeq. et num. 160. Pet. ad Gram. deciſ. 26. num. 19. Capibla. de Baron. pragm. 8. par. 2. num. 135.* & alios per eum relatos tradit *Carlenal. de iudic. d. diſp. 2. quæſt. 7. ſect. 1. n. 745.* & voluit etiam *Guazz. d. defen. 1. cap. 14. num. 9. in fin.* niſi ſtatutum ſimpliciter loqueretur, quia tunc dicit, illud eſſe intelligendum iuxta terminos iuris communis, vt ibi per eum, *et cap. 26. num. 6.*

7 Amplia vltimò d. concluſionem, vt habeat locũ, ſiuè reus ſit præſens, ſiuè abſens in loco domicilij, vel originis, quia adhuc Iudicem poſſe procedere contra eius ſubditum delinquentem extra territorium, cum talis delinquens ſiuè præſens, ſiuè abſens ſẽper dicatur ſubditus d. Iudicis, tenent *Farin. de inquiſ. d. q. 7. nu. 21. ver. ego tamen etc.* vbi hanc opinionem dicit veriorem, licèt dicat, nunquam vidiſſe, ita fuiſſe proceſſum, *et Carlenal. de iudic. d. diſput. 2. quæſt. 7. ſect. 1. num. 747.*

Licèt contrarium tenuerit *Fachin. contra. iur. lib. 9. cap. 20. ante finem.*

8 Declara d. concluſionem, quòd licèt Iudex originis, vel domicilij poſſit punire ſubditum delinquentem extra territorium, vt ſupra, ſi tamen Iudex delicti petat ab eo, illum ſibi remitti, Iudex prædictus tenetur illum ad Iudicem delicti, vti principaliorem, remittere, vt declarant *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 1. num. 87. Clar. in d. quæſt. 38. num. 19. Decia. tract. crim. lib. 4. cap. 19. num. 7. & ſeq. Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 7. num. 25. et 29. Vinc. de Franch. deciſ. 37. num. 5. et ibi Addea. Rouit. conſ. 22. num. 1. lib. 2.* plenè *Carlenal. de iudic. d. diſput. 2. quæſt. 7. ſect. 1. num. 804.* vbi alios dat concordantes quamplures *Nouar. de elect. fori ſect. 4. quæſt. 12. n. 5.* qui pariter plures refert ita ſentientes, *& Merlin. contr. for. c. 95. n. 3. lib. 1.* & dixi etiã ſupra *Reſ. 1. n. 4.*

9 Amplia d. declarationem, vt habeat locum etiã, quòd Iudex originis, vel domicilij præuenerit per inquiſitionem, citationem verbalem, per accuſationem, ſeù capturam, quia adhuc requiſitus à Iudice loci delicti tenetur ei reum remittere, vt tradunt *Alex. in l. à Diuo Pio 15. §. ſententiam Romæ num. 4. & ibi Iaſ. num. 2. ff. de re iudic. Theſa. d. deciſ. 90. num. 6. Foller. in pract. in ver. Audiantur excuſatores num. 158. et 160. Molin. de Brach. ſecul. lib. 3. cap. 42. num. 5. et ſeq.* & alij plures, quos refert, & ſequitur *Carlenal. de iudic. d. diſp. 2. quæſt. 7. ſec. 1. num. 807.* vbi hanc opinionem dicit veriorem, & contrarijs benè reſpondet, licèt *nu. ſeq.* hanc ampliationem reſtringat ad delicta publica, ſecùs quoad priuata, vt ibi per eum.

10 Licèt contrariam opinionem, imò Iudicem originis ſeù domicilij non teneri remittere reum ſibi ſubditum delinquentem extra territorium Iudici loci delicti, etiam requiſitus, quando præuenit, maximè ſi procedat per accuſationem, voluerint *Vinc. de Franc. deciſ. 37. num. 3. et deciſ. 88. num. 5. et deciſ. 505. num. 9. Couar. pract. quæſt. cap. 11. ſub n. 6. Decia. tract. crim. lib. 4. cap. 19. num. 14. Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 7. num. 23. Nouar. in pragm. Regn. collect. 22. num. 8.* licèt dicat, contrarium fuiſſe deciſum in Sac. Conſ. & alij, quos refert *Carlenal. d. ſec. 1. num. 805. et 806.*

11 Limita d. declarationem, vt remiſſio delinquentis ſit facienda, quando petitur à Iudice conſtituto ſub vno, & eodem Principe, & Republica, cui ſubijcitur Iudex requiſitus, ſecùs verò, quando petitur à Iudice ſubdito alteri Principi, vel Reipublicæ, apud quem fuit commiſſum delictum, vt probant *Clar. in pract. d. quæſt. 38. num. 11. Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 19. num. 10. Peguer. deciſ. 66. nu. 6. & 7. Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 7. n. 25. 29. & 31. Merli. contro. foren. d. cap. 95. n. 3. lib. 1. & Carlenal. de iudi. d. diſput. 2. quæſt. 7. ſect. 1. num. 827. et plur. ſeq.* vbi alios dat concordantes, & plenè agit de hac limitatione ipſum conſulas, illius enim ſcripta hic de carta in papirum traſferre non oportet.

SVMMARIVM.

1 *Forum ſortitur ratione falſitatis commiſſa coram aliquo Iudice, qui ab eo puniri poteſt.*

2 *Teſtis iurans falſum coram Iudice remiſſoriali, poteſt ab eo puniri, licèt ipſe non ſit Iudex cauſæ.*

RESOLVTIO V.

Forum an ſortiatur ratione falſitatis commiſſa coram Iudice, vbi fuit commiſſa falſitas.

1 FOrum ſortitur ratione falſitatis commiſſæ coram aliquo Iudice, quia iurans falſum efficitur de foro illius Iudicis, coram quo falſitatem cõmiſit, ita vt ab eo puniri poſſit, licèt nõ ſit illius ſubditus ad tex. *in l. nullũ 12. C. de teſt.* & tradũt *Clar. in prac. §. fin. q. 38. ver. ſed quæro nũquid etc.*

Farinac.de inquiſ.q.4.1.nu.59. & in tract. de teſti. quaeſt.67.n.26.Guaz.deſen.1.cap.25.in prin. & cap. 27.num.1.Giurba conſ.59.num.52.& 116.& ſeq. & dixi latius ſupra in ver. *Falſum Reſol.20.per tot.*

2 Amplia d. concluſionem, vt teſtis iurans falſum coram Iudice remiſſoriali, coram quo examinatur vigore literarum alterius Iudicis puniatur poſſit per d. Iudicem, qui illum examinauit, licèt ipſe non ſit Iudex cauſæ, vt voluerunt *Bald.in d.l. nullum 13.num.6.C.de teſti. Marſil.in l.fin.num.145. ff. de iuriſd. omnium iudic. Marian. Socin.in cap.poſtulaſti 14.in 19.quaeſt.de foro compet. & Deci.tract. crim. lib. 4. cap. 17.nu.2.* quos referendo ſequitur *Guazz.deſenſ.1.cap. 25.num.11.*

Alia ad hanc materiam ſpectantia vide ſupra in ver. *Falſum Reſol.20.per tot.*

SVMMARIVM.

1 *Contumax non poteſt opponere declinatoriam fori, nec petere remiſſoriam ad ſuum Iudicem.*

Neque poteſt allegare eius præuentionem, n.2.

Fallit, ſi reus contumax comparuerit, et contumaciam purgauerit, num.3.

Poteſt tamen Superior rei contumacis remiſſionem petere, num.4.

RESOLVTIO VI.

Contumax an poſſit opponere declinatoriam fori, et petere remiſſionem ad ſuum Iudicem.

1 Contumax non poteſt fori declinatoriam opponere, & remiſſionem ad ſuum Iudicem petere, vt tradunt *Boſs.in pract.in tit.de foro compet.nu. 79.& 82.Baiar.ad Clar.in pract.§ fin. quaeſt.57.nu.24.Farin.de inquiſ.quaeſt. 7.n.51.* vbi quamplures dat concordantes, & *conſ. 208. nu. 7.lib 2.Guazz.deſen.1.cap.17.nu.58.Theſ. deciſ.265.num.2.Caball.reſol.crim.caſu 162.nu.2.8. & 12.cent.2.Vinc.de Franch.deciſ.417.in prin.Surd. conſ.300.n.13.lib.2.* plenè *Giurb. conſ. 48.num.10.* vbi quamplures more ſuo cumulat concordantes, & *Rota apud Caputaq.deciſ.58 num.10.par.3.*

Contumacia enim rei Iudici aliàs incompetenti in ſui præiudicium dicitur dare iuriſdictionem, quicquid ſit quoad præiudicium Iudicis competentis, vt poſt *Angel. Imol. Alex.Burſatt.Nenizan.Coſt.& Borell.* per eum adductos firmat *Giurb. d.conſ. 48. num.10.in fin.& num.11.*

2 Amplia primò d.concluſionem, vt contumax neque poſſit allegare eius præuentionem ad tex. *in l. ſancimus 13. C.de iudi.* & ſcripſerunt *Vulpell.conſ. 46.n.7.* vbi teſtatur de communi opinione, *Baia.ad Clar. § fin.quaeſt.39.n.14.Card.Tuſc.pract.concl.litera P. concl.646.n.5.& concl.647.num.13.Borell.in ſum.deciſ.tit.46.num.71.* quem referendo ſequitur *Giurb.d.conſ.48.ſub n.10.* & contumacem, præuentionem, & litis pendentiam allegare non poſſe latè, quampluribus authoritatibus relatis, comprobat etiam *Farinac.de inquiſ.d.quaeſt.7.num.55.*

3 Limita d.primam ampliationem, quæ poteſt adaptari etiam concluſioni principali, vt non habeat locum, ſi reus compareat, & purget contumaciam, vt poſt *Aug. Felin Gram.Gabr.& Cirill.* per eum relatos tradit *Farin.de inqui.d.q.7.n.55.ver.ſublimita* & ante eum ſcripſit *Vulpel.d. conſ.46.num.7.& 8.*

4 Declara d. concluſionem, quod licet rei contumacia ei præiudicet, ita vt non poſſit fori declinatoriam opponere, illa tamen non nocet Superiori, à quo contumacis rei remiſſio peti poteſt, cum illius contumacia ſuæ iuriſdictioni non præiudicet, vt not. *Bart. in leg. 1.§.& poſt operis ff.de nou.oper. nunc. Capic.deciſ.v.nn... Boer.deciſ.114.n.4.& ſeq. Gail.pract.obſer.lib.1 obſeru 1.nu.6.Capiblan.de Baron. pragm. 8.nu.227.Ponte de Poteſt.Proreg.tit.3. de elect.offic.§ 1.n.22.Vinc.de Franch.deciſ.417.n.2. Giurba,* qui alios dat concordantes, *d.conſ.48.n.11.*

SVMMARIVM.

1 *Perſonæ miſerabiles poſſunt declinare forum etiam in criminalibus, & num.2.*

Quicquid aliqui contrarium teneant, num.3.

Quod procedit ſiue Iudex procedat ex officio, quam per inquiſitionem, num.4.

Et tàm in delictis leuibus, quàm grauibus, n.5.

Et id poſſunt facere etiã filij ſpurij, & naturales agẽtes pro iniuria illata alicui de genere, n.6.

In crimine aſſaſſinij d. Priuilegium non competit, num. 7.

Neq; datur filio agenti contra patrem pro morte matris, num 8.

Neque Vniuerſitati agenti pro iniuria illata in perſonam Sindici, num. 9.

Neque competit agenti pro iniuria facta caſualiter, num. 10.

Et pro iniuria facta ex iræ motu, num. 11.

Allegans autem d. Priuilegium variationis fori in criminalibus debet comparere perſonaliter, & non ſufficit procurator, num. 12.

RESOLVTIO VII.

Perſonæ miſerabiles poſſunt declinare forum etiam in criminalibus.

1 Perſonæ miſerabiles poſſunt declinare forum etiã in criminalibus, vt tradunt *Menoch. de arb.caſu 66.num.42.in additi.Rec. collect. 1. in fin. Gratian. diſcept.foren.cap. 182. numer. 5. part. 1. Carleual. de iudic. diſpu.2.quaeſt.6.num.592.tom.1.* vbi dicit, ab hac opinione non eſſe recedendum, & contrariis reſpondet, & firmat etiam *Nicuar.de var.ſort.ſect.4.quaeſt. 12.num.1.* vbi alios adducit ita ſentientes, & teſtatur de communi, & practicata opinione *tom. 1. & ſect.3.quaeſt. 18. num. 3. tom. 2.*

2 Lex enim *vnica.C.quan.Imp.int.pup.& vid.* generaliter loquitur ergo generaliter eſt intelligenda tàm in cauſis ciuilibus, quàm criminalibus, *l.de pretio 10.ff.de publ. in rem*

in rem actio, *l. 1. §. generaliter, ff. de lega. præſt.* cum alijs apud *Barboſ. axiom.* 136. *in prin.* & in puncto conſiderant *Carleual. in d. quæſt. 2. num. 592. & Nouar. in d. quæſt. 12. in princ.* Maximè cum dictum priuilegium variationis fori eis fuerit conceſſum, ne aduerſariorum potentia perſonæ miſerabiles grauentur, quod quidem euenire poteſt tàm in cauſis ciuilibus, quàm criminalibus, meritò in vtriſque locum habere debet, vt tradunt *Carleuall. d. num. 592. & Nouar. d. quæſt. 12. num. 2.*

3 Quicquid contrarium voluerit *Marcheſ. de commiſ. in tit. de miſc. cauſæ, §. 2.* cum quo videtur pertranſire *Scacc. de appell. quæſt. 7. num. 112.* cum loquantur contra communem, & practicatam opinionem, vt firmat *Nouar. vbi ſupra n. 19.* non quidem dubiè, vt affirmat *Carleual. nu. 593. & tom. 2. d. q. 18. n. 1. & ſeq.* vbi in ſpecie de furto.

4 Amplia primò dictam concluſionem vt habeat locum, tàm ſi Iudex procedat ex officio, quam per inquiſitionem, nam vtroque caſu datur recurſus perſonis miſerabilibus ad Tribunal ſupremum, vt dicit *Foller. in conſt. ſtatuimus num. 51.* quem referendo ſequitur *Nouar. in d. quæſt. 12. num. 21.* dicens ita vidiſſe practicari.

5 Amplia ſecundò dictam concluſionem, vt habeat locum tàm in delictis leuibus, quam grauibus cum eadem ratio in vtriſque vigeat, vt poſt *Molin. de brach. ſacula. cap. 46.* per eum relatum firmat *Nouar. de variat. fori in dict. quæſt. 12. num. 20.* licet contrarium aſſerat tenere *Ric. in ſua prax.* cum qua opinione in terminis cauſæ ciuilis non leuis ſummæ pertranſit idem *Nouar. in d. ſect. 4. quæſt. 42. num. 1. & ſeq.* & in terminis cauſæ criminalis leuis tenet *quæſt. 65. in fin.* cogita.

6 Amplia tertiò dictam concluſionem, vt habeat locum etiam in filijs naturalibus, & illegitimis priuilegiatis agentibus pro iniuria, ſeu morte illata alicui de genere, vt tradunt *Thor. in comp. deciſ. Regn. in elect. fori par. 3.* quem refert, & ſequitur *Nouar. de var. fori, ſect. 3. quæſt. 15. num. 1. & ſeq. tom. 2.* bene comprobans.

7 Limita primò dictam concluſionem, vt non habeat locum pro crimine aſſaſinij, in quo perſonæ priuilegiatæ ob criminis atrocitatem non gaudent dicto priuilegio variationis fori, vt adnotauit latè comprobans *Nouar. tom. 2. de var. fori d. ſect. 3. quæſt. 15. n. 1. & ſeq.* vbi hanc limitationẽ extendit etiam ad mediatores in aſſaſinio, vt ibi per eum.

8 Limita ſecundò, dictam concluſionem, vt non habeat locum in filio agente pro nece matris contra patrem, qui illam occiderat, cum non liceat filio patrem accuſare, vt contra *Phæb. deciſ. Luſit. 23. par. 1.* comprobat *Nouar. de variat. fori, tom. 2. ſect. 3. quæſt. 14. num. 7. & ſeq.*

9 Limita tertiò dictam concluſionem, vt non habeat locum in Vniuerſitate querelante pro iniuria illata in perſonam Sindici, vel electi præuia Congregatione Conſilij, vt not. *Thor. in compen. deciſ. Regn. in ver. Electio fori, par. 3. & Danza. de pugn. Doct. de elect. fori cap. 8. nu. 2.* quos refert, & ſequitur *Nouar. de var. fori, tom. 2. ſect. 3. quæſt. 11. num. 1. & ſeq.* vbi *num. 4.* declarat, vide ibi per eum.

10 Limita quartò dictam concluſionem, vt non habeat locum quando perſona miſerabilis agit pro iniuria, & offenſione facta caſualiter, cum illa non ſit punibilis, vt poſt *Don. Ant. de Marin. quoti. Reſol. par. 1. cap. 2. num. 31.* per eum relatum firmat *Nouar. de elect. fori, ſect. 4. quæſt. 65. per tot.* dicens ita fuiſſe iudicatum, *tom. 1. & tom. 2. ſect. 3. quæſt. 22 per tot.* dummodo ceſſet culpa, vt ibi per eum.

11 Limita quintò dictam concluſionem, vt non habeat locum quando perſona miſerabilis agit pro offenſione facta ex iræ motu, vt latè comprobat *Nouar. de var. fori, tom. 2. ſect. 3. quæſt. 23. num. 1. & ſeq.* dicens, ita fuiſſe iudicatum, *& quæſt. ſeq.* probat ceſſare dictum priuilegium variationis fori quando agitur pro delicto impunibili, ſeu pœnam minuente, vt ibi per eum.

12 Declara dictam concluſionem, quod ad allegandum d. variationis fori Priuilegium in criminalibus priuilegiati debent comparere perſonaliter, itaut non ſufficiat illud allegare per procuratorem, vt docent *Carauit. in Ritu*

Reſol. Crim.

Mag. C. V. 230. num. 2. Trentacinq. var. Reſol. lib. 2. Reſol. 2. n. 13. ſub. de citat. Capibl. in pragm. Regn. 8. par. 1. ſub n. 337. quos refert, & ſequitur *Nouar. de variat. fori, ſect. 4. quæſt. 12. num. 30.* vbi dicit, hoc non procedere quando perſona miſerabilis eſſet carcerata in ſuo domicilio, imò in *quæſt. 49.* requirit quod d. perſona miſerabilis ſit in fortijs Curiæ, & cum d. declaratione pertranſit *Carleual. de iudic. tom. 1. d. diſput. 2. num. 631. & ſeq.* dicens, ſecus eſſe in ciuilibus, vt ibi per eum.

F V G A.

S V M M A R I V M.

1 *Fuga ſola non facit contra fugientem indicium ad torturam.*

Licet contrarium teneant aliqui Doct. n. 3.

Maximè, ſi fuga ſequuta ſit non ob timorem delicti, ſed ex alia cauſa, num. 4.

Et quando fugiens eſt vir bonæ conditionis, & famæ, num. 5.

Facit tamen indicium fuga ſequuta ante inquiſitionem, et accuſationem, ſecus, ſi poſt, num. 6.

Quod procedit in cauſis capitalibus, et grauibus, aliàs ſecùs, num. 7.

Et quando cum illa concurrunt adminicula, aliàs ſecùs, num 8.

Licèt aliqui contrarium teneant, num. 9.

Fuga tamen ſequuta poſt inquiſitionem, et accuſationem facit indicium, ſi concurrant adminicula. num. 10

Contrarium tamen tenent plures Doct. nu. 11.

2 *Fuga eſt indicium remotum.*

12 *Fuga facit indicium ad inquirendum ſpecialiter.*

R E S O L V T I O I.

Sola fuga an faciat contra fugientem inditium ad torturam?

1 FVga ſola abſque alijs adminiculis non facit indicium, contra fugientem ad ad torturam, vt tradunt *Curt. Iun. in l. admonendi 31. num. 49 & ſeq. ff. de iureiuran.* vbi dicit, hanc eſſe magis cõmunem Doct. opinionem, *Vulpell. conſ. 113. n. 9. Laur. ab Oec. conſ. 60. nu. 53. inter conſ. crim. diuer. lib. 2. Suarez in Theſ. recep. ſent. litera F. num. 70. & ſeq.* vbi hanc dicit veriorem, & receptiorem opinionem. *Villalob. in ſuis commun. opin. litera F. nu. 174. Farinac. de indic. & tortu. quæſt. 48. nu. 5. & ſeq* vbi alios dat concordantes, & dicit, hanc opinionem eſſe veriorem, & rationabiliorem, & illam benè comprobat, licèt regulam, firmet in contrarium, *& num. 8.* dicit, diſpoſita in fuga habere locum etiam in latitatione *& conſ. 88. n. 10. lib. 1* cũ quibus pertranſeunt *Baiar. ad Clar. §. fin. q. 21. n. 69. & ſeq.* vbi dicit, nũquã vidiſſe practicari, ex ſola fuga fuiſſe deuentũ ad torturã, vt ibi per eũ. *Addon. ad Farin. conſ. 19. lit. H. lib. 1. Giur. conſ. 13. n. 19. ver. eorũ tamen opinio &c.* & nouiſſimè *Paul.*

 Rube.

Rube.de valid.legat.cap.16.num.4.8. & vbi teſtatur de veriori, & probabiliori opinione, & num. 84. & dixi ego allegat.foren.95.num 27.

2 Fuga enim eſt indicium remotum, vt dicit Farin, in d.quæſt.48.num.7 & poſt eum Carena de Offic, S, Inquiſ par.3.tit. 10. num 7, Vnicum vero indicium remotum non eſt ſufficiens ad torturam ſine adminiculis, vt docent Farinac.de indic & tortu.quæſt, 37.num.44.& ſeq.& d,quæſt 48.nu.7. vbi teſtatur de communi opinione, Guazz.defen.30.cap.4.num, 12.ver.licèt aliqui & c.Caren.de Offic.S Inquiſ.d.par. 3.tit.10 num. 19.& Cyriac. contro.106. num.49.& dixi ego d. allegat. 95.num.28.

3 Licèt contrariam opinionem, imò ſolam fugam facere indicium ad torturam, voluerint Ant, Gomez var.reſol.tom.3.cap.13 nu.10. in fin.& ad leg. Taur.76.ſub num 2.Clar. in pract.§.fin.quæſt.21.verſ. Fuga delinquentis &c. vbi dicit, ab hac opinione, vti communi, non eſſe recedendum, Menoch. de præſump.lib.1.quæſt.89.ſub num.36.Maſc.de probat. concl.819 num.4.& concl.831.num.9.lib.2.Peregr. deciſ.17.num.30.& alij, quos referunt Farinac. de indic.& tort.in d.quæſt.48.num, 3.& Giurb.d.conſ, 13. num. 19.& 2.

4 Amplia primò d.concluſionem veriorem, vt eò magis fuga non faciat indicium ad torturam, quando illa ſequuta fuit non ob patrati criminis timoré, ſed ex aliqua alia cauſa, puta ob timorem contrariæ factionis, propter metum ei illatum ab inimicis, ſi diſceſſerit ad mercaturam exercendam in alijs locis, vel ob timorem ſententiæ Iudicia, vel futuræ accuſationis, ſeu inquiſitionis, & ſimil.cum non omnis receſſus dicatur fuga, quia in dictis, & ſimilibus caſibus fuga non facit indicium ad torturam contra fugientem, vt dixi, & tradunt Brun. de indic.& tort.par.1.quæſt 3 nu.7.& 8.Maſc de prob, d.concl.819.n 11.lib.2.Menoch.de præſump. d.lib.1. quæſt.89.num.38.Peguer.d.deciſ.17.n.15.Farinac.de indic.& tort.d.quæſt.48.nu.36.& ſeq. vbi alios dat concordantes quamplures, & declarat, quando id probetur iuramento inquiſiti. cum quibus pertranſeunt Batar ad Clar.§ fin.quæſt.21.nu 71.Giurb.conſ. 43.nu.2.& 3.& conſ.66.n.3.Caren.de Offic,S.Inqui. d.par.3.tit 10.n.86.Bermigl.conſ.105.nu 8.Criſpol. caſu milit.11.num.19.et ſeq. Ant.de Bull.trac.crim. lib 1.quæſt.15.n 12.Cyriac.contr.150.n.39.& Paul. Rub.de valid.legal.d.cap 16 nu.57.& nu.66.& ſeq.

5 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum in homine bonæ conditionis, & famæ, contra quem, fugam non facere indicium ad torturam, voluerunt Brun. de indic & tort.part.1. quæſt.3.ſub num 12.Laure.ab Occa d.conſ 60 nu.54. int.conſ.crim.diu lib.2 Farin de indic.& tortu.q.48. nu.56.Maſc.de prob.concl.819.nu.22.lib.2. Batar.ad Clar.§.fin.quæſt.21.num.67.Giurba conſ.43.num.3. qui alios adducunt ita ſentientes,

6 Limita primò d, concluſionem, vt habeat locum in fuga ſequuta poſt formatam inquiſitionem, & porrectam accuſationem, quia cum illa præſumatur cauſata propter timorem moleſtiarum, quæ ex inquiſitione, & accuſatione proficiſcuntur, adeò non facit indicium ad torturam, ſecùs tamen eſt in fuga ſequuta ante formatam inquiſitionem, vel porrectam accuſationem, quia cum illa dicatur ſequuta ex propria criminis conſcientia, ideò dicitur facere iudicium ad torturam, vt ſcripſerunt relatis antiquioribus Clar.in pract.§.fin.quæſt.21.ver. Fuga, vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione, Vulpel.conſ 113.num.9.Menoch. de præſump.lib.1.quæſt.89. num.39.Maſcar.de prob.concl. 819.num.13. & ſeq.lib.2. Peregr. deciſ.17.num.31. & 32. cum quibus pertranſeunt Farinac. de indic. & tortur.d. quæſt.48. num.27. & ſeq. vbi illam dicit communiter receptam per Doctores, & ab ea non eſſe recedendum, licèt contrarium teneat Ant.Gomez in loc.per eum relat. & quamplures adducit concordantes, & illam extendi, etiamſi adſit timor futuræ accuſationis, vel inquiſitionis, vt ſi Iudex cepiſſet proceſſum, vel adſit timor carcerationis, vt ibi per eum, nec non Giurb. d.conſ. 13 num.19.& 20.Carena de Offic S Inquiſ.par.3.tit. 10. num. 83. qui pariter alios recenſet ita ſentientes Cyriac.d. contro 150, num.41. vbi de fugiente timore carcerationis, & Paul. Rube.de validit. legal. d. cap. 16. num.54.& ſentit Criſpol caſu milit. 11. num. 20. & ſeq. & in hoc multum eſſe tribuendum Iudicis arbitrio voluit Ant.de Bull.tract.crim. lib.1.quæſt.15. num.1.& 2.

7 Declara primò d. primam limitationem, vt habeat locum in cauſis capitalibus, & in quibus agitur de pœna corporis afflictiua, ſecùs tamen eſt, ſi agatur de pæna pecuniaria, quia tunc fugam facere indicium, etiamſi ſit ſequuta poſt accuſationem, & inquiſitionem, voluerunt Clar. in pract.d. quæſt.21.ver. Fuga in fin. vbi loquitur, quando eſt coniuncta cum fama, Franc.Becci.conſ.70.nu.25. lib.1 & Maſcar.de prob d.concl.819.n 8.& 18.lib.2. quos vna cum alijs pluribus refert, & ſequitur Farinac.de indic. & tortu.d.quæſt.48.num.31.

8 Declara ſecundò d, primam limitationem, vt fuga ſequuta ante accuſationem, vel inquiſitionem, ita demum faciat indicium ad torturam, quando cum illa concurrunt adminicula, alias ſecùs, vt tenent apertè Farinac.de indic & tortu.d. quæſt.48. num 5.6.& 7.& nu.35.& 58. vbi dicit, quòd fuga nunquam facit indicium ad torturam, niſi ſit adminiculata, & quod hæc eſt veriſſima declaratio, vt ibi per eum, cui ego valdè aſſentior per rationem ſupra in principio adductam num. 2. & ſentit etiam Paul.Rube.de valid.leg.d cap.16.n.82.& ſeq.

9 Licet contrarium teneant Clar. Gomez, Menoch. Maſcar.Peguer.& alij relati per Farinac.d.quæſt.48. n.3.Giurb.d conſ.13.n 19.et 20.et Carena de Offic.S. Inquiſ.d.par.3.tit 10.n.83.alios referens concordantes generaliter volentes fugam ante accuſationem, vel inquiſitionem facere indicium ad torturam.

10 Declara tertiò d. primam limitationem, quòd fuga ſequuta poſt inquiſitionem, vel accuſationem non facit indicium ad torturam, vt non habeat locum, quando cum illa concurrunt adminicula, quia tunc illam, etiam in dict.caſu, indicium facere voluerunt Menoch.de præſump.d.lib.1.quæſt.89.n.40. Maſcar.

*Maſc.de prob.d concl.*819. *num.*17. *Peguer.d.deciſ.* 17.*num.*33.*Canal.in ſpec comm.contra com. quæſt.* 393.*num.*3.*Farinac.conſ* 5.*num.*83.*lib.*1.latè *Giurb. conſ.*63.*num.*19 & 20. alios cumulans concordantes quamplures, vbi dicit, hanc opinionem nemi nem improbare, quam tamen improbat *Farinat.*in loco infra proximè relato, *Car.de Offic.S.Inq.d.par.* 3 *tit.*10. *n.*84. qui pariter alios dat concordantes.

11 Licèt contrariam opinionem,imò fugam ſequutam poſt accuſationem,& inquiſitionem etiam adminiculis fulcitam non facere indicium ad torturam,cum adminicula operentur in fuga ſequta ante accuſationem, & inquiſitionem, & non poſt,niſi tamen adminicula eſſent plura, & multùm vrgentia, teneat *Farinac.de indic.& tortu.d.quæſt.*48. *n.*35.benè comprobans, cum quo ſentiunt *Addent. ad ipſum Farin.in d.conſ.*5.*litera H.lib.*1.& *Ciriac. contro.*150.*num.*41.& *ſeq.* vbi dicit, fugam ſequutam ob imminentem capturam non facere indiciũ ad torturam, etiam concurrentibus adminiculis, vt ibi per eum.

12 Declara d. concluſionem, quod licèt fuga non faciat indicium ad tortura, ſufficit tamen ad inquirendum ſpecialiter, & ſic ad formandum, & tranſmittendum inquiſitionem, vt tradunt *Menoch. de præſump.lib.*1. *quæſt.*88 *num.*21 .*verſ.tertium indicium*, & *Farinac.de indic. & tortu.d.quæſt.*48.*num.* 20. & ante eos *Clar.in pract. §.fin.quæſt.*21.*ver. ad formandum* &c. *in fin.* vbi loquitor, concurrentibus adminiculis, vt ibi per eum, & in fuga ſequuta poſt accuſationem, & proceſſum adminiculata loquitur idem *Farinac.d.conſ.*5.*num.*104.*lib.*1.

S V M M A R I V M.

1 *Fuga vti indicium remotum, de illa conſtare debet per depoſitionem duorum teſtium.*

2 *Fuga dicitur indicium remotum.*

3 *Fuga probatur etiam per relationem executorum.*

R E S O L V T I O II.

Fuga an probandā ſit per depoſitionem duorum teſtium.

1 Fuga cum ſit indicium remotum, vt faciat indicium contra fugientem, de illa debet in proceſſu plenè conſtare per depoſitionem duorum teſtium, vt tradunt *Brun.de indic.& tort.par.*1. *quæſt.* 3.*num.*13.*Caſon. de indic.tract.* 10.*cap.*4.*nu.*20. *Maſca.de prob.concl* 819.*num.*29. *lib.*2.*Farinac.de indic.& tortur. quæſt.*48.*num.*59. & dixi ego *allegat foren.*92.*num.*33.

2 Fuga enim dicitur indicium remotum, vt dixi, & dicit *Farinac.d.conſ.*48.*num.*7. & poſt eum *Carena de Offic.S.Inquiſ.par.*3.*tit.*10.*num.*7. & dixi *ſupra Reſol.*1. *num.* 1. indicia autem remota probari debent per duos teſtes *Hond. conſ.*96. *num.* 42. *lib.*2. *Farinac.conſ.*22.*num.*7.*lib.*1.& *conſ.*192. *num.* 37. *lib.*2.*Caballi reſol.crim. caſu* 200. *num.*129. *cent.* 2. *Vermigl.conſ.*33.*nu.*27.& *conſ.*31.*in prin.*& *conſ.* 331.*num.*9.& *conſ.*382.*num.*9.& *ſeq* & *Ant. de Balli tract.crim.lib.*1. *quæſt.*4. *num* 15.

3 Declara d.concluſionem, vt fuga probetur etiam per relationem executorum, nam ſi contra reum Iudex relaxet mandatum de capiendo, & executores referant in actis, quod ille non inuenitur in loco, ex d. relatione dicitur conſtare de illius fuga, & latitatione, vt tradunt *Clar. in pract.* §. *fin. quæſt.* 20.*ver. Ad formandum* &c.*in fin. Farinac.de inqui. quæſt.*1.*num* 45.*verſ. tertia fuit* &c. & *Ambroſ. in proceſ.informat.lib.*5 *cap.*1.*num.*9. & 10.

S V M M A R I V M.

1 *Fugere non dicitur, qui vadit ad Principem pro iuſtitia conſequenda.*

Etiam ſi quis fugiat ex carcere, vel Palatio, in quo detinebatur, num. 2.

*Quod procedit, ſi aufugit ex aliqua iuſta cauſa, aliàs ſecus, num.*3.

Et ſi recta via vadit ad Principem, aliàs ſecus, num. 4.

Quod remittitur arbitrio Iudicis, num. 5.

R E S O L V T I O III.

Fugere an dicatur, qui vadit ad Principem pro iuſtitia conſequenda.

1 Fugere non dicitur, qui vadit ad Principem, vel Superiorem pro iuſtitia conſequenda ad tex. in *l. quis ſit fugitiuus* 17. *ff. de adilit. edict.* & tradunt *Boſſ. in pract.in tit. de carc. fideiuſ. relax.num.*46.*Hond.conſ.*94. *num.*22.*lib.*2.*Menoch.de arb.caſu* 301.*num.*7.*in addit.Farinac.de carce.& carc.quæſt.*30.*num.*172.vbi plures dat concordantes, plenè *Giurba conſ.*66.*nu.* 4. *Carena de Offic.S. Inquiſ.par.*2.*tit.*17.*num.*77. & *Vermigl.conſ.*125.*num.*4.

2 Ampli a primò d. concluſionem,vt habeat locum etiam ſi quis fugiat ex carcere, vel ex Palatio, ſeù domo, in quibus eſſet retentus ſub fideiuſſione de non diſcedendo,quia, ſi ex eis diſcedat ad effectum recurrendi ad Superiorem non dicitur fractor carceris, nec fideiuſſio dicitur fracta, nec aliquam incurrit pœnam, vt voluerunt *Herculan.de caut.de non offend cap.*50.*num.*21. *Boſſi. in d.tit. de carcer. fideiuſ.relax.num.*45.& *ſeq.Hond.d. conſ.*94. *nu.*22. & *ſeq.Farinac.de carc.* & *carc.d.quæſt.*30. *nu.*172. vbi dicit, prædicta non habere locum, quando ſuſſer promiſſum non recedere ex quo vix prætextu etiam recurſus ad Superiorem, *Menoch.de arbitr. d.caſu* 30 *num.*7.& *ſeq.in addit.Maſcar.de probat. concl.*820.*num* 13 *lib* 2.*Giurb.d.conſ.*66.*num* 4.vbi alios dat concordantes quamplures. & *conſ.* 69. *num.* 19. & *Carena de Offic. S. Inquiſ. dict. part.* 2. *tit.* 17. *num.* 77. vbi quamplures adducit ita ſcientes.

3 Declara primò d. ampliationem, vt habeat locũ, quando diſcedens ex carcere, ex Palatio, ſeù domo loco carceris aſſignato, & ad Principem, ſeù Superiorem confugiens habuit aliquam iuſtam cauſam, ſeù timorem alicuius periculi imminentis in eius perſonam, vel propter iudicis, ſeù cuſtodis ſæuitiam, & ſimil. quia tunc, recurrendo ad Superiorem, euitat pœnam fracti carceris, & non dicitur contrauenire promiſſioni de non diſcedendo, ſecùs tamen eſt, ſi aufugiat ſinè cauſa, vel cum cauſa iniuſta, quia tunc licèt recurrendo ad Superiorem, aufugiſſe non dicatur, puniri tamen debet aliqua pœna mitiori, Iudicis arbitrio, pro temeritate commiſſa in diſcedendo ſine licentia Iudicis, vt declarant *Boſſ. in pract. in d. tit. de carc. fideiuſ. relaxa. num. 46. & ſeq. Hercula. de caut. de non offen. d. cap. 50 num. 1. & ſeq. & Farinac. de carcer. & carc. d. quæſt. 30. num. 174. & ſeq.* vbi expreſſè dicit, iuſtam cauſam, in d. caſu excuſare diſcedentem etiã à fractura fideiuſſionis de non diſcedendo, vt ibi per eum, *Giurb. d. conſ. 66 ſub nu. 6 Guazzin. defen. 5. cap. 4. num 13. & Caball. reſol. crim. caſu 42. nu 3. & ſeq. cent. 1.* vbi vult, non dici cauſam legitimam diſcedendi iniuſtitiam, ſeù nullitatem capturæ, vt ibi per eum.

4 Declara ſecundò d. ampliationem, vt habeat locum, quando fugiens ex carcere, Palatio, ſeù domo, recta via, Principem, & Superiorem adiit, ſecùs autem, ſi id faciat ex interuallo ad extraneos diuertens actus, quia tunc, pœnam ſtipulatæ fideiuſſionis commiſſam fuiſſe, dicendum eſt. vt not. *Caball. d. caſu 42. num. 4. in fin. Guazz. d. defen. 5. cap. 4. ſub num. 13.* benè *Giurb. d. conſ. 66. ſub num. 6* vbi alios dat concordantes, & *Carena de offic. S. Inquiſ. d. par. 2. tit. 17. n. 77.* alios adducens, ita ſentientes.

5 Subdeclara d. ſecundam declarationem, vt quando fugiens dicatur ſtatim ad Principem, ſeù Superiorem ſe contuliſſe, relinquatur prudentia Iudicis arbitrio, vt docent *Franc. de Auiles in coment. ad cap. ſeù leges Prato. cap 18. in gloſ. Cancel. num. 50. ver. ſed ego teneo &c. & Carena qui illum referendo ſequitur, de offic. S. Inqu. d. par. 2. tit. 17. nu. 77. in fin.*

ADDITIO.

N. 3. VBi habetur, quod fugiens ex carcere, vel ex Palatio loco carceris aſſignato ex aliqua iuxta cauſa ad effectum recurrendi ad Principem nulla pœna tenetur adde *Farinac. in addit. ad quæſt. 30. de carcer. & carcer. nu. 142.* vbi contra *Caball.* hic adductum dicit, ita ſemper vidiſſe obſeruari in practica.

SVMMARIVM.

1 *Fuga indicium purgatur per ſpontaneam inquiſiti comparitionem.*

Siuè inquiſitus compareat citò, ſiuè ex interuallo, num. 2.

Quicquid contrarium teneant aliqui Doct. nu. 3.

Quæ etiam procedunt in eo, qui aufugerat de manibus familiæ, num. 4.

RESOLVTIO IV.

Fugæ inditium an purgetur per ſpontaneam Inquiſiti comparitionem.

1 FVgæ indicium purgatur, & tollitur per ſpontaneam Inquiſiti, qui aufugit, comparitionem, ita vt illud, ſequuta comparitione, fugienti ampliùs non noceat, vt tradunt *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 21. ver. Fuga delinquentis &c in fin.* plenè *Farinac. de indic. & tortu. quæſt. 48. nu. 48.* vbi alios dat concordantes quamplures, & teſtatur de communi opinione, *Giurb. conſ. 13. num. 22.* vbi quamplures adducit, ita ſentientes, *Ciriac. contro. 550. num. 43. Caren. de offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 10. num 85 Ant. de Ball. tract. crim. lib. 1. quæſt. 15. n. 4 Vermigl conſ. 3. n. 34. & conſ. 30. num. 21. et conſ 272. num. 12.* & dixi ego *alleg. foren. 92. num. 31. & alleg. 94. num. 34.* vbi alios retuli, ita ſentientes, & dixi etiam infra in ver. ſpontanea comparitio, *Reſol. 1. num. 1. & ſeq.*

Fuga enim operatur contra reum, quia ſui præſentiã non facit, ergò, ſi ſui præſentiam facit, ceſſat effectus, ceſſante cauſa, *cap. cum ceſſante 60. de appel. cap. magnæ 7. in fin. de vota, l. generaliter 41. C. de Epiſc. & Cler.* plenè *Barbo. axiom. 40. n. 4.* quia, ſicut ille non dicitur comparere, qui comparuerit, & poſtea non ſtetit, ſed ſe abſentauit *l. ſi ferre 16. §. ſufficit ff. de excuſ. tuto.* ita non dicitur fugiſſe, qui ſe abſentauit, & poſtea rediit in fuga non perſeuerãs, cum contrariorum ſit eadem diſciplina, vt argumentantur *Plot. conſ 65. nu. 25. inter conſ. crim. diu. lib. 1. & Farinac. in quæſt. 48 ſub num. 48.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum, ſiuè quis citò reuertatur, ſiuè ex interuallo, quia, quandocunq; reuertatur, & compareat, fugæ præcedentia indicium purgat, dummodo ante bannũ, & condemnationem compareat, vt docent *Farina. de indic. & tort. d. quæſt. 48. n. 50.* vbi dicit, contrariũ habere locum in fugiente ex carcere, vt ibi per eũ, *& Ciriac. contr. 150. n. 4.* & de reuertente, & comparente infra annum *Ripa in l. admonendi 31. num. 169. ff. de iureiur.* quem ſequitur *Ant. de Ball. tract. crim lib. 1. quæſt. 15. num. 4.*

3 Quicquid contrariũ male tenuerint *Gram. conſ. 1. n. 2. & 3.* qui loquitur in eo, qui fugerat ex carcere, vt conſiderat *Farin.* vbi ſupra, *Plot.* qui ferè loquitur in iiſdẽ terminis, *de in lit. iur. §. 30. n. 3. & Giurb. d. conſ. 13. num. 24. & ſeq.* vbi idem dicit, ſi conſtet quem malo animo aufugiſſe, vt ibi per eum.

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locũ, non ſolùm in eo, qui aufugit exiſtens in propria libertate, & poſtea reuerſus eſt ſed etiam in eo, qui aufugit de manibus familiæ, & birruariorum, qui, ſi poſtea ſponte compareat, indicium fugæ per illius comparitionem purgatur, vt tradunt *Iaſ. Curt. Iun Roma. & Ripa in d. l. admonendi 31 ff. de iureiur. Gram. conſ. 42. n. 2. Duen. reg. 390. in 4. limita. Plot. conſ. 65. n. 24. inter conſ. crim diu. lib. 1. & Farin. de indic. & tort. d. quæſt 48. n. 49.* vbi alios dat concordantes, & hanc ampliationem dicit veram, communem, & nullam habere dubitationem.

SVM-

VMMARIVM.

1 *Fugiens ex carcere, vel Palatio, ſi citò redeat, non punitur pœna fracti carceris.*

Quando verò dicatur citò redire, remittitur arbitrio Iudicis, n. 2.

RESOLVTIO V.

Fugiens ex carcere, vel Palatio ſi citò redeat an puniatur pœna fracti carceris.

1 FVgiens ex carcere, ſiuè ex Palatio, ſeù domo loco carceris aſſignata, ſi citò ad illum redeat, non dicitur fractor carceris, nec illius pœna contra eum locum habet, vt tradunt *Boer. deciſ. 215. num. 17. & ſeq.* vbi dicit, ab hac opinione, vti magis communi, non eſſe recedendum, *Maſcar. de prob. concl. 226. num. 22. lib. 1. & concl. 820. num. 28. lib. 2. Honded. conſ. 94. num. 24. & ſeq. lib. 2. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 21. verſ tertiò autem &c.* vbi pariter teſtatur de communi opinione *Menoch. de arb. caſu 301. num. 12. & de præſumpt. lib. 1. quæſt 89. num. 44. Farin. de carc. & carc. quæſt. 30. num. 148.* vbi alios dat concordantes, *& conſ. 122. num. 29. lib. 2. Cabal. reſol. crim. caſu 212. nu. 10. & ſeq. cent. 3. & Giurb. conſ. 34. num. 9.* & ego dixi latius ſupra in verb. *Fideiuſſor, Reſol. 3. per tot.* vbi etiam habetur, an ex d. fuga, ſequuto ſtatim reditu, dicatur fracta fideiuſſio, videas ibi, cum non deceat, hic iterum illa repetere.

2 Addo pro complemento materiæ, quod quando fugiens ex carcere, Palatio, ſeù domo dicatur, citò, ſeù ſtatim ad illum fuiſſe reuerſus, cum in iure non ſit diffinitum, remittendum ſit prudentia Iudicis arbitrio, vt de fugiente, & ſtatim ad Superiorem ſe conferente poſt *Franc. de Auiles* per eum adductum docet *Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 2. tit. 17 num. 77. in fin.* quem retuli ſupra *Reſol 3. in fin.* & latè comprobat *Antonel. de temp. legal. lib. 1. cap. 4. num. 3. & cap. 11. num. 11.* vbi alios dat concordantes quamplures, & ad octo dies id poſſe extendi dicit *Theſaur. deciſ. 77. num. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Fuga ſocij criminis non facit Indicium ad torturam contra ſocium.*

RESOLVTIO VI.

Fuga ſocij criminis an faciat inditium ad torturam contra ſocium.

1 FVga ſocij criminis non facit indicium ad torturam contra ſocium. vt tradunt *Boer. deciſ. 215. num. 23. & deciſ. 255. num. 11. Duen. regul. 390. in 3. limit. Eugen. conſ. 63. num. 66. lib. 1.* vbi teſtatur de veriori opinione, *Maſcar. de prob. concl. 819. num. 6. lib. 2. Honded. conſ. 97. num. 32. lib. 2.* vbi dicit, contrariam opinionem eſſe communiter reprobatam, plenè *Farinac. de indic. & tort. quæſt. 48. num. 22.* vbi alios dat concordantes, & dicit hanc opinionem eſſe magis communiter receptam, & *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 1. quæſt. 15. num. 13.* & dixi latius infra in verbo *Socius criminis, Reſ. 2. per tot.* vbi contrarium tenentes retuli, & poſui de fuga mandatarij, an noceat mandanti, vide ibi.

FVRIOSVS.

SVMMARIVM.

1 *Furioſus pro delicto commiſſo, dum eſt in furore, non punitur aliqua pœna.*

Etiam in atrociſſimis, n. 2.

Quicquid aliqui contrarium teneant, n. 3.

Et idem eſt in frenetico, inſano, & mente capto, num. 4.

Et in furioſo habente dilucida internalla, n. 5.

Quem præſumitur deliquiſſe tempore furoris, non ſanæ mentis, n. 6.

Declara, vt n. 7.

Et etiamſi furioſus poſt commiſſum delictum in furore redeat ad ſanam mentem, n. 8.

Ac etiamſi delictum ſit commiſſum in ſana mente, & poſtea fiat furioſus, n. 9.

Quicquid contrarium teneant aliqui, n. 10.

Si tamen ſperetur illum redire ad ſanam mentem non eſt dimittendus, n. 11.

Et ſi furor ſuperueniat poſt factas defenſiones, poteſt condemnari pœna pecuniaria, n. 12.

Concluſio ſupradicta procedit in verè furioſo, non autem in ſimulante ſe talem, n. 13.

14 *Furioſum quem eſſe non præſumitur, ſed id debet probari.*

15 *Furioſus quis dicatur, & mente captus, & demens, remiſſiuè.*

RESOLVTIO I.

Furioſus pro delicto commiſſo in furore an puniatur aliqua pœna.

1 FVrioſus pro delicto per eum commiſſo, dum eſt in furore non eſt puniendus aliqua pœna, cum in ipſo deficiat voluntas, & conſenſus, & facti infelicitas illum excuſet ad text. *in l. diuus Marcus 14. ff. de offic. præſid.* & tradunt *Tiraq. de pæn. temper. cauſa 2. num. 1. & ſeq.* benè comprobans *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 1. num. 7.* vbi teſtatur de communi opinione, *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 60. verſ. item quæro &c.* vbi hanc concluſionem dicit magis cõmunem, & in practica ſeruatam *Menoch. de arbitr. caſu 325. num. 1. & ſeq* latè *Farinac. de pæn. temp. quæſt. 94. num. 1.* alios adducens concordantes quãplures,

plures, & in fragm. crim. litt. F. num. 211. Guazz. de fen. 1. cap. 39. num. 36. Cabal. de omn. gener. homic. num. 179. & ſeq. & reſol. crim caſu 297. num. 21. Medic. de caſibus fort. par 2 quæſt. 5. num 24. Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 9. num. 64. Vermigl. conſ. 65. nu. 1. & ſeq. latè Nouar de elect. fori, ſect. 2. quæſt. 42. num. 2. & 3. vbi alios dat concordantes, & plures facit illationes, & latiùs Paul. Rub. in ſuis reſolut. de teſtam. cap. 18 num. 534. et ſeq. plenè comprobans, & alios adducens ita ſentientes, quamplures, & de valid. legal. cap. 40. num. 41. & ita fuiſſe deciſum in Senatu Sabaudiæ dicit Ant. Fabr. in ſuo Cod. lib. 9. tit. 10. diffin. 1. & in Curia Belgi. teſtatur Paul. Chriſtin. deciſ. 198. ſub num. 14. Furioſus enim intellectu, mente, & voluntate caret, ita vt neſciat quid agat l. furioſi 41 ff. de reg. iur. Nouar. d. quæſt. 42. num. 2. Guazz. de caut. de non offend. quæſt. 37. num. 11. Vermigl. d. conſ. 65. in princ. Medic. in d. quæſt. 5. poſt princ. & Paul. Rub. d. cap. 18. n. 534 & ſeq. & vt illius delictum caſuale dixerint Tiraq. de pæn. temp. d. caſu 2. num. 2. Cabal. de omn. gen. homic. num. 179. et Vermigl. d. conſ. 65. num. 2. vbi autem non adeſt voluntas, nec propoſitum delinquendi, ibi adeſt authoritas puniendi l. 1. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. l. cum duobus, §. damna, ff. pro ſoci. Ant. Gomez d. cap. 1. nu. 70. et Paul. Rub. d. cap. 18. num. 535. & alij Doct. ſupra adducti.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in atrociſſimis, quia adhuc furioſum nulla pœna, neque extraordinaria eſſe puniendum tenent per tex. in d. l. diuus Marcus 14. ff. de offic. præſid. loquente de crimine parricidij Dec. tract. crim. lib. 6. cap. 5. num. 7. vbi loquitur in crimine blaſphemiæ, quod eſt atrociſſimum Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. d. cap. 1 num. 72. verſ ſed certè etc. Farinac. benè comprobans de pæn temp. d quæſt. 94. n. 37. vbi dicit, Doctores contrarium tenentes non loqui in his terminis, & num. 27. vbi loquitur in parricidio Cabal. d. caſu 297. num. 35 et Vermigl. d. conſ. 65. num. 2. qui teſtantur de veriori opinione, & ab ea in practica non eſſe recedendum; & in crimine hæreſis atrociſſimo admittit Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 9. num. 64. et ſeq.

3 Quicquid contrarium voluerint Tiraq. de pæn. tem. cauſa 3. num. 6. et ſeq. et cauſa 40. num. 40. Dec. reg. 259. in 3. ampl. Andr. Gail. pract. obſeru. lib. 2. obſer. 51. num. 1. Ludou. deciſ Lucen. 77. num. 7. et 8. par. 2. & alij relati per Farinac. d. qu. 94. num. 36.

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum, non ſolùm in furioſo, ſed etiam frenetico, inſano, & mente capto, cum quomodocunque quis tempore delicti ſit extra mentem excuſetur, vt docent Bald. conſ. 347. num. 1. et ſeq. lib. 3. Gram. conſ. 16. num. 7. et ſeq. Plaz. in epit. delict. lib. 1. cap. 29. num. 1. et ſeq. Clar. in pract. in d. quæſt. 60. verſ. item quæro etc. Bertaz. conſ. 326. num 8. lib 2. Farinac. de pæn. temp. d. quæſt 94. nu. 2. alios adducens concordantes quamplures, et in fragm crim. litt. F. num. 228. et Nouar. de elect. for. d. ſect. 2. quæſt. 42. num. 9. verſ. amplia etc. vbi hanc ampliationem benè comprobat.

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum, etiam in furioſo habente dilucida interualla, qui ſi delictum committat tempore furoris nulla pœna eſt puniendus, vt ſupra, licèt ſecùs ſit ſi dum erat ſanæ mentis deliquerit d. l. diuus Marcus 14. ff. de offic. præſid. & tradunt Plaz. in epit. delict. lib. 1. cap. 29. num. 1. et ſeq. vbi teſtatur de communi opinione, Menoch. de arbitr. caſu 315. num. 11. Ant. Gomez var. reſ. tom. 3. cap. 1 num. 70. verſ. quod tamen etc. Andr. Gail. pract. obſeru. lib 2. obſeru. 110 num. 21. in fin. Bertaz. conſ. 326. num. 10. lib. 2. Cabal. d. caſu 297. num. 38. et ſeq. & benè declarat Farin. de pæn. temper. d. quæſt. 94. num. 5. et 6. et ſeq. & ſentit Nouar. de elect. fori quæſt. 42. num. 12. & pluribus ſequentibus.

6 Declara d. tertiam ampliationem, vt ad excludendum delictum, & pœnam præſumendum ſit in dubio furioſum commiſiſſe delictum, potiùs tempore furoris, quam tempore ſanæ mentis, vt declarant Ant. Gomez. var reſol. tom. 3. cap. 1. num. 71. vbi benè comprobat, & teſtatur de communi opinione, Plaz in epit delict. lib. 1. cap. 29. num. 4 Suarez in Theſaur. commun. opin. litt. F. num. 413. qui pariter teſtatur de communi opinione, Menoch. de præſumpt. lib 6 præſum. 45. num. 63. et ſeq. Farin. de pæn temp. d. quæſt 94. num. 9. alios referens ita ſentientes, et in fragm. crim. litera F. num. 329. Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 9. nu. 65. et ſeq. qui alios pariter dat concordantes, & ita ſeruari vidiſſe, dicit Caball. d. caſu 297. num. 41.

7 Limita tamen d. declarationem, vt non habeat locum, quando delictum commiſſum à furioſo habente dilucida interualla, poteſt veriſimiliter intelligi commiſſum tempore ſanæ mentis, vt quando furioſus vulnerat inimicum, & ſtatim ſe abſcondit, vel in Eccleſiam ſe recepit, & alius, vt per Farinac. de pæn. temp. d. quæſt. 94. num. 11. vbi plura adducit exempla de vtroque caſu. et per Carena de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 9. nu. 66. & ſentit etiam P. Graſſ. de nece prodit. l. 34. nu. 4. & generaliter quando actus factus per furioſum congruebat homini ſanæ mentis, præſumi illum factum fuiſſe tempore ſanæ mentis tradunt idem Farin. in fragm. crim. litera F. n. 331 vbi alios dat concordantes, quamplures. & Nouar. de elect. fori d. quæſt. 42. num. 17.

8 Amplia quartò d. concluſionem, vt habeat locum etiam ſi furioſus poſt delictum tempore furoris commiſſum redierit ad ſanam mentem, nam adhuc de eo puniri non poteſt, vt docuerunt Tiraq. de pæn. temp. d. cauſa 2. num. 8. & ſeq. Menoch. de arbit. d. caſu 325. num. 8. Farinac. de pæn. temper. d. quæſt. 94 num. 4. vbi alios adducit de veriori opinione atteſtantes, Caball. d. caſu 297. num. 34. & Medic. de caſib. fort. d. quæſt. 5. num. 24.

9 Amplia quintò d. concluſionem, vt habeat locum etiam ſi delictum fuerit commiſſum per furioſum dum erat ſanæ mentis, quia ſi poſtea ei furor ſuperueniat, non debet puniri pœna capitali, vel corporali, ſed differenda eſt executio, vſque ad ſuperuenientiam ſanæ mentis, cum ipſe ſatis ſuo furore puniatur, & habeatur loco abſentis, & mortui,

& ſupplij

& ſupplicium non ſentiat, vt ex Neotericis tradunt *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 1. num. 72.* vbi examinata quæſtione concludit, ab hac opinione, vti æquiori, & magis communi non eſſe recedendum, *Plaz. in epit. delict. lib. 1. cap. 29. num. 1. & ſeq. & nu. 7.* vbi dicit in practica non eſſe recedendum ab hac opinione, vti magis communiter recepta, *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 60. verſ. item quæro &c.* vbi teſtatur de communi, & ſeruata apud eum opinione, *Menoch. de arb. caſu 325. num. 12.* vbi hanc dicit veriorem, & receptiorem opinionem, quam latè comprobat *Medic. de caſib. fort. d. quæſt. 5. num. 24.* vbi dicit, quod ſi furor venit poſt ſententiam exequitur quoad publicationem bonorum tantùm, *Farinac. de pæn temp. d. quæſt. 94. num. 13. & ſeq.* vbi quamplures adducit ita ſentientes de communi, & magis communi opinione atteſtantes, a qua in conſulendo, & iudicando dicit ſinè temeritate recedi non poſſe, plene *Cabal. reſol. crim. caſu 297. num. 1. & ſeq:* vbi quamplurimis Doctorum authoritatibus, & rationibus d. opinionem tuetur *cent. 3 Caual. in ſpecul. commun. contra commun. quæſt. 33. num. 6.* vbi dicit, ab hac opinione, vt veriori, & æquiori non eſſe in conſulendo, & iudicando, recedendum, *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 9. num. 68. Nouar. de elect. for ſect. 2. quæſt. 42. num. 7.* qui alios dant concordantes quamplures, & hanc opinionem latiſſimè comprobat *Paul. Rub. in ſuis quæſt. practic. de teſtam. cap. 18. num. 545 & plurib ſeq.* vbi omnibus contrarijs reſpondet, *et Paul. Chriſtia. deciſ. Curiæ Belgi. 168. ſub n. 15.*

10 Quicquid contrarium tenuerint *Roman. in l. furioſus 9. C. qui teſtam. fac. poſ.* ex eo quod qualitas ſuperueniens poſt delictum non mutat pœnam, ad tex. *in l. 1. ff. de pæn Iodoc. in pract cap. 84. nu. 8. Ludou. deciſ. Peruſ. 77. par. 2. Vaſq. de ſucceſſ. lib. 1. §. 1. num. 92. & ſeq. par. 2.* & alij relati per *Farinac. in d. quæſt. 94. num. 14. per Cabal. d. caſu 297 num. 17. & per Paul Rub. d. cap. 18. num. 575. & ſeq.* contra quos adeſt verior æquior, magis communis, & practicata opinio de qua ſupra.

11 Declara primò d. quintam ampliationem, quod furioſus quando adeſt ſpes, quod ſit reuertendus ad ſanam mentem non ſit dimittendus, ſed ſit retinendus, & cuſtodiendus, donec ad ſanam mentem reuerſus fuerit, vt pœna contra eum exequi poſſit, vt poſt *Imol. Alex. & Aret.* per eum relatos declarat *Farinac. de pæn. temp. d. quæſt. 94. num. 25. & Cabal. d. caſu 297. num. 20 & num. 43.* vbi dicit ita vidiſſe ſeruari, & non diſſentit *Paul. Rub. in d. cap. 18. num. 604.* cum pœna exequi poſſit pro delicto ante furorem commiſſo, reuerſo delinquente ad ſanam mentem *Medic. de caſib. fort. d. quæſt. 5. n. 24.*

12 Declara ſecundò d. quintam ampliationem, quod ſi furor ſuperueniat non ſolùm poſt delictum commiſſum, ſed etiam poſt proceſſum informatiuum, & poſt defenſiuum completum, ita vt nihil aliud remaneat, quam reum condemnare, tunc furioſus poteſt condemnari in pœnam pecuniariam, ſi verò furor ſuperueniat ante factas defenſiones, & eò magis ante proceſſum informatiuum, & tunc nulla pœna, neque pecuniaria furioſus condemnari poteſt, vt diſtinguunt *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 60. ſub ver item quæro &c. Menoch. de arbitr. d. caſu 325. num. 12. & Farinac.* qui ita contrarias opiniones conciliat *d. quæſt. 94. num. 12.* vbi teſtatur de veriori opinione.

13 Limita d. concluſionem, vt habeat locum in eo, qui eſt verè furioſus, non autem in ſimulante ſe talem, vt à delicto, & pœna excuſetur, quia is venit pœna delicti, per eum commiſſi puniendus, vt docent *Tiraq. de pæn. temp. d. cauſa 2. num. 2. in fin. Plaza in epit. delict. lib. 1. cap. 29. num. 1. & 7. Ludou. deciſ. Peruſ. 77 num. 14. Farinac. d. quæſt. 94. num. 40. & ſeq.* vbi docet Iudicem, vt bene aduertat, an carceratus fingat ſe furioſum, vtendo diuerſis medijs ad id cognoſcendum, & illum in carcere detinendo, ſi forte ad ſanam mentem redire poſſit, quando furor ſuperuenit poſt delictum, vt ibi per eum *num. 13. & num. 25.* & idem tradunt *Carena de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 9. num. 69. Caball. d. caſu 297. num. 44. & Paul. Rub. in d. quæſt. pract. de teſtam. d. cap. 18. nu 607. & ſeq.* vbi pariter admonet Iudices, vt in hoc ſint admodum vigilantes, ne à delinquentibus fallantur ſub ſpecie ſimulati furoris, vt ſupra.

14 Limita ſecundò d. concluſionem, vt habeat locũ, quando furor fuit probatus, aliàs ſecùs, cum furor non præſumatur, ſed ſit probandus per eum, qui illum allegat, cum præſumptio naturæ ſit, quod quilibet ſit ſanæ mentis, vt tradunt *Bald. in l. 1. in princ. C. de curat. furio. Ant. Gomez var. reſol tom. 3 cap. 1. num. 71. in fin.* vbi teſtatur de communi opinione *Maſcar. de prob. concl. 824. num. 5. & ſeq. lib. 2. Menoch. de præſum. lib. 6. præſum. 45. num. 18.* latè *Card. Mantic. de coniect. lib. 2. tit. 5. num. 2. & ſeq. Farin de pæn. temp. d. quæſt. 94. num. 48. Guazz. de caut. de non offen. d. quæſt. 38. num. 12. & Nouar. de elect. fori ſect. 2. quæſt. 43. num 2. 3. & ſeq.*

15 Quis autem dicatur furioſus, mente captus, & demens, & quomodo probetur furor, & dementia & quomodo teſtes debeant circa id deponere tradunt *Maſc. de prob. concl. 824. 825. 826. & 827. per tot. lib 2. Farin. de pæn temp. d. quæſt. 94 nu. 48. & ſeq. & in fragm. crim. litt. F. num. 211. & ſeq. & num. 230. & plurib. ſeq. et Nouar. de elect. fori. d. ſect. 2. quæſt. 43. per tot.* ipſos conſulas.

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod furioſus mente, intellectu, & voluntate caret, ita vt neſciat quid agat adde *Farinac. conſ. 221. num. 11. lib. 3.* dicentem, furioſum, & fatuum æquiparari, vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Furioſus ſi poſt delictum aufugiat, & ignoretur vbi ſit, pater, et conſanguinei admittuntur ad probandum illius furorem.*

RESO-

RESOLVTIO II.

Furioſus ſi poſt delictum aufugiat, & ignoretur vbi ſit, pater, et conſanguinei an admittantur ad probandum illius furorem,

1 FVrioſus ſi poſt delictum per eũ commiſſum aufugiat, & ignoretur vbi ſit, pater, & illius conſanguinei admitti debent ad probandum illius furorem, quia quando tractatur de delicto impunibili admittitur procurator pro abſente ad probandam d. impunibilitatem, licèt procurator regulariter non admittatur in criminalibus pro reo abſente, vt voluerunt *Praſes Abano in quaſt. reat. quaſt. 23. num. 22.* vbi dicit, ita fuiſſe ſeruatum in contingentia facti per Senatũ Sabaudiæ, & *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 2. tit. 9. num. 70. & ſeq.* vbi dicit, ita fuiſſe ſeruatum per Senatum Mediolani, & dicam latiùs infra in verb. Procurator, *Reſol. 1. num.* , , ,

---

SVMMARIVM.

1 *Furioſus offendendo illum, cum quo pacem fecit, vel non offendere promiſit non dicitur pacem, nec cautionem fregiſſe.*

Quod procedit etiam in frenetico, inſano, & mente capto, num. 2.

Amplia, & limita, vt n. 3.

RESOLVTIO III.

Furioſus offendendo illum, cum quo pacem fecit, vel promiſit non offendere an dicatur pacem, ſeù cautionem fregiſſe.

1 FVrioſus offendendo illum cum quo pacem fecerat, vel præſtiterat cautionem de non offendendo non dicitur pacem, vel cautionem fregiſſe, cum ex carentia intellectus dicatur neſcire quid agat, vt tradunt *Hercul. de caut. de non offend. cap. 34. num. 20 & ſeq. Farinac. de pau. temp. quaſt. 94. num. 28. et Guazz de caut. de non offen. §. 1. quaſt. 38. n. 10 et 11*

Furioſus enim intellectu, mente, & voluntate caret, itaut neſciat quid agat, vt dixi *l. furioſi. 41. ff. de reg. iur. et ex Nouar. Guazzin. Vermigl. et Pani. Rub.* probaui ſupra *Reſol. 1. num. 1.* ideò hic non repeto, vide ibi.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum, etiam in frenetico, inſano, & mente capto cum quomodocunque quis tempore delicti ſit extra mentem exceptetur, vt tradunt *Bald. Gram. Piaz. Clar. Bertaz. Farin. et Nouar.* relati ſupra *Reſol. 1. num. 4.* & in puncto tradit *Guazzin. de caut. de non offend. d. quaſt. 38. num. 11.*

3 Amplia vlterius, & limita d. concluſionem, vt dixi ſupra in hoc verb. Furioſus, *Reſol. 1. per tot.* quę hic iterum breuitatis ſtudio referre non decet.

FVRTVM.

SVMMARIVM.

1 *Fur, vt poſſit inquiri de furto ante omnia debet conſtare de corpore delicti.*

Sufficit tamen de eo conſtare per coniecturas, et præſumptiones, n. 2.

Et per teſtes inhabiles, n. 3.

Quod procedit, quando de furto non remanent veſtigia, aliàs ſecùs, n. 4.

Et quo ad effectum inquirendi, et torquendi furem, non autem condemnandi, n. 5.

Et probato, quod res furatæ aderant in loco furti, alias coniectura non operantur, n. 6.

Sufficit tamen probare res furatas ſemel in loco furti adfuiſſe cum ex præterito præſumatur in præſens, n. 7.

8 *Coniectura probantes corpus delicti in crimine furti ſunt quarela partis, conquaſtiones domini rei furatæ, incontinenti, fama publica, fractio oſtii et aliæ relatæ d. n. 8.*

RESOLVTIO I.

Fur vt inquiri poſſit de furto an debeat conſtare prius de corpore delicti.

1 VT valeat procedi in crimine furti cõſtare debet ante omnia de furto cõmiſſo, & ſic de corpore delicti, vt tradunt *Maſcar. de prob. concl. 829. in princ. lib. 2. Menoch. de arbitrar. caſu 269. num. 2. Farinac. de inquiſ. quaſt. 2. num. 14. Guazzin. defen. 4. cap. 7. in prin* vbi alios dat concordantes, *Vermigl. conſ. 81. num. 5. Ant. de Bali. tract. crim. lib. 2. quaſt. 9. num. 13.* & dixi generaliter ſupra in verb. *Corpus delicti, Reſol. 1. in princip.*

Vbi enim lex aliquid diſponit ratione certæ rei, debet priùs de illa re conſtare *l. diuus 25. ff. de milit. teſtam. Farinac. de inquiſ. d. quaſt. 2. num. 1. in fin.* & qui vult probare qualitatem debet probare ſubſtantiã, ſuper qua d. qualitas fundatur *Farinac. d. quaſt. 2. num 1. in fin. Ciriac. controu. 37. num. 1. & contr. 544 num. 21.* & latiùs probaui ſupra in d. verb. *Corpus delicti, Reſol. 1. poſt. princ.*

2 Declara d. concluſionem, quod cum furtum dicatur delictũ difficilis probationis, ideò de illius corpore dicatur conſtare per præſumptiones, & coniecturas, vt voluerunt *Grama. conſ. 41. num. 4. & conſ. 60 num. 1. Foller. in pract. in verb. Capiat informationem, num 18. Merend. conſ 90. num. 19. inter conſ crim. diuerſ. lib. 2. Maſcar. de prob. concl. 830. num 1. & ſeq. lib. 2. Farinac. de inquiſ. d. quaſt. 2. num. 14. verſ. contrarium &c. & de furtis quaſt. 176. num. 1.* vbi alios adducit concordantes, & *conſ. 23 num. 9. lib. 1. et conſ. 158. num. 2. lib. 2. Hond. conſ. 90. nu. 29. lib. 2. Guaz. defenſ. 4. cap. 7. num. 2. Vermigl. conſ. 271 num. 8 et ſeq. et conſ. 281 num. 3. et Ciriac. contr. 238. num. 11.*

3 Am-

3 Amplia primò d. declarationem, vt in crimine furti ſufficiat conſtare de corpore delicti, non ſolùm per coniecturas, & præſumptiones, ſed etiam per teſtes inhabiles, vt ſunt domeſtici, familiares, ſocij criminis, & ſimiles, vt ſcripſerunt *Pariſ. conſ. 74. num. 12. & conſ. 75. num. 22. lib. 2. Maſcar. de prob. concl. 831. num. 5. & ſeq. lib. 2. Bonifat. de furt. §. 2. num. 22.* quos refert, & ſequitur *Guazzin. d. def. 4. cap. 7. num. 9. & 10.* vbi dicit, d. ampliationem non habere locum, quando d. teſtes eſſent inimici, vel paterentur plures exceptiones, vt ibi per eum *Cyriac. d. contr. 238. num. 12.*

4 Limita primò d. declarationem, vt habeat locum quando agitur de furto, cuius nulla remanent veſtigia, quia tunc illius corpus propter difficultatem probationis probatur per præſumptiones, & coniecturas, ſecùs tamen eſt ſi agatur de furto, cuius remanent veſtigia, vt quia illud commiſſum fuerit cum fractura oſtij, capſæ, feneſtræ, vel parietis, quia tunc de d. furto commiſſo cum d. fractura, & de d. fractura conſtare debet per ocularem inſpectionem in forma, vt tradunt *Ianni. de citat. rel. lib. 1. cap. 2. num. 57* quem refert, & ſequitur *Guazzin. d. defen. 4 cap. 7. ſub num. 1.* & ſentit *Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 2. ſub num. 14. Hond. conſ. 90 num. 5. & 30.* vbi id declarat. *lib. 2. Ambroſ. in proceſſ. infor. lib. 1 cap. 1. num. 4. et 28.* & dixi ſupra in verb. *Corpus delicti, Reſol. 1 num. 1.*

5 Limita ſecundò d. declarationem, vt corpus delicti in crimine furti probetur per coniecturas, & præſumptiones quoad effectum informationes aſſumendi, inquirendi, & etiam torquendi, ſi extant contra furem legitima indicia, non autem ad effectum illum condemnandi, vt declarant *Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 2. num. 13. Bonifa. de furt. §. 2 num. 15. Guazzin. defen. 4. cap. 7. num. 4.* qui alias dant concordantes quamplures, & dicunt, quod, ſi reus in d. caſu confiteatur furtum, non poteſt condemnari, niſi verificata confeſſione, & qualitatibus illius, vt ibi per eos, cum quibus pertranſit *Vermigl. conſ. 81. num. 6.* qui negat, in d. caſu, corpore delicti ita probato, poſſe deueniri ad torturam, loquitur tamen, quando illud probatur ex ſola querela partis, vt ibi per eum.

6 Limita tertiò d. declarationem, quod in crimine furti dicitur conſtare de corpore delicti per præſumptiones, & coniecturas, vt habeat locum, dùmodo probetur, pecunias, vel res ablatas fuiſſe in loco furti commiſſi, alias coniecturæ nihil operantur; vt tradunt *Foller. in pract. in verb. Capiat informationem, num. 12. Rolan. conſ. 51. num. 18. lib. 1. Maſcar. de prob. concl. 829. num. 4. lib. 2. Bonifat. de furt. §. 2. num. 10. Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 2. ſub num. 14 & de furt. quæſt. 176. num. 19. & conſ. 158 num. 7. lib. 2. Hond. conſ. 90. num. 16. Guazz. d. defen. 4. cap. 7. num. 1. et Vermigl. conſ. 81. num. 7. et conſ. 266. num. 1. & conſ. 270. num. 3.*

7 Declara d. limitationem, vt non ſit neceſſè, probare res furatas fuiſſe in loco furti præcisè de tempore commiſſi furti, ſed ſufficiat, probare, ſemel, & antea, illa ibi adfuiſſe, cum ex præterito præſumatur in præſens, vt docent *Maſc. d. concl. 829. n. 5.* vbi teſtatur de communi opinione, *Bonif. de furt. §. 2. num. 11. Farin. de inquiſ. d. quæſt. 2. ſub num. 14. & de furt. d. quæſt. 176. num. 18. & d. conſ. 158. n. 7. Hond. d. conſ. 90. num. 18. & ſeq.* vbi dicit, id probari ex aſſertione iurata domini rei furatæ, qui ſit vir bonæ conditionis, & famæ, vt ibi per eum, *Guazz. d. defen. 4. cap. 7. num. 3. Vermigliol. d. conſ. 266. num. 2. & conſ. 268. num. 5.* vbi dicit, hoc procedere, ſi d. præſumptio allegetur à domino rei furatæ, alias ſecus, & ceſſante contraria coniectura, vt ibi per eum.

8 Subdeclara d. primam declarationem, quod coniecturæ, per quas probari dicitur corpus delicti in crimine furti ſunt querela partis, qui ſit vir bonæ conditionis, & famæ, conqueſtiones domini rei furatæ factæ in continenti, qui ſit vir bonæ famæ, acclamationes factæ de nocte à vicinis, fractio oſtij domus ſeù Cameræ, in qua aderant res, quæ dicuntur ſubtractæ, publica vox, & fama, fuga famuli, inuentio ſcalæ ante domum, in qua fuit factum furtum, & aliæ quæ recenſentur per *Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 2. num. 10. & ſeq. & de furt. d. quæſt. 176. num. 3. & ſeq. & in conſ. 158. lib. 2. per Hond. conſ. 90 per tot. lib. 2. per Guazzin. defen. 4. cap. 7. num. 3. 4. ſeq. per Cyriac. d. controu. 238. num. 13. 14. & ſeq. & per Vermigl. conſ. 271. num. 8. & 9.*

ADDITIO.

N. 6. & 7. VBi habetur, quod ad probationem corporis delicti in furto eſt probandum, res furatas fuiſſe in loco furti ſaltem ante factum furtum adde eundem *Farin. conſ. 227. num. 2. lib. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Furtum commiſſum cum ſcalis grauiùs punitur, quam commiſſum ſine illis.*

Et idem eſt in furto commiſſo cum fractura, puta oſtij, parietis, & ſimil. n. 2.

Et in furto commiſſo de nocte, quod grauiùs punitur, quam commiſſum de die, n. 3

Amplia, vt idem ſit in expilatoribus, n. 4.

5 *Furtum commiſſum cum ſcalis in Statu Eccleſiaſtico punitur pœna vitæ, & confiſcationis bonorum.*

RESOLVTIO II.

Furtum commiſſum cum ſcalis an grauiùs puniatur.

1 FVrtum commiſſum cum ſcalis grauiùs eſt puniendum, quam factum, & commiſſum ſine illis, vt tradunt *Peguer. deciſ. 26. per tot. Farinac. de delict. & pœn. quæſt. 20. num. 145.* vbi generaliter loquitur de delicto commiſſo cum ſcalis, & in terminis furti idem ſcribit *in tract. de furt. quæſt. 165. num. 21. & Vermigl. conſ. 269. in princip.*

Aſcenſio enim cum ſcalis aggrauat principale delictum, vt not. *Farinac. in d. quaeſt. 20. num. 145. circa medium, & Peguer. d. deciſ. 26. num. 2.* & ideò nil mirum, ſi illud grauiùs veniat puniendum, vt docent *Farinac. de furt. d. quaeſt. 165. num. 13. & 21. Peguer. d. deciſ. 26. num. 2.* & alij Doctores ſupra adducti.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locũ etiam in furto commiſſo cum fractura, puta oſtij, parietis, & ſimil. quod grauius eſt puniendum, quàm commiſſum ſine fractura, cum illa aggrauet delictum, vt voluerunt *Ang. Fulgoſ. Caſtr. & Capol. in auth. ſed nouo iure, C. de ſeru. fugit. Menoch. de arb. caſu 299. num. 4. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 5. num. 12.* vbi dicit, idem eſſe, ſi illud fuerit commiſſum cum violentia, *Farinac. de furt. quaeſt. 165. num. 23. & quaeſt. 167. num. 27. & Vermigliol. conſ. 26. in princip.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locũ, etiam in furto commiſſo tempore noctis, quod grauius venit puniendum, quàm commiſſum de die, vt voluerunt *Boer. deciſ. 254. num. 16. & ſeq. Petr. Greg. Toloſ. in ſua ſyntagm. lib. 37. cap. 14. num. 2. Didac. Cauter in quaeſt. crim. cap. 8. nu. 25.* quos vnà cum alijs pluribus refert, & ſequitur *Farinac. de furt. d. quaeſt. 165. nu. 15. Menoch. de arbitr. caſ. 296. num. 2.* & hoc non habere difficultatem, dicit *Ripa de noct. temp. cap. 24. num. 3.*

4 Subamplia d. ſecundam ampliationem, vt habeat locum etiam in expilatoribus, qui, ſcilicet viatoribus noctu pallia, & veſtimenta diripiunt, vulgò Cappeggiatori, de quibus *Farin. de furt. quaeſt. 166 num. 48.* quorum furtum improbius appellatur *in l. ſi te expilaſſe 12. C. ex quibus cau. infam. irrogatur,* & ideò grauiùs puniti *l. 1. §. expilatores, ff. de effract. & expila.* & not. *Capol. in d. auth. ſed nouo iure 101. in fin. C. de ſeru. fugit. & Menoch. de arb. caſu 299. num. 1. 2. & ſeq.*

5 Declara d. concluſionem, vt in Statu Eccleſiaſtico, vigore bannimentorum generalium, committens furtum cum ſcalis, & fractura puniatur pœna vltimi ſupplicij, & confiſcationis bonorum, vt tradunt *Farinac. de furt. quaeſt. 167. num. 47. in fin. Vermigl. conſ. 269. num. 4.*

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod aſcenſio cum ſcalis aggrauat delictum adde *Cabal. reſol. crim. caſu 97. num. 15. & 18.* vbi habetur de pœna aſcendentis cum ſcalis ad violandam mulierem, licet furtum commiſſum cum ſcalis non puniri pœna mortis de iure communi, vt not. *Farin. in addit. ad quaeſt. 20. de carc. & carc. num. 145.*

N. 3. Vbi habetur, quod furtum commiſſum de nocte grauius punitur adde *Cabal. reſol. crim. d. caſ. 97. n. 10.*

SVMMARIVM.

1 *Fures plures, qui ſimul aliquid furantur, tenetur inſolidum ad pœnam furti.*

Ita, vt, vno ex eis pœnam ſoluente aliĩ non liberentur, n. 3.

Et idem eſt quoad intereſſe partis, num. 4.

Si tamen vnus totum ſoluat intereſſe, poteſt ab alijs repetere, n. 5.

2 *Maleficia tot dicuntur, quot ſunt delinquentium perſonæ, n. 6.*

6 *Delinquentes plures quando teneantur inſolidum tàm quoad pœnam, quàm quoad intereſſe, remiſſiuè.*

RESOLVTIO III.

Fures plures qui inſimul aliquid furantur an teneantur inſolidum ad pœnam.

1 FVres plures, ſi ſimul aliquam rem furentur, omnes, vti principales inſolidum ad pœnam furti teneantur ad tex. *in l. vulgaris 21. §. ſi duo ff. de furt. & in l. ſi ita vulneratus, 52. §. fin. ff. ad leg. acquil.* & tradunt *Boer. deciſ. 310. nu. 6. 7. & 8. Theſaur. deciſ. Pedem. 254. num. 1. 3. & ſeq. Caball. reſol. crim. caſu 198. nu. 1. & 34 cent. 2. Baiar. ad Clar. §. furtum num. 38. Farin. de furt. quaeſt. 167. nu. 94. Coſta de rata quaeſt. 40. num. 10. & remed. ſubſid. 106. illat. 7. num. 5.* & latè *Guazzin. defen. 33. cap. 23. num. 1. Adden. ad Peguer. deciſ. 26. in fin. Maſſin. de confiſ. bonor. quaeſt. 12. nu. 28. & ſeq. Balth. Tomaſ. in ſuis tract. var. decad. 3. tit. 12. num. 120. fol. mihi 100. Caluin. de aquit. lib. 2. cap. 180. num. 41. & ſeq. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 3. caſu 11. n. 8. Rot. deciſ. 141. num. 3. par. 3. recen.*

2 Tot enim dicuntur maleficia, quot ſunt delinquentium perſonæ *l. ſi plures 34. ff. de tain & famo. libel. lib. 1. C. de condit. furt.* & not. *Alberic. de Stat. lib. 2. quaeſt. 32. num. 6. Cabal. d. caſu 198. num. 1. & ſeq. Guazz. d. defen. 33. cap. 23. num. 1.* vbi alios dat concordantes.

3 Amplia primò d. concluſionem, adeo eſſe veram, vt, vno ex pluribus furibus pœnam ſoluente, alij ab ea non ſint liberati, ſed vnuſquiſque ad illam teneatur *gloſ. in d. l. vulgaris 21. §. ſi duo ff. de furt. & in l. 1. C. de condi. furt.* & not *Boer. d. deciſ. 210. num. 6. & ſeq. Theſaur. d. deciſ. 254. num. 1. 3. & ſeq. Cabal. d. caſu 198. num. 2. & ſeq. Ant. Gomez var. reſ. tom. 3. cap. 1. num. 88. Baiar. ad Clar. d. §. Furtum, n. 38. Farinac. de furt. d. quaeſt. 167. num. 94.* & benè comprobat *Guazzin. d. defen. 33. cap. 23. num. 1 circa medium,* & not. *Adden. ad Peguer. deciſ. 26. in fin.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locũ non ſolum in pœna, ſed etiam quoad intereſſe partis, ad cuius ſolutionem omnes fures in ſolidum tenentur, licèt, vno ex eis ſoluente, alij liberentur à reſtitutione, & emenda damni, cum creditoris non interſit, magis ab vno, quam ab alio habere, ad tex *in d. l. 1 in 2. reſpon. & ibi gloſ. C. de condit. furt.* & docent *Theſaur. d. deciſ. 254. per tot.* quando agitur de furto rei, quæ per vnum ſolum aſportari non poteſt, alias teneantur in ſubſidium vt ibi per eum *Cabal. d. caſ. 198. num. 4 & ſeq.* benè comprobans *Guazzin. d. defen. 33. cap. 23 num. 3* vbi alios dant concordantes, *P. Layman. in ſua Theolog.*

Theolog. moral. ſect. 5. tract. 2. cap. 6. nu. 5. vbi alios adducit ita ſentientes *P. Leſſ. de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 13. dubit. 7. num. 52. Coſta remed. ſubſid. 106. illat. 7 num. 5.* vbi vult, furem teneri in ſolidum in ſubſidiũ, licèt, illum ſolùm pro rata teneri, voluerit in *tract. de rata, quæſt. 40. n. 11.* & benè declarat *Balth. Thomaſ. in d. decad. 3. tit. 12. num. 120.*

5 Declara d. ſecundam ampliationem, vt, vno ex furibus totum intereſſe, ſeù emendam ſoluentem, poſſit pro rata illam à ſocijs repetere, vt voluerunt *Ant. Gomez var. reſ. tom. 3 cap. 1. num. 88. Guazzin. d. defen. 33. cap. 23. num. 3 verſ. ſed benè, P. Laym. in d ſect. 5. tract. 2. cap. 6. num. 5. & Balth. Tomaſ. in d. decad. 3. tit. 12. num. 120. fol. mihi* 100.

6 Quando verò plures delinquentes teneantur in ſolidum tàm quoad pœnam, quam quoad intereſſe partis, tradunt *Ant. Gomez var. reſ. tom. 3. d. cap. 1. n. 88. Cabal. reſ. crim. d. caſ. 198. per tot. cent. 2. Guaz. d. def. 33. cap. 23. per tot. & Coſta de rata quæſt. 40. per tot.* qui alios dant concordantes, ipſos conſulas.

A D D I T I O.

N. 4. VBi habetur, quod plures fures tenentur in ſolidum non ſolum quo ad pœnam, ſed etiam quò ad intereſſe partis, adde licet quò ad damna illius non teneri in ſolidum, ſed in ſubſidium tantum voluerint *Ciriac. contr. 132. num. 46.* vbi concordantes.

S V M M A R I V M.

1 *Res furata reperta penes aliquem facit contra illũ indicium ad torturam.*

Si eſt malæ famæ, aliàs ſecùs.

Et ſi eſt bonæ famæ, non facit inditium, etiam non docto a quo illam habuerit, n. 2.

Fallit concluſio, quando vir malæ famæ docet à quo illam habuerit, n. 3.

Item fallit in Mercatore, Ragatterio, & ſimilibus, n. 4.

Inuentio autem rei debet probari per duos teſtes, n. 5.

Et an ſufficiat d. inuentio ad condemnationem, quando concurrunt alia indicia, à n. 6. remiſſiuè.

R E S O L V T I O IV.

Res furata reperta penes aliquem an faciat contra illum indicium ad torturam.

1 RES furata reperta penes aliquem, ſi ignoretur delinquens, facit contra illum indicium ad torturam, ſi eſt perſona malæ famæ, & conſuetus res furtiuas emere, & apud ſe habere, ſecùs tamen eſt, ſi ſit perſona honeſta, & bonæ conditionis, & famæ, vt tradunt, diuerſas opiniones Doctorum concordando, *Anton. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 13. num. 12. verſ. quod tamen intellige &c. & ibi Adden. litt. E. Clar. in pract. §. furtum, num. 6. & §. fin. quæſt. 21. num. 20.* vbi teſtatur de communi opinione, *Menoch. de præſum. lib. 5. præſum. 29. num. 4. 5. & ſeq.* vbi alios dat concordantes, & reprobat *Dec. tenentem*, neque contra hominem malæ famæ rem furatam indicium facere, vt ibi per eum, *Maſcar. de prob. concl. 831. num. 20. & ſeq. & concl. 833. nu 7. & ſeq. lib. 2. Peguer. deciſ. 73. num. 1. & 2.* vbi dicit, ſecundo d. diſtinctionem bonæ, vel malæ famæ, in illo Senatu fuiſſe reſolutum, latè *Farin. de furt. quæſt. 177. nu. 5.* vbi quamplures alios dat concordantes, etiam de cõmuni opinione fidem facientes, *& conſ. 60. ſeù alias apud eum, num. 17. & 43. lib. 1.* quicquid ſimpliciter dixerit *conſ. 129. num. 3. lib. 2. Guazzin. defen. 17. cap. 2. nu. 4. & 8. & Vermigl. conſ. 267. n. 2.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt res furata reperta penes hominem bonæ famæ non faciat indicium ad torturam contra illum, etiamſi non doceat a quo habuerit rem furtiuam, vt voluerunt *Plot. de in lit. iuram. §. 54. num. 68. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 13. num. 12.* vbi teſtatur de communi opinione, *Maſcar. de prob. concl. 833. num. 8. lib. 2. Farin. de furt. d. quæſt. 177. nu. 4. & Guazzin. d. defen. 17. cap. 2. num. 5. & ſeq.* qui alios dant concordantes, & dicit, hanc ampliationem non habere locum, quando cõtra hominem bonæ famæ, apud quem inuenta fuit res furata adſunt alia indicia, & quando ipſe eſſet famulus, ſeù de domo rei furatæ, vt ibi per eos.

3 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando ille, apud quem reperta fuit res furata, docet, a quo illam habuerit, quia tunc, licèt ſit perſona malæ famæ, non tamen poterit contra eũ deueniri ad torturam, vt not. *Aufrer. ad Capell. Tholoſ. deciſ. 151. num. 3. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 13. ſub num. 12.* vbi teſtatur de communi opinione, *Menoch. de præſum. lib. 5. præſum. 29. nu. 3. Farinac. de furt. d. quæſt. 177. num. 12. Guazzin. d. defen. 17. cap. 2. num. 9. & ſeq.* vbi alios dant concordantes, & dicunt, non ſufficere ſolam nominationem authoris, ſed requiri probationem, vt ibi per eos, & requiri plenam probationem dixit idem *Farinac. conſ. 129. num. 4. lib. 2*

4 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando is, apud quem inuenta fuit res furata, eſt Mercator, ſeù Ragatterius, vel fænerator, quia cum ipſi ſoleant res mobiles, vt plurimum, ab ignotis emere, ideò apud eos res furata reperta non facit contra illos indicium ad torturam, ſiuè ſint bonæ, vel malæ famæ, & etiamſi non doceant de authore, vt tradunt *Rolan. conſ. 47. num. 41. lib. 1. Boſſ. in pract. in tit. de indic. ſub nu. 95. Clar. in pract. d. quæſt. 21. in fin. Farinac. de furt. d. quæſt. 177. n. 8. & ſeq. Guazzi. d. defen. 17. cap. 2. nu. 11.* vbi hoc limitant niſi Regatterij, vel Mercatores retineant d. res furatas in abſcondito, vt ibi per eos & de re furata reperta apud Hebreos fæneratores loquitur *Vermigl. conſ. 275. per. tot.*

5 Declara primò d. concluſionem, quod, vt res furata inuenta penes aliquem faciat contra eum indicium ad torturam, d. inuentio apud eum debet plenè probari per duos teſtes, ita vt vnus non ſufficiat, vt probant *Decia. conſ. 93. nu. 23. & ſeq. lib. 2.* ad quem ſe refert *Baiar. ad Clar. §. furtum. nu. 18.* & ſequitur *Guazz. d. defen. 17. cap. 2. num. 13.*

9 Quando verò res ſurata reperta penes aliquem, ſufficiat ad illum condemnandum, ſi contra eum concurrant alia indicia, puta, mala fama, & ſimilia, vide contrarias Doct. opiniones apud *Farin. de furt. d. quæſt. 177. num. 14. & 15. & apud Guaz. d. defen. 17. cap. 2. num. 10.*

S V M M A R I V M.

1 *Furtum committere non dicitur, qui rem aufert de voluntate domini, nec intrat in d. caſu pœna furti.*
Neque ille, qui cogitat, dominum eſſe promiſſurum, n. 3.
Quod procedit concurrentibus coniecturis, aliàs ſecùs, num. 4.
In quo plurimum facit Iudicis arbitrium, n. 5.
2 *Furtum eſt contrectatio rei alienæ inuito domino lucri faciendi cauſa.*
6 *Furtum in dubio præſumitur factum inuito domino.*
Itaut non credatur domino rei furatæ aſſerenti contrarium, n. 7.
Niſi tamen cum d. aſſertione domini concurrant coniecturæ, n. 8.

R E S O L V T I O V.

[Furtum facere an dicatur, qui rem aufert de voluntate domini.

1 Furtum committere non dicitur, qui rem aufert de voluntate domini rei ſubtractæ, nec actio furti, nec illius pœna in d. caſu locum habet *§. placuit, & ibi gloſ. & communiter Doctor. inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſc. l. qui vas 49. §. qui ex voluntate, & ibi pariter gloſ & Doct. ff. de furt. Clar. in pract. §. furtum, num. 22 Farin. de furt. quæſt. 174. num. 137.* vbi alios adducit, ita ſentientes, & ampliat, etiamſi fur crediderit inuito domino furari, *& Ciriac. contron. 231. num. 42.*

Qui enim habet voluntatem eius, cui res aufertur nõ dicitur delinquere *d. l. quis vas 49. §. qui ex voluntate, ff. de furt. Bertaz. conſ. 224. nu 18. lib. 2. Ciriac.*
2 *d. contr. 132. num. 42.* eum † furtum dicatur contrectatio rei alienæ fraudoloſa lucri faciendi cauſa inuito domino *l. 1. §. furtum, & ibi gloſ. & Doct. ff. de furt. Clar in pract. §. furtum in prin. Boniſ de furt. §. 1. num. 1.* plenè *Farin. de furt. quæſt. 165. num. 5.* vbi dant concordantes.

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum non ſolum in eo, qui rem alterius accipit, volente domino, ſed etiam in eo, qui credidit, dominum eſſe permiſſurum, quia neque tunc poteſt puniri de furto ad tex. *in l. inter omnes 47. §. rectè*, & ibi not. *Bart. & communiter Doctores, ff. de furt. & in §. placuit*, & ibi pariter not. *gloſ. & Doctores Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſc.* & ſcripſerunt *Vitalin. de maleſ. in tit. de furt. num. 5. Iodoc. in pract. cap. 110. nu 10. Ant. Gomez. var. reſol. tom. 3. cap. 5. in princ.* vbi teſtatur de communi opinione, *Farinac. de furt. qu. 174. num. 141.* vbi alios adducit, ita ſentientes, *Caroc. de loc. par. 3. de renoua. locati decla. 6. n. 3. Gratian. conſ. 08. n. 13. inſra. & Vermigl. conſ. 358. n. 5.*

4 Limita primò d. primam ampliationem, vt habeat locum, quando cum aſſertione illius, qui rem alterius accipit concurrunt coniecturæ, quę faciant d. aſſertionem cenſeri iuſtam, & probabilem, vt puta, quando contrectans eſt conſanguineus, vel magnus amicus illius, cuius res fuit ſubtracta, & ſimil. cum tunc non poſſit dici fraudoloſa contrectatio, ſecus, ſi coniecturæ non concurrant, quia tunc tali aſſertioni non eſt ſtandum, aliàs ſequeretur, quod nullus vnquam poſſet puniri de furto, vt declarant *Ant. Gomez var. reſ. tom. 3. cap. 5. num. 1. Menoch. de arb. caſu 298. num. 2. & 3.* vbi aliquas refert coniecturas, *Farinac. de furt. d. quæſt. 174. num. 142. & ſeq.* vbi dicit, quando ſtulta furis credulitas valeat illum excuſare, *& num. 152. Cabal. reſ. crim. caſu 136. num. 13. & ſeq. cent. 2. Hier. Guaz. int. conſ. Farinac. conſ. 178. nu. 5. lib. 2. & Vermigl. conſ. 259. num. 3. & conſ. 261. num. 12. & conſ. 358. n. 5.*

5 Declara primò d. primam limitationem, quod cũ d. aſſertio accipientis rem alienam putando, dominum eſſe permiſſurum, vt dicatur iuſta, & probabilis, pendeat a coniecturis, puta a conſanguinitate, magna amicitia, quod dominus rei ablatæ ſit maximè liberalis, & conſuetus, ita dare, a paruitate rei, & ſimil. quas recenſent Doctores in d. limit. adducti & *Caroc. de locat. d. par. 3. de renouat. locat. declar. 6. num. 3. & ſeq.* ideò id ſit in prudentis Iudicis arbitrio remiſſum, qui, attentis coniecturis, iudicabit, an aſſertio prædicta ſit probabilis, veriſimilis, & iuſta, necne, vt tradunt *Menoch. de arbit. d. caſu 298. nu. 2. & 3.* vbi alios adducit concordantes, & *Hiero. Guazzin. in d. conſ. 178. int. conſ. Farinac. num. 6. lib. 2.*

6 Declara primò d. concluſionem, vt furtum in dubio præſumatur factum contra voluntatem domini ad tex *in d. l. qui vas 49. § vetare, & ibi gloſ. & Bart. ff. de furt. Boſſ. in pract. in tit. de conf. n. 23. Ant. Gomez var. reſ tom. 3. cap. 5. ſub num. 1.* vbi reſpondet contrarijs, & teſtatur de communi opinione, *Menoch. de arbitr. d. caſu 298. num. 6. Baiar. ad Clar. in d. §. furtum, num. 82. Giurb. conſ. 68. num. 12. Farin. de furt. d. quæſt. 174. num. 148.* vbi alios dat concordantes, & dicit, aſſerentem credidiſſe, dominum fuiſſe permiſſurum, teneri id probare, quod intelligo per coniecturas, de quibus ſupra, aliàs male diceret iudicio meo, & repugnaret adductis ſupra in prima limitatione, quam probat ipſemet *Farinac. & alij Doct. ibi adducti.*

7 Amplia primò d. declarationem, adeò eſſe veram, vt neque credatur domino rei furatæ aſſerenti, ſurtum fuiſſe factum de eius voluntate, quia d. aſſertio non impedit, quin poſſit contra furem procedi ad pœnam furti, cum aliàs eſſet in poteſtate domini rei furatæ liberandi furem à pœna furti ad eius libitum, quod non eſt dicendum, vt not. *Bart. in d. l. inter omnes 47. §. rectè, num. 2. ff. de furt. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. d. cap. 5. num. 2. Clar. in pract. in d. §. furtum, num. 22.* vbi teſtatur de communi, & practicata opinione, *Maſcar. de prob. concl. 34. num. 23 lib. 1.*

lib.1. & concl.1132. num.3. lib.3. Menoch. de arbit. d.caſu 298. num.4. Farinac de furt. d. quaſt. 174. nu. 155. vbi alios dat concordantes, *Cabal. reſol. crim. caſu 136. num. 14. cent. 2. & Giurb. d. conſ. 68. n. 12.*

8 Limita d. ampliationem, vt non habeat locum, quando cum d. affectione domini rei furatæ cõcurrunt coniecturæ, puta amicitia, conſanguinitas, paruitas rei furatæ conſuetudo permittendi talia furta, & ſimil. quia tunc d. aſſertio domini, maximè iurata furem excuſaret, & illum liberaret ab omni pœna, vt tradunt *Ant. Gomez var. reſ. tom. 3. d. cap. 5. num. 2. & ibi Adden. litt. A. Clar. in d. § furtum, n. 22.* vbi teſtatur de communi opinione, *Menoch. de arbit. d. caſu 298. num. 4.* vbi dicit d. coniecturas remittendas eſſe arbitrio Iudicis *Farin. de furt. d. quaſt. 174. num. 156. & Cabal. d. caſ. 136. num. 14.* addo *Giurb. conſ. 68. num. 13.* vbi alios adducit quàplures ita ſentientes, *& Balth. Tonaſ. in ſuis tract. variar. tom. 3. de execut. vlt. volunt. tit. 12. num. 1116. limit. 81.*

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod non dicitur committere furtum qui rem aufert de voluntate Domini adde *Farin. conſ. 207 num. 37. lib. 3.* vbi hoc dicit veriſſimum.

SVMMARIVM.

1 *Fur pro tribus furtis punitur pœna vltimi ſupplicij*

Licèt contrarium teneant aliqui Doct. n. 2.

Etiamſi de primis furtis fuerit fur aggratiatus à Principe. n. 3.

Et etiamſi de primis furtis fur fuerit punitus, num. 4.

Quicquid contrarium teneant aliqui, n. 5.

Et etiamſi de d. furtis fuerit fur condemnatus, ſiuè non, num. 6.

Licèt contrarium teneant aliqui Doct. n. 7.

Limita conclusionem, quando furta ſunt diſtincta re, & tempore, aliàs ſecùs, n. 8.

Quod declara, vt n. 9. & 10.

Limita ſecundò concluſionem non procedere in furtis, pro quibus fur fuit abſolutus, n. 11.

Limita tertiò, quando furta fuerunt commiſſa à minoribus 25. annis, num. 12.

Limita quartò, quando furta ſunt parui valoris num. 13.

Licèt contrarium teneant plures Doct. n. 14.

Et quid, quando furta fuerunt commiſſa in diuerſis territorijs, n. 15. remiſſiuè.

RESOLVTIO VI.

Fur pro tribus furtis an puniatur pœna vltimi ſupplicij

1 FVr pro tribus furtis punitur pœna vltimi ſupplicij, cum propter reiterationem delicti efficiatur latro famoſus, qui debet furca ſuſpendi, vt tradunt *gloſ. Cin. Ang. Bal. Caſtr. Sichar. & Capol. in authb. ſed nouo iure, C. de ſeru. fugit.* vbi teſtantur de generali conſuetudine, *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 5. num. 6.* qui pariter teſtatur de communi opinione, & generali conſuetudine, prout teſtatur etiam *Clar. in pract. § furtum, verſ. ſcias tamen &c.* licèt illa ſibi non placeat, *& ibi Baiar. num. 27. Vulpel. conſ. 6. num. 3.* qui hanc dicit veram opinionem, & ita de conſuetudine ſeruari *Farin. de furt. qu. 167 num. 48.* vbi relatis pluribus concordantibus hanc concluſionem pro regula firmat, & hanc eſſe communem, & practicatam opinionem dicit etiam *in conſ. 111 num. 34 lib. 2. Cabal. reſol. crim. caſu 19. nu. 2.* vbi dicit, ita ſeruari de conſuetudine, niſi furta ſint leuia, *& caſu 99. num. 48.* vbi teſtatur de vera, communi, & practicata opinione, *Giurb. conſ. 93. in princip. & Antonel. de tempor. legal. lib. 2. cap. 16. num. 4.*

Committens enim plura furta per reiterationem, & frequentiam delictorum efficitur famoſus, & latro famoſus debet furca ſuſpendi, vt dixi ad tex. *in l. capitalium, 28. § famoſos ff de pan.* & tradunt *Ant. Gomez d. tom. 3. cap. 5. num 6. Cabal. d. caſ. 19. num. 2.* & alij Doct. ſupra adducti.

2 Quicquid contrarium, non eſſe in d. caſu locum pœnæ mortis tenuerint *Butriga. & alij in d. Auth. ſed nouo iure C. de ſeru. fugit. Clar. in d. § furtũ, verſ. ſcias tamen*, & alij relati per *Farinac. de furt. in d. quaſt. 167. num. 49. & 50.* vbi dicit, ita ſeruari in Vrbe, quando furta ſunt modica, & non concurrit qualitas aggrauans.

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiamſi de primis furtis fur fuerit aggratiatus à Principe, vt tenent *Clar. in pract. § furtum, verſ. ſed quid &c.* vbi loquitur in terminis Statuti mandantis furem pro tertiò furto ſuſpendi, & teſtatur de communi obſeruantia, & ibi *Baiar. num. 63. Couar. var. reſol. lib. 2. cap. 10. ſub num. 2. Menoch. de arb. caſu 295. num. 19. Farinac. de delict. & pan. q. 23. num. 11. & de furt. d. quaſt. 167. num. 67. Giurb. d. conſ. 90. num. 15. & ſeq.* vbi dicit, hoc non procedere, quando fur fuit aggratiatus cum clauſula, quod non poſſit allegari, quod furta fuerint commiſſa in præteritum, vt ibi per eum.

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locũ, etiamſi fur de primis furtis fuerit punitus, quia adhuc pro tertio furto puniri poteſt pœna mortis, cum alia duo furta non computentur ad puniendum, vt not. *Aret. de malef. in ver. et veſtem celeſtem, n. 14. et ibi Adden. Couar. var. reſol. lib. 2. cap. 9. ſub num. 7 Clar. in d. § furtum, ver. quæro etiam etc.* vbi dicit, ita ſeruari in practica, & ibi *Baiar. num. 63.* vbi teſtatur de communi opinione, & contrarium tenentes reprobat, *et Farinac. de delict. et pan. quaſt. 23. nu. 8. et de furt. d. quaſt. 167. n. 64.*

5 Quicquid contrariũ tenuerint *Bald. conſ. 348. par. 5. et Gandi. de malef. in tit. de fur. n. 3*

6 Amplia tertiò d. concluſionem, vt tria furta ſufficiant ad condemnandum furem in pœnam mortis, ſiuè de illis fuerit condemnatus, ſiuè non, vt voluerunt *Bal. conſ. 247 poſt prin. par. 5. Ant. Gomez var. reſ. tom. 3. cap. 5. num. 9.* benè comprobans *Baiar.*

ad Clar. in d. §. furtum, num. 59. vbi teſtatur de communi opinione, & reprobat *Decian.* contrarium tenentem, quos ſequitur *Farinac. de delict. & pan. quæſt. 23. nu. 9. & ſeq. & de furt. d. quæſt. 167. nu. 68*

7 Quicquid contrarium teneant *Boer. deciſ. 219. ſub num. 2. & Decian. conſ. 24. num 16. & ſeq. lib. 3.*

8 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locum, quando ſingula furta ſint diſtincta re, & tempore, alias ſecus, ſi enim quis plures res eodem tempore furetur, vnum eſt furtum, vt tradunt *Clar. in pract. §. furtum. nu. 54.* vbi teſtatur de communi opinione, & ibi not. *Baiar. num. 65. Farinac. de furt. d. quæ. 167. num. 71. & 72. Cabal. reſol. crim. d. caſu 99. nu. 49. Bard. de temp. vtil. & conti. cap. 18. nu. 18.* plenè *Graſſ. de excep. excep. 14. num. 26. & Giurb. d. conſ. 93. num. 6. & 9.* & cum eis tenet *Coſt. de ſcien. & ignor. inſpect. 15. num. 1. & ſeq.*

9 Declara d. limitationem, quod ſi fur ex vno loco, diuerſo tamen tempore, ſed continuato, & ſucceſſiuo plures res furetur, vnicum dicitur furtum, non autem plura, cum temporis continuatio vnitatem importet, & ideò pœna mortis in d. caſu non habet locum, vt declarant *Boer. deciſ. 219. per tot.* vbi, reprobatis contrarijs, hanc declarationem benè comprobat, *Conar. var. reſol. lib. 2. cap. 10. nu. 8. verſ. quintò &c. Menoch. de arbitr. caſu 295. num. 20. Baiar. ad Clar. in d. §. furtum, n. 66. & ſeq. Farin. de furt. d. quæſt. 167. nu. 74.* alios adducens concordantes *Giurb. d. conſ. 93. num. 5. 6. & 9.* benè pariter comprobans, & alios adducens, ita ſentientes, *Graſſ. d. excep. 14. num. 67. Cabal. d. caſu 99. n. 49. & Bellon. de bis qua fiant in contin. cap. 97. n. 13.*

10 Amplia d. declarationem illatiuè, quòd ſi vna nocte, continuato tamen tempore, fur faciat plura furta, in diuerſis locis, etiam diuerſarum rerum vnicum dicitur furtum, ita vt pro eo fur non poſſit ſuſpendi, vt ſcripſerunt *Capol. in d. auth. ſed nouo iure num. 72. C. de ſeru. fugit.* dicens, ita in Ciuitate Veronæ fuiſſe ſeruatum, nec non *Conar. Plaz. & Baiar.* quos refert, & ſequitur *Farinac. de furt. d. quæſt. 167. num. 75.* & de pluribus furtis commiſſis eadem die tradunt *Coſta de ſcien. & ignor. d. inſpect. 15. n. 2. Giurb. d. conſ. 93. nu. 6.* qui dant concordantes, & *Ripa de noct. tep. c. 45. n. 2.* benè comprobans.

11 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in furtis, pro quibus fur licèt inquiſitus, fuit tamen abſolutus, quæ non faciunt numerum, neque aggrauant furta ſubſequentia, cum abſolutio excludat, quòd illa fuerint commiſſa, vt not. *Caſſan. ad Conſuet. Burgun. §. 5. ſub num. 16. fol. 160. Baiar. ad Clar. §. furtum, num. 63.* qui tamen eſt dubius ob *conſ. Celſ. Vgon. 85.* per eum relatum, *Bonif. de furt. §. fin. num. 38.* quem refert, & ſequitur *Farin. de furt. d. quæſt. 167. num. 81.* dicens, limitationem eſſe veriſſimam, etiamſi fur fuerit abſolutus ex eo, quia furtum non fuit probatum, vt ibi per eum.

12 Limita tertiò d. concluſionem, vt habeat locum, quando furta plura fuerunt commiſſa a maioribus viginti quinque annis, ſecùs tamen ſi à minoribus, quia illi non debent pro d. furtis ſuſpendi, ſed alia pœna citra mortem ſunt puniendi, vt poſt *Caccial. Fulg. Dec. Oſaſch.* & alios per eum adductos firmat *Cabal. reſ. crim. caſu 134. num. 1. & ſeq. cent. 2.* vbi teſtatur de communi opinione, & limitat, hoc non habere locum, vbi per ſtatuta minores habentur pro maioribus, puta, poſt decimum octauum annum, & ſimil. quia tunc pœna non minoratur, vt ibi per eum *num. 11.* quem ſequitur *Vermigl. conſ. 261. num. 6.* nec non *Antonel. de temp. legal. lib. 2. cap. 10. num. 4.* vbi alios dat concordantes.

13 Limita quartò d. concluſionem, vt non habeat locum in tribus furtis parui valoris, pro quibus non eſſe imponendam pœnam mortis, ſed aliam mitiorem voluerunt *Iaſ. in §. ex maleficijs, num. 1. Inſt. de actio. Alex. conſ. 110. num. 7. lib. 4. Bonifac. de furt §. fin. num. 44. Farinac. de furt. d. quæſt. 167. num. 79.* vbi alios dat concordantes, & dicit, hanc limitationem eſſe de iure veriorem, & in practica ſeruatam, prout teſtatur etiam ibi *nu. 50.* cum quibus pertranſit *Cabal. reſol. crim. caſu 19. nu. 3. cent. 1.* vbi dicit, ita vidiſſe ſeruari in Tuſcia.

14 Licèt contrarium teneant *Grammat. vot. 9. num. 25. & voto 17. num. 5. Menoch. de arb. d. caſu 295. num. 17. Baiar. in d. §. furtum, num. 28. & 29. & num. 88. Maſcar. de prob concl. 838. num. 6. lib. 2.* & alij relati per *Farinac. in d. quæſt. 167. num. 81. & per Cabal. d. caſu 19. num. 2.* vbi dicit, illam opinionem veram, & *caſu 99. num. 48 cent. 2.* vbi teſtatur de vera, communi, & ſeruata opinione, cum quibus pertranſit *Farinac.* ſibi contrarius *de delict. & pan. quæſt. 23. num. 4.*

15 Quid autem ſtatuendum ſit, quando non omnia furta fuerunt commiſſa in territorio, in quo pro vltimo furto reus eſt carceratus, an d. furta commiſſa extra territorium faciant numerum cum vltimo furto ad effectum, vt fur pœna mortis puniri poſſit, vide *Farin. de furt. d. quæſt. 167. nu. 56. & ſeq. & Giurb. d. conſ. 93. num. 2.* vbi faciunt concluſionem affirmatiuam, & quamplures adducunt concordantes, ipſos conſulas, qui plures d. concluſioni accomodant limitationes, quas hic ſimpliciter tranſplantare non eſt noſtrum.

SVMMARIVM.

1 *Pœna furis pro primo furto non eſt pœna mortis, ſed pœna extraordinaria.*

Neque etiam pro ſecundo furto, licèt pro illo acriùs puniatur, num. 2.

Licèt aliqui pro ſecundo furto voluerint, intrare pœnam mortis, n. 3.

Etiamſi primum furtum ſit magnum, non intrat pœna mortis, n. 4.

Licèt contrarium teneant plures Doct. n. 5.

Quod verò dicatur furtum magnum, remittitur arbitrio Iudicis, n. 6.

Secùs tamen eſt, ſi furtum ſit commiſſum cum magna qualitate aggrauante, quia tunc intrat pœna mortis, n. 7.

8 *Statuta locorum ſunt attendenda, quoad pœnam furibus imponendam.*

RESO:

RESOLVTIO VII.

Pœna furis pro primo furto an ſit pœna mortis, vel extraordinaria.

1 Pœna furis pro primo furto nõ eſt pœna mortis, nec abſciſſionis membri, ſed vt plurimùm eſt pœna fuſtigationis, vel alia extraordinaria Iudicis arbitrio, vt tradunt *gloſ. Butrig. Odofr. Angel. Fulgoſ. & Capol. in Auth. ſed nouo iure, C. de ſeru. fugit. Iodoc. in pract. cap.* 110. *num.* 27. vbi teſtatur de recepta conſuetudine, *Menoch. de arbitr. caſu* 295. *nu.* 6. *& ſeq. Peguer. dec.* 16. *num.* 3. *& deciſ.* 26. *num.* 4. *& deciſ.* 27. *num.* 1. *Caual. in ſpec. comm. contra comm. quæſt.* 741. *nu.* 1. vbi hanc dicit receptiſſimam opinionem, *Giurb. conſ.* 68. *num.* 24. *Farinac. de furt. quæſt.* 167. *num.* 33. *& plurib. ſeq.* vbi dicit, quod in Alma Vrbe pro ſimplici furto non ſemper fures fuſtigantur, ſed quandoque mitius puniuntur, puta, pœna trium funis ictuum, exilij, vel vtraque iuxta furti quantitatem, & perſonæ qualitatem Iudicis arbitrio, & alios dat concordantes, & contrarijs benè reſpondet, & præcipuè tex. *in cap.* 1. *§. ſi quis quinque de pace tenen. in vſib. feud.* vt ibi per eum, cum quibus pertranſeunt *Ant. Gomez var. reſol. tom.* 3. *cap.* 5. *ſub num.* 9. *Clar. in pract. §. furtum, ſub num.* 8. *Caball. reſol. crim. caſu* 172. *num.* 6. *cent.* 2. *Vermigl. conſ.* 269. *num.* 1. *& conſ.* 270. *num* 2 vbi loquitur etiamſi furtum ſit magnũ, *& Criſp. caſ. mil.* 24. *n* 9.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt pœna mortis fur puniendus non ſit, non ſolum pro primo furto, imò neque pro ſecundo furto, licet pro ſecundo furto pœna grauior ſit ei imponenda, quia licèt furandi conſuetudo inducatur per duas vices, vt tamen pœna mortis imponatur, tria requiruntur furta ſaltem de generali conſuetudine, vt voluerunt *Butrig. Bald. Fulg. Salic. Aret. & Capoll. in d. auth. ſed nouo iure C. de ſeru. fugit. Iodoc. in pract. in d. cap.* 110 *num* 27. vbi dicit, furem tunc puniri auriculæ, vel manus abſciſſione, vel alia pœna corporali, *Ant. Gomez var. reſol. tom.* 3. *cap.* 5. *num.* 5. vbi dicit, apud eum, furem tunc puniri pœna flagellorum, & abſciſſionis auriculæ, *Boniſ. de furt. § fin. num.* 68. late *Farinac. de furt. d. quæſt.* 167. *num.* 42. *& ſeq.* vbi dicit, in Alma Vrbe furem pro ſecundo furto rerum non modicæ quantitatis, vel cum qualitate aggrauante, aut fuſtigari, vel in exilium mitti, vel ad triremes, vt ibi per eum.

3 Quicquid contrarium, imò pro ſecundo furto intrare pœnam mortis, tenuerint *Gandi. de maleſ. in tit. de furib. ſub num.* 1. *Vitali de maleſ. in tit. de furibus, num* 9. *Adden. ad Ang. de maleſ. in verb. & veſtem celeſtem ſub num.* 12. & alij relati per *Farinac. de furt. d. quæſt.* 167. *num.* 43.

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locũ, etiamſi primum furtum ſit magnum, quia neque pro eo imponi debet pœna mortis, cum hoc in iure non reperiatur cautum, vt voluerunt *Fulgoſ. in d. auth. ſed nouo iure, C. de ſeru. fugit.* vbi dicit, quod contraria ſententia *Bald.* non eſt vera, & ibi *Caſtr. Salic. Aret.* vbi dicit, contrariã opinionẽ eſſe reprobatam cõmuniter, & in practica non ſeruari, *Sicar. & Capol.* vbi contrarijs reſpondet *Ant. Gomez var. reſol. tom.* 3. *cap.* 5. *num* 7. *& ibi Adden. litt. D.* qui teſtantur de veriori, æquiori, & magis communi opinione, *Clar. in pract. §. furtum, ver. ſed an pro vno furto &c.* vbi teſtatur de communi, & practicata opinione, *Didac. Canter. quæſt. crim. cap.* 8. *num.* 10. *in fin. ver. contrariam &c.* vbi hanc dicit veriorẽ opinionem, a qua ipſe non auderet recedere, licèt alia in practica ſeruetur plenè *Farin. de delict. & pœn. q.* 23. *n.* 3. vbi teſtatur de magis communi, & practicata opinione *furt. d. quæſt.* 167. *num.* 47. vbi alios dat concordantes, & dicit, ita vidiſſe ſemper ſeruari in Vrbe, & ſi quandoque contrarium fuit ſeruatum dicit id eueniſſe vigore bannimentorũ, quibus ceſſantibus dicit, quod iudex hanc debet ſeruare opinionem, & non errabit, vt ibi per eum, & hanc opinionem veriorem, & magis communem dicit *Cabal. reſol. crim. caſ.* 18. *n.* 2. *cent.* 1. licet ipſe illam non ſequatur. *& Vermigl. conſ.* 261. *num.* 1. *& conſ.* 269 *num.* 3. vbi hanc dicit veriorem, & magis in practica ſeruatam opinionem, & idem dicit in *conſ.* 270. *in prin.* nec non etiam *Facbin. contr. iur lib.* 9. *cap.* 91. *in fin. & Giurb. d. conſ.* 68. *num.* 24.

5 Licèt contrariam opinionem, imò pro furto magno imponi poſſe pœna mortis tenuerint, *Bald. in auth. ſed nouo iure nu.* 3. *C de ſeru. fugit. Ang. de maleſ. in verb. & veſtem caleſtem, num.* 13. vbi dicit, ita practicaſſe in Ciuitate Peruſij, *Menoch. de arbit. caſ.* 295. *n.* 9. vbi teſtatur de magis communi opinione *Peguer. deciſ.* 27. *num* 6. *& ſeq.* vbi dicit, ita pluries fuiſſe ſeruatum in illo Senatu, licèt dicat, ex cauſa poſſe a d. pœna recedi, vt ibi per eum *Baiar. ad Clar. in §. furtum, n.* 42. *& ſeq.* vbi hanc dicit magis communem opinionem, *Caual. in ſpec. com. contra com. quæſt.* 741. *num.* 4. *& ſeq.* vbi hanc *Bald.* opinionem dicit receptiſſimam, licèt poſtea dicat remitti Iudicis arbitrio, qui ſequi debet æquiorem opinionẽ, vt ibi per eum *& Cabal. reſol. crim. d. caſ.* 18. *n.* 1. *& ſeq. cent.* 1. latè comprobans, licèt contrariam opinionem dicat veriorem, & magis communem, quæ etiam vti æquior eſt ſequenda, cum pœnæ potius ſint minorandæ, quam extendendæ *Criſpol. d. caſ.* 24. *num.* 6.

6 Declara d. ſecundam ampliationem, quod cum iure nõ ſit diffinitũ, quodnam dicatur magnũ furtum, ideò prudentis Iudicis arbitrio id ſit relinquẽdum, vt tradunt *Menoch. de arbit. d. caſ.* 295. *num.* 10 *Peguer. d. deciſ.* 27. *num.* 7. vbi vult attendi morem regionis, *Cabal. d. caſu* 18. *num.* 11. *& ſeq. Giurba conſ.* 68. *num.* 20. *Farin. de furt. quæſt.* 165. *num.* 19. vbi plura proponit in hoc attendenda, & præcipuè qualitatem furantis, & eius, cui facit factum furtum, *Vermigl. d. conſ.* 269. *num.* 5. *& d. conſ.* 270. *n.* 4. *Giurb. d. conſ.* 68. *num.* 20. & furtum dici magnum etiamſi inter plures diuiſum quælibet pars non ſufficeret ad magnum tradit *Ant. de Ball. tract. crim. lib* 3. *caſ* 11. *num.* 8.

7 Limita d.concluſionē, vt nō habeat locum in furtis commiſſis cum magna qualitate aggrauante, vt puta in furto facto coadunatis hominibus armatis, fracto oſtio domus, & per vim, & ſimil. quæ puniuntur pœna mortis, vt not. *Boer. deciſ.173. in prin. & num.8. Farinac. de furt.d. quæſt.167. num. 23. Cabal. d.caſu 18. num.3. & num. 8. & ſeq.* vbi refert, ita pluries fuiſſe executum, *Criſpol.d.caſu milit. 24. num.9. Vermigl. d. conſ. 261. in prin.* & ſentit *Pegner.d.deciſ.27.in fin. Giur.d.conſ.68.n.19*

8 Declara d.concluſionem, quod circa pœnam infligendam furibus pro furtis per eos commiſſis ſeruanda ſunt ſtatuta locorum, vt docent *Bar. Bal. Fulgoſ.Salic.Sicar. & Capol.in d.auth.ſed nouo iure C.de ſeru.fugit.* nec non *Couar.var reſol.lib.2.cap.9 num.7. Bonifat.de furt. § fin. ſub num.58. & Farin. de furt. in d. quæſt.167. num.40.* vbi alios dat concordantes, & teſtatur de communi opinione, & in Statu Eccleſiaſtico adſunt bannimenta generalia de d. pœna diſponentia, & in Regno Neapolitano adeſt Pragmatica, de qua mentionem facit *Ant. de Bal.tract.crim.lib 3. caſu 10.num.6. & ſeq.*

S V M M A R I V M.

1 *Fur repertus in loco cum re furata poteſt ibi puniri licèt non ſit ſubditus,*

Contrarium tenent plures Doctores, n. 2.

Maximè ſi fur a principio habuit animum rem furatam alio transferendi, n.3.

Si tamen fur permanſerit in loco contrectationis ſaltem per vnum diem, n.4.

Contrarium tenent plures Doctores, n.5.

Et quando fur in loco contrectationis fuit apprehenſus cum re furata, aliàs ſecùs, n.6.

Iudex tamen loci contrectationis requiſitus tenetur furem remittere ad Iudicem competentem, num. 7.

Licèt contrarium teneant aliqui, n.8.

Et Iudex loci contrectationis quatenùs, non ſit competens debet furem ejicere de Ciuitate, n.9.

RESOLVTIO VIII.

Fur repertus in loco cum re furata an poſſit ibi puniri licet non ſit ſubditus.

1 FVr ſi reperiatur in loco cum re furata poteſt ratione contrectationis, d. rei furatæ ibi puniri, licèt Iudici d. loci non ſit ſubiectus, nec ratione delicti, nec ratione originis, ſiuè domicilij, vt tenuerunt originaliter *Bart. in l. ſi dominum, 48. num.2. ff. de furt. Caſtr. in l. ſiuè manifeſtus 30. num.13. ff. de condit. furt.* vbi dicit, ita practicari per totum Mundum, *Angel. de malef. in ver. & veſtem celeſtem, num.16. Boer. dec. 13. num.17. & deciſ. 218. num.2.* vbi dicit, ita ſeruari in practica, *Foller. in pract. in verb. audiantur excuſatores, num.64.* vbi dicit, ita fuiſſe bis iudicatum in Sacr. Conſilio, vt teſtatur etiam *Capic. deciſ. 104. per tot. Viui.opin.177. lib.1. in fin.* vbi teſtatur de communi opinione, & in practica ſeruata, *Pegner.deciſ.28. per tot.* vbi hanc opinionem latè comprobat, & dicit, ita apud eos ſeruari in practica, *Vinc.de Franch.deciſ.681. per tot.* vbi dicit, ſecundum hanc opinionem Sacr. Conſilio iudicaſſe *Cabal.reſol.crim.caſu 563.in fin.cent.2.* vbi poſt relatam vtramque opinionem dicit, ipſum mutato conſilio tranſiuiſſe cum opinione *Bart.* ob obſeruantiam Curiarum, licèt prius pro contraria opinione notaſſet, vt ibi per eum *Capiblan.de Baron. pragm.8. num. 234.* vbi dicit, ita fuiſſe apud eum ſeruatum, quam opinionem comprobat *Carlenal. de iudic. quæſt.2. diſput.7. ſect.1. num. 720. & ſeq. tom.1.* & alios quamplures dat concordantes, & contrarijs reſpondet, & dicit, ita eſſe ſeruandum, prout ſeruari, vti vtilius Reip. dicit *Vermigl.conſ. 271. num.3.*

Propter enim nouam contrectationem rei furatæ in loco factam per furem, ibi videtur, nouum furtum committere, & ideò vigore illius noui furti poteſt Iudex loci contra eum procedere, & illum punire vt tradunt *Bart.in d.l ſi dominium 48. num. 2. ff. de furt. Guazzin.defen.1. cap.15.nu.1. Carlenal. d.ſect. 1. num.720. & ſeq.* & alij Doct. ſupra adducti.

2 Contrariam tamen opinionem, imò Iudicem loci, in quo fur inuentus fuit cum re furata in alio loco, ſi non ſit illius ſubditus, non poſſe contra eum procedere tenuerunt *Salic.in l ſi abducta 10.num.6 C.de furt.* plura adducit contra opinionem *Bart. Adden. ad Ang. de malef.in d.ver.& veſtem caleſtem, ſub num.16.* dicentes, *Bart.* opinionem eſſe falſam, & reprobatam a quampluribus Doctoribus, *Couar, pract.quæſt.cap.11.num.9. Capol.conſ.crim.59.in fin.* vbi dicit, hanc opinionem eſſe veriorem, æquiorem, & magis communem, quem ſequitur *Boſſ. in pract.in tit.de furt num.18. Rim.Iun.conſ.106.nu. 11. inter conſ.crim.diuerſ.lib.1.* vbi dicit, contrariam *Bart.* opinionem eſſe reprobatam, *Clar. in pract.§. fin. quæſt. 38. verſ.tu ſcis &c.* vbi dicit, ita eſſe tenendum, & quod, ita ſeruatur in Statu Mediolani, quam opinionem ſequuntur *Farinac.de inquiſ. quæſt.7. num.7.verſ.ſed contra Bart.* vbi dicit, ita eſſe tenendum, *& de furt. quæſt.174.num.54.et ſeq.* vbi tamen manet dubius latè *Decia.tract.crim. lib.4.cap.17.num.15.& lib.6.cap.28. num.4.* alios adducens concordantes, *Fachin. contr.iur. lib. 9. cap.19.* vbi contrarijs reſpondet, *Caual.in ſpecul. comm.contra comm.quæſt.118. verſ.ſed contrariam &c,* vbi hanc opinionem dicit veriorem, & magis communem, & ita vidiſſe, ſemper ſeruari, cũ qua videtur ſentire *Guaz.def.1.cap.15.in fin.*

3 Amplia primò d.concluſionem in practica magis ſeruatam, licet contraria videatur magis cõmunis, & fortè verior, vt eo magis habeat locum, quando fur a principio furatus eſt eo animo, vt furtum ad alia loca contrectaret, quia tunc, illum puniri poſſe in loco contrectationis, voluerunt *Alex. ad Bart. in d.l ſi dominium 48. litt. A. ff.de furt. Adden. ad Angel.de malef. in ver. & veſtem celeſtem, num 15 Bonif.de furt. §. contrectatio, num.20. & 29.* quem

relo-

referendo ſequitur *Farina. de furt. d. quæſt. 174. num. 61.* vbi dicit, ex breuitate temporis furti ad tempus contrectationis, & ex vicinitate loci ipſius furti ad locum contrectationis argui animum furis à principio contrectandi rem furatam ad alium locum, vt ibi per eum.

4 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locum, dummodo fur, qui rem furatam ad alium locum contrectauit, permanſerit in loco contrectationis ſaltem per vnum diem, alias ſecùs, ſi ibi faceret paruam moram, quia non diceretur facere nouam contrectationem, & non poſſet ibi puniri, vt voluerunt *Bald. in l. qui furere 20 ff. de ſtatu. homi. Adden. ad Angel de maleſ. in d. ver. & veſtem celeſtem ſub num. 16 Bonif de furt. §. contrectatio, nu. 27. & 29.* quos vna cum alijs refert, & ſequitur *Farinac. de furt. d. quæſt. 174. num. 57. & Marſil. ſingul. 677. num. 2. Boer. deciſ. 13. nu. 48. & Bertaz. conſ. 40. nu. 5. lib. 1.*

5 Contrariam tamen opinionem tenet *Capic. d. deciſ 104. num. 2. & 3.* vbi dicit, ita fuiſſe reſolutum in illo S. C. Conſilio, puniendo furem inuentum cũ re furata, licèt in loco non ſteterit per vnam diem, quem ſequitur *Caball. d. caſu 163. in fine.*

6 Limita ſecundò d. concluſionem, vt habeat locũ, quando fur in loco contrectationis rei furatæ fuit appræhenſus cum re furata, quia tunc Iudex d. loci poteſt contra eum procedere, & illum punire, ſecùs tamen eſt, ſi fur cum re furata ſolùm per locum pertranſierit, & ad alium locum migrauerit, quia tunc Iudex loci tranſitus non poteſt contra eum procedere, vt poſt *Nell. & Bald.* per eum adductos declarat *Carleual. de iudic. d. diſput. 2. quæſt. 7. ſect. 1. num. 725*

7 Declara d. concluſionem, quod, licèt Iudex loci, vbi fur fuit apprehenſus cum re furata, dicatur competens, ratione nouæ contrectationi, ad illum puniendum, ſi tamen ſit requiſitus à Iudice loci, vbi factum fuit primum furtum tenetur illum ad eum remittere, vel poſt *Couar. Anna. Bonadill. & Perez.* per eum relatos tradit *Carleual. de iudic. d. diſput. 2. quæſt. 7. ſect. 1. num. 726.* vbi hanc declarationem comprobare conatur.

8 Licèt contrariam opinionem, imò furem cum furto apprehenſum non eſſe remittendum ad Iudicem, in cuius loco furtum primò commiſſum fuit, bis deciſum fuerit in Sac. Conſilio Neapolitano teſtatur *Foller. in pract. in ver. Audiantur excuſatores num. 64. & Capic. d. deciſ 104. ante fin. Vinc. de Franch. dict. deciſ. 681. per tot. & Regens Tapia in pragm 1. num. 17.* vbi de delicto quis debet conueniri, *lib. 3. Iuris Neapol. rub. 6.*

9 Addo prædictis pro coronide, quod, ſi tibi forte placeret ſecunda opinio contra *Bart.* quòd Iudex loci, vbi res per furem fuit aſportata, non poſſit illum punire, d. tamen Iudex debeat furem è loco eijcere, & liberè dimittere, prout ſæpiſſimè ſeruaſſe Senatum Mediolani teſtatur *Clar. in d. quæſt. 38. ver. tu ſcis &c. in fine*, cum quo tenent *Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 7. num. 7. in fin.* vbi dicit, quòd, ſi Iudex delicti illum requireret, ipſe illum ei remitteret; vt ibi per eum loquentem in terminis dictæ ſecundæ contrariæ opinionis, & d. furem eſſe eijciendum : loco, etiam iniuncto ei exilio, & reſtituta re furata, tenent etiam *Guazzin. d. defenſ. 1. cap. 15. in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Filius, ſurripiendo rem patris, licèt furtum committere dicatur, non tamen tenetur de furto.*
Ita vt neque Iudex per inquiſitionem paſſis contra eum procedere, num. 3.
Quod non habet locum, ſi furtum factum patri ſit graue, num. 4.
Contrarium tamen tenent plures Doct. nu. 5.
Tenentur tamen opem præſtantes filio patri furtum facienti, num. 6.
Licèt contrarium teneat Giurb. *relatus, nu. 7.*
Datur tamen actio patri contra filium pro reſtitutione rei ablatæ, num. 8.
2 *Filius, viuente patre, dicitur quaſi dominus bonorum paternorum.*
9 *Furtum domeſticum commiſſum per alias quomodo ſit puniendum remiſſiuè.*

RESOLVTIO IX.

Filius ſurripiendo rem patris licèt dicatur furari attamen teneatur de furto.

1 FIlius ſi rem patris ſurripiat, & ſi furtum committere dicatur, criminalis tamen actio non datur patri contra eum, inſpecta patriæ poteſtatis ratione, ad tex. in §. hi qui, & ibi gloſ. & Doct. *Inſt. de oblig. quæ ex delict. naſc. & in l. ne cum filio familias 16. & in l. ſeq. & ibi gloſ. & Doct. ff de furt.* & tradunt *Boſſi. in pract. in tit. de furt. num. 27. Petr. Greg. Tholoſ. in ſintag. iur. vniuer. lib. 37. cap. 12. num. 2. Farinac. de furt. quæſt. 174. num. 99.* vbi alios dat concordantes, *Caball. reſol. crim caſu 204. num. 8. cent. 3. Decia. trac. crim. lib. 3. cap. 13. nu. 2. Paſca. de patr. poteſt. par. 4. cap. 5. num. 2. in fin.* latè *Giurb. conſ. 68. n. 4. & ſeq. & n. 27.* vbi neque patri licere in d. caſu Iudicem adire, vt per viam coerctionis filium puniat, vt ibi per eum. *Vermigl. conſ. 259. num. 1. & conſ. 261. nu. 2.* vbi loquitur de filio naturali excuſando ſaltem à pœna furti ordinaria, & *P. Layman. in Theol. moral ſec. 5. tract. 3 cap. 1. num. 4.*

2 Cum enim filius, viuente patre, dicatur dominus, vel ſaltem quaſi dominus bonorum paternorum. *l. in ſuis 11 ff. de libe. & poſth. Paſcal. de patr. poteſt. par. 4. cap 1. num. 4. in fin. & Giurb. d. conſ. 68. num. 8. ver. ſecundò reſpondeo, &c.* ideò non dicitur propriè auferre rem alienam, in qua tantùm cadit furtum, vt dicit *Giurb. loc. cit.* vel ſaltem, cum potuerit credere, id ſibi de iure licere, d. credulitas, licèt iniuſta, debet illum excuſare, vt poſt *Gramm. Alex. & Cornaz.* per eum adductos tradit *Giurb. ibi & nu. 6.* vel quia non congruit, quod inter patrem,

& filium

& filium datur actio famoſa, vt voluit *Vermiglio. conſ.36.nu.8.& d. conſ.259.in prin.* & aliam rationem afferunt *Adden.ad Otnot.in d.§.bis qui inſt. de oblig.quæ ex delict.naſc.et Paſcal.d.par.4.cap.5.ſub num.2.* quam vide ibi per eos.

3 Amplia primò d.concluſionem, vt neque Iudex ex officio, & per inquiſitionem poſſit contra filiũ patri bona ſuccipientē procedere, vt not. *Aret. in d.§.bi qui num.6.& ibi Io.Otnot num.2.Inſt.de oblig. quæ ex delict.naſc.* qui loquuntur, quando furtum eſt leue, cum quibus pertranſit *Caball.d.caſu 204. num.12.Giurb.d.conſ.68.ſub nu.5.* vbi dicit, totum licere patri in d.caſu filium moderate caſtigare, *et num.17.& 23.Farinac.de furt.d.quæſt 174.num.110.* vbi loquitur in furto magno, & ſentit *Vermiglio. d. conſ. 261. num. 2.*

4 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locũ in furto facto per filium patri, quod eſt leue, ſecùs tamen eſt, ſi illud ſit magnum, & graue, quia pro illo dari patri actionem furti contra filium, innuere videtur tex. in *l.accipiendum 11. §. furta ff. de pæn.* & voluerunt *Ant.Gomez var.reſol.tom.3.cap.5.n.3.* vbi teſtatur de communi opinione, & ibi *Adden. litera C.* vbi dicit, in d. caſu ſententiam eſſe proferendam per Iudicem ſecundum voluntatem patris vt ibi per eum, *Io.Otnot.in d.§. bi qui num.2.inſt.de oblig.quæ ex delict.naſc.Petr. Greg.Tholoſ.in d.lib. 37.cap.12.num.1.& ſeq.Caball.in d.caſu 204.nu.1. & ſeq.et Farinac.de furt.in d. quæſt.174. num.112.* vbi alios dat concordantes quamplures.

5 Contrarium tamen, imò neque pro furto magno dari furti actionem patri contra filium, tenuerunt *Molin.de iuſti.et iur.diſp.686. num.6. & Giurb.* qui illum referendo ſequitur, *d. conſ. 68. num.26.* vbi dicit, d.contrariam opinionem iure non probari, & illam habere locum in furto domeſtico facto per alios non tanto vinculo coniunctos, prout eſt filius, & quòd *Farinac.* in loc. ſupra adducto errauit, maximè, cum aliqui Doctores loquantur non in filio rem patri ſurripiente, vt ibi per eum benè comprobantem.

6 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in conſulente, & opem ferente, & auxilium filio ad faciendum furtum patri, quia, licèt filius non teneatur de furto, vt ſupra, tamen contra opē, conſilium, vel auxilium filio præſtantem benè datur actio furti *§. vnde, & illud quæſitum, et §.bi qui et communiter Doct.* & præcipuè *Io. Otnot. num.6. Inſt.de oblig.quæ ex delict. naſc. et l. qui ſeruo 36. §. item placuit ff.de furt.* & tradunt *Ang de malef in ver. et veſtem caleſtem num.30.in fin.Bonif. de furt. §.animo lucri faciendi nu.158.et num.216.& Card. Tuſc.pract.concl.in ver.furtum concl.555. num. 31.* quos refert, & vna cum alijs pluribus ſequitur *Farinac.de furt.q.168.num.38.et quæſt.174. num.116.*

7 Licèt contrarium, imò auxiliatorem in d. caſu nulla pœna eſſe puniendum, tenuerit late comprobando *Giurb.d.conſ.68.num.13. et ſeq.*

8 Declara d. concluſionem, quòd licèt patri non detur actio criminalis pro furto contra filium, datur tamen ei actio in factum, vt damnum patri illatū per eum factum reſtituat, ſi filius habeat fortaſſe peculium caſtrenſe, vel quaſi, vel aduentitium, cuius vſusfructus patri non quæratur ad tex. in *l. ſi quis vxori 52. § ſi filius meus, et ibi gloſ.ff. de furt.* & not. *Molin de iuſti.et iur.d.diſp.686.num.3. Lazar.de monit.ſect.1.quæſt.8.num.6. Giurb.d.conſ. 68.num.5.* vbi alios adducit concordantes, & dicit idem competere filio exiſtenti extra patriam poteſtatem aduerſus patrem pro recuperatione rei per patrem ablatæ, vt ibi per eum, *Vermiglio. conſ.36.nu.8. et P.Laym.d.ſect.5.tract.3.cap.1.n.4.*

9 Quomodo verò, & qua pœna puniendum ſit furtum domeſticum commiſſum per alios, quam per filium, puta per vxorem, ſeruum, conſanguineum, & ſimiles, tradunt latè *Farinac.de furt.d.quæſt.174. num.95.et plur.ſeq. Caball. reſol.crim.caſu 204.per tot.cent.3.P.Layman.in d.cap.1.num.4.et Vermigl. conſ. 261.per tot.et conſ. 400. pariter per tot.* ipſius conſulas.

S V M M A R I V M.

1 *Furtum non committitur ab eo, qui furatur ei, à quo non poteſt aliter conſequi ſuum creditum.*

Amplia procedere etiam in famulo auferente domino pro ſuo ſalario, num. 2.

Quod non habet locum, quando ex d. ſubreptione generaretur ſcandalum, num. 3.

Neque, quando poteſt haberi copia Iudicis, et in alijs caſibus, vt num. 4.

Quod declaratur, num. 5.

6 *Furtum non committitur per ſurripientem rem ſuam apud alium exiſtentem, quando aliter non poteſt illam recuperare.*

R E S O L V T I O X.

Furtum an committi dicatur ab eo qui furatur ei à quo non poteſt aliter conſequi ſuum creditum.

1 FVrtum non dicitur committi ab eo, qui furatur ei, à quo non poteſt aliter conſequi ſuum creditum, quia iūe poteſt, ceſſante præcipue violentia, & dolo, factum demi propria authoritate capere, vt tradunt *Gram.conſ. 50 num.6. Alex conſ 135 num.1.& ſeq.lib.1. Clar. in pract.§.furtum num. 20.* vbi teſtatur de communi opinione, & ibi *Adden. litera KK. Menoch. de arbitr.caſu 516.num.7.* vbi etiam Theologos refert ita ſentientes, *Couar.var.reſol.lib.1.cap.2.poſt num. 15.* plenè *Ludo. deciſ. Lucen.1. num.5. & ſeq.* benè comprobans, & dicens, hanc eſſe communem Doct. opinionem, *Farinac.de furt.quæſt.174.num. 20.& num.75. Coſta remed.ſubſid.106. illat.7. n.1. et ſeq. Leotar.de vſur.quæſt.98.29.* vbi alios adducit concordantes, & plures refert conditiones, & præcipuè, quod creditum ſit certum, & alias, de quibus ibi per eum, quæ omnes potiùs in foro conſcientiæ, quàm in foro fori videntur neceſſariæ

Balth.

Balth. Tomaſ. in ſuis tract. var. tom. 3. in tit. de execut. vlt. volun. tit. 12. num. 116. limit. 81. vbi dicit, id licere in vtroque foro, *& P. Laym. in Theol. moral. ſect. 5. tract. 3. cap. 1. num. 9.*

Furtum enim fieri non dicitur, quod ſi ſiuè dolo, & animo furandi *§. placuit in fin. & ibi not. gloſ. & Doct. communiter Inſt. de oblig. quæ ex delict. naſc. Boſſi. in pract. in tit. de furt. num. 3. & 7.* latè *Farinac. de furt quæſt. 174. num. 9. Vermigl. conſ. 261. num. 11. & conſ. 466. nu. 26. Sperell. deciſ. 24. nu. 57. p. 1.*

2 Amplia d. concluſionem, vt habeat locum, etiam in famulo creditori ſui Domini, qui non valens conſequi ſuum ſalarium illi furatur tantundem, qui propterea de furto non tenetur, vt voluerũt *Bertal. in pract. in tit. de furibus, & latro. ſub num. 19. Alex. d. conſ. 135. per tot. Duen. regul. 88. nu. 5. Ludo. d. deciſ. Lucen. 1. num. 16.* plene *Farinac. de furt. d. quæſt. 174. num. 75.* vbi quamplures adducit, ita ſententes, et *Coſta remed. ſubſid. 106. illat. 7. num. 4.* qui pariter alios dat concordantes, & plenè ſcribit *Menoch. de arb. d. caſu 516. num. 2. & 3.* vbi adducit factum illud Hæbræorum, qui Pharaonis ſæuitiam fugientes propria authoritate vaſa argentea rerum ſuarum loco, quas relinquebant, & pro eorum damnorum recompenſatione abſtulerunt, vt ibi per eum, & habetur *Exod. cap. 12.*

3 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando ex d. ſubreptione facta pro ſui crediti conſequutione generaretur ſcandalum, vt puta, quia imputarentur alij de familia, vel quid ſimile ſequeretur, quia tunc creditor ſubtrahens pro qualitate ſcandali ſui iudicis arbitrio puniretur, vt voluerunt *Alex. d. conſ. 135. nu. 1. & ſeq. Capoll. conſ. crim. 26. num. 9. & 10.* quem refert, & ſequitur *Ludou. d. deciſ. Lucen. 1. num. 12. & ſeq.* vbi dicit, ſcandalum euitari poſſe, notificando Domino, rem fuiſſe ablatam per creditorem pro ſuo credito, mediante perſona Sacerdotis, vel alterius, abſque ſui nominatione, dummodo res ablata non excedat ſuum creditum, vt ibi per eum, & concordan. *Nat. conſ. 401. num. 7. Menoch. de arb. d. caſu 516. num. 8. & 9. Farinac. de furt. d. quæſt. 174. num. 77. Coſta d. remed. ſubſid. 106. illat. 7. num. 1. Leotar. de vſur. d. quæſt. 98. nu. 29 & Balth. Tomaſ. in d. tit. de execut. vlt. volun. tit. 12. limit. 81.* nec non *P. Laym. d. ſect. 5. tract. 3. cap. 1. ſub num. 9.* vbi alia ſcandali affert exempla.

4 Limita ſecundò d. concluſionem, vt habeat locũ, quando creditor non poteſt aliter conſequi ſuum creditum, vt quia non poteſt haberi copia Iudicis, vel, ſi poteſt haberi copia Iudicis, Iudex timet potentiam debitoris, vel creditori deficiunt probationes, vel in iudicio requiruntur magnæ expenſæ, & ſimilia, & ſic in ſubſidium, aliàs ſecùs, vt declarant *Felin. in cap. 1. nu. 27. de iudic. & in cap. quoniam 40. num. 27. de Simon. Capoll. d. conſ. 26 nu. 9. & ſeq. Alex. d. conſ. 135. per tot. Ludou. d. deciſ. Lucen. 1. num. 10. Farinac. de furt. d. quæſt. 174. nu. 20. & num. 75. & pluribus ſeq. Coſta de remed. ſubſid. 106. illat. 7. in prin. & Leotar. de vſur. d. quæſt. 98. n. 29* adde idē ſentientes *Menoc. de arb. d. caſu 516. n. 1. & 7. & P. Laym. in ſua Theol. mor. d. ſect. 5. tract. 3. c. 1. ſub n. 9.*

5 Declara d. ſecundam limitationem, vt creditor, qui furatur eius debitori, quod ſibi debetur, non puniatur, quando non poteſt haberi copia Iudicis, vel ſi poteſt haberi, ei deficiũt probationes, & prout latiùs in d. ſecunda limitatione, ſi tamen poteſt haberi copia Iudicis, creditor, auferendo propria authoritate, licèt non puniatur pœna furti, punitur tamen ſaltem pœna extraordinaria, & pecuniaria, & præcipuè pœna *l. extat 13. ff. quod metus cauſa,* vt voluerunt *Ludo. d. deciſ. Lucen. 1. num. 20. Alex. d. conſ 135. per tot lib. 1. Boſſi. in pract. in tit. de furt. num 5. & 6. Baiar. ad Clar. §. furtum num. 78. & 86. Menoch. de arbitr. d. caſu 516. num. 7. & Farinac.* quem ſic intelligo *de furt. d. quæſt. 174. nu. 79.* quod cenſerem, non habere locum, quando haberetur copia Iudicis, ſed tamen creditor non habet probationes, vel requirerẽtur magnæ expenſæ, vel Iudex timeret potentiam debitoris, vt declarant *Doct. in d. 2. limit. adduct.*

6 Addo pro coronide, quod furtum neque committitur per ſurripientem rem ſuam apud alium exiſtentem, quando dominus alia via non poteſt illam conſequi, & recuperare, vt tradunt *Farinac. de furt. d. quæſt. 174. num. 18. & ſeq.* vbi quamplures dat more ſuo concordantes, *& quæſt. 175. nu. 138. Ludo d. deciſ. Lucen 1. per tot. Franc. Becci conſ. 49. poſt prin. lib. 1. Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 20. per tot. Coſta remed. ſubſid. 106. d. illat. 7. per tot. & Vermigl. conſ. 58. num. 19. & conſ. 153. num. 4.* vbi loquitur in accipiente rem ſuam, vel credente, eſſe ſuam, *& conſ. 466. n. 9.* quos adeas pro huius concluſionis plena reſolutione, cum non omnia hic referre meum fuerit, ſed tantùm frequentiora, præcipuè pro iuuenum ſtudioſorum vtilitate, vt alias ſum proteſtatus.

S V M M A R I V M.

1 *Bona furis non ſunt tacitè hypothecata pro reſtitutione rerum furatarum.*

Licèt contrarium teneant aliqui Doct. nu. 3.

Quia concluſio eò magis procedit, attento iure ciuili, num. 4.

2 *Hypotheca tacita non competit, niſi in caſibus à iure expreſſis.*

5 *Vſurarij bona non ſunt tacitè hypothecata pro reſtitutione vſurarum.*

Licèt aliqui contrarium teneant, num. 6.

Si tamen vſurarius alienauerit bona titulo lucratiuo, poſſeſſor in ſubſidiũ poteſt conueniri, n. 7.

R E S O L V T I O XI.

Bona furis an ſint tacitè hipothecata pro reſtitutione rerum furatarum.

1 Bona furis non ſunt tacitè hypothecata ad fauorem domini rerum furatarum pro reſtitutione rerum ablatarum, vt tradunt *Card. Mant. de tacit. lib. 11. tit. 14. num. 10. & ſeq.* vbi contrarijs reſpondet, *Coſta de rata quæſt. 56. num. 4.*

nu.4. vbi dicit, hanc eſſe magis communem Doct. opinionem, *P. Leſſ. de iuſti.& iur.lib.2.cap.20.dubit.20.num.175.* benè comprobans, *Ant. Merea.de cumb 6. cantin.cap.18.per tot.* vbi dicit, contrariæ opinionis argumenta eſſe valdè leuia, & hanc concluſionem latè pariter comprobat, prout facit *Merlin.* qui illum refert *in tract.de pign.lib.3.quæſt.35.num.13.& ſeq.* vbi aliquas affert declarationes, *Leotar.de vſur.quæſt.97.num.7.* vbi dicit, contrariã opinionem *Neguſ.* & aliorum omninò reijciendã eſſe, & omnibus contrarijs benè reſpondet, *Noguerol.allegat.1.num.41.* quem vna cum alijs pluribus refert, & ſequitur nouiſſimè *D. Andreol contr.353.num.5.* vbi dicit, contrariam opinionem non eſſe veram, vt ibi per eum.

2 Hypotheca enim tacita non inducitur, niſi in caſibus à iure expreſſis *Bald.in l.fin. in prin. C.quæ res pigno.oblig.poſſ.Surd.deciſ.31.num.9.Merli.de pign. lib.2.quæſt.94.in fin.& lib.3.quæſt.6.nu.1.& quæſt.16.num.8.& lib.4.quæſt.41. num.21. Rota in Rom. dotis de Mellinis 17. Februarij 1578. cora R. P. D. Rubuſterio* nullo autem iure cautum reperitur, bona furis eſſe tacitè hypothecata pro reſtitutione rei ablatæ, vt tradunt *Merli.de pign.d.lib.3. quæſt.35.num.12. et ſeq. et Leotard. de vſur. d. quæſt.97. num.7.et ſeq.* necnon *D. Andreol. dict.contro.353. ſub num.6.* qui hoc benè comprobant declarando, *tex.in cap.vlt. de ſepult.* contrarium non probare, ergò ſtandum eſt regulæ ſupradictæ, nec eſt inducendum priuilegium in præiudicium creditorum anteriorum in perſonali, vt argumentantur *Merli, Leotar.* & alij Doct. ſupra adducti.

3 Licèt contrariam opinionem, imò bona furis eſſe tacitè hypothecata pro reſtitutione rerum ablatarum, tenuerint *Neguſ. de pign. in 4.membr. 2. par.n.124.Carp.ad Nou.Conſt.Mediol.cap.9.n.600. Gauzz.de confiſc.bon. concl.22.n.13.Paciſ.de Saluia. inſpec.3.cap.4.num.522. Gratian. diſcep. foren.cap. 935.num.2.et ſeq.par.5.Gail.de credit. in appen. ad cap.4.num.134.Ciriac.contro.359.num.3.et contro. 567.num.3.et Calui.de æquit.lib.2.cap.180. num.5.* vbi dicit, hoc habere locum de æquitate ſaltem canonica, vt ibi per eum, contra quos adeſt verior, & magis communis opinio, de qua ſupra.

4 Amplia primò d. concluſionem, vt eò magis vera ſit de iure ciuili, quo attento, non competere hypothecam tacitam pro re furto ſubtracta, vel malè ablata, ſatis eſt expeditum, cum pro re furto ſubtracta, vel malè ablata detur conditio furtiua, quæ eſt rei perſequutoria *l.ſi pro fure 7.§. 1.ff. de condi furt.* & declarant *Abb.in d.cap. fin. num.6. in fin.de ſepult. Neguſ.in d.4.memb.2.part. num.124. ver.quæ nota etc.* quos refert, & ſequitur *Merli.de pigno.in d.lib.3.quæſt.35.in fine.*

5 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum, etiam in bonis vſurarij quæ neq; ſunt tacitè obligata pro reſtitutione vſurarum, cum nullo iure id cautum reperiatur, vt docet *Couar.var.reſol. lib.3.cap.3.num.6.Neguſ.de pigno.in d.4. membr.2. par.num.155.* vbi teſtatur de communi opinione, *Card.Mantic.de tacit.lib.11.tit.12.nu.12. Noguerol, d.allegat.1.num.44.Cenc.de cenſ.quæſt.vlt.num.24. Merli. de pigno. lib.3 quæſt.36.num. 4. et ſeq.* latè comprobans, & dicens, hanc opinionem, vti veriorem, eſſe tenendam, *Leotar.de vſur.d.quæſt.97. num. 1. et ſeq.* vbi alios dat concordantes quamplures, & dicit, tacitam hypothecam neque dari in bonis per vſurarium ex vſuris emptis, vt ibi per eum, quam opinionem firmant etiam *Emmentiſs. Card. Lugo de iuſti.et iur.diſp.25.ſect.11.num.212. et D. Andreol.d.contro.353.nu.6.* vbi alios dat concordantes, *et Rot. deciſ.177. num.2. par.3.rec.* vbi dicit, ita communiter per Doct.modernos teneri.

6 Quicquid contrarium tenuerint *Bald.Couar.*& alij relati *per Paciſ.de Saluia.inſpec.3.cap.4. num.520. et per Merli.de pign.lib.3.quæſt.36.n.3.* contra quos adeſt verior, & communis opinio de qua ſupra.

7 Declara d. ſecundam ampliationem, quod, ſi vſurarius bona alienauerit titulo lucratiuo, illo exiſtente non ſoluendo, agi valeat contra tertium poſſeſſorem ex edicto, *de his, quæ in fraud.credit. etc.* vt reſtituantur, vt declarant *Merli.d.quæſt.36. num.10.Leotar.de vſur.d.quæſt.97.ſub num.11. et D. Andreol.d.contro.353. nu.8.* qui alios dant concordantes quamplures, ipſos conſulas, cum prædicta criminalitatem excedere videantur.

SVMMARIVM.

1 *Furtum factum in domo præſumitur factum a domeſticis.*

Et eò magis ab eo, qui ſolus in domo moratur, num. 2.

Et ab eo, qui eſt ſolitus verſari in domo, et illius notitiam habet, num 3.

Et ab eo, qui viſus fuit, ex illa exire cum fardello ſub pallio, num. 4.

Nec non ab eo, qui tempore furti viſus fuit, introire, et exire de domo, in qua fuit factum furtum, num. 5.

Item furtum factum præſumitur à vicinis domus, num. 6.

Item ab eo, cuius res fuerunt repertæ in loco, vbi factum eſt furtum, num. 7.

Et à famulo, ſeù alio, qui de domo, poſt factum furtum, aufugit, num. 8.

Prædictæ autem præſumptiones non habent locum in homine bonæ vocis, et famæ, num. 9.

RESOLVTIO XII.

Furtum factum in domo an præſumatur factum à domeſticis.

1 FVrtum factum in domo præſumitur factum à domeſticis, vt tradunt *Boſſi. in pract. in tit. de tortu.teſti, num.11. Menoch.de arb.caſu 270.n.22.Maſc. de prob.concl.831.nu.15.lib.2.Bonif. de furt.§.2.nu.40.* quem refert, & ſequitur *Farina. de furt.quæſt.176.nu.57.et Gaurba conſ.43.num.15.*

2 Amplia

Amplia primò d. concluſionem, vt eò magis furtum factum in domo præſumatur factum ab eo, qui ſolus in domo moratur, vt poſt *Bald in l.1.n.6, C.locat. Iaſ.in l ſi quando 9 num.39.C. vnde vi, Ant. Gomez var.reſol.tom.3.cap.13.num.13. Menoch. de arb.d.caſu 270.num.21.et Triuiſ.deciſ.13. num.33. lib.2.* per eum adductos not. *Giurb.d.conſ 43. n.15.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt furtum factum in domo præſumatur factum ab eo, qui eſt ſolitus conuerſari in domo, & illius notitiam habet, vt voluerunt *Boſſi.in pract.in tit. de indic.num. 52. Ant.Gomez var reſol.tom.3.cap.13.nu.13. Baiar. ad Clar. in §. furtum num. 13. Franc. Becc.conſ.70. num.20.lib. 1. Boniſ.de furt.§ 2.num.40. Maſca. de prob.concl.451.in prin. lib.1. & concl.831. num.13. lib.2.* plene *Farinac. de furt. d. quæſt.176. num.60.* vbi alios dat concordantes quamplures, *Nouell. in pract.§.furtum num.25.& 26.* vbi dicit, ita pluries ſeruaſſe, *& Giurb.d. conſ.43.num.16.*

4 Amplia tertiò d. concluſionem, vt furtum factũ in domo præſumatur commiſſum ab eo, qui ex illa viſus fuit exire cum fardello, ſeu aliqua re ſub brachio, ſeu pallio, vt ſcripſerunt *Nouel.in pract.d.§. furtum num.6.& ſeq. Brun.de indic. part. 1. quæſt.3. num.4. Menoch.de præſump.lib.5.præſump.31.nu.8. Maſc.de prob.concl.831.num.2. lib.2 Boniſ.de furt. §.2. num.55. Farinac. de furt.d. quæſt.176.num.64.* vbi alios plures adducit ita ſentientes.

5 Subamplia d. tertiam ampliationem, vt habeat locum non ſolum in eo, qui viſus fuit exire de domo, in qua fuit factum furtum cum fardello ſub brachio, ſed etiam in eo, qui tempore commiſſi furti viſus fuit introire, & exire ex domo, in qua fuit factum furtum, vt voluerunt *Nouell.in d.§.furtum num.3. Boniſ.de furt d.§.2.ſub nu.55. Menoch. d.præſump.31.num.10.lib.5. Maſc.d. concl. 831. in princ. lib. 2.* & alij plures, quos refert, & ſequitur *Farinac.de furt.d.quæſt.176.num.65. & ſeq.* vbi dicit, idem eſſe, quod quis viſus fuerit exire de domo, in qua fuit factum furtum de nocte, quam de die, ſi de die fuerit commiſſum furtum, & ille non habuerit cauſam intrandi, & exeundi di dicto loco, vt ibi per eum.

6 Amplia quartò d. concluſionem, vt furtum factũ in domo præſumatur, factum fuiſſe à vicinis, qui magis præſumuntur informari de rebus exiſtentibus in domo, vt tradunt *Brun.de indic.par.1.quæſt. 3.ſub num.2. Boſſi.in pract.in tit.de indic.nu.52. Ant. Gomez var.reſol.tom.3.cap.13.nu.13. Baiar.ad Clar. §.furtum nu.13. Menoch.de præſump.lib.5.præſump. 31.num.18.& ſeq. Boniſ.de furt.§.2.num. 40. Maſc. de prob.concl.831. num.13. lib.2.* & ita pluries ſeruaſſe dicit *Nouel.in pract.in d.§ furtum num.25.& ſeq.* plenè *Farinac.de indic.& tortu. quæſt.52.num. 127.& in tract.de furt.d.quæſt.176. num.56.* in quibus locis alios dat concordantes.

7 Amplia quintò d.cõcluſioné, vt furtum commiſſum in domo præſumatur, factum fuiſſe ab eo, cuius res puta, pallium, pileus, ſcalæ, aut ſimilia reperta fuerunt in domo, ſeu in loco, vbi factum fuit furtum, vt voluerunt *Nouel.in pract.in d.§.furtum num.24. Boniſ.de furt.§.2. num.50. & 52. Menoch.de præſump.lib.5. præſump.31.num.13. & ſeq. Maſc.de prob.concl.830.num.10. lib.2. Farinac. de indic. & tort. quæſt.52.num.74. & in tract. de furt. quæſt.176.numer.74. Carena de Offic.S.Inquiſ.par.3. tit.10. num.100.* & dixi infra in verb. *Indicium Reſol.7.num. . . .*

8 Amplia ſextò d.cõcluſioné, vt fuga famuli, ſeu alterius domeſtici de domo, in qua fuit factum furtum, operetur, quod ab eis præſumatur, factum furtum, vt not. *Brun.de indic.par.1.quæſt.3.num. 4. Boſſi.in pract.in tit. de furt.poſt num.2. & in tit. de indic.num.53.& ſeq. Nouell. in pract. in §.furtum num.18. Boniſ.de furt.§.2.num.117.& ſeq. Maſca.de prob.concl.831.num.6.& 7.lib.2.* plenè *Farinac.de indic.& tort.quæſt.48.num 70.& ſeq.* vbi alios dat concordantes, & dicit, fugam famuli facere in d. caſu contra eum indicium ad torturam, quatuor concurrentibus, primò, quòd conſtet de amiſſione rerum, ſecundò, quod dominus conquerens de furto ſit bonæ famæ, tertiò, quod famulus ſit ſuſpectus, & vltimò, quod ſit veriſimile, famulum fugientem auferre potuiſſe, vt ibi per eum, qui aliã affert limitationem, vt non procedat in caſibus per eum poſitis *d.quæſt. . . num.27. & ſeq. & in tract. de furt.d.quæſt.176.num.69.*

9 Declara d. concluſionem vna cum ampliationibus ſeq. vt non habeant locum, neque ſupradictum indicium furti operetur contra hominem bonæ cõditionis, & famæ, vt de vicino, & domeſtico bonæ famæ tradunt *Boſſi.in dict.tit. de indic.num.52. Ant. Gomez var. reſol. d.tom.3. cap.13. num.13. Menoch. de præſump lib.5.præſump.31.nu 22. Maſc.d.concl. 831. num. 14. Farinac. de furt.d.quæſt.176. num.59.* vbi alios dat concordantes, & dixi ſupra in verb. *Fama.Reſol.6.num 5.* latius, & de conuerſante, & habente notitiam domus bonæ famæ, poſt *Pute. Cirill. Boſſi. Corrad. Ant.Gomez Maſcar. & Boniſat.* per eum adductos tradit *Farinac.in d.quæſt.176.nu. 61.& Giurb.d.conſ.43. nu.16.* & de exeunte de domo cum fardello ſub pallio, qui ſit bonæ famæ tradunt *Blanc. Plot. Cirill. Menoch. Maſc. & Boniſ.* quos refert, & ſequitur *Farinac.de furt.d.quæſt.176.num. 67.* & dixi ſupra in verbo *Fama Reſolut. 6. num.4.* vbi alios adduxi, ita ſentientes, & de eo, cuius res fuit reperta in loco furti, qui ſit bonæ famæ, idem *Farinac.de furt.d.quæſt.176.num.75.*

S V M M A R I V M.

1 *Teſtes derobati probant contra furem, ſi eorum intereſſe renunciauerint.*

Et idem eſt in teſtibus deponentibus perſoluiſſe vſuras, num.2.

Dicti tamen teſtes non ſunt omni exceptione maiores, num.3.

Renunciatio verò eſt facienda, vel ante, vel tempore depoſitionis, num. 4.

RESO-

RESOLVTIO XIII.

Teſtes derobati an probent contra furem ſi eorum intereſſe renunciauerint.

1 Teſtes derobati probant contra furem, licèt intereſſati, ſi eorum intereſſe renunciarunt, & ſic declarauerunt, quòd ex eorum depoſitionibus nullum intendunt commodum reportare. vt tradunt *Bald. in l. diſtantibus* 22. *nu.* 3. *C. de teſtam. Deci. conſ.* 342. *num* 4. *Cran. conſ.* 73. *nu.* 29. *Rolan. conſ.* 45. *num.* 14. *& conſ.* 98. *num.* 31. *lib.* 4. *Oſaſch. deciſ. Pedem.* 99. *num.* 40. *Menoch. de arbitr. caſu* 235. *num.* 25. *Farinac. de teſtib. quaſt.* 60. *nu.* 51. vbi alios dat concordantes quamplures, prout facit *Giurb. conſ.* 50. *nu.* 40. *& conſ.* 90. *nu.* 24. *& conſ.* 93. *num.* 7. *& Vermigl. conſ.* 342. *num.* 7.

Licet enim teſtes habentes intereſſe in cauſa non admittantur ad teſtificandum in eadem cauſa *Bertaz. conſ.* 236. *nu.* 16. *&* 17. *lib.* 1. *& ibi Adden litera C.* qui teſtantur de magis communi opinione, quem refert, & ſequitur *Farinac. de teſt. d. quaſt.* 60. *nu.* 6. & in terminis de teſtibus derobatis poſt *Felic. alleg* 25. *num.* 1. *& ſeq. par.* 2 & alios per eum adductos *Giurba d. conſ.* 50. *num.* 39. ne quis ſit teſtis in cauſa propria contra tex. *in l. omnibus* 9. *C. de teſti. cum.* ſimul. ſi tamen eorum intereſſe renunciauerint, dicitur illud ceſſare *Capb. conſ.* 47. *num.* 5. *lib.* 1. *Surd. conſ.* 395. *num.* 4. *lib.* 3. *Capic. Latro deciſ.* 17. *num.* 5. *par.* 1. *Rota apud Merli. de pigno. deciſ.* 122. *num.* 10. & ideò nil mirum, ſi non repellantur poſtea à teſtificando, vt argumentari videntur Doctores ſupra in concluſione adducti.

2 Amplia d. concluſionem, vt habeat locum, etiam in teſtibus deponentibus, perſoluiſſe vſuras, qui licèt, vti habentes intereſſe, id non probent regulariter, ſi tamen d. intereſſe renuncient probationem, illos facere voluerunt *Bald. in d. l. diſtantibus* 22. *num.* 3 *C. de teſtam.* quem ſequitur *Thob. Noni. in §. legatarijs num.* 3. *Inſti. de teſtam.* necnon alij plures, quos refert, & ſequitur *Farin. de teſt. quaſt.* 60. *num.* 51. *& num.* 86. *Cabal. ad Conſt. Marcb. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 2. *Vermigl. conſ.* 288. *nu.* 5. *& conſ.* 290. *num.* 11. vbi tamen dicit, prædicta non habere locum, quando ex modo deponendi liquet, teſtes renunciantes adhuc beneficio Iuſtitiæ ſoluti recuperationem omninò ſperare, vt ibi per eum, & cum ſupradictis pertranſit generaliter *Rota apud Sarnen. deciſ.* 10. *lib.* 2.

3 Declara d. concluſionem vnâ cũ ampliatione ſeq. quòd, licèt teſtes habentes intereſſe in cauſa non repellantur à teſtificando, quando d. eorum intereſſe renunciauerunt, admiſſi tamen non dicantur teſtes omni exceptione maiores *Cran. d. conſ.* 73. *nu.* 30. *Bertaz. d. conſ.* 236. *num.* 16. *& ibi Adden. litera C. Caſtril. deciſ* 157 *num.* 11. cum quibus pertranſit *Farinac. in d. quaſt.* 60. *num.* 51. & ſcripſit clarè *Giurb. d. conſ.* 50. *num.* 40. *in fin. et d. conſ.* 90. *num.* 24. *in fin. & d. conſ.* 93. *num.* 8. *in fin.*

4 Declara ſecundò d. concluſionẽ, quòd ad hoc, vt renunciatio intereſſe operetur, vt teſtes habentes intereſſe admittantur ad teſtificandum, illa ſit facienda apud acta, vel ante depoſitionem, ſeù ſaltẽ tempore depoſitionis, ſecùs tamen eſt, ſi illa fiat poſt perfectũ examen, vt declarat *Vermigl. d. conſ.* 290. *num.* 11. vbi dicit, ita omnes tenere, & concordat *Conſtit. Marcb. lib.* 3. *cap.* 13.

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod teſtes derobati probant contra furem ſi eorum intereſſe renunciauerint adde *Zuff. de legit. proc. crim. quaſt.* 34. *num.* 1. *& ſeq.* qui declarat, hoc procedere quo ad qualem probationem tantum, vt non habetur etiam *hic num.* 3. & dixi infra *in verbo Vſura Reſol.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Latro publicus non dicitur, qui ſemel, vel bis in via publica tranſeuntes ſpoliauit.*

2 *Latro publicus licèt dicatur, qui palam, & publicè furatur.*

Vt tamen dicatur talis, requiritur frequentia actuum, num. 3.

4 *Graſſator non dicitur, qui vnam, vel duas commiſit in via publica graſſationes.*

5 *Latro publicus non dicitur, qui pluries in via priuata furatur.*

6 *Latro publicus quis dicatur, vt non gaudeat immunitate, remiſſiuè.*

RESOLVTIO XIV.

Latro publicus an dicatur qui ſemel, vel bis in via publica tranſeuntes ſpoliauit.

1 Latro publicus non dicitur, qui ſemel, vel bis in via publica tranſeuntes ſpoliauit, & furatus fuit, ſed, vt dicatur talis, requiritur, quod pluriès id perfecerit, & commiſerit, vt tradunt *Alex. ad Bart. in Auth. ſed nouo iure, & ibi Fulgoſ. num.* 14. *Caſtr. n.* 10 *& Capoll. num.* 40. *&* 106. *C. de ſerui. fugit. Alciat. in cap.* 1. *§. publici latrones nu.* 1. *de pace tenen. in vſibus feud. Peguer. deciſ.* 40. *nu.* 4. *& ſeq. Decia. tract crim. lib.* 6. *cap.* 28. *ſub num.* 2. *ver. atque ideò, &c. Farinac. de furt. quaſt.* 166. *num.* 14. vbi dicit, hanc eſſe veriorem, & magis communem Doctorum opinionem, *& de immunit. Eccl nu.* 154. *& nu.* 164. vbi alios dat concordantes, *Giurb. conſ.* 90. *ſub num.* 12 *Guazzin. defen.* 1. *cap.* 38. *num.* 34. *Illuſtriſs. Sperell. deciſ.* 103. *nu* 27. *par.* 2. vbi plures adducit ita ſentientes, *& P. Dian. in ſum. in ver. immun. Eccl. quoad delic. n.* 31.

2 Licèt enim latro publicus dicatur, qui palam, & publice furatur, vt ſunt piratæ, vel qui publicè ſtãt in ſtratis ad effectum furandi, vt docent *Decian. tract. crim. lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 2. *Mart. Ital. de immun. Eccl. lib.* 1. *cap.* 5. §. 1 *per tot.* quos refert, & ſequitur *Farinac. de immun. Eccleſ. num.* 149. *& Ant. de Ball. tract. crim. lib.* 3. *cap.* 9. *in prin.* licèt locus vitio

impreſſo-

3 impreſſotis ſit corruptus, † vt tamen dicatur talis, requiritur frequentia depredandi cum armis, quæ non verificatur in vnica, vel bina deprædatione, vt not. *Decian.d.cap.28. num 2. Ambr.de immun.Eccl. cap.2.num.3.& 4 & cap.3.num.5.& 6. Farinac de immun.Eccleſ.d.num 154.& num.104. P. Diana in ſumm. tit d.ver. immunitas Eccleſ.quoad delic.num. 31.* vbi infert, meretricem non dici publicam, quæ ſemel, vel bis eſt fornicata, nec vſurarium, qui ſemel tantùm commiſit vſuram, vt ibi per eum, cum quo tenet *Menoch.de arbitr.caſu 235.num.6.* quicquid diſputet *Leotar.de vſur.quæſt. 100.nu.6.& ſeq.* de vſurario, qui ſemel pecuniam fænori publicè collocauit, vt ibi per eum.

4 Amplia primò dict. concluſionem, vt habeat locum etiam in graſſatore, qui non dicitur talis ob vnicam vel duas commiſſas in via publica graſſationes, vt ſcripſerunt *Peguer. deciſ 40. num. 3. & ſeq.* licet poſtea contrarium teneat *in addit. 16t. Decian.tract.crim.lib.6.cap.28 ſub num.2 Ambroſ. de immun.Eccleſ.cap.2.num.3.& 4. et cap.3.nu.5. & 6.* quem refert, & ſequitur *Fariaac.de immunit. Eccl.num.164.Ricc collect.1792. poſt prin.Guazzin. defen.1.cap.38.num.16 Giurb. d. conſ.90. num. 12. P.Diana in ſum.in d. ver. immunitas Eccleſ.quo ad delic.num.31.* plenè *Ill. Sperel.d deciſ.103.nu.27.* vbi dicit, ita millies bis reſolutum in ſac. Congregatione Immunitatis Eccleſiaſticæ, vt ibi per eum.

5 Declara d. concluſionem cum ampliatione ſeq. vt habeat locum in fure, qui ſemel, vel bis in via publica, & frequentata homines aggrediendo, furatus eſt, ſecùs tamen eſt in eo, qui id commiſit in via priuata, quem non dicit latronem publicum, cum non tam atrox videatur delictum, ſi vias non frequentatas obſederit, voluerunt *Decian. tract. crim.d.lib.6. cap.28.num.2.* vbi tamen dicit, latronem publicum dici etiam, qui furatur in domibus priuatorum cum violentia, vt ibi per eum, *Farina. de immun.Eccl.n.151.& n.165.et Giurb.d.conſ. 90.n. 17.* vbi alios dat concordantes, & benè côprobat.

6 Latro verò publicus quis dicatur, tam ad effectū ponendi, quam fruendi immunitate Eccleſiaſtica, tradunt *Fariaac de furt.d.quæſt.166. num.9.et plur. ſeq.et de immun.Eccleſ.num.149 et ſeq.P.Diana in ſumm.in ver.immunitas Eccleſ.quoad delic.num.31. Giurb.d.conſ.90.n.11.et ſeq.et Illuſt.Sperel.d.deciſ. 103.num. 27.et ſeq. par. 2.* qui alios dat concordantes quamplures, ipſos conſulas.

ADDITIO.

N.1. & 2. Vbi habetur, quod latro publicus non dicitur, qui ſemel, vel bis in via publica tranſeuntes ſpoliauit adde *Merli. Pignatel. contro.foren.cent.1. cap.17.nu.7. & ſeq. & cap.64. num.2. & ſeq.*

GABELLA.

SVMMARIVM.

1 *Pœna fraudata gabellæ, vt ſit locus contra non ſoluentem, requiritur dolus.*

Et culpa lata tunc non æquiparatur dolo, nu.2.

Vt ſi tranſiens crediderit viro fidedigno, ibi non ſolui gabellam, num. 3.

Et quando Gabellarius non adeſt in loco, vbi ſoluitur gabella, num. 4.

Et etiamſi non ſoluens gabellam ſit minor, n.5.

Dolus verò non præſumitur, ſed eſt probandus per gabellarium, num. 6.

Maximè, ſi pro excluſione doli concurrunt coniecturæ, num. 7.

Et in dubio eſt iudicandum contra gabellam, vti odioſam, num. 8.

RESOLVTIO I.

Pœna fraudatæ gabellæ vt ſit locus contra non ſoluentem an requiratur dolus.

1 Pœna fraudatæ gabellæ, vt habeat locum contra tranſeuntem ſinè ſolutione illius, requiritur dolus, ita, vt ſi per errorem non fuerit ſoluta, rea non incidant in commiſſum ad tex. *in l.fin.§.diuiſ 2.ff. de public.* & tradunt *Franc.Becc.conſ.96.nu.2 et nu.10.et ſeq.lib.1. Ludo.concl.15.ver.inſertur trigeſimo ſecūdò etc.Farinac.de furt. quæſt.173.num.45* vbi plures dat concordantes, *Giurb.conſ.16. ſub num.34. Carea.reſol. 206.num.5 et reſol.207.nu.9.* vbi quamplures dat, ita ſentientes *et 208.num.9. Ciriac. contro.370.nu. 43.Coſta de ſcien.et ignor. cent.1. diſtin.46. num. 3. Vermigl.conſ.178.nu.5.et conſ.179 nu.9.et Maſſi.de confiſ.bon.q 21.nu.17.Garg.lua.conſ.32.num.4.lib.1.* Gabellarum enim cauſa eſt criminalis *Farin. conſ.85. num.40.lib.1.Gratia diſcep.foren.cap.144. num.15. par.1.Ciriac.contro.109.num.1.Carea.d.reſolut.107. num.9 in fin.* in cauſis autem criminalibus requiritur dolus, ſi nè quo nullus punitur, vt not. *Praſes Abano in pract.§.falſam num. 54.* quem referendo ſequitur *Caren.d.reſol.307. num 9.in fin.*

2 Amplia primò d.concluſionem, adeò eſſe veram, vt in d. caſu lata culpa non æquiparetur dolo, vt adnotarunt *Abb.conſ.68.nu.2.lib.1 Rolan. conſ.42. num.18.lib.3.Franc.Becci.d.conſ 96.num.18.ver denique etc.lib 1.* bene comprobans, *Farinac.de furt. d.quæſt.173.ſub num. 45*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem illatiuè, quòd, ſi tranſiens per aliquem locum audiuit à viro fidedigno, ibi non ſolui gabellam, venit à d. pœna excuſandus, vt not. *Franc. Becc.d.conſ.96.num.16. et ſeq. Ludo.d.concl.15.ver. præſumitur etiā etc.Farin. de pœa.temp quæſt. 90.num. 1. et in tract.de furt. d. quæſt.173.num.46.* vbi alios dat concordantes, & ſentit etiam *Maſſi.de confiſc. bon.d. quæſt. 21.n. 18.*

4 Amplia tertiò d. concluſionem pariter illatiuè, quòd, ſi gabellarius, vel alius pro eo non adſit in loco, in quo ſoluitur gabella, vector mercium, ſi iter ſuum proſequitur, illam non ſoluendo, non incidit in pœnam, cum non teneatur iter ſuum retardare, vt Gabellarij reditum expectet, vt tradunt *Maſc.de prob.concl.834.nu 2.lib.2. Farinac.de furt. d.quæſt.*

d.quæſt.173.num.32 Guazz. de confiſc bona.concl.13. ampl.82.num.3. Adden.ad Paitell. exped.49.nu.13. Maſſin.de confiſc. bon. d.quæſt. 21. num. 31. vbi hoc amplianr, vt eò magis habeat locum, ſi vector mercium relinquat alicui pecuniam debitam, vt Gabellario conſignetur, vt ibi per eos, qui alios caſus, & coniecturas referunt, quæ tranſeuntes excludunt à dolo, & ſic à pæna non ſolutæ gabellæ quibus addo *Cobel.ad Bull.bon.regim.cap.47. num.45.* vbi quærit, an requiratur oblatio, vel depoſitio gabellæ, vide ibi per eum, *& Gargiar. Iun. conſ.32. num.13. et ſeq.lib. 1.*

5 Amplia quartò d.concluſionem, vt eò magis habeat locum in minore, qui, ſi gabellam non ſoluat, ceſſante dolo, habet terminum triginta dierum ad illam ſoluendam, quo elapſo, habet reſtitutionem in integrum, & ſic pæna non ſolutæ gabellæ nunquam punitur, vt not. *Ferret. de gabell num. 335. & ſeq. Oſt. de reſtit in integr. quæſt.82 num.30. & ſeq.* plures caſus diſtinguens, *Farinac.de pæn.temp. quæſt 92 num.15*. & in tract.de furt. d. quæſt. 173. num. 47.* vbi dicit, hodie minores, tam ante triginta dies, quam poſt gabellam non ſoluentes ſeruari illæſos à pœna fraudatæ gabellæ abſq; alia reſtitutione per *l.fin. in quibus cau reſt. in integr. non eſt nec.* & alia per eum adducta, *Guttier.de gabell.quæſt. 46.num.24.& ſeq.* quem refert, & ſequitur *Maſſin.de confiſc.bono.d.quæſt.21.num.34.et ſeq.* vbi dicit, quòd, ſi culpa tutoris, vel curatoris res minoris incidant in commiſſum, illi teneantur ad pænam, re minoris ſalua manente, vt ibi per eum.

6 Declara d. concluſionem, quòd in d. caſu dolus non præſumitur, ſed ille probandus eſt per Publicanum, ſi credendum eſt *Bertaz.conſ.207. num.16. Rolant.de commiſ.Came.Imper.part.4.lib.2. cap. 5. num.49.& Sixtin.de regal.lib. 2.cap.6.nu.195.* quos referendo ſequitur *Carena in d. reſol. 207. num. 10.* licet poſtea videatur, aliter ſentire, & idem dixit *reſol.206 num 5.* & tenet *Giurb.d.conſ 16. num 30.* vbi dicit, dolum non præſumi, maximè in homine rudi, & ignaro, niſi in his, quæ ſunt de genere prohibitorum, vt ibi per eum, qui plures dat concordantes, *Gargiar.Iun. d.conſ.32. num.6.*

7 Amplia d. declarationem, vt eò magis habeat locum quando pro excluſione doli concurrant coiecturæ, per quas doli præſumptionem excludi tradunt *Ludo.d.concl.15. per tot, Farinac.de furt. quæſt. 173. Giurb.d. conſ 16. Carena d. reſol.206.& reſol. 207.& 208 Vermigl.conſ.278.& 279.Capic. Latro conſul.18.& Maſſi.de confiſc.d.quæſt.21.num.19.& ſeq.* vbi inter alias illam adducit coniecturã, quòd, ſi res eſt magni valoris, & gabella eſt modicæ ſummæ, non præſumitur, quòd quis voluerit fraudare gabellam, vt ibi per eum, alios dantem concordantes, & idem not. *Caren.d. reſol.206. num.6.* plures coniecturas recenſet *Gargiar.Iun. d.conſ.32.num.5. & ſequen.*

8 Declara ſecundò d.concluſionem, quòd, cum gabella ſit odioſa, maximè impoſita per ſtatutum, vt dicit *Ciriac.contro.370.num.46.* & ego probaui latè *alleg.foren.58.num.20.* ideò in dubio eſt iudicandũ pro illius pœnæ excluſione *Luderch. conſ. 38. nu.7. Crauetta.diſcept foren.cap.17.num.17.par.1.Gargiar. Iun.d.conſ.32.num.20.Ciriac.d.contro.370. num.47.* dixi ego *d. allegat. 58. num.19.*

S V M M A R I V M.

1 *Ignorantia non excuſat tranſeuntem à non ſolutione gabellæ.*
Quæ habent locum etiam quoad forenſes, n. 3.
Limita concluſionem, quando ignorantia eſſet probabilis, & iuſta, num. 4.
2 *Ignorantia craſſa, et ſupina tranſeuntiũ non inueſtigantium, an in loco ſoluatur gabella, non excuſat*
Procedit quoad pænam duplicati vectigalis, ſecùs quoad pænam commiſſi, num. 5.

R E S O L V T I O II.

Ignorantia an excuſet tranſeuntem a ſolutione gabella.

1 IGnorantia non excuſat tranſeuntem à non ſolutione gabellæ, & ab illius defraudatione, & pæna, cum ille teneatur inueſtigare, an in loco, per quem tranſit, gabella ſoluatur, nec ne, ita vt d.ignorantia à iure reputetur craſſa, & ſupina, vt tradunt *Rolan.conſ.42.n.4. lib 3.Maſc.de probat.concl.834.num.6.& ſeq.lib.2. Menoch.de arb caſu 397.num.7.et 8.Peregr.de iure fiſc.lib.6.tit.5.ſub num.31. Farin.de furt.quæſt.173. num. 12. et ſeq.* vbi alios dat concordantes quamplures, benè *Adden.ad Paitell.exped 49. num.7.8. & ſeq.* qui pariter alios referunt ita ſentientes.

2 Ignorantia enim craſſa, & ſupina, in qua dicuntur eſſe tranſeuntes, non inueſtigando, an in loco tranſitus gabella ſoluatur, nec ne, cum ferè nullus reperiatur locus, in quo illa non ſoluatur, vt not. *Adden.ad Paitel.d.exped.49.num.7.et ſeq.* non excuſat, ſed debetur pro ſcientia, *Alba.conſ.18.nu.4. & ibi Adden. litera D. part. 1. Rimin.Iun.conſ.245. num.52.lib.2.Ciriac.contro.519.num.36.& ſeq.Adden.ad Paitel d.exped.49.num.7.8 & ſeq.& Cabal. reſol.crim.caſu 120.num.51.cent. 2.*

3 Amplia d.concluſionem illatiuè, vt habeat locũ etiam quoad forenſes, qui ſub prætextu ignorantiæ non poſſunt ſe excuſare à pæna fraudatæ gabellæ ob illius non ſolutionem *ſec Menoch. de arbitr.caſu 397.num.7.& 8.* vbi tamen loquitur quoad pœnã extraordinariam tantùm, *Maſc.de prob.d.concl. 834.nu.9.lib 2.& Farinac. de furt. d. quæſt.173.nu. 15.& ſeq.* vbi limitat, quando ignorantia forenſis eſſet probabilis, & veriſimilis, vt in limitatione ſeq. *& Guazz.de confiſc.concl.13.ampl.82. num.9.*

4 Limita d.concluſionem, vt non habeat locum, quando ignorantia eſſet probabilis, & iuſta, vt quia gabella eſſet inſolita, vel de recenti publicata, & ſimil. quia tunc ignorantia excuſat non ſoluentem gabellam ab illius pæna, vt voluerũt *Rolan.*

d.conſ.

d.conſ.42.num.17.& ſeq.lib.3.Maſcar.de prob. diſt. concl.834.num.10.lib.2 Franc.Becci.conſ.96.n.11. lib.1.Ludo.concl.15.illat.26. Farinac. vbi alios dat concordantes *de furt.d.quæſt.173 .nu.13.& ſequen. Ciriac.contro. 370. num.48. & ſeq. Peguer.de iur. fiſc.lib.6 tit.5.nu.35.Coſta de ſcien.& ignor.cent 1. diſti.46.num.4.& Caren.reſol.207.num.13.*& in his terminis intelligo *Cobel.ad Bull.bon.regi.c.47.n.49. & Lud.concl.15.ver.infertur quadrageſimo ſecundo.*

5 Declara d. concluſionem, quod ignorantia craſſa, & ſupina non excuſet à pœna non ſolutæ gabellæ, vt habeat locum quoad pœnam duplicati vectigalis, à qua ignorantia prædicta non excuſat, ſecùs tamen eſt quoad pœnam commiſſi, quia ab illa excuſat etiam ignorantia craſſa, & culpabilis, & error, cum quælibet credulitas etiam iniuſta excuſet à pœna commiſſi iuxta diſpoſitionem tex. *in leg. fin. §. diui fratres il ſecundo* ſecundùm primum intellectum *gloſ.ff.de public* quem communiter ſequi Doctores teſtantur *Peregr. de iure fiſci d. lib 6. tit.5.nu.35.& Sextin.de regal. lib.2. cap.6. nu.193.* quem referendo ſequitur *Carena d. reſol.207.num. 11.& 12.* benè comprobans, & ſentit etiam *Ciriac. d.contro.370. num. 44. & ſeq* & ante eos *Cuma. in conſ. 5.per tot.*

S V M M A R I V M.

1 *Gabellæ fraudatæ pæna præſcribitur per quinquennium.*

Et pæna prædicta non tranſit ad hæredes fraudanti, niſi quando res, quæ inciderint in commiſſum, ad eos peruenerunt, num. 2.

RESOLVTIO III.

Gabella fraudata pæna an præſcribatur per quinquennium.

1 POena fraudatæ gabellæ præſcribitur per quinquennium contra gabellarium, ſeù fiſcum *l. 2.& ibi Doct.C. de vectigal.& commiſ.*& tradunt *Firm. de gabell.par.9. num.8. Ferret. in eodem tract. de gabell. num. 253.* quos refert, & ſequitur *Farinac.de furt.quæſt.173. n.49. & Maſſin. de confiſc.bon.quæſt 21. nu.37.* & ſcripſit etiam *Guazz.pariter de confiſc.bono.concl.18. num. 45.& Cobel.ad Bull.bon. regim. cap.47.num.51.*

2 Amplia d. concluſionem, vt pæna prædicta neq; tranſeat ad hæredes fraudãtis, niſi quando res quæ inciderunt in cõmiſſum, ad eos peruenerunt, quia tunc gabellarius d. res non ſolùm ad hæredibus, ſed à quolibet ſingulari poſſeſſore vendicare poteſt ad tex, *in l.ſi public anus 4.in prin.& in l.commiſſa 14. in prin.* & vtrobique not. *Doct. ff.de public.*& poſt *Firman. et Ferret. de gabell.* per eum relatos notat *Farin.de furt. d. q.173.n.48.* vbi limitat, ſi viuente fraudatore ſit lis conteſtata, aliàs ſecùs, cum quo pertranſeunt *Guazz.de conf.bon.concl.13 ampl.82. n.8.& Maſſi.*pariter *de confiſc. bon.d.quæſt.21.n.38.*

Reſol.Crim.

ADDITIO.

N.1. VBi habetur, quod pæna fraudatæ gabellæ præſcribitur per quinquennium adde de quo vide *D. meus Deluca in Theat.verit.& iuſti. tom.2.in tit.de vectig. diſcur.69. num. 5.*

N.2. Vbi habetur, quod pæna fraudatæ gabellæ non tranſit ad hæredes, niſi quando res fraudatæ ad eos peruenerunt adde *Farinac. in addit.ad quæſt.10. num.76. de inquiſ.* vbi dicit, quod pæna fraudatæ gabellæ tranſit ad hæredes quando res ad eos peruenit, & illa extat, vel hæredes effecti ſunt locupletiores, vt ibi per eum.

S V M M A R I V M.

1 *Mulio, ſeù nauta ſi non ſoluant gabellam, res non publicantur in præiudicium domini mercium, ſed ipſi tenentur gabellario.*

Fallit ſtante Statuto, ſeù conſuetudine in contrarium, num 2.

Datur tamen actio domino contra mulionem, et nautã, & eis exiſtentibus non ſoluendo, datur reſtitutio in integrũ contra gabellarium, num. 3.

RESOLVTIO IV.

Mulio ſi non ſoluat gabellam res, an publicentur in damnum domini mercium, ſeù ipſe teneatur gabellario.

1 MVlio, nauta, ſeù vector mercium, ſeù alterius rei ſi non ſoluat gabellam, & res incidant in commiſſum, res illæ non debent publicari in præiudicium Domini illarum, ſed mulio, nauta, vel vector tenentur ſoluere precium illarum fiſco, vel gabellario, vt tradunt *Bart.in l.2.& ibi Adden. litera B. C. de nau non excuſ.lib.11.Ferret.de gabel.nu.243.& nu.594.Theſa. quæſt.foren. 52.nu.1.& ſeq. lib.1* quicquid contrarium dicat, fuiſſe ſeruatum per Senatum ibi, *Maſſi. de confiſc.bonor.quæſt.26. num.19. & ſeq. & Cobell. ad Bull. bon.regim.cap 47 num.115.* Cum nemini debeat res ſua ſinè facto proprio, & ſinè ſua culpa auferri, vt in his terminis tradunt *Theſ. d. quæſt.52. num.1.Ciriac.contron. 356. num. 40.et Maſſin. d. quæſt. 26. in fin.*

2 Limita d. concluſionem, vt non habeat locum, ſtante conſuetudine, vel ſtatuto mandante ob non ſolutionem gabellæ cadere in commiſſum bona, etiam contra ignorantes, quia tunc bona, quæ vehuntur, cadunt in commiſſum, etiam in præiudicium Dominorum illorum, vt docent *Roman. in l. cotem 11.§.dominus num.3. ff.de public.& vectigal. Theſa d.q.52.n.4. Ciriac. d contro.356. num. 46.et Maſſi.de confiſc.bon.d.quæſt 26 num.16.et 20.*

3 Declara d. limitationem, vt in d. caſu detur actio domino rerum contra mulionem, nautam, & vectorem extrahentem ſine ſolutione gabellæ, & ſi illi non ſunt ſoluendo, ita vt non poſſint reficere damnum domino mercium, conceditur illi reſtitutio in integrum ex clauſula generali contra gabellarium pro recuperatione rerum ablatarum, vt

tradunt *Caroc. de locat. et conduc. part. 4. de caſibus quæſt. 5. nu. 16. Rolan. conſ. 42. in fin. lib. 3. Farinac. de furt. d. quæſt. 173. num. 50. Ciriac. d. contro. 356. n. 48. Fontanel. deciſ. Catbalo. 535. n. 10. et 11.* quē refert, & ſequitur *Maſſin. de confiſc. bonor. d. quæſt. 26. nu. 17. et num. 20.*

S V M M A R I V M.

1 *Animalia aliena, vel currus, ſuper quibus fuerunt portatæ res pro quibus non fuit ſoluta gabella, non publicantur, ſi dominus illorum id ignorauit.*

Fallit, ſtante conſuetudine, vel Statuto mandante contrarium, num. 2.

Declara prædicta, vt num. 3.

RESOLVTIO V.

Animalia aliena, vel currus ſuper quibus fuerunt portata res, pro quibus non fuit ſoluta gabella an publicentur.

1 ANimalia aliena, nauis, vel currus, ſuper quibus fuerunt aſportatæ res, pro quibus non fuit ſoluta gabella per nautam, vel vectorem, non incidunt in commiſſum, nec publicantur, ſi dominus illorum id ignorauit, ſed nauta, vel vector tenetur præſtare illorum æſtimationem Fiſco, vel gabellario, ſecùs tamen eſt, ſi ſciuerit, vt tradunt *Imol. in l. cotem 11. §. dominus num. 2. et ibi Roman. nu. 3. ff. de publ. et vectig. Ciriac. contro. 356. num. 45. Caroc. de locat. par. 4. de caſibus quæſt. 5. nu. 13. & ſeq. Strac. de mercat. par. 4. nu. 28. Sol. ad Conſtit. Saband. rub. de edic. anno. gloſ. 10. nu. 9. Ludo. dec. Peruſ. 31. nu. 7. Gilia. ad Stat. Peruſ. §. Annona in annot. num. 15.* & alij plures, quos refert, & ſequitur *Maſſin. de confiſc. bon. quæſt. 26. nu. 14. & ſeq.* quibus addo *Cabal. reſol. crim. caſu 129. num. 8. cent. 2.*

2 Limita d. concluſionem, vt non habeat locum, ſtante conſuetudine, vel ſtatuto mandante, cadere in commiſſum etiam animalia, & res ſpectantes ad dominum ignorantem; quia tunc etiam illa cadūt in commiſſum, vt probant *Ciriac. d. contro. 356. nu. 42. & 46. & Maſſin. de confiſc. d. q. 26. nu. 16.* & ſequitur etiam *Caroc. d. quæſt. 5. num. 14. & ſeq.*

3 Declara d. limitationem, vt habeat locum, quando vector, & nauta sūt ſoluendo, ita vt dominus animalium, currus, vel nauis poſſit ab eo pretium rei amiſſæ recuperare, ſecùs tamen eſt, ſi ille non ſit ſoluendo, quia tunc domino animalium, currus, vel nauis datur reſtitutio in integrum ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa &c. aduerſus fiſcū, ſeù gabellarium, ita vt res ſua non valeat publicari, vel illi ſit reſtituenda, vt tradunt *Ludo. concl. 15. ver. inſertur vigeſimò ſeptimo, Fontanell. deciſ. Catbalo. 535. num. 10. & 11.* vbi dicit, in d. caſu ignorantiam præſumi, *Ciriac. d. contro. 356. num. 44. & ſeq. & Maſſin. de confiſc. bon. d. quæſt. 26. num. 14. et ſeq.* cum quibus pertranſit etiam *Caball. reſolut. crim. caſu 129. num. 8. ante finem cent. 2. & Caroc. in dict. quæſt. 5. num. 15. & 16.* & dixi etiam in *Reſolut. præced. in fin.*

S V M M A R I V M.

1 *Gabellarij exigentes gabellam vltra taxam dicuntur committere furtum.*

Imò puniuntur pœna capitali exigentes gabellam in caſu, quo exigi non debet, num. 2.

Et tenentur etiam ad reſtitutionem indebitè exacti, num. 3.

RESOLVTIO VI.

Gabellarij exigentes gabellam vltra taxam an dicantur committere furtum.

1 GAbellarij, & publicani exigentes ſcienter gabellam vltra taxam dicuntur committere furtum, & puniēdi ſunt pœna exilij, vel alia pœna extraordinaria Iudicis arbitrio, cū dicantur publicani, quaſi publici canes, vt tradunt *Franc. Marc. deciſ. 421. par. 2. Baiar. ad Clar. §. furtum num. 9. Menoch. de arbitr. caſu 443. num. 3.* vbi loquitur, quando ſemel tantùm exigit, alias dicit, eſſe puniendum capitaliter, latè *Farinac. de furt. quæſt. 173. nu. 53. & ſeq.* vbi alios dat concordantes, *Adden. ad Paitel. expedit. 49. num. 23.*

Gabellarij enim prædicti ſunt improbiores, quàm fures, vt not. *Ferret. de gabell. num. 216. & Farinac. de furt. d. quæſt. 173. num. 53.* & dicuntur publicani, quaſi publici canes, cum curent extorquere vltra debitum per fas, & nefas multotiès, vt dixi, & aduertit *Ludo. concl. 85. ver. ſecunda ratio, &c. Farina. d. quæſt. 173. num. 53. Adden. ad Paitell. expedit. 49. nu. 21.* & eos temerarios, & audaces appellat I.C. *in l. quantæ 12. ff. de publ. & vectig.* & not. *Cobel. ad Bull. bon. regim. cap. 19. num. 9.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt gabellarius exigens gabellam in caſu, in quo exigi non debet, vel non eſt conſuetum, illam exigi capitali pœna puniatur ad tex. *in l. vniuerſi 5. C. de vectigal. Iodoc. in pract. cap. 99. in prin. Menoch. de arbitr. caſu 443. num. 3. Farinac. de furt. d. quæſt. 173. num. 55. & ſeq.* qui alios dant concordantes, & dicunt, hoc maximè procedere, quando exactio eſt duplicata, & quando gabella exigitur, dum à Principe non fuit impoſita, & vt ibi per eos.

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt gabellarius indebitè exigens gabellam, non ſolùm puniendus ſit criminaliter, vt ſupra, ſed etiam teneatur ciuiliter quandoque in ſimplum, quandoque in duplū, & quandoque in quadruplum iuxta diſtinctionem allatam per *Antibol. de muner. par. 3. §. 1. nu. 42. per Iodoc. in pract. cap. 99. num. 6. & 7. per Menoch. de arbitr. d. caſu 443. num. 3. & per Farinac. de furt. d. quæſt. 173. num. 59.* vbi alia ad materiam.

ADDI:

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod gabellarij exigentes gabellam vltra taxam dicuntur committere furtum adde *Illuſtriſs. D. Deluca in Theat. verit. & iuſti. tom. 2. in tit. de vectigal. diſcur. 71. num. 4.* vbi dicit, d. gabellarium puniri, & teneri ad reſtitutionem, vt habetur etiam *hic nu. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Gabella dicitur fraudata ſtatim, quòd quis tranſiuit per locum, illa non ſoluta.*

Procedit, quando quis exiuit Ciuitatem, vel Caſtrum, vbi illa ſoluitur, aliàs ſecùs, num. 3.

Niſi tamen conſuetudo, vel Statutum mandarent contrarium, num. 4.

2 *Gabellarius non tenetur petere gabellam à tranſeuntibus.*

RESOLVTIO VII.

Gabella an dicatur fraudata ſtatim, quod quis tranſiuit per locum illa non ſoluta.

1 GAbella dicitur fraudata ſtatim, quòd quis tranſiuit per locum, vbi illa ſoluitur cum rebus, pro quibus illa erat ſoluenda, & non fuit ſoluta, cum gabellarius non teneatur illam petere a tranſeuntibus *l. fin. §. diui*, & ibi Doct. communiter *ff. de publ. & vectigal.* & tradunt *Rolan. conſ. 42. in princ. lib. 3. Maſc. de prob. concl. 834. num. 2 lib. 2. Cran. conſ. 115. poſt prin. Farinac. de furt. quaſt. 173 num. 17.* vbi alios dat concordantes, *Mauſo. de cauſ. execut. ampl. 30. num. 27. & 28.* quem refert, & ſequitur *Maſſin. de confiſcat. bono. q. 21. num. 20. & ſeq.* & ſentiunt etiam *Adden. ad Paitel. exped. 49. num. 11. & ſeq.*

2 Gabellarius enim non tenetur petere gabellam à tranſeuntibus *d. l. fin. § diui.* & ibi not. Doctores communiter *ff. de publ. & vectigal. Farinac. d. quaſt. 173. num. 17. Adden. ad Paitel. d. exped. 49. nu. 11. & ſeq.* neque tenetur eos admonere *Firm. de gabel. par. 9. nu. 1. Peregr. de iur. fiſci lib. 6. tit. 5 ſub nu. 35. Adden. ad Paitel. d. exped. 49. num. 12.* vbi dicunt, gabellarium, videndo tranſeuntem cum ſalma, poſſe tacere, & poſtea illum proſequi, & arreſtare, & ſalmam auferre, & pœnam exigere, vt ibi per eos.

3 Declara d. concluſionem, vt habeat locum, poſtquam pertrãſiens cum rebus gabellæ ſubiectis exiuit Ciuitatem, Oppidum, vel Caſtrum, vbi ſoluitur gabella, non autem antea, licèt tranſiens reliquerit poſt ſe domum gabellarij, illa non ſoluta, vt benè declarat *Maſſi. de confiſ. bon d. quaſt. 21. n. 23. & ſeq.* vbi dicit, non eſſe neceſſe, quòd tranſiens cum rebus egrediatur totum territorium, vt ibi per eũ.

4 Limita d. declarationem, vt non habeat locũ, quãdo conſuetudo, ſeù ſtatutum ſuadent contrarium, quia illis eſt omninò ſtandum in materia gabellarũ. ad tex. *in l. ſi publicanus 4. §. fin. ff. de publ. & vect.* & tradunt *Ciriac. cont. 222. n. 18. et ſeq. Caren. ref. 206. & 207. in prin. & Maſſi. de confiſc. bon. q. 21. nu. 28.*

Reſol. Crim.

SVMMARIVM.

1 *Gabella fraudata, bona, quæ vehuntur, incidunt in commiſſum, & gabellarijs, vel fiſco applicantur.*

Ita vt dominium illorum tranſeat in fiſcum ipſo iure, num. 2.

Non tamen tranſit poſſeſſio, niſi ſequuta declaratoria Iudicis, num. 3.

Neque publicantur merces, pro quibus non erat ſoluenda gabella, num. 4.

RESOLVTIO VIII.

Gabella frandata bona, quæ vehuntur an incidant in commiſſum, & gabellarijs, vel fiſco applicentur.

1 GAbella fraudata, bona, quæ vehuntur, pro quibus illa erat ſoluenda, non fuit ſoluta, incidunt in commiſſum, & fiſco, ſeù conductoribus gabellæ applicantur *l. commiſſa 14. ff. de publ. & vectigal. l. 1. & 2 C de vectigal.* & tradunt *Firman. de gabel. par. 9. num. 7.* vbi dicit, quòd, ſi gabella exigitur pro Principe, illi applicantur res, quæ incidunt in commiſſum, alias applicantur conductoribus gabellarum, etiamſi in Inſtrumento conductionis non ſit expreſſum, vt ibi per eum, *Menoch. de arb. caſu 397. ſub num. 6.* vbi dicit, eſſe in hoc attendenda ſtatuta, & conſuetudines locorum, *Farinac. de furt. quaſt. 173. num. 2.* vbi dat concordantes, *Guazz. de confiſc. bon. concl. 13. ampl. 82. in prin. Peregr. de iure fiſc. lib. 6. tit. 5. num. 31.* vbi dicit, etiam ea, quæ coadiuuant, incidere in commiſſum, vt ibi per eum, benè *Maſſin. de confiſc. bon quaſt. 21. in prin.* vbi alios adducit, ita ſentientes, & pœnas contra fraudantes gabellas ſpectare ad conductores illarum, etiám ceſſante pacto tradit *Vermigl. conſ. 127. num. 2. & 4. Cobel. ad Bull. boni regim cap. 47. num. 48. & ſeq.*

2 Amplia d. concluſionem, vt dominium rerum, quę cadunt in commiſſum ob fraudatam gabella, tranſeat ipſo iure in fiſcum, ita vt ipſe agere poſſit rei vendicatione pro illarum conſequutione *d. l. commiſſa 14. & ibi Bart. ff. de publ. et vectig. Rolan. conſ. 42. in prin. lib. 3. Cran. conſ. 115. in prin. Farin. de furt. d. quaſt. 174. num. 3.* qui alios refert, ita ſentientes, *Ferret. de gabell. num 240. Caroc. de locat. par. 3. de caſib. q. 5. nu. 17. et Maſſin de confiſ. bon. q. 21. num. 2.*

3 Declara d. ampliationem, quòd licèt dominium rerum, quæ incidunt in commiſſum ob non ſolutã gabellam, tranſeat ipſo iure in fiſcum, vt ſupra, non tamen in eum tranſit poſſeſſio illarum, niſi ſequuta ſententia declaratoria Iudicis, ita vt non poſſint gabellarum conductores capere de facto, & propria authoritate res, quæ inciderunt in commiſſum ſinè declaratoria Iudicis, vt tradunt *Perſonal. de gabell. num. 2. et ſeq. Firma. de gabell. par. 4. num. 25. et par. 9. num. 6. et 8. Cran. d. conſ. 115. num. 6. Rolan. dict. conſ. 42. num. 5. et ſeq.* vbi teſtatur de veriori, & magis communi Doctorum opinione, & *conſ. 80. numer. 48. libr. 3. Farinacc. de furt.*

d. *quæſt.* 173. *num.* 4. vbi dicit, ita eſſe tenendum, niſi aliter diſponatur per ſtatutum, vt ibi per eum, *Caroc. de locat. dict. quæſt.* 5. *num.* 17. quos ſequitur *Maſſi de confiſc. bon. d. quæſt.* 21. *num.* 3. 4. *& plurib. ſeq.* vbi contrariam conſuetudinem, ſeù potiùs abuſum aliquorum locorum Status Eccleſiaſtici non minùs latè, quàm doct. improbat, & impugnat per plures rationes, & præcipuè, quia ſemper poteſt domino mercium aliqua probabilis defenſio competere, quæ, ipſo citato, diſcuti debet, & ſic requiritur declaratoria Iudicis, vt ibi per eum *num.* 6. 7. *& ſeq.* omninò videndum.

4 Limita d. concluſionem, vt propter non ſolutionem gabellæ cadant in commiſſum merces, pro quibus eſt ſoluenda gabella tantùm, & ſic merces illicitæ, non autem merces, pro quibus gabella non eſt ſoluenda, & ſic quæ licitè vehuntur, licet omnes ſimul aſportentur ad tex. *leg. ſi publicanus* 4. §. 1. *ff. de public. & vectigal.* & tradunt *Bald. in l. cum proponas* ... *num.* 4. *& ibi Salic. num.* 3. *C. de nautic. fœno. Bertach. de gabell. par.* 9. *num.* 13. *&* 14. *Manſo. de contraban. quæſt.* 6. *num* 16. quos referendo ſequitur *Maſſi. de confiſc. bon. quæſt.* 26. *num.* 11. vbi dicit, hanc limitationem tranſire ſinè difficultate, quicquid ſit, quando agitur de mercibus, quæ incidunt in commiſſum non ex fraudatione gabellæ, ſed ob extractionem illarum, puta extra ſtatum, ad inimicos, & ſimil. de quo latè habetur per *Maſſin. in d. q.* 2 *ferè per tot.* & concordat *Caroc. de loca.* quando merces non erant omnes molionis, alias ſecùs *d. quæſt.* 5. *num.* 19.

S V M M A R I V M.

1 *Cauſa contrabanni, eſt criminalis.*

Et ideò probationes in eo debent neceſſariò concludere, num. 2.

Cum fraudatio gabellæ non præſumatur, ſed ſit probanda, num. 3.

Etiam ſi agatur de pœna applicanda parti, n. 4.

Ac etiam quod quis captus fuerit in fragranti, num. 5.

6 *Pœna fraudatæ gabellæ ſpectat ad appaltatorem.*

R E S O L V T I O IX.

Cauſa contrabanni an dicatur cauſa criminalis, vel ciuilis.

1 CAuſa contrabanni eſt cauſa criminalis, vt tradunt *Farinac. conſ.* 85. *num.* 50. *lib.* 2. *Gratian. diſcept. foren. cap.* 109. *num.* 1. *par.* 1. *Ciriac. controu.* 512. *num.* 3. & admittit *D. meus Deluca in Theat. verit. & iuſti. tom.* 2. *in tract. de vectigal. diſcur.* 69. *n.* 10.

2 Amplia primò d. concluſionem illatiuè, vt adeò probationes, vt res cadat in commiſſum debeant neceſſariò concludere, non autem per poſſibile ad tex. *in l. fin. C. de prob.* & not. *Alex. conſ.* 66. *ſub num.* 12 *lib.* 7. *Farinac. de reo confeſſ. & conuic. quæſt.* 86. *num.* 6. *Ciriac. d. contr.* 512. *num.* 4. *Maſſim. de confiſc. bon. quæſt.* 21. *num.* 12. *& ſeq.* & ita fuiſſe iudicatum teſtatur *D. Deluca in d. diſcur.* 69. *n.* 9. vbi dicit, contrarium tenendum eſſe quò ad intereſſe ciuile ſolutionis gabellæ, vt ibi per eum.

3 Gabellæ enim fraudatio non præſumitur, ſed illa probari debet ab accuſatore, vt not. *Bertaz. conſ. crim.* 36. *num.* 5. quem referendo ſequitur *Ciriac. d. contro.* 512. *n.* 10.

4 Subamplia d. ampliationem, vt habeat locum etiam ſi agatur de pœna applicanda parti, vt voluerunt *Farinac. in d. quæſt.* 86. *num.* 7. *& Ciriac. d. contro.* 512. *num.* 5.

5 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum etiã ſi quis fuerit captus in fragranti, quia adhuc debet probari d. fragrantia, & formari ſuper illa proceſſus, vt tradunt *Scacc. de iudic. lib.* 1. *cap.* 78. *per tot. & Maſſin. de confiſc. bon. d. quæſt.* 21. *num.* 13. *& ſeq.* non minus bene, quam latè comprobans.

6 Pœna autem fraudatæ gabellæ ſpectat ad appaltatorem, vt poſt *Rouertor. deciſ.* 28. *& ibi Adden.* per eum relatos not. *D. Deluca in d. tit. de vectigal. diſcur.* 69. *num.* 4.

G R A T I A.

S V M M A R I V M.

1 *Gratia facta per Principem ſi ſit nulla, delinquens ſi ſit captus eſt, excarcerandus, & dimittendus ſubiectus pœnis delicti.*

Fallit, quando gratia fuit conceſſa ſub conditione, illa non impleta. num. 3.

Vtrum vero dum diſputatur ſuper validitate, gratiatus ſit excarcerandus, num. 4. *remiſſiuè.*

2 *Nemo ſub fide publica circumueniri debet.*

R E S O L V T I O I.

Gratia facta per Principem ſi ſit nulla ſi delinquens ſit captus, an ſit dimittendus ſubiectus pœnis delicti.

1 GRatia facta per Principem delinquenti ſi ſit inualida, delinquens ſi fuerit captus, non poteſt moleſtari, ſed eſt excarcerandus, & dimittendus ſubiectus tamen pœnis, & condemnationi delicti, ne ſub fide publica decipiatur ad tex. *in l.* 1. *C. de his qui ven. ata. impetr.* & tradunt *Clar in practi.* §. *fin. quæſt* 59. *ver. adde quod, &c. & ibi Baiar. in prin. Vulpell. conſ.* 19. *nu.* 12. *&* 13 vbi teſtatur de magis communi Doct. opinione, & ampliat, ſiuè gratia ſit nulla defectu ſolemnitatis, ſiuè poteſtatis, *Peguer. deciſ.* 39. *per tot.* & latè comprobat *Farinac. de inquiſ. quæſt.* 6. *num.* 27 vbi dicit, ita pluries fuiſſe in Alma Vrbe in facto ſeruatum, *& in conſ.* 53. *in prin. lib.* 1. plenè *Giurba conſ* 57. *nu.* 3. *&* 4. *& conſ.* 22. *n.* 14. *Guazz. defen.* 2. *cap.* 9. *num.* 6. *& in tract. de pace quæſt.* 38. *nu.* 17 vbi pariter dicit, ita obtinuiſſe in d. Alma Vrbe. *& Vermigl. conſ.* 287. *nu.* 5. alios adducens, ita ſentientes, *& Ant. de Ball. tract. crim. lib.* 4. *quæſt.* 10. *nu.* 26. & dixi ſtatim *verbo Princeps Reſol.* ...

2 Nemo enim, vt dixi, debet ſub fide publica decipi, & circumueniri *d. l.* 1. *C. de his qui ven. ata. impetr.* & not. *Farinac. Guazz. Vermigl. Ant. de Ball.* & alij Doct. ſupra adducti, & vltra eos *Duen. reg.* 16. *in fin. & Barboſ. axiom.* 98. *num.* 6.

3 Declara

3 Declara d. concluſionem, vt non habeat locum, quando Princeps fecit gratiam delinquenti cum aliqua conditione, vel qualitate, puta habita pace, concordata parte, & ſimil. quia, ſi delinquens d. pacem non habuerit, vel illegitimè illam habuerit, puta non ab omnibus hæredibus, vel partem non concordauerit, ſi Iudex condemnationem caſſauit, d. gratia non valuit, & gratiatus poteſt iterum moleſtari, & ſi erat bannitus, impunè interfici, cũ tunc non dicatur violari fides publica, ſed delinquens ſibi imputare debet, ſi conditionem à Principe adiectam non adimpleuit, cum Princeps concedendo gratiam certo modo, alio modo illam denegare videatur, vt voluerunt *Capol. conſ. 7. nu. 5. & ſeq. Nel. de bannit. in 1. par. 3. temp. quæſt. 3.* quos refert, & ſequitur *Farinac. d. conſ. 53. num. 21. lib. 1. & de var. ac diuer. quæſt. quæſt. 103. num. 102.* vbi dat concordantes, *& Guazz. de pace quæſt. 38. num. 22.* & dixi etiam infra *Reſol. 4.*

4 Vtrum verò captus cum gratia nulla, interim, dum diſceptatur de nullitate, manere debeat in carceribus, vel in priſtinam libertatem ſit reponendus, diſſerit latè *Giurb. conſ. 57. num. 1. & ſeq.* vbi tenet opinionem affirmatiuam, quam dicit, veriorem eſſe contra *Farinac.* per eum adductum, & quamplures dat more ſuo concordantes, ipſum conſulas, cum non omnia hic ſint referenda, ſed principaliora tantùm, vt toties dixi.

S V M M A R I V M.

1 *Gratia Principis, ſi eſt obreptitia, vel ſubreptitia eſt nulla.*
Amplia vt obtinens gratia per obreptionem incidat in crimine falſi, n. 3.
Et habens gratiam obreptitiam, vel ſubreptitiam poſſit puniri, ac ſi illam non habuiſſet, n. 4.
Licèt contrarium teneant aliqui Doctores, n. 5.
Gratia quando dicatur obreptitia, vel ſubreptitia, num. 7.
Dicitur ſubreptitia, ſi non ſit facta mentio de alio delicto, n. 8.
In gratijs conceſſis in Feſtiuitatibus Natalitijs non attenditur ſubreptio, n. 9.
2 *Obreptio, & ſubreptio in gratioſis vitiant ipſo iure.*
6 *Gratia magis vitiatur per obreptionem, quàm per ſubreptionem.*

RESOLVTIO II.

Gratia Principis ſi eſt ſubreptitia, vel obreptitia an ſit nulla.

1 GRatia Principis ſi eſt obreptitia, vel ſubreptitia, eſt nulla, & inualida, vt tradunt *Boſſ. in pract. in tit. de remed. ex ſola clemen. Prin. nu. 37.* vbi dicit, quod habens talem gratiam poteſt impunè occidi, *Maſc. de prob. concl. 846. num. 16. & 17. lib. 2. Theſ. deciſ. Pedem. 28. num. 2. Menoch. de arb. caſ. 301. num. 2. Farin. de inquiſ. quæſt. 6. nu. 46. & conſ. 3. num. 3. & conſ. 47. num. 1. 2. & ſeq. lib. 1.* vbi dicit, d. concluſionem eò magis habere locum, ſi adſit clauſula *Attentis narratis*, & etiam parte, & fiſco non opponente, vt ibi per eum, *Merlin. Pignatel. controu. foren. cap. 54. num. 2. lib. 1.* plenè *Capic. Latr. deciſ. 105. num. 58. & ſeq. lib. 1. & deciſ. 148. num. 41. & ſeq.* vbi dicit, hanc concluſionem habere locum etiam ceſſante dolo, *& deciſ. 174. n. 23. & ſeq. lib. 2.* vbi dicit, de hoc neminem dubitare, & benè comprobat *Ciriac. contr. 694. nu. 1. & ſeq. tom. 4. & Rot. in Bononien. fideicommiſſi de Rubeis 30 Maij 1646. coram Eminentiſſimo Corrado §. quarto, quia &c.* vbi aliæ recenſentur deciſiones quamplures.

2 Obreptio enim, & ſubreptio, maximè in gratioſis, ipſo iure, & parte etiam non opponente, gratiam vitiant *cap. ad audientiam 31. de reſcrip. cap. ſi eo tempore 9. eod. tit. in 6. gloſ. & Doct. in cap. dilectus filius, num. 26. de reſcrip. Farinac. de inquiſ. d. q. 6. num. 46. & d. conſ. 47. in princ.* vbi dicit, non poſſe in hoc caſu allegari per gratiatum, non debere decipi ſub fide publica, qua ipſe gratiatus obripiendo, & ſubripiendo gratiam a Principe extorquens dicitur Principem decipere, non autem a Principe decipi, ita vt conqueri non debeat, niſi de ſeipſo, vt ibi per eum, cum quibus pertranſit *Paſc. de patr. poteſt. par. 4. cap. 3. ſub num. 10. Capic. Latr. d. deciſ. 174. num. 23. & ſeq.* licèt aliquos contrarium tenentes referat, *& Rota in d. Bononien. fideicommiſſi de Rubeis in d. §. quartò, quia &c.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt gratia a Principe per obreptionem obtenta non ſolum ſit nulla, ſed etiam illam impetrans obripiendo incidat in pœnam falſi *l. ſi quis obrepſerit 29.* & ibi not. *gloſ. & Doct. ff. ad leg. Corn. de falſ. cap. accedens 8. de crimin. falſ.* & not. *Gargiar. conſ. 126. num. 104. inter conſ. crim. diuer. lib. 1. Menoch. de arbitr. caſu 314.* vbi *ſub num. 4.* dicit, intrare in hoc caſu pœnam extraordinariam, *Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 6. num. 46. & conſ. 3. num. 3. & d. conſ. 47. num. 11. lib. 1.* & latiùs reaſſumpſit in tract. *de falſ. quæſt. 150. nu. 146. & ſeq.* vbi contrarium tenentes adducit, & plures affert diſtinctiones, ipſum conſulas.

4 Amplia ſecundò d. concluſionem illatiuè, vt gratia obreptitia, vel ſubreptitia, vti nulla, non ſit ſeruanda, ſed illam habens puniri poſſit, ac ſi illam non habuiſſet *cap. poſtulaſti 27. cap. ad audientiam, 31. de reſcrip. cap. ſi eo tempore 9. eod. tit. in 6.* & not. *Bald. Oldrad. Iaſ. & alij in l. nec damnoſa 3. C. de prec. Imper. offeren. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 59. verſ. debet autem &c.* vbi dicit, aliquos, qui obreptitias, vel ſubreptitias exhibuerunt gratias, fuiſſe morti traditos, vt ibi per eum, & latè comprobat *Farin. conſ. 3. num. 3. & conſ. 47. num. 1. & ſeq. lib. 1.* vbi dicit, poſſe tales gratiatos etiam impunè occidi, ſtante ſtatuto, quod banniti poſſint impunè occidi & quamplures adducit ita ſentientes, & idem not. *de var. ac diuer. quæſt. quæſt. 103. num. 101.* vbi dat concordantes.

5 Quicquid contrarium, licèt ſub obſcurè videatur

cur

tur ſenſiſſe *Merl. Pignatel. contr. foren. cap. 54. num. 15. par. 1.* cum Doctores ab eo adducti loquantur in gratia nulla, non autem in ſubreptitia, quæ inter ſe maximè differunt, vt ex *Farinac. in conſ. 47.* dixi ſupra poſt princ.

6 Declara primò d. concluſionem, vt gratia magis vitietur per obreptionem, quam per ſubreptionem *d. l. ſi quis obrepſerit 29. ff. de falſ.* & voluerunt *Abb. in cap. cum dilecta 22. num. 15. de reſcrip. & Bero. in cap. ſuper literis 20. in 1. lect. num. 11. in fin. & in 2. lect. num. 1. de reſcrip.* cum quibus, eos referendo, pertranſit *Farin. in d. conſ. 47. nu. 11. lib. 1.*

7 Declara ſecundò d. concluſionem, vt gratia dicatur ſubreptitia, quando illam impetrans non expreſſit omnes qualitates, & circumſtantias aggrauantes delictum, quæ vel Principis animum veriſimiliter retrahere potuiſſent a gratiæ conceſſione, ſi illas ſciuiſſet, vel ſaltem illum difficiliorem ad illam concedendam reddidiſſent, puta, ſi ſit author criminis, ſi delictum fuit proditorie commiſſum, ſi delictum fuerit commiſſum in rixa, vel animo deliberato, vel ex inſidijs, & ſimilia, quæ cum non ſint omnia determinata, Iudicis arbitrio remittuntur, quæ omnia locum habere poſſunt etiã in obreptione, vt ſi Principi ſit aliquod narratum, quod non ſit verum, quod ſi Princeps ſciuiſſet, gratiam, vel non conceſſiſſet, vel difficilius illam conceſſiſſet, vt late videre eſt per *Menoch. de arb. caſ. 201. per tot. & per Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 6. nu. 47. & ſeq.* vbi alios adducit concordantes quamplures, & dicit, d. declarationem habere locum non in omnibus qualitatibus, & circumſtantijs, ſed ſolum in illis, quæ ſunt in iure expreſsæ, vt ibi per eum, & prædicta etiam latè proſequitur *in d. conſ. 3. num. 10. & ſeq. & d. conſ. 47. num. 2. & ſeq. & conſ. 93. ferè per tot. lib. 1.*

8 Declara tertiò d. concluſionem, vt gratia dicatur ſubreptitia, & ſic nulla, ſi petita ſit de aliquo delicto, puta de homicidio, ſi non eſt facta mentio de gratia habita de alio homicidio, & delicto, vt latè comprobat *Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 6. num. 49. & ſeq.* vbi quamplures adducit Doctorum authoritates, & hanc declarationem multipliciter limitat, vt ibi per eum, & idem tradit *in d. conſ. 3. num. 4. et in d. conſ. 47. num. 5. et in d. conſ. 93. nu. 2.* vbi dicit, prædicta non habere locum, quando Princeps de alijs delictis ſcientiam habebat etiam præſumptiuè, vt ibi per eum *lib. 1. et conſ. 163. nu. 2. et ſeq.* vbi quid, ſi Princeps potuit cogitare in genere de alijs delictis *lib. 2.* quæ videas ibi per eũ, & *Ant. de Bal. tr. crim. lib. 4. q. 10. n. 4.* vbi dicit, tria requiri, & præcipuè, quod agatur de pœna capitali.

9 Declara quartò d. concluſionẽ, vt non habeat locum in illis gratijs, quæ à Principe conceduntur in Feſto Natiuitatis Domini Noſtri Ieſu Chriſti, quæ cum cenſeantur ex proprio motu ipſius Principis conceſſæ, ideò in eis non attenditur ſubreptionis vitium, vt ex communi Doct. ſententia notabiliter refert *Burſat. conſ. 177. num. 15. lib. 2.* quem referendo ſequitur *Paſcal. de patr. poteſt. par. 4. cap. 3. n. 10.* vbi dicit, hoc eſſe perpetuo notandum.

A D D I T I O.

N. 8. VBi habetur, quod gratia dicitur ſubreptitia ſi non fuit facta mentio de alio delicto adde *Farinac. in addit. ad quæſt. 6. de inquiſ. num. 50.* vbi dicit, quod non eſt neceſſe in gratia exprimere delicta, de quibus fuit proceſſatus, & non condemnatus, & quando gratia eſt ſubreptitia ob non expreſſum aliud delictum; vide *Farinac. in d. addit. num. 50. in princ.* benè declarantem.

S V M M A R I V M.

1 *Gratia Principis facta delinquenti latè eſt interpretanda.*

Licèt contrarium teneant aliqui, num. 3.

Maximè, quando gratia proceſſit motu proprio Principis, num. 4.

Quod procedit reſpectu Principis concedentis, ſecùs in præiudicium tertij. num. 5.

2 *Beneficium Principis latè interpretatur.*

R E S O L V T I O III.

Gratia Principis facta delinquenti an latè ſit interpretanda.

1 GRatia Principis facta delinquenti latè eſt interpretanda, nullaque abſurda interpretatione eſt coarctanda *leg. beneficium 3. ff. de conſtit. Princ. l. fin. C. de præpoſ. in reb. lib. 12. Dec. conſ. 65. num. 3. Theſaur. lun. quæſt. foren. 58. ſub num. 6. lib. 2. Farinac. conſ. 163. num. 6. lib. 2 Giurb. conſ. 22. num. 13.* & benè comprobat, & dicit veriorem *Ant. de Bal. tract. crim. lib. 4. quæſt. 10. n. 2.* & ibi da concordantes.

2 Beneficium enim Principis eſſe latiſſimè interpretandum habetur clarè in *d. l. fin.* & ibi not. Doctor. communiter, quæ incipit *Beneficium, ff. de conſtit. Princ. & in d. l. fin. C. de præpo. in reb. lib. 12.* & tradunt paſſim Doct. & præcipue *Surd. deciſ. 123. num. 6. & conſ. 140. num. 48. & ſeq. lib. 1. Ciriac. contr. 291. num. 40. Cobel. ad Bull. bon. regim. cap. 50. num. 86.* ita vt nulli ſtræno debeat eſſe ſubiectum *Ciriac. d. controuer. 291. n. 47. Roſental. de feud. cap. 6. concl. 74. num. 3.* & dixi ego latè *allegat. foren. 58. num. 14.* quicquid ſit in conceſſione contra ius commune, & odioſa, quæ ſtrictè interpretatur, & ibi dixi.

3 Quicquid contrarium, imò remiſſiones, & gratias delictorum ſtrictè eſſe interpretandas, voluerint *Luc. de Penn. in l. ſi quis . . . n. 44. C. de ſer. lib. 12.* quem refert *Ant. de Bal. vbi ſupra, & Farinac. de inquiſ. q. 6. num. 28. verſ. minus obſtat &c.* vbi vult, gratiam factam per Principem delinquenti non extendi ad bona, vt ibi per eum.

4 Amplia d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando gratia proprio motu Principis proceſſit, vt not. *Doct. in d. l. fin. ff. de conſtit. Princ.* & poſt *Io: Andr. Abb. Iaſ. D. Iapi. Ronit. & Card. Tuſch.* per eum relatos tradit *Giurb. d. conſ. 22. ſub num. 13.* plenè *P. Sanch. de matrim. lib. 8. diſput. 1. num. 5.*

vbi

vbi alios dat concordantes, & loquitur, quando concurrit etiam publica vtilitas, & reprobat *Iaſ. in d.l.fin.num.32.* volentem gratiam, & beneficium Principis ſtrictè eſſe intelligendum, quando fuit conceſſum ad inſtantiam partis, vt ibi per eum.

Limita d. concluſionem, vt habeat locum reſpectu Principis concedentis, quia tunc gratia eſt latè interpretanda, ſecùs tamen eſt reſpectu tertij, quia quoad eum illa eſt ſtrictè interpretanda, & tradunt *Iaſ. in d.l.fin.num.19. ff.de conſtit. Princ. Crau. conſ. 229. num.5. Eugen.conſ.95. num. 16. & 52. lib.1. Giurb.d.conſ.22.num.26.* vbi alios dat concordantes quamplures, & alias ſubnectit limitationes, & benè declarat *P.Sanch.de matrim.lib.8.diſput.1.num. 4.in fin.* vbi alios adducit, ita ſentientes, & declarat, limitationem habere locum, quando præiudicium tertij eſt magnum, & conſiderabile, alias ſecùs, vt ibi per eum.

S V M M A R I V M.

1 *Gratia Principis facta cum clauſula* obtenta pace, *illa non habita, non valet.*

Idem eſt in gratia facta bannitis animo non deliberato bannitis, num.2.

Et in bannitis occidentibus bannitum pro maiori delicto, d. qualitate non verificata, n.3.

R E S O L V T I O IV.

Gratia Principis facta cum Clauſula obtenta pace, illa non habita an valeat.

1 GRatia Principis facta cum clauſula, *obtenta pace*, ſi delinquens gratiatus illam non habuerit, vel minùs legitimæ habuerit, gratia non valet, & gratiatus poteſt iterum moleſtari, cum ſibi imputare debeat, ſi conditionem à Principe adiectam non impleuit, vt tradunt *Capol.conſ.7.num.5. & ſeq. Nell.de bannit.in 1.par.3.temp.quæſt.3.* quos refert, & ſequitur *Far. conſ.53.num. 21. lib. 2.* vbi hoc ampliat, etiamſi Iudex condemnationem caſſauerit, *& de variat.ac diuer. quæſt.quæſt.103.num.102.* vbi dicit poſſe impunè occidi, & ſcripſit etiam *Guazzin. de pace, quæſt.38. num.22.* & dixi iterum ſupra *Reſol.1. per tot.* vbi videas.

Gratia enim ſub vno modo, & conditione conceſſa, ſub alio denegata cenſetur *l.cum lex 21. ff.de legib. leg.cum Prætor 12.ff.de iudic.Capol.d.conſ.7.num.6. Farinac.d.conſ.53. ſub num.39.* & actus conditionalis nihil ponit in eſſe, non impleta conditione, *l. ſi quis fundum 37. ff.de contrah. empt.Farinac.d.conſ. 53. num.21. & ibi Adden.litt.I.* & dixi ego *alleg.foren.100.num.5.* vbi concordantes adduxi.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in gratia facta per Principem bannitis, qui non animo deliberato ſunt banniti, quia, ſi Iudex rebanniat eum, qui eſſet animo deliberato bannitus, ipſe nihil acquirit, & non eſt tutus, quin poſſit interfici, vt voluerunt *Boſſ. in pract. in tit. banni. quid amitt. ſub num.3. Clar.in pract. §.fin.quæſt.57. num.9.* quos referendo ſequitur *Farinac.in d. conſ. 53.num.24. lib.1.* ad quem ſe refert *Guazzin.de pace quæſt.38. num.22. Giurb.conſ.22. num.15.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in banno, per quod rebanniuntur, & gratiantur banniti, qui interfecerunt bannitos paris, vel maioris delicti, quia ſi Iudex liberat bannitum, qui interfecit alium bannitum pro minori delicto, nulliter id facit, & ob non impletam conditionem banni ille bannitus non eſt liberatus, vt voluerunt *Socin.conſ.157.per tot.lib.2.* quem referendo ſequitur *Farinac.d. conſ.53. num.25.* vbi benè comprobat, & dicit, bannitum non poſſe conqueri de fide publica, cum Iudex fecerit contra ius conſtitutionis, vt ibi per eum, ad quem ſe refert *Guazzin.pariter d. quæſt.38. num. 22.*

S V M M A R I V M.

1 *Gratiatus a Principe non poteſt amplius examinari pro habendis complicibus, & ſimil.*

Et neque poteſt torqueri pro habendis ſocijs, & auxiliatoribus, num.2.

Declar ad. concluſionem, vt num. 3.

Et quid ſi pars non concordata agat pro ſuo intereſſe gratia non obſtante, num. 4.

R E S O L V T I O V.

Gratiatus à Principe non poteſt amplius examinari pro habendis complicibus, & ſimil.

1 GRatiatus à Principe de delicto non poteſt amplius examinari pro habendis complicibus, fautoribus, & auxiliatoribus, vt tradunt *Deci. conſ. 137. num. 14. Baiar. ad Clar.§. fin.quæſt.24. num.140. Farin.de inquiſ. quæſt. 6. num.1.* & clarius *in addit. ad d.quæſt.6. ſub d.num.1. Guaz.defen.30. cap. 6. num.6.verſ. & ex iſta &c.* plenè *Zuff.de legit.proc. qu. 67. per tot* vbi alios dat concordantes, teſtatur de veriori opinione, & reprobat *Vinc.de Franch. deciſ. 452.* aſſerentem contrarium ſeruari in Regno Neapolitano.

Per gratiam enim obtentam à Principe cenſetur extinctum omne ius criminalitatis concernens intereſſe Principis, vt probat *Guazzin.d.cap.6.num.6.verſ. & ex iſta;* Alias gratiatus cogeretur detegere turpitudinem propriam, quod non eſt dicendum, *Dec.d.conſ.137. num.12. Zuffi.d.quæſt. 67. num. 4.*

2 Amplia d. concluſionem, vt neque d. gratiatus pro delicto poſſit torqueri pro habendis ſocijs, & auxiliatoribus cum tortura quoquo modo inferatur contineat pœnam, quæ per Principem ſtante eius gratia fuit omninò remiſſa, vt not. *Decian.tract.crim.d.lib.5.cap.36.nu.19. Ricc. collect. 129.circa medium, Maſtrill.de indult. cap.45. ſub num. 16. Guazzin.d.defen.30. cap.6.num.6.verſ. nec obſtat, &c.* vbi dicit, ita fuiſſe reſolutum in Sacra Conſulta in vna Peruſina de Gratianis, & latè comprobat *Zuffi.de legit.proc. d. quæſt. 67. per tot.* & vide etiam *Scialo. in prax. fortud. cap.24.num. 115.*

3 Limita d. concluſionem, vt habeat locum in gratiato à Principe pro delicto, ſecùs in eo, qui ob impunitatem ei con-

conceſſam confitetur, qui non dicitur reſtitutus, ſed diſpenſatus, & ideo poteſt torqueri ad afficiendum alios ſocios, vt declarant *Vinc. de Franch. deciſ. 459. num. 2. Cabal. Reſol. crim. caſu 29. num. 2. Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 6. nu. 1. in fin. & Zuffi de legit. proc. d. quæſt. 67. in fin.* dicens, ita vidiſſe ſæpius ſeruari.

6 Vtrum verò d. concluſio procedat quando pars non concordata proſequitur ius ſuum gratia non obſtante pro ſuo intereſſe, vide *Farinac. de inquiſ. quæſt. 5. num. 12. verſ. limita*, vbi ſtat pro affirmatiua *Surd. de alim. tit. 7. quæſt. 16. num. 73. & Guazz. d. defen. 30. cap. 6. in fin.* vbi ſtat pro negatiua.

HYPOTHECA.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca pro promiſſione pœnæ conuentionalis naſcitur a die promiſſionis,*

Fallit in pœna legali, pro qua fiſcus non habet hypothecam, niſi a die condemnationis, n. 2.

Amplia, vt idem ſit in præcepto de aliquid faciendo, vel non, quia hypotheca naſcitur a die condemnationis, n. 3.

Fallit in præcepto de non offendendo cum clauſula, quòd cautio habeatur pro data, n. 4.

Item quando fiſcus agit pro damno dato in eius bonis, num. 5.

RESOLVTIO VNICA.

Hypotheca pro promiſſione pœnæ conuentionalis, an naſcatur a die promiſſionis.

1 Hypotheca pro promiſſione pœnæ cõuentionalis, puta in cautione de nõ offendendo, & ſimil. naſcitur ad fauorem fiſci, vel partis a die celebrati contractus, & promiſſionis factæ, ita vt præiudicet creditoribus. & emptoribus bonorum medij temporis, qui contraxerunt inter promiſſionem, & offenſam poſtea ſequuta, cum illa ſtatim trahatur retrò, ſequuta offenſione ad diem contractus, & ſtipulationis factæ vt tradunt *Ripa in l. priuilegia 16. num. 41. ff. de priuil. credit. Herculan. de caut. de non offen. cap. 44. num. 9. Guazzin. de caut. de non offen. quæſt. 52. nu. 2.* vbi hanc concluſionem benè comprobat, & omnibus contrarijs reſpondet, & præcipuè ijs quæ dicuntur ex aduerſo de conditione poteſtatiua, quos ſequitur nouiſſimè *Maſſin. de confiſc. bonor. quæſt. 15. num. 53.* vbi dicit, d. hypothecam eò magis dari contra hæredes promittentis, & videtur ſentire etiam *Merlin. de pignor. lib. 3. quæſt. 88 num. 17. & 18.*

2 Limita d. concluſionem, vt habeat locum pro pœna conuentionali, ſecùs tamen eſt pro pœna legali, pro qua fiſcus non habet hypothecam, niſi poſt condemnationem, ita vt cauſa fiſci poſtponatur cauſæ creditorum hypothecariorum, vt adnotarunt *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 78. in fin. Negus. de pignor. par. 2. membr. 4. num. 115. Peregr. de iure fiſci, lib. 5. tit. 1. num. 182 & lib. 6. tit. 6. num. 12. Farinac. de delict. & pæn. quæſt. 25. num. 190. Guazzin. de confiſ. bonor. concluſ. 22 num. 1. & ſeq. Gurb. conſ. 75. nu 8 Gait. de credit. cap. 4. quæſt. 11. num. 1860.* plenè *Maſſin de confiſc. bonor. d. quæſt. 15 num. 52. & Merlin. de pignor. d. lib. 3. quæſt. 88 num. 1. & ſeq.* vbi alios dat concordantes quamplures *& Ciriac. contron. 120. num. 8.* occ non *Culum. de æquit. lib. 2. cap 190. num. 40.*

3 Amplia d. limitationem, vt idem ſit in præcepto facto a Iudice alicui, vt aliquid faciat, vel non faciat ſub pœna, qui etiam in hoc caſu hypotheca non naſcitur a die præcepti, ſed a die condemnationis, quia præceptum non eſt condemnatio, ſed eſt declaratio animi Iudicis, qua pœna reum contumacem mulcaturus ſit, vt voluerunt *Peregr. de iure fiſci lib. 5. tit. 1. ſub num. 182. Guazzin. de conf. bonor. concl. 22 num. 4. & Merlin. de pignor. lib. 3. quæſt. 88. num. 15.*

4 Declara d. ampliationem, vt non habeat fortè locum in præcepto facto per Iudicem de præſtando cautionem de non offendendo cum clauſula, *Quòd interim cautio habeatur pro præſtita*, iuxta adducta ſupra in *verb. cautio de non offen. Reſol. 7. in princip.* quia tunc, cum cautio habeatur pro præſtita, ita vt per contrauentionem pœna exigi poſſit, vt ibi dixi, videtur, quòd fiſcus habeat hypothecam a die præcepti, ac ſi cautio fuiſſet verè præſtita, cum idem operetur fictio in caſu ficto, quod veritas in caſu verò, *l. 1. C. de rei vxo. act. cap ad audientiam 15. de cleric. non reſiden.* & idem ſit, eſſe talem, vel haberi pro tali, vt latè exornat *Barboſ. axiom. 97. num. 1. 2. & ſeq.* vbi dicit, quod verba probata ab habente poteſtatem faciendi, licèt ſonent in fictionem, faciunt tamen verè talem, vt ibi per eum, cogita tamen, cum neminem inuenerim hoc ita explicantem.

5 Declara d. limitationem, vt non habeat locum, quando fiſcus ageret pro damno ſibi illato, puta in eius bonis, quia tunc ei competit hypotheca tacita a die damni illati, non autem a die ſententiæ, vt tradunt *Card. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 18. num. 33. Guazzin. de conf. bonor. concluſ. 22 num. 13 & Merlin. de pignor. d. lib. 3. quæſt. 88. num. 21.* vbi alios dat concordantes,

ADDITIO.

N. 2. VBi habetur, quod fiſcus non habet hypothecam pro pæna legali, niſi a die condemnationis, & ideò non præfertur creditoribus rei adde benè declarantem *Antonell. de temp. legal. lib. 4. cap. vlt. num. 102.* vbi dat concordantes.

HOMICIDIVM.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium aliud dicitur ſimplex, & non præmeditatum niſi tempore commiſſi homicidij, aliud dicitur præmeditatum ante, quod vocatur, à ſangue freddo,*

2 Homi-

2 *Homicidium deliberatum ante, punitur pœna mortis.*

Ita vt à d. pœna nulla dignitas excuſet, n.3.

Licèt aliqui contrarium teneant, n.4.

Homicidium autem nõ præſumitur commiſſum deliberatè & ex propoſito, n.5.

Quicquid contrarium tenuerint aliqui Doctores, num.6.

Animus tamen deliberatus probatur præſumptionibus, & coniecturis, n.7.

Circa quas ſtatur arbitrio Iudicis, n.8.

Et animus etiam non deliberatus occidendi probatur præſumptionibus, & coniecturis, n.9.

Si tamen adſint coniecturæ præmeditationis, poteſt homicida torqueri ſuper præmeditatione, num. 10.

Coniectura autem ſuadentes præmeditationem recenſentur remiſſiuè n.11.

Vtrum verò quando de præmeditatione conſtat per præſumptiones, ſit locus pœnæ ordinariæ, vel non, vide num.12.

RESOLVTIO I.

Homicidium quod nam dicatur ſimplex, vel præmeditatum.

1 Homicidium commiſſum ex voluntate, aliud dicitur ſimplex non præmeditatum, niſi tempore commiſſi homicidij, vt puta quòd ſit in rixa, vel impetu iræ, quod vocatur a ſangue caldo, aliud verò dicitur præmeditatum ante, hoc eſt reſolutum in mente occidentis ante tempus patrati homicidij, quod vocatur a ſangue freddo, vt declarant *Clar. in pract. §. homicidium, num.1 & ſeq. Menoch. de arbitr. caſ. 36. num.4.5. & ſeq. Farinac. de homic. quæſt. 126. num. 6. & ſeq.* vbi alios dat concordantes, *Danza de pugn. Doct. tom.2. de homic. cap.2. num.2. Cabal. de omn. gener. homic. num.4. & 5. & num 126. & num. 380. & ſeq. Vermigl. conſ.28. num.3. & conſ.37. n. 2. & conſ.67. num.1. & conſ.69. num.7 & conſ.71 num 5. Ant. de Bal. tract. crim. lib.3. caſu 1. num.13 & d. caſu 1. quæſt.2. num.1. 2. & ſeq.* plene *P. Graſſ. de nece prodit. §.2. & §.3. per tot.*

2 Declara primò d. concluſionem, vt homicidium deliberatum, præmeditatum, & vt dicitur a ſangue freddo, pœna mortis ſit puniendum ad text. *in l.3. C. de Epiſc. audien. & in l. is qui cum telo 7. C. ad l. Cornel. de Sicar.* & not. *Boſſ. in pract. in tit. de homic. num.109. Rolan. conſ.57. num.1. lib.4. Vulpel. conſ.126. num 18. Honded. conſ 99. num.1. & conſ. 103. num.2. lib.1. & conſ.87. num.98. & conſ.88. num.8. lib. 1. Peguer deciſ.14. num.14. & deciſ. 28. num.19. Farinac. de homic. quæſt. 119. num. 12. & quæſt.126. num.41. & conſ.1. num.9. lib.1. Giurb. conſ.2. num.36. Ant. de Ball. tract. crim. d. lib.3 caſu 1. num.14.* latè comprobans etiam authoritatibus Sacræ Scripturæ adductis, *& d. caſu 1. quæſt.2. nu 34. & P. Graſſ. de nece prodit. §.28. n.14.*

3 Amplia d. declarationem, vt ab hac pœna mortis pro homicidio præmeditato nulla dignitas excuſet ſed illa habeat locum, tàm in nobili, quàm in plebeio ſaltem de iure Codicis, & de generali conſuetudine, vt teſtantur *Clar in pract. in d. §. homicidium, verſ. ſed quæro &c. in fin. Ludou. deciſ. Lucen. 62 num.12.* vbi videtur, teſtari de communi opinione plenè *Farinac. de pœn. temp. quæſt.98. num. 103. & ſeq.* vbi quamplures dat concordantes de veriori opinione atteſtantes, *& de homic. d. quæſt.119. nu. 17* vbi ampliat, hoc procedere, tàm in maſculo, quàm in fœmina, *Ant. de Bal. tract. crim. d. lib.3. caſ. 1. num.15. & Hond. conſ.104 num.3. lib.1.*

4 Quicquid contrarium, quod in viro nobili pœna homicidij non ſit mortis naturalis, ſed deportationis, voluerint *Salic. Angel. Marſil. Albertin.* & alij relati per *Farinac. de pœn. temp. d. quæſt.98. num.107 & de homic. d. quæſt.126. num.18.* contra quos cõtrarium in practica ſeruari teſtatur *Farinac. in d. quæſt.98. num.108.*

5 Declara ſecundò d. concluſionem, quòd homicidium in dubio non præſumitur commiſſum ex propoſito, ſeù animo deliberato, cum in dubio ſemper præſumatur minus delictum, vt voluerunt *Boſſ. in pract. in tit. de homic. num.64. in fin. Alban. conſ. 46. num.4. & ſeq. par.1.* vbi hoc limitat in latronibus, & depopulatoribus agrorum, *Cæph. conſ.206 num.10. & ſeq. lib.2. Baiar. ad Clar §. homicidium, num.13. Menoch. de arbitr. caſu 361. num.23. Franc. Becc. conſ.11 num 15. lib.1. Farinac. de homic. quæſt. 126. num.106.* vbi alios dat concordantes, *& conſ. 138. num.17. & ſeq. lib.2. Guazzin. defen.33. cap.22 num.2. Cabal. de omn. gen. homic. num. 385. Giurba conſ.2. num.13.* vbi alios dat concordantes, *& conſ. 63. num.4. & 10. Vermigl. conſ. 26. nu.13. & conſ. 24. num 7. Ant de Bal. tract. crim. lib.3. caſu 1. qu.2. num.10 et ſeq.* vbi hanc dicit veriorem opinionem & omnibus contrarijs reſpondet, *et Paul. Rub. de valid. legal. cap.38. il ſecondo, n.12.*

6 Quicquid contrarium tenuerint *Cartar. de execut. ſent. capt. bannit. cap.1. num.369. et ſeq.* vbi pluribus authoritatibus adductis, teſtatur de magis communi opinione, & alij relati per *Ant. de Bal. d. nu.10.* cum ipſi reprobentur per *Farinac. et Ant. de Bal. vbi ſupra* dicentes, Doct. per *Cartar.* adductos loqui in ſimplici animo occidendi, non autem in animo præmeditato, & deliberato, quod eſt ſatis diuerſum, vt ibi per eos.

Subdeclara d. ſecundam declarationem, quòd, cum animus præmeditatus occidendi difficilis ſit probationis, ideò ad illum probandum ſufficiunt coniecturæ, & præſumptiones, vt voluerunt *Menoch. de arbitr. caſu 361. num.2 et de præſum. lib.5 præſ. 40. num.1. et 2. Cabal. de omn gen. homic. num.305 et num.387. Hond conſ 104. num.20. lib.1. Vulpell. conſ.127. in princ. Clar in d. §. homicidium, nu.6. Maſcar. de prob. concl.864. num.2. lib 2. Farinac. de homic. d. quæſt.126. num.94. et conſ 138. num.1. lib.2. Grati an. diſcep. foren. cap.262. num.41. par.2. Giurb. d. conſ.2. num.37. et 44.* vbi alios quamplures dat concordantes, *et conſ.68. num.20. Anton. de Ball.*

tract.

tract.crim.lib.3. caſu 1. quæſt.2 num. 21. et ſeq. et P.Graſſet.de nece prodit.§.32.num.9.

7 Limita primò d.ſubdeclarationem, quòd animus deliberatus occidendi probatur præſumptionibus, & coniecturis, vt habeat locum, ſi d. coniecturæ ſint plures, & in genere earum ſint plenè, & perfectè probatæ, aliàs ſecùs, vt docent *Capol. conſ. 31 ſub num. 3. Caſon.de indic.et tort in præmiſ.cap. 5. num.2.* quos refert, & ſequitur *Farinac.de homic. d.quæſt.126. num.97. et ſeq. et conſ.138. num.6. & num.28.lib.2.*

8 Limita ſecundò, ſeù declara d.ſubdeclarationem, quod circa coniecturas animi deliberati, an ſint ſufficientes, nec ne ad illum probandum, ſtandum ſit arbitrio Iudicis, vt voluerunt *Menoch. de arbitr. caſu 361. num.1. & ſeq. Farin.de homic. d.quæſt. 126. num 96. Sola ad Decret.Subaud.tit.23. de inſult.gloſ.1.num.8.* quem refert, & ſequitur *Giurb.d. conſ.2. num.37.in fin. Vermigl. conſ.28. num.8. & conſ.37 num.3. & conſ 67. nu.2. & Cabal.de omn. gen.homic. num.386.*

9 Limita tertiò, ſeù declara d.ſubdeclarationem, quod, ſicut animus deliberatus occidendi probatur præſumptionibus, & coniecturis, ita etiam animus non deliberatus occidendi probatur contrariis coniecturis, ita vt vna coniectura tollat aliā, & fortiores tollant minùs fortes, & plures vincant pauciores, ſi verò ſint pares prævaleant illæ, quæ excludunt deliberationem, & præmeditationem, vt docent *Alban.conſ.46. nu.14.lib.1. Bertaz.conſ. 208.num.10.& 11 lib.1. Farinac.de homic d.quæſt. 126. num.100. & 102. & d conſ.138 num.26. lib. 2. & conſ.142 num.23 eod.lib.2.Cabal.de omn.gen. homic.num.387. et ſeq. Vermigl. conſ.26. in fin.* vbi dicit, coniecturas excludentes præmeditationem eſſe præferendas, licèt leniores, vt ibi per eum.

10 Limita poſtremò, ſeù declara d. ſubdeclarationem. quod, quando non eſt certum, quòd quis præmeditatè, & deliberatè occiderit, tunc, ſi præcedant indicia de præmeditatione, & deliberatione, poteſt homicida torqueri, an deliberato animo occiderit, & ſic ad habendam qualitatem deliberationis, vt tradunt *Carer.in pract.in 3. tract. de homic.& uſſuſ §. homicidij autem num.70 Adden.ad Bertaz conſ.85. litt.B. lib. 1.* vbi requirunt malam famam occidentis, indicia, & quod in contrarium non adſint coniecturæ, *Baiar.ad Clar §.homicidium num.16. et Farinac.de homic.d.quæſt.126 num.114* & ſentit *Ant.de Ball.tract.crim.lib.3.d.caſu 1.quæſt. 2. num.20. & ſeq.*

11 Coniecturas autem animum deliberatum ſuadentes, cum plures ſint, longum eſſet recenſere, ideò illas videas per *Menoch.de arbitr. caſu 361. per tot.per Farinac.de homic.d.quæſt.126.num.117 & plurib.ſeq et num.158.et ſeq.et conſ.61.num.1. et ſeq. lib.1.et conſ.138. num.6. et ſeq. lib.2. per Giurb.d.conſ.2. num.38. et ſeq.et d.conſ.63.num.22. et ſeq. per Ant.de Bal.tract.crim.lib.3.caſu 1. quæſt. 2.num.26. et plurib.ſeq.* qui alios adducunt illas recēſentes, *et per P.Graſſ.de nec.prod.§.32.n.24.et ſeq. et §.33.n.3. et ſeq.* videas ergò illas per eos, vt dixi.

12 Verum verò, quando de deliberatione conſtat per præſumptiones, imponi poſſit pœna ordinaria homicidij, diſſerit *Ant.de Bal.d.lib 3. caſu 1. quæſt.2. num.18. et ſeq.* vbi poſt relatas opiniones illas cōcordat, quod, ſi de homicidio plenè conſtat, & de deliberatione per præſumptiones, ſit locus pœnæ ordinariæ, cum directè d. qualitas aggrauans non poſſit probari, ita vt ſufficiat de illa conſtare per præſumptiones maximè ſi præſumptiones ſint iuris, non hominis, ſi verò de homicidio non conſtat plene, tunc non ſufficiat de præmeditatione conſtare per præſumptiones ad pœnam ordinariā, & in d.caſo intrare pœnam ordinariam ſimpliciter tenuit *Vulpel.conſ.127. per tot.* & quando conſtat de animo occidendi per præſumptiones, eſſe locū pœnæ ordinariæ voluit *Farinac. de homic. quæſt. 126. num.113.* & in terminis tractatus tenuit *Giur. conſ 2. num.60. et 61.* vbi teſtatur de veriori opinione, licèt eius opinio non tranſeat ſinè difficultate, vt dicam latius inſra in verb.*Tractatus,Reſ.1.*

S V M M A R I V M.

1 *Homicidium commiſſum in rixa, vti non doloſum punitur pœna extraordinaria tantùm.*

Licet contrarium teneant aliqui Doct.n.3.

Quando verò dicatur homicidium commiſſum in rixa declara, vt num. 4.

Fallit concluſio, quando homicida fuit author rixæ, & habuit animum occidendi, num.5.

Quod verò fuerit author rixæ, probatur ex coniecturis, n 6.

Dictæ tamen coniecturæ debent eſſe graues, et indubitatę n.7.

Et tunc non eſt locus, niſi pœnæ extruordiauria tantùm, num.8

Et animus etiam accidendi probatur ex præſumptionibus, et coniecturis, n 9.

Dictæ verò coniecturæ debent eſſe plures, et plenè probatæ n.10.

Et quando plures concurrunt coniecturæ vltra generalem præſumptionem, intrat etiam pœna mortis, n.11.

Licet contrurium teneant plures Doct. n.12.

2 *Homicidium commiſſum in rixa caſu potius, quā dolo commiſſum dicitur.*

13 *Coniecturæ animi occidendi, vel non, recenſentur remiſſiuè.*

R E S O L V T I O II.

Homicidium commiſſum in rixa vti non doloſum qua pœna puniatur.

1 HOmicidium commiſſum in rixa, vti non doloſum, ſed culpoſum tantùm non eſt puniendum pœna ordinaria homicidij, ſed extraordinaria tantum, vt tradunt *Clar.in pract.in §.homicidium, num. 30.* vbi dicit, rarò apud eum pro homicidio in rixa commiſſo aliquem condemnari

in

in pœnam mortis *Menoch.de arbitr.caſu 361.num.4 11. et 26. in fin Peguer.deciſ.4. num.15.* vbi hanc concluſionem benè comprobat, & ita in facto ſeruatum fuiſſe teſtatur, *Cartar.de execut. ſent. capt. bannit.cap fin. num.251.Hond.conſ.99. num.45. lib.1.* plenè *Adden.ad Farinac.conſ.2. litt.C. lib.1.* idem *Farin.conſ.100. num.28.lib.1.* & alij quos refert ipſe *Farinac de homic.quæſt.126.num.48.Giur. conſ.63.num.3.& ſeq.* alios adducens concordantes, *Ciriac.contr.420. num 26. Criſpol.caſu milit. 34.in fin.Vermigl.conſ.28. num.6.* vbi quando non conſtat de authore rixæ, *& conſ.71.nu.1.& conſ. 10.num.8.& conſ.104.num.2.* cum quibus pertranſit *Ant.de Ball.tract.crim.lib.3.caſu 1.num.192* vbi ampliat, etiam ſtante lata culpa, *et d. caſu 1. quæſt.2. num. 3. et 14* alios adducens concordantes, & ita ſeruare Senatum Mediolani non condemnando homicidium in rixa, niſi raro in pœnam ordinariam dicit etiam *Caluin.de æquit. lib.2. cap.130. num. 10.* & hanc opinionem tenet etiam *Paul.Rub.de valid.leg cap.38.ſl primo n.42. et ſeq.*

2 Homicidium enim in rixa commiſſum propter inconſultum rixæ calorem, caſu potiùs, quam dolo, ne dum culpa eueniſſe dicendum eſt ad tex.*in l. 1.§.diuus in fin.& ibi Alberic.num.5.in fin ff ad leg. Corn.de Sicar Menoch de arbitr.caſu 362 num.4.et num.11.in fin. Peguer.deciſ.14.nu.11. Criſpol. d.caſu milit.34.in fin.* bene *Farinac.d.conſ 100. num.28 Adden.ad Farinac.d.conſ.2. litt.C.* plenè comprobantes, prout facit *Paul.Rub.de valid legal.d.cap.38 ſl primo ferè per tot.*

3 Contrariam tamen opinionem, imò homicidium in rixa commiſſum dici doloſum, & pro eo imponi pœnam mortis, tenuerunt *Aret.conſ.80.num.1. & ſeq. Boſſ in pract.in tit.de inquiſ. num.116. & in tit.de homic.num.44. Ludou.deciſ.Lucen.62.num.18 & ſeq.* vbi dicit, d. ſuam opinionem approbatam fuiſſe ab illo Senatu Lucenſi, *Vulp.conſ.126.in prin. & num.11. 12. & ſeq. Rolan.conſ.63.num.2. lib.3.* qui loquitur in authore rixæ, *Baiar.ad Clar. §.homicidium,num.43.& num.128.* & alij relati per *Farinac.de homic.d quæſt.126. num. 47.* cum quibus pertranſeunt *Cabal.de omn.gen.homic.num.378.& Ciriac.* ſibi contrarius *controu.102. num. 18.*

4 Amplia d.concluſionem declaratiue, vt homicidium dicatur commiſſum in rixa non ſolùm, quando fit occiſio in ipſomet actu rixæ, ſed etiam, quando rixa paulò ante præceſſit, etiamſi receſſum ſit a loco rixæ, & furore adhuc feruente, vnus rixantium arma compſerit, & comparatis ſocijs, iterum reuerſus quæſitum corrixatorem occidat, cum adhuc, moraliter loquendo, dicatur factum in rixa, quæ licèt non duret ampliùs in ſe, durat tamen in ſuo effectu, hoc eſt ſu ira, & iræ ſumo, & iuſto dolore, vt declarant *Menoch. de arbitr. caſu 361. num.18. Carpan.ad Nou.Conſt.Mediol.cap.homicidia num.1121.Clar.in pract.§.homicidium, nu. 6.Cabal.de omn.gener.homic. num.383. Curtar.dec. crim.quæſt.5.num.39.Guazzin.defen.33. cap.22.nu. 2. Paſcal.de patr. poteſt. par.3.cap.6.num.16.* & nouiſſimè *P.Graſſot. de nece proditor.§. 2. nu.8.& n.14.* vbi alios adducit ita ſentientes quamplures.

5 Limita d.concluſionem, & ita concordantur contrariæ opiniones, vt non habeat locum, quando conſtat, quòd homicida fuit author rixæ, & prouocator, & quòd verè habuerit animum occidendi, quia, his duobus concurrentibus, pro homicidio commiſſo in rixa imponi benè poteſt pœna ordinaria homicidij, ſecùs ſi de prædictis non conſtat, quia tunc pro homicidio commiſſo in rixa non iuteat pœna mortis, ſed extraordinaria tantù, vt declarant, & d. contrarias opiniones concordat *Farinac.de homic. d.quæſt. 126. num.49.* vbi dicit, ita pluriès vidiſſe ſeruari in Alma Vrbe, & ſecundùm illum quampluriès ipſum obſeruaſſe, & aduocando obtinuiſſe, vt ibi per eum, & videtur ſatis iuridica diſtinctio, cum qua pertranſit etiam *Vermigl.conſ 28.nu.5. & Ciriac.controu.420.n.28.*

6 Declara d. limitationem, & concordiam, quòd, vt quis dicatur author rixæ, & aggreſſor ex duobus rixantibus, probetur ex præſumptionibus, & coniecturis, vt adnotarunt *Carer.in pract.in tract.de homic.& aſſaſſ.§ circa quartum &c. num.73. Vulpel.conſ.7. num.12. & conſ.86 num.1. & conſ.118. num.24 Menoch de arbitr.caſu 363. num. 1. Farin. de homic.quæſt.125. num.436.& ſeq.* vbi dicit, circa illas plurimum verſari arbitrium Iudicis, & quod illi eſt ſtandum, an ex coniecturis quis aggreſſor dicatur, vel non, vt ibi per eum, & hoc probari ex coniecturis tenent etiam *Vermigl. conſ. 73. in fin.* & ante eum *Cabal. reſol. crim. caſu 102. num.21. cent.2.* & id probari etiam per famam dicit *Guazzin. defen 29. cap.3. num 17.*

7 Subdeclara primò d.declarationem, quod d.coniecturæ, ex quibus probatur, quem fuiſſe authorem rixæ, & aggreſſorem ad effectum illum condemnand, debet eſſe graues, violentæ, & indubitatæ, ita vt non ſufficiant quælibet coniecturæ, vt voluerunt *Herculan.de caut.de non offen.cap.30.nu. 26. Galeat Maluut.conſ.25.num.19.* quem referendo ſequitur *Farinac.de homic quæſt. 125.num.483. & Hond.conſ. 99. num.28.lib.1.*

8 Subdeclara ſecundò d.declarationem, quòd, quando reus condemnatur ex d.coniecturis, non ſit locus pœnæ ordinariæ, ſed extraordinariæ tantum, cum coniecturæ non ſufficiant ad condemnandum reum in pœnam ordinariam, vt adnotauit *Galeat. Maluut.in d.conſ.25.num.19.* quem refert, & ſequitur *Farin.de homic.d.qu.125. n.482.Guaz.def. .... cap.10.ſub num.3.Vermigl.conſ.84.n.12.*

9 Declara ſecundò d.limitationem, & concordiam vt etiam animus occidendi probetur ex præſumptionibus, & coniecturis, vt docent *Iodoc.in pract. cap.67.n.12.Plaz.in epit.delict.lib.1.cap.10.num.7 Menoch.de præſ.lib.5.præſ.40.n.3.Maſcar.de prob. concl.861.n.2.lib.2.& concl.1042.n.10.& ſeq. lib. 3.Farin.de homic.d.q.126.n.93.* vbi alios dat concordantes, *Hond.conſ.104. nu.20. lib.1,* & admittit *Vermigliol.conſ.16.num.9. & ſeq. & Giurb. conſ.2. num.40. & conſ.82.num.14. & ſeq.*

10 Subdeclara primò d.ſecundam declarationem, vt dict. coniecturæ probantes animum occidendi

debeant eſſe plures, & in earum genere perfectè, & plenè probatæ, & circa illarum ſuffi-cientiam ſtandum ſit Iudicis arbitrio, & ſi hinc inde adſint coniecturæ, vna tollat aliam, vt dixi ſupra in *Reſ. præced. nu. 7. & ſeq.* quoad coniecturas animi deliberati occidendi, quæ cum huic ſubdeclarationi conueniant, vt dicit *Farin. de homic. d. q. 126. n. 93. & ſeq.* ideò breuitatis gratia hic iterum nõ repeto.

11 Subdeclara ſecundò d. ſecundam declaratione͂, quòd, quando de animo occidendi vltra præſumptionem, quòd in homicidio animus occidendi præſumitur, concurrit aliqua alia præſumptio, puta inimicitia, qualitas armorum, & ſimil. poſſit ex d. coniecturis imponi pœna mortis, vt poſt *Carer. in tit. de homic. & aſſaſ. §. homicidij autem &c. nu. 86. & ſeq. Lauren. ab Occa conſ. crim. 63. num. 22. & ſeq. inter conſ. crim. diuer. lib. 2. & Vulpel. conſ. 126. num. 34. & ſeq.* per eum relatos tradit, & latè comprobat *Farinac. de homic. d. quæſt. 126. num. 113.* qui prætere a *num. 115.* infert, quòd, quando vltra d. præſumptionem, quòd animus occidendi præſumitur, concurrunt aliæ coniecturæ ſuadentes animum occidendi, non eſſe neceſsè deuenire ad torturam pro habenda veritate ſuper animo occidendi, cum tunc ſit locus condemnationi, ſecùs ſi nulla alia coniectura concurrat, vt ibi per eum.

12 Licèt contrariam opinionem, quod, quando de animo occidendi conſtat ex coniecturis, non poſſit deueniri ad pœnam ordinariam tenuerint *Marſil. conſ. 7. num. 35. & ſeq. & conſ. 96. num. 9. Gram. voto 23. num. 11. & Peguer. deciſ. 14. n. 18. & ſeq.* vide tamen adducta ſupra *Reſolut. præced. in fin.* & infra *in verb. Tractatus Reſol. 1. per tot.*

13 Coniecturas autem, ex quibus probatur animus occidendi, vel non, vltra generalem præſumptionem, quòd homicidium præſumitur commiſſum animo occidendi, de qua per *Farinac. de homic. d. quæſt. 126. num. 103.* quamplures recenſet idem *Farinac. in d. quæſt. 126. num. 117. & ſeq. Honded. conſ. 104. nu. 21. 22. & ſeq. lib. 1.* vbi ponit etiam coniecturas animum occidendi excludẽtes, *Ciriac. contron. 126. num. 22. & ſeq. Giurb. conſ. 2. & conſ. 82. & Vermigl. conſ. 16. num. 14. & ſeq. & num. 31 & conſ. 67. num. 4.* ipſos conſulas.

S V M M A R I V M.

1 *Homicidium culpoſum dicitur, quod ab occiſore committitur ſine animo, & voluntate occidendi.*

Homicidij culpoſi plura exẽpla afferuntur, n. 2.

Quod punitur tantum pœna extraordinaria, num. 3.

Etiamſi ſit commiſſum culpa lata, n. 4.

Si verò ſit commiſſum culpa leui, vel leuiſſima non punitur, n. 5.

Quod verò non fuerit commiſſum animo occidendi debet probari, n. 6.

Coniecturæ id ſuadentes referuntur remiſſiuè, num. 7.

RESOLVTIO III.

Homicidium culpoſum quod nam dicatur.

1 HOmicidium culpoſum, ſeù non doloſum dicitur illud, quod ab occiſore committitur ſine animo, & voluntate occidendi, puta inaduertenter, & ſimil. ad tex. *in l. 1. §. diuus Adrianus, ff. ad leg. Cornel. de Sicar. & in l. 1. in princ. & ibi gloſ. Odofr. Bald. & Butrig. C. eod. tit.* idem *Bald. in l. et ſi ſeuerior, 3. num. 5. C. ex quibus cauſ. infam. irrog. Boſſ. in pract. in tit. de homic. num. 35. & ſeq. Clar. in pract. §. homicidium n. 3. & 4. Farinac.* alios adducens concordantes *de homic. quæſt. 126. num. 4. & conſ. 193. num. 64. lib. 2* & ſcripſerunt etiam *Hond. conſ. 104. num. 12. lib. 1. Cabal. de omn. gen. homic. nu. 197. Ant. de Bal. tract. crim. lib. 3. caſu 1. num. 35. & plurib. ſeq.* & nouiſſimè *Paul. Rub. de valid. legal. cap. 38. il ſecondo, num. 44. & ſeq.*

2 Declara primò d. concluſionem, vt homicidium culpoſum in ſpecie dicatur, quando quis proijciendo lapidem in canem, vel aliter tranſeuntem occidit, quando putator arboris deiiciendo ramum, & non proclamans occidit, tranſeuntem, quando venator telum in feram immittit, & hominem necauit quando quis facit cadere in terram habentem gladium, ex quo impulſu vulneratus occiditur, item culpoſum dicitur homicidium commiſſum aliquando in ludo, & in alijs caſibus quampluribus, quos recenſent *Farinac. de homic. d. qu. 126. num. 17. 18. & plur. ſeq. Cabal. de omn. gen. homic. num. 202. & ſeq. Card. Tuſch. pract. concl. litt. H. concl. 145. per tot. Ant. de Bal. tract. crim. d. lib. 3. caſu 1. num. 35. et plur. ſeq. et Paul. Rub. de valid. legal. d. cap. 38. num. 64.*

3 Declara ſecundò d. concluſionem, vt homicidium culpoſum, vt ſupra non puniatur pœna ordinaria *legis Cornel. de Sicar.* ſed alia pœna extraordinaria Iudicis arbitrio iuxta facti, & perſonarum qualitatem, & pro modo culpæ, vt tradunt *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 3 num. 15. Clar. in pract. §. homicidium, ſub num. 3.* vbi teſtatur de communi opinione, & *in §. fin. quæſt. 84. in princ. Menoch. de arb. caſu 324. num 1 & 12. Farinac. de homic. d. quæſt. 126. num. 42. & ſeq.* vbi alios adducit concordantes, quamplures, & dicit, homicidium culpoſum puniri ſolùm pœna pecuniaria, aut relegationis, licet illud fuerit commiſſum culpa lata, vt ibi per eum, & *conſ. 193. num. 65. lib. 2.* cum quibus pertranſeunt *Cabal. de omni gen. homic. num. 198. & ſeq. Hond. conſ. 104. num. 8. & ſeq. lib. 1. Vermiglio. conſ. 37. in prin.* vbi dicit, hanc eſſet receptiſſimam concluſionem, *Ant. de Bal. tract. crim. lib. 3. caſu 1. num. 12. in fin. et Paul. Rub. de valid. legal. d. cap. 38 il ſecondo, num. 38. et ſeq.*

4 Amplia primò d. ſecundam declarationem, vt habeat locum etiamſi culpa, qua fuit commiſſum homicidium, fuerit lata, quia adhuc illud non punitur pœna ordinaria, ſed mitiori, cum culpa

non

non æquiparetur dolo, quando agitur de pena corporali ad tex. *in l. lege Cornelia 4. in prin. & ibi not. gloſ. Bart. Alberic. Angel. & Marſil. ff. ad leg. Corn. de Sicar. Ant. Gomez var. reſol tom. 3. cap. 3. num. 16. Clar. in pract. in §. homicidium, nu. 3. Menoch. de arb. caſu 324. num. 11. Farinac. de homic. d. quæſt. 126. nu. 50.* vbi alios dat concordantes, *Cabal. de omn. gen. homic. num. 198. & ſeq. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 3 caſu t. num. 12. in fin. & num. 192. & Vermigl. conſ. 37. num. 1. & ſeq.*

5 Declara d. ampliationem, vt habeat locum in homicidio commiſſo culpa lata, ſecus ſi fuerit commiſſum culpa leui, & eò magis, ſi culpa leuiſſima, quia pro illo non poſſe procedi criminaliter, cum d. homicidium dicatur potiùs caſuale, quam culpoſum, voluerunt *Boſſ. in pract. in tit. quomo. proc. per actio. num. 18.* quem referendò ſequitur *Clar. in pract. d. §. homicidium, ſub num. 3.* vbi teſtatur de cōmuni opinione, idem *Boſſ. in tit. de homic. num. 69. Farinac. de homic. d. quæſt. 126. num 51. & ſeq.* licèt aliquos contrarium ſentientes referat, *& Cabal. de omn. gen. homic. nu. 198. & ſeq.* idem *Farinac.* tamen *de pæn. temper quæſt. 87. num. 78.* diſtinguit, quod ſi culpa leuis, vel leuiſſima po eſt ciuiliter puniri ad refectionem damnorum, non puniatur criminaliter, aliàs ſecùs, vide ibi per eum.

6 Declara tertiò d. concluſionem, quòd, cum in dubio homicidium præſumatur commiſſum animo occidendi ad tex. *in l. 1. in princ. et ibi Doct. C. ad leg. Cornel. de Sicar.* ideò homicidium non fuiſſe commiſſum animo occidendi debet probari per occiſorem, vt declarat *Ant. de Bal tract. crim. lib. 3 d. caſ. 1. num 52. & Cartar. de execut. ſent. capt. bannit. cap. 1. num. 369. & ſeq.* vbi teſtatur de magis communi Doct. opinione latè *Farin. de homic. d. quæſt. 126. num. 103.* vbi quamplures dat concordantes, licèt aliquos contrarium tenentes referat, & hanc opinionem veriorem dicit *Vermigl. conſ. 16. num. 9 Giurb. conſ. 84. num 4.*

7 Coniecturas verò quamplures ſuadentes, homicidium fuiſſe commiſſum abſque animo occidendi referunt *Farinac. de homic. d. quæſt. 126. num. 117. & ſeq. Hond. conſ. 104. num. 21. 22. et ſeq. lib. 1.* & alij relati ſupra *Reſol. 2. in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Homicidium caſuale, in quo nec dolus, nec culpa interuenit, non punitur.*

Licèt illud puniri pæna extraordinaria voluerint aliqui, n. 2.

Ita vt ex eo non incurratur irregularitas, n. 3.

Si tamen aliqua præcederet culpa, illud non eſſet impunibile, n. 4.

Quod procedit, ſi culpa eſt præordinata ad caſum, aliàs, ſecùs, n. 5.

Culpa tamen eſt probanda, n. 6.

7 *Homicidij caſualis plura afferuntur exempla.*

RESOLVTIO IV.

Homicidium caſuale ſine dolo, nec culpa commiſſum an puniatur.

1 Homicidium caſuale, in quo nec dolus nec culpa ulla interuenit nulla pœna puniri poteſt, vt tradunt *Boſſ. in pract. in tit. de homic. num. 66. Andr. Gail. pract. obſer. lib. 2. obſeru. 110. num. 38. & ſeq. Farinac. de homic. q. 126. num. 57.* vbi alios dat concordantes, & dicit ab hac concluſione nullo modo eſſe recedendum in iudicando, quod ſequuntur *Cabal. de omn. gener. homic. num 143. & plurib. ſeq* vbi benè comprobat, & contrarijs reſpondet, *Medic. de caſib. fort. par. 2. quæſt. 1. num. 24. & ſeq.* vbi triginta facit illationes, *& Ant. de Bal tract. crim. lib. 3. caſu 1. nu. 5. & ſeq.* necnon *Giurb. conſ. 51. num. 2. in fin.*

Cum enim d. homicidium ſinè aliqua culpa commiſſum dicatur, ſequitur concluſio, quòd ſinè culpa nemo punitur *l. Sācimus 22. C. de pæn. Cabal. de omn. gen homic. num. 149. in fin.* & alij Doct. ſupra adducti, & homicidium caſuale fato potiùs, quam noxæ imputari dicit tex. *in l. 1. §. diuus ff. ad leg. Cornel. de Sicar. & in l. 1. C. eod. tit. & Cabal. vbi ſupr. n. 146* ac etiam *Ant de Bal. tract. crim. d. lib. 3. caſu 1. n. 5.*

2 Quicquid contrarium, imò homicidium caſuale pœna extraordinaria puniri poſſe, voluerint *Marſil. in d. l. 1 §. diuus n. 14. & ſeq. ff. ad leg. Cornel. de Sicar. Foller. in pract. in ver. Debitis pænis ſerantur, num. 31. Carer. in pract. in 3. tract de homic. & aſſaſ. §. 14. num. 1. & Bertaz. conſ 85 num 8. lib. 1.* relati per *Farin in d. quæſt. 126. num. 58.*

3 Amplia d. concluſionem, adeò eſſe veram, vt ob homicidium merè caſuale, & fortuitum neque incurratur irregularitas, cum talis euentus cogitari non potuerit *cap. Lator 9. cap. ex literis 14. & cap. ſeq. cap. ſignificaſti 16. & cap. exhibita 22. et cap. Ioannes 23. de homic.* & tradunt *Abb. in d. cap. exhibita in ſummario,* & ibi pariter *Felin. in ſumm. de homic. Farinac. de homic. d. quæſt. 126. num. 57. et in fragm. crim. litera I. in ver Irregularitas, n. 524. Maiol. de irregul. lib. 5. cap. 48. §. 3. num. 1. P. Layman. in ſua Theol. moral. ſect. 5. tract 3. par. 3. cap. 10. num. 1* vbi tenet contra plures, hoc habere locum etiamſi homicida daret operam rei illicitæ, vt ibi per eum, et *Bonac. de irregul. diſput. 7. quæſt. 4. punct. 7. num. 2* vbi dat concordantes.

4 Declara d. concluſionem, vt habeat locum in homicidio commiſſo caſu fortuito, in quo nulla prorſus interuenit culpa, ſecùs tamen eſt, ſi ſit commiſſum caſu improuiſo, in quo non ſemper adeſt culpa, ſed plerumque, quia tunc, ſi aliqua præcederet culpa illud non eſſet omninò impunibile, vt declarant *Farinac. de homic. d. quæſt. 126. num. 59.* vbi docet, quomodo differant caſus fortuitus & improuiſus, *Cabal. de omn. gen. homic. num. 144. & 149. & Ant. de Bal. tract. crim d. lib. 3. caſu 1. n. 6.*

6 Subdeclara d. declarationem, vt habeat locum quando culpa in caſu improuiſo eſt ordinata ad ca-

ſum aliàs ſecùs, vt poſt *Bero. Corn. Ruin. Sen. Soc. Pariſ. Caſtr. Ang. Cran.* & alios per eum adductos declarat *Medic. de caſib. fortu. par. 1. quæ ſt. 16. num.* 46 & poſt *Bart. Dec. & Iaſ.* pariter per eum adductos tradit *Ant. de Bal. tract. crim. lib. 3. caſu 1. num. 6. & ſeq.* vbi declarat, quando culpa dicatur ordinaria ad caſum, vt ibi per eum.

6 Subdeclara ſecundò d. declarationem, quòd qui dicit, ex culpa alicuius fuiſſe cauſatum homicidiũ, ſeù delictum, tenetur non ſolum probare culpam, ſed etiam, quod ex illa delictum fuerit cauſatum, & quod ſinè illa culpa aliter non poterat contingere, vt not. *Alex. conſ. 74. num. 7. & 10. lib. 6. Crauet. conſ. 8. num. 26. & 27. & Menoch. de præſ. lib. 5. præſum. 3. num. 138.* quos referendo ſequitur *Farinac. de homic. d. quæſt. 126. num. 89.*

7 Exempla autem homicidij caſualia ſunt quamplura, & præcipuè in eo qui aſcendit equum non benè habenis parentem, & laſciuire incipientem, ipſeque vt illius impetum refrenaret, vim impulit freno, & calcaribus illum ſtimulauit, ita vt, fracto freno, equus currens pertranſeuntem occidit, in homicidio commiſſo in ludo licito abſque aliqua culpa, in pulſante campanam, cuius tintinnabulum cecidit, & occidit tranſeuntem, in occidente amicum, & alia plura, quæ longum eſſet recenſere, ideò illa videas per *Medic. de caſib. fortu par. 2. quæſt. 1. n. 24. & ſeq. per Farin. de homic. d. quæſt. 126. num. 17. & plur. ſeq. per Cabal. de omn. gen. homic. num. 144. & ſeq. & per Ant. de Ball. tractat. crim. lib. 3. n. caſu 1. per tot.*

S V M M A R I V M.

1 *Homicidium proditorium dicitur, quod committitur ſub colore amicitiæ in non præcauentem.*

Contrarium, quod non ſit neceſſè, illud eſſe cõmiſſum ſub colore amicitiæ, tenent aliqui, n. 2.

Itaut in inquiſitione ſit apponẽda clauſula, nulla inimicitia præcedente, n. 3.

Quod impugnatur per P. Gruſſ. relatum, n. 4.

Debet tamen eſſe commiſſum homicidium in amicum inſidiatè, n. 6.

Et actus amicabiles debent eſſe contemporanei cum homicidio, n. 7.

Licèt ſufficere, illos præceſſiſſe teneat P. Gruſſ. relatus, n. 8.

8 *Homicida proditorius, licèt nobilis, non euitat pœnam furcarum.*

9 *Homicidium proditorium eſt crimen enormiſſimum & atrociſſimum.*

R E S O L V T I O V.

Homicidium proditorium quod nam dicatur.

1 PRoditorium homicidium propriè dicitur, quando occiditur amicus, vel ille, cui occiſor ſe amicum fingebat & ſic ſub colore amicitiæ, ita vt non deberet præcauere, vt tradunt *Clar. in pract. §. homicidium, num. 10. & ibi Baiard.* *num. 25. & §. fin. quæſt. 68. nu. 107. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 3. num. 5. & ibi Adden. Gratian. diſc. Foren. cap. 380. num. 40. & ſeq. par. 2. & cap. 619. num. 29. par. 4. Pract. Archiep. Neap. cap. 94. num. 1. & 2. Vinc. de Franch. decif. 713. num. 15. Guazz. defen. 1. cap. 18. num. 40. Menoch. de arbitr. caſu 361. num. 24. & ſeq. Farinac. conſ. 76. num. 7. lib. 1. & in append. de immun. eccleſ. num. 141.* vbi receſſit ab opinione, quam prius tenuerat, *de delict. & pæn. quæſt. 118. nu. 70. tres Conſulentes apud Farinac. conſ. 108. num. 71. & ſeq. lib. 2. vbi Farinac. in addit.* dicit ita pluries in ... Conſulta fuiſſe reſolutum, *Cabal. de omn. gen. homic. num. 41 a.* latè *Giurb. conſ. 20 num. 13.* & latiùs *conſ. 6 , num. 1. et ſeq.* vbi alios dat concordantes quamplures, *P. Diana in ſumm. in verb. immunitas Eccleſ. quo ad delict. num. 28. Gargiar. lun. conſ. 73. num. 5. & 6. lib. 1. Vermigl. conſ. 93 num. 5. & conſ. 94. num. 10. et conſ. 97 n. 3. et conſ. 223 num. 20. Gizzarel. decif. 16. num 4. et ſeq. Carol. Maran. reſpon. 16 num. 6. et ſeq. par. 2.* latè *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 5. pragm. vnic. tit. 42. num. 10.* & hanc concluſionem latè comprobat pluribus rationibus, & authoritatibus allatis *Illuſtr. Sperel. deciſ. 23. num. 10. et plurib. ſeq. par. 1.* vbi dicit, contrarium tenentes intelligi in homicidio proditorio impropriè, & largo modo, & in materia fauorabili, & non aliàs vt ibi per eum, & alij plures relati per *P. Gruſſ. de nece prodit. §. 10. num. 9 et ſeq.*

Præcipua enim proditorij criminis qualitas eſt amicitia, vt not. *Caph. conſ. 57. num. 13. lib. 1. Vinc. de Franch. d. decif. 713. nu 15. et ſeq. Gratian. d. cap. 380 num. 40. et d. cap. 619. num. 29. Ricc. decif. 168. num. 1. par. 1.* quem vnà cum alijs pluribus referendo ſequitur *Giurb. d. conſ. 60. nu. 2. & alij Doct. ſupra adducti*, qua ceſſante ceſſat proditorium, *Plaz. in epit. delict. cap. 21. num. 1 Couar. var. reſ. lib. 2. cap. 20. n. 7. Vinc. de Franch. d. decif. 713. num. 14. & ſeq. Giur. d. conſ. 20. num. 13 in fin. & d. conſ. 60. num. 2. & Illuſt. Sperell. d. decif. 2 , num. 8.*

2 Contrariam tamen opinionem, imò homicidium dici proditorium, etiamſi non ſit commiſſum ſub ſignis amicitiæ, vel ab initio veræ, vel ſemper fictæ, ſed homicidium dici proditorium, etiam quòd eſt commiſſum per inſidias negatiuas, cum etiam in eo repetiatur æqualiter tota illa ratio, quæ formaliter conſtituit deformitatem proditoriam, ideſt hominem ita incautum, & ſecurum occidendo, vt hic, & nunc ſe tueri ab aggreſſore non poſſit, tenuerunt *Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 14. nu. 118. Paſcul. de patr. poteſt. par. 3. cap. 6. num. 18. in fin. Decian. tract. crim. lib. 7 cap. 29. num. 19 Bardellø conſ. 40. num. 9. & ſeq. lib. 4. Ricc. decif. 262 num. 4. par. 3. P. Suarez de Relig. tom. 1. lib. 3. cap. 11. num 12. Paces Iordan. elucubr. lib. 11. tit. 3. de immun. Eccleſ. num. 342 Vulpel. conſ. 59. num. 11.* vbi vtrumque modum proditionis aſſignat, nempè per inſidias, & per amicitiam, & alij plures, quos refert, & ſequitur nouiſſimè *P. Gruſſ. de nece proditor. §. 9 num. 4. & ſequen. & §. 10. num. 16.* & latiùs *§. 16 num. 8. & pluribus ſeq.* vbi hanc contrariam opinionem dicit veriorem, & illam latiſſimè

com-

comprobat, & plures facit illationes nampè proditorem dici, qui alium inaduertenter aggreditur, & occidit, qui occultè necat ex pacto cum dæmone, qui occidit à tergo, vel latuarus, ſeù de nocte, cum veneno occidentem, & per inſidias poſitiuas, & alias quamplures, vt ibi latè per eum per diſcurſum, ad quem lectorem remitto, cum integrum, & doctum tractatum de hac materia compilauerit.

3 Amplia d. concluſionem, quatenus tibi magis placeat, vti receptior, quòd in accuſatione, ſeu inquiſitione ſuper homicidio proditorio ſit apponenda clauſula, *Nulla inimicitia præcedente*, alias illæ nõ procedant, vt voluerunt *Blanc. de indic. & tortur. num. 194. Baiar. ad Clar. §. homicidium nu. 25. Plaz. in epit. delict. cap. 21. in princ. Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 20. num. 30. Gargiar. Iun. d. conſ. 71. num. 8. lib. 1. Ant. de Bul. tract. crim. lib. 5. pragm. vnic. tit. 42 ſub num. 10. & Sperel. d. deciſ. 23. num. 11. par. 1.* vbi dicit, hoc eſſe notatu dignum.

4 Licèt hanc ampliationem impugnet *P. Graſſet. de nece prodit. §. 10. num 101.*

5 Amplia ſecundò d. concluſionem illatiuè, quòd homicida proditorius, licet ſit nobilis non tamen euitat pœnam furcarum ob neglectam re ipſa, & turpiſſimo illo crimine renunciatam ipſam nobilitatem, vt voluerunt *Marſil. in pract. §. diligenter, n. 166. Grum. conſ. 40. num. 11. Cabal. ad Conſt. Marcb. lib. 4. in gloſ. cap. 54. num. 5. Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 31. num. 8. Cabal. de omn. gen. homic. num. 401. & ſeq. Cauter. quaſt. crim. cap. 6. de homicid. num. 34.* quem refert, & ſequitur *P. Graſſet. de nece prodit. §. 10. num. 33.* vbi alios dat concordantes, & dicit, ita vidiſſe in facto ſeruari.

6 Declara primò d. concluſionem, quòd, vt homicidium commiſſum ſub colore amicitiæ dicatur proditorium, requiritur, quod illud ſit commiſſum inſidioſè in amicum inaduertentem, & incautum ob confidentiam, ſecùs tamen eſt, ſi occidatur amicus in rixa, quia ex ſola amicitiæ, aut ſocietatis qualitate, quæ præceſſit, ſed per rixam, quaſi abolita eſt non poteſt actio denominari proditoria, vt docent *Caph. conſ. 57. num. 13. lib. 1. Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 29. num. 19. Vrſell. in examen. apum concl. 150. num 19. Vermigl. conſ. 93. nu. 5. & conſ. 99. in princ.* & benè declarat *P. Graſſet. de nece prodit. §. 14. num. 35. & §. 32. num. 19.* vbi vult ad probandum proditorium debere adiicere probationem non ſequutæ rixæ inter occiſum, & occiſorem tempore occiſionis, vt ibi per eum.

7 Declara ſecundò d. concluſionem, quod ad hoc vt ex actibus ſimulatæ amicitiæ arguatur proditorium, requiritur interuentio ipſorum actuum contemporanea in ipſo actu proditionis, & non ſufficit, quod illi antea interuenerint, vt voluerunt *tres Conſulentes apud Farin. conſ. 168. num. 70. lib. 2.* vbi dicunt, ita tenuiſſe Senatum Mediolani, *Vermigl. conſ. 34. num. 5. & conſ. 93. num. 9. & conſ. 97. n. 5. & Garru. comment. in tit. de Senat. no. Conſt. Stat. Mediol. lib. 1. tit. 4. art. 13. num. 101.* & ſentit *Bart. in l. reſpiciendum 11. §. delinquunt. ff. de pœn.*

8 Licet contrarium, imò ſufficere actus ſimulatæ amicitiæ præceſſiſſe occiſionem, latè tueatur *P. Graſſ. de nece prodit §. 15. num. 2. & ſeq.*

9 Addo pro coronide, quòd homicidium proditorium eſt crimen enormiſſimum, deteſtabile, & de numero atrociſſimorum, cum proditione nihil ſit deteſtabilius, vt not. *Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 30. & 31. per tot. Cabal de omn. gen. homic. nu. 400 & ſeq. Tort. ad Stat. Papiæ in crim. Stat. 5. fol. 672. num. 2. Muſtril. ad indult. general. commen. cap. 29. num. 1.* plenè *P. Graſſet. de nece prodit. §. 1. num. 3. & ſeq.* qui referunt quamplura ſpecialia in deteſtationem, & pœnam huius enormiſſimi criminis inducta per Legislatores, quæ cum longum eſſet, recenſere, videas ibi per eos.

S V M M A R I V M.

1 *Homicidium ſi ſit commiſſum in rixa à pluribus, ſi ignoretur à quo ratione incertitudinis, omnes condemnantur in pœnam extraordinariam.*
Licèt contrarium teneant plures, n. 2.
Etiam, quando homicidium fuit commiſſum in rixa vnico vulnere, n. 3.
Vel etiam pluribus vulneribus, n. 4.
Author tamen rixæ pœna ordinaria eſt puniendus, n. 6.
Contrarium tamen tenent aliqui, n. 7.
Et idem eſt, quando homicidium fuit commiſſum ex propoſito, & præcedente tractatu, n. 8.
Licèt contrarium teneant aliqui Doct. n. 9.
Quod procedit quando tractatus fuit de occidendo, ſecùs ſi de vulnerando, num 10.
Contrarium, quando coadunatio fuit facta ad actum illicitum, n. 11.
Tractatus tamen, & deliberatio non præſumitur, ſed eſt probandus, n. 12.
5 *Tranſiens ſi ſit occiſus ex lapide proiecto ex domo, intrat ſolum pœna extraordinaria.*
13 *Contumaces pro homicidio commiſſo in rixa, ſi neſcitur à quo, condemnantur omnes pœna ordinaria*
Declara, vt n. 14.
Præſentes verò omnes torquentur ad ſciendum quis fuerit occiſor, n. 15.
Plura recenſentur ad materiam facientia remiſſiuè, num 16.

R E S O L V T I O VI.

Homicidium ſi ſit commiſſum in rixa à pluribus ſi ignoretur à quo an omnes condemnentur in pœnam extraordinariam.

1 HOmicidium ſi ſit commiſſum in rixa à pluribus, ſi ignoretur, à quo commiſſum illud fuerit, ratione incertitudinis omnes delinquentes puniendi ſunt pœna extraordinaria tantum Iudicis arbitrio, non autem pœna ordinaria, vt tradunt *Clar. in pract. §. homicidium, §. alia etiam, Tiraq. de pœn temp. cauſa 63. n. 2. Andr. Gail. pract. obſer. lib. 2. obſeru. 109. num. 1.* vbi

vbi contrarijs reſpondet, quamplures adducit, ita ſentientes, & teſtatur de magis communi Doct. opinione, *Theſaur. deciſ. 31. num. 5.* vbi dicit, ita fuiſſe per illum Senatum in facto ſeruatum, *Farin. de pœn. temper. quæſt. 96 num 14.* vbi alios adducit concordantes, quos ſequuntur *Cabal. reſol. crim. caſu 192. num. 12. cent. 2. Menoch. de arbitr. caſu 362, num. 19. & ſeq. Guazzin. defen. 29. cap. 4. num. 3, Ant Port. int. conſ Farinac. conſ. 138, num 27. lib 2, Ciriac. contron. 250, in fin. & Caluin. de æquit. lib. 2, cap. 130. num. 11. & ſeq.* vbi contrarijs reſpondet, & dicit, Senatum Mediolani ſolere deuenire ad torturam contra omnes, vt ſciatur, quis occiderit ne ſequatur, innocentem condemnari, *& Vermigl, conſ. 270. num. 9.* nec non *Ant. de Bal. tract. crim. lib. 3. caſu 1. num. 76.* & plenè *Giurb. conſ. 2. num. 2. ver. quarta eorum &c.* vbi plures, ac plures dat concordantes, teſtatur de veriori, & practicata opinione, & alias contrarias opiniones reijcit *Gionagnol. conſ. 87, ſub num. 8. lib. 1.*

Stante enim delinquentis incertitudine, meliùs eſt, nocentem abſoluere, quàm innocentem condemnare *l. abſentem 5. ff. de pœn.* & in his terminis tradunt *Andr. Gail d. obſeru. 109. in princ. Farinac. d. quæſt. 96. nu. 21. in fin. Ant. de Bal. d. caſu 1. num. 76, Menoch. d. caſu 362. num. 19.* & alij Doct. ſupra adducti, nec non, quia ex præſumptionibus, licèt vrgētibus nunquam imponitur pęna ordinaria delicti *cap. afferte 2. de præſ. Far. d. quæſt 96. n. 21 in fin, Guazz. defen. 33. cap. 10. ſub num. 3. Giurb. d. conſ. 2. num. 31,* plenè *Vermigliol. conſ. 84. num. 12.* vbi dat concordantes, & dixi ego *alleg. foren 86. num. 27.*

2 Quicquid contrarium voluerint alij, nempè omnes eſſe, ratione incertitudinis, abſoluendos, vel omnes condemnandos, vel omnes eſſe puniendos pœna pecuniaria, quos latè refert *Giurb. d. conſ. 2, num. 2. & ſeq.* quorum rationibus optimè ſatisfacit *Giurb loc. cit.* & contra quos adeſt verior, & practicata opinio de qua ſupra,

3 Amplia primò d. cōcluſionem, vt habeat locum, etiam quando homicidium fuit commiſſum in rixa a pluribus vnico vulnere, & ignoratur, a quo illud vulnus illatum fuerit, quia ratione incertitudinis omnes abſoluuntur à pœna ordinaria homicidij, & condemnandi ſunt in pœnam extraordinariam Iudicis arbitrio, & ſcripſerunt *Gram. conſ. 5. num. 7. & ſeq.* vbi dicit, ab hac opinione non eſſe recedendum *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 3. ſub num. 37.* vbi dicit, ſecundum hanc concluſionem liberaſſe quendam à morte in Ciuitate Salmaticen, *Boſſ in pract. in tit. de homic. num. 26.* vbi teſtatur de communi opinione, *Clar. in d. §. homicidium, verſ alia etiam eſt &c.* vbi pariter teſtatur de communi opinione, *Menoch. de arbitr. caſu 362. num. 19. Peguer. deciſ. 14. num. 6. Cartar de execut. ſent. capt, bannit. cap fin. num. 2-5.* plenè *Farinac. de pœn. temp, d. quæſt. 96. num. 21. & ſeq.* vbi quamplures adducit, ita ſentientes de communi opinione atteſtantes, & declarat iura, quæ in contrarium facere videntur, *& in conſ. 116. num. 14. & conſ 183. num. 42. lib. 2.* latè *Giurb. conſ. crim. 2. verſ. quarta eorum, &c.* vbi quamplures dat concordantes, & alijs opinionibus confutatis, hanc dicit veriorem, & ſeruatam in practica opinionem, cum quibus pertranſeunt *Cabal. d. caſu 192. num. 12. Ciriac. d. contr, 250. in fin.* vbi dicit, hoc habere locum in quolibet delicto, *Gionagnol. conſ. 87. ſub num. 8. lib 1. & Caluin. de æquit. d, cap. 130. num. 11. 12. & ſeq.* & probaui ego *alleg. foren 86. num. 30. in Celluen. homicidij*, in qua ſecundum prædicta fuit ſeruatum,

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locū, etiam quando quis eſt mortuus ex pluribus vulneribus, & ignoratur, quiſnam ex pluribus rixantibus illa intulerit, quia adhuc omnes, ratione incertitudinis, condemnari tantùm debent pœna extraordinaria Iudicis arbitrio, cum par ſit ratio in vulnerato ex pluribus & vno tantùm vulnere, quādo vulnerans ignoratur, vt adnotarunt *Ant. Gom. var. reſol, tom. 3. cap. 3. num. 63. in 3. concluſ.* vbi cōtrarijs reſpondet, & latè comprobat hanc ampliationem *Rolan, conſ. 63. per tot lib. 2. Farinac. de pœn. temp. d. quæſt. 96. num. 25. & ſeq.* vbi dicit, ampliationem procedere etiam, quando tot ſunt vulnera, quot rixantes alios adducens concordantes quamplures, prout facit *Giurb. d. conſ. 2. num. 2. ver. quarta eorum &c.* cum quibus pertranſit *Caluin. de æquit, d. cap. 130, num. 11. 12. & ſeq.*

5 Amplia tertiò d. concluſionem, quòd, ſi tranſiens per viam fuit occiſus ex percuſſione lapidis proiecti ex aliqua domo, in qua plures homines aderant, & vnus eorum neceſsè eſt, quòd lapidem illum proiecerit; ſed quis fuerit ignoretur, omnes ratione incertitudinis puniri debent non pęna ordinaria, ſed extraordinaria tantùm Iudicis arbitrio, vt voluerunt *Gandi. de maleſ in tit. de homic. nu. 45. in fin. Plaz. in epit. delict. lib. 1. cap. 12. num. 6. Foller. conſ. 147. num. 10. inter conſ. crim. diuerſ lib. 1, Farinac. de pœn. temp. d. quæſt 96. num. 15. & ſeq,* vbi limitat hoc non habere locum, ſi præcedente tractatu id euenerit, vt ibi per eum,

6 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in authore rixæ, qui licèt non appareat ipſum occidiſſe adhuc tamen pœna ordinaria homicidij venit puniendus, vel quia, vti talis habet præſumptionem contra ſe, quòd ipſe occiderit, vel quia cum vti dans operam rei illicitæ teneatur de omni eo, quod ſequitur, vt tenent *Rolan d. conſ. 63. num. 3. & ſeq. lib. 2.* vbi teſtatur de recepta opinione *Ludon, deciſ Lucen. 16. num. 13. & ſeq. Menoch. de arbitr, d. caſ. 365. num 23. & ſeq.* vbi dicit, alios teneri de auxilio, *Andr. Gail. pract. obſer. lib. 2. obſer. 109. num 2. & 3. Cartar de execut. ſent, capt. bann. cap. fin. num. 250. & ſeq. Eugen. conſ. 21. num 64. lib. 1.* latè *Farinac. de pœn temp. d. quæſt 96. num. 63. & ſeq.* vbi alios refert concordantes, & dicit, hanc limitationem habere locum, etiamſi plura ſint illata vulnera, & a pluribus, & etiamſi plures ſint occiſi quando neſcitur, cuius vulnere quis obierit, & teſtatur de magis communi Doct. opinione, cum quibus pertranſeunt Doct. plures relati per *Cabal. reſolut. criminal, d caſ. 192. num. 11. & Caluin. de æquit. d. lib. 2. cap. 130. nu. 27. et ſeq.* vbi hanc limi-

tationem benè comprobat, & dicit, ita fuiſſe ſeruatum aliquando per Senatum Mediolani, licèt poſtea ſubiungat, d. limitationem non obſeruari de æquitate in Statu Mediolani, niſi alijs concurrentibus qualitatibus, vt ibi per eum, & ita voluit etiam *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 3. caſu 1. num. 77.*

7 Licèt contrarium, imò neque authorem rixæ in d. caſu eſſe condemnandum in pœnam ordinariam homicidij, ſed in extraordinariam tantùm voluerint *Caball. d. caſu 192. num. 12. & ſeq.* vbi dicit, ita pluries practicaſſe, condemnando authorem rixæ grauiori pœna, vt ibi per eum latè comprobantem, *Guazz. defen. 33. cap. 22. num. 8. Giurb. d. conſ. 2. num. 2 ver. quarta eorum &c. in fin.* vbi dant concordantes, quorum tamen aliqui illorum intentionem non probant, *& Vermigl. conſ. 39. num. 9*

8 Limita ſecundò d. concluſionem cum ampliatione ſeq. vt habeat locum, quando homicidium eſt commiſſum cum pluralitate perſonarum in puta rixa, ſecùs tamen, quando illud eſt commiſſum ex propoſito, & præcedente tractatu, quia tunc omnes tenentur pœna ordinaria, ſiue vnum, ſiuè plura fuerint vulnera, & ſiuè ſciantur, ſiu. ignorentur vulnerantes, & ſiuè vnus, ſiuè omnes vulnerauerint, & ſiuè vulnera fuerint omnia lethalia, ſiue vnum tantùm, vt docent *Boſſi. in pract. in tit. de homic. nu. 22. & 24. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 3. nu. 36. in 1. cancel. Rolan. conſ. 63. num. 13. & 17 lib. 2. Clar. in pract. §. homicidium ver. alia etiam &c.* vbi teſtatur de magis communi Doct. opinione, *& §. fin. quæſt. 90. num. 1. & ſeq. Menoch. de arbitr. caſu 362. nu. 25. & ſeq. Theſa. deciſ. 31. per tot.* vbi dicit, hanc eſſe veriorem, & magis communem Doct. opinionem, & ibi *Adden.* vbi teſtantur, ita illum Senatum pluries tenuiſſe *Andr. Gail. d. obſer. 109. nu. 10. Cartar. de execut. ſent. capt. ban. num. 240.* vbi teſtatur pariter de communi opinione, quam pluribus relatis Doct. authoritatibus ſequitur *Farinac. de pæn. temp. d. quæſt. 96. num. 72.* a qua dicit, in iudicando, & conſulendo non eſſe recedendum, *Giouagno conſ. 87. an. 3. lib. 1. Cabal. reſol. crim. caſu 192. num. 1 & ſeq. cent. 2.* vbi hanc opinionem dicit veriorem, & magis communem eſſe, & quod ita ipſe pluriès iudicauit, *Guazz. defen. 33. cap. 22. in princ.* plenè *Giurba d. conſ. 2. num. 11.* vbi innumeros ferè adducit concordantes, quos ſequitur etiam *Calui. de æquit. lib. 2 cap. 130. num. 2. & Ant. de Ball. tract. crim. lib. 3. caſu 1. nu. 80.* vbi teſtatur de communi opinione in terminis iuris communis.

9 Quicquid contrarium, imò ſolùm in d. caſu intrare pœnam extraordinariam voluerint *Carer. in pract. in tract. de homic. §. quintò quarò &c. num. 4. Plaz. in epit. delict. cap. 12. poſt prin.* dicens contrariam opinionem habere locum quoad torquendũ, non autem quoad condemnandum, cum quo pertranſire videtur *Theſa. d. deciſ 31. nu. 1. & 4.* & alij relati per *Guazz. d. defen. 33. cap. 22. num. 1. verſ. tamen Aduocatus &c.* contra quos adeſt magis communis, & verior opinio, vt teſtantur Doct. in limitat. adducti.

10 Declara d. ſecundam limitationem, vt habeat locum quando omnes ſunt coadunati ex propoſito ad occidendum, quia tunc omnes puniuntur pœna ordinaria, licèt vnus tantùm occiderit, ſecùs tamen eſt, quando eſſent coadunati non ad occidendum, ſed ad verberandum, quia tunc quilibet tenetur de eo, quod fecit, & non de homicidio per alium commiſſo, vt declarant *Adden. ad Ang. de maleſ. in ver. & Andream num. 15. & Carer in prac. in d. tract de homic. & aſſaſ § quintò quæro num. 3.* quos refert, & ſequitur *Farinac. de pæn. temper. d. quæſt. 96. num. 74.* vbi dicit, quòd ſunt leniter puniendi, & idem ſcribit *Guazzin. d. defen. 33. cap. 22. num. 3.* vbi dicit hoc eò magis procedere, quando habetur notitia illius, qui occidit, vt ibi per eum,

11 Licèt coadunatos ad actum illicitum teneri pœna mortis poſt *Adden. ad Bertaz. conſ. 299. & conſ. 326. lib 2. & Rimin. Iun. conſ. 349. lib. 3.* per eum adductos voluerit *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 3. caſu 1. num. 92 & 93.*

12 Declara ſecundò d. ſecundam limitationẽ, quòd tractatus, & deliberatio non præſumitur, ſed imò præſumitur, quòd caſu, & non appenſate quis in rixa interuenerit, ita vt illeo, qui contrarium prætendit, teneatur id probare, vt tradunt *Boſſi. in prac. in tit. de homic. num. 23. & 25. Surd. conſ. 33. num. 3. & conſ. 40. num 17. & 48. lib. 1.* vbi alios dat concordantes, *Farinac. de pæn. temp. d. quæſt. 96. nu 75. & ſeq.* vbi dicit, de d. tractatu, & deliberatione conſtare debere quoad omnes, dum tractatur, quòd omnes puniantur pœna ordinaria, vt ibi per eum, vbi refert opiniones, an de tractatu debeat conſtare plene, vel per coniecturas, & præſumptiones, *Guazz. d. defen. 33. cap. 22. num. 2.* vbi dicit, quòd ſi poſt acceptam iniuriam homines conuocentur ad occidendum, non dicitur conſtare de deliberatione, cum adhuc dicatur, durare calor iracundiæ, vt ibi per eum, plenè *Giurb. d. conſ 2. num. 12. 13. & ſeq.* cum quibus pertranſit *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 3. caſu 1. num. 82.* & vide infra *Reſol. 10 in fin.*

13 Limita tertiò d. concluſionem vt non habeat locum, quoad reos abſentes, qui omnes inquiri poſſunt de homicidio, dicendo, quod vnus, vel plures vulnerauerunt, neminem nominando pro homicida, & quòd alij auxilium præſtiterunt, & comparentes omnes in pœnam, homicidij ordinariam condemnantur, licet non conſtet, quis verè occiderit, vt voluerunt *Clar. in pract. §. homicidium ver. ſed incidenter quarò &c. Cartar. de exec. ſent. capt. bannit. cap. fin. num. 234 & ſeq. & Farinac.* licèt dubius, *de pæn. temp. d. quæſt 96. num. 61.*

14 Limita d. limitationem, vt non habeat locum, quando ex proceſſu, & ex coniecturis ex illo reſultantibus apparet, homicidium ex improuiſo ſequutum eſſe, non autem præmeditatè, & ex propoſito, quia tunc Iudex ſolùm procedere poteſt contra contumaces ad pœnam extraordinariam, non autem ad pœnam ordinariam mortis, vt poſt *Cartar. de execut. ſent. cap. bann. in præfat. num. 49. & 55. & in d. cap. fin. n. 40. & ſeq.* & alios per eum relatos comprobat *Giouagno. conſ. 87. num. 8. verſ. ſi autem contumaces &c. lib. 1.* & probaui ego alle-

gat.

gat.foren.86.num.32.& ſeq. vbi in fine teſtatus fuit, ita fuiſſe iudicatum, & non diſſentit idem *Farinac in d. quaſt. 96. num. 62.*

35 Declara concluſionem principalem, quòd, homicidio à pluribus in rixa commiſſo, ſi ignoretur, quis vulnerauerit, & occiderit, nemò teneatur pœna ordinaria, ſed extraordinaria tantum, poſſunt tamen omnes rixantes torqueri ad ſciendum, quis eorum vulnerauerit, & occiderit, vt declarant *Menoch.de arbitr.d.caſu 362. ſub num.20.Cartar.de execut.ſent.capt.bann.cap. fin num 246.Farinac. de pæn.temp.d.quaſt.96.num.80.& ſeq.Calui.de aequit. d.cap.130.num.25.& 26.Caball.d.caſu 192.nu.13. & ſeq.* & ego dicam latiùs infra *in verbo Tortura Reſolut.7. per tot.*

36 Alia quamplura ad materiam ſpectantia, nempè, quando plures delinquentes in rixa puniantur pœna ordinaria, vel extraordinaria, ob qualitatem vulnerum lethalium, vel non lethalium, & primò per vnum, & poſtea per alium in eundem illatorũ, & alia plura videas per *Menoch.de arbit.caſu 362. per tot*, vbi diſtinguit plures caſus, & per *Farinac. de pæn.temp.d.quaſt.96.num.14.15.& plur.ſeq.* vbi in hac materia nihil intactum reliquit, *& per Calu. de aequit.d.cap. 130.per tot.* qui in multis ſe refert ad *Farinac.vbi ſupra, & per Giurb d.conſ 2.per tot*, cum nimis excreſceret liber hic noſter, ſi vellem hic omnia recenſere, & vt in adagio eſt, rem actã agere, ipſos igitur conſulas, vt dixi, & vide etiam *Reſolut.ſeq.* vbi alia ad materiam huius Reſolutionis facientia appoſui.

S V M M A R I V M.

1 *Homicidium commiſſum in rixa cum vno, vel pluribus vulneribus à pluribus, & conſtat, qui d. vulnera intulit, non vulnerantes non tenentur de homicidio.*

Secùs tamen eſt, ſi non vulnerantes dederunt auxilium vulnerantibus, num. 3.

Declara ſecundò d. concluſionem, vt n.4. & 5.

2 *Nemo tenetur in rixa de delicto alterius, ſed tantùm de eo, quod fecit.*

6 *Homicidium præſumitur potiùs commiſſum in rixa, quàm deliberatè, & ex propoſito.*

R E S O L V T I O VII.

Homicidium commiſſum in rixa cum vno vel pluribus vulneribus a pluribus coaſtito, quis vulnerauit, non vulnerantes an teneantur de homicidio.

1 Homicidium ſi ſit commiſſum in rixa cum vno, vel pluribus vulneribus illatis, a pluribus aggreſſoribus, & conſtat, qui d. vulnera intulit, & qui non, non vulnerantes non tenentur de homicidio, nec puniuntur, vt tradunt *Clar. in pract. in §. homicidium num. 41. et in §. final. quaſt.74.in fin.Menoch. de arbitr. caſu 362.num. 4. et ſeq.* qui plures caſus diſtinguit, *Ant.Gomez var. reſol.tom.3.cap.3.num.36.ver ſecundũ concluſio etc. Bero.conſ.107.num 26.lib.3.* vbi dicit, ita tenere omnes Doctores, *Surd.conſ.40.nu.47.lib.1.Farina. de pæn temper.quaſt.96.num.28.* vbi alios dat concordantes, *& conſ.181.num.14.lib.2.Guazz.defen. 33.cap.22.num.5.* plenè *Giurb.conſ crim 2. num.9.* vbi quamplures alios refert ita ſentientes, *Calui.de aequit.lib.2 cap.130.num.6.Ant.de Ball. trac crim. lib. 3. caſu 1. num. 83. et ſeq. Zuff.de legit.proceſ. quaſt. 9. num. 14.*

2 In rixa enim nemo tenetur de delicto alterius, ſed tantùm de eo, quod fecit *l. ſi in rixa 17.ff.ad leg. Cornel.de Sicar.cap.fin.23.quaſt.vlt.Ludo.deciſ. Lucen.19.num.11.Surd.d.conſ.40.num.46 lib.1.Farinac.d.quaſt.96.num.29.* vbi dat concordantes, *& Guazz.d defen.33.cap.22.num. 5.*

3 Declara primò d. concluſionem, quòd non vulnerantes in rixa non puniantur, vt habeat locum, non ſolùm, quando non vulnerauerunt, nec etiam aliquod auxilium dederunt percuſſoribus, ſecùs tamen eſt, quando in rixa exiſtentes aggreſſi fuerunt, licèt non vulnerauerint, vel aliquod auxilium dederunt, quia tunc illi tenentur pœna extraordinaria pro ope, & auxilio præſtito, & pro qualitate culpæ, vt voluerunt *Salic. in l.quantum multa 6. nu.17.C.ad l.Iul.de vi publ.* & poſt eum *Surd. d.conſ. 40.num.44. et ſeq. et num.47 in fin.Farinac.de pæn. temp.d.quaſt.96.num.30 Giurb d.conſ.2. num.9* & benè declarat *Ant.de Ball.d.lib.3.caſu 1. num.85.et ſeq.* vbi dat concordantes.

4 Declara ſecundò d. concluſionem, quòd ſi quis ſit occiſus ex duobus vulneribus lethalibus, & cõſtet, quis ex duobus rixantibus primo loco vulnerauit, & qui poſt, tunc qui ſecundum vulnus intulit, non venit puniendus pœna ordinaria, cum homicidium ex primo vulnere lethali iam conſumatum diceretur, cum occiſus ex illo omninò erat moriturus abſque ſecundo vulnere, ita vt ſecundum vulnus, tanquam mortuo illatum conſiderari poteſt, vt benè comprobat *Calui. de aequit.d.lib.2. cap.130.num.16.et ſeq.* vbi dicit, ita pluries fuiſſe reſolutum per Senatum Mediolani, condemnando primum vulnerantem lethaliter pœna capitali, & ſecundum ad triremes, vt ibi per eum.

5 Licèt contrarium ſentiat *Clar. in pract.in §. homicidium ver. Aut verò pluru &c.*

6 Declara tertiò d. concluſionem, quòd homicidium in dubio præſumitur commiſſum potiùs in rixa, quam deliberate, & ex propoſito, vt voluerunt *Gram conſ.32.num.4.Boſſi.in pract.in tit.de homic.num.23 et 25.Vulpell.conſ.127.in princ. Alba. conſ.46.num.2.lib 1.Caball.de omn.gen.homic.num. 385.Guazz.defen.33.cap.28 num.2.et 5.Farinac.de pæn.temper.quaſt.96.num.75 et ſeq. Giurb.conſ 2. nu.13.* vbi alios adducit concordantes, *et conſ.51. num.2.Vermigl.conſ.39.num.7.et conſ. 89 num. 2.* & dixi *Reſolut. praced. num. 12.* & infra *Reſolut. 31. per tot.*

S V M M A R I V M.

1 *Reus examinatus ſi negauerit delictum, poteſt poſtea illud fateri, et probare, illud feciſſe ad propriam defenſionem.*

2 *Reus non prohibetur, vti diuerſis, ac contrarijs exceptionibus.*

3 *Statutum minuens pœnam confitenti delictum habet locum in negante, et poſtea confitente.*

Licèt contrarium teneant aliqui, num. 4.

Fallit, quando negauit delictum in prima inſtãtia, et illud faſſus eſt in ſecunda inſtantia, nu. 5.

Et vſque ad quod tempus primò negans poſſit delictam fateri vide num. 6. remiſſiuè.

RESOLVTIO VIII.

Reus examinatus ſi negauit delictum, an poſſit poſtea illud fateri dicens id feciſſe ad defenſionem.

1 REus examinatus à Iudice ſuper homicidio, ſeù vulnere, ſi negauit, homicidium commiſiſſe, vel vulnerauiſſe, poteſt poſtea illud confiteri, & probare, illud feciſſe ad propriã defenſionem præcedente negatione non obſtante, vt notat *Bart. in auth. contra qui propriam, num. 7. et ibi Bald. nu. 17. et ſeq.* benè comprobans, *Salic. num. 8. & alij C. de non nume. pecun. Dec. in l. nemo ex his 43. num. 1. et ibi Cagnol. nu. 5. ff. de reg. iur.* qui hanc dicit communem opinionẽ, *Clar. in pract. §. homicidium, num. 35. Caball. reſol. crim. caſu 9. per tot. cent. 1.* vbi dicit, ita practicari, & quòd Iudex valdè erraret, ſi aliter faceret, *et caſu 56. nu. 8. d. cent. 1.* cum quibus pertranſit *Andr. Gail. de pace public. cap. 17. num. 10. lib. 1.* vbi pariter teſtatur de communi opinione, *et Farin. conſ. 6. num. 29. et conſ. 45. num. 39 lib. 1.*

2 Reus enim non prohibetur vti pluribus, diuerſis & etiam contrarijs exceptionibus *l. nemò prohibetur 8. ff. de except. d. l. nemo ex his 43 ff. de reg. iur.* & not. *Andr. Gail. d. cap. 17. num. 11. Pariſ. conſ. 160. num. 27. lib. 4. Guazz. defen. 29. cap. 3. num. 16.* vbi dat concordantes, & loquendo in ciuilibus, tradunt *D. Andreol contro. 211. num. 44. & Rot. apud Greg. XV. deciſ. 242 in fin. & ibi Adden. litera C.*

3 Amplia primò d. concluſionem, adeò eſſe veram, vt ſtante Statuto minuente pœnam confitenti delictum, illud habeat locum etiam in eo, qui primò negauit delictum, & poſtea illud faſſus fuit, vt adnotarunt *Clar. in pract. § fin. quæſt 82. in 9. Statuto,* vbi hanc opinionem dicit, eſſe æquiorem, & magis communem, & quòd ſecundùm illam ipſe intrepidè iudicaret *Vulpell conſ. 69 num. 2. & ſequen. Bertaz. conſ. 505. num. 28.* vbi teſtatur de communi opinione *lib. 2. Cauall. in Spec. comm. contra comm. quæſt. 416. ver. ſed contrariam &c.* cum quibus pertranſire videtur *Farinac. de reo confeſſ. & conuict. quæſt. 81. num 180.* & hanc opinionem veriſſimam eſſe communiter receptam, & ſequendam dixit *Caball. reſol. crim. caſu 56. num. 5.* vbi alios adducit, ita ſentientes, & tenet etiam *Guazz. defen. 32. cap. 36. num. 1 in fin.*

4 Quicquid contrarium dixerit *Bart. in l. eum qui 30. num. 4.* quem ſequitur ibi *Roma. num. 5. ff de iur. iur. Cataldi. de ſindic. num. 137. quæſt. 199. & Cabal. ad Conſtit. Marchi. lib. 4. cap. 27. in gloſ. in ver. Confeſſus litera C.* contra quos adeſt verior, æquior, & magis communis Doctorum opinio, de qua ſupra.

5 Limita d. primam ampliationem, vt non habeat locum, quando reus in prima inſtantia negauit delictum, & poſtea illud confeſſus fuit in cauſa appellationis, quia tunc non conſequitur beneficium confeſſionis à Statuto inductum, cum poſt litis cõteſtationem non admittatur ampliùs confeſſio, vt declarant *Adden ad Ang. de malef. in ver. præſente Caion* 31 benè *Cabal. reſol. crim. d. caſu 56 n. 86. & ſeq.* vbi dicit, contrariam opinionem *Angel.* vbi ſupra, non eſſe veram, ſed falſam, vbi dicit, prædicta habere locum etiam in comparentibus poſt condemnationem ad illorum innocentiam probãdam ex beneficio Principis, vt ibi per eum, nec non *Gratian. diſcep. foren. cap. 109. num. 29. par. 1.* benè comprobans.

6 Vſque autem ad quod tempus liceat ei, qui primò negauit confiteri, vt conſequatur beneficium Statuti, diſſerit latè *Cabal. d. caſu 56. num. 18 & plur. ſeq.* vbi alias ſubnectit quæſtiones ad hanc materiã ſpectantes, & præcipuè, quid dicendum, ſi negans poſtea fateatur non liberè, ſed cum aliqua qualitate, & quid ſi agatur non diminuenda pœna, ſed de conſequendo præmio conceſſo à Statuto confitenti delictum, vide ibi per eum latè diſſerentem, *Gratia. diſcep. foren. d. cap. 109. per tot. par. 1.*

S V M M A R I V M.

1 *Inſultatus, ſi pro ſe defendendo apprehendat tertium eo vtendo, vti clipeo, ſi ille tertius occidatur, non tenetur de homicidio.*

Non tamen videtur immunis ab aliqua pœna extraordinaria, dum poſuit tertium in periculo, num. 2.

RESOLVTIO IX.

Inſultatus ſi pro ſe defendendo apprehendat tertium eo vtendo uti clipeo ſi ille tertius occidatur, an teneatur de homicidio.

1 INſultatus ab aliquo, ſi pro ſe defendendo apprehendat tertium puta Titium, eoque vtatur, vti clipeo, vt ſe ab aggreſſore defendat, ſi Titius remaneat occiſus ab inſultante, non tenetur de homicidio, vt tradunt *Deci. in l. vt vim 3. num. 9. & ibi Bolognet. num. 22. ff. de iuſt. et iur. Plaz. in epit. delict. lib 1. cap. 28. num. 26.* vbi teſtatur de communi opinione, *Boer. deciſ. 84. per tot.* vbi dicit, ſecùs eſſe, ſi id doloſè fecerit, vt alius occideretur, *Clar. in pract. §. homicidium*

ſidium num.24. vbi pariter hanc dicit communem opinionem *Farinac. de homic. quaſt.25.num. 146. et Vrſell.in exam.auum concl.80.num.9.*

Declara d. concluſionem, quòd licèt d. inſultatus, appræhendendo tertium pro ſua defenſione, qui remanſit poſtea occiſus, non teneatur de homicidio, non tamen videtur immunis ab aliqua pœna extraordinaria propter exceſſum, ponendo tertiũ in periculo vitæ, vt not. *Curt. Iun.in d. l.vt vim. 3. num.14.ff de iuſt.& iur.Felin in cap.ſignificaſti 18. num.14.de homic.Baiar.ad Clar.in d.§.homicidium, num. 88.* cum quibus pertranſit *Farinac. de homic, d. quaſt. 125. num.147.*

· S V M M A R I V M.

1 *Aliquis, ſi dum rixatur cum alio, ſuperueniat frater eius, et occidat rixantem, non tenetur de homicidio.*

Idem ſi frater occidat rixantem cum fratre videns illum aggreſſorem, num. 2.

Etiamſi frater accurrens rixa fratris occidat alium non rixantem, num. 3.

Declara concluſionem, vt non procedat, ſi frater rixans ſit illius author, num. 4.

Nec quando frater accurrens tenuit rixantem, vt à fratre occideretur, num. 5.

In dubio præſumitur, quòd caſu in rixa interuenerit, num.6.

Contrarium tenet Caball. *ibi relatus, num. 7.*

R E S O L V T I O X.

Aliquis ſi dum rixat cum alio ſuperueniat frater eius, et occidat rixantem an teneatur de homicidio.

1 ALiquis, puta Titius, ſi dum rixatur cum Caio, ſuperueniat frater Titij, & occidat Caium, Titius non tenetur de occiſio, nec de facto fratris accurrentis ab eo non vocati in auxilium, nec ad rixam, vt voluit originaliter *Bald.in l.data opera 11.num.63.C.de his, qui accuſ.non poſſ.et in l.1.num.42.et ſeq.C.vndè vi,* quem ſequuntur *Gram.conſ.32.num.1. Herculan.de caus. de non offen.cap.52.num. 21,* vbi dicit, quòd frater rixans ad nihilum tenetur, *Caball.reſol.crim. caſu 192.num.5.et ſeq.cent.2.* vbi alios dat concordantes, & dicit, ita vidiſſe practicari, & admittit *Farinac.de homic.quaſt.125.num. 289.* cum quibus pertranſeunt *Tuſc.pract.concl. litera H concl.143. num.61.Guazz.defen.33.cap.22.num.6.Ant.de Bal. tract.crim.lib.3.caſu 1.num.165.& ſeq.& Calui.de equit.lib.2.cap.130.num.42. & ſeq.*

Frater enim non tenetur ex delicto fratris *l. Sancimus 22.C.de pœn.Caball.d.caſu 192.num.6. Calui.d.cap. 130.num.42.* nec principalis ex delicto auxiliatoris, niſi mandauerit, vel illud ratum habuerit *cap. cum ad ſedem 15. de reſtit. ſpoliat.* & not. *Bald. in dict. l. data opera 11.num.63.C. de his qui accuſa. non poſſ. & Caball. dict. caſu 192. num. 6.*

2 Amplia d. concluſionem è contra, quòd, ſi frater videns fratrem ſuum, vel amicum rixantem cũ alio ad rixam accurrat, & occidat rixantem cum fratre putans illum fuiſſe aggreſſorem, qui tamen fuerat re vera inſultatus, non punitur de homicidio, ſed tantum de exceſſu, cum non habuerit animum à principio deliberatum occidendi, ſed fuerit actus impetu factus, vt voluerunt *Bald. in l. 1. num.42.& 43.C.vndè vi, Carer.in pract.de homic.ec aſſaſ.§.quinto excuſat num.35. Boſſi. in pract.in tit. de homic.num.59.* vbi alios adducit, ita ſentientes, *Tuſch.d.concl.143. num.62 & Farinac. de homic.d. q.125.n.288.* vbi alios pariter dat concordantes.

3 Subamplia d. primam ampliationem, vt habeat locum, etiamſi frater accurrens fratri rixanti occidat alium non rixantem, quia adhuc non punitur pœna ordinaria homicidij, vt ſentit *Boſſi. in pract. in d.tit.de homic.num 59.in fin. & Guazz.defen.29. cap.4.num.19.in fin.* & vult *Farin.conſ.2.n.5.lib.1.*

4 Declara primò concluſionem principalem, vt habeat locum, quando Titius frater fuit inſultatus, & aggreſſus, ſecus tamen eſt, ſi ipſe fuit author rixæ, quia tunc, licet excuſetur a pœna ordinaria, quæ requirit dolum, illum non euadere tamen pœnam extraordinariam ex regula, quòd dans operam rei illicitæ tenetur de omni eo, quod ſequitur, voluerunt *Oſaſch deciſ.Pedem.104.num.1. & ſeq.Farinac.de homic.d. quaſt 125.nu.289. Ant. de Bal.tract.crim.lib.3 caſu 1.n.161.& 162.* & benè declarat *Caball.reſol. crim. d.caſu 292.nu.8.& ſeq.*

5 Declara ſecundo d. concluſionem, vt non habeat locum, quando frater, qui ſuperuenit non vocatus, nec coadunatus appræhendit occiſum præbens cauſam, vt à fratre occideretur, quia tunc occidens tenetur de homicidio, & frater ſuperueniens de ope, & auxilio, vt poſt *Capoll.conſ.27.& conſ.34. num.20.& Maſcar.de prob.concl.1139.nu.7.lib.3.* per eum relatos declarat *Ant.de Ball.trac.crim.lib. 3.caſu 1. num. 163.* vbi tamen dicit, prædicta non habere locum in birruario appræhendente rixantem, qui poſtea fuit occiſus a corrixante, cum ei id facere licuerit ratione officij, vt ibi per eum.

6 Declara tertiò d. concluſionem, quòd in dubio præſumitur, quod quis caſu, & non appenſatè, nec præcedente tractatu in rixa interuenerit, vt voluerunt *Boſſ.Surd.Farin.Guazz. Ant. de Ball.& Giurb. in locis relatis ſupra Reſol.6.n 12.* vbi dixi, ſicum contrarium aſſerentem debere id probare.

7 Licèt contrarium teneat *Caball.reſol.crim.d.caſu 192.num.7.ver.contrarium verò &c.* vbi ex *Clar.et Cartar.* quos allegat, dicit, quòd in dubio iple torquerer rixantes, & poſtea ſuperuenientem ſuper tractatu, vel ſcientia, vt reperta veritate, poſſent primi rixantes puniri, vel abſolui de homicidio per ſuperuenientem commiſſo, niſi qualitas facti, & perſonarum aliud ſuaderet, puta, ſi nulla alia eſſet ſuſpicio de tractatu inter primos rixantes, & ſuperuenientem occiſorem, vt ibi per eum, & vide infra in ver, *Tortura Reſolut. 7.*

SVM.

S V M M A R I V M.

1 *Homicidium præſumitur potiùs in dubio caſuale, quam præmeditatum.*
Contrarium tenet Caball. *relatas, num. 3.*
Ita vt fiſcus teneatur probare, homicidium fuiſſe præmeditatum, num. 4.
Maximè ſi nulla præceſſit cauſa homicidij, n. 5.
Et inter occiſorem, & occiſum nulla aderat inimicitia, num. 6.
Et quando homicidium fuit commiſſum in perſonam conſanguinei, & beneuoli, num. 7.
Et quando occidens, ſequuto homicidio, ſigna diſplicentiæ oſtenderit, num. 8.
Et ſi homicidium factum fuerit cum armis, quibus vti homines non ſoleat ad occidendũ, n. 9.
2 *Actus interpretatur, vt importet delictum, leuius & quod mitiùs punitur.*

R E S O L V T I O XI.

Homicidium in dubio an præſumatur potius caſuale, quam præmeditatum.

1 HOmicidium præſumitur in dubio potius caſuale, & in rixa, quam præmeditatum, vt tradunt *Foller. in pract. in ver. quòd ſuffocauit vxorem num. 9. & 12. Boſſi. in pract. in tit. de de homic. nu. 52. & in tit. de remed. ex ſola clem. Prin. num. 56. Surd. conſ. 33. num. 1. & ſeq. & conſ. 40. num. 17. lib 1. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſump. 2. num. 1. Maſtrill. deciſ. 197. num. 37. Cabal. de omn. gener. homic. nu. 385. Farinac. de pæn. temp. quæſt. 96. num. 75. & ſeq. & conſ. 138. num. 17. lib. 2. & de homic. quæſt. 126. num. 106. Ant. Porti. inter conſ. Farinac. poſt d. conſ. 138. nu. 1. Guazz. defen. 33. cap. 22. num. 2. & 3. Giurba conſ. crim. 2. num. 12. 13. & ſeq. & conſ 51. nu. 2 & conſ. 82. num. 9. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 3. caſu 1. quæſt. 2. num 10.* vbi quam plures adat concordantes, & teſtatur de magis communi Doct. opinione, *Vermiglio. conſ. 39. num. 7. et conſ. 89. num. 2.* & dixi ſupra *Reſol. 1. nu. 5. & Reſol. 6. n. 12. et Reſol. 7. in fin. & Reſol. 10. nu. 6.*

2 Quando enim actus poteſt importare grauius, vel leuius delictum, & illud, quod puniri poteſt grauiori, vel leuiori pœna, in dubio præſumitur delictum leuius, & quod eſt puniendum leuiori pœna *Bald. in l. fin. col. vlt. C. de ædil. actio.* late *Alciat. de præſump. reg. 3. præſump. 6. nu. 1. & ſeq. Surd. d. conſ. 33. num. 2. lib. 1. Farinac. d. quæſt. 126. num. 106.* minor autem pœna imponitur pro delicto rixoſo, quàm pro præmeditato, vt poſt *Boſſi. Menoch. Caſon. Baiar. & Farinac.* per eum adductos tradit *Vermigl. conſ. 28. n. 12. et conſ. 71. in prin.* nec non *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 3. caſu 1. quæſt. 2. num. 14.*

3 Licèt contrarium teneat *Caball. reſol. crim. caſu 192. num. 7. ver. contrarium verò cent. 2.* qui alios adducit, quem retuli ſupra *Reſol. præced. in fin.*

4 Amplia primò d. concluſionem, adeò eſſe verum, vt fiſcus, qui prætendit, homicidium fuiſſe commiſſum præmeditatè, & deliberatè, non autem caſu, & in rixa, teneatur id probare, vt voluerunt *Boſſ. Surd. Farinac. Guazz. Ant. de Ball. & Giurb.* in loc. relatis ſupra *Reſol. 6. num. 12.* quod hic non repeto breuitatis gratia.

5 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando nulla præceſſit cauſa homicidij, cum nemo præſumatur delinquere ſinè cauſa, vt not. *Capb. conſ. 31. num. 3. & 4. lib. 1. Bertaz. conſ. 208. num 13. & ſeq. Maſcar. de prob. concl. 98. num. 30. lib. 1.* quos refert, & ſequitur *Farinac. conſ. 138 num. 24. lib. 2. & d. quæſt. 126. num. 183. Surd. conſ. 33. num. 7. lib. 1. Giurb. conſ. 51. num. 16. Guazz. defen. 3. cap. 1. num. 6.* vbi alios dat concordantes, & in fortioribus terminis, nempè quãdo cauſa non eſt vrgens *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 3. caſu 1. q. 2. num. 63.* vbi quamplures adducit, ita ſentientes, declarando, vt in ampliat. ſequen.

6 Amplia tertiò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando inter occiſum, & homicidam nulla aderat inimicitia, quia tunc homicidium ſequutum præſumitur caſu, & in rixa non autem præmeditate, cum nullam habens inimicitiam animum offendendi habuiſſe non præſumatur, vt voluerunt *Deci. conſ 243. num. 5. Cran. conſ. 4. num. 23. & conſ 66. num. 2 Bertaz d. conſ. 208. num. 16. Engel. conſ. 90. num. 115. lib. 1 Caball. de omn. gen. homic. num. 151. & num. 296. & Giurb. conſ. 51. num. 3. & ſeq Surd. d. conſ. 33. num 7.* & in fortioribus terminis, quando ſcilicet conſtat de amicitia *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 3. caſu 1. quæſt. 2. num. 31.* vbi dat concordantes.

7 Amplia quartò d. concluſionem illatiuè, vt eò magis habeat locum, quando homicidium fuit commiſſum in perſonam conſanguinei, amici, & beneuoli, quia tunc illud caſu, non autem præmeditatè commiſſum præſumitur, cum animus iudicetur ex qualitate perſonæ percuſſientis, vt docent *Plaz. in epit. delict. lib 1. cap. 43. num. 7. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 3. ſub n. 7. Menoch. de præſump. lib. 5 præſump. 40. nu. 15. & 22. Maſc. de prob. concl. 864. nu. 14. lib. 2. Baiar. ad Clar. § homicidium nu. 2. & ſeq.* latè *Farinac. de homic. quæſt. 126. num. 182. & 184.* vbi alios dat concordantes quamplures, & dicit hanc ampliationem procedere, ſi concurrat etiam qualitas facti id ſuadens, alias ſecus, vt ibi per eum videndum, *Caball. de omn. gen. homic. num. 155. Giurb. conſ. 51. num. 9.* vbi alios refert, ita ſentientes, *Surd. conſ. 33. num. 6. & ſeq. lib. 1. & Ant. de Ball. tract. crim. lib 3. caſu 1. quæſt. 2. num. 34.* vbi limitat, niſi homicidium proditoriè eſſet commiſſum, vt ibi per eum.

8 Amplia quintò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, ſi homicida ſtatim illato vulnere abiecerit arma, & aliqua ſigna veriſimilia diſplicentiæ oſtenderit malam ſuam fortunam deteſtando, medicamenta vulnerato ſtatim afferendo, & ſimilia, vt voluerunt *Capoll. conſ. crim. 31. num. 5. Menoch. de præſump. d. lib. 5. præſump. 40. num. 28. Giurb. d. conſ. 51. n. 26. 27. & 29.* benè comprobans, & quamplures adducens Doct. authoritates, cum qui

quibus pertranſit *Farinac. de homic. d. quæſt. 126. num. 217.* vbi dicit, quod ipſe d. ſigna multùm attenderet, ſi Iudex eſſet, niſi in contrarium vrgerent validiores præſumptiones, vt ibi per eum.

9 Amplia ſextò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, ſi percuſſio facta fuerit cum armis, quibus vti non ſolent homines ad occidendum, puta, ſi fuerit commiſſum homicidium cum paruo cultello, & ſimil. quia deliberatè id actum fuiſſe non præſumitur, vt declarant *Alcia. de præſump. reg. 3. præſump. 6. num. 2. Cala de modo artic. §. 2. gloſ. 1. num. 265. Menoch. de præſump. d. præſumpt. 40. nu. 8. Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 2. num. 9. Caball. reſol. crim. caſu 63. num. 17. cent. 1. Giurb. d. conſ. 51. n. 21. & ſeq.* plene *Farinac. de homic. quæſt. 126. nu. 117. & plur. ſeq.* vbi alios dat concordantes quampluſes, & pluribus modis hanc ampliationem exemplificat, & alios caſus ſubnectit, in quibus deliberatio non præſumitur, prout facit *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 3. caſu 1. quæſt. 2. ferè per tot.* ipſos conſulas, ſi liber alios caſus periclitari.

S V M M A R I V M

1 *Offendiculum ponens ad feneſtram ad capiendum furem non tenetur de homicidio, ſi fur cecidit, & mortuus eſt.*

Ratio ponitur, num. 2.

Declaratur concluſio, num. 3. & 4.

R E S O L V T I O XII.

Offendiculum ponens ad feneſtram ad capiendum furem an teneatur de homicidio ſi fur cadat, & moriatur.

1 OFfendiculum ponens ad feneſtram de nocte, vel laqueum ad capiendum furem per illam ingredi volentem, qui cecedit, & mortuus eſt, non tenetur pœna homicidij, cum non habuerit animum occidendi furem, ſed illum capiendi tantũ, vt tradunt *Alex. conſ. 140. ferè per tot. lib. 2. Deci. conſ. 234. num. 6. Menoch. de arbitr. caſu 324. nu. 6. Maſc. de prob. concl. 864. nu. 5. lib. 2. Ripa de noct. temp. cap. 32. nu. 6. & ſeq. Farin. conſ. 141. nu. 21. lib. 2. & de homic. quæſt. 125. num. 210.* vbi dicit, hanc concluſionem habere locum, etiam in apponente offendiculum ad præcipitandũ furem, de quo valdè dubito, cum Doct. ab eo adducti id non dicant, & cum ponens offendiculum ad effectum præcipitandi dicatur habere animum occidendi, quem non dicitur habere ponens offendiculum ad effectũ capiendi furem, & in his terminis cum ſupradictis pertranſit *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 3. caſu 1. num. 36. & Card. Tuſc. pract. concl. litera H. concl. 143. num. 15.*

2 Quando enim delictum, quod commiſſum eſt, non tendebat ad illam ſpeciem delicti, quod poſtea ſequutum eſt, non tenetur quis de eo, quod ſequutum eſt, vt not. *Bart. in l. diuus 14. §. fin. ff. ad leg. Cornel. de Sicar.* quem ſequitur *Alex. d. conſ. 140. num. 6. lib. 2.* ſed offendiculum fuit appoſitum ad capiendum furem, ergo non intrat pœna homicidij, vt declarant *Alex. d. conſ. 140. num. 6. & Deci. d. conſ. 234. num. 6.*

3 Declara d. concluſionem, vt ponens offendiculum ad feneſtram, ſequuta morte furis, puniendus ſit pœna extraordinaria Iudicis arbitrio, cum tunc offendiculum non ſit inſtrumentum reſpectu ſitus prorſus aptum ad capiendum furem, niſi illud apponeretur ad feneſtram debilioris in ordine ad potentiorem, ita vt illud, etiam ad necem dici poſſit neceſſaria, & inculpata tutela, vt tradit *Ripa de noct. temp. d. cap. 32. num. 8.* vbi dicit, ſecus eſſe, ſi illud apponatur ante oſtium, vel in vim foueæ, vt ibi per eum, & de offendiculo appoſito ante ianuã domus loquitur *Menoch. de arbit. d. caſu 324. nu. 7.* licet allegat *Alex. vbi ſupra, & P. Graſſet. de nece prodit. §. 20. num. 127.* ſi ſit appoſitum ad capiendum feras, & furem occidiſſet, quòd non intret pœna ordinaria.

4 Declara ſecundò d. concluſionem, quòd ſi offendiculum apponatur ad præcipitandum aggredientes, quando aggreſſionis, vel impetus imminet periculum, tunc nulla intrat pœna, cum ſanguinis impendeat ruina, quem redimere cuilibet omni modo licet ad tex. *in l. tranſigere 18. C. de tranſ.* & declarat *Ripa de noct. temp. d. cap. 32. num. 9.* & in his terminis poteſt forſan habere locum doctrina *Farinac. d. quæſt. 125. num. 210.* dum loquitur de offendiculo ad præcipitandum appoſito.

S V M M A R I V M.

1 *Homicidium commiſſum in domo præſumitur commiſſum à domino domus.*

Ita vt vxor mortua in domo præſumatur occiſa ab eius viro, num. 2.

Quod procedit, concurrentibus coniecturis, alias ſecùs, num. 3.

Amplia concluſionem, quando dominus domus aderat ſolus tempore homicidij, num. 4.

Et quando homicidium Curiæ non denunciauit, num. 5.

Et quando dominus domus, ſequuto homicidio, aufugit, num. 6.

Et ex d. homicidio inſurgit indicium, etiam contra domeſticos. num. 7.

Limita concluſionem, quando dominus domus, vel domeſtici ſunt malæ famæ, vel alia concurrunt, num. 8.

Licèt contrarium teneant aliqui Doct. num. 9.

Dicta tamen præſumptio ſola ſufficit ad inquirendum, num. 10.

Limita ſecundò concluſionem, vt non habeat locum, quando dominus domus erat extra domum, num. 11.

Mortuo reperto in domo viro torqueri poteſt vxor, & alij ſerui, num. 12.

RESO-

RESOLVTIO XIII.

Homicidium commiſſum in domo an præſumatur commiſſum à domino domus.

1 HOmicidium commiſſum in domo præſumitur commiſſum à domino domus, ita vt oriatur indicium cõtra eum, vt tradunt *Angel.de maleſ. in ver. fama publica num.53. & ibi Adden. Foller. in pract. in ver. dentur capitula: quòd ſuffocauit vxorem num.11. Gram. vot. 24. in prin. Nouell. in pract. crim. in prin. nu. 103. & 108. Menoch. de arb. caſu 394. num. 18. in addit.* vbi quamplures dat concordantes, *Decia. trac. crim. lib. 8. cap. 4. ſub num. 12.* late *Giurb. conſ. crim. 43. nu. 11. & 12.* vbi concluſionem extendit ad dominam domus, ſi dominus eſt abſens, latiùs *Farinac. de indic. & tort. quæſt. 52. n. 98.* vbi quamplures dat concordãtes, & teſtatur de cõmuni opinione, cum quibus pertranſit *Caln. de æquit. lib. 2 cap. 130. n. 65. et ſeq.*

2 Amplia primò d. concluſionem illatam, quòd, ſi reperiatur vxor mortua in domo, præſumatur occiſa ab eius viro, vt voluerunt *Foller. in prac. in ver. Item quòd ſuffocauit vxorem nu. 9. & 10.* & ante cũ *Bald. conſ 254. ver. Item præſumitur par. 2. Boer. deciſ. 261. per tot. Decia. tract. crim. lib. 9. cap 14. nu. 6.* & ſentit *Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 52. nu. 98.* & tradit expreſsè *Giurb. d. conſ. 43 nu 10. & ſeq. & n. 14. in fine,* nec non *Caluí. de æquit. d. c. 130 n. 72.*

3 Declara d. primã ampliationem, vt habeat locũ, concurrentibus coniecturis, aliàs ſecùs, quia, cum vxor ſit ſocia mariti humanæ, & diuinæ domus, non præſumi debet, maritum, illam occidendo, tã graue ſcelus commiſiſſe, vt declarant *Bald. Foller. Boer. Decia. & Giurb. in loc proximè adduct.* & præcipuè *Giurb. num. 17.* nec non *Menoch. de præſump. lib. 5. præſump. 15. num. 4 & ſeq.* qui quamplures adducunt coniecturas, & præcipuè, quia vir illam odio habebat, quia illam ſepelliri curauit tempore noctis, quia illam non luxit, illius fugã, & alias, quas vide ibi per eos, & aliquas recenſet etiam *P. Graſſett. de nece prodit. §. 33. ferè per tot.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando dominus domus, tempore homicidij commiſſi in domo, ibi ſolus aderat, vt not. *Bald. d. conſ. 254. ver. item præſumitur &c. lib. 2. Boer. d. dec. 261. ſub n. 1. Giurb. d. conſ. 43. n. 14. in fin. & Calui. de æquit. d. c. 130. n. 73.* & in materia furti, quòd præſumatur factum ab eo, qui ſolus in domo reperiebatur, dixi ſupra *in ver. Furtũ Reſol. 12. n. 2.*

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando dominus domus, in qua fuit commiſſum homicidium, illud Curiæ vna cum malefactoribus non denunciauit, vel admodum tardè id fecit, quia tunc ipſe redditur de d. homicidio valdè ſuſpectus, & inditiatus, vt ſcripſerunt *Nouel. in pract. crim. in tit. de modo, & forma citan. reos nu. 24. Blanc. de indic. ad leg. fin. ff. de quæſt. num. 275. Menoch. de præſump. lib. 1. quæſt 89. num. 91. iuncto num. 107.* vbi contrarijs reſpondet, *Perſonal. de indic. & tortu. num. 35* quem referendo ſequitur *Farinac de indic. & tort. d. quæſt. 52. num. 96. et ſeq.* vbi dat concordantes, & dicit, hanc ampliationem habere locum etiam in domino domus, qui non ſit malæ famæ, & nu 100. vbi dicit, ex d. non denunciatione inſurgere contra dominum domus, ſeù illius inquilinum indicium ad torturam, vt ibi per eum, *Decian. tract crim. lib. 9. cap. 14. num. 9.*

6 Amplia quartò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando dominus domus, in qua fuit commiſſum homicidium, ſtatim viſus fuit, ex illa aufugere, quia a fuga maximè adminiculatur, quòd ipſe homicidium commiſerit, vt tradũt *Bald. d. conſ. 254. ver. item præſumitur par. 2. Craue. conſ 6. num. 37. Decia. tract. crim. lib. 9. cap. 14. nu. 6. Caball. reſol. crim caſu 288. nu. 43. cent. 3. Giurb. d. conſ 43. num. 21. & Calui. de æquit. d. cap 130. nu 76. & ſeq.* & generaliter de fugiente de domo, in qua fuit cõmiſſum homicidium cum gladio ſanguinolento, ſcripſerunt *Guazz. defen 33 cap. 15. num. 2. Andreol. contro 172 num. 5. & P. Graſſet. de nece prodit. §. 29. num. 212.* vbi alia requirit, & plures dat concordantes.

7 Amplia quintò d. concluſionem, vt ex homicidio commiſſo in domo oriatur indicium ad torturam, non ſolùm contra dominum domus, verùm etiam contra domeſticos, ita vt etiam illi poſſint torqueri, vt not. *Angel. de maleſ. in d. ver. Quòd fama publica &c. ſub num. 53. & ibi Adden. Nouell. in pract. in prin. num. 102. & 108. Boſſi. in pract. in tit. de indic. num. 50. Menoch de arb. caſu 270. num. 22. Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 52. nu 99.* vbi dat concordantes, & ante eum *Foller. in pract. in ver. Item quòd ſuffocauit vxorem num. 10. & in ver. capiat informationem 37.* vbi dicit, ita fuiſſe ſeruatum *Decia. d. lib. 9. cap. 14. num. 8. Giurba d conſ 43. nu. 11.* vbi alios adducit, ita ſentientes, & *Calui. de æquit. d. cap 130 num. 66. 67. & ſeq.*

8 Limita primò d. concluſionem cum ampliat. ſeq. vt habeat locum, quando dominus domus, ac alij domeſtici ſunt perſonæ malæ famæ, & ſoliti ſimilia committere vel aliqua alia coniectura concurrit, puta quæ ſupra ſunt recenſitæ, & ſimil. aliàs ex eo ſolo, quòd mortuus eſt repertus in eorum domo, non poteſt contra eos deueniri ad torturam, vt voluerunt *Alex. ad Bart in l. ædiles 3. ff. de via publ. Blanc. in d. l. fin. nu 298. ff. de quæſt Nouel. ad defenſ. reo. in tit. an indi. dand. ſint. n 146. Decia. tract. crim. lib 8. cap 1. n. 12. Farin. de indic. et tort. d. quæſt. 52. n. 104. & ſeq.* vbi alios dat concordantes, & dicit, quòd, ſi dominus domus, vel domeſtici torquentur, vel veriſimiliter informati, tunc torquentur, etiam ſi ſint bonæ famæ, & idem eſt, quando aliæ concurrunt coniecturæ, ſi verò coniecturæ non cõcurrunt, tunc illi poſſunt torqueri, licet ſint bonæ famæ, quando homicidium ab alio non potuit cõmitti, ſecùs ſi potuit committi ab alio, vt ibi per eum, cum quibus pertranſeunt *Bertaz. conſ. 448. n. 2 lib. 2. Giurb.* qui illum refert, & ſequitur *d. conſ 43. n. 14.* vbi alios dat concordantes & hãc dicit tutiorẽ opinionẽ, *Menoc. de arb. d. caſ. 394. n. 18. in addit.*

9 Licet contrarium, imò dominum domus, & illius domeſticos poſſe torqueri ex ſola inuentione mortui in domo, cum neceſſe ſit homicidium ab vno ex eis fuiſſe commiſſum, licet non ſit malæ famæ, & alia non concurrant, voluerint *Bart. Bald. Iaſ. Butri. & Gram.* relati *per Giurb. d. conſ 43 num. 14. in prin. & per Farinac. d. quæſt. 52. num.* 106. quam opinionem receptam dicit *Menoch. ad dict. caſum 394. num. 18.* licèt poſtea, diſtinguendo, transeat cum contraria opinione.

10 Declara d. primam limitationem, quòd, licèt d. præſumptio, deſcendens ex inuentione mortui in domo, ſola non ſufficiat ad torturam, ſufficit tamen ad inquirendum ſecundùm *Menoch. de arb. d. caſu 394. num. 18. in addit. & de præſumpt. lib. 1. quæſt. 89. nu. 92.* & idem ſentit *in eodem tract. lib. 5. præſump. 15. nu. 5. in fin.* & ſcripſit *Giurb. d. conſ. 43. num. 14. in fin.* alios referens concordantes.

11 Limita ſecundò d. concluſionem, vt habeat locũ, quando dominus domus tempore commiſſi homicidij fuerat in domo, vel ſaltem non apparet, quòd fuerit extra domum, quia ſi conſtet, illud d. tempore fuiſſe extra domum, non poteſt contra eum deueniri ad torturam, nec vti teſtem informatum, nec vti reum ad tex. *in l. 1. §. hoc autem Senatus conſultum ff. ad Silan.* & declarant *Brun. de indic. & tortu. par. 2. quæſt. 4. num. 14. Foller. in pract. in ver. capiat informationem num. 36. ver. niſi probetur, & Farinac.* benè comprobans *de indic. & tort. d. q. 52. n. 117. & ſeq. D. Autreol. contr. 172. n. 10.*

12 Addo pro complemento, quòd, reperto in domo mortuo viro, poteſt torqueri etiam vxor, ſicut alij ſerui, vt per *ſt. igne, in l. 1. §. iuſta hoc num. 3. ff. ad Sillan.* per eum relatum tradit *Decia tract. crim. lib. 9. cap. 14. n. 8.* declarando, vt ſupra quoad vxorẽ,

---

S V M M A R I V M.

1 *Mortuus repertus propè domum alicuius præſumitur occiſus à domino domus.*

Et occiſus in via præſumitur occiſus à vicinis, num. 2.

Procedit, ſi mortuus reperitur multùm vicinus, ſecùs, ſi de longinquo, num. 3.

Fallit ſecundò, quando ceſſat omnis cauſa homicidij, num. 4.

Et quãdo nulla alia præſumptio concurrit, n. 5.

Et quando occiſus in via habebat inimicitiam extra viciniam, num. 6.

Quando verò vicini poſſint torqueri, vel informati, remiſſiuè, num. 7.

R E S O L V T I O XIV.

Mortuus repertus prope domum alicuius an præſumatur occiſus à domino domus.

1 MOrtuus repertus in via propè domum alicuius præſumitur occiſus à domino domus, ita vt ipſe poſſit torqueri, ac ſi in eius domo mortuus repertus fuiſſet, vt tradunt *Ang. de maleſ. in ver. quod Fama publica n. 51. Boſſi, in pract. in tit. de indic. n. 51. Menoch. de arb. caſu 394. n. 55. et nu. 18. in addit. et de præſup. lib. 1. q. 89. n. 92. Farin. de indi. & tort. q. 52. nu. 120.* vbi alios dat concordantes, & teſtatur de communi opinione, *Decian. tract. crim. lib. 8 cap. 4 ſub nu. 12.* vbi alios pariter adducit, ita ſentientes, *Cabal. reſol. cri caſu 230. n 34. cent. 3. & Giurb. d. conſ. 43. n 11.* vbi hanc concluſionem extẽdit etiã ad eos, qui morantur in domo, vt ibi per eũ.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt occiſus in via cenſeatur occiſus à vicinis, vt ſcripſerunt *Bald. in l. dominus horreorum 57. ff. loca Gram. conſ. 53. nu. 2. Menoch. de arb. caſu 394. num. 54. Caball. reſol. crim. caſu 230. nu. 33. cent. 3.* & generaliter, quod homicidium, furtum, & ſimilia, ſi neſciatur, à quo commiſſum fuerit, præſumatur commiſſum à vicinis, ſcripſit *Farinac. de indic. & tortu. q. 52. nu.* 127. vbi alios dat concordantes quamplures, & dicit, ex hac præſumptione poſſe deueniri ad torturã. *et Giurb. d. conſ. 43. nu. 13.* vbi hanc ampliationem extendit etiam ad eum, qui viam, in qua mortuus repertus fuit, frequentabat, vt ibi per eum.

3 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locum, quando cadauer inuentum ſuit multùm contiguum d. domui, ſecùs autem ſi de longinquo, vt declarãt *Boſſi. in pract. in tit. de indic. n. 51. Farinac. de indic. et tort. d. q. 52. n. 126.* vbi dicit, ex vicinitate reſultare poſſe aliquale indicium, *et Curiac. contro. 227. n. 33.*

4 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando dominus domus nullã habeat inimicitiam cum occiſo, nec vlla appareat cauſa, quare ipſum occidere voluerit, quia tunc, ceſſante cauſa delicti, ceſſat etiam præſumptio illius, vt adnotarunt *Foller. in pract in ver. capiat informationem num. 45 & conſ 139. nu 13. int. conſ. crim. diu. lib. 1. Blanc. in pract. crim. in fin. in 4. par defen. n. 13.* & ita ſupponit *Menoch. de præſump. lib 1. quæſt. 89. num. 92. & ſeq.* vt benè conſiderat *Farinac. de indic. & tortu. d. quæſt. 52. num. 125.*

5 Limita tertiò d. concluſionem, vt habeat locum, concurrente aliqua alia præſumptione, vel coniectura, aliàs ſecùs, vt puta, mala fama quòd dominus domus ſit ſolitus prædicta committere, inimicitia, minis, & ſimil. cum indicium remotum de ſe non faciat indicium ad torturam, vt declarant *Ang. de maleſ in ver quòd fama pub. præced. num 51. & ibi Auguſt. in addit. num. 52. Boſſi in pract. in tit. de indi. num. 51. ver. ſed hoc intellige &c.* vbi reddit bonam rationem, *Decia. tract. crim. lib. 8. cap. 4. nu. 12. ver. & pariter &c. Menoch. de arb. d. caſu 394. num. 18 in addit* vbi in fine defendendo ſe ab impugnationibus *Decia.* tandem ita tenet, quando agitur de torquendo, & benè comprobat rationibus, & authoritatibus quampluribus allatis, *Farin. de indic. & tort. d. q. 52. nu. 121 122. & plur. ſeq. & n. 131. & Giurb. d. conſ. 43. num. 13. & 14* vbi dat concordantes, & teſtatur de communi opinione, & dixi etiam ſupra *Reſol. præced. num. 8.*

6 Limita quartò d. concluſionem, & hæc limitatio propriè deſeruit primæ ampliationi, vt ex homine

mine noctuo reperto in vicinia non inſurgat præſumptio contra vicinos, quando occiſus habebat inimicitiam extra viciniam, quia tunc præſumptio non inſurgit contra vicinium, ſed contra inimicũ, vt declarant *Menoch. de præſump. d. lib. 1. quæſt. 89. num. 93. & Farin. de indic. & tort. d. q. 52. num. 132.*

7 Quando verò vicini poſſint torqueri, vti veriſimiliter informati, ſuper homicidio commiſſo in vicinia, vide *Farinac. d. quæſt. 52. num. 128. & ſeq.*

Alia plura ad materiam homicidij ſpectantia habes infra in ver. Occiſio, vide ibi.

ADDITIO.

In fin. VBi habetur remiſſiuè quando vicini poſſint torqueri vti informati de homicidio commiſſo adde de quo vide *Scialo. in prax. torq. reos cap. 14. num. 39.* vbi dicit, quod vicinior eſt prius torquendus, & alios adducit ita ſentientes.

IMMVNITAS ECCLESIASTICA.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia gaudent priuilegio immunitatis.*
Etiamſi Eccleſia ſit polluta, vel interdicta, n. 2.
Et etiamſi Eccleſia non ſit perfectè conſtructa, num. 3.
Neque ſit conſecrata, nec benedicta, num. 4.
Etiamſi in Eccleſia non conſecrata adhuc diuina celebrata non fuerint, num. 5.
Licèt contrarium teneant aliqui Doct. nu. 6.
Et gaudet immunitate etiam, Eccleſia diruta, num 7.
Et gaudent immunitate etiam muri illius extrinſecus, num. 8.
Ac etiam oſtium ipſius Eccleſiæ, num. 9.
Nec non gaudent tectum, ſcala, porticus, & alia, vt num 10.
Et Eccleſia Matrix gaudet per 40. paſſus extra Eccleſiam, & alia Eccleſia per triginta, nu. 11.
Quod tamen non habet locum de conſuetudine, num. 12.
Contrarium, vti verius habetur, num. 13.
Quatenùs autem ſe extendant d. 40 paſſus, an per viam publicam, & alia, habes remiſſiuè, n. 14.

RESOLVTIO I.

Eccleſia an gaudeat priuilegio immunitatis.

1 ECcleſiæ gaudent priuilegio immunitatis, vt rei ad illas confugientes etiam ob commiſſum delictum, non poſſint ab eis extrahi per vim *cap. minor, cap. diffinimit, cap. nullus 17. quæſt. 4. cap. Eccleſia 9. cap. inter alia 6. de immun. eccleſ.* & tradunt *Barboſ. de iure Eccl. vniu. lib. 2. cap. 3. num. 37. & ſeq. & num. 50. & ſeq.* vbi alios dat concordantes, late *Farinac. de immunit. Eccleſ. num. 6. & ſeq.* vbi innumeros ferè adducit, ita ſentientes, *P. Suarez de ſtat. Relig. lib 3. cap. 8. num. 9. & cap. 11. nu. 4. Card. Tuſc. pract. concl. in ver. Eccleſia concl. 10. num. 1. & ſeq. Balth. Tomaſ. in ſuis tract. var. tom 4. in tit. de immun. eccleſ. nu 4. P. Dian. in ſumma in ver. Immunitas eccleſiaſtica quoad loca in princ. Illuſtriſſimus Sperellus deciſ. 101. num. 18. par. 2.* plenè *P. Graſſet de uce prodit. §. 29. num. 1. & pluribus ſeq.* & hoc præcipit expræſsè *Bulla Greg. XIV.* publicata anno primo ſui Pontificatus de anno 1591. de qua mentionem facit *Farinac. vbi ſupra num. 6. in fin.* & illam refert per extenſum *Pract. Archiep. Neapol. cap. 22. in fin.*

2 Amplia d. concluſionem, vt habeat locum, etiam ſi Eccleſia ſit polluta, vel interdicta, cum non ob id illa deſinat eſſe ſacra, ſicuti Clericus interdictus non amittit ſua priuilegia, vt not. *Hoſti. Io. Andr. Ancar. Abb Zabarel. et Anan. in cap eccleſia 9. de immun. eccleſ Decia. tract. crim. lib. 6. cap. 24. nu. 26. & cap. 25. num. 20. in fin.* vbi teſtatur de communi opinione, *Card. Tuſc. pract. concl. in verb. Eccleſia concl. 9. num. 9. P. Suarez de ſtat. Relig. lib. 3. cap. 9. num. 6. Farinac de immun. eccleſ. num. 259.* vbi alios dat concordantes quamplures, *Giurb. conſ 20. ſub num. 19. P. Diana in ſumm. in d. ver. Immunitas eccl. quoad loc. in prin. num 2.* vbi dicit prædicta habere locum non ſolùm quoad peregrinos, ſed etiã quoad populum, ob cuius delictum Eccleſia interdicta fuit, vt ibi per eum, *Balth. Tomaſ. in d. tit. de imm. eccleſ num 209. & Barboſ de iur. eccleſ. vniu. lib. 2. cap. 3. num. 60. et 61.* vbi dat concordantes.

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in Eccleſia, quæ adhuc non ſit perfectè conſtructa, quia etiam illa gaudet immunitate, cũ eo ipſo quod Epiſcopi authoritate conſtrui cæpit, diuinis obſequijs dicata dicitur, vt ſcripſerunt *Ancar et Abb. in d. cap Eccleſia 9. de immun. eccleſ. Mar. Ital. de immun. eccleſ. lib. 1. cap. 4. §. 3 num. 15. et ſeq.* quem refert, & ſequitur *Farinac de imm. eccl. num. 261. P. Diana in ſumma in d. ver. Immunitas eccl. quoad loca n. 2.* vbi dicit, hoc habere locum, etiamſi conſtructio intermittatur contra *Ital. vbi ſupra*, vt ibi per eũ, et *Balth. Tom. in d. tit. de imm. eccl. n. 529.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in Eccleſia, non conſecrata, nec benedicta, quæ pariter gaudet priuilegio immunitatis, ſi fuerit ædificata authoritate Epiſcopi, vt adnotarunt *gloſ. Io Andr. Hoſti. Ancar. Butr. Abb. Zabarell. & Anan. in d. cap. Eccleſia 9. de immun. eccleſ. Card. Tuſc. pract concl in ver. Eccleſia concl. 9. num. 12* vbi teſtatur de communi opinione, *P. Suarez de ſtat. Relig. lib. 3. cap. 3 ſub num. 1. Leo. in Theſa. fori eccl. par. 1. cap. 13. num. 7.* plenè *Farinac de immun. eccl. num. 255.* vbi dat concordantes, *Bonac. de cenſu ex bull d ſp. 2 quæſt. 3. punct. 16. §. 4 num 2.* quem vna cum alijs pluribus refert, & ſequitur *Barboſ de iur. eccleſ vniu. lib. 2. cap. 3. num 59. Giurb. conſ. 20. num. 19. P. Sanch de matrim. lib. 9. diſput. 15. num. 36 Illuſtriſſimus Sperel. deciſ. 62. num. 20 part. 1. et Balth Tomaſ. in d. tit. de immun. eccl num 207.* qui alios dant concordantes quamplures.

5 Subamplia d. quartam ampliationem, vt habeat locum etiamſi in Eccleſia non conſecrata adhuc diuina celebrata non fuerint, quia adhuc illa gaudet immunitate, ſi authoritate Epiſcopali, vel Pontificia ædificata fuerit, vt voluerunt *Hoſti. Butri. Ancar. Io. Andr. Anani, & Abb. in d. cap. eccleſia 9. de immun. eccleſ. Anaſt. Germo. de ſacro. immu. lib. 3. cap. 16 nu. 21. & ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione, *Farinac. de carcer. & carce. quæſt. 28. num. 34. & de immun. eccleſ. num.* 258. vbi dat concordantes, *Giurb. conſ. 20. nu.* 19. & benè comprobat *Barbo. de iur. eccleſ. vni. d. lib. 2. cap. 3. num. 59. ver. intellige procedere, &c.* vbi alios etiam adducit, ita ſentientes, & *Balth. Toma. in d. tit. de imm. eccl. n. 207. & P. Diana in ſum. in ver. Immunitas eccl. quoad loca n. 2.*

6 Licèt contrarium tenuerint, imò requiri, quòd in d. Eccleſia non conſecrata diuina officia celebrentur, vt gaudeat immunitate *Decia. tract. crim. lib. 6. cap. 24. num. 24. ver. conciliando &c Ambroſ. de immun. eccl. cap. 10. ſub num. 2.* & alij relati per *Farin. de immun. eccl. num.* 257. contra quos adeſt communis opinio, de qua ſupra.

7 Amplia quintò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in Eccleſia diruta, quæ gaudet priuilegio immunitatis, ſi adſit ſpes reædificationis, vel ſi non ſit diruta authoritate Superioris, cum ratione loci, in quo ædificata erat, ſacra eſſe non deſinat *l. ædes ſacra 73. ff. de contrah. empt. leg. in tantùm 6. §. ſacra in fin. ff. de rer. diui.* & tradunt *Decia. tract. crim. lib. 6. cap. 24. num 27. & cap. 25. num. 22. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 30. ver Maius eſt &c.* vbi teſtatur de communi opinione. *Card. Tuſc. pract. concl. in ver. Eccleſia concl. 9. num. 10.* plenè *Farinac. de carc. et carc. quæſt. 28. num. 70. & de immun. eccleſ. num.* 260. vbi alios dat concordantes, *P. Sanch. de matrim. lib. 9. diſpu. 15. num. 37. Giurb. conſ. 20 num. 19. Barboſ. de iure eccl. vni. d. lib. 2. cap. 3. nu. 62.* vbi quamplures adducit, ita ſentientes *P. Diana in ſum. in ver. Immunitas eccleſ. quoad loca num 2 in fin. et Balth. Tomaſ. in d. tit. de immun. eccl. num. 528.*

8 Amplia ſextò d. concluſionem, vt habeat locum non ſolùm in aula ipſa, & corpore Eccleſiæ, quoad ſuperficiem concauam, ſed etiã muri illius extrinſecus gaudeant immunitate, ſi quis illos tangat, vt not. *Ricc. reſolut. 560 num. 8. tom. 3.* quem refert, & ſequitur *P. Diana in ſumm. in d. ver. Immunitas eccl. quoad loca num. 13.* & voluerunt etiam *Decia. trac. crim. lib. 6. c. 25. n. 17.* vbi dicit, ita ipſum ſeruare, & ſeruari vidiſſe, *Farinac. de immun. eccl. nu. 279. Leo. in Theſa. fori eccl. par. 1. cap. 13. num. 11. & Tomaſ in d. tit. de immun eccl. num. 182.*

9 Amplia ſeptimò d. concluſionem, vt habeat locũ etiam in oſtio Eccleſiæ, quod gaudet immunitate, ita vt ſi illi clauſo adhæreat, quis gaudeat immunitate, & non poſſit ab eo diuelli, cum appellatione Eccleſiæ veniat etiam oſtium, vt tradunt *Couar. var. reſol. cap. 20. num. 18. lib. 2. Decian. tract. crim. d. lib. 6. cap. 25. num. 17. P. Suarez de Relig. lib. 3. cap. 9 num. 8. Leo. in Theſa. fori Eccl. par. 1. cap. 13. num. 11. Farinac. de immun. eccl. nu. 279.* vbi dat concordantes quamplures, *P. Diana in ſumm. in d. ver. Immunitas eccl. quoad loca num. 11. & Barbo. de iur. eccl. vniu. d. lib. 2. cap. 3. num. 6*. nec non *Balth. Tomaſ. in d. tit. de immun. eccl. nu. 192. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 5 de inſal. in eccleſ. num. 13. & Giurb. d. conſ 20. num. 20. & ſeq.*

10 Amplia octauò d. concluſionem, vt habeat locũ, & extendatur immunitas Eccleſiaſtica ad tectum Eccleſiæ, & ſcalas, ad porticum, ad clauſtrum, hortum, ad ſacriſtiam, ad campanile etiam diſiunctum ab Eccleſia, ſi ſit intra triginta paſſus, & generaliter ad totam Eccleſiæ fabricam, & habitationem coniunctam, cum in fauorabilibus latior interpretatio ſit facienda, vt tradunt *Leo. in Theſa. fori eccleſ. par. 1. cap. 13 per tot. Farinac. de immun. eccleſ. num. 251. & plur. ſeq. & de carcer. & carcer. d. quæſt. 28. num. 14. P. Diana in ſumm. in d. ver. Immunitas eccleſ. quoad loca num. 2. & pluribus ſeq. Barboſ. de iure eccleſ. d. lib. 2. cap. 3. ferè per tot. Sperell. deciſ. 60. num. 34. & ſeq. & deciſ. 61. & 63. ferè per tot.* & ante eum *Giurb. d. conſ. 20. n. 22. & Balth. Tomaſ. in d. tit. de imm. eccl. num. 192. & ſequen.* quæ omnia particulariter recenſere nimis longum eſſet.

11 Amplia nonò d. concluſionem, vt Eccleſia gaudeat immunitate per externum ambitum paſſuum quoad Matricem, quadraginta, & quoad alias Eccleſias, triginta paſſuum ad tex. *in cap. ſicut antiquitus in cap. diffinimus, et in cap. quiſquis 17. quæſt. 4.* & ſcripſerunt *Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 24. num. 29. Anaſt. Germo. de ſacro. immun. lib 3. cap. 16. num. 38. & ſeq.* vbi, declarat, quænam dicatur Eccleſia matrix ſeù maior, *Bonac. tom. 3. diſput. 2. quæſt. 3. punct. 16. §. 4 num. 7.* vbi declarat, paſſum conſtare ex quinque pedibus, & pede ex quindecim digitis, *Card Tuſc. pract. concl. in ver. Eccleſia concl. 9. nu. 1. & ſeq. & concl 10. num. 4. & 5. Farinac. de carcer. & carcer. quæſt. 28. num. 12. & de immun. eccleſ num. 283. et ſeq.* vbi dat concordantes, & dicit, d. quinque paſſus eſſe dinumerandos a foribus, ſeù muris Eccleſiæ, vt ibi per eum, *P. Diana in ſumma in d. ver. Immunitas eccleſ. quoad loca num. 11. in fin. & Barbo. de iure eccleſ. lib. 2. cap. 3. nu. 38.* nec non *Balth. Tomaſ in d. tit. de immunit. eccleſ. num. 191.* vbi alios adducunt ſectatores.

12 Limita d. nonam ampliationem, vt illa non habeat locum de conſuetudine, nempè d. immunitatem triginta, & quadraginta paſſuum, quicquid ſit de iure, de conſuetudine tamen non ſeruari, vt ſcripſerunt *Hoſti. in ſum. m. de immun. eccleſ num. 8. Nauar. in Manual. Confeſ. cap. 25. ſub nu. 18. Vulpell. conſ. 230. num. 4.* nec non *Ingue. Remig. Boſſi. Couar. Clar.* & alij relati per *Farin. de carc. et carc. d. quæſt. 28. num. 22. et de immun. eccleſ. num. 294.*

13 Contrarium tamen, non eſſe verum d. immunitatem de conſuetudine non ſeruari, & quatenus d. conſuetudo adeſſet, illam non eſſe attendendam voluerunt *Farinac. de carc. et carc. d. quæſt. 28. num. 12.* licèt illam admittat, ſi verè probaretur, & clariùs *de imm. eccl. d. n. 294. ante fin. Card. Tuſc. pract. concl. in ver. Immunitas concl. 59. n. 18. et ſeq. Mari. Ital. de immunit. eccleſ. lib. 1. cap. 4. §. 2. P. Diana in ſumma in dict. verb. Immunita eccl. quoad loca num. 11.*

num.11.ante finem, & Ant.de Ball.tract.crim.lib.5. de inſul.in Eccl.num.12.ver. ſed omnes &c.

14 Quatenus verò ſe extendat d. ambitus triginta, & quadraginta paſſuum, & præcipuè, an ſe extendat per viam publicam, in qua adſunt domus aliorum, maximè laicorum, & an habeat locum in Eccleſijs, quæ ſunt in Caſtellis, ob anguſtiam loci, & alia ad materiam tradunt *Farin.de immun.eccl.nu. 290.& ſeq.P.Diana in d.ver.Immunitas Eccl.n.11. Card.Tuſc.pract.concl.in ver.Immunitas concl. 59. num.18.& ſeq.& Barbo. de iur.eccl.vniuer. d.lib 2. cap.3.nu.38.& ſeq.* ipſos conſulas, cum nimis longum eſſet omnia hic recenſere, & liber nullet præter intentionem nimia excreſceret, & augeretur.

A D D I T I O.

N.1. VBi habetur, quod Eccleſia gaudet priuilegio immunitatis adde *Illuſtriſs.D.meus Deluca in Theat. verit.& uſt.tom.14. in Miſcel. Eccl.diſc.2. num.3.& ſeq.* vbi dicit, quod illa vigore *Bullæ Greg. XIV.* gaudet immunitate in omnibus caſibus, qui non reperiuntur excepti in d. *Bulla*, & docet quomodo practicetur extractio ab Eccleſia in d.caſibus, & quomodo d. caſus excepti ſint probandi an plenè, vel ſemiplenè, & id latius declarat *P.Graſſet.de nece prod.§.29.ferè per tot.* ipſos conſulas.

N.12. Vbi habetur, quod de conſuetudine non ſeruatur, quod Eccleſia gaudeat immunitate per externum ambitum peripatium 30. & 40. paſſuum adde Cum quibus pertranſit *D. Deluca in d. tom. 14. in Miſcell. Eccl. diſcur. 12. num.17.* vbi dicit, d. conſuetudinem receſſiſſe ab aula, vt ibi per eum.

S V M M A R I V M.

1 *Hoſpitalia fundata authoritate Epiſcopi gaudent immunitate.*

Et etiam non fundatum d. authoritate sec. No*uar. relatum, num.3.*

Ac gaudet etiam cameterium, licèt ab Eccleſia ſit ſeparatum, num.6.

Et Oratoria Confraternitatum erecta authoritate Epiſcopi, num 7.

Ac etiam qualibet Cappella, Eremitorium, & aliæ, de quibus, num.8.

Et Monaſteria Religioſorum quoad totam clauſuram, & alia, vt num.9.

Nec non gaudent Palatia DD. Cardinalium extra Vrbem, num.10.

Et Palatia Epiſcoporum, num.11.

Etiamſi illa diſtent ab Eccleſia vltra quadraginta paſſus, num.12.

Licèt contrarium teneant aliqui Doct. nu. 13.

Item gaudent Domus Eccleſiæ, Canonicorum, & Parochorum, & aliæ, num.14.

2 *Hoſpitalibus competunt omnia priuilegia conceſſa Eccleſijs.*

4 *Hoſpitale cenſetur fundatum authoritate Epiſcopi, ſi in eo celebretur.*

Licèt illud non cenſeri fundatum authoritate Epiſcopi teneant aliqui, num.5.

15 *Immunitate gaudet confugiens ad Sacerdotem portantem Sacram Eucharistiam.*

RESOLVTIO II.

Hoſpitalia fundata authoritate Epiſcopi an gaudeant immunitate.

1 HOſpitalia publica fundata authoritate Epiſcopi gaudent immunitate, ita vt ad illa confugiens ex eis extrahi inuitus non poſſit, ac ſi ad Eccleſiam confugiſſet, alias ſecus, vt tradunt *Coua.var.reſol.lib 2.cap.20. num.4.in fin. Baiar ad Clar.§.fin.quæſt.30.nu.11.& ſeq.Decia.tract.crim.lib.6 cap 24.nu.32.& cap.25. num.18.& 19. Farin.de carc.& carc.quæſt.28.num. 36.& de imm.Eccl. num.266.* vbi alios dat concordantes quamplures, *P. Suarez de Stat. Relig.lib.3. cap.9.n.9.P.Diana in ſumm.in ver. Immunitas Eccl. quoad loca, nu. 5.* vbi ampliat etiam ſi in hoſpitali ſacra non celebrentur, *Baith. Tomaſ. in ſuis tract. var.tom.4.in tit.de immun.eccl.num.210.Leo in Theſ. fori eccl.per.1.cap.13.num.8. Ricci. collect.648. in prin.Barbo.de iur.eccl.vniu.lib.2.cap.3.num 67 et in tract de Epiſc. alleg. 75. num. 56.* vbi quamplures dat concordantes *Garzi de benef par.5.cap 1.n.61. & 62* & dixi ego *alleg.foren. 5. num. 6.*

2 Cum omnia priuilegia conceſſa Eccleſijs competant d. hoſpitalibus Epiſcopali authoritate fundatis, ad tex. *in l omnia priuilegia 34.& ibi not.Doct. C.de Sacroſ.Eccleſ.Benint deciſ.13. num.3 Baiar.ad Clar.d.quæſt.30.num.12.Aldera.Maſc.de gene.Stat. interpr.concl.1.num.162.* plene *Farinac.d.quæſt.28. num.47.Barb.d.alleg.75.num.37.P.Diana vbi ſupra nu.5.& Illuſtriſs.Sperell.deciſ.51.nu.19.par.1.* vbi alios dat concordantes quamplures, & hoſpitale authoritate Superioris erectum venire appellatione Eccleſiæ probant *Macer.Grat.Menoch.P.Sanch. & Barboſ.* quos ego retuli, & ſequutus ſum *dict. allegat. foren. 35. num. 7.*

3 Licèt contrarium, nempè etiam hoſpitale non erectum authoritate Epiſcopi, licèt non dicatur locus ſacer, & religioſus, tamen gaudere beneficio, & priuilegio Eccleſiæ voluerit *Nauar.de clec. ſori ſect. 2. quæst. 34. ſub num. 12.* vbi plures dat ſectatores.

4 Declara d. concluſionem, quòd hoſpitale in dubio præſumitur fundatum authoritate Epiſcopi, ſi locus ab antiquo ſit in forma Eccleſiæ, vbi ſacerdotes celebrant, vt tradunt *Felin. in cap. illud 21. num.5.de præſump.& in cap.ſi ut 16. num.29.de re iudic.Franc.Marc.deciſ.Delph.1087.num.1.par.1. Benint.d.deciſ.13.num 4.Menoch.de præſump.lib.6. præſump.79.num.3.Maſc.de prob.concl.869.num.1. & ſeq.lib.2.Kalaſc.conſult.105.num.4.* quem refert, & ſequitur *Barbo de Epiſc. d. alleg. 75. num. 5.* vbi ſubiungit, ex diuturnitate temporis præſumi Eccleſiam conſtructam authoritate Epiſcopi, vt ibi per eum, & quando hoſpitale habet etiam campanile, ſepulturam, & ſimilia, *idem Barboſ. de iure eccl vniuer.lib. 2. cap. 11. num. 15.*

5 Licèt, ceſſantibus prædictis hoſpitale non cenſeri fundatum authoritate Epiſcopi, ſed eſſe laicale,

non autem Eccleſiaſticum, maximè ſi regatur à laicis, cum illud erigi poſſit authoritate priuata voluerint *Barbo in d. cap. 11. num. 17.* vbi alios dat concordantes, *Ciriac. contro. 350. nu. 2. & plur. ſeq. Adden. ad Capic. Latro deciſ. 95. num. 14. par. 1. Rota deciſ. 106. num. 6. par. 2. diu. & deciſ. 268. n. 5. par. 3. rec. & in Meleuitana bonorum 10. Febr. 1651 corã R. P. D. Melzio § nec obſtat &c.* & dixi ego *d. alleg. foren. 35. n. 1. 2. et ſeq.* vbi alios adduxi, ita ſentiẽtes.

6 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locũ etiam in Cæmeterio, quod pariter gaudet immunitate Eccleſiaſtica, etiamſi ab Eccleſia ſit ſeparatum, cum ex eo, quòd illud fidelium ſepulturæ deſtinatum ſit, Epiſcopi authoritate ſacratum præſumitur ad tex. *in cap. cum Eccleſia 5. de immu. Eccl.* & not. *Decia. tract. crim. lib. 6. cap. 24. num. 28. & ſeq.* vbi tenet contrarium, quando cæmeterium eſt ſeparatum, *et in cap. 25. num. 10. P. Suarez de Relig. lib. 3. cap. 8. n. 3. et cap. 9. n. 8. Leo in Theſa. fort eccl. par. 1. d. cap. 13. n. 2. Card. Tuſc. pract. concl. in ver. Eccleſia concl. 10. nu. 3. Mar. Ital. de immun. Eccl. nu. 4. § 7. per tot. Farin. de carc. et carc. q. 28. num. 14 et de immun. Eccl. nu. 262. et ſeq. Anaſt. Germo. de Sacro. immu. lib. 3. cap. 16. nu. 30. et ſeq.* vbi teſtatur de cõmuni opinione *P. Dian. in ſumm. in ver. Immunitas Eccl. quoad loca nu. 4.* vbi extendit, etiamſi a ſimplici Sacerdote, vel à nemine benedictum ſit, dummodo aliquis Chriſtianus in eo cum licentia Epiſcopi ſepultum ſit, *Barbo de iure Eccl. vniuer. d. lib. 2. cap. 3. num. 63. et Balth. Tomaſ. in d. tit. de immun. Eccl. num. 192.* vbi dat concordantes, *et num. 530.*

7 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in Oratorijs Confraternitatum authoritate Epiſcopi erectis, vel quæ ſunt Eccleſiæ, vel Monaſterio affixa; quia etiam illa gaudent priuilegio immunitatis, ſecùs, ſi Oratorium ſit priuatum, & priuata authoritate erectum, licèt in eo celebretur de licentia Epiſcopi, vt ſcripſerunt *Hoſt. Io. Andr. Ancar. Butr. Zabarel. Abb. & Anan in cap. inter alia 6. de immu. Eccl. Card. Tuſc. pract. concl. in ver. Eccleſia concl. 9. num. 15. & in ver. Immunitas concl. 59. num. 24. P. Suarez de Relig. d. lib. 3. cap. 9. num. 10. Decia. tract. crim. lib. 6. cap. 25. num. 19.* vbi hanc tenet diſtinctionem, & tradit, quando dicatur authoritate Epiſcopi erectum, *Mar. Ital. de Imm. Eccl. cap. 4. § 4. per tot.* vbi declarat, quando Oratorium dicatur publicum, & quando priuatum, quem refert, & vnà cum alijs pluribus ſequitur *Farinac. de immun. Eccl. num. 267. Barb. de iur. Eccl. vniuer. lib. 2. cap. 3. num. 68. P. Diana in ſumm. in ver. Immunitas Eccl. quoad loca num. 3.* vbi pariter tradit, quando dicatur authoritate Epiſcopi erectum, & *P. Sanch. de matr. in lib. 9. diſput. 15. num. 39* nec non *Nouar. de elect. fori ſect. 2. quæſt. 56. num. 3.* & ſecũdùm prædicta fuiſſe declaratum per *Sac. Cong. Epiſc. 17. Decemb. 1617. et Immun. 9. Decemb. 1631.* refert *P. Diana, vbi ſupra, Tomaſ. in d. tit. de immun. Eccl. n. 531. & Rot. in Mediolan. bonorum. 18 Martij 1648. cor. R. P. D. Bubio § . tandem non obſtat &c.*

8 Amplia quartò d. concluſionem, vt habeat locũ etiam in qualibet Eccleſia, Cappella, Oratorio, non tamen in domibus priuatis exiſtente, Eremitorio, & in quolibet alio Sacello, pro Miſſa dicẽda, Epiſcopi authoritate fundato, item in domo Clericorum ſæcularium ad inſtar Religioſorum in cõmuni viuentium, vt ſunt Patres Oratorij S. Philippi. & ſimiles, in Seminario, Puerorum, Domo Mulierum, Conuertitarum, & Orphanorum Apoſtolica, vel ordinaria authoritate erectis, vt de clarant *Deci. tract. crim. lib. 6. cap. 24. num. 21. & ſeq. Nauar. in Manual. cap. 25. num. 17. Mar. Ital. de immun. Eccl. lib. 1. cap. 4. § 5. nu. 7. Genuen. in pract. Archiepiſc. cap. 22. nu. 10.* vbi dicit, in Ciuitate Neapolitana fuiſſe declaratum, gaudere immunitate domum ſuam Seminarij, vt ibi per eum, *Farinac. de immun. Eccl. num. 252. & P. Diana in ſumm. in dict. ver. Immunitas Eccleſ. quoad loca num. 6.* qui alios dant concordantes.

9 Amplia quintò d. concluſionem, vt habeat locũ etiam in Monaſterijs Religioſorum quoad totam clauſuram, ideſt clauſtrum, dormitorium, porticum, hortum, domum familiarium, & ſimilium, quæ adhærent Eccleſiæ, quæ pariter gaudent immunitate ad tex. *in cap. frater cap. ſi quis in atrio. cap. minor 17. q. 4. c. 2. de conſuet.* & tradunt *Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 24. num. 31. & cap. 25. num. 12. & ſeq.* vbi de aufugiente intra ſepta Eccleſiæ, quæ dicit, eſſe loca omnia, quæ ſæpe, muro, vel tabulato ſunt circumdata, tanquam vallo quodam munita, vt ibi per eum, *Nouar. in Manual. cap. 25. num 17. Batar. ad Clar. §. fin. quæſt. 30. in prin. Card. Tuſc. pract. concl. in ver. Eccleſia concl. . . . num. 3. & ſeq. & concl. 20. per tot. et in d. ver. Immunitas concl. 59. num. 5. P. Sanch. de matrim. lib. 9. diſp. 15. n. 41. & 42. Faria de imm. Eccl. n. 268.* vbi loquitur de dormitorio Monaſterij, de ſeptis Eccleſiæ de horto, area, & toto manſu, & quamplures adducit, ita ſentientes, & *P. Diana in ſum. in d. ver. Immunitas Eccl. quoad loca n. 6.* vbi extendit hanc immunitatem etiam ad Grancias Religioſorum, quæ ſunt Monaſterij membra, & ad Cappellas rurales ipſorum, vt ibi per eum, benè *Barbo de iure Eccl. vniuer. lib. 2. cap. 3. n. 72.* vbi dat concordantes quãplures, *et Tomaſ. in d. tit. de immun. Eccl. nu. 532.*

10 Amplia ſextò d. concluſionem, vt immunitate gaudeant etiam Palatia Eminentiſſimorum DD. Card. extra Vrbem, cum in Vrbe Greg. XIII. & Sixtus V. hoc Priuilegium, vt conſulatur bono publico ab eis abſtulerint, vt teſtatur *Faria de carce. & carcer. quæſt. 28. num. 48 & de immun. Eccl. num. 274. Caſtro Palao. in opere moral. tom. 2. tract. 11. diſput. vni. punct. 6. num 22.* quem refert, & ſequitur *P. Diana in ſumm. in d. ver. Immunitas Eccl. quoad loca num. 8 & Barbo de iure Eccleſ. vni. lib. 2. cap. 3. num. 71.* qui dant concordantes.

11 Amplia ſeptimò d. concluſionem, vt habeat etiã locum in Palatio Epiſcoporum, quibus, ob reuerentiam dignitatis Epiſcopalis, competit priuilegium immunitatis ita vt ad illud confugiens ab eo extrahi non poſſit, ac ſi ad Eccleſiã confugiſſet tex. eſt *in cap. id conſtituimus 17. quæſt. 4.* & ſcripſerunt *Anaſt. Germo. de Sacro. immun. lib. 3. cap. 16 num. 45. & ſeq.*

& ſeq. Farinac. de carc. & carc. quaſt. 28. *num.* 38. *& de immun. Eccleſ. num.* 269. *Genuen. in pract. Archiep. cap* 22. *num.* 10. *Mar. Ital de immun. eccleſ. lib.* 1. *cap.* 4. §. 9. *num.* 1. *& num.* 13. ampliat ad domum Epiſcopi, quando per diœceſim in viſitatione tranſcurrit, *P. Suarez de Religio. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 9. *P. Dian in ſumm. in d. ver. Immunitas eccleſ. quoad loca. num.* 7 plenè *Barboſ. de iur. eccleſ. vniuer. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 70. vbi alios dat concordantes quamplures, *& Balth. Tomaſ. in d. tit. de immunit. eccleſ. num.* 211.

32 Subamplia d. ſeptimam ampliationem, vt habeat locum, etiamſi Palatium Epiſcopi ſit extra quadraginta paſſus ab eccleſia, cum immunitas illi ſit conceſſa ob reuerentiam dignitatis Epiſcopalis, quæ vbiquè eadem eſt, vt adnotarunt *Batar. ad Clar. d. quaſt.* 30. *num.* 10. *Nauar. in Manual. cap.* 25. *n.* 18 vbi teſtatur de communi opinione, quam opinionem late comprobat, & a contrarijs tuetur *Anaſt. Germo. de Sacro. immun. lib.* 3. *cap.* 16. *nu.* 45. *& ſeq.* vbi pariter, hanc dicit eſſe communem opinionem, *P. Suarez de Religio. d. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 9. *Leon. in Theſaur. fori eccleſ. d. par.* 1. *cap.* 13. *num.* 14. *Mari. Ital. de immun. eccleſ. lib.* 1. *cap.* 4. §. 9. *nu.* 1. *& ſeq.* vbi reſpondet *Decian.* contrarium tenenti, *Farin. de immun. eccleſ. nu.* 272. vbi quamplures dat concordantes, & teſtatur de veriori opinione, *& nu. ſeq.* dicit hoc non habere difficultatem, quando in Palatio Epiſcopi adeſt Cappella, in qua ſacrum celebratur, *Barboſ. de iure eccleſ. vni. d. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 70. *P. Dian. in ſumm. in d. ver. Immunitas eccl. quoad loca, num.* 7. vbi contrarijs reſpondet, & dicit, hanc opinionem procedere ſiuè Palatium Epiſcopi habeat, ſiuè non habeat Oratorium, & illud gaudere immunitate, etiam Epiſcopo mortuo, vel abſente, & etiam Palatium Epiſcoporum titularium vt ibi per eum, addo *Balth. Thomaſ. in d. tit. de immunit. Eccleſ. num.* 211.

33 Licèt contrarium, nempè Palatium Epiſcopi non gaudere immunitate, quando diſtat ab eccleſia vltra quadraginta paſſus tenuerint *Innoc. Butri. & Anan. in d. cap. inter alia* 6. *de immun. Eccleſ. Decian. tract. crim. lib.* 6. *cap.* 25 *num.* 14. *Ambroſ. de immun. eccleſ. cap.* 10. *nu.* 7. & alij relati per *Barboſ. de iure eccleſ. vniuer. d. cap* 3. *nu* 7. *in fin.* contra quos adeſt verior, & communis opinio, de qua ſup.

34 Amplia octauo d. concluſionem, vt gaudeant etiam immunitate domus Eccleſiæ, Parochorum, Canonicorum, & aliorum Eccleſiaſticorum in ambitu Eccleſiæ exiſtentes, de quo ſupra, etiamſi laicis ſint locatæ, cum iura non requirant, quod domus huiuſmodi non inhabitentur a laicis, & cum ſint fauorabilia, potiùs ſint amplianda, quam reſtringenda, vt tradunt *Cartar. dec. cri.* 46. *n.* 20. vbi dicit, ita iudicatum fuiſſe in Ciuitate Mediolani, & *P. Diana* qui illum referendo ſequitur, *in ſumm. in d. verb. Immunitas eccleſ. quoad loca, num.* 9. benè comprobans, nec non *Tomaſ. in d. tit. de immun. eccleſ. num.* 179.

35 Amplia nonò d. concluſionem, vt immunitate gaudeat etiam confugiens ad Sacerdotem portantem Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, is enim capi non poteſt, ac ſi ad Eccleſiam confugiſſet, vt tradunt *Nauar. in Manual. Confeſ. cap.* 25. *num.* 18. *Decian. tract. crim. lib.* 6. *cap.* 29. *nu.* 8. vbi alios dat concordantes, & teſtatur de communi opinione, late *Farinac. de carc. & carc. quaſt.* 28. *n.* 11. vbi alios adducit, ita ſentientes, & contrarios reprobat, *& de immun. eccleſ. num.* 275. vbi teſtatur de magis communi opinione, *P. Suarez de ſtat. Relig. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 10. *Mar. Ital. de immun. eccl. par.* 1. *cap.* 4. §. 10. *per tot.* plenè *Barboſ. de iure eccleſ. vniuer. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 69. vbi innumeros ferè dat concordantes, *P. Dian. in ſumm. in d. verb. Immunitas eccleſ. quoad loca, num.* 1 . vbi dicit, ſufficere, ad conſequendam immunitatem, intrare cubiculum ægroti communicantis, & ſe miſcere ijs, qui per vias d. Sanctiſſimum Sacramentum aſſociant, cum d. perſonæ vna cum Sacerdote repræſentent vnam Eccleſiam, vt ibi per eum, nec non *Balth. Thomaſ. in d. tit. de immun. Eccleſ. nu.* 190. vbi dicit, ſecus eſſe in condemnato, qui Corpus Chriſti recipit, qui non propterea gaudet immunitate, cum quo concordat *Farinac. vbi ſupra, n.* 276.

S V M M A R I V M.

1 *Occidens, vel mutilans alicui membrum in Eccleſia, vel Cæmeterio non gaudet immunitate.*

Ita vt capi poſſit etiam in alia Eccleſia, ad quam confugit, n. 2.

Et idem eſt in committente in Eccleſia alia grauia delicta, n. 3.

Contrarium tamen tenent plures Doctores, n. 4

Ac etiam in occidente, vel mutilante propè Eccleſiam ſub ſpe illius, n. 5.

Contrarium tenent quamplures Doctores, nempè illum gaudere immunitate n. 6.

Concorda d. opiniones, vt n. 7. *&* 8.

Amplia, occidentem in Eccleſia non gaudere, etiamſi id faciat prouocatus, n 9.

Contrarium, ſi occidat prouocatus, ſeù in rixa tenent Doct. n. 10.

Maximè, ſi id faciat ad defenſionem, n. 11.

Gaudet tamen occidens in ſcalis, tecto, Domibus Canonicorum, & ſimil. n. 12.

Inferens tamen vulnera in Eccleſia, ſinè mutilatione, illius immunitate gaudet, n. 13.

Membrum in hoc propoſito quodnam dicatur, declaratur, n. 14.

RESOLVTIO III.

Occidens, vel mutilans alicui membrum in Eccleſia, vel Cæmeterio an gaudeat immunitate Eccleſiæ.

1 Occidens aliquem, vel mutilans alicui membrum in Eccleſia, vel illius Cæmeterio nõ gaudet illius immunitate, cum delinquendo in ea dicatur illam aſpernari, & contemnere, & ideò illius auxilio ſe facere indignum, vt diſpo-

nitur

nitur in Bulla Gregor. XIV edita ſuper Immunitate Eccleſiarum, & tradunt Barboſ. de iure eccleſ. vniuer. lib 2. cap. 3. num. 102. vbi quamplures refert, ita ſentientes, Farinac de immun. eccleſ. num. 205. & ſeq. qui pariter alios dat concordantes quamplures, Guazzin. defen. 1. cap. 38. num. 11. P. Dian. in ſumm. in verb. immunitas Eccleſ. quoad delicta, num. 25. Balth. Tomaſ. in ſuis tract. var tom. 4. in tit de immun. eccleſ. num. 714. & 787. & Merlin. Pignatel. contr. foren. cap. 55. num. 2. cent. 2.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt occidens, vel mutilans in vna Eccleſia poſſit capi in alia, ad quã ipſe, conſequendæ immunitatis cauſa, aufugit licèt in ea non deliquerit, quia, vnam Eccleſiam offendendo omnes Eccleſias offendiſſe, videatur, cum vna ſit Eccleſia, vnum Baptiſma, & vno regatur Diuino ſpiritu ad tex. in extrauag. vnam ſanctam de maior, & obed. & not. Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 28. num. 8. Anaſt. Germo. de Sac. Immun. lib. 3. cap. 16. num. 80. Ambroſ. de immun eccleſ. cap. 5. num. 3. Card. Tuſch. pract. concluſ. in verb. Eccleſia concl. 11. num. 11. Mar. Ital. de immun. eccleſ. lib. 1. cap. 5. §. 3. num. 20. & 21. Farin. de carc. & carc. quaeſt. 28. num. 59 & de immun. eccleſ num. 219. & Barboſ. de iure eccleſ. vniuer. d. lib. 2. cap. 3. num. 110 vbi plures adducunt ita ſentientes.

3 Amplia ſecundo d. concluſionem, vt habeat locum, non ſolum in occidente, & mutilante membra in Eccleſia, verum etiam in committente in ea alia grauia delicta, puta, adulterium, Virginum raptum, falſam monetam, & ſimilia, quia neque talia committẽtes gaudent immunitate Eccleſiæ, vt voluerunt ex Neotericis Nauar. in Manual. Confeſſ cap. 25 num. 20. vbi de communi, Gutier. pract. quaeſt. lib. 3. quaeſt. 1. num. 17. qui pariter teſtatur de communi opinione, P. Suarez de Relig. lib. 3. cap. 11. num. 6. Villagu. de exten. leg. cap. fin 59 Clar. in pract. §. fin. quaeſt. 30. num. 15. Gambacu. de immun. eccleſ. lib 5. cap. 18. num. 3. Duard. ad Bull. Cœna lib. 2. cap. 15. quaeſt. 16. num. 25. & Barboſ. de iure eccleſ. vni. lib. 2. cap. 3. num. 105. vbi alios dat concordantes, & hanc eſſe communem, & veriorem opinionem, dicit Farinac. de carc. & carc. d. quaeſt. 28. num. 53. ante fin. licèt poſtea ſubdat, eſſe conſideranda verba Bullæ Gregor. XIV. & quod veniant alia grauiora crimina, vltra expreſſa in Bulla, non vi extenſionis, ſed comprehenſionis, dixit Mar. Ital. de immun. eccleſ. lib. 1. cap. 5. §. 3. num. 49. & ſeq.

4 Contrarium tamen opinionem, quòd delinquens in Eccleſia, præter homicidium, & membri mutilationem, gaudere debeat eccleſiaſtica immunitate, probatur arguendo a contrario ex cap. fin. & ibi not. Zabarell. de immunit. eccleſ. Farinac. de immun. eccleſ. num. 208. & ſeq. vbi mutata in melius ſententia, dicit, hanc opinionem eſſe veriorem, ponderando verba Bullæ Gregor. XIV. & contrarijs reſpondet, Peregr. de immun. eccleſ cap. 12. num. 25. vbi de comburente Eccleſiam, quòd gaudeat, quem refert, & ſequitur P. Dian. in ſumm. in verb. immunitas eccleſ quoad delicta, num. 25. vbi hanc opinionem benè comprobat, & refert, fuiſſe reſolutum per Sacr. Congregationem, quòd furantes in Eccleſia gaudeant immunitate, vt ibi per eum, cum quibus pertranſeunt Io: de Vtſch. de immun. eccleſ. concl. 19. num. 76. vbi teſtatur de communi, & veriori ſententia, Gratian. diſcep. foren. cap. 380. num. 29. & ſeq par. 2. benè comprobans, & non diſſentit cap. 598. num. 15. & ſeq. par. 3. vbi hoc dicit certum quoad delicta leuia, & benè comprobat P. Vidal. in Arca Salut. in append. miſcell. inquiſ. 9. num. 1. vbi teſtatur de communi opinione, Epiſ. Maran. conſ. 36. num. 29. par. 2. & tuentur etiam latè Giurb. conſ. 60. num. 10. & ſeq. & conſ. 20. nu. 2. & ſeq. & Illuſtriſs Sperell decij. 60. num. 42. & ſeq. par. 1. vbi ex verbis Bullæ probat, non poſſe fieri extenſionem ad alia delicta, præter homicidium, & mutilationem, præcipuè ſtante taxatiua, tantùm, prout latiùs ibi per eum.

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum non ſolum in occidente, & mutilante membrum in Eccleſia, verùm etiam in eo, qui iuxta Eccleſiam, vel Cæmeterium occidit, vel mutilat, & ſtatim in Eccleſiam, vel Cæmeterium confugit, qui non gaudebit Eccleſiæ immunitate, cum, ſpe proximæ Eccleſiæ, occidiſſe videatur, alias non occiſurus, & in Eccleſia occidiſſe, & deliquiſſe videatur, qui proximè occidit, vel mutilat, vt tenuerunt Nauar. in Manual. d. cap. 25. nu. 22. Vulpel. conſ. 130. num. 1. & ſeq. vbi dicit, ita Placentiæ ſeruatum fuiſſe, Couar. var. reſol. lib. 2. cap. 20 num. 15. verſ. vigeſimo ſexto &c. Menoch. de præſum. lib. 5. præſum. 10 num. 4. & num. 12. & de arbitr. caſu 361. num. 38. Gutier. pract. quaeſt. lib. 3. quaeſt. 1. num. 15. & 16. Farinac. de carc. & carc. quaeſt. 28. nu. 56. vbi quamplures dat concordantes, & teſtatur de communi opinione, & dicit, hanc opinionem à Clem. VIII. in vna Panormitana receptam fuiſſe, & de immunit. eccleſ. num. 210. Gamba. de immun. eccleſ. d. lib. 5. cap. 19. Fachin. contr. iur. lib. 9. cap. 93. Barboſ. de iure eccleſ. vniu. lib. 2. cap. 3. num. 109. & alij relati per Giurb. conſ. 90. num. 5. verſ. ſecunda fuit &c.

6 Contrariam tamen opinionem, imò occidentem, ſeù mutilantem propè, & iuxta Eccleſiam, etiam ſub ſpe confugendi ad Eccleſiam, vel Cæmeterium, gaudere illius immunitate, cum verè in Eccleſia deliquiſſe non dicatur, & cum d. caſus non excipiatur in Bulla Gregor. XIV. ad inſtar committentis reſeruatum ſub ſpe iubilei, qui adhuc poteſt abſolui virtute illius, tenuerunt Ambroſ. de immun. eccl. cap. 5. num. 4. Peregr. de immun. eccleſ. cap. 6. num. 30. Facundez in quinque eccleſ. pracep. tract. 2. lib. 4. cap. 8. num. 45. P. Suarez de Relig. lib. 3. cap. 11. n. 4. & 9. Caſtro Palau. in opere moral tom. 2. tract. 11. diſput. 1. punct. 9. num. 21. quem refert, & ſequitur P. Diana in ſumm. in verb immunitas eccleſ. quoad delicta, num. 27. benè comprobans Decian.
7 tract. crim. lib. 6. cap. 18. ſub num. 5. & hanc opinionem, vti veriorem latiſſimè comprobat Illuſt. Sperel. deciſ. 60. num. 18. & plur. ſeq. par. 1. vbi declarat, Breue Clem. VIII. in dict. Panormitana non officere per rationes per eum adductas, nec non

Anton.

Anton. de Bal. tract. criminal. lib. 5. de inſult. in Eccleſ. numer. 11.

7 Concorda d. contrarias opiniones, quòd, ſi quis ex propoſito propè Eccleſiam occidit, vel mutilat, & ſtatim ad illam confugit ſpe gaudendi immunitate, & tunc illius immunitate non gaudeat, ſi verò ex improuiſo id fecerit, & tunc Eccleſiæ immunitate non priuetur, vt docent *Farinac. de immun. eccleſ. num. 212. & ſeq.* vbi hanc diſtinctionem dicit latis æquam, & quòd ita ipſe ſeruaret quamplures adducens concordantes, *& Giurb. d. conſ. 9. ſub num. 6.* vbi pariter alios refert quamplures, ita ſentientes, & dicit, ex vicinitate loci præſumi delictum commiſſum ſpe gaudendi immunitate, iuncto acceſſu ad Eccleſiam, vt ibi per eum bene, & latè comprobantem.

8 Licet dictam diſtinctionem apertè impugnet *Sperel. dec. 61. n. 6. verſ. id tamen par. 1.* dicens, ita ſentire *P. Suarez de Relig. tract. 2. lib. 3. cap. 11. num. 9* ex eo præcipuè, quod peccare cum ſpe, vel ſine ſpe immunitatis, non variet effectum *cap. fin. de immun. eccleſ.* vt ibi per eum.

9 Ampliа quartò d. concluſionem, vt habeat locum quomodocumque homicidium, ſeù mutilatio in Eccleſia committatur, ſiuè præmeditatè, & ex propoſito, ſiuè in rixa, vel caſu, ſeù ad prouocationem, nam adhuc non gaudet Eccleſiæ immunitate taliter delinquens in illa, quia licet nòn habeat formalem intentionem offendendi Eccleſiam, tamen re ipſa illam offendit irreuerenter eo ipſo, quòd cum plena libertate, & ſic cum peccato homicidium, ſeù mutilationem intra illam commiſit, vt voluerunt *Couar. var. reſol. lib. 2. cap. 20. num. 15. Nouar. in Manual. Confeſ. cap. 25. num. 20. Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 28. ſub num. 5. Ciarlin. controu. foren. par. 2. cap. 154. num. 8. P. Suarez de Relig. lib. 3. cap. 11. num. 6. in fin. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 30. verſ. item quæro &c. Barboſ. de iure eccl. vniu. lib. 2 cap. 3. num. 104.* vbi quamplures adducit ita ſentientes, & hanc opinionem dicit, non eſſe improbabilem, licèt contrariam appellet cómunem, quam ſequuntur *Farinac. de carc. & carc. quæſt. 28. num. 54. & ſeq. Guazz. defen. 1. cap. 38. nu. 14.* licèt poſtea in fine aliter ſentire videatur, *& Pat. Graſſ. de nece prodit. §. 2. ſub num. 16.*

10 Contrariam tamen opinionem, imò committentem homicidium, ſeù mutilationem in Eccleſia non ex propoſito, & deliberatè, ſed in rixa, vel caſu, ſeù cum prouocatione gaudere immunitate Eccleſiæ, cum non videatur, habere animum irreuerentem offendendi, vel violandi immunitatem Eccleſiæ, tenuerunt *Alex. conſ. 145. ſub num. 3. lib. 7.* vbi teſtatur de communi opinione, *Menoch. de præſum. lib. 5. præſum. 10. num. 10. & ſeq. Gutier. pract. quæſt. lib. 3 quæſt. 1. num. 3. 4. & ſeq.* latè comprobans, & contrarijs reſpondens, *P. Azor. inſtit. moral. par. 2. lib. 2. cap. 9. quæſt. 9.* plenè *Farin. de immun. eccleſ. num. 238. & ſeq.* vbi hanc opinionem dicit, eſſe communem, & in praxi ſequendam, *Seſſe deciſ. Arago. 141. num. 8. & ſeq.* vbi pariter teſtatur de communi opinione, & dicit, in practica ab illa non eſſe recedendum, *P. Diana in ſumm. in verb. immunitas eccleſ. quoad delict. n. 26.* vbi dicit, ita Romæ fuiſſe deciſum de anno 1639 *Merlin. Pignatel. contr. foren. cap. 66. num. 30. lib. 1 & cap. 55. num. 31. lib. 2.* & latè comprobat *Vermigl. conſ. 103. num. 4. & ſeq.* vbi teſtatur, hanc eſſe veriorem, & magis communem Doct. opinionem, *Giurb. conſ. 90. num. 3. Balth. Thomaſ. in d. tit. de immun. eccleſ. num. 17. Mar. Ital. de immun. eccl. lib. 1. cap. 5. §. 3. num. 5. Illuſtriſs. Sperel. deciſ. 59. num. 35. verſ. cæterum &c.* qui quamplures refert authoritates de communi, & magis communi opinione teſtantes, & ben. comprobat more ſuo *par. 1* ita negari non valeat, hanc contrariam opinionem eſſe magis communiter receptam per Doctores.

11 Amplia d. contrariam opinionem, vt eo magis habeat locum in occidente, vel mutilante aliquem in Eccleſia prouocato, vt ſupra, & præcipuè ad propriam defenſionem quia cum ipſe dicatur, omninò non habuiſſe animum iniuriam inferendi Eccleſiæ, nec ſpe illius immunitate gaudendi, ideò, illum immunitate eccleſiæ priuandum nó eſſe, voluerunt *Barboſ. de iur. eccleſ. vniuer. lib. 2. cap. 3. num. 104. in fin. P. Diana in ſumm. in d. verb. Immunitas eccleſ. quoad delict. num. 26. circa medium, Vermigl. d. conſ. 103. num. 2. & ſeq. Farinac. de immun. eccl. num. 240.* & non videtur diſſentire *P. Graſſet. de nece prodit. d. §. 2. num. 16. in fin.* dum ad amittendam immunitatem requirit in occidente, vel mutilante membrum, peccatum mortale, quòd non concurrit regulariter in ſe defendente.

12 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locum in committente homicidium, vel mutilante membrum in Eccleſia, vel cæmeterio, ſecùs tamen eſt, ſi illud fuerit commiſſum in atrio, ſcalis, tecto, domibus, Canonicorum, Monaſterio Religioſorum, & ſimil. quia licet d. loca, quando agitur de gaudendo immunitate, & ſic in fauorabilibus, veniant appellatione Eccleſiæ, quando tamen agitur de amittenda immunitate, & ſic in odioſis, illius appellatione non veniunt, ita vt committens homicidium in d. locis benè gaudeat immunitate, vt declarant *Barboſ. de iure eccleſ. vniuer. lib. 2. cap. 3. num. 117. & ſeq. P. Dian. in ſum. in d. verb. Immunitas eccleſ. quoad delict. num. 27. Illuſtriſs. Sperell. deciſ. 60. & deciſ. 61. ferè per tot.* vbi de homicidio commiſſo in ſcalis, & in ſacriſtia *part. 1.* latiſſimè comprobans, *& Merlin. Pignatel. contro. foren. cap. 55. num. 25. & ſeq. par. 2.* vbi benè, examinato articulo, dicit, ita fuiſſe deciſum in Sacr. Conſ. & alias refert deciſiones factas in Tribunalibus Neapolit. vt ibi per eum.

13 Limit. ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum in occidente, & mutilante membrum in Eccleſia, vel cæmeterio, ſecùs tamen eſt in inferente tantum vulnera, puta, ſfriſia in facie, & ſimilia, ſinè mutilatione membri, quia talis vulnerans non priuatur immunitate eccleſiaſtica, vt tradunt *Barboſ. de iure eccleſ. d. cap. 3. num. 132.* vbi dicit ita fuiſſe reſolutum per *Sacr. Congreg. Epiſcoporum* in vna Ianuen. 16. Nouembris 1618. *Guazzin. defen. 1*

cap.

cap.38. num.26. Farinac. de immun. eccleſ. num.249. & P. Dian. in d. verb. Immunitas eccleſ. quoad delictu num.26. in fine.

14 Declara d. concluſionem, quòd membrum propriè dicitur illud, per quod corpus mouetur ex proprio membri officio, ita vt ſeparatum habeat in corpore officium, vt eſt pes ad ambulandum, oculos ad videndum, manus ad palpandum, naſus ad odorandum, lingua ad loquendum, & ſimilia, ſecùs tamen eſt in cæteris corporis partibus coadiuuantibus ſolum alia membra ad eorum officia, vt ſunt digiti, dentes, barba, & ſimiles, vt declarant *Mar. Ital. de immun. eccleſ. lib.1. cap.5. §.3. num.8. & plurib. ſeq. Guazz. defen.33. cap.6. num.1. & ſeq. Cabal. reſol. crim. caſu 236. num.6. & ſeq. cent.3. Farinac. de delict. & pæn. quaſt.19. num.23. & de immun. eccleſ. num.249. Ant. de Balzruct. crim. lib.3. de liter. diſpen. cap.2 num.13. & ſeq.* & pleniſſimè *Giurb. conſ.20. num.5. & ſeq.* vbi de digito, quòd non ſit membrum, ſed adiutorium membri, de cartilagine extrinſeca circa aures, & quid, ſi membrum totaliter non ſecetur, ſed ita grauiter lædatur, vt omninò ſit abſcindendum, an immunitas amittatur, & plura ad materiam, quæ vide ibi per eum, cum non omnia hic referri valeant.

Quando verò delictum dicatur commiſſum in Eccleſia ad effectum amittendi immunitatem, dixi ſupra in verb. *Delictum, Reſol.9. per tot.*

Alia ad materiam ſpectantia dixi ſupra in verb. *Delictum*, & infra in verb. *Iudex*.]

A D D I T I O.

N.12. VBi habetur, quod occidens in ſcalis, tecto, Atrio, vel Sacriſtia, & ſimil. gaudet immunitate Eccleſiæ adde *D. Deluca in d. tom.14. in miſcel. Eccleſ. diſcur.2. num.7. & diſcur.10. num.10.*

IMPVNITAS.

S V M M A R I V M.

1 *Princeps promittens impunitatem delinquenti, vt reuelet delictum, tenetur illam ſeruare.*

Cum nemo decipi debeat ſub fide publica, n.2.

Ita vt delinquens ex confeſſione poſtea ſequuta non poſſit condemnari, n.3.

Etiamſi promiſſio impunitatis non eſſet valida, vel aliàs non debuiſſet concedi, n.4.

Dummodo delinquens ſeruet ea quæ promiſit, aliàs ſecùs, n.5.

Quid dicitur probare delictum propalatum, ſi indicia ſubminiſtret ad torturam, n.6.

Contrarium, non ſufficere ſubminiſtrare indicia, tenent aliqui Doctores, n.7.

R E S O L V T I O I.

Princeps promittens impunitatem delinquenti, vt reuelet delictum, an teneatur illam ſeruare.

1 PRinceps, promittendo impunitatem delinquenti, ad hoc vt reuelet delictum, & delinquentes, tenetur d. impunitatem ſeruare, ne tenenſ ſub fide publica ſcandetur, quod iure maximè abhorrent, vt tradunt *Ludou. deciſ. Lucen.15. nu.72. & 73. Peguer. deciſ.39. num.10.* vbi dicit, ita pluries in illo Senatu fuiſſe reſolutum. *Farinac. conſ.53. num.1. & ſeq. lib.1. & de reo confeſ. & conuic. quaſt.81. num.281. Guazzin. defen.20. cap.25. nu.1 & in tract. de pace quaſt.38. num.21. Cabal. reſol. crim. caſu 118. num.11. cent.2.* vbi dicit, hoc procedere, etiamſi impunitas aliàs concedi nó debuiſſet, late *Giurb. conſ. crim.22. num 3. & plur. ſeq. & Coſta remed. ſubſid.20. num.9. & ſeq.*

2 Decipi enim, & circumueniri ſub fide publica Principis, vel Superioris, vt dixi, nefas eſt ad tex. *in l.1. C. de his qui veni. ætat. impetr. Zaſ. conſ.14. nu.32. & conſ.15. num.48. Randen. var. reſol. cap.23. num.81.* quos refert, & ſequitur *Giurb. d. conſ.22. ſub num.3.* & not. etiam *Guazz. d. quaſt.38. num.18 Cabal. d. caſu 118. num.14.* & alij Doct. ſupra adducti, ita, vt ſecuritatem alicui promittere, & poſtea illum punire proditionem ſapere, dixerit idem *Giurb. d. conſ.22. ſub num.3.*

3 Amplia primò d. concluſionem, quod impunitas conceſſa a Principe, vel a Iudice habente facultatem à Principe adeò ſit ſeruanda, vt reus ex confeſſione poſtea ſequuta non poſſit condemnari, vt voluerunt *Boſſ. in pract. in tit. de confeſſ. per tortur. num.9. Clar. in pract. §. final. quaſt.55. verſ. circa ſecundam &c.* vbi dicit, ita apud eos ſeruari, *Farinac. de reo confeſſ. & conuic. quaſt.81. num.281. & Guazz. defen.20. cap.25. in princ.* vbi alios dat concordantes, & refert quamplures Doct. volentes, prædicta habere locum, etiamſi Iudex promittat impunitatem reo ſine facultate Principis, de communi, magis communi, & practicata opinione atteſtantes, de qua materia dixi latiùs ſupra in verb. *Confeſſio reſol.23 per tot.*

4 Amplia ſecundo d. concluſionem, vt habeat locum, etiamſi promiſſio impunitatis non eſſet valida, ſiue alias promitti non debuiſſet, vt voluerunt *Bald. conſ.490. num.2. lib.1. Menoch. de arbit. caſu 336. num.33. Surd. conſ.298. num.22. volum.2 Cabal. d. caſu 118. num.11. & 12. & Giurb. d. conſ.22. ſub num 3.*

5 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locum, ſi delinquens ſeruet ea, ad quæ, ſe obligatum eſſe, voluit, vt puta, ſi impunitas fuerit conceſſa cum hoc, quod delictum propalet, & illud ponat i claro, & ſimilia, quia ſi id non faciat, Princeps non tenetur ei ſeruare impunitatem promiſſam, cum fidem impugnet, nedum qui contrauenit, ſed etiam, qui promiſſa non implet, ad tex. *in cap. ſanè 9. de priuil. & in l. cum proponas 16. C. de pact. Rolan. conſ.57. num.20. lib.1. D. Tapp. in l. fin. par.2. cap.9. num.137. ff. de conſtit. Princ.* quos refert, & ſequitur *Giurba d. conſ 22. num.24. Clar. in pract. §. fin. quaſt.27. in fin. Guazzin. defen.18. cap.2. num.1. & idem Giurb. ibi. num.20.* & faciunt adducta ſupra de gratia conceſſa ſub conditione in verb. *Gratia, Reſol.1 num.3.*

6 Declara dict. primam limitationem, vt reuelans deli-

delictum dicatur, illud probaſſe ad effectum conſequendi impunitatem, ſi indicia ad torturam ſubminiſtret contra delinquentem, cum lex ſit contenta illa probatione, quæ haberi poteſt, vt poſt *Abb in cap. inter 10. n. 6. de purgat. cano. & Gamm. decis. 179 num. 1. & 2.* par cum relatos, qui tamen illius intentionem parùm probant, tradit *Giurb. d. conſ. 22. num. 21 verſ. poſterior, &c.* vbi dicit, hoc eò magis habere locum in crimine aſſaſinij, in quo probabilia ſufficiunt argumenta, vt ibi per eum.

7 Contrariam tamen opinionem, quòd, ſi bannum prommittat impunitatem, ſeù præmium probanti delictum, non habeat locum, nec verificetur in eo, qui ſola delicti indicia exhibet, voluerunt *Bal. in l. 1. C. ex quibus cauſ. ſerui propriè Deci. in cap. 2. in 9. limit. de probat.* quos refert, & ſequitur *Viui. deciſ. 196 num. 4. & Ant. de Ball. tract. crim. lib. 1. quæſt. 26. num. 78.* vbi refert *Bart. in l. 4. §. ſi tibi, ff. de condict. ob turp. cauſ.* dicentem, quemdam ſurnarolum iudicando delinquentes, cum quibus ipſe fuerat particeps, ſperando præmium banni reportare, fuiſſe licitè ſuſpenſum, vt ibi per eum.

A D D I T I O.

N. 6. VBi habetur, quod reuelans delictum ob impunitatem dicitur illud probaſſe ſi ſubminiſtret indicia ad torturam adde *Merlin. Pignatel. controuer. foren. cent. 1. cap. 64. num. 12.* loquentem ſtantibus verbis *Ponendo in vero il delitto*, dicens ita fuiſſe iudicatum.

S V M M A R I V M.

1 *Impunitate conceſſa à Principe reuelati delictum, non gaudet author criminis.*

Neque illa gaudent complices, & participes criminis, niſi in crimine læſæ maieſtatis, numer. 2. & 3.

Quod non procedit, ſi edictum diſponit contrarium, num. 4

Participes tamen criminis poteſt torqueri contra nominatos, num. 5.

Mandatarius verò in d. caſu venit appellatione principalis, non mandans, num. 6.

Licèt mandantem dici principalem voluerint aliqui, num. 7.

Et verba edicti, dummodo non ſit de principalibus, in quibus verificentur, n. 8.

R E S O L V T I O II.

Impunitate conceſſa à Principe reuelanti delictum an gaudeat author criminis.

1 IMpunitate à Principe conceſſa per ſuum edictum reuelanti delictum; non gaudet Author criminis, ſi eſ ipſum manifeſtet, vt tradunt *Bart. in l. 1 §. ſi tibi ff de condit. ob turp. cauſ. Bald. in l. 3. C eod tit. Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt. 27. num. 10. Guazzin. defenſ. 18. cap. 2. num. 12. Viui. deciſ. 216. num 3. Ricc. deciſ 38. num. 3. Caualcan. de brach. Regi. par. 5. num 176.* quos refert, & ſequitur *Giurb. conſ. 22. num. 4.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in complicibus, & participibus criminis, qui non gaudent d. impunitate à Principe in ſuo edicto promiſſa, vt aduocarunt *Marſil. ſingul. 177. nu. 5.* vbi dicit, hoc eſſe notandum *Foller. in pract. crim. in ver. & ſi confitebuntur, num. 112. Clar. in pract. § fin. quæſt. 27. num. 5.* vbi teſtatur de communi opinione, & dicit, ita fuiſſe executum, & ibi *Baiar, num. 10. & quæſt. 29. num. 24. Giurb. d. conſ. 22. num. 4. & Anton. de Bal. tract. crim. lib. 1. quæſt. 26 nu. 82.* vbi dat concordantes, cum quibus pertranſit *Guazzin. defen. 18. cap. 2. n. 11*

3 Limita d. primam ampliationem, vt non habeat locum in crimine læſæ maieſtatis, in quo propter criminis atrocitatem particeps criminis, reuelando delictum, liberatur, & præmium propoſitum reuelanti conſequitur, vt ſcripſerunt *Gigas de crim. læſæ maieſt. lib 2. quæſt. 16. num 2. & ſeq.* quem refert, & ſequitur *Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt. 27. nu. 12. & Guazz. defen. 18 cap. 2. num. 8.*

4 Limita primò principalem concluſionem cum ampliatione ſeq. vt non habeat locum, quando Princeps in ſuo edicto etiam authori criminis, & illius complicibus reuelantibus impunitatem promittit, quia tunc etiam ipſi illa gaudent, vt not. *Bart. in l. ſi quis in graui 3. §. ſi ex ſtipulatione, ff. ad Sillan. Bald in l. 3. C. de oper. liber. Caualcan. de brach. Reg. par 3. num. 228. Caball. reſolut. crimin. caſu 29. in princ. cent. 1. Ricc. d. deciſ 38. num. 3. Guazzin. d. defen. 18. cap. 2. num 11. in fin. & Giurb. d. conſ. 22. num. 6.* vbi alios dat concordantes.

5 Declara d. limitationem, quod, licèt ſocius, vel particeps in delicto ob reuelationem de illo factã vigore edicti conſequatur gratiam, & impunitatẽ de pœna delicti, torqueri tamen poteſt, vt faciat indicium contra nominatos per eum, quia impunitas comprehendit pœnam delicti, & tortura ei non datur in pœnam, ſed ad eruendam veritatem, & ad afficiendum nominatos, vt tradunt, & benè comprobant *Vinc de Franch. deciſ. 459. per tot. Caball. reſolut. crim. caſu 29. nu. 1. & ſeq. cent. 1. Ant. de Bal. tract. crim. lib. 4. quæſt. 10. nu 35. & Zuffi. de legit. proc. lib. 1. quæſt 67. in fin* vbi dicit, contrariũ eſſe ſtatuendum in aggratiato, qui non poteſt de ſocijs interrogari, vt ibi per eum.

6 Declara primò dictam concluſionem, quod, ſi edicto, in quo promittitur impunitas reuelanti delictum, excipiatur principalis delinquens, vt multoties fieri ſolet, ſi agatur de mandante, & mandatario ipſe mandatarius, qui proprijs manibus, pacta mercede, aliquem occidit, dicitur principalis propriè, mandans verò acceſſorius, vt tradunt *Bald. in l data opera 11. num. 5. C de his qui accuſ. non poſſ. Gabr. conſ. 170. num. 10. lib. 1. Menoch. de arbitr. caſu 351. num. 7. & Catula tract. crim. Amneſtia, ſeù Abolit. limit. 12. cap. 30. nu. 57. & ſeq.* quem refert, & ſequitur comprobando *Coſta remed. ſubſid. 20. num. 10. & ſeq.* & in hac opinione

reſi-

reſidere videtur, illam vltimò locu referendo *Farinac. de conſult. & mand. quæſt.135. num. 5. & Giurb. d. conſ.22. num.9.* vbi alios dat concurdantes, & mandatarium, qui proprijs manibus occidit, eſſe verè & proprie homicidam, non autē mandantē, voluit *P.Graſſ.de nece prodi.§.20.n.4.& ſeq.*

7 Licet contrarium, imò mandantem eſſe principalem, voluerint Doct. relati per *Farinac.d.quæſt. 135.num.4. & Bertaz.conſ.143.& conſ. 190. lib.1* ad quem ſe refert *Ant.de Bal.tract. crim. lib 1. qu. 26. num.78. verſ. & ſi bannum &c.*

8 Addo pro complemento materiæ, quòd verba appoſita in edicto impunitatis promiſſæ, *Dummodo non ſit de principalibus*, intelligantur, & verificatur in inſtigatoribus, hortatoribus, ſuaſoribus, & conſultoribus, quando quis tenetur de malo conſilio, de inſtigatione ad delictum, & de ſuaſione ad malum, vt not. idem *Bertaz.d.conſ.143.lib.1 Ant.Gomez var. reſol. tom.3 cap.3.n.38.& ſeq & Carpan.ad Nou.Conſt. Mediol. cap. homicida, num. 1235. & ſeq. & num.1174. & ſeq.* quem vna cum ſupradictis refert, & ſequitur *Coſta d.remed ſubſid. 20. num.11. & Giurb. d. conſ.22. num.7.*

SVMMARIVM.

1 *Princeps ſi concedat generalem abolitionem, ſub ea aſſaſſinium non comprahenditur.*

Cum in generali abolitione crimina atrociſſima non comprahendantur, n.2.& 4.

Maximè, quando edictum cantaret de homicidio, num.3.

Declara d. concluſionem, vt num.5.

RESOLVTIO III.

Princeps ſi concedat generalem abolitionem, ſub ea an comprahendatur aſſaſſinium.

1 PRinceps, ſi concedat generalem criminum abolitionem, impunitatem, indultum, aſſaſſinium ſub eis non compræhenditur, nec ad illud propter criminis atrocitatem, abolitio, & impunitas extenduntur, vt tradunt *Carer in pract. in 3.tract.de homic. & aſſaſſin.§.circa igitur, num.38. Plaza in epit. delict. lib.1. cap. 19. num.7. in fin. Decian.tract.crim.lib.9.cap.30 n. 28. Farinac.de inquiſ.quæſt.6. num.52.& de homic. quæſt.123. num.72.* vbi alius dat concordantes quãplures, *Card.Tuſch pract. concl littera A. concluſ. 531. num. 22. & 27. Giurb. conſ.22. num. 18.* vbi alios recenſet ita ſentientes.

2 In generali enim Principis abolitione crimina enormiſſima non comprænenduntur, *Marſil.in pract. §.diligenter, num.101.Farinac in d quæſt. 6. num 52.& ſeq. Giurb.d.conſ.22. num.18.* & alij Doctor. ſupra adducti, & dixi etiam *num.4.*

3 Amplia primò d.concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando Princeps, ſuo edicto, ſimplici homicidæ pœnam omnem condonaſſet, quia non extenditur ad aſſaſſinium, cum qualitas aſſaſſinij homicidio adiecta nouam conſtituat delicti ſpeciem, & ſimplex homicidium transformet, vt late comprobat *Giurb.d.conſ.22. num. 15. & ſeq.*

4 Amplia ſecundo d.concluſionem illatiuè, vt in d. generali Principis abolitione, impunitate, & indulto non ſolum non compræhendantur aſſaſſinium, ſed neque alia comprænendantur crimina grauiſſima, puta crimen læſæ Maieſtatis, parricidium, homicidium veneno commiſſum, crimen falſi, & alia recenſita per *Farinac.de inquiſ.d.quæſt.6. num. 52. & plurib.ſeq. & per Giurb. d.conſ.22.nu.17.& 18.* qui alios dant concordantes.

5 Declara d.concluſionem, vt habeat locum in abolitione, quæ conceditur per Principem ob aliquam publicam lætitiam, & non extinguit crimen ita vt, tranſacta lætitia iterum poſſit inſtitui accuſatio, & ideò non mirùm, ſi non comprænendit crimina grauiſſima ſecùs tamen eſt in indulgentia Principis, quæ fit cum cauſa, & extinguit crimen, quia ſi Princeps vni gratiam faciat de omnibus delictis, vel generaliter omnibus delinquentibus indulgentiam concedat de omnibus delictis, talis indulgentia comprehendit etiam crimina grauiſſima puta aſſaſſinij, læſæ maieſtatis & ſimilia, vt voluerunt *Auguſt.ad Angel.Carer. & Plaz.* quos refert, & ſequitur *Farinac.de inquiſ. d. quæſt. 6. num. 61.* nec non *Clar.in pract. §.fin.quæſt.56. verſ.ſcias etiã &c* vbi dicit, quod ita pluries iudicauit Senatus *Decia.trac.cri.lib.1. c.35.n.21.& Ant.de Bal.tract. cri.lib.4.q.10.n.27.& 28.* addo *Verm.conſ.389.n.5.*

INDICIVM AD TORTVRAM.

SVMMARIVM.

1 *Indicium ad torturam aliud dicitur proximum, & aliud remotum.*

Indicium proximum dicitur, quod reſpicit veritatem rei, & delicti per ſenſum viſus, vel auditus, remotum verò quod reſpicit illius concircumſtantias, num.2.

3 *Indicium vnum proximum ſufficit ad torturam, indicia verò remota requiruntur duo.*

Licèt ex vno indicio remoto poſſe deueniri ad torturam, teneant aliqui Doct.n.4.

Quod procedit, quando cum vno indicio remoto concurrant adminicula, aliàs ſecùs.n.5.

Dummodo adminicula ſint plura.n.6.

Si tamen indicium remotum ſit valdè delictum inferens, poteſt ex eo deueniri ad torturam, & dantur exempla, n.7.

RESOLVTIO I.

Indicium ad torturam an aliud dicatur proximum, & aliud remotum.

1 INdicium ad torturam aliud dicitur delictu proximum, aliud remotum, vt tradunt *Blanc.ad l. fin.num. 43. & ſeq. ff. de quæſt. Caſon de indic. & tortur. in præmiſ.cap.7.nu.6. Franc. Becc. conſ.67. num.*

num. 10 *lib.*1.*Farin. de indic. & tortu.quaſt.*36.*nu.* 44. *Caren. de Offic.S.Inquiſ.par.*3.*tit.*10.*n.*5.*ver.ſecunda, &c.Ant.de Ball.tract.crim.lib.*1.*quaſt.*2.*n.*7. *Vermigl.conſ.*382. *num.*17.*Card.Tuſc.pract.concl. litera l.concl.* 94.*num.*11. & *P.Diana in ſumma in ver.Inquiſi.iuriſd.quoad tortu.num.*109.

2 Declara primò d.concluſionem, quòd indicium delicto proximum dicitur illud, quod reſpicit veritatem rei, & delicti immediatè per ſenſum viſus, vel auditus iuxta ſubiectam materiam; remotum verò indicium dicitur illud, quòd ſolùm reſpicit circumſtantias delicti, vt fuga, fama, inimicitia, & ſimilia, vt declarant *Oſaſch.deciſ.Pedem.*79.*nu.*25.*Franc.Becci.d.conſ.*67.*num.*10.*Farin.de indic.& tortu.d quaſt.*36.*num.*45. & *ſeq.* vbi alias adducit deſcriptiones, *Caren. de Offic. S.Inquiſ d.par.*3.*tit.*10.*n.*6.& 7. vbi alios dat concordantes quamplurca, *Vermigl.conſ.*74.*n.*9. vbi vitio impreſſoris dicitur *Seù circumſtantias*, quod debet dicere, *Sed circumſtantias*, vt ipſemet ita ſcripſit *in conſ.*382. *n.*18.vbi *n.*17.dicit, indicium proximum dici, quo poſito, ponitur criminis effectus; remotum verò dici, quo remoto remouetur illius effectus, *P.Delrius diſqui.magic.lib.*5.*ſect.*3.*ver.hac indicia,&c.* & nouiſſimè *P. Graſſet.de nece prodit.*§.29.*num.*187.

3 Declara ſecundò d.concluſionem illatiuè, vt vnũ indicium proximum, & immediatum delicto ſit ſufficiens ad inferendam inquiſito torturam; ſi autem indicium ſit remotum, vnum non ſufficiat, ſed duo ſaltem requirantur, vt ſcripſerunt *Aret.de maleſ.in ver.quòd fama publica nu.*50.*Boſſi.in pract. in tit.de indic.n.*7.*Eugen.conſ.*17.*n.*20.& *conſ.*76.*n.*28.*lib.* 1. vbi teſtatur de communi opinione, & quòd ita ſeruatur in practica, *Farin.de indic.et tort. quaſt.*37.*nu.* 43. *et ſeq.* vbi alios dat concordantes etiam de magis communi opinione teſtantes, *et conſ.*192.*nu.*25.*lib.*2.*Guaz.defen.* 30.*cap.*4.*num.*12. vbi plures adducit de communi opinione teſtantes & dicit, eſſe magis communem opinionem, quòd vnũ indicium remotum non eſt ſufficiens ad torturam, *et cap.*30.*num.*7. *Praſes Abano in prax.reat. quaſt.*19.*n.*21.*et ſeq.* quem refert, & ſequitur *Carena de Offic.S.Inquiſ.par.*3.*tit.*10.*n.*16. & ante eos tenuit *Caball.reſol crim.caſu* 200.*nu.*130.*cent.*2. necnon *Card. Tuſc.pract.concl.litera l.concl.* 97.*num.*4. *Ciriac.contron.* 106.*nu.*49.*P.Diana in ſumm.in ver. inquiſit.iuriſd.quoad tortu.num.*109.& *Ant.de Ball. tract.crim.lib.*1.*cap.*8.*num.*2.& *ſeq.*

4 Licèt contrariam opinionem, imò ex vnico indicio remoto poſſe deueniri ad torturam contra inquiſitum, tenuerint *Natta conſ.* 407.*num.*12.*lib.*4. *Clar.in pract.*§.*fin.qu.*64.*ver.ſed quaro, &c.* vbi dicit, ita de conſuetudine ſeruari, maximè in dominio Mediolani, & plures dat concordantes, licèt contrariam dicat, eſſe communem opinionem *Caball.* ſibi contrarius *reſol.crim.caſu* 193.*n.*5.*cent.*2. vbi dicit ita ſeruari in practica, & *Peregr.conſ.*2. *num.* 104. *lib.* 2. quam conſuetudinem improbant *Farinac.*& *Praſes Abano* in loc. ſupra relatis, vt aduertit etiam *Caren.d.tit.*10.*num.*17.

5 Limita d. declarationem, & ita concordantur contraria, vt non habeat locum, quando, cum vnico indicio remoto concurrunt adminicula, quia tunc ex vnico indicio remoto adminiculato poteſt deueniri ad torturam, alias ſecùs, vt ſe declarat idem *Clar.in d.quaſt.*64.*ver.ſed quero quòd, &c.Farin. de indic. & tort.quaſt.*37.*nu.*45.& *ſeq.*& *conſ.* 55. *nu.* 74.*in fin.lib.*1.*Guazz.d.defen.*30.*cap.*4.*num.*12.*ver.licèt aliqui, &c.*& *cap.*30.*num.*7.*ver.* & *licèt*, & *num.*8..*Ant.de Ball.tract.crim.lib.*1.*quaſt.*8. *num.*5. & dixi ego *allegat.foren.*95.*num.*28.

6 Declara d.limitationem, vt habeat locum, dummodo adminicula ſint plura, alias ſecùs, vt docent *Gram.deciſ.*28.*nu.*16.& 21.*Farin.de indic.& tortu. quaſt.*43.*num.*157. vbi alios dat concordantes, *et Guazz.d.def.*30.*cap* 30.*n.*7. vbi ſubiungit, quòd illa ſaltem debeant eſſe talia, vt Iudex ex qualitate perſonæ, vel facti arbitretur, talia ſufficere ad corroborandum indicium principale, vt ibi per eum.

7 Limita ſecundò d.declarationem, vt non habeat locum in indicijs remotis valdè delictum inferentibus, puta, in confeſſione extraiudiciali, in re furata reperta pœnes aliquem, qui ſit malæ famæ, & in indicijs indubitatis, & ſimil. ex quibus poteſt deueniri ad torturam contra inquiſitum etiam ex vnico indicio, vt voluerunt *Angel.de maleſ.in ver. et fama publica, num.* 13. *et ſeq. et ibi Adden.* qui recenſet alia indicia remota ſufficientia ad torturam, licèt vnica, *Clar.in pract.* §.*fin.quaſt.*64.*ver. ſed quaro quòd etc* plenè *Farinac.de indic. et tort. d. quaſt.* 37.*num.*46.*et ſeq* vbi alios dat concordantes, *Guazzin.d.defen* 30.*cap.* 30.*num.* 8. *Ant. de Ball. tract. crim. lib.*1. *quaſt.*8. *num.*3. cum quibus pertranſeunt, quando indicium facit ſemiplenam probationem *Canter. in quaſt. crim. cap.*2. *de probat.per teſtes quaſt.*1.*Rub.de indic.ſuffic.ad tort. num.*61.*dub.*19. *et Caren.*qui illum refert, & ſequitur *de Offic. S.Inquiſ. par.*3. *tit.*10.*num.* 18.

S V M M A R I V M.

1 *Indicia alia ſunt dubitata, alia verò ſunt indubitata.*
Indubita ſunt, qua mouent animum Iudicis ad neceſſario credendum, ita vt non poſſit contrarium credere, dubitata verò ſecùs, num. 2.
*Alij verò aliter indicia indubitata deſcribunt, n.*3.
*Exempla quamplura indiciorum indubitatorum afferuntur, n.*4. *et* 5.
6 *Indicium indubitatum adulterij inſurgit ex concubitu ſoli cum ſola, et nudi cum nuda.*
*Et ex perſequutione contra aliquem cum gladio, qui repertus fuit vulneratus, n.*7.
*Contra tamen indicia indubitata admittuntur probationes, n.*8.

RESOLVTIO II.

Indicia an alia ſint dubitata, alia verò indubitata.

1 INdicia alia ſunt indubitata, alia verò ſunt dubitata, vt tradunt *Bald. in l.ea quidem* 7.*num.*8. *C. de accuſat.* quem Doctores communiter ſequuntur, vt teſtatur *Farinaccius de indic.* &

tortur.quæſt,36.*num*,35.vbi dat concordantes, *Ant. de Ball.tract.crim.lib*.1.*quæſt*.2. *in princ*, *Caren. de offic.S.Inquiſ par*,3.*tit*,10, *nu*.5. & ante eos ſcripſerunt etiam *Menoch.de præſump.lib*,1.*quæſt* 7.*nu*.14 *Maſc.de prob.lib*,1.*quæſt*.15.*num*.9.& *Zuff.de legit. proc.lib*,1.*quæſt*.43.*num*.4.

2 Declara d.concluſionem quòd indicia indubitata dicantur illa, quæ mouent animum Iudicis ad omninò, & neceſſariò credendum, reum tale delictum commiſiſſe, ita vt animus eiuſdem Iudicis neceſſitatur ad ita credendum, vt non poſſit in contrariũ inclinare, dubitata verò dicantur, quæ non ita attrahant mentem Iudicis, vt declarant *Farinac. de indic.& tortu.d.quæſt*,36.*num*,37. & *ſeq*. & *conſ*.78. *num*,27,*lib*.1.& *conſ* 108,*num*.2.& *num*,84.& *ſeq*. vbi contrarijs reſpondet, *lib*.2.*de reo confeſ*.& *conuin. quæſt*. 86. *num*. 67. vbi dicit, quod eſſe debet quaſi plena probatio, *Guazz.defen*.33.*cap*,15.*nu*.1. & *ſeq*. vbi quamplura adducit exempla, *Carena de Offic.S.Inquiſ.par*,3.*tit*,10,*num*.5 *D.Andreol.contro*, 172.*ferè per tot.Merlin.Pignatel,controu.foren.cap*. 64,*num*.17.*cent*.1.*Illuſtriſ,Sperell deciſ*. 101.*nu*.41, *lib*.2 *Caball.reſol.crim.caſu* 288.*num*.10,*cent* 3.*Ciriac.controu*.106. *num*.5. & 6. plene *P. Graſſet.de nece prodit*,§.29.*num*.202.& *pluribus ſeq*.vbi hanc materiam doctè, more ſuo, pertractat, & repræhendit *Vermigl*.qui *in conſ*.381.*nu*.6,& *in conſ*.396 *nu*.4. vt indicium ſit indubitatũ requirit impoſſibile eſſe, contrarium ſe habere, vt ibi per eum, addo *Zuff.de legit,proc.d.quæſt*.43. *num*.4.& *ſeq*.

3 Licèt alij dixerint, indicium indubitatum eſſe plenam rei demonſtrationem per ſigna ſufficientia, per quæ animus in aliquo tanquam exiſtente vero, quieſcit, & plus inueſtigare non curat, & præcipuè *Maſca.de prob.concl*.1391.*num*.22.*lib*.3.*Menoch de præſump.d.lib*.1,*quæſt*.7.*n*.16.*Cartar,deciſ*.94.*n* 98. & alij relati *per P.Graſſet.d.§*.29.*num*.210.*ver.vel plena &c*. nec non *Capic. Latro deciſ*.163.*num*.67, *par*.2. & quodnam indicium dicatur indubitatum, remitti arbitrio Iudicis, dixerunt *Farinac.de reo confeſ,& conuin.quæſt*.86.*num*.91.& *Ciriac. d.controuer*.106. *num*.15. vbi admonent Iudices, ne iſtud arbitrium damnet animam eorum, & quòd non indicent illa talia, niſi, vt ipſe *Farinac*, illa deſcripſit *d.quæſt*.36,*num*.37.& *d.quæſt*.86.*nu*,67. & ipſe *Ciriac.d.controu* 106 *num*.6.

4 Subdeclara d.declarationem, vt indicium indubitatum dicatur, quando quis viſus fuit aufugere, ſeù exire de domo aliqua vnum tantùm oſtium habente cum gladio euaginato, ſeù ſanguinolento, & in d.domo reperiatur aliquis mortuus quia præſumitur, d. ita exeuntem d. hominem occidiſſe. & contra cum inſurgit indicium indubitatum homicidij, vt ſcripſerunt *Clar, in pract.in § fin.quæſt* 21,*nu*.29. *iuncta addit.Giacb.ibi litera M Ant. Gomez var.reſol.tom* 3.*cap*.13.*num*.11.*in fin. Menoch de arbitrar. caſu* 270.*num*.18.& *ſeq*. latè *Farinac. de indic*. & *tort.quæſt*.52.*nu*.50. vbi alios adducit, ita ſentientes, & dicit, hoc non habere contradictorem, *Guazzin.defen*.33.*cap*.15.*num*.2.*ver. item quando* , &c. *Caball.d.caſu* 288.*num*.9.*Ant.de Ball.tract.crimin*, *lib*.1.*quæſt*,19.*num*.1. *Andreol. controu*.172. *num*.5, *Gurba conſ*.43.*nu*.21.*Calu.de æquit.lib*.2.*cap*.130, *num*.76.& *ſeq.Capic.Latro d.deciſ*.163.*n*.45.*par*.2. *P.Sanch.conſil,Moral lib*.3.*cap. vnic.dubit*.12.*n*.14 quem vna cum alijs pluribus refert, & ſequitur *P. Graſſet,de nece prodit*.§.29.*num*. 212.

5 Subdeclara ſecundò d. declarationem, vt indicium indubitatum oriatur etiam cõtra eum, qui in rixa viſus fuit admenare, licèt non percutere, ſi enim, finita rixa, reperiatur aduerſarius admenantis vulneratus, vel mortuus, præſumitur ab ipſo admenante vulneratus, vel occiſus, vt adnotarunt *Carer.in pract.crim.in* 2.*tract.de indic.& tortu.§.indicium autem indubitatum, &c.num*.6.& §.21. *indicium num*.2.*ver.idem ſi viſus &c*. quem vna cum alijs pluribus refert, & ſequitur *Farinac.de indic.& tort.d.quæſt*.37.*num*.50. vbi dicit, in hoc neminem diſcrepare, & *conſ*.31 *num*. 10.*lib*.1. *Alba conſ*.56. *num*.17 *lib*.1.*Caball,reſol.crim.caſu* 288.*n*.8.*cent*.3. *Surd conſ*.132.*n*.94.*vol*.1 *Baiar.ad Clar.§.fin. quæſt*. 66.*num*.21. *Guazz.defen*,33.*cap*.15.*nu*.2.vbi alios dat concordantes, & *Caball.d.caſu* 288.*num*.8.vbi ampliat ad duos rixantes, quorum vnus remanſit vulneratus, etiam non conſtito de admenatione, & idem not. *Andreol.d.contro*.172.*num*.3.

6 Subdeclara tertiò d. declarationem, quòd indiciũ indubitatũ adulterij oriatur ex concubitu ſoli cum ſola, & nudi cum nuda ad tex. *in cap.literis* 12. & *ibi notat Hoſtien. Io.Andr.Ancar.Butri*. & *Abb.de præſumpt*. necnon *Maſcar.de prob,concl*.59 *num*.6. & *ſeq.concl*,312.*num* 1.& *ſeq*.& *num*.21.& *concl*, 452.*n*.1.& 8.*lib*.1 & *concl*.810 *n*.5.6.& *ſeq.lib*.2. *Ant.Gomez ad l* 80. *Tauri num*. 50. plenè *Farin.de delict.carn.quæſt*,136.*n*,171. vbi quamplures adducit, ita ſentientes, *P.Sanchez de matrim.lib*.10.*diſput*.12.*nu*.43.*Petr.Sutor.de poteſt,eccleſ. in occult*, *cap*.26.*fol*,172.*P.Graſſet de nece prodit*.§.29.*n*.207 & *ſeq*. vbi dat concordantes, & *Rot.deciſ*.69.*nu*.7. & 8.*poſt lib*,1.*conſ.Farinac*.

7 Subdeclara quartò d.declarationem pro nunc, vt indicium indubitatum inſurgat etiam contra illũ, qui viſus fuit perſequi cum enſe euaginato aliquẽ fugientem, qui poſtea repertus fuit vulneratus, vt tradunt *Brun de indic*. & *tortur.in* 4 *quæſt*. 1 *part*. *nu*.6.*Angel.de malefic.in ver.quòd fama publica*, *ſub num*.18. *Lepid. deciſ*.149. quem refert, & ſequitur *D.Andreol.d.controu*.172.*num*.4.*Caball.d.caſu* 288. *num*.9.*Guazzin.d defen*.33.*cap*.15.*num*.2.*ver.item quando* , &c. vbi alios caſus recenſet, & *P.Graſſet. d*.§.29.*num*.204.

8 Declara ſecundò d. concluſionem, quòd indicia indubitata non ſunt adeò indubitata, quin contra illa poſſit probari, cum eſſe poſſit, quòd quis commiſerit homicidium, ſed ex cauſa defenſionis, vel alio modo inculpabili, vt euenit in caſu relato *per Caſon de indic tract*.11.*nu*.4. & 5. in quo quidam occidit enſe alium, & relicto enſe fugit, ſuperuenit amicus interfecti, & dùm appræhenſo enſe cruẽto ſequeretur homicidam, captus fuit, & liberatus ob factam in contrarium probationem, & in caſu relato *per Menoch.de arbitr.caſu* 270.*num*.19.

de

de Vliſſe, qui abſtulit enſem ab Aiace inuento occiſo miniſterio ſuimet, & fuit accuſatus à Teucro de homicidio, & declarant *Caſon. de indic. d. tract. 1 t. num. 4. & 5.* & poſt *Leſſ. de iuſt. & iur. lib. 3. cap 29. num. 169. Sanch. conſ. moral. lib. 3. cap. vni. dubit. 12. num. 14. & Baldel de iuſt. & iur. tom. 1. lib. 4. diſput. 15. num. 10.* per eum relatos *P. Graſſet. de nece prodit. d. §. 29. n. 212. verſ. omninò tamen etc.*

A D D I T I O.

N. 2. VBi habetur, quod indicia indubitata ſunt quæ mouent animum Iudicis ad neceſſario credendum reum deliquiſſe adde *Scialo. in prax. torq. reos cap. 4. num. 1. & Zuffi. de legit. proc. crim. queſt. 190. num. 16.* vbi dicit indubitatum indicium dici quod inſurgit ex pluribus indicijs dubitatis, vt ibi per eum.

N. 5. Vbi habetur, quod indicium indubitatum oritur contra eum, qui in rixa viſus fuit admenare, ſi finita rixa alter reperiatur vulneratus, vel mortuus adde *Scialo. in prax. torq. reos cap. 4. num. 4. & num. 20.* dicit idem eſſe in eo, qui viſus fuit exire ex aliqua domo cum gladio ſanguinolento, in qua fuit repertus mortuus, vt habetur etiam hic *num. 4.*

S V M M A R I V M.

1 *Ex indicijs indubitatis non poteſt reus condemnari in pœnam ordinariam, ſed in extraordinariam tantùm.*

Licèt contrarium teneant plures Doct. nu. 2.

Imò neque poteſt condemnari in pœnam corporalem, ſed in pecuniariam tantùm, n. 3.

Contrarium tenent plures Doct. num. 4.

Maximè, quando Statutum imponit tantùm pœnam corporalem, num. 5.

Cunclusio procedit, quando indicia indubitata ſunt perfectè probata, aliàs ſecùs, nu. 6.

Et quando non ſunt debilitata per contrarias præſumptiones pro parte rei, num. 7.

8 *Indicia plura dubitata coniunguntur ad faciendum vnum indicium indubitatum.*

Et vnum indicium indubitatum ſufficit ad condemnandum, vt ſupra, num. 9.

Eſt autem in facultate Iudicis, reum torquere, vel illum ex dictis indicijs condemnare, n. 10.

R E S O L V T I O III.

Ex indicijs indubitatis an poſſit reus condemnari in pœnam ordinariam, ſeù in extraordinariam tantùm.

1 EX indicijs indubitatis non poteſt reus condemnari in pœnam ordinariam, ſed in extraordinariam tantum, vt tradunt *Boſſ. in pract. in tit. de coniect. num. 34.* vbi teſtatur de communi opinione, *Ant. Gomez variar. reſol. tom. 3. cap. 3. ſub num. 45. Clar. in pract. §. fin. queſt. 20. verſ ſciat tamen etc. Maſc. de prob. concl. 1223. num. 30. et ſeq. lib. 3. Surd. conſ. 132. nu. 34. in fin.* vbi hanc dicit communem opinionem *lib. 1 Farinac. de reo confeſſ. et conui. queſt. 86. num. 110. et ſeq.* vbi quamplures refert, ita ſentientes, & dicit, ab hac opinione, vti veriori, magis communi, & in practica ſeruata, non eſſe recedendum, *& conſ. 78. ſub num. 27. & conſ. 82. in princ. & ibi Adden. litt. A.* teſtantes, hanc concluſionem eſſe veriſſimam, & in Tribunalibus receptam, *& conſ. 100. nu. 9. lib 1.* quam tenent etiam *Fachin. contro. iur. lib. 1. cap. 29. per tot. Canall. in ſpecul. comm. contra commu. queſt 227. num. 2.* vbi hanc opinionem, dicit, communiorem eſſe, æquiorem, & omninò in praxi ſequendam, *Giurb. conſ. 43. num. 23.* dicens, contrariam opinionem nunquam fuiſſe communé, *Criſpol. caſu milit. num. 4. Andreol. controu. 172. n. 1. Guazzin. defen. 33. cap 14. num. 14. Scacc. de indic. lib. 1 cap. 97. in princ. Ciriac. controu. 106. nu. 7. Vermigl. conſ. 99. num. 10. & conſ. 112. nu. 3. & conſ. 391 n. 7.* illamque dicit etiam veriorem, & magis communem *Capic. Latro. deciſ. 163. nu. 4.* licet illam non ſequatur ob praxim Regni Neapolit. *lib. 2. Illuſtr. Sperell. deciſ. 108. nu. 43. par. 2.* vbi quamplures dat concordantes *P. Baldel. de iuſt. & iur. tom. 1. lib. 4. diſp. 15. num. 10* & latè *P. Graſſet. de nece prodit. §. 29. num. 194. verſ. ſed multò meliùs, &c.* vbi alios dat concordantes quamplures.

Quando enim proceditur ex præſumptionibus & indicijs non eſt locus pœnæ ordinariæ, ſeu extraor-
1 dinariæ tantùm, & alij Doct. *in cap. afferte. 2. de præſump. Clar. in pract. d. queſt. 20. nu 6. & queſt. 55. num. 16. Caball. reſol. crim. caſu 129. n. 18. cent. 2.* vbi dicit, hanc eſſe regulam generalem, *Farinac. de reo confeſ. & conui. d. queſt. 86. num. 110. & ſeq.* vbi alios dat concordantes quamplures, *& conſ. 33. num. 36. lib. 1. Scacc. de indic. lib. 1. cap. 97. in princ. Guazzin. d. defen. 33. cap. 14. num. 14.* plenè *Giurba. conſ. crim. 82. nu. 27.* vbi alios adducit, ita ſentientes cum Iudex, ita condemnando, maximè debeat temperare officium ſuum, vt docent *Caball. d. caſu 129. num. 18. Farinac. d. queſt. 86. num. 110.* & alij Doctores ſupra adducti.

2 Licet contrarium, imò, ex indicijs indubitatis imponi poſſe pœnam ordinariam, voluerint *Menoch. de præſump. lib. 1. queſt. 97. nu. 83. Sarmien. ſelect. interpret. lib. 1. cap. 1. per tot. Pegner. deciſ crim. 17. numer. 41. & ſeq.* & alij relati per *Farinac. de reo confeſ. & conu. queſt. 86. n. 111.* in quam opinionem inclinat, poſt *Meren. controu. iur. cap. 25. lib. 2.* per eum relatum, *Criſpol. caſu milit. 14. num. 28.* contra quos adeſt verior, communior, & practica opinio, de qua ſupra, licet illam ſeruari in Regno Neapolitano, in Statu Mediol. & in Senatibus Sabaudiæ, & Dolano dixerit *Capic. Latru d. deciſ. 163. num. 4. & nu. 40. par 1.* & illam admittat in delictis occultis, & difficilis probationis quo ad ſuprema Tribunalia tantùm, *Carena de Ofic. S. Inquiſ. par. 2. tit. 12. num. 263.* vbi quam plurimas Supremorum Tribunalium refert reſolutiones.

3 Declara primò d. concluſionem, vt Iudex condẽnando reum ex indicijs indubitatis non poſſit illum condemnare in pœnam corporalem, ſed in

pecuniariam tantum, vt voluerunt *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 20. nu. 6.* vbi teſtatur de communi opinione, & alios adducit, ita ſentientes, *& quæſt. 63. verſ. tu ſcis &c.* vbi dicit contrariam obſeruantiam Status Mediolani, & Neapolitani non eſſe trahendam ad alia Tribunalia inferiora *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 12. num. 24. Menoch. de arbit. caſu 279. num. 4. Boſſ. in pract. in tit. de coniect. nu. 35. & ſeq.* vbi, reprobatis contrarium tenentibus, hanc opinionem dicit veram, communem, & in practica ſeruatam, plenè *Farinac. de reo conſ. & conui. quæſt. 86. num. 113. & ſeq.* vbi quamplures adducit concordantes de communi, & magis communi opinione fidem facientes, & dicit, hanc opinionem eſſe magis communiter receptam, & ab ea per Iudices ordinarios nullo pacto eſſe recedendum, niſi imponeretur pœna exilij, vel funis ictuū, vt ibi per eum, cum quibus pertranſeunt *Surd. conſ. 332. num. 14. lib. 1. Canall. in ſpecul. comm. contra comm. quæſt. 337. num. 2.* vbi hanc opinionem dicit veriſſimam, magis communem, & in practica receptam, *Guazz. def. 33. cap. 14. num. 15.* vbi pariter teſtatur de veriori, & magis communi opinione, & contrariam opinionem ſolum habere locum in Tribunalibus Supremis, & in pœnam exilij, & funis ictuum, vt ibi per eum, cum quibus pertranſeunt *Cabal. in ſua inform. poſita in ſuis reſol. crim. poſt caſum 288. num. 79. Vermigl. conſ. 113. nu. 4. & conſ. 396. n. 1. & ſeq. P. Graſſ. de nece prod. d. §. 29. n. 194. & Zuff. de legit. proc. d. quæſt. 43. n. 8.*

4 Licèt contrariam opinionem, imò ex indicijs indubitatis poſſe reum condemnari etiam in pœnam corporalem, voluerint *Io. Andr. Butr. Imol. Abb. & Felin. in cap. afferte 2. de præſump. Boer. deciſ. 164 num. 5. Gram. deciſ. 42. per tot.* latè comprobans; *Brun. de indic. et tortur. par. 1. quæſt. 4. nu. 15. in fin. Capic. deciſ. 126. in fin.*, & ita ſeruari Mediolani, dicit *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 20. verſ. ſcias tamen etc. in fin. Ludou. concl. 45. verſ. primò, et verſ. eſt maxime notandum, et ver. ſolent etiam etc. Cabal. d. caſu 288. num. 15. et ſeq. cent. 3.* vbi dicit, ita vidiſſe pluries ſeruari dummodo pœna corporalis ſit minor pœna ordinaria, & in delictis occultis, vt ibi per eum, & alij, quos referunt *Farinac. in d. quæſt. 86. num. 114. et Guazz. d. defen. 33. cap. 14. num. 1. verſ. alij autem tenent etc.* contra quos videtur verior, magis communis, & ſeruata opinio, de qua ſupra, præter quam in Supremis Tribunalibus, & in pœna exilij, & funis ictuum, vt declarant *Farinac. et Guaz.* qui reprobant opinionem *Cabal.* vbi ſupra relatam in locis ſupra proximè adductis.

5 Amplia primò d. declarationem, vt eò magis habet locum, quando vigore Statuti, ſeù iuris communis non veniret imponenda pœna capitalis, ſed tantùm pœna corporalis, quia tunc Iudex, condemnando ex indicijs indubitatis, debet reum cōdemnare in pœnam pecuniariam, quia, ſi illum cōdemnaret in pœnam corporalem, d. pœna eſſet ordinaria illius delicti, quòd fieri non poteſt cum ſemper pœna prædicta eſſe debeat valde minor, vt declarant *Farin. de reo conf. et conui. quæſt. 86. n. 112 in fin. et conſ. 82. num. 1. et ſeq. lib. 1. et ibi Adden. litt. B. et Guaz. d. def. 33. cap. 14. num. 15. verſ. et erit vera etc. et num. 16. verſ. nec non etc.* vbi ſubiungit ad condemnationem in pœnam extraordinariam non eſſe deueniendum, niſi, quando indicia ſunt vrgentiſſima, & violentiſſima, & indubitata, ſecus verò, ſi illa eſſent tantum veriſimilia, & dubitata, ne confundantur termini condemnationis, & torturæ, vt ibi per num.

6 Declara ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum, quando d. indicia indubitata ſunt in ſuo genere plenè, & legitimè probata, alias illa non ſufficerent ad condemnandum reum, quicquid ſit quoad torquendum, vt declarant *Farinac. de reo conſ. & conuiu. d. quæſt. 86. n. 95. & ſeq.* vbi quamplures adducit, more ſuo, concordantes, quos longum eſſet recenſere, & *num. 99.* teſtatur de veriori, & magis communi opinione, *Guazz. d. def. 33. cap. 14. num. 16. Vermigl. conſ. 33. num. 31. & conſ. 72. num. 1. Hond. conſ. 106. num. 64. lib. 1. Andreol. d. contr. 172. num. 7.* & dixit etiam *P. Graſſet. de nece prodit. d. §. 29 num. 200. & 203.*

7 Declara tertiò d. concluſionem, vt ex indicijs indubitatis deueniri non poſſit ad aliquam condemnationem contra reum, quando pro eius parte fuerunt deductæ, & probatæ præſumptiones, quæ valent elidere dicta indicia indubitata, cum vna præſumptio tollat aliam, & fortior elidat debiliorem, vt poſt *Bero. conſ. 19. num. 2. & conſ. 159. num. 18. lib. 2. Burſ. conſ. 89. num. 2. & conſ. 111. num. 19. lib. 1. Decian. conſ. 100. num. 48. lib. 2. & Maſcar. de prob. concluſ. 1224. per tot. lib. 3.* per eum adductos declarat *Guazz. in d. defen. 33. cap. 14. num. 16. verſ. ac etiam &c.* vbi dicit, hoc procedere, etiamſi præſumptio pro reo eſſet minor, cum ei ſufficiat adumbrare probationes fiſci, vt ibi per eum, & idem voluit etiam *Farinac. de reo confeſſ. & conui. d. quæſt. 86. num. 101. & ſeq.* vbi alios dat concordantes quamplures.

8 Declara quartò d. concluſionem, quòd plura indicia dubitata coniunguntur ad faciendum vnum indicium indubitatum ſufficiens ad condemnandum, dummodo indicia dubitata non ſint remota, & leuia, ſed ſint grauia, & valdè proxima, vt ſi concurrat vnus teſtis de viſu, duo de confeſſione extraiudiciali, & etiam confeſſio iudicialis per torturam, licet reuocata, alias ſecùs, vt tradunt *Bald. in l. fin. ſub nu. 2 C. de prob. Brun. de indic. & tort. par. 1 quæſt. 4. num. 3. & 5. Farinac. de indic. & tort. quæſt. 36. num. 41. & de reo confeſs. & conui. d. quæſt. 86. num. 59. & ſeq* vbi dicit, hanc declarationem eſſe veriſſimam, & ab ea non eſſe recedendum quo tamen ad pœnam pecuniariam tantum, vt ibi per eum, *Guazz. in d. defen. 33. cap. 15. nu. 4. Vulpel. conſ. 109. in fin. & conſ. 118. n. 24. & 25.* & plenè comprobat, pluribus adductis concordantibus, *P. Graſſ. de nece prod. d. §. 29. nu. 194.* pro pœna tamen extraordinaria, & pecuniaria, vt ibi per eum.

9 Declara quintò d. concluſionem, vt vnicum indicium indubitatum ſufficiat ad condemnandum, vt ſupra, vt not. *Aret. in cap. tertio loco 5. n. 17. & 18.*

de prob.

de probat. Boſſ.in pract. in tit. de conui. num.27. & Farinac. de reo conf.& conui. d quaſt. 86. num. 63. vbi dicit, quod iſta eſt veritas, licèt duo requiri ſentiant Andreol. d.contron.172. num.6. & Guazz. d.def.33.cap.15. in fin. quorum opinio procedit in præſum, tionibus, non autem in indicijs indubitatis, vt videre eſt per Farinac. d. quaſt.86. num.93. per eum adductum.

10 Quod verò, ſtantibus indicijs indubitatis, ſit in facultate, & arbitrio Iudicis, reum condemnare in pœnam extraordinariam, vel illum torquere, tenet Farin.de reo conf. & conui. d. qu.86. n.54.& plur.ſeq. vbi dicit, quòd iſta eſt veritas, & quòd ita practicatur in Alma Vrbe, præterquam, quando adeſſent præſumptiones iuris, & de iure, vbi hanc materiam benè tractat, & dicit, quòd, ſi reus ſit ita robuſtus, vt Iudex arbitretur, quod ille ſubſtinebit facilè torturam, tunc tutiùs erit, contra eum deuenire ad condemnationem, vt ibi per eum, quem conſulas, cum ex alienis ſcriptis ſcripta conficere non deceat, vt alias dixi.

ADDITIO.

N.1. VBi habetur quod ex inditijs indubitatis non imponitur pœna ordinaria adde Scialo. d.cap.4. num.6. vbi limitat non procedere in aſſaſſinio, hæreſi, ſodomia, & ſimil. & in Supremis Tribunalibus, vt ibi per eum.

N.4. Vbi habetur, quod ex inditijs indubitatis poteſt reus condemnari pœna corporali adde Scialo.in prax.torq.reos d.cap.4. num.17. vbi refert hinc inde opiniones, & dicit, ſeruari in Supremis Tribunalibus, quod pœna poſſit eſſe corporalis, & ita ſeruari de conſuetudine dicit Zuffi. in d. quaſt. 190. num.12.

N.10. Vbi habetur eſſe in arbitrio Iudicis ſtantibus indicijs indubitatis reum torquere, vel condemnare in pœnam extraordinariam adde Scialo. in d.cap.4.num.19. & Zuffi. de legit.proc.crim. quaſt.143. num.19.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis vnus de viſu, vel auditu proprio immediatè de delicto dicitur deponere de indicio proximo, & facit indicium ad torturam.*

Cum ex d.depoſitione reſultet ſemiplena probatio, qua ſufficit ad torturam, n.2.

Procedit concluſio, quando d. teſtis eſt omni exceptione maior, n.3.

Etiam in criminibus exceptis, & in atrociſſimis, num.4.

Niſi tamen inquiſitus eſſet vir mala fama, n.5

Vel cum dicto teſtis concurrerent adminicula, num. 6.

Vel ageretur de delicto occulto, & difficilis probationis, n. 7.

Non facit tamen indicium, licèt ſit omni exceptione maior, quando contra eius dictum militat aliqua præſumptio, n.8.

Neque quando reus eſt bona fama, in Tribunali S. Officij, num.9.

RESOLVTIO IV.

Teſtis vnus de viſu, vel auditu proprio de delicto vti deponens de inditio proximo nu dicntur facere inditium ad torturam.

1 TEſtis vnus deponens immediatè de viſu de delicto, vt quia teſtificetur vidiſſe Titium vulnerantem Seium, vel deponens de auditu proprio, puta, audiuiſſe Titium blaſphemantem, vel Sempronium mandantem Caio, vt aliquem occideret, & ſimilia, dicitur deponere de indicio proximo, & immediato, & ideò facit indicium ad torturam per ſe ſolum, & alio etiam nõ concurrente, vt tradunt Clar.in pract.§.fin.quaſt.21 ver.vnus teſtis, &c. & quaſt. 22. in princ. vbi hanc dicit communem, & ſeruatam opinionem, Ant. Gomez var.reſol.tom.3.cap.13.nu.3.& 18. Muſcar. de prob.concl.894.nu.5.lib.2.Peguer.deciſ.crim.17. in princ latè Farin.de indic.& tort. quaſt.37.num. 54.& ſeq. vbi dicit, ab hac opinione, vti veriori, magis communi, non eſſe in practica recedendũ, quidquid aliquid contrarium teneant, & alios dat concordantes, & conſ.41 num 10. & conſ.60. nu. 41.lib.1.Hond.conſ.100.n.13. lib.1. vbi dicit, quòd ita in Iudicijs ſeruatur, Guazz.defen.30.cap.30.nu. 2.& cap.31.num.4. Giurb conſ. 87 nu.19. Caren.de Offic.S.Inquiſ.par.3.tit.10.nu.29. qui alios adducit ita ſentientes quamplures P.Dian. in ſumm.in ver. Inquiſit.iuriſd.quoad tortu.num.110.P.Delrius diſq. magic.lib.5. ſect.3. § hac indicia &c. Ant. de Ball. tract.crim.lib.1. quaſt 10. nu.1.& Vermigl. conſ.61 num.14. quicquid alias dixerit, etiam adminicula requiri in conſ.74. num.10. vt dixit etiam Zuffi. de legit.proc.lib.1.quaſt.29.num.15. licet quaſt.45.nu. 6. tranſeat cum ſupradictis.

2 Ex depoſitione enim vnius teſtis fide digni aſſerentis, & deponentis immediate de delicto de viſu, ſeù de audito, vt ſupra, inſurgit ſemiplena probatio Ant.Gomez var.reſol.tom.3.cap.13.num.7. Menoch.de præſump.lib.1.quaſt.89. nu.7. & latè comprobat Farinac.de indic.& tortur.q.36.num.229.& ſeq. ex ſemiplena autem probatione deueniri poſſe contra reum ad torturam omnes admittunt, vt videre eſt ex Farinac.d.q.36.nu.251.& ſeq.& ex Caren.de Offic.S.Inquiſ.d.par.3.tit 10.nu.18.& nu.110 qui alios adducunt concordantes.

3 Limita primò d.concluſionem, vt habeat locum, quando teſtis vnicus deponens immediatè de delicto eſt omni exceptione maiore, abſque aliqua prorſus macula, licèt minima, & vndique inuulnerabilis, quia tunc ex eius depoſitione inſurgit indicium ad torturam, alias ſecùs, vt voluerunt Ant. Gomez.var.reſol.tom.3.cap.13. nu. 7. Clar.in pract. §.fin.quaſt.21.ver.vnus teſtis, &c. & quaſt.22.ver. vnum tamen &c Menoch.de præſump.lib.1.quaſt.89 num.6. 7 & ſeq. Muſcard. de probat. concluſ.894. num.6.lib 2.& concl.1360.num.5.lib.3.plenè Farinac.de indi.& tortur.quaſt.36. num.225.& ſeq. & quaſt.36.nu.58.& ſeq. vbi alios dat concordantes.

& dicit, hanc concluſionem eſſe veriorem, & magis communiter approbatam, & illam habere locum etiam, ſi adhibita eſſet tortura, vt ibi per eum, *Hond. d. conſ. 102. num. 13. lib. 1.* latè *Guazzin. d. defen. 30. cap. 30. num. 2. verſ. tamen aduocatus, &c.* vbi quamplures refert ita ſentientes *Ant. de Bal. tract. crim. lib. 1. quæſt. 10. in princ. & Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 10. num. 29.*

4 Amplia primò d. limitationem, vt habeat locum etiam in criminibus exceptis, & in atrociſſimis, in quibus teſtis vnicus non omni exceptione maior non facit indicium ad torturam vt ſcripſerunt *Peguer. deciſ. 17. in princ. Hond. d. conſ. 102. num. 14.* vbi teſtatur de communi opinione, *Farinac. de indi. & tort. d. quæſt. 37. num. 60.* vbi dicit, hanc eſſe veriſſimam opinionem, *Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt. 21. num. 16. Guazzin. d. defen. 30. cap 30. num. 2. verſ. etiam in quocunque &c.*

5 Sublimita primò d. primam limitationem, vt non habeat locum contra inquiſitum, qui ſit malæ vitæ, & famæ, quia contra illum teſtis vnus deponens de viſu facit indicium ad torturam, licet non ſit omni exceptione maior, dum tamen non ſit omninò inhabilis, & nō patiatur plures defectus, vt declarant *Carer in pract. in 2. tract. de indic. & tort. §. quæ autem ſint, num. 4. Menoch. de præſump. lib. 1. quæſt. 89* quos ſequitur reprobando *Caſon.* contrarium tenentem *Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 37 num. 65 & ſeq.* latè comprobans, quam opinionem tenent etiam *Guazzin. d. defen. 30. cap. 30. num. 5.* nec non *Ant. de Bal. tract. crim. lib. 1. quæſt. 10. n. 4.*

6 Sublimita ſecundò d. primam limitationem, vt nō habeat locum, quando cum dicto teſtis vnici deponentis de viſu, & immediatè de delicto concurrunt adminicula, quia tunc ex illius depoſitione poſſe deueniri ad torturam licèt non ſit omni exceptioni maior tradunt *Caſon. de indic. tract. 10. cap. 1. num. 7. Menoch. de præſum. d. lib. 1. quæſt. 89. nu. 11. Farinac de indic. & tort. d. quæſt. 37. num. 56. & Guazzin. d. def. 30. cap. 30. num 5.*

7 Sublimita tertiò d. primam limitationem, vt non habeat locum in delictis occultis, & difficilis probationis, in quibus ex depoſitione teſtis vnici deponentis de delicto de viſu poſſe deueniri contra inquiſitum ad leuem torturam, licèt ille non ſit teſtis omni exceptione maior, dummodo, non ſit omninò inhabilis, nec patiatur plures defectus ſcripſerunt inter cæteros *Paul. Ghirl. de quæſt. & torme. quæſt. 4. num. 4. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 64. verſ. debet igitur &c. & Franc. Perſonal. de indic. & tortur. poſt num. 78* quos referendo ſequitur *Farin. de indic. & tort. d. quæſt. 37. n. 62. & ſeq. & Ant. de Bal. tract. crim. lib. 1. quæſt. 10. num. 3.*

8 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando contra depoſitionem teſtis vnici deponentis de delicto de viſu, vel alium ſenſum corporeum militat aliqua coniectura in contrarium, quia tunc ex eius depoſitione, non poteſt deueniri ad torturam, licèt ſi omni exceptione maior, vt tradunt *Caſon. de indic. et tort. tract. 10. cap. 1. num. 5. Menoch. de præſum. lib. 1. quæſt. 89. num. 10. Maſcar. de prob. concl. 894. num. 8. lib. 2. et Farinac. de ind. et tort. d. quæſt. 37. nu. 57.* vbi alios refert concordantes, et *conſ. 39. n. 14. lib. 1.* quam opinionem ſequuntur etiam *Baiar. ad Clar. §. fin. qu. 21. num. 16. in fin. et Guazzin. d. defen. 30. cap. 30. num 2. verſ. tamen Aduocatus etc.* vbi alios adducit ita ſentientes, & aliquas adducit coniecturas, vt ibi per eum.

9 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum in Tribunali S. Officij, in quo cum ſoleat magni fieri bona fama rei, ideò non deuenitur ad torturam contra reum bonæ vitæ, & famæ ex dicto vnius teſtis deponentis de viſu de delicto, vt poſt *Pegn. P. Dian. et Caſtro Palaum*, per eum relatos ſcribit *Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 10. num. 32.* vbi idem dicit, ſeruari de conſuetudine in Gallia, in Belgio, in Hiſpania, & in Sabaudia, licèt aliud putet poſſe dici quoad alia loca, & meritò quidem, quia vltra rationem per eum adductam, ſi id eſſet verum nunquam ferè daretur caſus, in quo ex depoſitione vnius teſtis de viſu deponentis de delicto poſſet veniri ad torturam, cum nemo ſit tàm malus, qui reperire non valeat duos ſibi ſimiles, qui deponant, ipſum eſſe virum bonæ conditionis, & famæ, vt aduertit *Farinacc. de indic. et tort. quæſt. 47. num. 192.*

S V M M A R I V M.

1 *Indicia remota probari debent per duos teſtes, alias non releuant.*

Quod procedit in quolibet indicio leui, coniectura & adminiculo, n. 2.

Et teſtes illa probantes debent eſſe omni exceptione maiores, num. 3.

Licèt aliqui contrarium teneant, n 4.

Etiam in delictis occultis, & exceptis, n. 5.

Et d. teſtes debent etiam eſſe conteſtes, & non ſingulares, n. 6.

Declara, & concorda, vt num. 7.

8 *Iudex quando deuenit ad torturam ex indicijs probatis per teſtes ſingulares, qui ſunt vltra duos, & omni exceptione maiores debet multum temperare arbitrium ſuum.*

R E S O L V T I O V.

Indicia remota vt releuent an ſint probanda per duos teſtes.

1 INdicia remota ad torturam probari debent per duos teſtes, alias non releuant, vt tradunt *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 22. in. princ.* vbi teſtatur de communi opinione *Maſcar. de prob. concl. 895. num. 2. & ſeq. lib. 2. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap 13. num. 18. Eugen. conſ. 63. nu. 54* vbi hanc dicit communem opinionem *lib. 1 Farin. de indic. & tort. quæſt. 37. n. 13. & ſeq. Hond. conſ. 102. num. 62. & conſ. 106. num. 75. lib. 1. Guaz. defen.*

defen.30. cap.31. in prin. qui dicit, hanc concluſionem habere locum, in quolibet indicio proximo, ſed non immediatè ad delictum, vt in confeſſione extraiudiciali, quod teſtis viderit admenare, vt ibi per eũ. *Caren. de Offic.S.Inqu.par.3 tit.10.n.21.* vbi alios adducit concordãtes, & dicit eſſe indubitatam concluſionem, quã ſequuntur etiam *Caball. reſ.crim.caſu 193.n.1.cent.2.* vbi teſtatur, hanc eſſe veriſſimam concluſionem, *Ant.de Ball.tract.crim. lib.1.quæſt.5 n.15.Ciriac.contr.104. n.32.& contro. 106.num.40.& ſeq.P.Diana in ſumm in ver.Inquiſiti iuriſd.quòad tortura nu.109.& 112.et P.Delrius diſquiſ.magic.lib 5.ſect.3.ver.hæc indic.&c.& Zuff. de legit.proc.lib.1. quæſt.45 num. 5.* & dixi ego *allegat. foren. 94. num. 26.*

2 Amplia primò d.concluſionem, vt habeat locum in quolibet indicio remoto, leui, coniectura, præſumptione, & adminiculo, quæ debent eſſe probata per duos teſtes, alias non afficiunt, vt docuerunt *Clar.in pract. in dict. quæſt. 22. in princ. Surd. conſ. 132.num.45.lib.1. Bertazol. conſ. 251 num. 33. lib. 2. Farinac. conſ. 34. num. 3.* vbi teſtatur de communi opinione, *& conſ.56.num. 4.& conſ. 61.num 18.lib.1.Guazz.d.defen.30. cap.31.num 2.* vbi dicit hanc ampliationem habere locum etiam in aſſertione vulnerati; & dixi ſupra latiùs *in ver. Adminicula Reſol. 1.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt indicia remota non ſolùm debeant eſſe probata per duos teſtes, vt ſupra, ſed etiam teſtes illam probantes debeant eſſe omni exceptione maiores, ita vt exceptionem in eorum perſonis non patiãtur, vt docẽt *Menoch.de præſump lib.1.quæſt.91.nu.5. & 6. Ant. Gomez var.reſol.tom.3.cap.13. nu 18.& ſeq.* benè comprobans, *Maſc.de prob.concl 895 num.3.lib.2. Farinac.de indi.& tort.d.quæſt.37.nu.18.& ſeq.* qui *num.28.* re diligenter diſcuſſa, teſtatur, hanc eſſe veriorem, & probabiliorem opinionem, & dicit ab illa non eſſe recedendum, illamque benè comprobat, & idem tradit *in conſ.22. nu.7.& conſ.27. num.51.& conſ 88 num.3.* alios adducens concordantes *lib.1.* vbi ampliat hanc concluſionem habere locũ etiam in atrociſſimis, *& conſ.192.num.24. lib 2.Guazz.d.defen.30.cap.31.num.3.ver.& etiam etc. Ciriac.cont.106.n.41.& ſeq.* vbi ampliat etiam in delictis occultis *Caren.de Offic.S.Inqu.d.par 3 tit. 10.num.22.* vbi hanc opinionem benè comprobat, & dicit, paſſum eſſe curandum de Doctoribus contrarium tenentibus, *P. Delrius diſquiſ.magic.lib.5. ſect.3.ver.hæc indicia &c. et Vermigl. conſ.33.num. 27.et conſ.60 num.20.* vbi loquitur etiam in criminibus exceptis, *et conſ.131.in princ.& conſ.331.nu. 9.et conſ 382. num. 9.et ſeq.* & dixi ego *allegat. forenſ. 93. num. 48.*

4 Quicquid contrariam opinionem, imò illa probari poſſe etiam per teſtes inhabiles, minores, mulieres, infames, & ſimil. voluerint *Marſil.in pract. §.diligenter num.8.Hond.conſ.87.num.137.lib.2.P. Diana in ſumma in ver. Inquiſ.iuriſd. quoad tort.nu. 112.* & videtur ſentire *Caball.reſol.crim. caſu 193. nu.6.cent.2.* licèt id Iudicis arbitrio relinquat, & *Ant.de Ball.tract.crim. lib.1.quæſt.5. nu.16.& ſeq.* latè comprobans, contra quos adeſt verior, & magis communis opinio, de qua ſupra.

5 Subamplia d. ſecundam ampliationem, vt teſtes probantes indicia remota debeant eſſe idonei, & omni exceptione maiores, vt habeat locum etiam in delictis occultis, in criminibus exceptis, & in atrociſſimis, vt tradunt *Farinac.in d. conſ.88. nu.3. et d.quæſt.37.nu. 30. & ſeq. Ciriac.d. contro.106.nu. 44.& ſequen. & Vermigl. d. conſ. 60. num. 20.* vbi alios dat concordantes.

6 Amplia tertiò d.concluſionem, vt teſtes probantes indicia remota, non ſolùm eſſe debeant duo, vt ſupra, ſed etiam eſſe debeant conteſtes de loco, tẽpore, & alijs circumſtantijs, ita vt teſtes ſingulares non ſufficiant, vt ſcripſerunt *Boſſi. in pract. in tit.de indic.& conſid.ante tort.num.20.& 22.Caph. conſ.204.nu.19.lib.2. Ant. Gomez var. reſol tom.3. cap.13.num.18.* vbi teſtatur de communi opinione, & dicit contrariam opinionem non eſſe tenendam, *Farinac.de indic.et tortu. d.quæſt.37.num.33.et ſeq. Guazz.defen.30.cap.31.n.3.Ciriac. contr.106.n.43. Præſes Abano in prax.reat.quæſt.19.n.52.* quem refert, & ſequitur *Carena de Offic. S.Inquiſ. par.3.tit. 10.num.25.et reſolut. 222. num. 6.*

7 Declara d.tertiam ampliationem, & ita concordari poſſunt contraria, vt non habeat locum, quando teſtes ſingulares ſunt vltra duos, ſunt omni exceptione maiores, & deponunt de tribus indicijs, quæ ſunt valdè proxima delicto, & ad eundem finem tendentibus, vt puta, quia vnus deponat, vidiſſe Titium in terra iacentem, quia aſſeruit, fuiſſe vulneratum a Seio, alius deponat, vidiſſe Seium cum gladio ſanguinolento fugientem, & tertius, vidiſſe Seium in nemus ſe abſcondentem, & ſimilia, quia tunc poterit reus torturæ ſubijci, licèt ſecùs ſit, ſi d.teſtes deponant de indicijs valdè remotis, vt puta, vnus de fuga, alius de fama, & tertius de inimicitia, & ſimil. quia tunc non erit locus torturæ, vt declarant *Farinac. de indic. et tort. d. quæſt. 37.num.38. Guazzin.defenſ.10.cap.32. num.1.ver. alij autem, etc. et d.defen.30. cap.4.num.13. Giurb. conſ 87.num.29.Carena de Offic.S. Inquiſ. d. part.3. tit.10.nu.26.Capic.Latro deciſ.161.num.26.lib.2.* & ita ſentit etiam *Ant de Ball. tract.crim.lib.1.cap.5. num. 1. et 2.* & ſecundùm prædicta ſentio, intelligendos eſſe *Caball. reſol. crim. caſu 193.num.2. et ſeq.cent.2.et Ciriac.contro. 106.num.41.* & dicam etiam infra *Reſol. ſeq.num. . . .*

8 Subdeclara dict. primam declarationem, quòd quando Iudex deuenit ad torturam reo inferendam ex d. indicijs probatis per teſtes ſingulares, qui ſunt vltra duos, & ſunt etiam omni exceptione maiores, debet maximè temperare arbitrium ſuum & reum valdè moderatè torquere, cum deueniat ad actum maximè præiudicialẽ ex probatione priuilegiata, vt declarant *Giurb.d.conſ.87. num.30.in fin.Guazzin. d.defen.30. cap.32. num. 1. ver.et iſto caſu etc. et Carena de Offic. S.Inquiſ. dict. par. 3. tit.10. num. 27.*

ADDITIO.

N.7. VBi habetur, quod indicia probata per teſtes ſingulares, qui ſunt vltra duos omni exceptione maiores, & deponunt de indicij valde proximis delicto, & non remotis, vt hic dicitur vitio impreſſoris ſufficiunt ad torturam adde *Zuffi. de legit. proc. crim. quæſt. 47. num. 12.* ſecus eſſe dicens in indicijs remotis fugæ, famæ, inimicitiæ, & ſimil. probatis per teſtes ſingulares, vt ibi per eum *num. 20.* & ita intelligo *Farin. conſ. 196. num. 14. lib. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Indicia quando ſunt imperfecta in ſubſtantia indicij, vt fama, fuga &c. ſi ſunt plenè probata, coniunguntur, ita vt ſufficiant ad torturam.*

Si verò ſunt imperfecta in ſubſtantia indicij, & in ſubſtantia probationis, vt quia non ſint legitimè probata, non coniunguntur, num. 2.

Declara d. limitationem, vt num. 3.

RESOLVTIO VI.

Indicia quando ſunt imperfecta in ſubſtantia indicij, vt fama, fuga &c. ſi ſunt plenè probata an coniungantur, vt faciant indicium ad torturam.

1 INdicia quando ſunt imperfecta in ſubſtantia indicij, vt fama, minæ, fuga, & ſimil quæ de per ſe non faciunt indicium ad torturam, ſi ſint plenè probata, coniunguntur, ita vt ſimul vnita ſufficiant ad torturam reo infligẽdam, vt tradunt *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 63. verſ. Tu ſcis &c. Eugen. conſ. 27. nu. 61. lib. 1.* vbi alij dantur concordantes, *Peguer. deciſ crim. 17. num. 42. Hond conſ 102. num. 82. lib. 1.* plenè *Farinac. de reo confeſ. & conu. quæſt. 86. num. 72. iuncto num. 95.* vbi plures, ita ſentientes recenſentur, *Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit 10. num 111. & Zuff. de legit. proc. lib. 1. quæſt. 29. num. 17. & quæſt. 47. num. 20.*

2 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locum, quando indicia ſunt imperfecta in ſubſtantia indicij tantùm, vt ſupra, quia tunc coniunguntur ad effectum torturæ, ſi ſint legitimè probata; ſecùs tamen eſt, quando illa ſunt imperfecta, non ſolùm in ſubſtantia indicij, ſed etiam in ſubſtantia probationis, quia ſingula in ſuo genere non ſint perfectè probata, quia tunc d. indicia remota, cum non ſint in ſuo genere perfectè probata, vt ſi vnus teſtis deponat de fama, vnus de fuga, & vnus de confeſſione extraiudiciali, & ſimil. non coniunguntur ad effectum reo torturæ inferendæ, vt not. *Peregr. conſ. 75. num. 30 lib. 1. Surd. conſ. 132. num. 48. lib. 1. Hond conſ. 102. num. 82. & ſeq. lib. 1. & conſ 98. nu. 17. & ſeq. lib. 2.* plenè *Giurba conſ 87. num. 10.* vbi dat concordantes quamplures, *& num. 20. Guazz. defen. 30. cap 32. num. 1. Ciriac. contro 106. num. 38. & ſeq. Praſes Abano in prax reat. quæſt. 19. nu. 52.* quem refert, & ſequitur *Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 10. num. 113. & Vermigliol. conſ. 33. num. 30. & 31 & conſ. 72. in princ.*

3 Declara d. limitationem, vt habeat locum quando indicia imperfecta in ſubſtantia indicij, & in ſubſtantia probationis non tendunt ad eundem finem, & inter ſe non ſunt ſubordinata, ſecùs tamen eſt, ſi illa licet imperfecta, vt ſupra tendant ad eundem finem, & ſint inter ſe ſubordinata, vt puta, ſi vnus teſtis deponat, vidiſſe Seium præparantem arma, alius vidiſſe eum fugientem cum gladio euaginato, & alius vidiſſe eundem in nemore ſe abſcondentem, & ſimilia, quia tunc d. indicia, licèt imperfecta in ſubſtantia indicij; & in ſubſtantia probationis coniunguntur ad faciendum indicium ad torturam, & intrat regula, quæ non proſunt ſingula, multa iuuant, vt declarant *Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 37. nu. 38 & de reo confeſ. & conui. quæſt. 86 num. 100. Giurb. d. conſ. 87. nu. 29.* vbi alios adducit, ita ſentientes quamplures, *Guazzi. d. defen 30. cap. 32. num. 1. ver. alij autem,* vbi dat concordantes, *Capic. Latro deciſ. 161. num. 26. part. 2. Praſes Abano in prax. reat. quæſt. 19. num. 53. & Carena de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 10. num. 112. & ſeq.* vbi dicit, idem eſſe, ſi de duobus indicijs remotis deponerent duo teſtes valdè digni, vt ibi per eum, *Hond. conſ. 98. num. 30. & ſeq. lib. 2.* nec non *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 1. quæſt. 5. n. 1. et 2.* & dixi etiam ſuprà in *Reſol. præced. in fin.* vbi dixi, in d. caſu reum eſſe tantùm leuiter torquendum, prout ibi, cum quibus pertranſit *Zuff. de legit. proc. lib. 1. quæſt. 47. per tot.*

SVMMARIVM.

1 *Indicia, vt ſufficiant ad torturam, debent eſſe grauia, vrgentia, clara, & luce meridiana clariora.*

Et leuia dubia æquiuoca, & quæ ſtare poſſunt ſinè delicto, non ſufficiunt, num. 2.

Et debent etiam eſſe concludentia, & valdè inſeruentia ad delictum, num. 3.

Et indicia debent eſſe legitima etiam in caſu difficilis probationis, num. 4.

5 *Indiciũ ad torturam deſumi non poteſt ex actu bono.*

RESOLVTIO VII.

Indicia vt ſufficiunt ad torturam an debeant eſſe grauia, vrgentia, & luce meridiana clariora.

1 INdicia, vt ſint ſufficientia ad torturam, debent eſſe grauia, veriſimilia vrgentia, clara probabilia, & luce meridiana clariora, ita vt Iudex ſit ita certus de delinquente, vt ſola illius confeſſio deficere videatur *l. 1. in prin. ff. de quæſt. l. milites 8. §. oportet C. eod. tit.* & tradunt *Farinac. de indic. et tortu. quæſt. 37. nu. 3.* vbi hoc benè declarat, & contrarijs reſpondet, & *conſ. 37 nu. 20 lib. 1. Eugen. conſ. 27. nu. 14. et conſ. 63. num. 79. & ſeq. conſ. 76. num. 17. et ſeq. lib. 1. Ciriac.*

contro,

contro.106.num. 35.et ſeq. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 1. quaeſt. 3. num. 1. & ſeq. Vermigliol. conſ 72. nu. 12. et conſ. 83. num. 3. & dixi ego *allegat. foren. 90. num. 22. et ſeq. et allegat. 94. num. 10.*

Sicut enim probationes ad condemnandum reum debent eſſe luce meridiana clariores *l. abſentem 5. ff. de paen. l. fin. C. de prob.* plenè *Giurba conſ. 72. n. 15.* ita luce meridiana clariora debent eſſe indicia ad torquendũ, cum eadem ſit ratio de toto quo ad totũ, quæ eſt de parte quoad partem *l. qua de tota 75. ff. de rei vend.* & declarant *Marſil. conſ. 50. n. 16. Farinac. d. quaeſt. 37. nu. 4. et 5. et Ant. de Ball. d. quaeſt. 3. num. 3. et 4.* maximè quia dum agitur de torquendo tractatur de vita hominis, vt conſiderant etiam *Farinac. vbi ſupra.*

2 Amplia primò d. concluſionem declaratiuè, vt indicia leuia, dubia, æquiuoca, quæ multipliciter intelligi poſſunt, & quæ ſtare poſſunt ſinè delicto, non ſint ſufficientia ad inferendam torturam, vt docent *Farinac. de indic. et tortu. d. quaeſt. 37. num. 6. et d. conſ. 37. num. 20. Ciriac. d. contro. 106. num. 35. et ſeq. Vermigl. conſ. 60. num. 23. et conſ. 117. nu. 4.* & dixi ego *allegat. forenſ. 93. num. 28. & dict. allegat. 94. num. 12.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt indicia debeant eſſe etiã concludentia, & valdè inferentia ad delictum, cum ex his, quæ ex accidenti contingere poſſunt, non oriatur indicium ſufficiens ad torturam, vt not. *Vulpell. conſ. 97. num. 3. Farinac. de indic. & tortu. d. quaeſt. 37. num. 7. & d. conſ. 38. num. 20. Guazz. defen. 30. cap. 4. num. 5. D. Andreol. contr. 149. num. 8. Vermigl. conſ. 82. num. 13. et conſ. 119. num. 21. & conſ. 196. num. 6. & conſ. 292. num. 6. et conſ 325. num. 6. & conſ. 332. num. 10.* & dixi ego *d. allegat. foren. 94. num. 28.*

4 Amplia tertio d. concluſionem, quòd, licèt in delictis occultis, & difficilis probationis ſufficiant leuiora indicia, vt poſſit contra reum deueniri ad torturam, illa tamen debent eſſe legitima etiam in d. caſibus, vt poſt *Oſaſch. deciſ. Pedem. 79. num. 10. inncluum. 55. & ſeq. Pariſ. conſ. 15. num. 14. lib. 4. Caph. conſ. 233. num. 20. & ſequen. lib. 2. & Anguil. conſ. 50. nu. 9. & ſeq. lib. 1.* per eum relatos declarat *Farinac. d. conſ. 37. num. 25. lib. 1.* vbi ſentire videtur, idem eſſe in atrociſſimis, *Hond. conſ. 107. num. 52. lib. 1. Caball. reſolut. crim. caſu 200. num. 141. cent. 2. & Vermiglio. conſ. 83. num. 2.* vbi dicit, indicia dubia, vel æquiuoca in dict. caſu non ſufficere, ſed eſſe debere certa, probabilia, veriſimilia, & concludentia, vt ibi per eum.

5 Amplia quartò illatiuè, quod indicium ad torturam deſumi non poteſt ex actu bono, quia ſicut bonum non præſumitur in malo, ita & è contra malum de bono, *cap. nonnulli in fin. 46. diſtin. Specul. in tit. de præſumpt. §. ſpecies num. 10. Maſcard. de probat. concluſ. 223. num. 3. & ſequen. lib. 1. Menoch. conſ. 283. num. 5. & ſequen. lib. 3.* quos refert, & ſequitur *Farinac. de indic. & tortu. dict. quaeſt. 37. num. 8.* & dixi ego *allegat. forenſ. 94. num. 29.*

S V M M A R I V M.

1 *Indicia leuiora ſufficiunt ad deueniendum ad torturam in delictis occultis, & difficilis probationis, quàm in alijs delictis.*

R E S O L V T I O VIII.

Indicia leuiora an ſufficiant ad tortura in delictis occultis, & difficilis probationis.

1 IN delictis occultis, & difficilis probationis, vt ſunt tractatus, furtum, ſodomia, falſum, adulterium, venatio, falſa moneta delictum de nocte commiſſum, & ſimilia, ad inferendã ſeu torturam leuiora ſufficiunt indicia, quam in alijs delictis, & in eis Iudex debet eſſe facilior ad torquendum iuxta doctrinam *Bald. in l. quicumque 4. n. 25. C. de ſeruit. fugit. & in l. 3. C. de Epiſc. audien.* quem Doctores communiter ſequuntur, & præcipuè *Brun. de indic. & tortur. part. 2. quaeſt. 5. num. 6. Gram. vot. 3. num. 2. & ſeq. & conſ. 40. num. 7. Boſſi. in pract. in tit. de indic. num. 170. & ſeq. Rolan. conſ. 7. num. 5. & ſeq. lib. 1. Clar. in pract. § fin. quaeſt. 64. ver. & ideò &c.* vbi teſtatur de communi opinione, plenè *Farinac. de indic. et tortur. quaeſt. 37. num. 150. et ſeq.* vbi alios dat concordantes *Giurb. conſ. 87. num. 11.* vbi teſtatur, hanc eſſe veram, & communem opinionem, *Caball. reſol. crim. caſu 200. num. 140. cent. 2. Guazzin. defen. 30. cap. 4. num 9. et Vermigl. conſ 60. n. 3.* & dixi latiùs infra in ver. *Tortura Reſol. 3.* vide ibi de materia.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex, ſinè legitimis indicijs neminem poteſt ponere inter eos.*

Alias dicerentur deſumi arma de domo rei, n. 2.

Et eò magis id non licet Iudici, ſi non conſtet de corpore delicti, num. 3.

Sufficiunt tamen ad reum conſtituendum indicia neceſſaria ad traſmittendam inquiſitionẽ, n. 4.

R E S O L V T I O IX.

Iudex an poſſit aliquem ponere inter reos abſquè legitimis indicijs.

1 IVdex, non præcedentibus legitimis indicijs, neminem poteſt ponere inter reos, neque de delicto interrogare, vt tradũt *Boſſi. in prac. in tit. de exam. reu. num. 6. et ſeq. Nauar. in rub. de indic. § decimum tertium etc. num. 1. et ſeq. Cartar. in pract. inter reo. lib. 1. cap. 2. nu. 2. et 5. et ſeq Scac. de indic. lib. 1. cap. 58. nu. 8. et ſeq. et cap. 84. num. 9. Farinac. de reo confeſ. et conui. quaeſt. 81. n. 15.* vbi alios adducit concordantes, *et conſ. 110. num. 12. et 13. lib. 2. Guazzin. defen. 20. cap. 7. num. 14.*

Adden.

Adden.ad Farinac.conſ.8.litera B.lib 1. Ambroſ.in proc.infor.lib.3.cap.2.num.1.Vermigl.conſ 208 n.6. et Zuff.de legit.proc.lib.1.quæſt.57.nu. 24 et quæſt. 58. licèt in fine ſibi contradicere videatur.

2 Si enim liceret Iudici reum ſuper delicto ſinè indicijs interrogare, diceretur, ſumere arma de domo rei ad fundandam ſuam intentionem, quod nullo modo facere licet, *l.nimis graue 6. C.de teſti. l.de minore 10.§.tormenta ff. de quæſt.* quem tex. ita intelligit *Boſſi.in pract.in d.tit. de exam.reo, num.9. Cartar.in pract.inter reo.d.lib.1.cap.2.n.6. Ambroſ. d.lib.3 cap.5.in prin.et Guazz. d.cap.7.num.4.*

3 Amplia primò d.concluſionem, vt eò magis habeat locum, ſi non conſtet de corpore delicti, quia tunc Iudex nullo modo poteſt inquiſitū inter reos ponere, & illum de delicto interrogare, vt voluerunt *Clar.in pract.§.fin q.5. in prin. et q.14.ver.ſed hic incidenter etc. Faria.conſ* 23.n. 2.lib.1. *Ambr in proc.infor.lib.1.c 3.n 9.Guazz.defen.20.c.7. n. 3. Cartar.in pract. inter.reo.lib.1.cap.2.num.2.* & dixi ſupra in ver. *Corpus Delicti Reſol.* 3.*num* 8.

4 Declara primò d.concluſionem, vt ad conſtituendum inquiſitum inter reos, & ad illum ſuper delicto interrogandum, ſufficiant eadem indicia, quæ requiruntur ad traſmittendam reo inquiſitionem, tradunt *Farinac.de inquiſ.quæſt.1.num.45.ver.quintus fuit etc. et conſ.*110.*nu.* 13.*lib.2. Guazz. d.cap.7. num.5.et Scac.de iudic.lib.1.cap.84.num.9.* vbi dicit, potiùs requiri validiora indicia ad reum conſtituendum, quam debiliora ijs, quæ requiruntur ad ſpecialem inquiſitionem tranſmittendam, cum quo concordat *Farinac.d.conſ.*110. *n.*13.*et Guazz. vbi ſupra*, addo *Zuff.d.quæſt.*57.*in fin.*

S V M M A R I V M.

1 *Indicia non eſſe ſufficientia ad torturam, in dubio eſt pronunciandum.*

Et in dubio eſt iudicandum, non eſſe locum torturæ, num. 3.

2 *Interpretatio in dubio eſt facienda, quæ excludit delictum.*

R E S O L V T I O X.

Indicia non eſſe legitima ad torturam an in dubio ſit pronunciandum.

1 IVdex in dubio pronunciare debet, indicia non eſſe ſufficientia ad torturam, vt tradunt *Boſſi.in pract.in tit.de indi.n.72. Oſaſch.deciſ.Pedem.* 79 *num.58.& ſeq. Caball.reſol.crim. caſu* 200.*nu.*145. *cent.2. Giurb.conſ.* 42.*num.8.Ciriac.contro.*106.*num.*55. *Ant.de Ball. tract.crim.lib.1 quæſt.2.num* 8. & ante eos ſcripſit *Hond.conſ.*106.*num.*83.*lib.*1. *& conſ.*102.*num.*54. *& conſ.*107. *in fin.lib.2.*

2 In dubio enim ſemper illa interpretatio eſt facienda, quæ excludit delictum *l.interpretatione* 42. *ff.de pæn. Gram.conſ.*36.*nu.*6. *Caball.d.caſu* 200 *nu.* 145. *Guazz.deſen.*29.*cap.*2.*num* 4. *Paul. Rub.de validit.legal.cap.*24.*num.*51. & dixi latiùs infra in ver. *Interpretatio Reſolut.* 1. *num.* 1 & inclinandum eſt in mitiorem partem *Farinac.de indic.et tort. quæſt.* 37. *num.*195. vbi dat concordantes.

3 Amplia d. concluſionem, vt in dubio Iudex iudicare ſemper debeat, non eſſe locum torturæ, vt not. *Euge.conſ.*63.*num.*86.*lib.*1.*Hond. conſ* 106.*nu.* 58.*lib.*1.*Giurb.d conſ.*42.*nu.*8.*Ciriac. d.contra.*106. *num.*55.*Guazz.deſen.*29. *cap.*2.*num.*4. *et Curenn de Offic.S.Inquiſ.par.*3.*tit.*10.*num.*24. & dicam infra latiùs in ver. *Tortura Reſol.* ...

S V M M A R I V M.

1 *Inimicitia capitalis facit indicium ad torturam.*

R E S O L V T I O XI.

Inimicitia capitalis an faciat indicium ad torturam.

1 INimicitia capitalis facit indicium ad torturā, vt tradunt *Pegner.deciſ.crim.* 17 *num.* 8. *Giurba conſ.*13.*ſub num.*7. *Andreol. contro.* 149. *num.* 5. *Clar. in prac.§.fin.quæſt.*21.*ver.inimicitia, etc.* vbi teſtatur de communi opinione, *Ant.de Ball.tract.crim.lib.*1.*quæſt.*21.*in prin. Caren. de Offic.S.Inquiſ.par.*3.*tit.*10.*num.*89. & dixi latiùs infra in ver. *Inimicitia Reſol.* 1. *per tot.* vide ibi.

S V M M A R I V M.

1 *Riualitas in amore facit indicium ad torturam.*

*Procedit, pluribus cōcurrentibus de quibus, n.*2.

R E S O L V T I O XII.

Riualitas in amore an faciat indicium ad torturam.

1 RIualitas in amore admittitur pro indicio ſufficienti ad torturam inferendam, cum ex illa oriri ſoleat inter riuales inimicitia, vt tradunt *Farinac.conſ.* 138. *num.*7. *& conſ.* 193.*num.*9. *lib.*2. *Carenn de Offic. S. Inquiſ.par.*3.*tit.*10.*num.*169. *Vermigl. conſ.*76.*nu.*2. *et Capic.Latro deciſ.*161.*num.*25. *par.*2.

2 Declara d. concluſionem, vt habeat locum, pluribus concurrentibus, primò, quòd adſit amor reciprocus inter Amaſiam, & Amaſium; ſecundò, quòd d.amorem alter riualis non ignoret, ſed ei ſit notus, & tertiò, quòd riualis d.amorem egrè ferret, quod ex coniecturis ſolet apparere, & non aliàs, vt declarant idem *Farin.d.conſ.*138.*n.*7.*et d.conſ.*193. *n.*9. *Caren.in d.par.*3.*tit.*10 *nu.*169. *& Vermigl.d. conſ.*76 *n.*2. in quibus locis d.ægre ferentiæ coniecturas quāplures recenſent, quas vide ibi per eos

SVM-

S V M M A R I V M

1 *Aſſertio ſtuprata facit indicium ad torturam contra ſtuprantem, concurrentibus adminiculis, aliàs ſecùs.*

R E S O L V T I O XIII.

Aſſertio ſtuprata an faciat indicium ad torturam cum adminiculis, vel ſine.

1 Aſſertio ſtupratæ facit indicium ad torturam contra ſtuprantem, concurrentibus alijs adminiculis, aliàs ſecùs, vt tradunt *Boſſi. in pract. in tit. de indic. num. 160. & ſeq. Farinac. de indic. & tortu. quaſt. 43. num. 99. et ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione, & quòd ita obſeruat practica, *et conſ. 216. in prin. lib. 3. Hond. conſ. 100. nu. 11. et ſeq. lib. 1. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 1. quaſt. 11. num. 7. et ſeq. Guazz. defenſ. 4. cap. 6. num. 14.* latè *Caball. reſol. crim. caſu 200. num. 113. et ſeq. cent. 2. et Vermigl. conſ. 113. num. 9.* & dixi latiùs infra in ver. *Stuprum Reſol....* vide ibi.

S V M M A R I V M.

1 *Minæ faciunt indicium contra minantem ſequuto delicto.*
Procedit, delicto ſequuto in continenti, ſecùs, ſi ex interuallo, num. 3.
Et quando minans eſt ſolitus minas exequi, & eſt malæ famæ, num. 4.
Quod non habet locum, quando cum minis concurrit aliud adminiculum, num. 5.
Et concluſio procedit in minis prolatis animo deliberato, non per iracundiam, num. 6.
Et non faciunt indicium, quando minatus habebat alios inimicos, num. 7.
Nec quando non cōcurrit aliud adminiculū. n. 8.
Et quando minæ ſunt certæ, ſecùs ſi ſint dubiæ, et æquiuocæ, num. 9.
Et quando concurrit aliqua cauſa minandi, aliàs ſecùs, num. 10.
2 *Animus declaratur non ſolùm ex factis, ſed etiam ex verbis.*
11 *Minæ non præſumuntur, ſed illæ debent probari.*
Probantur tamen per teſtes ſingulares, nu. 12.
13 *Minæ vt faciant indiciū, an requiratur, quòd delictū ſequutū ſit illudmet in minis expreſſum, remiſſiuè.*

R E S O L V T I O XIV.

Minæ an faciant indicium contra minantem ſequuto delicto.

1 Minæ faciunt indicium ad torturam contra minantem, ſequuto delicto in perſonam, in quam minæ fuerunt illatæ, vt tradunt *Boſſi. in pract. in tit. de indic. n. 44. Adden. ad Bertaz. conſ. 103. litera B. ver. ego verò &c. lib. 1.* vbi teſtatur de communi opinione, *Maſc. de prob. concl. 1057. in prin.* vbi dicit, hoc ab omnibus criminaliſtis infallibiliter teneri, *Peguer. deciſ. crim. 17. num. 11. Hond. conſ. 107. num. 3.* vbi teſtatur de communi opinione *lib. 1.* plenè *Farinac. de indic. & tortu. quaſt. 50. in prin.* vbi hoc extendit etiam ad iactationes, vt ibi per eum, *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 1. quaſt. 12. in prin.* vbi ſatis confusè loquitur, *Caren. de Offic. S. Inquiſ. part. 3. tit. 10. num. 96. Giurb. conſ. 91. num. 9. & conſ. 97. num. 2. & Card. Tuſc pract. concl. litera M. concl. 236. num. 3.*

2 Animus enim, & voluntas cuiuſque non ſolùm ex factis declaratur *l. ſi tantum 48. §. ſi quis, ff. de edil. edic. l. 1. §. fin. ff. de dolo, Caph. conſ. 75. num. 3. lib. 1.* plenè *Barbo. axiom. 27. num. 1.* vbi dat concordantes, ſed etiam ex verbis, cum non ſit credendum, quòd quis verbo exprimat id quod prius mente non cogitauit *l. Labeo 7. ff. de ſuppellec. lega. cap ſecundò requiris 41. de appell. Surd. conſ. 82. num. 33. lib. 1. & conſ. 471. num. 33. lib. 4. Giurb. conſ. 51. num. 28. Barbo. d. axiom. 27. num. 2.*

3 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locum, quando delictum ſequutum fuit incontinenti, aut paulò poſt illatas minas, ſecùs, ſi delictum ſequutum fuit ex interuallo, quia tunc minæ non faciunt indicium ad torturam, vt voluerunt *Maſc. de prob. concl. 1057. num. 4. Farinac. de indic. & tort. d. quaſt. 50. num. 14. & ſeq.* vbi dicit, remitti Iudicis arbitrio, quando delictum dicatur commiſſum incontinenti, vel ex interuallo, vt ibi per eum, *& conſ. 22. num. 11. & conſ. 102. num. 26. & ſeq. lib. 1. Giurb. d. conſ. 91. num. 37.* vbi dicit, delictum debere eſſe commiſſum ſaltem intra menſem, & non vltra, *& Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 10. num. 96.* vbi alios dat concordantes quamplures, *& Zuff. de legit. proceſ. quaſt. 66. num. 72.*

4 Limita ſecundò d. concluſionem, vt habeat locū, quando minans eſt perſona potens, & malæ vitæ, & ſolitus minas exequi, aliàs ſecùs, vt docent *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 13. n. 11. in fin. Menoch. de arb. caſu 361. num. 39. in fin. et de præſumpt. lib. 1. quaſt. 89. num. 60. & ſeq. Peguer. deciſ. crim. 17. nu. 11.* vbi teſtatur de communi opinione, *Vulpel. conſ. 5. nu. 6. Hond. conſ 107. num. 46 & ſeq. lib. 1.* vbi dicit, requiri, minantem eſſe ſolitum minas exequi in eodem genere, *& conſ. 87. num. 110. lib. 2.* plenè *Farinac. de indic. & tortu. d. quaſt. 50. nu. 9.* vbi alios adducit, ita ſentientes quamplures, & dicit, hanc opinionem ſine dubio eſſe communiter receptam per Doctores, *& d. conſ. 22. nu. 9. lib. 1. & conſ. 130. num. 15. lib. 2. Giurb. d. conſ. 91. num. 36. & conſ. 97. nu. 12. Ant de Ball trac. crim. lib. 1. quaſt. 12. in prin. Decian. tract. crim. lib 9. cap. 34. num. 29. Carena de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 10 nu. 96. & Vermigl. conſ. 15. nu. 48. & conſ. 83. num. 8. & conſ 331. num. 11.*

5 Declara d. ſecundam limitationem, quòd licèt non deſint Doctores volentes, minas facere indicium ad torturam, licèt minans non ſit ſolitus minas exequi, quos referunt *Menoch. de præſump. d. quaſt. 89. num. 60. & Farinac. in d. quaſt. 50. num. 10.* veritas tamen eſt, quòd, ſi cum minis concurrit

aliquod

aliquod aliud adminiculum, illæ faciunt indicium, licèt minans non ſit ſolitus minas exequi, ſi verò minans ſit ſolitus illas exequi, tunc illæ ſufficiunt ad torturam etiam ſinè alio adminiculo, vt benè declarant *Menoch.de præſump, d.quæſt.89. num.62. et Farinac. in d. quæſt.50. num.11.*

6 Limita tertiò d.concluſionem, vt habeat locum in minis prolatis deliberatè, & ſedato animo, ex interuallo poſt receptam iniuriam, ſecùs tamen, ſi illæ fuerint prolatæ incontinenti, & per iracundiá, quia illæ non faciunt indicium ad torturam, cum tunc ſoleant aliqua verba proferri, quæ poſteà nõ exequuntur, vt declarant *Plot.de in litem iur.§.54. num.10.Hond.d.conſ.107.num.44.& ſeq. lib.1.* vbi alios dat concordantes, *Farinac. de indic. & tortu. d.quæſt.50.num.27. & conſ.130.num.10. lib.2.* vbi dicit, hoc eò magis procedere, ſi minæ fuerint reuocatæ, & de prolatis lubrico linguæ *Ciriac.contr. 106.num.74.Giurb.d.conſ.91.num.36.in fin Caſtrill, deciſ.Sicil.173.num.2.et ſeq.* quem refert, & ſequitur *Carena de Offic.S.Inquiſ.d.part.3 tit.10.num.97. in fin. Vermigl.conſ.15.nu.50.& Zuff.de legit. proc. d.quæſt.66.num.73. lib.1.*

7 Limita quartò d.concluſionem, vt habeat locũ, quando occiſus, vel vulneratus habeat aliquem alium inimicum vltra ipſum minantem, quia tunc minæ non faciunt indicium ad torturam contra ipſum cum eſſe poſſit, quod homicidium fuerit commiſſum ab illo inimico, & non à minante, præſertim ſi inimicus de minis notitiam habuerit, vt accidit in caſu ſingulari relato *per Pute. de ſindic. in ver. Tortura cap.6.incipien. An ſi quis dixerit &c.nu.3. & per Farinac.de indic.& tortu. d.quæſt.50. nu.12.* cum quibus pertranſeunt *idem Farinac. conſ. 22. num.14.lib.1.Ciriac.contro.106.nu 79.Boſſi.in prac. in tit.de indic.num.44.Menoch. de præſump.d.lib.1, quæſt.89.num.55. Maſc.de prob.concl.1057 in prin. lib.2.& Vermigl conſ.15.num.50.* qui tamen in hoc multùm tribuunt Iudicis arbitrio, qui prædicta omnia rimari debet; vt ibi per eos.

8 Limita quintò d. concluſionem, vt habeat locũ, quando cum minis concurrit aliqua alia præſumptio, vel coniectura; quia tunc adminiculatæ faciunt indicium ad torturam; aliàs ſecùs, vt tradunt *Blanc.de indic.ad l.fin. ff.de quæſt. num.187. in fin. Ant Gomez var.reſol.tom.3.cap.13.n.11. Maſc. de prob.d.concl.1057.num.43. Peguer.d.deciſ.crim. 17.num. 11. Farinac. de indic.& tortu.d, quæſt.50. num.29. & 30,* vbi dicit, deſeruire pro adminiculo, quod minans ſit ſolitus minas exequi, & ſic cõſuetudo exequendi minas, vt ibi per eum, *& conſ. 102.num.21.lib.1.Ciriac.d.contro.106. num 76. & Carena de Offic. S.Inquiſ.par. 3 tit.10 ſub num.97.*

9 Limita ſextò d. concluſionem, vt habeat locum, quando minæ ſunt certæ, & illicitam vindictam, & offenſionem inferentes, ſecùs ſi illæ ſint dubiæ, & æquiuocæ, & in iuris vindictam etiam ſonare poſſint, vt puta, ſi ſit dictum, *me ne vendicarò, me ne reſentirò, me lo farò pentire, & ſimilia* cum d. verba intelliguntur de vindicta non facti, ſed iuris, & licitò modo, & ideò non faciunt indicium ad torturam, vt ſcripſerunt *Natt. conſ.42. nu.3.lib.1. Ant.Gomez var.reſol.tom.3.d.cap.13. num.11.Menoch.de præſump.lib.1.quæſt.89.num.66.Oſaſc.conſ. 64.num.55.& ſeq Hond.conſ.107.nu.44. lib. 1.* vbi alios dat concordantes, *Canall. in ſpecul.commun. contra comm.quæſt.642.in prin.* vbi teſtatur de communi opinione, *Ciriac. d.contro.106.num.77.* latè *Giurb.conſ.91.num.35.Ant.de Ball. tract.crim.lib.1. quæſt.12.nu.8 Vermigl. conſ.331.in fin.* plenè *Farin. de indic.& tortu. d. quæſt. 50. num.18. & ſeq.* vbi hanc limitationem, dicit, non habere locum, quãdo minans eſt ſolitus minas exequi, quia tunc minæ generaliter prolatæ intelliguntur de vindicta facti, & non iuris, & ita concordat contrarias opiniones, vt ibi per eum, *& conſ.22.num.13.et conſ. 102.num.20.et 45. et ſeq.lib.1.et conſ 130.num.9. lib.2. et Zuff.de legit.proc.quæſt.66.num.75.lib.1.*

10 Declara primò d.concluſionem, vt minæ faciãt indicium ad torturam, quando concurrit aliqua præexiſtens cauſa, ex qua minans ſic minatus fuit, puta, odium, honor, vtilitas, & ſimil. alias ſecùs, cum ceſſante cauſa delicti, ceſſare etiam debeat omnis delicti præſumptio, ſinè qua nemo delinquere præſumitur, vt declarant *Foller. in pract. in ver. Item quòd ſororem venenauit n.19.et in ver. capiat informationem nu.45. Maſc.de prob.concl.904. num.21.lib.2.Nouell. in tract. ad defen. in pract. an indicia pro reo danda ſint poſt nu. 78. Farin.de indic. et tort.d.quæſt.50.n.31.Giurb.conſ 91.nu.38. Ant.de Ball. tract.crim.lib.1.quæſt.12.num.11.et Vermiglia. conſ.338.n.12.& conſ.83.n.7.et Zuff.d. qu.66.n.74.*

11 Declara ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum, ſi de minis appareat, alias ſecùs, cum minæ non præſumantur, ſed illæ probandæ ſint concludenter per duos teſtes ad inſtar aliorum indiciorũ remotorum, vt tradunt *Nouell. in tract. ad defen. in d pract. an indicia reo danda ſint nu.78. Bertaz. conſ. 116 num.18. Farinac.de indic.et tort.d.quæſt.50.nu. 40. Ant.de Ball.tract.crim. lib.1.quæſt.12. num. 11. Ciriac.d.contr.106. n.73.* adde eundem *Farin.conſ. 130.num.7.lib.2.et Vermigl. conſ.13. num.16.*

12 Subdeclara d. ſecundam declarationem, quòd ad probationem minarum non requirantur teſtes conteſtes, ſed ſufficiant teſtes ſingulares, dũmodo ſint concordes de qualitate minarum, & formalitate verborum, licèt diſcordent in loco, & tempore, vt declarant *Foller. in pract. in d.ver. Item quòd ſororem venenauit nu.25.Gabr.comm. concl.de teſt. concl.2.n.56 Farin.de indic.et tort.d.q.50.nu.43.* vbi alios dat concordantes, & dicit, illas facere indiciũ ad inquirendum generaliter, ſi non ſint probatæ per duos teſtes, *et conſ 22.n 5.& ſeq.et conſ 34.nu. 11.lib.1. Ant.de Ball.tract.crim.lib.1.q.12. num.11. P. Delrius diſquiſ.magic.lib.5.ſect.3.ver.ſeptimò tẽ. et P.Graſſett.de nece produ.§.29.num.191.*

13 Verùm verò, vt minæ faciant indicium, requiratur, quòd delictum ſubſequutum ſit illudmet, quod fuit in minis commiſſum, & non diuerſum, tradunt *Farin.in d.q.50.num.23.et ſeq. et Ant.de Ball. tract.crim.lib 1. quæſt.12.num.5.* nec non *Vermigl. conſ. 79. num, 12.* ipſos conſulas.

ADDI-

A D D I T I O.

N. 12. VBi habetur, quod minæ probantur per teſtes ſingulares adde *Farinac. conſ. 196. num. 12. & 13. lib. 3.* vbi declarat, hoc habere locum in probatione minarum iteratarum, quia tunc licet teſtes ſint ſingulares in qualitate minarum adhuc probant, etiam ſi ſint ſingulares de loco, & tempore, ſecus ſi deponant de minis, non iteratis, quia ſi diſcordent in qualitate minarum illas non probāt. *In fin.* Vbi quæritur, an vt minæ faciant indicium requiratur, quod delictum ſubſequutum ſit illud met, quod fuit comminatum adde *vide eundem Farinac. in d. conſ. 196. num. 5. & 6. lib. 3.*

S V M M A R I V M.

1 *Viſus in loco, vel propè eum armis, in quo fuit commiſſum homicidium, præſumitur occiſor.*

Quod procedit etiam in frequentante, & tranſeunte per locum homicidij, num. 2.

Si ſit vir malæ conditionis, & fama, aliàs ſecùs, num. 3.

Et ſi non ſit ſolitus locum frequentare, et illàc tranſire, num. 4.

Limita, concluſionem procedere, concurrentibus adminiculis, aliàs ſecùs, num. 5.

Et in inuento in loco homicidij multùm propinquo, alias ſecùs, num. 6.

R E S O L V T I O XV.

Viſus in loco, vel propè cum armis, in quo fuit commiſſum homicidium an præſumatur occiſor.

1 VIſus in loco, vel propè locum, cum armis, in quo fuit commiſſum homicidium, præſumitur homicidiū cōmiſiſſe, ita vt contra eum reſultet indicium ſufficiens ad torturā, vt tradunt *Natt. conſ. 422. n. 4. lib. 3. Alba. conſ. 56. num. 19. par. 1. Hond. conſ. 97. num. 23. lib. 2 Farinac. de indic. et tort. quæſt. 52. num. 133. & ſeq.* vbi dat alios concordantes quamplures, *Giurb. conſ 13. nu. 10. Menoch. de præſump. lib. 1. quæſt. 89. n. 100. & 134. Ant. de Bal. trac. crim. lib. 1. q. 19. n. 4. P. Corrad. reſpon. moral. par. 2. q. 269.* quem refert, & ſequitur *P. Graſſet. de nece prod. § 29. n. 226. in fin.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in frequentante locum in quo fuit commiſſum homicidium, & in tranſeunte, & deambulante per eum, qui præſumitur, occidiſſe, ſi non reperiatur occiſor, ita vt contra eum deueniri poſſit ad torturam, vt voluerunt *Bart. in l. fin. num. 5 & ibi Blanc. num. 72. & 303. ff. de quæſt. Caſon. de indic. tract. 3. cap. 2. nu. 2. & 3. Boſſ. in pract. in tit. de indic. nu. 51. Maſc. de prob. concl. 131. num. 45. lib. 1. Farin. de indic. & tort. quæſt. 52. num. 130. & ſeq.* vbi dat concordantes quamplures, *Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt 89. nu. 89. et 126. et de arbitr. caſu 261. num. 44.* plenè *Giurb. conſ. 13. num. 11.* vbi alios adducit, ita ſentientes non paucos, & dicit, tranſi-

tum verificari in duabus vicibus, vt ibi per eum, *& Ant. de Ball. tract. crim. lib. 1. quæſt. 19. num. 5.*

3 Declara d. primam ampliationem, vt habeat locum, quando tranſiens, ſeù frequentans viam, ſeù locum, in quo homicidium, ſeù aliud delictum fuit commiſſum, eſt perſona malæ conditionis, & famæ, vel ſolitus ſimilia committere, ſecùs tamen eſt, ſi ſit bonæ famæ, quia tunc tranſitus, & frequentatio loci non facit contra eum indicium ad torturam, niſi aliud concurrat, vt docent *Ang. de maleſ. in ver. quod fama publica præced. n. 50. & ibi Adden. Maſc. de prob. concl. 98. num. 15. et 31. Menoch. de præſump. d. quæſt. 89. n. 126. et ſeq. et Farin. de indic. et tort. d. quæſt. 52. nu. 142.* vbi alios dat concordantes quamplures, *& Ant. de Ball. tract. crim. lib. 1. q. 19. n. 5.* vbi requirit malam famā, vt ibi per eum.

4 Declara ſecundo d. primam ampliationem, vt habeat locum in eo, qui non eſt ſolitus frequentare, & tranſire per illā viam, & locum, vbi fuit commiſſum maleficium, ſecùs tamen eſt in ſolito illàc tranſire, & deambulare, & habente cauſam deambulandi, quia contra illum non inſurgit indicium ad torturam ex tranſitu, vel frequentatione loci delicti, vt docent *Blanc. in d. l. fin. num. 70. ff. de quæſt. Maſc. de prob. d. concl. 80. n. 15. et 31. Menoch. de præſump. d. quæſt. 89. num. 127. Farinac. de indic. et tort. d. quæſt. 52. nu. 143* vbi teſtatur de communi Doctorum opinione, *et Giurb. d. conſ. 13. ſub num. 11.* & ſentit etiam *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 1. q. 19. nu. 5.*

5 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locum, concurrentibus alijs adminiculis, puta, mala fama, inimicitia, fama, & ſimil. aliàs ſecùs, quia tunc non oritur ex d. inuentione in loco maleficij indicium ad torturam, ſed ſolùm quædam præſumptio ſufficiens ad capturam, ſeù ad inquirendum, vt tradūt *Menoch. de præſump. d. lib. 1. quæſt. 89. nu. 100. Blanc. in d. l. fin. nu. 301 ff de quæſt. Farin. de indic. & tort. d. q. 52. n. 137. et 143. et Giurb d. conſ. 13. n. 10. et n. 16.*

6 Limita ſecundo d. concluſionem, vt habeat locū in eo, qui fuit viſus, vel inuentus in loco multùm propinquo, & quaſi contiguo loco maleficij, ſecùs ſi in remoto, vel non ita propinquo, quia tunc non inſurgit contra eum indicium ad torturam, vt declarat *Blanc. in d. l. fin n. 301. et ſeq ff. de quæſt Put. de ſindic. in ver. Tortura c. 2. ſi quis eſt inuentus etc. ſub n. 1. et Farin. de indic. & tort. d. q. 52. n. 135. et ſeq.* vbi dicit, in hoc eſſe attendendā vicinitatem, & inuentū in loco vicino nō habere cōtra ſe tantā præſūptionē, ſicut habet inuētus in loco delicti, vt ibi per eū.

A D D I T I O.

N. 1. VBi habetur, quod viſus in loco, vel propè cum armis, in quo fuit commiſſum homicidium præſumitur occiſor adde *Farinac. conſ. 213. num. 3. lib. 3.*

S V M M A R I V M.

1 *Fuga ex loco, in quo fuit commiſſum homicidium cum armis, euaginatis facit contra eum indicium ad torturam.*

Fugiens enim præſumitur delinquens, nu. 2.
Amplia præcipuè, quando in loco homicidij nullus alius viſus fuit, num. 3.

4 *Indicium inſurgit ad torturam contra habentem gladium ſanguinolentum.*

RESOLVTIO XVI.

Fuga ex loco in quo fuit commiſſum homicidium cum armis euaginatis an faciat contra eum indicium ad torturam.

1 FVga ex loco, in quo fuit commiſſum homicidium cum armis euaginatis, facit contra fugientem indicium ad torturam, cum præſumatur, quod ipſe homicidium commiſerit, vt tradunt *Alba. conſ. 56 num. 20. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 12. num. 25. & cap. 13. num. 11, Menoch. de præſump. lib. 1. quæſt. 89. num. 117. et 119. Maſc. de prob. concl. 1419. nu. 1. lib. 3. Farinac. de indic. et tort. quæſt. 52. nu. 55.* plenè *Giurb. conſ. 13 num. 17.* vbi quamplures adducit, ita ſentientes, *et Criſpal. caſ. milit. 14. n. 27.* vbi dicit d. indicium indubitatum, & ſentit etiam *Calu. de aquit. lib. 2. c. 130. n. 76. et ſeq.*

2 Qui enim fugam capit, regulariter præſumitur delinquens *Bald. in l. voluntatis 7. in fine C. de fideic, Marſil. in pract. §. diligenter. n. 48. Bertaz. conſ. 133. nu. 6. Caluin. de aquit. d. cap. 130. num. 78.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando in loco homicidij nullus alius viſus fuit, niſi ſolus reus, vt not. *Gram. conſ. 5. n. . Marcabr. conſ. 112. nu. 16. Viui. deciſ. 282. num. 24.* quos refert, & ſequitur *Giarb. d. conſ. 13. ſub nu. 17.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, quòd ex gladio alicuius ſanguine madefacto inſurgat contra illum habentem indicium ad torturam *ſec. Cancer. in pract. in 1. tract. de indic. & tortur. verſ. trigeſimò quintò &c. Menoch. de præſumpt. d. lib. 1 quæſt. 89. num. 135. Bertaz. conſ. 116. n. 15. lib. 1. & ibi Adden. litera D. Farinac. de indic. & tortu. d. quæſt. 52. n. 56. & Ant. de Ball. tract. crim. lib. 1. quæſt. 22. num. 1.*

eum indicium, ad torturam, vt tradunt *Bald. conſ. 427. n. 11. lib. 1. Menoch. de præſump. lib. 5. præſump. 31. nu. 12. Maſc. de prob. concl. 830. nu. 21. lib. 2. Boniſ. de furt. §. 2. n. 54. Farinac. de furt. q. 176. n. 77. Caren. de Offic. S. Inquiſ. part. 3. tit. 10. num. 100. & Ant. de Ball tract. crim. lib. 1. quæſt. 22. num. 4.*

2 Declara d. concluſionem, quod indicium prædictum dicitur ſatis leue, & ideo, niſi alia concurrant adminicula, illud non ſufficit ad torturam, vt adnotarunt *Blanc. de indic. num. 426. Nouell. in prac. § furtum. nu. 27. Menoch. d. præſump. 31. nu. 12. Maſc. de prob. d. concl. 830. num. 11. Plot. de in litem iur. §. 54. nu. 6. Farin. de furt. d. quæſt. 176. num. 79.* & illud indicium, vti maximè vniuerſale, leuiſſimum eſſe dicit *Gilhauſen. de quæſt. & tort. cap. 6. par. 7. ſect. 2. nu. 57. & ſeq.* quem refert *Carena de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 10. n. 100. & Ant. de Ball. d. q. 22. nu. 4.*

3 Declara ſecundò d. concluſionem, vt d. indicium inſurgens ex forma pedis in terra humida reperta tollatur ex præparatione bonæ vocis, & famæ rei inquiſiti, vt tradunt *Plot. de in litem iur. §. 54. ſub nu. 6. & Farinac. de furt. d. quæſt. 176. num. 78.*

4 Amplia d. concluſionem, vt habeat locum etiam, quando res alicuius, puta, pallium, pileus, & ſimil. eſt reperta in loco delicti, quia ex d. inuentione inſurgit indicium ad torturam contra dominum illius, niſi hoc indicium tollatur fortiori præſumptione, vt not. *Tanger. de indic. & tort. cap. 2. nu. 33.* quem refert, & ſequitur *Caren. de Offic. S. Inq. par. 3. tit. 10. nu. 100. & Ant. de Ball. tract. crim. lib. 1 q. 22. n. 1 et ſeq.* vbi de vagina gladij inuenta in loco delicti, de quo ego dixi ſupra in verbo *Furtum Reſolut. 12. num. 7.* vide ibi.

Alia ad materiam indiciorum ſpectantia habes infra in ver. *Tortura*, & tradita fuerunt in ſuis locis, vt in ver. *Fuga*, in ver. *Fama*, in verbo *Confeſſio extraiudicialis*, in verbo *Stuprum*, in verbo *Socius criminis*, & alijs pluribus, vide ibi.

SVMMARIVM.

1 *Forma pedis reſpondens formæ pedis accuſati facit contra eum indicium ad torturam.*
Procedit, alijs concurrentibus adminiculis, aliàs ſecus, num. 2.
Et non operatur contra virum bonæ vocis, & famæ, num. 3.

4 *Res alicuius inuenta in loco delicti faciunt contra eum indicium ad torturam.*

RESOLVTIO XVII.

Forma pedis reſpondens formæ pedis accuſati an faciat contra eum indicium ad torturam.

1 FOrma pedis, quæ inuenitur in terra humida illius loci, vbi delictum fuit commiſſum, quæ correſpondet formæ pedis accuſati, facit contra

INIMICITIA.

SVMMARIVM.

1 *Inimicitia capitalis facit indicium ad torturam contra inimicum, ſecùs ſi ſit leuis.*
Inimicitia enim debet eſſe proportionata vindictæ, num. 2.
Et ſufficit cauſa inimicitiæ, licèt quis ſe inimicum non oſtendat, num. 3.
Et inimicitia probat etiam animum deliberatum occidendi, num. 4.
Inimicitia facit indicium, concurrentibus adminiculis, aliàs ſecùs, num. 5.
Quod non procedit in delictis occultis, & difficilis probationis, num. 6.
Licèt aliqui contrarium ſentiant, num. 7.
Sufficit tamen ſola ad inquirendum, & conſtituendum reum, num. 8.
Licèt aliqui teneant contrarium, num. 9.

10 *Inimicitia nõ facit indiciũ, quando fuit ſequuta pax poſt delictum de longinquo, ſecùs ſi de recenti.*

Licèt

Licèt contrarium teneat aliqui Doctores, n.11.

Si tamen poſt pacem interuenerint actus amicabiles, inimicitia non facit indicium, etiamſi delictum ſit ſequutum de recenti, num. 12.

13 *Inimicitia non facit indicium, ſtante pluralitate inimicorum.*

Nec quando inter inimicos fuit præſtita cautio de non offendendo, num. 14.

Contrarium tamen tenent aliqui, num. 15.

Nec quando inimicus fuit confeſſus ſua peccata Sacerdoti, num. 16.

17 *Inimicitia capitalis, quando dicatur contracta, remiſſinè.*

RESOLVTIO I.

Inimicitia quando faciat indicium ad torturam contra inimicum.

1 INimicitia, capitalis facit indicium ad torturam contra inimicum, non autem inimicitia leuis, & non capitalis, de qua leges non curant, vt tradunt *Clar.in pract.§.fin.quæſt.21.ver.inimicitia etc.Vulpell.conſ.5.num.2.et 3. Menoch.de præſump.lib.1.quæſt.89.num.51.et ſeq. Maſc.de prob. concl.931. num.3. et ſeq.lib.2.* plenè *Hond.conſ.107.num 32 iuncto num.38.et ſeq. lib.1.* latè *Farinac.de indic.et tortu. quæſt.49.num.89.et 108.* vbi alios dat concordantes quàplures, *Pegner. deciſ crim.17.num.8.Giurb. conſ.13. num.17.* vbi alios refert, ita ſentientes, *et conſ.51.num.7.D.Andreol.contra.149.nu.5.Caren.de Offic.S.Inquiſ.par.3. tit 10.num.89.Ant.de Ball.tract.crim.lib.1.qu.21. in prin.Vermigl.conſ.30.num.5.et conſ.199. num.8. et conſ.372.num.12.* & nouiſſimè *P.Graſſet.de nece predit.§.33.num.3.et 4.* & dixi ego *alleg. forea. 90.nu.15.et alleg.93.num.17.et alleg.94.num.12.*

2 Inimicitia enim debet eſſe proportionata vindictæ, vt faciat indicium ad torturam non autem ſufficit leuis, & abſque vindictæ proportione, ita vt de inimicitia leui leges non curent, vt dixi, *Vermigl.conſ 15.num.14 et conſ 27.n.12. Guazz.defen. 28.cap.1.n.6.Farin.conſ.147.n.32.lib 2* & dixi ego *alleg.for.83.n.15.* vbi alios adduxi, ita ſentientes.

3 Amplia primò d. concluſionem, vt inimicitia faciat indicium ad torturam, vt ſupra, contra eum, qui cauſas inimicitiæ habet, licèt palàm ſe inimicum non oſtendat, ſi tamen d.cauſæ offendenti ſint cognitæ, aliàs ſecùs, vt noc *Gram. vot.6.nu.19.Simon de Prat conſ.15.num.58.lib.1.Crauet.conſ.205. num.10.et Bertaz.conſ.215.num.10.lib.1.* quos refert, & ſequitur *Farin.de indic. & tort. quæſt.49 n. 94.et ſeq.Giurb.conſ.13.n.7.et conſ.37.n.22.et Vermigl.conſ.15.n.18.et conſ.30.n.12.et conſ.382.n.8.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt inimicitia, non ſolùm faciat indicium contra inimicum, quàdo non conſtat de occiſore, ſed etiam quando cõſtat, quod inimicus occiderit, quia tunc præſumitur, quòd ipſe deliberatè, & ex propoſito occiderit, niſi aliundè conſtet quod homicida in rixa, & ex improuiſo occiderit, vt adnotàrunt *Menoch.de arbitr.caſu 361.nu.12.Maſc.de prob.concl.98.n.1. et ſeq.lib.1.Farin.de indic.& tort.d.quæſt.49.nu.97. & ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione, & dicit, ad illum effectum requiri inimicitiam capitalem, *in tract.de homic quæſt.126.num.177. & ſeq.* plenè *P.Graſſet.de nece prodit.§.33.num.3.& 4.* vbi alios dat concordantes quamplures.

5 Limita primò d.concluſionem, vt habeat locum, quando cum inimicitia capitali concurrunt adminicula, quia tunc illa facit indicium ad torturam, ſecùs tamen eſt, ſi illa ſit ſola, & non adminiculata, quia tunc vti indicium remotum, non facit indicium ad torturam, vt tradunt *Boſſi.in pract.in tit. de indic nu.47.* vbi dicit, quòd ita practicatur, *Clar. in pract.§.fin.quæſt 21.ver.inimicitia vrgens, &c. Theſ deciſ.24 num.7 Ant.Gomez var. reſol.tom.3. cap.13.nu.11.Vulpell conſ.5.num.4.& conſ.39.n.7. Menoch.de præſump.lib.1.quæſt.89.num. 31.* vbi teſtatur, hanc eſſe receptam, & ſeruatam in praxi opinionem, *Hond. conſ.107. nu 41. lib.1.* vbi hanc dicit magis communem, & æquiorem opinionem, & ab ea in iudicando, & in practica non eſſe recedendum, latè *Farinac.de indic.& tortu. d.quæſt.49. nu.102.* vbi alios dat concordantes, & dicit, ſufficere debilia adminicula, *Giurba conſ.13.ſub num.7.* vbi alios adducit, ita ſentientes, & benè comprobant *Ciriac.contro.106.nu.70.Carena de Offic. S.Inquiſ.d.par.3.tit. 10.nu 89. & ſeq.* vbi pariter dicit ſufficere quodlibet leue adminiculum, *& Ant. de Ball.tract.crim.lib.1.quæſt.21. num.1. & ſeq.*

6 Sublimita primò d.primam limitationem, vt non habeat locum in delictis occultis, & difficilis probationis, in quibus ſola inimicitia capitalis abſque alijs adminiculis eſt ſufficiens ad torquendum reũ, leuiter tamen, maximè, quando nullus alius imputatur de delicto, vt not. *Clar.in pract.in d.quæſt.21. ver inimicitia vrgens in fin.* vbi dicit, ita apud eum fuiſſe ſeruatum, *Farinac.de indic.& tort.d.quæſt. 49. num.107.Ant.Gomez var.reſol.tom.3.cap.13.n.11.* plenè *Giurb.d conſ.13. nu.6.* alios referens, ita ſentientes quamplures, *Caren.de Offic.S Inquiſ.part.3. tit.10.nu. 93.* vbi ex *Fabr.* quem allegat, dicit, ita ſeruari in Senatu Sabaudiæ, *& Rimi.Iun.conſ.302. num.8.& ſeq.lib.2.* & dixi ego *alleg.foren.83.num. 20 et ſeq. et allegat.94. nu.19. et 20.* vbi probaui, inimicitiam non facere indicium contra alios, quàdo conſtat de certo delinquente, pro vt ibi.

7 Licèt hanc opinionem periculoſam dicat *Theſ.deciſ.Pedem.24 nu.7.in fin.* cum quo concordat *Ant. de Ball tract.crim.lib.1.quæſt.21.num.4.et Guazz.de caut.de non offen quæſt.25.num.10. in fin.*

8 Sublimita ſecundò d. concluſionem, quod licèt inimicitia capitalis ſola, & non adminiculata non ſit ſufficiens ad torturam reo inferendam, ſufficiat tamen ad inquirendum ſpecialiter, & ad reum cõſtituendum, & interrogandum ſuper delicto etiam nullo alio adminiculo concurrente, vt voluerunt *Clar.in pract.in d. qu.21. ver. inimicitia vrgens etc. Pegner.deciſ.17.num.8.Menoch. de præſumpt. lib 1. quæſt.88.num.18.et 21. et Carena de Offic. S.inquiſ.*

par. 3. *tit.*8. *num.* 91. *& ſeq.* vbi dicit, ita fuiſſe in cauſa graui, re diligenter diſcuſſa, ſeruatum.

9 Licèt contrarium, ſolam inimicitiam capitalem non ſufficere ad inquirẽdum ſpecialiter, voluerint *Hond.conſ* 107. *num.*42. *lib.*1. vbi malè allegat pro ſe *Clar.* vbi ſupra, *Farinac.de indic.& tort d. quæſt.* 49.*num.* 106. & ante eum *Boſſi. in pract.in tit.de indic.num.*47.*& Vermigl.conſ.*30.*num.*4.*& conſ.*382. *n.*7. nouiſſimè *Zuff.de legit.proc.quæſt.*66.*ſub n.*56.

10 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando poſt inimicitiam ſubſequuta fuit pax, ſeù reconciliatio, quia tunc inimicitia non facit indicium ad torturam contra inimicum, ſi delictum non de recenti poſt pacem, ſeù reconciliationem ſequutam commiſſum fuit, ſecùs autem ſi illud fuerit commiſſum de recenti, quia tunc, cũ adhuc offenſus præſumatur iratus, & retinere animum ſe vlciſcendi, ideò inimicitia tunc facit indicium ad tortura, pace, ſeù reconciliatione non obſtante, vt voluerunt *Menoch. de arbitra. lib.* 1. *quæſt.*28.*num.*8.*& de præſump.lib.*5. *præſumpt.*43. *num.*8.*& ſeq.Euge.conſ.*27.*num.*21.*lib.*1.*Farina.de indic.& torto.d.quæſt.* 49.*num.*109.*& ſeq.*vbi dicit, hanc opinione communiter eſſe receptã à Doctoribus, *Carena de Offic.S.Inquiſ.part.*3.*tit.*10.*nu.*94. *Ciriac.controu.*150.*num.*33. *& ſeq.& contro.*488. *num.*49.*Guazz.de pace quæſt.*9.*nu.*3.*&* 4.*Vermigl. conſ.*45. *num.*10. *& conſ.*382. *num.*14.*Ant.de Ball. tract.crim.lib.*1. *quæſt.*21. *num.*10. *& ſeq.& Paul. Rub.de teſtam.cap.*15.*num.*234. *& ſeq.* quam opinionem, vti magis receptam, probaui ego *allegat. foren.*93.*nu.*15.*et allegat* 94.*num.*17.

11 Licèt contra d. diſtinctionem ſentire videatur *Giurba conſ.*60.*n.*23.& illa non placeat *P.Graſſett. de nece prodit.§.*13.*num.*13.*poſt medium.*

12 Declara d. ſecundam limitationem, vt non habeat locum, quando poſt pacem, ſeù reconciliationem etiam ſactam de recenti ſequnti ſunt actus amicabiles inter amicos fieri ſolitos, vt puta, mutua conuerſatio, commenſatio, ludus, & ſimil. quia tunc ex d. actibus amicabilibus omnis contrarius prauus affectus cenſetur ſublatus, & ideò inimicicia non facit indicium ad torturam, etiam ſi pax, & reconciliatio ſequuta fuerit de recenti, vt declarant *Rimin.iun. conſ.*88.*num.*13.*lib.*1.*Guazz defen.* 28.*cap.*1.*num.*17.*et de pace part.* 1.*quæſt.*9.*num.* 8. *Ciriac.d.contro.*150.*num.*34. *et ſeq.Vermigl.d.conſ.* 382.*num.*5.& dixi ego *d.allegat.foren.*93.*num.*16. *et allegat.*94.*num.*18. addo *P.Graſſett.de nece prodit.§.*14.*num.*25. vbi declarat, quando actus ſunt ſpontanei, alias ſecùs.

13 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando offenſus habebat plures inimicos, quia tunc, cum inimicitiæ præſumptio per inimicorum pluralitatem contra vnum incerta reddatur, ideò nullum effectum debet operari, vt docent *Theſa.deciſ.*24.*num.*7. *Farinac de indic et tortu.d.* 49.*num.*14.*et ſeq.* vbi dicit, eſſe attendendam grauiorem inimicitiam, ſeù recentiorem, & id Iudicis arbitrio eſſe relinquendum, vt ibi per eum, *et conſ.*192.*num.*27.*lib.*2.*Guazz.defen.*28.*cap.*1.*nu.*8. qui pariter vult, attendi maiorem inimicitiam, & idem dicit *Ciriac.contro.* 150.*num.*31. *Ant.de Ball. tract.crim.lib.*1.*quæſt.*21.*num.* 14. *Vermigl.conſ.*15. *num.*12.*et conſ.*45.*num.*8. *et conſ.*27.*nu.*11.*et conſ.* 33.*num* 20.*et conſ.*45. *num.*9. *et conſ.*82.*num.* 5.*et conſ.* 332 *num.*5. *et conſ.*333. *num.* 8. in quibus ferè omnibus vult, grauiorem inimicitiam, & ad animum reuocatam eſſe attendendam, quando ſunt plures inimici, vt ibi per eum.

14 Limita quartò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando inter inimicos præſtita fuit cautio de non offendendo, quia tunc inimicitia non facit indicium ad torturam, vt ſcripſerunt *Ant. Maloatic.inter conſ.crim.diuer.conſ.*110.*num.*20. *lib.*1. *Rim.iun conſ.*88.*num.*7.*lib.*1.*Euge.conſ.*27.*num.*22. *lib.*1. quos referendo ſequitur *Farinac. de indic. & tortu. quæſt.*49. *num.*121. *& ſeq.* vbi dicit, ab hac opinione non eſſe recedendum, & illam benè comprobat, & contrarijs reſpondet, *Guazz. defen.* 28. *cap* 1. *num.* 11. vbi dicit, ita etiam tenuiſſe in ſuo tract.de pace, prout tenuit *de caut.de non offen.q.*25. *n.*5.*& ſeq.& Ant.de Bal.tract.crim.lib.*1.*q.*21.*n.*15.

15 Licèt contrarium, imò per præſtationem cautionis de non offendendo non ceſſare indicium inimicitiæ, cum illius præſtatio maleuolum animum non mutet, tenuerit *Menoch. conſ.*100. *num.* 185. *lib.*1.& alij relati per *Guazz.d.quæſt.*25.*num.*2.*&* 3. & cum eis pertranſeat *P.Graſſett.de nece prodit.* §. 13. *poſt prin.* per tex. *in §.fin. Inſtit. de ſuſpect.tuto.* vt ibi per eum.

16 Limita quintò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando offenſus confeſſus fuit peccata ſua Sacerdoti, & ſumpſit poſtea Sanctiſſimam Euchariſtiam, quia tunc inimicitia, & odium præſumitur extinctum, & remiſſum, & ideò inimicitia non facit indicium ad torturam, vt tradunt *Euge.d.conſ.* 27.*num.*23.*&* 27.*lib.*1. *Farinac.de indic.& tortu.d. quæſt.*49.*num.*113.*Hond.conſ* 86.*num.*66.*lib.*2.*Vulpell.conſ.*118.*num.*19.*Baiar.ad Clar. quæſt.*21.*num.* 117. dicens, id remittendum eſſe arbitrio Iudicis, *Ant.de Ball.tract.crim.lib.*1.*quæſt.*21. *n.*15.*Guazz. defen.*28.*cap* 1.*num.*10.*Ciriac.d.contra.*150. *nu.*37. *& contro.*488.*num.*50.*Vermigl. conſ.*27.*num.*13.*& conſ* 225. *num.* 11. vbi loquitur in Sacerdote, qui quotidiè celebrat, & ſequitur *P. Graſſett. de nece prodit. d.§.*13.*num.*12.

17 Quando autem inter aliquos dicatur contracta inimicitia capitalis, latè tradit *Farinac.de indic.& tort.d.q.*49.*n.* 1.*& plur.ſeq.*vbi dicit, illam dici contractam ex lite omnium, ſeù maioris partis bonorũ, ex accuſatione, ſeù teſtificatione facta in cauſa criminali, ex vulnere, ſeù alia offenſione perſonali, ex verbis iniurioſis grauibus, ex minis de occidendo, nec non ex cauſa matrimoniali, ex cauſa filiationis, ex cauſa, in qua mouetur quæſtio ſtatus, & in alijs pluribus, de quibus ibi per eum, & quamplures cauſas adducũt etiam *Maſc.de probat.concl.* 898.*per tot.lib.*2.*Vermigl.conſ.*15.*nu.*8. *& conſ.*30. *n.*6.*et* 9.*& conſ* 321.*nu.*5.*et* 6. *& conſ.*386.*nu.*11. *Giurb.conſ* 84.*n.*2.*et P.Graſſet.de nece prodit.* §.33. *n.*5.*& ſeq.* vbi de adulterio vxoris, ipſos conſulas.

ADDI-

A D D I T I O.

N.6. VBi habetur, quod inimicitia capitalis facit indicium in delictis difficilis probationis adde eundem *Farinac.conſ.196.num.2.lib.2.* vbi dat concordantes.

S V M M A R I V M.

1 *Inimicitia non præſumitur, ſed illa eſt probanda.*
Cum nemo præſumatur proximum ſuum odio habere, num. 2.
Et eſt probanda etiam cauſa inimicitiæ, n. 3.
Inimicitia autem probatur per coniecturas, nu. 4.
Cauſæ tamen inimicitiæ debent concludenter probari, num. 5.
Illā tamen probari per teſtes ſingulares deponentes de diuerſis cauſis voluerunt plures, nu. 6.

R E S O L V T I O II.

Inimicitia an præſumatur, ſeù potius illa ſit probanda.

1 INimicitia non præſumitur, ſed illa eſt probanda per fiſcum, vel accuſatorem, cum potiùs præſumatur amicitia, quæ eſt præſumptio naturæ, vt docent *Bello.conſ.63.nu.12. Menoch. de præſump.lib.5.præſump 43.in prin. Hond.conſ.107.num.27.lib.1. Decia.trac.crim lib.3. cap.25.num.20. Farinac.de indic. & tortu.quæſt.40. nu.126. Maſc.de prob.concl.85.nu.3 lib.1. & concl. 898.num.1.& ſeq.lib.2. Giurba conſ.20. num.10.& conſ.11.nu.5.Ciriac.contro.409.nu.70.& ſeq.Caren. de Offic.S.Inquiſ par.3. tit.10.num.95. P.Graſſet.de nece prodit. §.33. num.7.* vbi dicit, illam in ſpecie probandam, *Zuff. de legit proc. quæſt.47 num.8.* & dixi ego *alleg at foren.90.num.13. & allegat.83.n.7. & allegat. 85. num. 8.*

2 Nemo enim præſumitur proximum ſuum odio proſequi, ſed potiùs illius amicus cenſetur, vt not. *Bald.conſ.41.lib.5.Bello.d.conſ.63.nu.12.Crauet.conſ. 8.nu 8. Maſc d.concl.898. nu.4.* vbi dicit, inimicitiam eſſe contra ius naturale, *Menoch.d.præſumpt. 43.in prin.P.Graſſet.de nece prodit §.32.nu.14.* Maximè Chriſtiani ob præceptū Saluatoris *Lucæ cap. 10. Diliges proximum tuum, ſicut te ipſum*, vt conſiderant *Menoch. dict. præſumpt. 43 in princ. & P. Graſſet. d. § 32. ſub num. 14.*

3 Amplia primò d.concluſionem, vt non ſolùm ſit probanda inimicitia, ſed etiam probanda ſit in ſpecie qualitas, & cauſa inimicitiæ, ita vt, ſi teſtes de illa deponentes de cauſa non deponant, illam non probent, vt not. *Menoch. de præſumpt. lib.1.q.89. num.58.et lib.1.d.præſump.43.nu.2.Maſc.de proba. concl.692.in prin.lib.2.Decian.tract.crim.lib.1.cap. 25.nu.10. et ſeq.* vbi dicit, teſtes deponere debere de cauſis inimicitiæ, etiam non interrogatos, *Baia. ad Clar.§.fin.q.24.n.41.Hond.conſ.107.nu.41.lib.1.* pleuè *Farinac.de indic.et tort.q.49.n.127.Ciriac.d. contro.409.n.70.et 71.Giurb.conſ.13.nu.7.Vermigl. conſ. 15. num. 10. et P. Graſſett. de nece prodit. d. §. 33. num. 7.*

4 Declara primò d.concluſionem, quod inimicitia, cum ſit paſſio mentalis, probatur per coniecturas, quæ oriuntur ex affectione animi, vt docent *Farin. de indic.& tortu. d.quæſt 49. nu.131.* vbi plures dat concordantes, *Vermigl.conſ.321.n.2.Maſc de prob. concl.898.nu.4.& ſeq.lib.2.Hond. conſ 87 num.48 lib.2.Neguſ.Iuni. reſpon.47.in princ. & P.Graſſett. de nece prodit. § 33. ſub num. 7.*

5 Subdeclara d. declarationem, quod, licèt inimicitia probetur per coniecturas. vt ſupra, cauſæ tamen, ex quibus præſumptio inimicitiæ oritur, debent maniſeſte, & euidenter probari, aliter non dicitur probata inimicitia, vt declarant *Farinac. in d.quæſt.49 n.131.& Caren.de Offic.S.Inquiſ.d.par.3. tit.10.num.95.* vbi dicit, quòd inimicitia, vti indicium remotum, debet probari per duos teſtes omni exceptione maiores, & dixi ego *alleg.foren.90. num.14 et allegat.83.nu.8 & allegat.85. num.9.* & quòd inimicitia, vti indicium remotum, probandum ſit per duos teſtes omni exceptione maiores, dixi pariter ego *allegat. foren. 85. num. 17. et allegat. 94. num. 15.*

6 Licèt inimicitiam probari per teſtes ſingulares deponentes de diuerſis cauſis inimicitiam indicantibus, voluerint *P.Graſſet.de nece prodit.§.29.num. 299.* qui allegat *Mantu.conſ. 170. num.3.lib.2.*

A D D I T I O.

N.1. VBi habetur, quod inimicitia non præſumitur, ſed illa eſt probanda, adde quod inimicitia præſertim capitalis probatur pluribus modis, & primò illa cauſatur ex lite omnium, ſeu maioris partis bonorum, ſeu ex alia graui, & ardua cauſa, ſecundo ex accuſatione criminali, tertio ex iniuria perſonali, vel verbali graui, quarto ex minis capitalibus, quinto ex non ſalutatione illius, qui prius ſalutare ſolitus erat, ſexto ex magna familiaritate, & conuerſatione cum inimico meo, ſeptimo ex depoſitione facta in cauſa criminali contra aliquem, octauo ex retentione vxoris alienæ, & ex pluribus alijs cauſis, quæ recenſentur per *Cala. de modo artic. gloſ. vni. §. 2. num. 343. & ſeq. per Maſcar.de probat. concl.898.per tot. vol.2.* & latè per *Farinac. de indic. & tortur. quæſt.40.num.1.& plur.ſeq.* vbi dicit, in hoc plurimum verſari Iudicis prudentis arbitrium, quæ cum ſatis longum eſſet recenſere videas ibi per eos.

S V M M A R I V M.

1 *Inimicus ſi incedens armatus, nihil dicto, inimicum ex improuiſo occidat, præſumitur, illum præmeditato animo occidiſſe.*
Licèt contrarium teneant aliqui, num 3.
Et eò magis, ſi appareat inimicum antea decreuiſſe occidere inimicum, num. 4.

2 *Animus deliberatus occidendi dicitur ex inimicitia præcedenti.*

RESOLVTIO III.

Inimicus ſi incedens armatus nihil dicto inimicum occidat an præſumatur præmeditato animo occidiſſe.

1 INimicus ſi nihil dicto, & alio non apparente, incedens armatus inimicum ſuum ei obuiam factum ex improuiſo aggrediatur, & occidat, præſumitur, illum præmeditato animo occidiſſe, vt tradunt *Boſſi. in pract. in tit. de homic, num. 65.* vbi dicit, quòd ita ſeruatur, *Farin, de homic. quæſt. 126, nu. 316* vbi dicit hanc eſſe veriorem opinionem, & ita ſentiunt *Baiar. ad Clar. in § homicidium nu. 14. & Surd. conſ. 40, nu. 2. lib. 1.* & expreſsè tenent *Ant. de Bell. tract. crim lib. 3. qu 2. caſu 1. num. 38. et P. Graſſet. de nece prodit. §. 2 n. 6, ver, imò ſi inimicus, &c.*

2 Ex inimicitia enim præcedente præſumptio elicitur, quòd aggreſſor habuerit animum, ita faciendi, quando occaſio ei obueniret, vt not. *Boſſi. in d, tit. de homic. nu. 65. et Farinac. in d. quæſt. 126 num. 316.* & ita voluerunt etiam *Menoch. de arbitr. caſu 361. num. 49. cum addit. ibi, et Surd. d, conſ. 40. nu. 2. lib. 1.* cum ex inimicitia præſumatur præmeditatio, vt poſt *Alberi. et Boſſi* per eum relatos tradit *Surd. d. conſ. 40. num. 2.* nec non *Menoch, d. caſu 361. nu. 29. & Giurb. conſ. 51. num. 8,*

3 Licèt contrariam opinionem, quòd imò occidens inimicum ſibi obuiam factum, & ad necem non quæſitum non præſumatur illum occidiſſe animo præmeditato, ſed ex ſubita impulſione iræ accenſæ ob memoriam acceptæ iniuriæ, voluerunt *Clar. in pract. §. homicidium. num. 6. Caball. de omn. gen. homic. n. 382. Paſcal. de patr. poteſt. par. 3. cap 6, nu. 17.* & alij, quos refert *P. Graſſet. d. §. 2. nu. 6.* cum quibus pertranſit etiam *Giurb. conſ. 2. num. 32.* alios adducens concordantes quàplures, *et conſ. 84. n. 14.*

4 Amplia primò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, ſi appareat, quòd inimicus antea decreuiſſet interficere inimicum, & ambulaſſet armatus animo illum occidendi, quia tunc etiamſi caſu inimicum ſibi obuiam factum occiderit, dicitur illum animo deliberato, & præmeditato occidiſſe, vt voluerunt *Clar. in d §. homicidium n. 6. Caball. de omn. gener. homic. d. n. 382. Farinac. de homic. d. quæſt. 126, num. 216.* vbi declarat opinionem *Caſon.* qui contrarium ſentire videtur, *Giurb. d. conſ. 2. n. 62. & P. Graſſet. de nece prodit. §. 2. n. 6. ver. ſecùs verò &c.*

SVMMARIVM.

1 *Inimicitia, quando conſtat de certo delinquente, qui potuit delictum committere ex cauſa propria, non facit indicium contra alium de mandato, vel conſilio.*

2 *Quando enim conſtat de certo delinquente, vt ſit locus torturæ contra alios inimicos, requiruntur indicia particularia de mandato, participatione, & ſimil. num. 2.*

RESOLVTIO IV.

Inimicitia quando conſtat de certo delinquente, qui potuit delictum committere ex cauſa propria, an faciat indicium contra alium de mandato conſilio.

1 INimicitia, quando conſtat de certo delinquente, qui potuit delictum cõmittere ex cauſa propria, non facit indicium contra alium de mandato, conſilio, tractatu, ſeù auxilio ſiuè illa ſit ſola, ſiuè cum adminiculis a longè, & non tamen proximis, vt tradunt *Eugen. conſ. 27. nu. 33. & conſ. 76. n. 36. lib. 1. Farinac. de inquiſ. q. 3. nu. 5. ver. non obſtat &c. et de indic. & tort. quæſt. 43. num. 52. & ſeq. & n. 110 et quæſt. 49 nu. 119. et conſ. 138. ſub nu. 15. lib. 2. Ciriac. contr. 106. nu. 23. et ſeq. Guazz. deſen. 4 cap. vlt. nu. 21. ver. Ac etiam &c. Simon de Prat. conſ. 15. nu. 56. & ſeq.* quem referendo ſequitur *D. Andreol. contro. 149. nu. 5. in fin. Zuffi. de legit. proc. quæſt. 66. num. 57. et ſeq. lib. 1.* & dixi ego *alleg. foren. 83. nu. 25. et alleg. 94. num. 19. & 20.*

2 Quando enim conſtat de certo delinquente, vt ſit locus torturæ contra alios inimicos occiſi, non ſufficiunt contra eos indicia generalia, ſed requiruntur indicia particularia de participatione, tractatu, vel mandato, quia cum fiſcus illos inquirat, vti participes, vel mandantes, & non vti principales delinquentes ſi vult contra eos deuenire ad torturam, requiritur, quod indicia reſpiciant ipſam participationem, tractatum, vel mandatum, quod indicia ſint talia, ita vt verè, vel præſumptiuè apparere faciant de corpore tractatus, vel participationis, vel mandati, vt declarant *Eugen. d, conſ. 27. nu. 32. & ſeq. et d. conſ. 76. nu. 36. & ſeq. Ciriac. d. contro. 106. nu. 33. & ſeq. et Andreol. d. contro. 149. nu. 5. in fin.* nec non *Zuff. de legit. proc. d, quæſt. 66. nu. 57. & ſeq.* & dixi ego *d. allegat. 83. nu. 25. et d. allegat. 94. num. 19. & 20.* & dixi etiam infra latiùs in verbo *Mandatum Reſol. . . num. . .*

INIVRIA.

SVMMARIVM.

1 *Pro iniuria competit duplex actio, ciuilis, et criminalis.*

Intentata autem actione ciuili pro iniuriæ æſtimatione, non poteſt intentari criminalis ad pœnam, num. 2.

Secùs tamen eſt, ſi actio ciuilis fuerit intentata ad damna, et intereſſe, num. 3.

Si verò fuerit intentata actio criminalis, adhuc poteſt intentari ciuilis, num 4.

Contrarium quòd non poſſit intentari ciuilis ad iniuriæ æſtimationem, tenent alij, num. 5.

RESO-

RESOLVTIO I.

Pro iniuria an competat actio tam ciuilis, quam criminalis.

1 PRo iniuria, competit duplex actio, nempè ciuilis, & criminalis, criminalis datur ad pœnam, ciuilis verò ad æſtimationem iniuriæ, vt tradunt *Boſſ. in pract. in tit. de iniur. nu. 1. Clar. in pract. in §. iniuria, num. 5. verſ. ſcire debes &c. Plaz. in epit. delict. lib. 1. cap. 6. nu. 30. & 42. verſ. ex quibus etc. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 6. num. 7. Couar. var. reſol. lib. 2. cap. 10. num. 7. verſ. hæc omnia etc. Andr. Gail. pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 65. in princ. Peguer. deciſ. crim. 13. num. 1* plene *Farinac. de var. ac diuer. crim. quæſt. 105. n. 26* vbi alios dat concordantes quamplures, *et Card. Tuſch. pract. concl. litt. I. concl. 150. num. 30.*

2 Declara primò d. concluſionem, quòd ſi in iudicio priùs ſit intentata per iniuriatum actio ciuilis ad iniuriæ æſtimationem, non poteſt poſtea per eundem intentari actio criminalis ad pœnam fiſco applicandam, quia per vnam videatur alteri præiudicatum, cum vtrumque iudicium tendat ad vindictam ad tex. *in l. prætor edixit §. ſi dicatur, et §. ſeq. et ibi gloſ. ff. de iniur.* & not. *Abb. in cap. cum te num. 24. de ſent. et re iudic. Maran. in pract. par. 4. in princ. num. 5. et par. 6. in tit. de inquiſ. num. 89. Plaz. in epit. delict. lib. 1. cap. 6. num. 30. Andr. Gail. d. obſeru. 65. num. 1. lib. 1.* plene *Farinac. de var. ac diu. crim. quæſt. 105. num. 28.* vbi alios dat concordantes, *et Theſaur. deciſ. Pedem. 18. num. 3. et ſeq.* vbi dicit, ita in illo Senatu fuiſſe deciſum, & quàplures adducit ſentientes. & plures etiam ad d. declarationē affert limitationes, quas vide ibi per eū.

3 Limita d. declarationem, vt habeat locum quando fuit intentata actio ciuilis ad iniuriæ æſtimationem, & ſic ad vindictam, ſecùs tamen eſt, ſi illa ſit intentata ad damna, & intereſſe, quia tunc, cum illa non detur principaliter, ſed in conſequentiam, adhuc poteſt intentari pro iniuria actio criminalis ad pœnam, & è contra *d. leg. prætor edixit, §. quid ergo, & ibi gloſ ff. de iniur.* & not. *Vitali. de maleſ. in tit. de iniur. num. 43. Andr. Gail. d. obſeru 65. n. 2. Farin. in d. q. 105. n. 30.* vbi alios dat concordantes quamplures, *& Theſ. d. deciſ. 18. num. 11.*

4 Subdeclara d. declarationem, vt non habeat locum, quando primo loco fuit intentata actio criminalis ad pœnam, quia per illam non prohibetur iniuriatus agere actione ciuili ad iniuriæ æſtimationem ſee. *Alber. in d. l. prætor edixit §. ſi dicatur, nu. 1. & 2. ff. de iniur. & Cirill. in ſumm. crim. rubr. 24. §. fin. num. 8.*

5 Contrarium tamen, quod imò, ſicut per actionem ciuilem primo loco intentatam tollitur criminalis, ita è contra tollatur etiam ciuilis, cum vtraque actio ad vindictam proponatur, voluerunt *Vitali. in d. tit. de iniu. num. 43. Maran. in d. 4. par. in princ. num. 5. Plaz. in d. cap. 6. num. 30. & Andr. Gail. d. obſeru. 65. in princ.* cum quibus videtur pertranſire; maximè ſtante proteſtatione in contrarium *Farinac. de var. ac diu. crim. d. quæſt. 105. nu. 32. et ſeq.* vbi alios dat concordantes, & refert ſe ad dicta per eum *de var. ac diu. quæſt. quæſt. 100. num. 123. et ſeq.* vide ibi.

SVMMARIVM.

1 *Mentitam dans alicui tenetur actione iniuriarum.*
Etiamſi fuerit dictum Tu mentiris ſaluo honore tuo, *num. 2.*
Et ſi quis dixerit, chi vuol dir queſto; ſe ne mente per la gola, *num 3.*
Fallit, quando mentita datur ad propulſandum iniuriam, num. 4.
Licèt contrarium teneant aliqui Doctores, n. 5.
Concorda. vt num. 6.
Maximè quando mentita fuit data in continenti, ſecùs ſi ex internallo, num. 7.
8 *Mentita præſumitur vera, et iniuria illata præſumitur falſa.*
9 *Mentita eſt iniurioſa, quando fuit dictum,* Tu mentiris, *ſecùs ſi fuit dictum* Tu non dicis verum.
Contrarium tenent plures Doct. n. 10.

RESOLVTIO II.

Mentitam dans alicui an teneatur actione iniuriarum.

1 MEntitam dans alicui iniuriam ei infert, & actione iniuriarum tenetur, cum mētita ſit verbum iniurioſum, vt tradunt *Clar. in pract. in §. iniuria* poſt princ. *Menoch. conſ. 41. num. 8. & 9. lib. 1. Couar. variar. reſol. lib. 1. cap. 11. in princ. Farinac. de var. ac diu. crim. quæſt. 105. num. 310.* vbi alios dat concordantes quamplures, *& conſ. 6. num. 6. & ibi Adden. litt. E. lib. 1 Card. Tuſch. pract. concluſ lit. M. concl. 204. in prin. Criſpol. caſu milit. 12. num. 2.* vbi alios adducit, ita ſentientes quamplures, cum quibus pertranſit *Cabal. reſol crim. caſu 154. num. 3. & ſeq. cent. 2. & Gratian diſcep. foren. cap. 81. num 1. par. 1.*

Dicens enim alicui *Tu mentiris* dicitur mendacium illi irrogare, quaſi falſum aſſeruerit, quod eſt iniurioſum, vt not. *Baiar ad Clar. in d. §. iniuria, num. 20 Bertaz. conſ. 152 num. 12. & ſeq. lib. 1. Soc. Iun. conſ. 203 num. 10. lib. 3. Farinac. in d. quæſt. 105. nu. 329 Criſpol. in d. caſu milit. 12. num. 2.* & alij Doct. ſupra adducti, cum quibus tenet *Ciriac. controuer. 126. num. 28. & ſeq.*

2 Amplia primò d. concluſionem, quòd mentita inferat iniuriam, & illam dans puniatur actione iniuriarum, vt habeat locum, etiamſi fuerit dictum, *Tu mentiris ſaluo honore tuo, vel ſalua reuerentia tua*, quia verbum iniurioſum præcedens declarat, quòd non habuit animum honorem ſaluandi, & dicitur proteſtatio contraria facto, & ſi non releuans, vt ſcripſerunt *Clar. in pract. in d. §. iniuria,*

verſ.

verſ. ſed pone &c. & ibi Baiar. num. 64. in fin. Andr. Gail. pract. obſeru. lib. 2. obſeru. 101. num. 1. & ſeq. vbi teſtatur de communi opinione, Menoch. dict. conſ. 41. numer. 3. & numer. 32. & ſequen. qui pariter hanc dicit, eſſe magis communem Doctorum opinionem, Caual. in Spec. comm. contra comm. quæſt. 323. ſub num. 1. plenè Farinac. de var. ac diuer. crim. d. quæſt. 105. an. 318. & ſeq. vbi alios dat concordantes, contrarijs reſpondet, & hanc ampliationem benè comprobat, vbi limitat, niſi ex coniecturis appareret, iniuriam non fuiſſe illatam animo iniuriandi Cabal. d. caſu 154. num. 4. et ſeq. vbi dicit, hoc procedere, ſiuè proteſtatio præcedat, ſiuè ſubſequatur mentitam, Criſpol. d. caſu milit. 12. num. 2. qui alios adducunt ita ſentientes, cum quibus pertranſit Franc. Corona in voto poſito poſt d. caſum milit. 12. num. 13. & Adden. ad Farin. conſ. 30. litt. Q. lib. 1. nec non Card. Tuſch. pract. concl. lit. M. d. concl. 204. num. 3. & Gratian. d. cap. 81. n. 1.

3 Amplia ſecundo d. concluſionem, vt habeat locũ etiam, quando quis non dixit, Tu mentiris, dirigendo verba in aliquem, ſed ſolùm dixit, chi vuol dir queſto ſe ne mente per la gola, quia cum appareat iniuriantem intellexiſſe de aliquo, licèt non exprimat, infert tamen iniuriam, cum non ſit curandum, cum quo quis loquatur, ſed in quem intentio dirigatur, vt voluerunt Bart. & Angel. in l. item apud Labeonem 5. §. cui non ſine, ff. de iniur. quos referendo ſequitur Card. Tuſch. pract. concluſ. d. litt. M. concl. 204. num. 7.

4 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando mentita datur ad propulſandam iniuriam mentienti illatam, quia tunc illa non eſt punibilis, vt ſcripſerunt Iaſ. in l. vt vim 3. num. 36. & ibi Dec. num. 36. Seiſſel. num. 70. in 1. lect. & in 2. lect. num. 125. & Bolognet. num. 94. in princ. vbi teſtatur de magis communi Doct. opinione ff. de iuſt. & iur. Boſſ. in pract. in tit. de iniur. num. 7. & in tit. de homic. num. 86. Andr. Gail. obſeru. 100 num. 3. & obſeru. 101. num. 3. & ſeq. par. 2. vbi hanc dicit cõmunem opinionem lib. 2. Baiar. ad Clar. §. iniuria, num. 63. & ſeq. Menoch. latè d. conſ. 41. per tot. lib. 1. vbi dicit, hoc habere locum, etiam ſtante banno grauiter puniente mentitam; latiùs Farinac. de var. ac diuer. crim. quæſt. 105. num. 315. & ſeq. vbi quamplures dat concordantes, & dicit, hanc limitationem eſſe magis communiter receptam per Doct. quam benè comprobat, & à contrarijs tuetur, & declarat, illam procedere in terminis ſequentis declarationis, & conſ. 6. num. 25. vbi pariter teſtatur de magis communi opinione, & ibi Adden. litt. E. & conſ. 35. num. 26. & ibi plenè Adden. litt. L. qui teſtatur de veriori, & magis communi opinione lib. 1. latè Cabal. reſol. crim. d. caſu 154. num. 6. & ſeq. & Ciriac. d. contr. 126. num. 33. nec non Franc. Coron. in d. eius voto poſt caſum milit. 12. Criſpol. num. 9. & ſeq.

5 Licèt contrarium, imò prouocatum teneri actione iniuriarum, in illum mentitam inferendo, tenuerint Villalo. in com. opin. litt. A. num. 25. vbi teſtatur de communi opinione Clar. in pract. §. iniuria verſ. quæro etiam, &c. Claud. ad Bertaz. conſ. 135. lit. A. lib. 1. & Fachin. contr. iur. lib. 9. cap. 12. in princ. contra quos adeſt magis communis Doctor. opinio, de qua ſupra.

6 Declara primò d. primam limitationem, & ita concordantur contraria, vt illa habeat locum, quando mentita data ad propulſandum iniuriam eſt vera, & iniuria illata eſt falſa, quia tunc eſt impunibilis, ſecùs tamen eſt, ſi iniuria illata ſit vera, & mentita ſit falſa, quia tunc mentita eſt punibilis, etiam ad propulſationem iniuriæ illata, vt declarant Suarez in comm. opin. litt. I. num. 73. vbi teſtatur de communi opinione, Farinac. de var. ac diu. crim. d. quæſt. 105. num. 121. & ſeq. vbi alios dat concordantes quamplures, Adden. ad Farin. d. conſ. 35. litt. L. vbi plenè Cabal. d. caſu 154. num. 11. & ſeq. vbi alios adducit, ita ſentientes.

7 Declara ſecundò d. limitationem, vt habeat locum, quando mentita data fuit incontinenti tempore illatæ iniuriæ, ſecùs, ſi ſit data ex interuallo, vt adnotarunt Boſſ. in pract. in tit. de iniu. ſub num. 7. Baiar. ad Clar. in d. §. iniuria num. 64. in fin. Andr. Gail. d. obſeru. 101. num. 5. lib. 2. Adden. ad Farinac. d. conſ. 35. litt. L. lib. 1. & idem Farin. d. q. 105. num. 333. & conſ. 141. num. 10. lib. 2.

8 Subdeclara d. declarationem, vt in dubio iniuria præſumatur falſa, & mentita vera, cum quilibet in dubio præſumatur bonus, & non malus, vt not. Bolognet. in l. vt vim 3. nu. 94. verſ. ſed tamen &c. ff. de iuſt. & iur. cum quo videtur pertranſire Farinac. in d. quæſt. 105. num. 324. & Adden. ad Farinac. in d. conſ. 35. litt. L. lib. 1. licèt contrarium ſentire videatur Socin. iun. conſ. 122. num. 15. in fin. lib. 2.

9 Limita ſecundò d. concluſionem, vt habeat locũ in eo, qui dicit alteri, Tu mentiris, ſecùs tamen eſt in eo, qui dicit, Tu non dicis verum, vel, Tu dicis mendacium, quia per negationem iniuria non infertur, vt voluerunt Bologn. in d. l. vt vim 3. ſub n. 94. ff. de iuſt. & iur. Canal. in Spec. comm. contr. com. quæſt. 128. num. 6. Viui. comm. opin. lib. 9. de iniur. nu. 137. vbi loquitur, ceſſante ira, & in vrbano colloquio, dicens ita fuiſſe iudicatum, Pariſ. conſ. 30. num. 1. & ſeq. lib. 1. Menoch. d. conſ. 41. num. 10. Gratian. diſcep. foren. d. cap. 81. num. 2. dicens, inter d. verba eſſe differentiam, cum verbum, Mentiris, denotet perfidiam, poſterius verò ſimplicem imprudentiam, vt dicit etiam Franc. Coron. in d. eius voto, num. 4.

10 Contrariam tamen opinionem, imò d. verba Tu non dicis verum, iniuriam importare de ſui natura tenet Boſſ. in pract. in tit. de iniur. num. 7. Baiar. ad Clar. in d. §. iniuria, num. 20. vbi dicit, tunc intrare pœnam extraordinariam Soc. Iun. conſ. 103. num. 10. lib. 1. vbi dicit, apud milites, & perſonas honoratas d. verba Tu mentiris, vel non dicis verum, parificari, Bertaz. conſ. 152. num. 12. & ſeq. lib. 1. cum quibus videtur pertranſire Farinac. de var. ac diuer. crim. quæſt. 105. num. 329. & d. verba de conſuetudine, & inter nobiles haberi pro mentita, dicit Ciriac. d. contr. 126. num. 28. & ſeq. &

illa

illa haberi pro mentita apud Gallos, & Germanos tradit *Corona in d. eius votu num.5. & ſeq.* vbi dicit, in omnem caſum d. verba, *Tu non dicis verum*, non eſſe ita rigoroſa, prout ſunt verba *Tu mentiris*, & habere in ſe maiorem modeſtiam, vbi, poſt relatas huic indè opiniones, concludit, eſſe attendendum an illa prolata fuerint animo iniurandi, nec ne, qui deſumi poteſt ex præcedentibus, & ſubſequentibus, vt ibi per eum, cum quo concordat *Criſpol. d. caſu ult. 12. num. 3. & ſeq.*

INQVISITIO.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitin de generali conſuetudine formari hodiè poteſt in omnibus delictis.*

Ita vt illa non tollatur per accuſationem, num. 2.

Quod non habet locum in crimine adulterij, num. 3.

Licèt contrarium teneant aliqui Doct. n.4.

RESOLVTIO I.

Inquiſitio de conſuetudine generali an poſſit hodie formari in omnibus delictis.

1 INquiſitio hodiè de generali conſuetudine, quicquid ſit de iure, dicitur remedium ordinarium, & ideo formari poteſt in omnibus delictis, vt tradunt *Boſſ. in pract. in tit. de inquiſ. num. 8. Curtar. in pract. inter reor. lib. 1. cap. 2. num. 10. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 1. nu. 49. verſ. tertiò, & ſimiliter &c.* vbi teſtatur de communi practica, & dicit, hanc conſuetudinem inquirendi ex officio per Iudicem habere locum in omnibus delictis tàm publicis, quam priuatis, vt ibi per eum, *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 3. verſ. quicquid ſit de iure &c.* vbi quamplures adducit, ita ſentientes, *Caual. in Spec. commu. contra commun. quæſt. 430. verſ. ſed contrarium, Vulpel. conſ. 46. n. 4. Facbin. contrav. iur. lib. 1. cap 34. verſ. ego verò &c. Farinac. de inquiſ. quæſt. 1. num. 10.* vbi dicit, ita de conſuetudine ſeruari, & plures dat concordantes, *& conſ. 55. num. 57. lib. 1.* plenè *Cabal. reſol. crim. caſu 114. num. 10. & ſeq.* vbi dicit, ita ſeruari de generali conſuetudine in omnibus Curijs Italiæ, Hiſpaniæ, & Franciæ, vt ibi per eum, *cent. 2.* & inquiſitionem hodiè cedactam eſſe ad remedinm ordinarium, tradit etiam *Zuff. de legit. proceſſ. lib. 2. quæſt. 92. num. 12. & quæſt. 120. num. 9. & 10.* quicquid contrarium ſepſerit *Rota apud Coccin. deciſ. 123. num. 25.*

2 Amplia d. concluſionem adeò eſſe veram, quòd inquiſitio ſit hodiè redacta ad remedium ordinarium, vt illa non tollatur per accuſationem, vt not. *Bald. in l. prouinciali 3. §. ſed ſi in loco, ff. de noui oper. nunciat. Boſſ. in pract. in tit. de inquiſ. num. 8. Rolan. conſ. 30. num. 15. lib. 2.* quos referendo ſequitur *Zuff. de legit. proc. d. quæſt. 92. num. 12. & quæſt. 120. num. 9. & 10.*

3 Limita d. concluſionem, vt non habeat locum in crimine adulterij, in quo cum certis tantum perſonis perſequutio d. criminis permiſſa ſit, & cæteris quibuſcunque denegata ad tex. *in l. quamuis adulterij 30. C. ad leg. Iul. de adult. Antonel. de temp. legal. lib. 2. cap. 82. num. 13.* ne aliena matrimonia fœdentur, neque Iudex poteſt ex officio, & per inquiſitionem in d. crimine procedere, vt tradunt *Fulgoſ. conſ. 135. col. 1. & 2.* benè comprobans, *Vulpel conſ. 94. num. 6.* latè *Caball. reſol. crim. d. caſ. 114. num 12. Farinac. de delict. carn. quæſt. 141. nu. 42. & ſeq.* vbi dicit, hanc ampliationem, non habere locum, quando adulterium eſſet notorium, vt ibi per eum, *Vermigl. conſ. 55. num. 4. & Antonell. d. cap. 82. num. 14.*

4 Licet contrarium voluerint *Bald. conſ. 245. num. 1. lib. 4. Angel. de maleſ. in ver. Che hai adulterato la mia donna, num. 31.* & alij relati per *Farin. d. quæſt. 141. num. 41.* & hodiè poſſe Iudicem Eccleſiaſticũ procedere in crimine adulterij ex officio habetur in *Sacr. Conc. Trident. ſeſſ. 24. cap. 8. de reform. matrim.* ſeruato tamen ordine, de quo in d. decreto, vt not. *Barboſ. de Epiſc. par. 2. in compend. num. 57.* & ante eum *Farinac. in d. quæſt. 141. num. 45.*

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitio non poteſt tranſmitti, non conſtita priùs de corpore delicti.*

Et debent etiam præcedere legitima indicia, num. 2.

Quod procedit, parte opponente, aliàs ſecùs, num. 3.

Indicia verò pro validitate inquiſitionis debent eſſe grauia, non qualia ſunt neceſſaria ad torturam, ſed aliquantùm minora, num. 4.

Licèt contrarium teneant aliqui, n. 5.

Sufficit tamen aſſertio vulnerati iurata vna cum fuga inquiſiti, num. 6.

Requiritur etiam diffamatio pro validitate inquiſitionis, n. 7.

Quod hodiè de conſuetudine non eſt neceſſarium, num. 8.

RESOLVTIO II.

Inquiſitio an poſſit tranſmitti non conſtito de corpore delicti.

1 INquiſitio ſpecialis non poteſt alicui tranſmitti, non conſtito priùs de corpore delicti, ad tex. *in l. 1. §. item illud ff. ad Sillan.*, & tradunt *Boſſ. in pract. in tit. de delict. in princ. Gabr. comm. concl. de maleſ concl. 17. num. 4.* vbi alios dat concordantes plenè *Farinac. de inquiſ. quæſt. 1. num. 6.* qui quamplures pariter adducit, ita ſentientes, & declarat

declarat *Clar.* qui aliter aſſatere videbatur, vt loquatur in delictis facti tranſeuntis, *Cartar. in pract. inter. reo. lib. 1. cap. 2. num. 4. Eagen conſ. 76. num. 42. lib. 1. Guazzin. defen. 9. cap. 1. num. 18.* vbi dat concordantes, *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 1. num. 14. & Ambroſ. in proc. informi lib. 5. cap. 1. num. 22. Zuff. ad Conſtit. Barberin. num. 24. Seraph. deciſ. 972. num. 2.* & dixi ſupra in verb. *Corpus delicti, Reſolut. 1. num. 8.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt ad validitatem inquiſitionis non ſolum requiratur, quòd conſtet de corpore delicti, vt ſupra, ſed etiam, quod præcedant legitima indicia, aliàs ſinè illis erit ipſo iure nulla, vt docent *Boſſ. in pract. in tit. de inquiſ. num. 23. Clar. in pract. § fin. quæſt. 2. verſ. ad formandam &c.* vbi dicit, quòd ita omnes Doctores concludunt, *Menoch. de arbitr. lib. 1. quæſt. 78. num. 1. Maſcar. de prob. concl. 351. num. 1. lib. 1.* vbi dicit, confeſſionem factam ad inquiſitionem formatam, non præceden. indicijs, confitenti non nocere, *Cartar. de execut. ſent. capt. banni cap. fin. num. 59. & ſeq.* vbi alios dat concordantes, prout facit *Farinac. de inquiſ. quæſt. 1. num. 40. & ſeq.* vbi dicit, hanc ampliationem habere locum etiam in crimine læſæ Maieſtatis, & illam limitat, vt non habeat locum, quando Princeps motu proprio mandaret inquiri contra aliquem, vt ibi per eum, & *conſ. 86. num. 61. lib. 1. & conſ. 111. num. 13. lib. 2.* vbi dicit, hanc ampliationem non habere locum, quando ſententia inde ſequuta eſt antiqua, latè *Guazzin. defen. 9. cap. 1. num. 1.* vbi alios dat concordantes, *Scacc. de indic. lib. 1. cap. 84. num. 3. & 37. & cap. 97. num. 198. Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 1. num. 15. Ciriac. controu. 473. num. 7. Ambroſ. in proceſſ. informi lib. 5. cap. 1. num. 5. & Vermigl. conſ. 22. num. 2. & 3.* & adeſt *Bulla Pij V.* de qua meminit *Guaz.* vbi ſupra, addo *Zuff. ad Conſt. Barber. num. 18.*

3 Declara d. primam ampliationem, vt habeat locum, quando inquiſitus comparuit, & dat de nullitate inquiſitionis ob defectum indiciorum, ſecus tamen, ſi non fuit oppoſitum, quia, parte non opponente, valet proceſſus, & inquiſitio ſine legitimis indicijs formata, vt docent *Angel. de maleſ. in ver. Quod fama publica præceden. num. 7. Franc. Becc. conſ. 70. num. 26. lib. 1. Baiar. ad Clar. § fin. quæ. 64. num. 31. Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 1. num. 49. verſ. limita hanc concluſionem &c. & d. conſ. 111. num. 13. lib. 2. et Guazz. d. defen. 9. cap. 1. num. 10.* vbi alios dat concordantes.

4 Declara ſecundò d. primam ampliationem, vt indicia ad tranſmittendam inquiſitionem non debeant eſſe leuia, ſed grauia, & vrgentia, non qualia requiruntur ad torturam reo inferendam, ſed aliquantò inferiora Iudicis arbitrio, cùm agatur de grauiſſimo præiudicio, vt probant *Oſaſch. conſ. 64. num. 5. Menoch. de præſump. lib. 1. quæſt. 88. num. 1. & num. 7. & ſeq.* vbi recenſet plura indicia ad id ſufficientia, & poſt quàmplures relatas circa hoc diſſentientes opiniones Doctorum benè declarat *Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 1. num. 45. 46. & ſeq.* ad quem recurras in hac materia, *Cartar. de execut. ſent. capt. banniti cap. fin. num. 138. Scacc. de indic. lib. 1. cap. 84. num. 6. verſ. contrariam ſententiam &c.* quos ſequitur *Guazzin. d. defen. 9. cap. 2. num. 3. & 4.* vbi aliqua affert indicia, & benè loquitur, & ad tranſmittendam inquiſitionem non ſufficere indiciũ deſumptum ab eo, qui non debuerat interrogari, dicit *Ciriac. controu. 150. num. 77.* & cum ſupradictis tranſit etiam *Ambroſ. in proceſſ. inform. lib. 5. cap. 1. num. 6.*

5 Quicquid contrariam opinionem, imò ad tranſmittendam inquiſitionem requiri eadem indicia, quæ requiruntur ad torturam inferendam, ſcripſerint *Natt. conſ. 594. num. 14. lib. 3. Franc. Becc. conſ. 11. num. 7. lib. 1.* vbi teſtatur de communi, & veriori opinione, *Fachin. contr. iur. lib. 9. cap. 15.* & alij, quos refert *Guaz. d. cap. 2. num. 2.* contra quos adeſt verior, & practicata opinio, de qua ſupra.

6 Declara tertiò d. primam ampliationem, quòd ad tranſmittendam inquiſitionem ſufficit aſſertio vulnerati formiter, & medio iuramento accepta, iuncta fuga ipſius rei, vt docet *Farinac. de indic. & tort. quæſt. 46. num. 34.* vbi dicit, ita ſeruari in alma Vrbe, & idem eſſe, ſi concurrat inimicitia, vel aliud indicium, vt ibi per eum, & ita ſentit etiam *Clar. in pract. § fin. quæſt. 20. verſ. ad formandam in fin.*

7 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt ad validitatem inquiſitionis requiratur etiam, quòd præcedat diffamatio, aliàs fit nulla, vt not. *Clar. in pract. § fin. quæſt. 6. in princ. & quæſt. 30. num. 10. Scacc. de indic. lib. 1. cap. 84. num. 11.* vbi dicit, ideò ſemper apponi in inquiſitione illa verba, *Fama publica præcedente, & cap. 85. num. 21.* latè *Farinac. de inquiſ. quæſt. 9. num. 1. et ſeq.* vbi alios dat concordantes, & quamplures ſubnectit ampliationes, & limitationes, *Guazzin. d. def. 9. cap. 1. num. 11. & ſeq.* qui pariter plures adducit, ita ſentientes, & pluribus modis ampliat, vt ibi per eum, *Fachin. contr. iur. lib. 9. cap. 1.* vbi dicit diffamationem ad validitatem inquiſitionis requiri, etiam ſi præcedant legitima indicia, vt ibi per eum, cum quibus pertranſit *Vermigl. conſ. 144. num. 1. & conſ. 148. n. 8.*

8 Limita d. ſecundam ampliationem, vt quicquid ſit de iure, hodie de generali ferè totius Orbis conſuetudine d. diffamatio non requiratur, ſed receſſerit ab aula, & ſufficiat, quod præcedant indicia ſufficientia, quæ loco diffamationis ſuccedunt, vt docent *Clar. in pract. § fin. quæſt. 6. ver. præterea ſcias &c. & quæſt. 30. num. 10. Cartar. in pract. inter reo. lib. 3. cap. 2. ſub num. 13. Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 9. num. 20. & ſeq.* vbi dicit, ita ſeruari in Alma Vrbe, quando præcedunt indicia, cum fortiora ſint indicia, quàm diffamatio, & *Guazzin. defen. 9. cap. 1. n. 14.* vbi alios dat concordantes quamplures, & ita voluit etiam *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 1. num. 16. in fin.*

S V M M A R I V M.

1 *Inquiſitio debet eſſe clara, & ſpecifica continens omnes qualitates delicti.*

Cum illa habeat vim libelli, n. 2.

Ita

Ita vt, ſi ſit alternatiua, non valeat, n.3.

Et debet continere locum, & tempus, annum, & menſem commiſſi delicti, n. 4.

Etiam parte non opponente, n.5.

Licèt contrarium teneant aliqui Doct. n.6.

Quod procedit in delictis momentaneis, non in ſucceſſiuis, n.7.

Non tamen requiritur ad illius validitatem expreſſio diei, num.8.

Et qualitates in inquiſitione ſunt ita exprimendæ, vt ſi ſit expreſſum vulnus cum cicatrice, & cicatrix non ſit probata, inquiſitus ſit abſoluendus, num.9.

Et idem ſi ſit expreſſum vnum tempus, & probatum ſit de alio, num.10.

Si verò qualitas non ſit in inquiſitione, ſed ſit probata in proceſſu, ſequi poteſt condemnatio, num. 12.

11 *Inquiſitionis qualitas ſi detrahatur de proceſſu, debet reo notificari.*

RESOLVTIO III.

Inquiſitio an debeat eſſe ita clara, vt contineat omnes qualitates delicti.

1 INquiſitio debet eſſe certa, clara, ſpecifica, & continens in ſe omnes qualitates prætenſi delicti, & illius circumſtantias, ita vt reo defenſio non tollatur, quamobrem inquiſitio obſcura, generalis, & incerta ſuſtineri non poteſt, vt tradunt *Boſſ. in pract. in tit. de inquiſ. num.75. & ſeq. Vulpell. conſ. 1. num. 1. & 2. Farin. de inquiſ. quæſt. 1. num. 11. & ſeq. & conſ. 86. nu. 15. & num. 38. & ſeq. lib. 1. & conſ. 111. num. 7.* vbi dicit, hoc non habere locum, ſi ſententia fecerit tranſitum in iudicatum, vt ibi per eum *lib. 2. Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 1. num. 16.* vbi dicit, in Tribunali S. Officij omnes circumſtantias eſſe ſubticendas, per quas reus poteſt venire in cognitionem perſonarum teſtium examinatorum *Vermigliol. conſ. 246. num. 13.* & nouiſſimè *Zuff. in comment. ad Conſtit. Barber. num. 22. & ſeq.*

2 Inquiſitio enim habet vim libelli, vt not. *Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 1. ſub num. 15. Ant. de Bal. tract. crim. lib. 6. quæſt. 7. num. 7. & Zuff. ad Conſtit. Barber. num. 7. & 8.* vnde, ſicut actor tenetur ſuam actionem proponere certam, & claram, vt reus poſſit deliberare, an velit cedere, vel contendere *l. 1. in princ. ff. de eden. Auth. offeratur C. de lit. conteſt. Maran. in pract. par. 6. membr. 1. num. 2. Surd. conſ. 293. num. 4. lib. 2. Zuff. ad d. Conſtit. Barber. num. 7.* ita fiſcus debet inquiſito præſertim abſenti manifeſtare ſuam actionem criminalem claram, & ſpecificam, vt poſſit deliberare, an velit cedere fatendo, vel contendere negando, vt declarant *Farinac. in d. quæſt. 1. num. 11. & Zuff. ad d. Conſt. Barberin. num. 7. & ſeq.* benè comprobans, maximè cum libellus in criminalibus debeat eſſe magis clarus, quam in ciuilibus, vt dicit *Vulpel. conſ. 1. n. 1.*

3 Amplia primò d. concluſionem illatiuè, quòd inquiſitio alternatiua, vti continens incertitudinem non ſit admittenda, ſed nulla reputetur, ad tex. *in l. prætor edixit 12. §. quod autem, & ibi gloſ. & Bart. ff. de iniur. Farinac. conſ. 86. num. 59. lib. 1. Zuff. ad d. Conſtit. Barber. nu. 24.* vbi dicit, quod neque debet continere inuerſimilia, neque impoſſibilia, vt ibi per eum.

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, quòd inquiſitio debet continere locum, & tempus, puta, annum, & menſem commiſſi delicti, aliàs eſt nulla, & inepta, vt tradunt *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 31. verſ. quòd de anno præſenti &c.* vbi dicit, ita ſeruari per totum mundum, *Menoch. conſ. 100. num. 85. & ſeq. lib. 1. Curtar. de exec. ſent. cap. bannit. cap. fin. num. 149. Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 1. num. 12. & ſeq. & d. conſ. 86. num. 58. lib. 1. Ant. de Ball. tract. crim. d. lib. 6. quæſt. 7. num. 7. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 51. num. 20. & ſeq. Guazz. defen. 3. cap. 3. ferè per tot. Ciriac. contr. 426. num. 1. & ſeq. Vermigl. conſ. 244. num. 4.* & nouiſſimè *Zuff. ad d. Conſtit. Barber. num. 5. & num. 22.* & dixi etiam ſupra in verb. *Accuſatia, Reſolut. 7. num. 10.*

5 Subamplia d. ſecundam ampliationem, vt, etiam parte non opponente, inquiſitio ſinè loco, & tempore formata ſit nulla, vt voluerunt *Menoch. d. conſ. 100. num. 86. lib. 1. & de recup. poſſeſſ. remed. 1. nu. 437. Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 1. num. 16.* vbi teſtatur, hanc eſſe communem Doctorum opinionem, & ab ea non eſſe recedendum, & *Guazzin. defen. 3. cap. 3. num. 13. verſ. Ac etiam &c. & verſ. imò locus &c. & verſ. imò adeò*, vbi dat concordantes.

6 Licèt contrarium tenuerint *Capb. conſ. 304. num. 113. lib. 3. & Decian.* qui in eodem caſu conſuluit *conſ. 18. num. 76. & ſeq. lib. 1.* qui alios dat concordantes, quos reprobat *Farinac. vbi ſupra.*

7 Limita primò d. ſecundam ampliationem, vt habeat locum in delictis, quæ temporis momento committuntur, ſecùs autem in habentibus tractum ſucceſſiuum, & in quibus locus, & tempus eſt incertum, & indeterminatum, quia in d. delictis non eſt neceſſè apponere in inquiſitione locum, & tempus vt declarant *Angel. de maleſ. in ver. Hæc eſt quædam inquiſitio, num. 64. & ſeq. Menoch. d. conſ. 100 num. 89. & ſeq.* vbi infert ad crimen hæreſis, *Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 1. num. 17. verſ. limita tertiò*, vbi alios dat concordantes, *Guazz. d. defen. 3. cap. 3. num. 13. verſ. ſed Doctores &c. & Ant. de Ball. tract. crim. lib. 6. quæſt. 7. num. 5. & num. 14.*

8 Limita ſecundò d. ſecundam ampliationem, quod licèt ad validitatem inquiſitionis ſit neceſſaria expreſſio loci, & temporis commiſſi delicti, puta, menſis, & anni, non tamen eſt neceſſaria expreſſio diei ad tex. *in d. l. libellorum 3.* & ibi not. *gloſ. & communiter Doct. ff. de accuſat.* & ego dixi latè ſupra in verb. *Accuſatia, Reſol. 7. per tot.* quæ hic inutiliter replicanda non ſunt, cum ſolemnitates requiſitæ in accuſatione, præter ſubſcriptionem ad pœnam, requirantur etiam in inquiſitione, vt docet *Farin. de inquiſ. d. quæſt. 1. n. 12.*

9 Amplia tertiò d. concluſionem, vt in tantùm in-

inqui-

inquiſitione debeant exprimi omnes qualitates, & circumſtantiæ delicti, quod ſi vna qualitas exprimatur, puta, vulnus cum cicatrice, percuſſio cum ſanguine, & ſimilia, ſi d. qualitas non ſit probata in proceſſu, vt quia ſit probatum vulnus, ſed non cicatrix, percuſſio, ſed non cum ſanguine, non poſſit ſequi condemnatio, ſed inquiſitus ſit abſoluendus, niſi pendente iudicio fiat detractio d. qualitatis, vt tradunt *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 66. verſ. ſed quid ſi pro parte &c, Farinac. de inquiſ. quæſt. 1. num. 23. & ſeq.* vbi quamplures facit illationes, & dicit, hanc ampliationem procedere in qualitate aggrauante, & alteratiua delicti, alias ſecus, *Scac. de iudic. lib. 1. cap. 51. num. 39. & ſeq. Guazz. def. 3. cap. 3. num. 13. Cabal. reſol. crim. caſu 56. num. 80 & ſeq. cent. 1. & Vermigliol. conſ. 224. num. 1.* & dixi latius ſupra in verb. *Accuſatio, Reſol. 8. per tot.* vbi *num. 3.* limitaui hanc ampliationem, vt non habeat locum, ſtantibus clauſulis ſalutaribus, quã limitationem ſequitur bene comprobando modernus *Zuffi. de legit. proc. lib. 1. quæſt. 4. per tot.* vide igitur *d. Reſol. 8. per tot.*

10 Subamplia d. tertiam ampliationem illatiuè, quòd ſi inquiſitio contineat locum, & tempus cõmiſſi delicti, ſi illud de dicto tempore non probetur, ſed de alio, non poſſit ſequi condemnatio, ſed abſolutio, vt tradunt *Boſſ. in pract. in tit. de inquiſ. num. 90. 93. & 102. Ant. Gomez var. reſ. tom. 3. cap. 11. num. 2. Maſcar. de prob. concl. 28. num. 4. lib. 1,* plenè *Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 1. num. 29.* vbi alios dat concordantes quamplures, qui *num. ſeq.* declarat, hanc ſubampliationem non habere locum in delicto non iterabili, vt in homicidio, & ſtantibus clauſulis ſalutaribus, & ſtante confeſſione partis, nec quando delictum fuit probatum de alia die, quam in inquiſitione expreſſa, ſi illa fuit expreſſa parte non petente, alias ſecùs, quæ vide ibi per eũ bene explicantem, cum ex alienis ſcriptis ſcripta conficienda debeant, vt in adagio eſt,

11 Declara d. tertiam ampliationem, quod quando qualitas deducta in inquiſitione, de illa detrahitur pendente iudicio, puta qualitas aſſaſſinij, vel proditionis, quæ fortè probata non fuit, vt d. detractio afficiat, debet illa reo notificari non mutata inquiſitione, cum reus debeat eſſe certus de eo, quod contra ſe agitur, vt not. *Angel. de maleſ. in verb. Qui Dominus Iudex num. 2. & 3. & Zuffi. de legit. proc. lib. 1. quæſt. 4. num. 9. & 10.* vbi ponit formam notificationis, *& ad Conſtit. Barber. n. 25.*

12 Declara ſecundò d. tertiam ampliationem, vt nõ habeat locum è contra, quando qualitas non fuit expreſſa in inquiſitione, ſed in proceſſu fuit probata, quia tunc ſequi poteſt condemnatio, vt tradunt *Cabal. reſol. crim. caſu 173. num. 2. et ſeq. cent. 2. & Guazzin. defen. 3. cap. 4. num. 3.* vbi dicit, d. qualitatis non expreſſæ in inquiſitione, ſed probatæ in proceſſu dandam eſſe reo copiam, vt ſuas valeat facere defenſiones, & dixi iterum ſupra in verbo *Accuſatio, Reſol. 9. num. 3.*

S V M M A R I V M.

1 *Inquiſitio quando eſt nulla, vel inepta, eſt nullus etiam proceſſus, et alia ſubſequuta.*
Etiamſi adeſſent legitima indicia, n. 3.
2 *Libellus, quando eſt nullus, reus abſoluitur ab obſeruatione iudicij, reſeruato iure actori melius agendi,*

R E S O L V T I O IV.

Inquiſitio quando eſt nulla an ſit nullus etiam proceſſus, et alia requiſita,

1 INquiſitio quando eſt nulla, vel inepta, eſt nullus etiam proceſſus, & omnia ſubſequuta corruunt, ita vt reus nec torqueri, nec condemnari poſſit, ſed debeat abſolui ab obſeruatione iudicij, & nouus proceſſus inchoari ad tex. in *l. Libellorum 3. ff. de accuſ.* & tradunt *Boſſ. in pract. in tit. de inquiſ. num. 77. Ant. Gomez var. reſ. tom. 3. cap. 11. in princ.* qui loquitur in accuſatione nulla *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 20. verſ. ad formandam etc.* latè *Farinac. de inquiſ. quæſt. 1. num. 5.* vbi alios adducit, ita ſentientes quamplures, *et conſ. 86. num. 64. lib. 1. Ciriac. contron. 485. nu. 3. et 488. num. 62. et 63. et Vermigl. conſ. 108. num. 2.*

2 Quando enim libellus ex aliquo defectu eſt nullus reus abſoluitur ab obſeruatione iudicij, & reſeruatur ius actori, quod antea habebat *d. l. Libellorum 3. ff. de accuſ. l. 3. et ibi gloſ. ff. ſi menſ. falſ. mod. dixe. Bart. in l. 1. ſub num. 13.* & ibi not. *Doct. comm. ff. de eden. Ant. Gomez var. reſol. d. tom. 3. cap. 11. num. 1. verſ. confirmatur. Maran. in pract. par. 5. n. 50* inquiſitionem autem habere vim libelli accuſatorij, dixerunt *Farinac. de inquiſ. q. 1. n. 11. Ant. de Bal. pract. crim. lib. 6. quæſt. 7. n. 7. et Zuffi. ad Conſt. Baber. n. 7. et 8* & dixi ſupra *Reſol. præced. poſt princ.*

3 Amplia d. concluſionem, vt habeat locum, etiãſi adeſſent legitima indicia, vt not. *Boſſ in pract. in d. tit. de inquiſ. num. 77. et Ciriac. d. contr. 485. nu. 3.*

S V M M A R I V M.

1 *Inquiſitus in partibus de delicto poteſt recurrere ad Papam, et ſe conſtituere in carceribus in Curia.*

R E S O L V T I O V.

Inquiſitus in partibus de delicto an poſſit recurrere ad Papam, et ſe conſtituere in carceribus in Curia.

1 INquiſitus in partibus per Iudicem de delicto per eum commiſſo poteſt habere recurſum ad Papam, & ſe conſtituere in carceribus in Curia, vt tradunt *Vermigl. conſ. 352. num. 1. et ſeq. et Rota deciſ. 27. num. 22. et ſeq. poſt ſec. vol. conſ. Farin.* & dixi latius infra in verb. *Reus, Reſ. 10.*

INSTI-

INSTIGATOR.

SVMMARIVM.

1 *Inſtigator non continetur nomine partic.*
2 *Inſtigator dicitur, qui inſtat inquiri ſubminiſtrando teſtes, & oneri probationum non ſe alligat.*
3 *Inſtigatoric citatio nõ requiritur, niſi ille inſtet, citari Qio caſu habetur loco partis, et accuſatoris, et condemnatur in expenſic, n.4.*
Licèt contrarium teneant aliqui, n.5.

RESOLVTIO I.

Inſtigator an contineatur nomine partic.

1 INſtigator non continetur partis nomine, cum pars dicatur, quæ accuſat, non qui inſtigat, & inſtigatio non habeat vim accuſationis, niſi præcedat querela, vt tradunt *Clar. in pract. §. fin. quaeſt. 3. num. 1. & quaeſt. 10. nu. 4 Bertaz conſ 386. num. 4. et ſeq. lib. 2.* quem vna cũ alijs refert, & ſequitur *Giurb. conſ. 57. nu. 17. et ſeq. et P. Graſſ. de nece prodit. in addit. num. 155.*

2 Inſtigator enim ſimplex dicitur, qui oneri probationum non ſe alligauit, ſed ſimpliciter inſtat inquiri, & miniſtrat teſtes contra inquiſitum, proteſtando, nolle facere partem, vt declarant *Giur. d. conſ 57. num. 17. 18. et ſeq. et P. Graſſec. de nece prodit. in addit. d. num. 155.* licèt, illum haberi pro accuſatore, dixerit *Menoch. conſ. 263. num. 5.* vndè non mirum, ſi non veniat partis appellatione, vt tradunt Doct. ſupra adducti.

3 Amplia d. concluſionem illatiuè, vt inſtigatoris citatio in proceſſu non requiratur, niſi ille proteſtetur, quòd velit citari, quia, ſic proteſtando, habetur loco partis, licèt prius non querelauerit, vt not. *Boſſ. in pract. in tit. de inquiſ. n. 26. Clar. in pract. d. q. 10. verſ. quarò numquid &c. in fin. Giur. d. conſ. 57 n. 17. et ſeq.* vbi declarat, quis dicatur inſtigator, ſeù promotor, *Card. Tuſc. pract. concl. litt. I. concl. 223. n. 6 et P. Graſſ. de nece prod. in d. addit. num. 155.*

4 Subamplia d. ampliationem illatiuè, quod inſtigator, qui proteſtatur, velle citari in iudicio habetur loco partis, & loco accuſatoris, licèt non querelauerit, vt ideò, ſi ſuccumbat, ſit condemnandus in expenſis, vt tradunt *Clar. in d. §. fin. quaeſt. 10. ver quaro nunquid in fin. et Card. Tuſch. pract. concluſ. litt. I. concluſ. 223. in fin.*

5 Licet contrarium, imò inſtigatorem generaliter teneri de calumnia, & eſſe condemnandum in expenſis, voluerint *Batar. ad Clar. q. 62. in fin.* vbi loquitur in inſtigatore non nominato in iudicio, *Farin. de accuſ. quaeſt. 16. n. 14.* vbi quamplures adducit ita ſentientes, & *Guazz. def. 3. cap. 13. num. 5. verſ. et etiam &c.*

ADDITIO.

N. 2. VBi habetur, quod Inſtigator dicitur qui inſtat inquiri ſubminiſtrando teſtes contra inquiſitum, adde, quod didicit is teſtificatus inſtigator non admittitur ad inductionem aliorum teſtiũ ſuper eiſdem ob ſubornationis timorem, vt probat *Vermig. conſ. crim. 141. n. 5*

Reſol. Crim.

SVMMARIVM.

1 *Inſtigator, quando adeſt fiſcus, non admittitur ad appellandum, niſi inſtigator ſatis dederit de reficiendis expenſis,*

RESOLVTIO II.

Inſtigator quando adeſt, fiſcus an admittatur ad appellandum, ſi inſtigator non ſatisdet de reficiendis expenſis,

1 INſtigator quando adeſt, ſiuè ſecretus, ſiuè apertus, fiſcus non admittitur ad appellandum, nec ad proſequendam appellationem, niſi inſtigator præſtiterit cautionem de reficiendis expenſis, tam primæ, quam vlterioris inſtantiæ, vt tradunt *Batar. ad Clar. q. 94. n. 24. Farin. de var. ac d n. quaeſt. 101 n. 32. Scac. de appel. cap. 2. q. 17 lim. 49. n. 11. Guaz. def. 36. c. 14. n. 3. et Vermigl. conſ. 324. n. 5.* vbi allegat *Bulla Pij IV.* & dixi latius ſupra in ver. *Appellatio, Reſ. 2. per tot.* vide ibi.

INTERPRETATIO.

SVMMARIVM.

1 *Interpretatio ſemper illa eſt facienda, per quam delictum excluditur.*
Ita vt ſemper cenſeatur factum illud, quod meretur minorem pœnam, num. 3.
Et per quam excluditur crimen falſi, n. 4.
Et per quam pœna conuentionalis non cenſetur commiſſa, num. 5.
Et quæ excludit vſuram, n. 6.
Et vt actus cenſeatur factus in loco, et tempore licito, n. 7.
Et minata vindicta intelligatur de vindicta per viam iuris, num. 8.
Et vt conſilium alicui datum intelligendum ſit in bonam partem, n. 9.
Et quòd interueniens in rixa intelligatur interueniſſe, vti mediator, n. 10.
Et interpretatio ſit capienda, quæ excludit ſimoniam, num. 11.
2 *Interpretatio benignior in dubio ſemper eſt ſeruãda*

RESOLVTIO VNICA.

Interpretatio an ſit ſemper facienda, vt delictum excludatur.

1 INterpretatio illa ſemper eſt facienda, per quam delictum excluditur, vt tradunt *Maſc. de prob. concl. 864. num. 30 lib. 2. Farin. de delict. et pœn. quaeſt. 31. num. 22. et conſ 25. num. 12. et conſ. 30 n. 173 et 187. lib. 1. Cabal. reſol. crim. caſu 285. num. 18. cent. 3. Ciriac. controuerſ. 5. num. 220. Guazzin. defen. 29. cap. 2. num. 4. et ſequen.*

vbi plures facit illationes, *Capic. Latro deciſ. 1 5 n. 4. lib. 1. Vermigliol. conſ. 92. num. 9. & conſ. 129. nu. 11 & conſ. 132. num. 3. Ill. Sperell. deciſ. 120 num. 77. par. 2. Rub. de valid. legal. cap. 16. num. 86. & cap. 24 num. 51. & cap. 28. num. 9. & cap. 38. il primo, n. 5. & Rot. deciſ. 121. num. 2. & deciſ. 234. num. 9. poſt ſec. vol. conſ. Farinac.* & dixi etiam ſupra in verb, *Delictum, Reſol. 1. num. 3.*

2 Interpretatio enim benignior ſemper in dubio eſt facienda *Farinac. conſ. 65. num. 89. lib. 1 Guazzin. d. defen. 39. cap. 2. num. 4. Card. Tuſch. pract. concl. lit. I. concl. 330. num. 85. Altogr. conſ. 83. num. 31. lib. 1. Ciriac. contr. 105. num. 3.* vbi loquitur in pœnalibus prout loquitur *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 3. caſu 2. num. 6. & Paul. Rub. de valid. legal. cap. 56. num 82.* & dixi ego *alleg. foren. 81. num. 6. & allegat. 82. n. 17.* & illa eſt ſumenda, quæ minus nocet reo *Farinac. conſ. 186. num. 10. lib. 2.*

3 Amplia primò d. concluſionem illatiuè, quòd, ſi in aliquo facto poſſit adaptari maior, vel minor pœna interpretatio facienda ſit, quod fuerit factum illud, per quod imponitur minor pæna, vt voluerunt *Rolan. conſ. 1. num. 37. lib. 3. Crauet. conſ 6. n. 69. Decian. conſ. 67. nu. 12. & ſeq. lib. 3. Bertaz. conſ 261. num. 10. lib. 2. Farinac conſ. 45. num. 27. & conſ. 61. num. 12. lib. 1.* plenè *Guazzin. d. def 29. cap. 2. nu. 10. verſ. prima itaque &c* vbi quamplures facit illationes *Giurb. conſ. 6. num. 14. & Paul. Rub de valid. legal. cap. 38. il 1. n. 3. & 4.* vbi dat concordantes.

4 Amplia ſecundò d. concluſionem illatiuè, vt in dubio illa interpretatio ſit capienda, per quam excluditur turpe falſitatis crimen, vt docent *Farin. conſ. 60. num. 84. & 93. lib. 1. & conſ. 108. num. 27. lib. 2. Vermigl. conſ. 256. num. 20.* & dixi ego *alleg. foren. 88. num. 26. & 66. & alleg. 91. nu. 44. & alleg. 100 num. 12.* etiamſi interpretatio eſſet extranea, vt ibi & dixi etiã ſupra in ver. *Falsũ, Reſ 9. per tot*, vide ibi

5 Amplia tertiò d. concluſionem pariter illatiuè, vt in dubio interpretatio ſit facienda, quod pœna conuentionalis non ſit commiſſa, vt tàm quoad cautionem de repræſentando, quàm quoad cautionem de non offendendo, & quò ad cautionem de benè viuendo, quòd in dubio ſit facienda interpretatio, quòd illæ non ſint ruptæ, & pœna in eis ſtipulata non debeatur latè probaui ſupra in verb. *Cautio de repræſentando Reſol 7. num. 2. & ſeq.* vbi plures attuli Doctorum authoritates, & dixi etiam *alleg. foren. 89. num. 61.* videas ibi, ne eadem hic inutiliter repetantur.

6 Amplia quartò d. concluſionem pariter illatiuè, vt in dubio interpretatio ſit capienda, vt excludatur vſura præcipuè in foro contentioſo, vt not. *Bald. in l. rogaſti 11. §. ſi tibi, n. 19 & ibi Dec. n. 6 ff. ſi cert. petat. Alex. conſ. 221. n. 6. lib. 2. Cran. conſ. 48 n. 8. Farin. conſ. 55. nu. 2. in fin. Card. Tuſch. pract. concl. lit. I. concl. 330. n. 80. Rota in Cremonen. prætenſarum vſurarum vlt. Aprilis 1591. coram. R. P. D. Orano in fin.* quæ eſt poſt *d. conſ. Farin. 55. lib. 1.*

7 Amplia quintò d. concluſionem, vt actus, qui in vno loco, & tempore eſt licitus, & in alio loco, & tempore eſt illicitus, interpretari debet factus in loco & tempore licito ad excludendum delictum, vt not. *Maſcar. de prob. concl. 1003. nu. 16. lib. 2. & concl. 1224. n. 31. lib. 3. Menoch. de præſ lib. 5. præſ 2. n. 10. & præſ. 3. n. 49. & n. 119. & ſeq.* late *Farin. de reo conf. & conuict. quæſt. 85. n. 6. & ſeq.* vbi hanc ampliationem declarat, quando habeat locum in prohibitis, vel permiſſis de iure, *Vrſel. in exam. apũ, concl. 47. nu. 28. & Paul Rub. de valid. legal. cap. 16. num. 2. & ſeq.* addo *Card. Tuſch. pract. concl. lit. I. concl. 330. num. 86. & ſeq.* & dixi latius ſupra in verb. *Actus, Reſol. vnic. num. 3.*

8 Amplia ſexto d. concluſionem, quod ſi quis minatus fuerit contra aliquem, velle facere, vel dicere velle facere vindictam, & ſimilia, dicta verba interpretanda ſint, quòd velit facere per viam iuris, & non per viam facti, & de vindicta iuridica mediante iuſtitia, & non alias ad excludendum delictum, vt declarant *Boſſ. in pract. in tit. de mandat. ad homic. n. 49. Vulpel conſ. 62. n. 1. et ſeq. Eug. conſ. 76. n. 51. & ſeq. lib. 1.* late *Hond. conſ. 87. n. 106. et ſeq. lib. 2.* & latius *Guaz. d. def. 29. cap. 2. num. 10. et ſeq.* vbi latè comprobat, & quamplures adducit Doctorum authoritates, & limitat, non habere locum in homine ſolito minas exequi, vel malæ famæ, vt ibi per eum, vbi alias plures facit illationes, & *Paul. Rub. de valid. legal. cap. 28. num. 15.* & dixi plenius ſupra in verb. *Indicium, Reſol. 14.* vbi alios retuli concordantes quamplures.

9 Amplia ſeptimo d. concluſionem illatiuè, vt conſilium alicui datum ſi poſſit intelligi de delicto, & non delicto, in dubio interpretandum ſit in bonam partem pro non delicto, vt poſt *Alciat. Maſcar. Gabr. & Farin.* per me relatos ſcripſi ſupra in verb. *Actus, Reſol. vnica in fine*, vbi vide.

10 Amplia octauo d. concluſionem pariter illatiuè, quòd, probato, aliquem interueniſſe in rixa in dubio ſumenda ſit interpretatio, illum interueniſſe in ea vt mediatorem, & ad ſeparandum rixantes, non autem vti rixatorem, vt docent *Capol. conſ. 40. n. 3. & Paul. Rub. de valid. legal. cap 28. num. 16.*

11 Amplia nono d. concluſionẽ pariter illatiuè pro nunc, vt in dubio illa interpretatio ſit capienda, per quam ſimonia non cenſetur commiſſa, vt aduocatunt *Dec. conſ. 118 n. 2. et ſeq. Balib Thomaſ. in ſuis tract. var. tom. 4. in tit. de Simon n. 409. et ſeq. Paul. Rub. de valid. leg. cap. 22. n. 53. et ſeq. Rot. in Firmana Cappellaniæ 1551 coram Aldobrandino, et in Bitonen. Cappellania 3. Martij 1589. coram eodem,* quas refert *Paul. Rub. vbi ſupra.*

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod interpretatio ſemper eſt facienda, per quam excluditur delictum adde, quod interpretationes aliæ dicuntur doctrinales, & magiſtrales, aliæ vero auctoritatiuæ, & neceſſariæ, doctrinales dicuntur quæ ſunt ſolũ probabiles, & non neceſſariæ idest non obligantes, quæ interpretationes fieri poſſunt a peritis, vt declarant *P. Layman in Theol. moral. lib. 1. tract. 4. cap. 16. n. 1. & P. Graſſet. de nec. e prodit. §. 8. num. 105.* authoritatiuæ vero, & neceſſariæ quæ obligant ad tenendum ſenſum per eas datum non poſſunt fieri niſi à Principe legis conditore; vt not. *P. Layman. & P. Graſſett. vbi ſupra.*

I N-

INTERROGATORIA.

SVMMARIVM.

1 *Interrogatoria, quæ dantur per reum, alia ſunt intentionalia, alia verò cohærentia.*

2 *Interrogatoria intentionalia habentia vim articulorum non ſunt admittenda.*

Neq; e in cauſa ciuili, num. 3.

Imò ſunt per iudicem reſecanda, num. 4.

Quod procedit etiam in interrogatorijs cauilloſis, impertinentibus, captioſis, & ſimil. n. 5.

Reus tamen ad actum reſecationis debet citari, num. 6.

Maximè, dum non docetur de iuſtitia reſecationis illorum, n. 7.

In dubio tamen interrogatoria non ſunt reſecanda, num. 8.

RESOLVTIO I.

Interrogatoria quæ dantur per reum an ſint alia intentionalia, & alia cohærentia.

1 INterrogatoria, quæ dantur per reum pro teſtibus repetendis, alia ſunt intentionalia, quæ dantur, vt probent pro inquiſito extra illud, quod teſtes depoſuerunt contra eum, & dicuntur habere vim articulorum, alia verò ſunt cohærentia, quæ vertuntur circa teſtium dicta circa quæ intenditur cum eis inuoluere teſtes examinatos, vt de fide eorum diminuatur, vt declarant nouiſſime *Zuff. de legit. proc. lib. 3. quæſt. 154. in prin.*

2 Declara d. concluſionem, quod interrogatoria intentionalia, quæ habent vim articulorum, vt ſupra, data per reum pro repetendis teſtibus, non ſunt admittenda, licèt concernant defenſionem, & intentionem interrogantis, ſed ſunt reſecanda, ne reus conſequatur indirectè quod non poteſt directè, videlicet, quòd examinentur teſtes ſuper ſua intentione ſine interrogatorijs accuſatoris, vel fiſci, vt tradunt *Canalc. de teſt. par. 5. num. 212. Guazzin.* qui illum referendo ſequitur, *def. 25. cap. 1. num. 12. in fin. & Zuff. de legit. proceſ. d. quæſt. 154. nu 2. & ſeq.* vbi dicit, ſecùs eſſe poſſe, parte non opponente, declarando *Theſ. deciſ. 261.* qui contrarium ſentire videtur, vt ibi per eum.

3 Amplia d. declarationem, vt habeat locum etiam in cauſa ciuili, in qua non admittuntur d. interrogatoria intentionalia habentia vim articulorum, ob ſupradictam rationem, vt docent *Scac. de iud. lib. 2. cap. 8. n. 878. & ſeq. Far. de teſt. q. 73. n. 48. & 72. Poſt. de manut. obſeru. 91. num. 7. Andreol. contr. 98. num. 11. & ſeq. & Rot. in Tullen. Matrimonij 8. Februarij 1574. coram ſan. mem. Clem. VIII.* quæ eſt apud *Farin. in d. quæſt. 73. poſt num. 48.*

4 Amplia ſecundò d. declarationem, vt d. interrogatoria intentionalia, & quæ habent vim articulorum non ſolum non ſint admittenda, ſed etiam per iudicem ſint reſecanda, vt dixi, vt not. *Guaz. d. def. 25. c. 1. ſub n. 12. Poſt. de manut. d. obſer. 91. nu. 7. Zuff. de legit. proc. d. lib. 3. quæſt. 101. nu. 9. et d. quæſt. 154. num 2. & ſeq. & Rot. in d. Tullen. Matrimonij coram ſan. mem. Clem. VIII.* circa medium.

5 Subamplia d. ſecundam ampliationem, vt habeat locum etiã in interrogatorijs cauilloſis, captioſis, ſuperfluis, & impertinentibus, quæ pariter iudex ex ſuo officio debet reſecare, vt tradunt *Guaz. d. def. 28. c. 6. n. 4. Far. de teſt. d. q. 73. n. 48. Andr. Gai. pract. obſer. lib. 1. obſer. 95. n. 1. & ſub n. 8. Fenz. ad Stat. Vrb. lib. 1. c. 74. n. 17. Poſt. de manut. d. obſer. 91. n. 8.* vbi plures dat concordãtes, *et Rot. in d. Tullen. Matrim. coram San. mem. Clem. VIII.* relata per *Far. vbi ſupr.*

6 Declara d. ſecundam ampliationẽ, quòd, licet iudex ex officio poſſit interrogatoria reſecare, tamẽ ad d. actum reſecationis, reus debet citari, vel reſecatio eſt ei pateſacienda, cum ipſe habeat facultatem contradicendi & etiam appellandi intra decẽ dies, vt tradunt *Abb. in c. per tuas 48. n. 1. ver. circa tamen &c. de teſt. Verm. conſ. 20. n. 7.* vbi dicit, alias repetitionem eſſe nullam, vt ibi per eum, & benè declarat nouiſſime *Zuff. de leg. proc. d. lib. 3. q. 127. n. 2. & ſeq.* qui pariter dicit, quòd alias reus poteſt de nullitate repetitionis dare, vt ibi per eum.

7 Amplia d. declarationem, vt eò magis habeat locum, quando ex aduerſo non docetur de iuſtitia reſecationis interrogatoriorum, vt puta, quòd illa ſint impertinentia, quod ſint intentionalia, & ſimil. cum in omnem caſum neceſſe ſit de d. iuſtitia conſtare, vt not. *Abb. & Fel. in d. cap. per tuas 48. de teſt. Verm. d. conſ. 20 n. 7. & 8. & Zuff. d. q. 127 nu. 3.*

8 Declara ſecundò d. ampliationem, quod in dubio interrogatoria non ſint iudicanda intentionalia, nec impertinentia, niſi clarè appareat, eſſe talia, & ideò illa non ſunt reſecanda, vt tradunt *Franc. in c. præſentium 2. § teſtes n. 6. de teſt. in 6. Far. de teſt. d. q. 73. num. 50. Vermigl. d. conſ. 20. num. 7. & ſeq. & Zuff. de legit. proc. d. lib. 3. quæſt. 127. num. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Copia interrogatoriorum rei non eſt danda fiſco, nec accuſatori, ne teſtes repetẽdi inſtruãtur ad falſũ.*

Quod procedit etiam in ciuilibus, n. 2.

RESOLVTIO II.

Copia interrogatoriorum rei an ſit danda fiſco, ſeù accuſatori.

1 COpia interrogatoriorum, quæ dantur pro parte rei contra teſtes pro fiſco examinatos ad effectum illos repetẽdi, non eſt danda fiſco, nec accuſatori, ne teſtes repetendi inſtruantur ad falſum, vt tradunt *Canalc. de teſt. par. 5. n. 185. Guazz.* qui illum refert, & ſequitur *def. 25. cap. 1. num. 7. & Michal. de poſit. cap. 3. n. 3.*

2 Amplia d. concluſionem, vt habeat locum etiam in ciuilibus, in quibus interrogatoria data per reum contra articulos actoris, & teſtes ſuper eis inductos non debent communicari actori, neque de eis dari copia, ne teſtes per eum inducti ad fal-

ſum inſtruantur, vt not. gloſ. in cap. præſentium 2. §. teſtes in ver. interrogatoria de teſt. in 6. Abb. & Felin. in cap. per tuas 43. num. 10. de teſt. Adden. ad Veſtr. in pract. lib. 6. cap. 2. nu. 55. Aſin. in pract. §. 25. cap. 7. num. 5. Maran. in pract. par. 6. membr. 7 in fin. Penzon. ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 74. num. 16. & Michal. de poſit. d. cap. 3. num. 3.

SVMMARIVM.

1 Teſtis non poteſt interrogari ſuper iis, quæ crimen infamiam, & turpitudinem illius continent.

Quicquid contrarium ſenſerint aliqui, n. 2.

Siuè teſtes in genere, ſiuè in ſpecie ſuper crimine interrogentur, num. 3.

Licèt contrarium velint aliqui Doct. n. 4.

Si tamen teſtis ſuper crimine reſpondeat, ſibi imputare debet, num. 5.

6 Teſtis tenetur reſpondere ad omnia, quæ illum inhabilitant ad teſtificandum.

RESOLVTIO III.

Teſtis an poſſit interrogari ſuper iis, quæ crimen, infamiam, & turpitudinem illius continent.

1 TEſtis non poteſt interrogari ſuper iis, quæ crimen infamiam, & turpitudinẽ illius continent, vt tradunt *Canoniſtæ communiter in cap. cum cauſam 37. de teſtib. Couar. pract. quæſt. cap. 18. n. 7.* vbi dicit, ita ſeruari in practica, *Viuian. opin. 912. in prin.* quem refert, & ſequitur, aliis pluribus relatis, *Farinac. de teſtib. quæſt. 73. num. 53.* vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione, & ampliat, hanc concluſionem habere locum, ſiuè delictum ſit publicum, ſiuè occultum, vt ibi per eum, cum quibus pertranſeunt *Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt. 53. nu. 12. & Guazz. defen. 28. cap. 6. num. 4. & 5* vbi alios dat concordantes, necnon *Michal. de poſitio. cap. 3. num. 34. in fin. & num. 45. Pract. Ridolph. par. 1. cap. 11. n. 105.* & teſtes non poſſe cogi ad examen, quãdo detegeret turpitudinem ſuam, dixit *Zuffi. de legit. proc. lib. 1. q. 67. n. 4.* Nemo enim cogitur detegere turpitudinem propriã *Canoniſtæ in cap. dudum 54. de electio. Oſaſch. deciſ. Pedem. 66. num. 2. Ciriac. contr. 116. num. 15. Pract. Ridolph. d. cap. 11. num. 106. Michal. de poſit. d. cap. 18. num. 8. & Zuffi. de legit. proceſſ. lib. 1. quæſt. 57. num. 23.* qui dant concordantes.

2 Quicquid contrarium ſenſerint *Butr. Specul. & Alberi.* in locis relatis per *Farinac. de teſt. d. quæſt. 73. num. 55.* contra quos adeſt verior, & magis communis opinio, de qua ſupra.

3 Amplia d. concluſionem, vt habeat locum ſiuè in genere, ſiuè in ſpecie teſtis interrogetur de crimine, quia nullo modo tenetur prodere ſuum crimen, vt adnotauit *Specul. in tit. de teſt. §. iam de interrogatoriis n. 22. ad medium,* quem ſequitur *Farin. de teſt. d. q. 73. n. 66.* vbi dicit, contrariam opinionem eſſe contra mentem omnium Doctorum in principali concluſione adductorum.

4 Licèt contrarium, imò teſtem poſſe interrogari de crimine in genere, an ſcilicet ſit criminoſus, voluerint *Imol. num. 8. & Abb. num. 213. in d. cap. cum cauſam 37. de teſt. & ibi gloſ. in ver. de cauſis.*

5 Limita primò d. concluſionem, quod, licèt teſtis non teneatur reſpondere de ſuo crimine, ſi tamen reſpondeat, & illud fateatur, ſibi imputare debet, cum ei credatur contra ſe ipſum, & teſtimonium valeat, vt tradunt *Hoſt. Io. Andr. Bellam. Butri. Imol. & Ancar. in d. cap. cum cauſam 37. de teſt. Couar. pract. q. cap. 18. n. 7. in fin. & Viuian. opin. 918. n. 3.* quos refert, & ſequitur *Far. de teſt. d. q. 73. n. 67.*

6 Limita ſecundò d. concluſionem, quod, licèt teſtis non poſſit interrogari de crimine, nec ipſe teneatur reſpondere, tenetur tamen reſpondere ad omnia, quæ illum reddunt inhabilem ad teſtificandum, vt ducent *Alberi. de Malet. de teſt. cap. 7. n. 25 in fin. Couar. pract. quæſt. d. cap. 18. num. 7.* vbi dicit, ita frequentiſſimo omnium Doctorum conſenſu receptum eſſe, *Viuian. opin. 918. num. 8.* quem vna cum aliis pluribus refert, & ſequitur *Farin. de teſt. d. q. 73. num. 70. & ſeq.* vbi dicit, id fieri poſſe tàm in genere, quàm in ſpecie, vt ibi per eum.

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod teſtis non tenetur reſpondere interrogatorio continenti eius crimen, tenetur tamen reſpondere interrogatorio, quod illud reddit inhabilem ad teſtificandum adde *Pract. Archiep. Neap. cap. 34 num. 14.* benè prædicta declarantem.

SVMMARIVM.

1 Accuſator non dat interrogatoria, quando reus examinat ad defenſam.

Amplia, vt neque fiſco id facere liceat, n. 2.

Neque inſtigatori, qui poteſt tamen illa dare in aliqua cedula ad Inſtructione Iudicis tantũ, n. 3.

RESOLVTIO IV.

Accuſator an det interrogatoria, quando reus examinat ad defenſam.

1 ACcuſator nõ dat interrogatoria, quãdo reus examinat teſtes ad defenſã, ſaltem de cõſuetudine, ſed Iudex teſtes interrogat, vt tradunt *Clar. in pract. §. fin. q. 23. verſ. itẽ quæro &c. propè fin.* vbi dicit, vidiſſe aliquando dari interrogatoria non in forma iudicii, ſed in aliqua cedula

3 ad inſtructionem Iudicis, vt ibi per eũ *Hond. conſ. 101. in fin. lib. 1. & Guaz. def. 28. cap. 6. n. 3. circa med.* Fauorabilior enim eſt cauſa defenſionis, quam cauſa fiſci *l. fauorabiliores 168. ff. de reg. iur. Boſſi. in pract. in tit. de fauor. defen. n. 2. Far. de indic. & tor. q. 43. num. 14.* plenè *Guaz. defen. 29. cap. 1. in princ.* & nouiſſimè *Zuffi. de legit. proceſ. lib. 3. quæſt. 113. num. 17*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt neque fiſcus poſſit dare interrogatoria contra teſtes ad defenſionem rei examinandos, cum ei non concedatur repulſa teſtium, vt not. *Foller. in pract. in ver. recipiantur defenſiones, num. 32. Clar. in pract. in d. §. fin. quæſt.*

quaeſt. 23. verſ. Item quaero &c. & Guazzin. defen. 28 cap. 6. num. 3. vbi dicit, quòd poteſt tamen fiſcus examini aſſiſtere, & petere, quod Iudex teſtes interroget, vt ibi per eum.

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in inſtigatore, ſi adſit, qui non poteſt dare interrogatoria formata in forma iudicij, ſed ſolùm priuatim in aliqua cedula ad inſtructionem Iudicis, vel fiſcalis, vt docet *Guazzin. d. def. 28. cap. 6. num. 3. verſ. ſi verò &c.* vbi allegat *Clar. in d. q. 23. verſ item quaero &c.* qui tamen loquitur in accuſatore, licet idem *Guazzin.* ibi teſtetur in Curia & praecipuè in Tribunali A.C. inſtigatorem, & fiſco adhaerentem dare interrogatoria formata, vt ibi per eum.

A D D I T I O.

N. 1. VBi habetur, quod accuſator non dat interrogatoria quando reus examinat ad defenſam adde licet contrarium ſentire videatur *Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 9. num. 932.* vbi dicit, quod de ſtilo omnium Curiarum fiſcus teſtes interrogat.

N. 3. Vbi habetur, quod Inſtigator non dat interrogatoria formata, ſed ſolum priuatè in aliqua cedula ad inſtructionem Iudicis adde *Scacc. de iudic. d. cap. 9. num. 921.* dicentem, Inſtigatorem poſſe dare interrogatoria per modum extraiudicialis informationis.

IRACVNDIA.

SVMMARIVM.

1 *Delictũ ex iracundia cõmiſſum mitiùs venit puniendũ.*
Et idem eſt in delicto commiſſo ex iuſto dolore, num. 3.
Et in delicto commiſſo ex prouocatione, n. 4.
Quod procedit, quando iracundia prouenit ex iuſta cauſa, aliàs ſecùs, num 5.
2 *Homo calore irae accenſus non eſt in plenitudine intellectus.*
6 *Irae calor dicitur durare per triginta dies.*
Alij tenent, illud durare per aliquod dies, n. 7
Alij vero, etiam poſt annos ad fugiendam paenam ordinariam, n. 8.
Alij autem per viginti quatuor horas, n. 9.
Et alij vſque ad duodecim horas, n. 10.
Dummodo delinquens ad extraneos actus non diuerterit, n. 11.
Id tamen remitti arbitrio Iudicis verior, & ſecurior eſt opinio, num. 12.

RESOLVTIO VNICA.

Delictum ex iracundia commiſſum an mitius veniat puniendum.

1 DElictum ex iracundia commiſſum mitiùs venit puniendum *l. 2. C. de abolit.* & tradunt latè *Tiraq. de paen. temp. cauſa 1. nu. 1. & ſeq.* vbi adductis Philoſophorum, Hiſtoricorum, Theologorum, & Sacrae Scripturae authoritatibus, & exemplis, hanc concluſionem benè cõprobat *Hond. conſ. 105. num. 47. lib. 1. Menoch. de arbitr. caſu 319. num. 33. & de praeſumpt. lib. 5. praeſum. 3. num. 117.* plene *Farinac. de paen. temp. quaeſt. 91. n. 1. & ſeq.* vbi alios dat concordantes quamplures, *Adden. ad Farinac. conſ. 67. litt. A. lib. 1. Paſcal. de patr. poteſt. par. 3. cap. 6. num. 13. Caball. reſol. crim. caſu 288. num. 63. cent. 3. Giurb. conſ. 17. num. 14. & 15. Merlin. Pignatel. controu. foren. lib. 1. cap. 66. num. 16. & ſeq. & cap. 97. nu. 2. Ant. de Bal. tract. crim. lib 3. caſu 1. num. 102. Vermigl. conſ. 26. num. 9 & ſeq. P. Graſſet. de nece prodit. §. 2. ferè per tot.* volens, delictum ex ira commiſſum non dici deliberatum, & nouiſſimè *Zuff. de legit. proceſſ. lib. 1. cap. 23. num. 20. & ſeq.*

2 Homo enim irae calore accenſus non dicitur, eſſe in plenitudine intellectus, *Grama. conſ. 50. num. 17. Bello. de his quae fiunt incontin. cap. 8. num. 1. & ſeq. Giurb. d. conſ. 17. num. 14. Vermigl. conſ. 26. num. 8. Merlin. Pignatel. d. cap. 66. num. 16. & ſeq.* benè comprobans, cum ira aequiparetur furori *Paſcal. de patr. poteſt. d. cap. 6. nu. 13.* alios adducens concordantes, & ideo primos motus non eſſe in poteſtate noſtra, dixit *Vermigl. d. conſ. 26. n. 12.* & idem not. *Peguer. deciſ. 14. num. 15.*

3 Amplia primo d. concluſionem, vt habeat locum etiam in delinquente ex iuſto dolore, quem pariter facere, vt delinquens mitiùs veniat puniendus, cum difficillimum ſit iuſtum dolorem temperare, vt voluerunt *Tiraquel. de paen. temp. cau. 1. num. 1. & ſeq. per tot.* latè comprobans, *Clar. in pract. §. fin. quaeſt. 60. num. 19. Ludou. de Alpher. conſ. 144. num. 5. & ſeq. inter conſ. crim. diuer. lib. 1. Andr. Gail. pract. obſeru. lib. 2. obſeru. 110. num. 37. Farinac.* licet dubius, *de paen. temper. d. quaeſt. 91. num. 5.* vbi alios dat concordantes, *Caball. d. caſu 288. num. 62. Paſcal. de patr. poteſt. par. 3. cap. 6. nu. 13. & 14. Ant. de Ball. d. caſu 1. n. 103. Ciriac. contr. 105. nu. 37. & Vermigl. conſ. 43. n. 3.* & dixi ego *alleg. for. 87. n. 11.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem illatiuè, quod prouocatus ab aliquo verbis, aut factis ſi prouocantem offendat, mitius ſit puniendus, vti ex iuſto dolore, & iuſta iram commotus, vt not. *Tiraq. de paen. temper. d. cauſa 1. num. 3. & ſeq.* latè comprobans, *Clar. in pract. §. fin. quaeſt. 60. verſ. nunc quaero &c. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 3. num. 24. in fin. Farinac.* qui alios dat concordantes, *de paen. temper. d. quaeſt. 91. num. 7.* vbi dicit hanc ampliationem eſſe ab omnibus communiter receptã, & in tract. *de homic. quaeſt. 125. num. 199. & ſeq.* late *Adden. ad Farin. conſ 67. litt. B.* quamplures adducentes ita ſentientes *lib. 1. Caball. reſ. crim. caſu 144. num. 19. cent. 2. Guazz. defen. 29. cap. 4. num. 32. & Vermigl. conſ. 173. num. 5.*

5 Limita primò d. cõcluſionem, vt habeat locum in iracundia prouenient ex iuſta cauſa, ſecùs ſi ab iniuſta, quia illam non excuſare, voluerunt *Falsa. in c. ſicut ex literis 13. n 3. ver & maximè de iureiu. Clar. in pract. §. fin. q. 60. ver. eſt etiam &c.* vbi teſtatur de cõmuni opinione *Herc. de caus. de non aſſ. c. 34. n. 18 Decia. tract. crim. lib. 6. c. 11. n. 9.* latè *Farin. de paen. temp. d. quaeſt 91. num. 38. & 39. & Giurb. d. conſ. 17 num. 15.* alios adducens concordantes.

6 Declara d. concluſionem, quod licet maximè cõtrouerſum ſit inter Doctores, per quantum tempus calor iracundiæ durare, dicatur, cum illud durare per ſpatium triginta dierum, voluerint *Deci. in l. quicquid calore 48. num. 9. ff. de reg. iur. Gram. vot. 32. num. 14. Boſſ. in pract. in tit. de homic. num. 62. Baiar. ad Clar. §. homicidium, nu. 20, Paſcal. de patr. poteſt. par. 3. cap. 6. num. 14. Menoch. de arbitr. caſu* 361. *num.* 21. vbi dicit, hanc opinionem magis receptam eſſe, *& Farinac. conſ. 2. num.* 8.

7 Et illum durare per aliquos dies, maximè in actu ſucceſſiuo, dixerunt *Ciriac. contr. 105. n. 71. & 72. Giurb. conſ. 86. n. 18. & ſeq. & Vermigl. conſ. 71. n. 6.*

8 Et etiam poſt annos dici illum durare, ita vt pœna ordinaria delinquens puniri non valeat, voluerint *Gizzarel. conſ. 18. per tot. & Giurb.* qui illum refert *d. conſ. 86. num. 18. & ſeq.* qui teſtantur, ita fuiſſe in facto iudicatum.

9 Alij verò tenuerint, illum perdurare vſque ad diem ſequentem, & vſque ad viginti quatuor horas *Bombi. conſ. 9. num. 12.* quem referendo ſequitur, *Menoch. conſ. 207. num. 40. Baiar. in d. §. homicidium num. 21. & Caluin. de aequit. cap.* 102. *num. 66. lib. 2.* & de die ſequenti loquitur *Paſcal. de patr. pot. par. 3. c. 6. n. 15. & Vrſal. in exam. apum concl. 59. n. 63.* vbi pariter dicit, illum durare die ſequenti.

10 Alij verò vſque ad duodecim horas, vt per *Theſ. deciſ. 178. num. 7.*

11 Dũmodo tamen delinquens ad extraneos actus non diuerterit, quod facit præſumi, iracundiæ calorem fuiſſe ſedatum, quia tunc, poſtea delinquendo, præmeditatè deliquiſſe diceretur, vt declarant *Boſſ. in pract. in d. tit. de homic. num. 61. in fin. Farinac. de homic. quaeſt. 125. num. 403. & quaeſt. 126. num. 214. Theſaur. d. deciſ. 178. in fin. Caball. de omni gener. homic. num. 96. Caluin. de aequit. d. cap. 102 ante fin.* dicens, ita fuiſſe in facto iudicatum per Senatum Mediolani.

12 Verior tamẽ, & ſecurior opinio eſſe videtur, quod cum id à iure non reperiatur, diffinitũ, relinquatur Iudicis prudentis arbitrio ſtatuendũ. quia, attenta offenſione, ira ex illa proueniente, ſeù iuſto dolore qualitate perſonæ, & alijs circumſtantijs facti, pro ſuo arbitrio iudicabit, offenſionem ſubſequutam factam fuiſſe colore iracundiæ adhuc perdurante, vel non, vt ſcripſerunt *Menoch. de arbitr. caſu 361. num. 21. & 22. Theſ. d. deciſ. 178. num. 7. verſ. intra autem &c. Farinac. de homic. d. quaeſt. 126. num. 214* vbi hanc opinionem, dicit, veriorem eſſe, *Calui. de aequit. d. cap. 102. num. 65.* vbi putat, arbitrium non eſſe extendendum vltra ſpatium viginti quatuor horarum, *Giurb. d. conſ. 86. num. 18.* quamplures adducens ita ſentientes, *Baiar. ad Clar. in d. §. homicidium, num. 20. in fin.* & non diſſentit *Cabal. de omni gen. homic. num. 386.* & nouiſſimè *P. Graſſ. de nece prodit. §. 2. nu. 9. ver. vnde concludit &c.* qui *ſub num. 10.* dicit, ſufficere ceſſationem totalem à rixa, & tranſitum primi furoris rixæ, etiamſi illa adfuerit intra viginti quatuor horas. quod ex ſignis externis cognoſci poſſe dicit, vt ibi per eum.

IVDÆVS.

SVMMARIVM.

1 *Iudæus cognoſcens carnaliter Chriſtianam, punitur pœna extraordinaria.*

Quod procedit etiam in Turca, Mauro, Saraceno, et ſimil. n. 2.

Etiam quod Mulier Chriſtiana cognita eſſet Meretrix, num. 3.

Licet aliqui contrarium teneant, n. 4.

Item habet locum d. pœna etiam in Chriſtiano cognoſcente Iudæam, n. 5.

Si tamen Iudæus cognoſcat Chriſtianam in contemptum fidei punitur pœna mortis, n. 6.

Idem eſt ſi id fiat mediante raptu, adulterio, et inceſtu, n. 7.

Non intrat tamen d. pœna ſi id fiat ignoranter, num. 8.

Dictum tamen crimen cognoſcentis mulierem Chriſtianam eſt mixti fori, n. 9.

RESOLVTIO I.

Iudæus cognoſcens carnaliter Chriſtianam, punitur pœna extraordinaria.

1 IVdæus cognoſcens carnaliter mulierem Chriſtianam non punitur pœna mortis, ſed pœna arbitraria, vt docent *Deci. Ber. Mantu. & Ferrett. in cap. 1. de conſt. Marquar. de Iudæ. par. 2. cap. 3. nu. 1. & ſeq. Decian. tract. crim. lib. 5. cap. 12. n. 20.* vbi dicit, ita ſeruari vidiſſe, *Clar. in pract. in §. fornicatio, num. 20. Menoch. de arbitr. caſu 290. num. 9. & ſeq. Vulpell. conſ. 42. num. 6. & ſeq.* vbi teſtatur de communi benè *Farinac. de delict. carn. quaeſt. 139. num. 2.* vbi alijs relatis concordantibus hanc dicit eſſe magis communem Doctor. opinionem, *Caball. Reſ. crim. caſu 4. n. 2. & ſeq. & Ciriac. contr. 432. n. 22. & ſeq.*

Fœdiſſima enim eſt inter Iudæum, & Chriſtianam commixtio, itaut ex lege veteris Teſtamenti d. commixtio, cum Paganis pœna, mortis puniretur, vt habetur *Nume. cap. 25. & not. Farinac. in d. quaeſt. 139. in prin. & Ciriac. d. controu. 432. num. 9.*

2 Amplia primò dictam concluſionem, vt habeat locum in Turca etiam, in Mauro, Saraceno, & alio extraneæ fidei profeſſore, rem carnalem cum Chriſtiana habente, vt docent *Marq. de Iudæ. par. 2. cap. 3. num. 20. Menoch. de arb. d. caſu 290. num. 18. & ſeq. Caball. d. caſu 4. num. 9. & Farinac. in dict. quaeſt. 139. num. 32.*

3 Amplia ſecundò dictam concluſionem, vt habeat locum etiam in Iudæo habente rem carnalem cum Chriſtiana Meretrice, quem pariter eſſe aliqua pœna puniendum voluerunt *Vulpell. d. conſ. 32. num. 13. Baiar. ad Clar. in d. §. fornicatio, num. 21. Ancar. quaeſt. familia. 27. num. 5.* vbi teſtatur de communi obſeruantia, *Caball. d. caſu 4. num. 7. Decian. tract. crim. lib. 5. cap. 12. num. 20.* vbi dicit vidiſſe in d. caſu imponi pœnam triremium ad decennium, *Farin. de delict. carn. d. quaeſt. 130. num. 13.* vbi alios dat concordantes, quamplures, teſtatur de veriori, & magis ſeruata opinione, & quod eſt locus in d. caſu pœnæ corporali, etiam triremium ad tempus, maximè concurrẽtibus qualitatibus, de quibus per eum *ibi num. 8.* & præcipuè ſi meretrix erat nupta, *Paſcal. de patr. poteſt. part. 1. cap. 5. num. 42. Ciriac. d. contr. 432. num. 32. & ſeq.* vbi vult in d. caſu eſſe locum pœnæ pecuniariæ tantum, niſi adeſſet aliqua qualitas aggrauans etiam ſi meretrix eſſe nupta, vt ibi per eũ.

4 Quicquid contrariũ ſenſerint *Petr. de Vbal. Cin. Ceccial. & Alciat.*

& Alcia. in loc. relatis per Farinac. in d. quæſt. 139. num. 12 & per Caball. in d. caſu 4. num. 8. contra quos adeſt verior, & ſeruata opinio de qua ſupra.

5 Amplia vltimò dictam concluſionem, vt habeat etiam locum in Chriſtiano, cognoſcente carnaliter mulierem Iudæam, quem licet plures Doct. voluerint eſſe puniendum pœna mortis vti habente rem cum beſtia, illum tamen eſſe puniendum pœna arbitraria tantum, iuxta facti circumſtantias æquius eſſe dicit *Farinac. d. quæſt. 139. nu. 29. & 32.* vbi ſubiungit, idem eſſe ſi Chriſtianus rem habeat carnalem cum Turca, Maura, Saracena, & ſimil.

6 Limita primò dictam concluſionem, vt non habeat locum in Iudæo cognoſcente Chriſtianam non ob laſciuiam, ſed in contemptum D. N. Ieſu Chriſti, & eius Fidei, quia tunc illum puniendum eſſe pœna mortis voluerunt *Marq. de Iudæ. par. 2. cap. 3. nu. 13. & ſeq.* & non diſſentiunt *Decia. tract. crim. lib. 5. cap. 12. n. 22.* vbi dicit, in dubio præſumi id factum potius ad explendam libidinem, quam in contemptum fidei Chriſtianæ, & latè comprobat *Farinac. de delict. carn. d. quæſt. 139. num. 26.*

7 Limita ſecundò dictam concluſionem, vt non habeat locum in Iudæo carnaliter cognoſcente Chriſtianam mediante raptu, adulterio, inceſtu, & ſtupro, quia tunc contra illum intrat pœna mortis, *Boer. deciſ. 316. num. 5. & 6. Marq. de Iudæ. par. 2. cap. 3. num. 6. in fin. Vulpell. conſ. 42. nu. 12. Clar. in pract. §. fornicatio, num. 20. Menoch. de arbitr. d. caſu 290. n. 7. & Farinac. de delict. carn. d. quæſt. 139. n. 19.*

8 Limita tertiò dictam concluſionem, vt non habeat locum in Iudæo ſe commiſcente cum Chriſtiana, & è contra ignorans qualitatem Chriſtianam, & è contra, cum ignorantia in d. caſu illum excuſet, vt latè comprobat *Farin. in d. quæſt. 139. num. 44. & ſeq.* vbi hanc limitationem benè declarat, ipſum adeas.

9 Declara dictam concluſionem, quod crimen Iudæi ſe commiſcentis cum Chriſtiana cum ſit mixti fori, poteſt in eo procedere tàm Iudex laicus, quàm Eccleſiaſticus, mediante præuentione, vt tradunt *Carli. controu. foren. cap. 42. num. 50. & ſeq.* dicens ita fuiſſe deciſum à *Sacr. Congregatione S. Officii de Vrbe, & Caren. de offic. S. Inquiſ. par. 2. tit. 14. num. 8. & ſeq.* dicens, quod ſi conſtaret, d. commixtionem Iudæi cum Chriſtiana factam fuiſſe in ſpretum S. Fidei, & Religionis Catholicæ, poſſe procedere ad illius punitionem Inquiſitorem hæreticæ prauitatis.

S V M M A R I V M.

1 *Iudæus factus Chriſtianus non poteſt puniri pro delictis in Iudaiſmo commiſſis.*

Contrarium tenent plures Doctores, num. 2.

Amplia d. concluſionem, vt eo magis procedat in foro conſcientiæ, num. 3.

Limita d. concluſione in Iudæo ſe faciente Chriſtianum in fraudem, num. 4.

Ad quod cognoſcendum attenduntur coniecturæ, num. 5.

Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum quò ad damna, & intereſſe, num. 6.

Declara dictam concluſionem procedere quòad pœnam ordinariã, non quò ad extraordinariã, n. 7.

R E S O L V T I O II.

Iudæus factus Chriſtianus non poteſt puniri pro delictis in Iudaiſmo commiſſis.

1 IVdæus effectus Chriſtianus non poteſt puniri de delictis per eum ante Baptiſmum commiſſis, vt tradunt *Thom. Ferrat. cautel. 24. num. 4.* dicens hanc opinionem teneri etiam per Sacr. Theologos ibi per eum relatos, & quod ita fuit iudicatum in Ciuitate Paduæ, *Ang. de Caſt. Ant. Vrſat. Io: Bapt. Roſell. & Ant. Turchett. conſ. crim. 32. 33. 34. & 35. lib. 2. diuer. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 51. num. 59.* vbi dicit, quod ſi caſus contingeret ſemper inclinaret in hanc partem vti æquiorem, religioni magis fauentem, & trahentem Iudæos ad conuerſionem, vt ibi per eum, cum quo videtur pertranſire, *Barat. ibi num. 47. Farin. de pæn. temp. quæſt. 98. num. 145. & ſeq.* vbi alios dat concordantes, & dicit, ita ſeruari in Alma Vrbe facto verbo cum Sanctiſſimo, vt dicit etiam *Guazz. defen. 2. cap. 7. num. 51. Decian. tract. crim. lib. 5. cap. 15. num. 2.* vbi dicit, quod licet contraria opinio ſit communis, hæc tamen eſt ſequenda vti mitior tribus concurrentibus de quibus ibi per eũ *Caball. Reſol. crim. caſu 113. num. 6. & ſeq.* dicens quod licet contraria opinio ſit verior in puncto iuris, & communior, hanc tamen vti æquiorem, & Fidei Chriſtianæ magis fauorabilem, magis ſequeretur in iudicando, cum quibus pertranſit *Bruno. à Sole quæſt. legal. 18. num. 11. & 52. & Caluin. de æquit. lib. 2. cap. 140. num. 7. & ſeq.* dicens, hanc opinionem vti æquiorem eſſe ſequendam in iudicando, vt ibi per eum.

Baptiſmum enim habet tantam efficaciam, & virtutem, vt liberet hominem non ſolum ab omni pęna ſpirituali quò ad Deum, ſed etiam à pęna corporali quò ad Mundum, vt tenent *Card. Butr. Imol. Felin. & Aret. in cap. de his 6. de accuſat. & alii Theol.* quos refert, & ſequitur *Ferrat. in d. cautel. 24. num. 4.* Et licet contrarium, imò Baptiſmum tollere tantum pœnam ſpiritualem, non autem corporalem tenuerint *Abb. Marian. & Aret. in d. cap. de his & Innoc. Hoſt. & Abb. in cap. gaudemus 8. de diuor. Marq. de Iudæ. par. 3. cap. 5. nu. 1. & Adden. ad Ferrat. d. caut. 24.* vbi de communi; Cum tamen ſupradicta opinio ſit æquior, & Chriſtianæ religioni magis fauorabilis, vt tradunt *Farinac. Decian. Caball. & Calu. in loc ſupra adductis*, illa eſt præferenda rigori, & ſemper eſt ſequenda in iudicando, etiamſi alia eſſet communis, vt docent *Rimi. conſ. 361. num. 8. lib. 4. Caln.* qui illum referendo ſequitur *de æquit. lib. 1. cap. 4. num. 6. Lazar. de monit. quæſt. 13. nu. 40. Altogr. conſ. 39. num 16. & conſ. 56. nu. 15. & conſ. 82. num. 53. lib. 1.* & vti fauens Religioni, *Lazar. in d. quæſt. 13. num. 40.* plenè *Paul. Rube de teſtam. quæſt. 67. num. 86.*

2 Contrariam tamen opinionem, imò Iudæum effectum Chriſtianum puniri poſſe de delictis per eum commiſſis in Iudaiſmo tenuerunt relictis antiquioribus, *Deci. conſ. 130. per tot.* vbi teſtatur de communi opinione, *Tiraq. de pæn. temp. cauſ. 25. nu. 3. & ſeq.* latè comprobans, *Couar. var. Reſol. lib 2. cap. 10. nu. 4.* qui pariter teſtatur de communi opinione, *Aucar. quæſt. familiar. 27. num. 13. par. 2. Marq. de Iudæ. par. 3. cap. 5. in prin.* qui pariter teſtatur de communi, & alii plures relati per *Farinac. in d. quæſt. 98. n. 146.* cum quibus pertranſit, *Guazz. defen. 2. cap. 7. n. 50.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt eo magis habeat locum in foro conſcientiæ, in quo ſine dubio Iudæus effectus Chriſtianus ab omnibus præteritis criminibus, & peccatis liberatus, & abſolutus cenſetur, vt tradunt *Couar. var. Reſol. lib. 2. cap. 10. num. 4. Bruno. a Sole in d. quæſt. 18. num. 4. & 5.* vbi quamplures adducit Theologorum authoritates, *Farinac. de pæn. temp. d. quæſt. 98. num. 150.* vbi teſtatur hanc eſſe communem Legiſtarum, Canoniſtarum, & Theologorum opinionem, *& Calu. de æquit. d. cap. 140. num. 2. & ſeq.* addo *P. Laym. in Theol. moral. lib. 5. tract. 2. cap. 6. num. 4.* vbi dicit, peccata ante Baptiſmum commiſſa non eſſe poſſe materiam abſolutionis Sacramentalis poſt Baptiſmum conferendæ.

4 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in Iudæo, qui facit ſe Chriſtianum in fraudem ad euitandam pœnam commiſſi delicti in Iudaiſmo quia illam non euitat, vt docent *Deci. in d. conſ. 130. ſub num. 3. Clar. in d. quæſt. 51. nu. 20. Farinac. in d. quæſt. 98. nu. 153. Guazz. d. defen. 2. cap. 7. num. 50. Caball. d. caſu 113. num. 2. & Calu.*

de æquit.

de æquit. d. cap. 140. *num.* 11. *& ſeq.* qui alios dant concordantes, quicquid voluerit *Angel. de Caſtr. d. conſ. crim.* 32. *num.* 5.

5 Declara dictam limitationem, quod ad cognoſcendum, an Iudæus ſuſceperit Baptiſmum in fraudem attendantur coniecturæ, puta, ſi Baptiſmum ſuſcipiat ſtatim poſt delictum, cl non expectato termino quadraginta dierum ab illius petitione, vel poſt accuſationem, & ſimil. vt tradunt *Deci. d. conſ.* 130. *num.* 13. *Farinac. in d. quæſt.* 98. *num.* 154. *Guazz. d. defen.* 2. *cap.* 7. *nu.* 50. *& Calu. de æquit. d. cap.* 140. *n.* 11. *& ſeq.* qui alias recenſent coniecturas.

6 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum quo ad damna, & intereſſe, quia Iudæus effectus Chriſtianus adhuc tenetur reſtituere malè ablata, & omne aliud, quod ex furto, ſeu ex alio delicto tenetur, vt not. *Marq. de Iudæ. par.* 3. *d. cap.* 5. *num.* 6. *Ruin. conſ.* 13. *num.* 1. *& 2. lib.* 1. *Clar. in pract. in d. quæſt.* 51. *num.* 10. *Farinac. in d. quæſt.* 98. *num.* 156. *& ſeq.* vbi agit de reſtitutione vſurarum iuxta tenorem *Bullæ Pauli III.* 29. *& Guazzin. dict. defen.* 2. *cap.* 7. *num.* 52.

7 Declara d. principalem concluſionem, quod Iudæus factus Chriſtianus non poteſt inquiri de delicto commiſſo in Iudaiſmo, & per hanc declarationem concordantur opiniones contrariæ, de quibus ſupra, vt habeat locum quò ad pœnam ordinariam, ſecus tamen eſt quò ad extraordinariam, quia pœna ordinaria poſt ſuſceptum Baptiſmum eſt ei omninò minoranda, vt declarant *Ang. de Caſtr. Ant. Vrſat. Roſell. & Turch. in d. conſ. crim.* 32. 33. 34. *&* 35. *lib.* 1. *Farinac. in d. quæſt.* 98. *num.* 152. *Caball. d. caſu* 123. *num.* 6. *& Calu. de æquit. d. cap.* 140. *n.* 9. *& ſeq.*

IVDEX.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ordinarius habens arbitrium non poteſt illud extendere ad pœnam mortis,*

Licet aliqui contrarium teneant, *num.* 2.

Maximè, quando delictum non eſt conſumatum, *num.* 3.

Et quando in ſimili delicto de iure, vel conſuetudine non ſolet imponi pœna mortis, *num.* 4.

Et quando ſtatutum imponeret certam pœnam, *num.* 5.

Et quando Iudex eſt pedaneus, ſecùs, ſi ſit ex maioribus, *num.* 6.

Poſſet tamen imponere pœnam mortis in delicto graui, & atroce, *num.* 7.

Et idem poteſt facere Princeps, *num.* 8.

Et ipſe Iudex, conſulto eodem Principe, *nu.* 9.

RESOLVTIO I.

Iudex ordinarius habens arbitrium an illud poſſit extendere vſque ad pœnam mortis.

1 IVdex ordinarius ſi in pœnis irrogandis arbitrium à lege, ſeù Statuto habeat, ad pœnam tamen mortis naturalis d. arbitrium extendere non poteſt, vt tradunt ex Neotericis *Aff. dec.* 276. *num.* 6. vbi dicit, *gloſ. in §. in ſumma Inſt. de iniur.* contrarium tenentem communiter eſſe reprobatam *Menoch. de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 86. *num.* 1. *& ſeq. Clar. in pract. §. fin. quæſt.* 83. *ver. ſed quæro quando &c.* vbi dicit, hanc opinionem mitiorem, & magis tutam, & ab illa in iudicando nullo modo eſſe recedendum, *Theſ. deciſ.* 12. *num.* 9. vbi teſtatur de communi opinione, *& deciſ.* 243. *num.* 3. *& deci.* 261. *num.* 6. *Peguer. deciſ.* 7. *num.* 12. *& deciſ.* 24. *num.* 7. *Canali. in Specul. comm. contra com. quæſt.* 104. *ver. ſed contrariam, &c.* vbi quamplures dat concordantes de communi, & magis communi opinione atteſtantia, quam opinionem, vti communem, & benigniorem tenet *Ant. de Ball. tract. crim. lib.* 4. *quæſt.* 5. *nu.* 2. *&* 3. *Guazz. defen.* 33. *cap.* 16. *num.* 1. *Giurb. conſ.* 6. *num.* 14. vbi alios dat concordantes, cum quibus pertranſit *Cabal. reſol. crim. caſu* 92. *num.* 3. *& ſeq.* quando non agitur de delicto atroce, vt ibi per eum.

In pœnis enim arbitrarijs iuris diſpoſitionem Iudex ſequi debet, omni, adhibita moderatione *Bald. in l. quicunq;* 4. *num.* 21. *C. de ſeru. fugit. Valenz. conſ.* 91. *num.* 52. *Simanc. Cathol. Inſtit. cap.* 34. *num.* 12. quod referendo ſequitur *Giurb. dicto conſ.* 6. *num.* 14. & in benigniorem partem inclinare debet *Ciriac. contro.* 105. *num.* 3. *& Ant. de Ball. tract. crim. lib.* 3. *caſu* 2. *num.* 6. qui dant concordantes, etiam in arbitrarijs *Farinac. d. quæſt.* 17. *num.* 53. *in fin.*

2 Contrariam tamen opinionem, imò Iudicem poſſe ſuum arbitrium extendere vſq; ad mortem tenuerũt *gloſ. in d. §. in ſumma Inſtit. de iniur. Maran. diſput.* 3. *per tot.* vbi teſtatur de magis communi opinione, *Ant. Gomez var. reſol. tom.* 3. *cap.* 6. *nu.* 8. latè *Farinac. de delict. & pœn. quæſt.* 17. *num.* 34. vbi alios dat concordantes quamplures. & teſtatur de communi opinione, & dicit, ab illa non eſſe recedendum cum adductis tamen per eum declarationibus, *& Vinc. de Franch. deciſ.* 504. *num.* 10. *& ſeq.* & alij relati *per Caball. & per Guazzin.* in locis ſupra adductis.

3 Amplia primò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando delictum non eſt conſumatũ, nec ſecutus eſt effectus, quia tunc Iudex ex ſuo arbitrio non poteſt pœnam extendere vſque ad mortem, etiamſi crimen ſit graue, & atrox, cum de generali conſuetudine non puniatur delictum attentatus, ſicut conſumatum, vt voluerunt *Maran. in d. diſp.* 3. *nu.* 16. *Menoch. de arbitr. d. quæſt.* 86. *nu.* 4. *&* 5. *lib.* 1. plenè *Farinac. de delict. & pœn. d. quæſt.* 17. *num.* 48. vbi alios adducit concordantes quamplures, & benè comprobat *Baiar. ad Clar. d. quæſt.* 83. *nu.* 42. *& Ant. de Ball. d. quæſt.* 5. *num.* 11.

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando in ſimili delicto de conſuetudine, vel de iure communi non eſt ſolitum, imponi pœnã mortis, quia tũc Iudex non poteſt pœnam arbitrariam vſque ad mortem extendere, ſecùs tamen, ſi id ſit ſolitum, cum in pœnis arbitrandis Iudex ſequi debeat, quod eſt ſolitum, & conſuetum, vt not. *Maran. in d. diſp.* 3. *num.* 20. *Beer. deciſ.* 317. *nu.* 3. *Clar. in d. quæſt.* 83. *ver. ſed quæro in fin. Menoch. de arbitr. d. quæſt.* 86. *num.* 26. *Theſa. d. deciſ.* 12. *n.* 9. *Ant. Gomez var. reſol. d. tom.* 3 *cap.* 6. *ſub num.* 8. plenè *Farinac. de delict. & pœn. d. quæſt.* 17. *num.* 53. vbi

alios

alios dat concordantes quamplures, & ſentit *Caball reſol.crim.caſu 99. num.94. cent. 1. Guazzin. d. defen. 33. cap. 16. nu. 1. verſ. Aduocatus autem &c. Vinc. de Franch. deciſ. 553. num. 12. Giurb. d. conſ. 6. num. 16.* vbi alios adducit, ita ſentientes, *& Ant. de Ball. d. quæſt. 5. num. 21.*

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando lex, vel Statutum imponeret certam pœnam pro delicto, puta pecuniariam, & poſtea ſubderet, vel aliam Iudicis arbitrio, quia tunc d. alia pœna arbitraria non poteſt extendi ad mortem, quæ eſt multùm diſſimilis à pœna pecuniaria, ſed debet eſſe alia pœna grauior tantùm, cum dictio, *alia*, ſit repetitiua ſimilium, vt declarant *Maran. d. diſp. 3. num. 14. Ant. in d. quæſt. 83. ver. præterea ſi ſtatutum &c.* plenè *Farin. de delict. & pœn. d. quæſt. 17. num. 50. & ſeq.* & latius *Caball. reſol. crim. caſu 258. num. 3. & ſeq.* vbi probat, idem eſſe è contra, ſi Statutum imponat pœnam corporalem, ſeù aliam Iudicis arbitrio, quia alia pœna non poteſt eſſe pecuniaria, vt ibi per eum plures dantem concordantes.

6 Amplia quartò d. concluſionem, vt habeat locũ in Iudicibus pedaneis, & inferioribus, quibus ſi ſit datum arbitriũ non poteſt illud per eos extendi ad pœnam mortis, cum arbitrium cenſeatur datum ſecundùm dignitatem eius, cui conceditur, licèt ſecùs ſit in Iudicibus, & Magiſtratibus maioribus, & ſupremis, qui d. arbitrium ad pœnam mortis extendere non prohibentur, cum eis liceat ex cauſa iura tranſgredi, venot. *Rolan conſ. 99. nu. 28. lib. 1. Menoch. de arb. d. quæſt. 86. num. 30. & caſu 295. n. 9. Farinar. de delict. & pœn. d. quæſt. 17. nu. 58.* vbi dat concordantes, *Guazz. d. defen. 33. cap. 16. num. 2. & Giurb. d. conſ. 6. num. 13.* vbi hoc declarat, niſi certa pœna de conſuetudine eſſet inducta, vt ibi per eum alios dantem concordantes, *& Ant. de Ball. dict. lib. 4. quæſt. 5. in fin.*

7 Limita primò d. concluſionem, & per hanc limitationem videntur concordari contrariæ opiniones, de quibus ſupra in principio, vt non habeat locum, quando delictum de quo agitur, eſt adeò graue, & atrox, vt ex illius circumſtantijs, & qualitatibus illud grauantibus Iudex ad illud pœna mortis puniendum ſe diſponere potuerit, quia tunc pœnam arbitrariam vſque ad mortem extendere poteſt, aliàs ſecùs, vt docuerunt *Maran. d. diſp. 3. num 17. Menoch. de arbitr. d. lib. 1. quæſt. 86. num. 20.* vbi dat concordantes, *Clar. in pract. d. quæſt. 83. ver. ſed quærò quando &c. Ant. Gomez d. tom. 3. cap. 6. num 8. Bertaz. conſ. 35. num. 19. & ſeq. lib. 1. Farinac. de delict. & pœn. d. quæſt. 17. num. 35.* vbi quamplures adducit, ita ſentientes, *ſub num. 53.* vbi declarat, prædicta habere locum, quando circumſtantiæ, & qualitates aggrauantes ſunt tales, vt de iure, vel conſuetudine pro quolibet delicto mortem mereantur, aliàs ſecùs, vt ibi per eum, & idem ſcribit *Ant. de Ball. d. lib. 4. quæſt. 5. n. 4. & 8. Caball. d. caſu 92. num. 3. & ſeq. & caſu 99. nu. 100. Guazz. d. defen. 33. cap. 16. nu. 1. ver. Aduocatus autem, &c. circa medium,* vbi teſtatur de communi opinione, & alios dat concordantes, *& Fachin. controu. iur. lib. 9. cap. 45. in princ.*

8 Limita ſecundò in Principe ſupremo, cui cum omnes pœnæ ſint arbitrariæ, ideo poteſt illas vſque ad mortem augere, pro ſuo libito diminuere, vt not. *Adden ad Ang. de maleſ. in ver. Caput à ſpatulis &c. num. 40. Boſſi. in pract. in tit. de pæn. num. 9. et in tit. de Principe num. 82. Farin. de delict. et pœn. d. quæſt. 17. num. 60. Sola ad Decreta Sabaud. in tit. de falſ. in gloſ. pn. num. 12.* quem referendo ſequitur *Giurba d. conſ. 6. num. 12.*

9 Amplia d. limitationem, vt habeat locum etiam in Iudice arbitrante pœnam mortis, conſulto Principe, ob ſupradictam rationem, quòd omnes pœnæ ſunt Principi arbitrariæ, vt tradunt *Farinac. d. quæſt 17. num. 60. & Giurb. d. conſ 6. num. 14. & 15.* vbi dant concordantes.

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod Iudex non poteſt extendere pœnam arbitrariam vſq; ad mortem adde *P. Sanch. conſ. moral. lib. 3. cap. vni. dubit.* 14. niſi aliud ſuadeant circumſtantiæ, vt hic habetur.

SVMMARIVM.

1 *Iudex laicus, vel eius miniſtri non poſſunt Clericum inuentum cum armis illis eum ſpoliare, & illa ei auferre.*

Quicquid contrarium teneant aliqui Doct. n. 2.

Neque poſſunt auferre canes, & retia Clerico venatori, et piſcatori, num. 3.

Licèt aliqui contrarium teneant, num. 4.

Fallit concluſio, ſi ante conſuetudine vetuſtiſſima id permittente, num. 5.

Quod non placet Sperell. *in caſibus, de quibus ibi, num. 6.*

7 *Clerici inuenti cum armis an poſſint capi per birruarios laicos, & ad Curiam Eccleſiaſticam perduci remiſſiuè.*

RESOLVTIO II.

Iudex laicus, et eius Miniſtri an poſſint Clericum inuentum cum armis illis eum ſpoliare, & arma ei auferre.

1 IVdex laicus, vel eius miniſtri non poſſunt Clericum inuentum cum armis propria authoritate d. armis ſpoliare, & illa ei auferre, vt tradunt *Gennen. in Pract. Archip. Neapol cap. 76. num. 6.* vbi reprobat *Couar. et Clar.* contrarium tenentes, *Vgolin. de offic. et poteſt. Epiſc. par. 1. cap. 13. §. 12. nu. 3. Guazz. defen. 20. cap. 9. num. 11. in fin.* vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione, *Maſcar. de gener. Stat. interpr. concl. 1. num. 242. P. Diana in ſumma in ver. Iudex laicus num. 17.* vbi benè comprobat, & alios

alios dat concordantes, & contrarium videtur admittere, quando Miniſtri laici ad impediendum aliquod malum Clericis arma auferrent pro tunc, illis poſtea ei, vel ſuo Prælato reſtituta, vt ibi per eum, plenè *Barbo.de iur. eccleſ vniuerſ.lib.1.cap.40.num.140.* vbi quamplures adducit, ita ſentientes, & dicit, hanc eſſe veriorem opinionem, *Bonac. tom.de legibus diſp.10.quæſt.2.§.1.nu.22. et de cenſur.Bullæ diſp.1.quæſt.16.punct.5.n. 27. et 28.Ricci. deciſ.Curiæ Archiep.Neap.299. par.3.* & hanc opinionem ſequitur, & latiſſimè comprobant *Illuſtr. Sperel.deciſ.12.num.60.par.1.* vbi dicit, contrariã opinionem eſſe falſam, & nulla bona ratione fulciri, *et deciſ.124.num.5.et ſeq. par.2.* vbi dicit, contrariæ opinionis licèt magis communis fundamenta, neque efficacia, neque colorata quidem appellari poſſe, & Clericum poſſe in d.caſu propria authoritate reſiſtere, & miniſtros laicos incurrere excommunicationem, vt ibi per eum.

Cum enim detur caſus, in quo Clericus licitè poteſt deferre arma, vt puta, de licentia Epiſcopi, etiam oretenus habita, expoliare eum armis in effectu nil, aliud eſt, quàm cognoſcere, an, hic, & nunc Clericus verſetur in caſu prohibitæ delationis, quã quidem cognitionem, certiſſimum eſt, ſpectare priuatiuè ad Curiã Eccleſiaſticã non autem ad Curiã ſæcularem vllo modo aptari poſſe, vt benè aduertunt *Barbo.d. cap.40. num.140. et Sperell. d. deciſ. 124.num.6,* maximè, cum ſpoliatio armorum contineat violentiam, & quandam rationem pœnæ, quæ Clerico per Laicum infligi non poteſt, vt dicit *P.Diana in ſumma d. num.17.*

2 Quicquid contrarium, imò id fieri poſſe per Iudicem laicum, ſeu per eius miniſtros tenuerint *Couar. var.reſol.lib.2. cap. fin. in fin.et pract.quæſt. cap.33.num.6. Ant.Gomez ad leg.45.Taur.num.48. Clar.in pract.§.fin.quæſt.36.nu.26.Decian.tract.crim. lib.4.cap.9.num.140.et lib.8.cap.3.nu.23. Farinac. de inquiſ.quæſt.8. num.96.* & ſentit etiam *de var.et diu.crim.quæſt.108.num.24.Gratian.diſcep.forenſ. cap.139.num.25. par.1.* & alij quos refert *Barbo. d. cap.40.num.141.* & in hanc opinionem inclinare videtur *Balth.Tomaſ.in ſuis tract. var.tom.4.in tit.de eccleſ.in ſæcul.cognoſc.num.610.* & ante eum *Cabel. reſ.crim.caſu 9.n.16.cent.1.et Ant.de Bul.trac.crim. lib.5.in tit.de Cleric.inceden.ſine habitu num. 19.* & ita ſeruari in Hiſpania dicit *Carleual.de iudi.tom. 1.diſput.2.quæſt.3.num.158.*

3 Amplia d. concluſionem, vt habeat locum etiam in Clerico venatore, & multò magis in piſcatore, qui non poteſt per Birruarios expoliari canibus, auibus, retibus & ſimilibus, quia licèt venari Clericis regulariter ſit prohibitum, & etiam piſcari, ſi id faciat cauſa negociandi, vel in feſtiuitatibus maioribus, venatio tamen eſt ei licita, ſi raro fiat, vel ex cauſa recreationis, ſeu ad excitandum appetitum, & ſimil. & ideò, ſi ei poſſint auferri canes, & retia, ſeu alia inſtrumenta, eſſet quidam cognoſcere per laicos, an, hic, & nunc, eis liceret id facere, quòd ſpectat priuatiuè ad Iudicem Eccleſiaſticum, vt dixi ſupra, & tradunt *Ciarli,controu. foren. cap.17.num.74.* quem referendo ſequitur *Balth.Thom.in tit.de ſæcul.in Eccleſia cognoſ.ampl. 231.P.Diana in ſumma in d.verb.Iudex Laicus num. 18.* benè comprobans, *et Illuſtriſ.Sperell.d.deciſ. 124 num.28. et plur.ſeq.* vbi hanc ampliationem optimis rationibus more ſuo confirmat.

4 Quicquid contrarium, imò poſſe Clericos venatores, vel piſcatores expoliari canibus retibus retibus, & ſim. per Miniſtros laicos tenuerint *Grat.diſc. foren.d.cap.139.n.24.et 25.Graſſ.de effect.cler.effec. 1.n.863.* & alij relati per *Sperel.d.deciſ.124. nu.4.*

5 Limita dict. concluſionem, vt non habeat locum, ſtante conſuetudine vetuſtiſſima id faciendi, quaſi illa iuſtificetur ex tacita quadam Prælatorum licentia, quam interpretari poteſt conſuetudo, quaſi tacitè, & interpretatiuè Prælatus vtatur miniſterio Curiæ laicalis ad ſuos ſubditos compeſcendos, vt voluit *P.Suarez in defenſ.fidei Cathol.lib.4.cap.34. num. 15.*

6 Licet hanc limitatione non admittat ſaltem vbi Prælati, ob Principum potentiam reclamare non poſſunt, vel non audent *Sperell. d.deciſ.124. n.15.*

7 Vtrùm verò Clerici arma geſtãtes poſſint capi à Curia ſæculari, & ad carceres Epiſcopales perduci, partem negatiuam firmat, & latè comprobat *Illuſtriſ.Sperell. d. deciſ.124.num.38. & plur. ſeq. par.2.* vbi etiam agit, quid ſi Clericus capiatur a Curia ſæculari in fraganti, ipſum conſulas cùm admodùm doctè, & magiſtraliter diſſerat, ita vt nihil ferè addi poſſit, & vide etiam *Carleual.de iudic. tom.1.diſput.2. quæſt.3. num.158.*

S V M M A R I V M.

1 *Iudex laicus, et eius miniſtri non poſſunt commorantẽ in Eccleſiæ armis ſpoliare, et illa ei auferre.*

Quicquid contrarium tenent aliqui Doct. nu.2.

Neque poſſunt furi exiſtenti in Eccleſia auferre rem furtiuam, num. 3.

Licet aliqui contrarium teneant, num.4.

Neque poſſunt auferre monetam falſam, et eius Inſtrumenta monetario exiſtenti intus Eccleſiam, num. 5.

Neque iudex laicus poteſt auferre debitori confugienti ad Eccleſiam bona propria creditoribus hypothecata, neq; de licentia Epiſcopi, nu. 6.

Licèt contrarium teneat Peregr.relatus, nu.7.

R E S O L V T I O III.

Iudex laicus, et eius miniſtri nõ poſſint commorantem in Eccleſia armis ſpoliare, et illa ei auferre.

1 IVdex laicus, & illius Miniſtri non poſſunt confugientem ad Eccleſiam, & in ea cõmorantem armis vetitis ſpoliare, & illa eis auferre, vt tradunt *Vulpell.de libert.eccleſ.par.1. num.30. Peregr.de immun.eccl.cap.13.num. .. Caſtro Palao in opere moral.tom.2.trac.13.diſp.vni.punct.9.n.10.*

latè

latè *Clarll. contro foren part.1.cap.15.num.74. et ſeq. P. Diana in ſumma in ver. Immunitas eccl.n.36. in fin. Farinac de immun eccl. cap. 16. num.248.* & latè comprobat *Illuſtriſ. Sperel.deciſ.127.num.11. et ſeq.* vbi dicit, hanc eſſe magis communem Doctorum opinionem & contrariam eſſe falſam, & quamplures reſolutiones Sac. Congregationis dict. concluſionem comprobantes adducit, vt ibi per eum, cum quibus pertranſit *Balth. Tomaſ. in ſuis tract. var. tom.4. in tit. de immu. eccl. num.13. in prin.*

Iudex enim laicus, & eius Miniſtri nullum ſui officij actum in Eccleſia, nec in eius domo exercere valent, & præcipuè neminem poſſunt ex illa extrahere, aliquam rem eripere, ſeu ſpoliare *cap. diffinimus 17. quæſt.4. cap.1. de immun. eccl. et cap. decet 2. eod. tit.6.* & not. *Clarl. d. cap.15. num.75. Sperell. deciſ. 51. fer per tot. par.1. et d. deciſ.127. num.12 et ſequen. par.2.* latè comprobans, & dixi intra latius *Reſolut. 4. in princ.*

2 Quicquid contrarium voluerint *Couar. var. reſol. lib.2. cap.20. ſub num.18. Folter. in pract. crim. cano. in miſcell. num.30 Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt.30. n.4. Peguer. deciſ crim.263 nu.6. Card. Tuſc. pract. concl. litera I concl.453. nu.26. et Ant. de Butl. tract. crim. lib.5. de inſultu in Eccleſia num.18.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt Iudex laicus, vel eius Miniſtri nequeant furi confugienti ad Eccleſiam cum re furata illam ei auferre, vel auferri facere, ſed id faciendum ſit per Iudicem Eccleſiaſticum ad effectum illam reſtituendi domino, non autem pro ſe retinendi *d. cap. diffin. uit 17. quæſt.4.* & tradunt *Remig. Goa. de immun. eccl. quæſt 13. n.1. & 2. P. Suarez de Stat. Relig. tom.1. tract.2. lib.3. cap.8. per tot. Belleti. d. ſquiſ. cleric. in tit. de fauor. cleric. real. §.4. num.21. Gram. deciſ.171.* quos refert & ſequitur *Illuſtriſs. Sperell deciſ.49. nu.25. part.1. & deciſ 127. num.32. & 33. par.2.* vbi idem eſſe dicit in raptore ad Eccleſiam cum rapta confugiente, cui rapta a Iudice Eccleſiaſtico auferri poteſt, vt ibi per eum, *& P. Dian. in ſumma in verb. Immunitas Eccl. num.36. in fin.*

4 Quicquid contrarium, imò Iudicem laicum poſſe auferre rem furatam furi exiſtenti in Eccleſia voluerint *Couar. var. reſol. d. cap.20. ſub num.15. Farinac. de carc. & carc. quæſt.28. n.38. Peguer. d. deciſ. 260. nu.5.* & alij relati *per Sperel. d. deciſ.127 nu.9.*

5 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locu etiam in cudente monetam falſam, & confugiente cum ea ad Eccleſiam, quia Iudex laicus non poteſt in Eccleſia d. monetam, ſeù Inſtrumenta ad illam cudendam apta ei auferre vt poſt *P. Baciol. conſ.13. impreſſ. poſt Flores inquiſ.* per eum relatum tradit contra *Peguer. deciſ.260. Illuſtriſs Sperell. d. deciſ.127. num.17 & ſeq.* pluribus rationibus confirmans, & dicens, id neque fieri poſſe per Epiſcopum ad effectum conſignandi Iudici laico, vt ibi per eum.

6 Amplia tertiò d. concluſionem, vt Iudex laicus neque poſſit auferri debitori confugienti ad Eccleſiam bona propria creditoribus hypothecata, neque de licentia Epiſcopi, cum eſſe poſſit, quod debitor illa retineat ſinè peccato etiam relaxato mãdato contra debitorem, vt docent *Illuſtriſs. Sperel. d. deciſ.127. num.36.* & reſoluit *Sac. Congregatio* relata per eundem *Sperell.* ibi in vna *Neritonen. 17. Ianuarij 1628.* cum id faciendum ſit per Epiſcopum, petita tamen per eum licentia à *Sac. Congregatione*, cum Epiſcopus illam Iudici laico dare non poſſit, vt not. *Sperell. ibi, & num.26. & deciſ.49. num 26 par.1.* & ipſe petere debeat licentiam a Sacr. Congregatione, vt ſupra, & ſic non propria authoritate.

7 Quicquid contrarium ſcripſerit *Peregr. de immu. eccleſ. cap.13. nu.7.* quem reprobat meritò *Sperell. d. deciſ.49. num 26. & d. deciſ.127. num 36.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex laicus nullum actum contentioſæ iuriſdictionis exercere poteſt in Eccleſia, vel in eius Domibus, vel Cameterio.*

Neque in Hoſpitali authoritate Epiſcopi fundato, num. 2.

Ita vt omnes actus in Eccleſia facti ſint nulli, num. 3

Neque illos Laicus poteſt exercere, cum licentia Epiſcopi, num. 4.

Quicquid contrarium tenuerit Guazzin. *relatur, num. 5*

Poteſt tamen illos excercere cum licentia Epiſcopi in Domibus Eccleſiæ, num. 6.

7 *Iudex Laicus poteſt exercere in Eccleſia actus voluntariæ iuriſdictionis.*

8 *Nuncius poteſt citationem verbalem exequi in Eccleſia.*

RESOLVTIO IV.

Iudex laicus an aliquem actum contentioſæ iuriſdictionis exercere poſſit in Eccleſia, vel in eius domibus, vel Cameterio.

1 IVdex laicus nullum actũ contentioſæ iuriſdictionis exercere poteſt in Eccleſia, vel eius Cæmeteriu, ſeù in Eccleſiæ domibus, puta examinando teſtes, vulneratum & ſimiles, ſub pœna excommunicationis ſententiæ tamen ferendæ ad tex. *in cap. cum eccleſia 5. & ibi gloſ. & Doct. commun. ter de immunit. eccl. & in cap. decet 2. de eccl. immunit. in 6* & tradunt *Epiſcopus Leo. in Theſ. fori eccl. lib.1. cap.13. n.9.* plene *Ill. Sperell. deciſ.51. num.6. & plur. ſeq par.1. & deciſ.127. nu.12. par.2. & Balth. Tomaſ. in ſuis tract. var. tom.4. in tit. de ſacal. in eccleſ. cognoſc. ampl.286.*

Cum abſurdum non parùm ſit, & crudele, ibi iudicium ſanguinis exercere, vbi eſt tutela refugij conſtituta, vt dicit tex. *in d. cap. cum Eccleſia 5. de immunit. eccl. & ibi not. comm. Doct.* & ſcribit etiam *Sperell. d. deciſ.51. num.6. in fin.*

2 Amplia

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locũ non ſolùm in Eccleſia, & eius Domibus, & Cæmeterio, ſed etiam in hoſpitali authoritate Epiſcopi fundato, ad quod omnia priuilegia Eccleſijs conceſſa extenduntur ad tex. *in l. omnia priuilegia 34. & ibi Bald. C. de Epiſc. & Cleric.* & docent *Siluest. in ſumma in ver. Immunitas 1. num. 2. & Sperell.* qui illum referendo ſequitur *d. deciſ. 51. num. 19. par. 1.* & cum eo ſentit *Balth. Tomaſ. in d. tit. de ſacul. in eccl. cognoſc. ampliat. 286.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, adeò eſſe verã, vt ſi Iudex actus contentioſæ iuriſdictionis in Eccleſia, & alijs locis ſupradictis exercuerit, omnes ſunt ipſo iure nulli, & inualidi *d. cap. decet 2. & ibi not. Gemin. de immun. eccl. in 6. Abb. in d. cap. cum Eccleſia 5. num. 4. & 8. de immun. eccl. Epiſc. Leo in Theſauro. fori eccl. ſ lib. 1. cap. 13. ſub num. 9. & Illuſtr. Sperell. d. deciſ. 51. num. 7.*

4 Amplia tertio d. concluſionem, vt Iudex laicus actus contentioſæ iuriſdictionis in Eccleſia exercere non valeat, neque cum licentia Epiſcopi, vt latè comprobat *Illuſtriſs. Sperell. d. deciſ. 51. num. 6. & ſeq. & num. 19.* vbi dicit, Epiſcopum, d. licentiam concedere non poſſe, & adducit declarationem *Sac. Congregat.* id expreſsè Epiſcopo prohibẽtem, & idem docet *deciſ. 127. n. 27.* & cum eo ſentit *Balth. Tom. in d. tit. de ſacul. in eccl. cogn. ampl. 286.*

5 Quicquid contrarium, imò poſſe Iudicem laicũ teſtes examinare in Eccleſia de licentia Epiſcopi dixerit *Guazz. defen. 20. cap. 9. in fin.*

6 Limita primò d. ampliationem, vt habeat locum in Eccleſia, ſecùs autem in Domibus Eccleſiæ, in quibus Iudex laicus id facere non prohibetur cum licentia Iudicis Eccleſiaſtici, puta, teſtes examinare, & ſimil. cum in eis non conſideretur Sanctitas Eccleſiæ, ſed illius libertas, vt adnotarunt *Abb. in cap. 1. num. 2. de immun. eccl. Siluest. in ſumma in ver. Immunitas num. 3. P. Azor. Inſtit. moral. part. 2. lib. 9. cap. 9. quæſt. 7. Decia. tract. crim. lib. 6. cap. 24. num. 10.* & benè comprobat *Sperel. d. deciſ. 51. n. 14. & 24. par. 1.* & poſt eum *Balth. Tomaſ. in d. tit. de ſacul. in eccl. cognoſc. ampl. 286.*

7 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in actibus voluntariæ iuriſdictionis, quos Iudex laicus in Eccleſia exercere non prohibetur, cum in eis ceſſet ratio finalis prohibitionis, vt not. *Abb. in d. cap. 1. nu. 2.* & clariùs *in d. cap. cum Eccleſia 5. num. 6. & de immun. eccl. Siluest. in ſumma in d. ver. Immunitas 1. ſub num. 3. P. Azor. Inſtit. moral. par. 2. lib. 9. cap. 9. quæſt. 3. P. Suarez de Relig. lib. 3. cap. 4. nu. 13. & 14. & Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 24. num. 10.* vbi tamen dicit, illos, niſi pij ſint, in Eccleſia non eſſe faciendos, licèt *iuſti* teneant, & ibi comprobat *Illuſtriſs. Sperell. d. deciſ. 51. num. 25.*

8 Declara primò d. concluſionem, quod, licèt Iudex laicus actus contentioſæ iuriſdictionis in Eccleſia exercere non valeat, vt ſupra, poteſt tamen Nuncius citationem verbalem exequi in Eccleſia, cum d. executio citationis ſit quædam executio facti, quæ non ſit de proceſſu, vt tenent *Bart. Bald. & alij in l. plerique 18. ff. de in ius voc.* idem *Bald. in l. 2. num. 9. C. de Sacroſ. Eccleſ. Soc. Sen. in tract. de citat. art. 12. num. 46.* quem refert, & ſequitur *Illuſtriſs. Sperel d. deciſ. 51. num. 26. par. 1.* & ante eum ſcripſit etiam *Maran. in pract. par. 6. in tit. de citat. num 129.* necnon *Boſſi. in pract. in tit. de capt. nu. 28.*

A D D I T I O.

N. 1. VBi habetur, quod Iudex laicus nullum actum contentioſæ iuriſdictionis exercere poteſt in Eccleſia, vel in eius domo, vel in Cæmeterio, adde *Zuff. ad Conſtit. Barbar. num. 48.* vbi agit de examine, & recognitione cadaueris, vide *ibi per eum.*

N. 8. Vbi habetur, quod Nuncius citationem verbalem poteſt exequi in Eccleſia adde contrarium tamen tenet *Zuff. ad Conſtit. Barbar. num. 58.* vbi poſt relatos *Vtert. de decit. ri. cap. 7. num. 157. par. 1. & Sanfelic. deciſ. 141. nu. 4. lib. 1. & alios*, opinionem hic firmatam ſectantes, poſtea verò *num. 90.* refert alios contrarium tenentes quòad citationem pro cauſa criminali, & præcipuè *Dorat. Ant. de Marin. reſol. iur. cap. 44. num. 3. & ſeq. Pilaia. deciſ. Pontif. 4. num. 20. lib. 2. & alios*, de magis communi teſtantes, admittens id fieri poſſe de mandato Iudicis Eccleſiaſtici non autem Iudicis laici, vt *ibi per eum.*

S V M M A R I V M.

1 *Iudex delegatus in citatione debet inſerere, & tranſmittere copiam ſuæ commiſſiuuis, aliàs proceſſus eſt nullus.*

Licèt contrarium teneant Doctores relati per Farinac. num. 3.

Limita, quando Princeps eſſet in loco, à quo de facili poteſt haberi notitia commiſſionis, num. 4.

Et idem, quando citatio non fit in partibus longinquis, vt in Diœceſi, vel Prouincia, num. 5.

Neque quando de ſtylo d. copia non ſolet reo tranſmitti. num. 6.

2 *Iuriſdictio eſt quid facti, & ideò eſt probanda aliter, quàm per aſſertionem Iudicis.*

R E S O L V T I O V.

Iudex delegatus in citatione an debeat inſerere, & tranſmittere copiam ſuæ commiſſionis, vt proceſſus ſit validus.

1 IVdex delegatus in citatione debet inſerere, & tranſmittere copiam ſuæ commiſſionis, alias proceſſus eſt nullus, cum Iudici circa id non ſit credendum, vt tradunt *Bart. in auth. qui ſemel num. 12. C. quomo. & quan. Iudex Vant. de nullit. in tit. de nullit. ex defec. citat. n. 47. Menoch. conſ. 100. nu. 71. lib. 1. Caual. in ſpecul. commu. contra com. quæſt. 881.* vbi reprobato *Felin.* contrarium ſentiente teſtatur de veriori, & practicata opinione *Decia. tract. crim. lib. 4. cap. 25. num. 12.* idem *Menoch. de præſump. lib. 2. præſump. 15. num. 2. in fin. & Guazz. defen. 10. cap. 2. n. 8. & defen. 13. cap. 2. nu. 16.* vbi dicit, Iudicem non teneri tranſmittere originale cõmiſſionis, ſed copiam illius tantùm, vt ibi per eum.

2 Cum

2 Cum enim iuriſdictio ſit quid facti, & ſit quædam qualitas, quæ à natura non ineſt, ideò Iudici facien. tiſe delegatum non creditur, ſed id eſt probandum aliter, quam per illius aſſertionem, vt not. *Menoch. de præſump. d. lib. 2. præſump. 15. nu. 2 & d. conſ 100. num. 72. & ſeq Miſing pract. obſer. cent. 3. obſeru. 1. Farinac. in fragm. crim. litera D. num. 90. & Guazz. d. defen. 13. cap. 6. in prin.*

3 Quicquid contrarium tenuerint Doctores, quos refert *Farinac. in d. fragm. crim litera D. num. 92.*

4 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando Princeps, qui fecit delegationem, eſſet in loco, & ideò ab eo de facili poſſet haberi veritas delegationis, quia tunc eſt credendum Iudici aſſerenti, habere d. facultatem à Principe, cum non ſit præſumendum, quòd delegatus velit mendacium dicere, dum poteſt de eo de facili redargui, vt tradunt *Gram. conſ. 51. num. 17. & deciſ. 36. num. 27.* vbi dicit, ita in facto obtinuiſſe, *Menoch. de arbitr. lib. 1. quæſt. 76. num. 11. Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 25. num. 58. Caball. reſol. crim. caſu 26. n. 1. & ſeq. cent. 1. Farinac. de pœn. temp. quæſt. 97. nu. 62. & ſeq.* vbi alios dat concordantes, & dicit, id eſſe verùm etiam in præiudicium tertij, licet contrariū tenentes referat, *Guazz. d. defen. 13. cap. 6. num. 3. verſ. primò limita &c.* vbi alios dat concordantes.

5 Amplia d. primam limitationem, vt habeat locū, non ſolùm, quando Princeps eſt in loco, ſed etiam quando citatio non fit in partibus longinquis, ſed puta, in Diœceſi, ſeù Prouincia Delegati citantis, quia tunc, cum de facili citatus poſſit ſe informare, proceſſus ſuſtinetur, etiam non tranſmiſſa copia delegationis, ſecùs ſi in partibus longinquis, vt declarant *Farinac in d. fragm crim. litera D. num. 93. & Guazz. d. defen. 13. cap. 6. num. 3. ver. tertiò limita &c.* vbi dicit, neque eſſe tranſmittendam copiam delegationis, quando notorium eſſet, delegatum habere iuriſdictionem à Principe, vt ibi per eum.

6 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum quando de ſtylo d. copia delegationis inſeri, & tranſmitti non ſolet, vt notat *Menoc. d. conſ. 100. num. 74. & ſeq. Farinac. in d. fragm. crim. litera D. num 96. & Guazz. d. defen. 13 cap. 6 in fin.* vbi alios dant concordantes, & alias ſubnectunt limitationes, & præcipuè, quando Delegatus eſt perſona Illuſtriſſima, vt ibi per eos.

A D D I T I O.

N. 1. VBi habetur, quod Iudex delegatus in prima citatione debet tranſmittere copiam delegationis adde *P. Sanch. conſ. moral. lib. 3. cap. vnic. dubit. 28. num. 8.*

S V M M A R I V M.

1 *Iudex ſi profert ſententiam condemnatoriam in criminalibus contra reum, poteſt etiam illum condemnare ad intereſſe partis.*

Cum ex quolibet delicto, ex quo oritur actio criminalis ad pœnam, oriatur etiam actio in factum ad intereſſe, num. 2.

Reſol. crim.

Ita vt Iudex, non ſolum poſſit condemnare ad intereſſe, ſed etiam teneatur, num 3.

Licèt contrarium, requiri petitionem partis, teneant aliqui, num. 4.

Et Iudex poteſt id facere, tàm ſi reus ſit confeſſus, quàm conuictus, num. 5.

Fallit tamen concluſio, reo in contumacia condemnato, num 6.

Contrarium tenent plures Doctores, num. 7.

Et quando reum abſoluit, quia tunc non poteſt illum condemnare in intereſſe, num. 8.

Si tamen ſit conuictus poteſt condemnari ad intereſſe, omiſſa condemnatione criminali, ſecundùm aliquos, num. 9.

Item fallit concluſio, quando reus condemnatur pœna extraordinaria, num 10.

Licet contrarium teneant plures Doct. num. 11.

Fallit etiam in condemnato pro exceſſu, qui non condemnatur ad intereſſe, num. 12.

R E S O L V T I O VI.

Iudex ſi profert ſententiam condemnatoriam in criminalibus contra reum, an poſſit etiam illum condemnare ad intereſſe partis.

1 IVdex, ſi profert ſententiam condemnatoriam in criminalibus ſuper delicto contra reum, poteſt etiam illum cōdemnare ad intereſſe partis, puta, ad reſtitutionem rei furtatæ, ad reficiendum expenſas, damna, & ſimilia, vt tradunt *Clar. in pract. §. fin quæſt. 2. verſ. & hæc quidem &c.* latè *Farin. de inquiſ. quæſt. 1. nu. 63 & ſeq.* vbi alios adducit, ita ſentientes quamplures, & teſtatur de cōmuni opinione, *& conſ. 69 n. 2. lib 1. Cartar de execut. ſent. capt. bann. cap. 1. n. 394. Hond. conſ. 99. n. 52. lib. 2. Cabal reſol. crim. caſu 82. nu. 2. et n. 13. cent. 1. Guazz. def. 1. c. 12. n. 19. ver & primus &c. Vermigl. conſ. 238. n. 2. & conſ. 274. in princ. Merlin. Pignatel. contro. foren. cap. 19. nu. 5. par. 1.* alios cumulans, ita ſentientes, *Capic. Latro deciſ. 1?7. n. 12. lib. 2.*

2 Ex quolibet enim delicto, ex quo oritur actio criminalis ad pœnam, oritur etiam actio in factum ad intereſſe *l. qui nomine 25. et ibi Bart. ff. ad l. Cornel. de falſ. l. fin. ff. de his qui deiecer vel effud. l. ex hac lege 3. ff ſi quadr. paup. fecis. dicatur, l. interdum 50. §. qui furem. ff. de furt.* & not. *Bald. conſ. 249. n. 2. lib. 3. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 3. nu. 37. et cap 6. n. 10. Farinac. de homic. q. 119. n. 93. Vinc. de Franch. deciſ. 460 num 2. & 3. & Merlin. Pignatel. d. cap. 19. in princ. par. 1.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt Iudex criminalis non ſolum poſſit, lata ſententia ſuper delicto, reum condemnare ad intereſſe partis, imò id facere teneatur, ſiue procedat per accuſationem, ſeù per inquiſitionem, etiam parte non petente, alias teneatur de proprio, vt docent *Crauet. conſ. 14 nu. 6. & conſ. 52. n. 3. Baiur. ad Clar. §. fin. quæſt. 2 num. 7. et quæſt. 93. num. 3. verſ. item adde, &c. Vinc. de Franch. deciſ. 460. num. 7. Farinac. conſ. 43. num. 2.*

in fin.lib.1,Caball.reſol crim. d.caſu 82. nu.4.& ſeq. & caſu 98.num.10.cent.1.Merlin. Pignatel.contro. foren.cap 20.nu.2. par.1. vbi alios dat concordantes, & iudicem malè facere, non condemnando occiſorem, furem, & ſimiles ad damna, & intereſſe, dixit *Farinac, de homic, quæſt.119.num. 93.* & poſt eum *Adden.ad Paitel. expedit. ciuil.88.num.35.& Caln.de æquit.lib,2.cap.180.num.27.& ſeq,*

4 Licèt contrariam opinionem, imò, Iudicem non debere condemnare reum ad damna, & intereſſe, niſi id a parte fuerit petitum, & Iudicis officium ſuper eo ſit imploratum, voluerint *Ruin, conſ. 87. col.2.lib.4.& conſ 35.col.1.in fin.lib.5.Rola.conſ.16 num.12. lib.1.* quos referendo ſequitur *Farinac. de inquiſ. d, quæſt, 1. num. 67,*

5 Amplia ſecundò d.concluſionem, vt Iudex poſſit condemnare reū ad intereſſe partis, etiā quod reus non ſit confeſſus, ſi tamen ſit per teſtes plenè conuictus, cum nulla ſit differentia inter confeſſum, & legitimè conuictum, vt tradunt *Clar,in pract.§ fin. d,quæſt,2.ver,& hæc quidem concluſio, &c. Coſtà* in fortioribus terminis *remed.ſubſid.51.num.1.et ſeq. Farinac. de inquiſ d. quæſt,1.n.66, ver.quoad teſtes, &c.* vbi alios dat concordantes, & reprobat opinionem *Bald,*& ſequacium cōtrarium ſentientium, & *Guazz.d.defen.1,cap.12.nu.24.* vbi dicit, ad hac opinione, vti communi non eſſe recedendum, quā etiam in Vrbe ſeruari, dicit, reprobando *Magon. decis, Lucen.91. nu.9.* contrarium tenentem, etiam in delicto, quod ſolis præſumptionibus, & coniecturis probatur, vt ibi per eū, *Vermigl. conſ. 274. nu.4.& Merlin.Pignat.contro.foren.d.cap,19,nu 14, ver. quod ſi Baldi, &c, cent, 1.*

6 Limita primò d.concluſionem, vt non habeat locum in reo ex ſola contumacia damnato, quem Iudicem cōdemnare non poſſe ad damna,& intereſſe partis reficienda, cum confeſſio ex contumacia reſultans nullam faciat fidem in iudicio ciuili ad effectum criminaliter condemnandi, voluerunt *Corn. conſ.300.nu.3.lib.3. Ruin conſ.35,col.2. lib.5.Rolan, conſ.30.num.18.& ſeq.lib.1.Clar.in pract.§.fin q.2. ver,vnum tamen &c.Farin.de inquiſ d.quæſt.1.num. 66.Rim.iun.conſ.35.nu.1.lib.1.& Cartar.de execut. ſent.capt.bann.cap,1 num.394.& ſeq.* vbi alios dat concordantes,& ſentit etiam *Grat.diſcep.foren.cap, 144.num.15.par.1.& Merlin.Pignatel, controu. forend.d.cap,19. num.11,& ſeq.* vbi plures dat concordantes,

7 Contrariam tamen opinionem, quòd etiam conuictus per contumaciam condemnari poſſit ad intereſſe partis,& ad reſtitutionem bonorum ablatorum tenet, & latè tuetur *Baiar. ad Clar. d.§.fin.q.2. nu.10.& ſeq.* quem ſequitur *Guazz.d. defen.1.c.12. n.22.* vbi dicit, *d.Baiar,* opinionem eſſe in practica tenendam,& ſecundum illam ipſum pluriès practicaſſe,& ab alijs etiam practicari vidiſſe, vt ibi per eum, qui dicit,hanc contrariam opinionem omninò procedere, quando pœna ciuilis reſtitutionis bonorum, ſeù intereſſe partis prouenit ab eodem Statuto, vel lege, a qua imponitur criminalis, & adducit *Clar. & Farinac.* ita ſentientes in locis per eum citatis, & not.etiam *Grat.d.cap. 144 num.65. & ſeq.* & ſentit *Merlin.d. cap 19.num.14.in fin.*

8 Limita ſecundò d,concluſionem, vt habeat locū, quando Iudex reum condemnat criminaliter, quia tunc illum condemnare etiam poteſt ad intereſſe partis, ſecùs tamen eſt, ſi illum abſoluat, quia tunc non poteſt quoad intereſſe ciuile ſe intromittere, & iudicare vt tradunt *Natt, conſ.507 num. 14 lib.2. Baiar ad Clar. d. quæſt. 2.num. 9. Bertaz. conſ 232.per tot.lib.1. Farinac. de inquiſ.d.quæſt.1. num.65.* vbi quamplures adducit ita ſentientes, & dicit, ab hac opinione non eſſe recedendum, & *conſ.11, num.48. & conſ 69.num. 3. lib.1.& conſ. 176, num. 14. lib, 2.* vbi dicit, Iudicem non poſſe reum condemnare quoad intereſſe ciuile, quando illum non poteſt condemnare criminaliter, *Hond. conſ. 99, num.53. lib,2. Guazzin.d.defenſ.1.cap.12. num. 19.verſ ſecundus caſus &c. & ver. ſi verò Iudex &c.& defen. 10 cap.40.n.12.Grat.diſcep.foren. cap. 144.num. 63. & ſequen. part. 1.& cap. 525. nu. 17. part, 3,Gargiar.Iun. conſ.93. nu,27.lib. 1,*

9 Licèt, quando de delicto plenè conſtat, poſſe Iudicem, omiſſa condemnatione criminali, reum condemnare in ciuili, dixerit *Farinace. conſ. 69. num.5 lib.1.* & in crimine turbatiuæ plenè probatæ poſſe Iudicem, qui turbantem ex aliqua iuſta cauſa abſoluit, reum condemnare ad præſtandam cautionem de vlterius non turbando, voluit *Paitell. expedit.ciuil.20.num. 37.& ſeq.* & ita fuiſſe iudicatum in Rota Bononien.dicit *Barz.deciſ.156. nu. 25* & poſſe Iudicem condemnare reum quoad damna, & intereſſe, licèt fuerit abſolutus à criminali, tenet *Aut.de Ball.tract.crim.lib.3.caſu 1.num. 221.* vbi dicit, ita in Mag. Curia fuiſſe pluriès iudicatum,

10 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando Iudex ob defectum probationum, quia reus non eſt confeſſus, nec conuictus, pura, ob indicia indubitata condemnat reum in pœnam extraordinariam, quia tunc non poteſt illum condēnare ad damna, & intereſſe partis, cum non dicatur condemnatus, tanquam reus, ſed tanquam de delicto ſuſpectus, vt not. *Ripa in l. admonendi 31. nu.11.ff.de iureiur.* plenè *Caball, reſol.crim.caſu 82. num 15, cent 1.* vbi dicit, ipſum numquam vidiſſe, aliquem fuiſſe condemnatum in pœnam extraordinariam, & ad intereſſe partis, *Scacc. de ſent.& re iudic.gloſ.14 quæſt,19.num.66.& de appel,quæſt.17. ampl.47.membr.2.num 27,Merlin.Pignatel.contro, foren.d.cap.19.per tot. cent.1.* vbi hanc opinionem latè comprobat, dicit, illam eſſe veriorem, & omnibus contrariis doctè reſpondet,& illam declarat, vt non habeat locum, quando mitior pœna imponitur ob beneficium ætatis, vel ob qualitatem delictum excuſantem, vel ob aliam cauſam, quæ non reſpicit delicti probationem, vt per eum *num 23.* cū quo concordat *Vermig.conſ,274 in prin.& Capic. Latra dec.75.nu.4. & 8.& ibi Adden. in prin.lib.1.*

11 Licèt contrariam opinionē, imò Iudicem poſſe condemnare reum damnatum in pœnam extraordinariam etiam ad damna, & intereſſe teneant

Coſta

Coſta remed.ſubſid.51.in prin. Guaz.defen.1.cap.12. in fin.& in tract.de pace quaeſt.42.num.21. vbi dicit, ita bis iudicaſſe in Alma Vrbe, *Paſcal.de patr.poteſt.par 4.cap.3.num.38.Vinc.de Franch. deciſ.460. in prin.* qui tamen non loquitur in condemnato in pœnam extraordinariam ob deficientiam probationum, *Maſſul.ad Capic.deciſ.141.num.8.& Capablanc. ad pragm.6.de Baron.num.105.* quos refert *Merlin.Pignatel.d. cap.19.ſub num.8.* & latè illam comprobat *Vermigl.d.conſ 274. per tot.*

12 Limita poſtremò d. concluſionem, vt non habeat locum in reo condemnato in aliquam pœnã ob exceſſum, puta, in ſe defendendo, & ſimil. quia tunc non poteſt condemnari ad damna, & intereſſe ſec. *Merlin.Pignatel.contro.iur.cap 19.n.29.et ſeq.* vbi dicit, ita fuiſſe iudicatum *per Sac. Conſ.* reuocata ſententia in contrarium lata *per Mag. Cur. Vicariæ* vt ibi per eum, de quo dixi latiùs infra tn. in verbo *Occiſio Reſolut.8.* vide ibi.

A D D I T I O.

N.10. VBi habetur, quod Iudex condemnans reum in pœnam extraordinariam non poteſt illum condemnare ad intereſſe partis adde *Farinac. in addit. ad q.1.de Inquiſ.num.66.* vbi teſtatur de communi opinione.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex poteſt procedere contra iniuriantem ſe ipſum ratione officij, aliàs ſecùs.*

Et etiam contra iniuriantem filios, & familiam ratione officij, num. 2.

Ac etiam, quando iniuria eſt notoria, licèt facta ſit vti priuato, num. 3.

Licèt contrarium teneat Carleual.*relatus,n.4.*

Quo caſu Iudex poteſt punire illum iniuriantem etiam ſinè proceſſu, num. 5.

Dummodo pœna ſit determinata à lege, ſecùs, ſi ſit arbitraria, num. 6.

Quando tamen iniuria eſt facta, vti priuato, poteſt iniuriantem carcerare, num, 7.

8 *Iniuria quando dicatur facta Iudici ratione officij, vel perſona probatur ex coniecturis.*

R E S O L V T I O VII.

Iudex an poſſit procedere contra iniuriantem ſe ipſum ratione Officij.

1 IVdex pro iniuria, ſibi illata ratione officij, poteſt contra iniuriantem procedere, & illum punire, ſecùs ſi iniuria ſit ei facta ratione particularis inimicitiæ, tanquam priuato, quia tunc non poteſt contra iniuriantem procedere, nec illum punire, vt tradunt *Pariſ.conſ.147.nu.7.lib.4.Alex. conſ.13.poſt nu.10.lib.6. Menoch. de arb.caſu 163. nu.7.Clar.in pract.§.fin. quaeſt.35 in fin.* vbi teſtatur de communi opinione, *Rol. conſ.48.n.7.& ſeq.lib.2,* vbi pariter dicit, ita communiter teneri per Doctores, *Decian.tract.crim.lib.4.cap.42.n.1.& lib.7. cap.38.num.15. Farinac. de delict.& pœn.quaeſt.17. num. 46.* vbi alios dat concordantes quamplures, etiam de communi opinione atteſtantes, & dicit, in d. caſu Superiorem debere cauſam alteri committere, vel ei dare adiunctum, vt ibi per eum, *Caball.reſolut. crim. caſu 128. num. 1.& ſeq. cent 2.* latè comprobans. *& Cancer.var.reſolut. part.2. cap. 2. num. 253.*

Quando enim iniuria eſt facta Iudici contemplatione officij non vti priuato, ſed vti Iudici facta cenſetur, & ideò non ipſe in ſuo negotio, & in ſua cauſa iudicat, ſed vti alius procedit, & condemnat, vt declarant *Rola.d.conſ.48.n.4.lib 2. Farinac.d.quaeſt. 17.num.46.in fin.& alij Doctores ſupra adducti.*

2 Amplia d. concluſionem, vt habeat locum etiam in iniuria facta filiis ipſius Iudicis, & aliis de ſua familia, pro qua Iudex procedere poteſt ſi eſt facta ratione officij, aliàs ſecùs, vt not. *Clar.in d.quaeſt.35. d. ver. ſolet etiam, &c.* vbi teſtatur de communi opinione, *et Caball.d.caſu 128. num.6. et ſeq.* qui dant concordantes.

3 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando iniuria, ſeù offenſa facta Iudici eſt notoria, puta, quia illa ſit facta Iudici ſedenti pro Tribunali, vel coram populo, vel coram decem hominibus quia pro d. iniuria Iudex poteſt procedere, etiamſi illa ei illata ſit, vti priuato, non ſolum verbis duris, & aſperis iniuriantem reprehendendo, ſed etiam, multa indicta, vel alia pœna grauiori, cũ ſtante notorietate offenſionis, non requiratur cognitio, ſed ſola punitio, vt voluerunt *Rolan.d.conſ. 48.n.2 & 14.lib.2.Clar in pract.in d.q.35.ver.ſolet etiam &c* qui teſtatur de cõmuni opinione, *Andr. Gail pract.obſer.lib.1.obſer.39.n.4. Farin.de delict. & pœn.d.q.17.n.45,* vbi plures dat concordantes, *Cancer.var.reſol.par.2.cap.2.n.253.et ſeq.* vbi dicit, hanc limitationẽ non habere locũ in Iudice delegato, qui non poteſt eſſe Iudex in cauſa propria, licet delictum ſit notorium, vt ibi per eum.

4 Licèt hanc limitationem intelligat, quando iniuria fuit facta Iudici, vti Iudici, & non vti priuato *Carleual. de iudic. lib. 1. tit.1.diſp.2.quaeſt.7.ſect.1. num.798.* & malè iudicio meo.

5 Amplia d. limitationem, vt Iudex in d. caſu poſſit reum ipſum iniuriantem pro Tribunali ſedentẽ punire, non ſolùm formato proceſſu, & ſententia in ſcriptis lata, verùm etiam ſinè proceſſu cum ſolo decreto oretenus lato ex abrupto, tanquam delictũ notorium vt docent *Bart.Iaſ.Roma.& alij in l.1.ff. ſi quis iudic.non ob temp. Ant. Gomez var.reſol.tom. 3.c 1.n.48.Farin.de delic.et pœn.q.21.n.158.& ſeq.* vbi dicit, tutius eſſe proceſſum formare, & latè comprobat pluribus allatis authoritatibus *Carleual.de iudic.d.diſp.2.quaeſt.7.ſect.1.num.799*

6 Declara d. concluſionem, vnà cum ampliatione, & limitatione ſeq. vt habeat locum, quando pœna eſt certa, & determina à lege, vel ſtatuto, quia tunc poteſt Iudex illam imponere reo illi iniuriam inferẽti notoriè, vel ratione officii, ſecùs tamẽ eſt, ſi

illa ſit arbitraria, quia tunc ipſe non eſt Iudex cõpetens, ne ratione odij ob iniuriam acceptam pœnam exceſſiuam imponeret, vt declarant *Clar. in pract. in d. quæſt. 35. ante fin. Menoch. d. caſu 263. nu. 9. Farinac. de delic. & pæn. d. quæſt. 17. num. 44. Cancer. var. reſol. par. 2. cap. 2. num. 254. & Carleual. de iudi. d. diſp. 2. quæſt. 7. ſect. 1. nu. 798.* & ante eum *Caball. reſol. crim. d. caſu 128. ſub num. 9. cent. 2.*

7 Declara ſecundò d. concluſionem, quod quando Iudex offenſus non poteſt de cauſa cognoſcere per ſe ipſum, vt quia offenſio ſit facta perſonæ, & non eſt notoria, vel pœna à iure non eſt determinata, vel incertum eſt, an illa ſit facta perſonæ, vel officio, poteſt tamen offendentem carcerare, dum delictũ Superiori notificat ad tex. *in §. audient Auth. de defen. Ciuit. Franch. in cap. 1. num. 4. circa medium de pæn. in 6. Suarez in l. 2. in tit. de los emplazamientos num. 48. in l. ſin. Cancer. var. reſol. d. par. 2. cap. 2. n. 257. & Carleual. de iudi. d. diſp. 2. q. 7. ſect. 1. n. 785.*

8 Declara tertiò d. concluſionem, quòd an offenſa facta Iudici facta fuerit ratione officij, vel ratione perſonæ, in dubio probetur ex coniecturis *Capic. deciſ. 130. num. 12. Rolan. conſ. 1. num. 35. lib. 3. Farinac. de delict. & pœn. d. quæſt. 17. num. 41. & ſeq.* vbi dicit, quod ſi iniuria ſit facta Iudici ſedenti pro tribunali, vel executionis, vel in aliquo actu iudiciario, præſumitur facta ratione officij, & quòd, ceſſantibus coniecturis, præſumitur facta ratione particularis inimicitiæ, vt maius delictum excluſatur, vt ibi per eum, & in dubio an offenſa ſit facta ratione officij, vel perſonæ, dandum eſſe adiunctum, dicit *Cancer. d. cap. 2. num. 256.*

ADDITIO.

N. 8. VBi habetur, quod an quis offenderit Officialem ratione officij, vel ex priuata inimicitia probatur ex coniecturis adde eundem *Farinac. de homic. quæſt. 112. num. 154.* de qua materia vide etiam infra *in verbo Officialis Reſolut. 3. in addit.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex, qui vidit aliquem delinquere, non poteſt illum ex ſuo viſu condemnare.*

Niſi quando delictum eſt notorium factum eo ſedente pro Tribunali, & vt num. 3.

Requiritur tamen etiam in d. caſu citatio delinquentis, num. 4.

Et quando non poteſt illum condemnare, poteſt tamen contra eum inquirere, num. 5.

2 *Iudex debet iudicare ſecundùm acta, & probata, & non ſecundùm ſuam conſcientiam.*

6 *Delinquẽs corã iudice efficitur de foro ipſius Iudicis*

RESOLVTIO VIII.

Iudex qui vidit aliquem delinquere an poſſit illum ex ſuo viſu condemnare.

1 IVdex, qui vidit proprijs oculis aliquem delinquere, non poteſt ex ſuo ſolo viſu, & teſtimonio delinquentem torquere, nec condemnare, niſi aliter probetur, vt tradũt *Albert. in 1. par. ſtat. q. 33.* *Clar.* qui illum referendo ſequitur *in pract. § fin. q. 8. ver. ſed pone &c. & quæſt. 66. ver. ſcias autem &c. Farin. de delic. & pœn. quæſt. 21. num. 161. & conſ. 83. nu. 3. lib. 1. Scac. de iudic. lib. 1. cap. 80. nu. 1.* vbi teſtatur de communi opinione, *Guazz. defen. 5. cap. 9. nu. 18. & Vermigl. conſ. 15. nu. 3.* vbi dicit, Iudicem videntem, aliquem delinquere non poſſe vti arbitrio in illum torquendo.

2 Iudex enim iudicare debet non ſecundùm ſuam conſcientiam, ſed ſecundum acta, & probata *leg. illicitas 6. §. veritas,* & ibi not. *Bart. & Doctores ff. de offic. Præſid. cap. paſtoralis 28. §. quia verò de offic. deleg. Couar. reſol. lib. 1. cap. 1. ſub nu. 6. Oſaſc. deciſ. Pedem. 1. n. 39. Farin. in d. q. 21. n. 162.* vbi dicit, hanc eſſe vulgarem concluſionem, *Scac. de iudic. d. cap. 80. in prin. D. Thom. 2. ſec. q. 67. art. 2.* notiſſimè *Paul. Rub. de valitat. legal. cap. 50. n. 4. Rota apud Greg. XV. deciſ. 224. n. 5.* & iudicando vti debet ſcientia publica, non autem priuata *P. Diana in ſumma in ver. Iudex num. 5.*

3 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in delicto commiſſo coram ipſo Iudice ſedente pro Tribunali, vel alium actum iuſtitiæ exercente multis aſtantibus, & ſic coram multitudine perſonarum, quia tunc, cum dicatur delictum notoriũ, Iudex poteſt d. delinquentem punire, iuris ordine non ſeruato, ſinè ſolemnitate, ſinè proceſſu, & probatione, vt tradunt *Boſſ. in pract. in tit. de denuncia. nu. 4. & ſeq. & in tit. quomo. proced. in crim. not. n. 7. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 1. num. 48. Maſc. de probat. concl. 1103. num. 16. & 19. & ſeq. lib. 2.* plenè *Farinac. de delic. & pœn. quæſt. 21. n. 158.* vbi quamplures adducit, ita ſentientes, *Guazz. defen. 5. cap. 9. nu. 17. & ſeq. & defen. 13. cap. 12. num. 6.* vbi tamen dicunt, tutius eſſe, quòd Iudex recipiat probationes, nè forte moleſtari poſſint in ſindicatu, *Caball. reſol. crim. caſu 261. nu. 6. & ſeq. cent. 3.* qui alios dant concordantes.

4 Sublimita d. primam limitationem, quod Iudex poteſt punire delinquentem coram ipſo ſedente pro Tribunali quampluribus aſtantibus, vt ſupra, ſinè proceſſu, & de facto, vt id tamen facere non poſſit ſinè citatione delinquentis, vt videat, quam afferat defenſionem, niſi eſſemus in caſu, in quo certum eſſet, nullam competere defenſionem, vt tradunt *Boſſ. in pract. in tit. de denunc. num. 8. Foller. in pract. in ver. item quòd eſt notorius delinquens nu. 27. Farin. de delict. & pœn. d. q. 21. n. 160. & Guazz. d. defen. 5. c. 9. n. 17. & ſeq. & def. 13. c. 12. n. 6. & ſeq.*

5 Declara primò d. concluſionem, quod licèt Iudex qui proprijs oculis vidit, aliquem delinquere, non poſſit contra eum deuenire ad torturam, neque ad condemnationem, poteſt tamen contra eum deuenire ad inquirendũ, & ad capiendas informationes abſque alia querela, denunciatione, vel diffamatione, vt docent *Clar. in pract. d. quæſt. 8. ver. ſed pone &c. Scac. de iudic. d. lib. 1. cap. 80. nu. 2. & Guazz. d. defen. 5. cap. 9. num. 19.*

6 Addo pro coronide, quod offendens, vel iniuriam inferens alicui coram Iudicem in ſuo foro, & in Tribunali ſedẽte efficitur de foro eiuſdẽ Iudicis, ita

vt ab

vt ab eo puniri valeat ob ei condignam non præſtitam reuerentiam, vt voluerunt *gloſ. in cap. Deus Omnipotens 20. §. quando autem in ver. Iudices 4. quæſt. 1. Alberi. in l. illicitas 6. §. veritas ſub num. 8. ff. de offic. Præſid. Belut. in pract. lib. 1. cap. 6. num. 2. Marſil. ſingul. 549. num. 1. Pariſ. conſ. 147. num. 10. et ſeq. lib. 4. Pute. de ſindic. in ver. notorium iudicij n. 5. & ſeq. Menoch. de arbitr. caſu 263. num. 23. et ſeq. et Farinac. de var. ac diu. crim. quæſt. 105. n. 194.* quos refert, & ſequitur *Vermigl. conſ. 173. num. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex delegatus nullam acquirit iuriſdictionem ante præſentationem reſcripti.*

Etiam ſi iudex ſciat, ſe eſſe delegatum, n. 2.

Ita vt iudex ante præſentationem reſcripti nihil facere valeat num. 3.

Et de præſentatione reſcripti debet apparere in actis, num. 4.

Ita vt commiſſio non præſentata in actis non inducat litis pendentiam, num. 5.

RESOLVTIO IX.

Iudex delegatus an acquirat iuriſdictionem ante præſentationem reſcripti.

1 IVdex delegatus nullam acquirit iuriſdictionem, niſi a die præſentationis reſcripti, & commiſſionis, cum non dicatur certus de ſua iuriſdictione, vt tradunt *Vant. de nullit. in tit. de nullit. ex defec. iuriſd. delegat num. 34.* vbi quamplures dat concordantes, *Vinc. de Franch. deciſ. 326. n. 2. Alba. conſ. 514. num. 3. & ibi Adden. litera A par. 4. Adden. ad Bertaz. conſ. crim. 360. litera B. lib. 2.* plenè *Giurb. conſ. 89. num. 20. Laucell. de attent. par. 2. cap. 4. nu. 165. & ſeq. in præfat. Altogr. conſ. 1. nu. 51. lib. 1. & Rota apud Card. Mant. deciſ. 84. n. 4. & apud Verall. deciſ. 324. n. 4. lib. 1. & apud Merlin. deciſ. 710. n. 1. & apud Poſt. de manut. deciſ. 520. n. 2.*

2 Amplia primò dict. concluſionem, vt habeat locum, etiamſi Iudex ſciat, ſe eſſe delegatum, vt not. *Bald. in d. l. falſus 19. nu. 17. C. de furt. Laucell. d. par. 2. cap. 4. num. 167. & Rota deciſ. 6. num. 1. de off. delegat. in nouis, & ibi Adden.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt interim ante præſentatam commiſſionem Iudex nec quid minimum facere, ſeù exercere valeat, alias ſit nullum, vt docent *Vant. vbi ſupra num. 34.* vbi dat concordantes, *Alba. d. conſ. 514. num. 3.* vbi excipit in beneficialibus, & in mero executore, vt ibi per eũ, *Pereg. tract. var. lib. 1. de iuriſd. deleg. nu. 28. Giurb. d. conſ. 89. num. 20. Laucell. de attent. d. par. 2. cap. 4. nu. 167. Rota d. deciſ. 6. num. 1. & 2. de offic. deleg. in nouis, & deciſ. 4. num. 5. de conceſ. praben. in antiq.*

4 Amplia tertiò d. concluſionem, vt de præſentatione reſcripti, & commiſſionis debeat apparere in actis *Deci. in cap. ſuper eo 12. in vlt. not. de appell. Borgnin. deciſ. 11. nu. 8. par. 1. Giurb. d. conſ. 89. ſub nu. 20. in fin.* vbi alios dat concordantes, & dicit, hoc habere locum, etiamſi pars conſentiat, vt ibi per eum, & ſentit *Laucel. in d. par. 2. c. 4. n. 166. & ſeq.*

5 Subamplia d. tertiam ampliationem, vt commiſſio non præſentata in actis non inducat litis pendentiam *Rot. apud Poſt. de manut. deciſ. 289. num. 7. & 8.* plene eadem *Rot. in Leodien. Canonicatus 7. Februar. 1656. coram R. P. D. Veroſpio 9. nec viſa fuit,* vbi aliæ quamplures deciſiones recenſentur.

SVMMARIVM.

1 *Iudex non poteſt bannire, vel relegare delinquentem, niſi a loco, vel in loco ei ſubdito.*

Fallit, quando eſſet locus originis, domicilij, vel delicti delinquentis, num. 2.

Fallit ſecundò de generali conſuetudine num. 3.

Quãdo dicatur locus non ſubditus, habetur, n. 4.

RESOLVTIO X.

Iudex an poſſit bannire, ſeù relegare delinquentem niſi a loco, vel in loco ei ſubdito.

1 IVdex non poteſt bannire, ſeù relegare delinquentem, niſi à loco, vel in loco ei ſubdito, cum nemo poſſit excedere metam ſuæ iuriſdictionis *l. relegatorum 7. § in inſulam & §. ſeq. & §. interdicere ff. de interd. & releg.* & tradunt *Bart. in d. l. relegatorum 7. §. et quodam genus,* vbi dicit, vidiſſe, reuocari in cauſa appellationis plura confinia data in Marchia, in locis Marchiæ non ſubditis, vt ibi per eum, & idẽ firmat *in d. §. interdicere, Ant. Gomez var. reſolut. tom. 3. cap. 8. num. 3. in fin.* vbi teſtatur de communi opinione, *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 71. ver. vidi ergò, & ibi Batar. nu. 11. Farinac. in fragm. crim. litera B. num. 69.* vbi alios dat concordantes, *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 4. quæſt. 8. num. 8.* & alios pariter referens, ita ſentientes, & *Vermigl. conſ. 360. num. 8.*

2 Declara primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando locus non ſubditus Iudici bannienti eſſet locus, aut originis, aut domicilij eiuſdem delinquentis, aut etiam delicti, cum non prohibeatur Iudex originis bannire reum à loco domicilij, etiam ſibi non ſubdito, & è contra, & Iudex delicti, bannire reum etiam à loco originis, ſeù domicilii, vt declarant *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. c. 8. num. 3. in fin. Batar. ad Clar. d. q. 71. nu. 12. & Farin. in d. fragm. crim. litera B. n. 72.* vbi teſtatur de communi opinione, & alios dat concordantes.

3 Declara ſecundò d. concluſionem, vt illa de conſuetudine non ſeruetur, vt tradũt *Bald. in l. exequutorem 8. ſub num. 29. C. de exequ. rei iudic.* vbi teſtatur de conſuetudine generali ferè vbique locorum, *Clar. in pract. d. quæſt. 71. vidi ergò, &c.* vbi dicit ſe audiuiſſe, Ducem Mantuæ confinaſſe quoſdam

Cines Caſalenſes in diuerſas Ciuitates, & Oppida ſuo dominio non ſubditas, & Farinac. in d. fragm. crim. litera B. nu. 70. vbi alios adducit, ita ſentientes, & teſtatur, ita ſeruari in Statu Eccleſiaſtico, nempè exbanniri delinquentes per Iudices non ſolùm à Ciuitate, ſeù Prouincia, quam regunt, ſed etiam ab alijs in Statu tamen Eccleſiaſtico exiſtentibus, & id fieri poſſe, vbi viget d. conſuetudo, admittit Ant. de Bull. d. lib. 4. quæſt. 8. nu. 9. allegans Clar. vbi ſupra, & ita ſeruari de conſuetudine teſtantur etiam Guazz. defen. 33. c. 27. n. 18. ver. tamen de conſuetudine &c. & Vermigl. d. conſ. 360. in fine,

4 Declara tertiò d. concluſionem, quòd locus non ſubditus in hoc propoſito dicitur, ſiue ſit ſub iuriſdictione alterius Principis, ſiuè etiam ſit extra Prouinciam, vel Ciuitatem, quam Iudex banniens, ſeu relegans gubernat, vt docet Farin. in d. fragm. crim. litera B. n. 69. vbi dicit ita tenere comm. Doct.

SVMMARIVM.

1 *Iudex examinando teſtes tenetur recipere integrè illorum depoſitionem, ſiuè pro, ſiuè contra reum.*

2 *Cum Iudex teneatur inquirere veritatem tàm pro fiſco, quàm pro reo, num. 2.*

3 *Ita vt Iudex diuidens dicta teſtium non ſit immunis à crimine falſi, num. 3.*

4 *Quæ vò magis procedunt, delato teſti per Iudicem iuramento, num. 4.*

5 *Quicquid voluerit Scac. relatus, num. 5.*

6 *Niſi tamen adeſſet vehement ſuſpicio ſubornationis teſtium, num. 6.*

RESOLVTIO XI.

Iudex examinando teſtes an teneatur recipere integram illorum depoſitiones ſiuè pro, ſiuè contra reum.

1 IVdex examinando teſtes contra reum, tenetur recipere integrè, quicquid illi deponere intendunt, ſiuè pro, ſiuè contra reum, nec poteſt illorum dicta, & depoſitiones diuidere, recipiendo, quod eſt contra reum, & reijciendo, quod eſt ad ſui fauorem, cum ipſe teneatur inueſtigare veritatem, tàm pro reo, quàm pro fiſco, aliàs dicitur malè, & diabolicè facere, vt tradunt Clar. in pract. §. fin. quæſt. 23. in princ. ver. non autem probo, &c. Farinac. de teſti. quæſt. 74. num. 16. Ant. Scapp. de iure non ſcript. cap. 82. n. 8. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 86. num. 9. Guazz. defen. 14. cap. 2. num. 1. & ſeq. & num. 4. Ambr. in proc. inform. lib. 1. cap. 2. num. 8. & ſeq. qui valdè exclamat contra Iudices talia facientes, prout faciunt ibi Adden. ſub num. 8. & nouiſſimè Zuff. de legit. proceſ. lib. 3. quæſt. 189. n. 1. & ſeq.

2 Iudex enim, vt dixi, tenetur inquirere veritatem, tàm pro fiſco, quàm pro reo, cum fiſcus non ſit veritatis inimicus, & not. Clar. in d. quæſt. 23. poſt prin. Guazz. d. defen. 14. cap. 2. num. 4. Farinac. de teſti. d. quæſt. 74. ſub num. 16. & Zuff. d. quæſt. 189. num. 1. maximè, cum dictum teſtis ſit indiuiduum, ita vt non poſſit vna pars depoſitionis acceptari, & alia reijci Farinac. conſ. 125. num. 30. & conſ. 188. nu. 25. lib. 2. Guazz. defen. 33. cap. 35. num. 1. Giurb. conſ. 23. num. 4. & Vermigl. conſ. 15. in fin. & conſ. 55. num. 7. prout etiam iuramentum eſt indiuiduum Surd. dec. 16. num. 2. Zuff. d. quæſt. 189. num. 6.

3 Amplia primo d. concluſionem adeò eſſe veram, vt Iudex dicta teſtium diuidens, & partē reo fauentem reijciens, & aliam pro fiſco recipiens, vti ſtudioſus veritatis occultator non ſit immunis à crimine falſi, vt not. Iaſ. in l. præſcriptione 2. num. 7. C. ſi contra ius, vel vtil. pub. Mar. Ant. Materat. var. reſol. lib. 3. reſol. 30. num. 8. quem refert, & ſequitur Guazz. d. defen. 14. cap. 2. num. 5. & Ambr. in proc. inform. lib. 1. cap. 2. num. 11.

4 Amplia ſecundo d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, delato teſti iuramento, quia tunc Iudex tenetur omnino eius depoſitionem integrè recipere, tam pro fiſco, quam pro reo, & non poteſt eius depoſitionem diuidere, cum iuramentum ſit indiuiduum, vt dixi ſupra, & not. Guazz. d. def. 14. cap. 2. num. 3. & Zuff. d. quæſt. 186. num. 7. & extat Reform. San. Mem. Pauli V. in tit. de Inaic. crim. Vrb. §. nec vllo pacto &c. vbi diſponitur, teſtem per Iudicem non poſſe oretenus prius interrogari, ſiuè cum iuramento, ſiue ſinè iuramento, & ſi deponat fortè pro reo contra fiſcum, illum dimittere, non ſcripta illius depoſitione, ſed quod omninò præuio iuramento illius examen recipiatur, & in ſcriptis redigatur, dummodo non adſit vehemens ſuſpiciò ſubornationis, quæ Reformatio habetur in Praſt. Ridolph. fol. mihi 669. quam practicam audiendi teſtes prius oretenus, vt ſupra, impugnat etiam Guazz. d. defen. 14. cap. 2. num. 5.

5 Quicquid contrarium, poſſe Iudicem prius oretenus interrogare teſtem, & ſi deponat contra fiſcū illum dimittere, non accepta illius depoſitione, ne proceſſum defectiuum fabricaſſe videatur, teneat Scac. de iudic. lib. 1. cap. 86. num. 9. in fin.

6 Declara d. ampliationem, vt non habeat locum, quando adeſſet vehemens ſuſpicio ſubornationis teſtis, quia tunc non eſt inconueniens, quòd Iudex, qui debet eſſe admodum oculatus, ne decipiatur à teſtibus, ſeu parte in damnum iuſtitiæ antequam ei deferat iuramentum, & eius depoſitionem in ſcriptis redigat, oretenus ab eo exquirat ſeriem facti, & vbi cognoſcat, teſtem non dicere veritatem, & habeat vehementem ſuſpicionem de ſubornatione, illum interroget, cum quibus fuerit locutus, antequam accedat ad iudicium, an ab aliquo fuerit inſtructus, etiam cogendo illum ad præſtandam cautionem de ſe repræſentando, maximè, ſi teſtis ſuperueniat poſt fundatam fiſci intentionē, & procurando eum in verbis capere, illum interrogando etiam ſuper circumſtantijs non neceſſarijs, in quo cum certa regula dari non poſſit, maximè eſt deferendum boni, & prudentis Iudicis arbitrio, qui debet cuncta rimari, & an adſit grauis ſubornationis ſuſpicio, non permittendo, ſe decipi,

vt dixi,

vt dixi, per teſtes, vel partem, quæ quandoque, inita pace cum aduerſario, colludit cum eo ad delictum occultandum, vt admonent *Clar. in d. quaſt. 23. in princ. Farinac. de teſt. d. quaſt. 74. ſub num. 16.* vbi dicit, poſſe Iudicem in d. caſu etiam teſtem dimittere, non accepta illius depoſitione, *Guazzin. d. defen. 24. cap. 2. num. 1. et Auff. de legit. proceſſ. d. quaſt. 189. num. 7.* & admitti etiam in dicto caſu grauis ſuſpicionis laborationis teſtis ipſa *Reform. Pauli V.* in loco ſupra relato.

LEGITIMA.

SVMMARIVM.

1 *Patre delinquente ex bonis ei confiſcatis eſt deducenda legitima filiorum.*

Quæ eſt deducenda, ſtatim ſequuta condemnatione patris, num. 3.

Ac etiam deducenda ſunt alimenta, ſi legitima pro eis non ſufficiat, n. 4.

Etiam, ante ſequuta declaratoria, n. 5.

Et ex bonis confiſcatis debentur etiam dotes filiarum, n. 6.

Licèt pater eſſet condemnatus pro crimine læſæ maieſtatis num. 7.

Imò ſi filij ſunt tres, vel vltra, eis debetur totum patrimonium, n. 8.

Legitima tamen non debetur, patre condemnato pro crimine læſæ maieſtatis, n. 9.

Licèt aliqui contrarium teneant, n. 10.

Debentur tamen filiis alimenta, n. 11.

Licèt contrarium teneant aliqui Doct. n. 12.

Neque debetur legitima filiis patre condemnato de hæreſi, num. 13.

Quicquid contrarium teneant aliqui, n. 14.

Debentur tamen filiis alimenta, n. 15.

Licèt aliqui Doctores teneant contrarium, num. 16.

Debetur legitima filiis, patre damnato de hæreſi, vel ſuſpecto, n. 17.

Item debetur parentibus legitima, filio damnato de hæreſi, n. 18.

An verò filiabus in d. caſu debeantur dotes remiſſiuè, num. 19.

2 *Fiſcus dicitur hæres anomalus delinquentis, et tenetur ſoluere debita illius.*

RESOLVTIO I.

Patre delinquente ex eius bonis confiſcatis an ſit deducenda legitima filiorum.

1 PAtre delinquente, ſi bona ei auferantur per fiſcum ex eis eſt deducenda legitima filiorum, ita et fiſcus tenetur filijs condemnati illam ſoluere, vt tradunt *Rolan. conſ. 97. num. 29 lib. 1. Thob. Non. conſ. 95. num. 12. & ſeq. Peregr. de iure fiſci lib. 5. tit. 1. nu. 34.* vbi hanc opinionem dicit probabiliorem, & magis communem, & ſic in facto obtinuiſſe, licet aliquos Doctores referat contrarium tenentes, *Clar. in pract. § fin. quaſt. 78. verſ. videndum eſt &c.* vbi tractatur de communi opinione, & latè comprobat *Faria. c. de delict. & pæn. quaſt. 24. num. 34.* vbi hanc dicit, eſſe magis communem Doctorum opinionem, *Merlin. de legit. lib. 1. tit. 1. quaſt. 28. num. 3. & ſeq. Theſ. deciſ. Pedem. 104. in prin.* vbi tractatur de receptiſſima Doct. opinione, *et deciſ. 198.* vbi pariter de veriori, & æquiori opinione idem facit *P. Sanch. in Præcept. Decal. lib. 2. cap. 16 num. 25.* cum quibus pertranſeunt etiam *Guazzin. de conſ. bon. concl. 13. lim. 29 in prin. & Maſſin. in eod. tract. quaſt. 28. pariter in princ. & Cartar. de pæn. innoc. art. 2. num. 171.* alios quamplures adducens ita ſentientes.

2 Fiſcus enim eſt ſucceſſor ipſius delinquentis, & dicitur illius hæres anomalus, ita et teneatur ſatiſfacere omnibus creditoribus illius, habens onera cum honoribus *l. 2. C. ad leg. Iul. de vi publ.* latè *Surd. de alimen. tit. 1. quaſt. 31. num. 5. 6. et ſeq. Altogr. conſ. 95. nu. 42. et 131. et ſeq. lib. 1. Maſſin. de conſ. bonor. quaſt. 35. an 8.* & ego dixi latè ſupra in var. *Fiſcus, Reſol. 2. nu. 1. et 2.* Fiſcus verò in deductione legitimæ æquiparatur verò creditori *Franc. Bec. conſ. 34. num. 5 lib. 1. Menoch. conſ. 327. num. 118. lib. 4 Caph. conſ. 404. num. 12. et 13. lib. 3. Merlin. de legit. lib. 5. tit. 1. nu. 9.* vbi alios dat concordantes, *et d. lib. 3. tit. 1. quaſt. 28. num. 4.* vbi aliud affert fundamentum, quod videas ibi per eum.

3 Amplia primò d. concluſionem, vt legitima debeatur filijs condemnati ex eius bonis, ſtatim ſequuta condemnatione, non expectata morte patris, et not. *Baiard. ad Clar. in pract. § fin. d. quaſt. 78 num. 110. Surd. de aliment. tit. 1. quaſt. 31. num. 11. Hond. conſ. 74. num. 4. et 5. lib. 2. Giurb. ad Conſuet. Meſſan. par. 1. cap 4 gloſ 5. num. 35. in fin. Merlin. de legit. d. lib. 3. tit. 1. quaſt. 28. num. 18. et Peregr. de iure fiſc. lib. 5. tit. 1. num. 37. verſ. ſed contra etc.*

4 Amplia ſecundo d. concluſionem, et non ſolum ex bonis patris confiſcatis ſit detrahenda legitima filiorum, ſed etiam danda ſint eis alimenta, ſi legitima pro alimentis non ſufficiat, vt tradunt *Peregr. de iur. fiſc. lib. 5. tit. 1. num. 75. et 76. Surd. de alim. tit 1. quaſt. 31. num. 11. et ſeq. P. Sanch. in præcep. Decal. d. lib. 2. tit. 16. num. 25. Merlin. de legit. d. quaſt. 28. num. 8.* vbi hoc extendit etiam ad filios ſpurios, *Guazz. de conſ. bonor. concl. 13. limit. 20. nu. 1. & ſeq. et num. 11. Cartar. de pæn. innoc. artic. 2. num. 110. et num. 181.* vbi dicit, in d. caſu, quando legitima eſt parui valoris, ita vt non ſufficiat ad medietatem alimentorum, debent concedi filijs omnia patris bona ad effectum ſe ſe alendi, vt ibi per eum, *Lucid. de illegit. Cleric. quaſt. 19. num. 11. & ſeq. et Rota deciſ. 747. num. 5. par. 4. diuer.*

5 Subamplia d. ſecundam ampliationem, et d. alimenta debeantur filijs, & vxori delinquentis condemnati ex illius bonis, etiam donec ſequatur declaratoria, et coniuerunt *Plot. conſ. 130. num. 86. inter conſ. crim. diuer. lib. 1 Boſſ. in pract. in tit. de alim. præſta. num. 1. & Carpa. ad Nou. Conſtit. Mediolan.*

cap.

cap. Omnium, num. 770. quos refert, & ſequitur *Guazzin.d.limit.*20.*num* 9. *vbi nu* 10. ampliat, hoc habere locum, etiam ſi vxor nullam habuiſſet dotem, vt ibi per eum, *et limit.*35. *num.*13.

6 Amplia tertiò d. concluſionem, vt ex bonis patris confiſcatis non ſolum ſit deducenda legitima filiorum, ſed etiam ſint detrahendæ dotes filiarum, quas fiſcus tenetur eis præſtare, vt ſcripſerunt *Ripa in l.ex facto* 17.§.*ex facto num.*9.*ff.ad Trebel.Franc. Becc.conſ.*8.*num.*11.*lib.*1. *Surd.de alim.tit.*1.*quæſt.* 31.*nu.*16. latè *Farinac. de delict. et pæn. d.quæſt.*24 *num.*46. *Merlin.de legit.d. quæſt.* 28. *num.* 6. & 7. vbi dicit, hoc habere locum etiam in dotibus filiarum ſpuriarum, vt ibi per eum, cum quibus pertranſit *Cartar.de pæn. innoc. art.* 2. *num.*187. *et ſeq.* vbi dicit, quòd, ſi legitima pro dotibus, & alimentis non ſufficiat, teneatur fiſcus ſupplere ex alijs bonis confiſcatis, vt ibi per eum, & nouiſſimè *Lucidor.de illegit.Clericor.quæſt.*19. *n.*11.*et* 12.

7 Subamplia d.tertiam ampliationem, vt habeat locum, etiamſi pater ſit condemnatus pro crimine læſæ maieſtatis, in quo licèt bona confiſcentur etiã in præiudicium filiorum, Fiſcus tamen tenetur dotare filias huius criminis rei, vt not. *Plot.conſ.*130 *ſub num.*84.*inter conſ.crim.diuer.lib.*1. vbi teſtatur de communi opinione, *Decia.tract.crim.lib.*7.*cap.* 41. *num.*12.*in fin.Peregr.de iure fiſc.lib.*3. *tit.*9. *nu.* 9. vbi pariter hanc dicit communem opinionem, *Clar.in pract.* §.*læſæ Maieſt. verſ hæ autem pœnæ*, & *ibi Baiar.num.*25.late *Franc.Becc.conſ* 8. *per tot.* vbi teſtatur de magis cõmuni Doctorum opinione, *et Farin.de delict. et pæn. d. quæſt.*24. *num.* 47. vbi dicit, ita fuiſſe ſeruatum per Regem Ferdinandum in filiabus Principis Roſſani damnati de crimine læſæ Maieſtatis, & *conſ.* 140 *per tot.lib.*1.*Cartar. de pæn.innoc. art.*2. *num.* 187. *et ſeq.* vbi dicit, hoc non habere locum, ſtantibus bonis maternis, *Merlin.de legit.lib.*3.*tit.*1. *quæſt.*30. *num.* 9. & *ſeq. Maſſin.de conſ.bonor.d.quæſt.*28. *num.* 13. & idem fuiſſe ſeruatum aliquando de æquitate canonica in crimine hæreſis, dicit *Farinac.de hæreſi quæſt.* 191. *num.*8. vbi opiniones inter ſe contrarias refert, & *Lucidor.d.quæſt.*19. *num.*12. benè comprobans.

8 Amplia quarto d.concluſionem, vt ex bonis patris confiſcatis detrahenda ſit non ſolum legitima filiorum, vt ſupra, verum etiam, ſi filij ſint tres, vel vltra, totum patrimonium patris ex Imperatoribus benignitate ſit eis applicandum, ita vt tunc bonorum confiſcationi non ſit locus ad tex.*in l.fin.* §.*ſi plures*, *ff. de bon. damnat.* & tradunt *Doctores* quamplures relati per me ſupra in verb. *Confiſcatio, Reſol.*7. *in princ.* quibus addo *Giouagn.conſ.*94. *n.*13. *lib.* 1. vbi dicit hanc eſſe receptiſſima opinionem, & eſſe ſeruandam à bonis, & æquis Principibus, & contrariam conſuetudinem, ſi quæ adeſſet, improbat, vide in d. *Reſol.* 7. *per tot.* vbi latè habetur de hac materia, quam non decet hic iterum inutiliter referre.

9 Limita primò d.concluſionem, vt non habeat locum in crimine læſæ maieſtatis, in quo patre condemnato, propter immanitatem criminis, filium priuari, etiam legitima, voluerunt *Boſſ.in pract.in tit.de bon. publ. num.*8. & *in tit. de crim.læſæ maieſt. num.*134.*Clar.in pract. in* §. *læſæ Maieſt. verſ. fuit etiam &c. Peregr.de iure fiſc.lib.*5.*tit.*1.*nu.*34. *in fin. Cartar.de pæn. innoc. art.*2.*num.*185. & *ſeq. Farinac.de crim. læſæ maieſt. quæſt.*116.§.3. *num.* 76. & *ſeq.* plene *Merlin.de legit.lib.*3. *tit.*1.*quæſt.* 30 *num.*1. vbi teſtatur de communi opinione, & dixi latius infra in verb. *læſa maieſt. crim. Reſol. vnic.ferè per tot.* vbi videas.

10 Licet contrarium voluerit *Clemen.de patr.poteſ. effect.*16.*num.*28. & ſenſerit *Mangil. de imput.qu.* 4. *num.*36. qui adducit *Soc.conſ.*30. *lib.*1. cum quibus pertranſit poſtea ideo *Merlin. in d. quæſt.*30. *num.*26. dicens, de generali conſuetudine hodiè non ſeruari pœnas *d.l.quiſquis* 3.*C.ad leg. Iul. maieſt.* contra filios, & alios adducit concordantes, & non diſſentit *Caluin.de æquit. lib.*1.*cap.*11.*num.*6. ſaltem quoad filios natos, vel conceptos ante delictum de æquitate, vt ibi per eum, & *Farinac.in d. quæſt.*116. *num.* 144.

11 Sublimita primò d.primam limitationem, vt licet filij ob crimen læſæ maieſtatis per patrem cõmiſſi priuentur legitima in bonis eiuſdem, non autem priuentur alimentis, vt tradunt *Ripa in l. ex facto* 17. §.*ex facto num.*9.*ff. ad Trebell. Plot. in d. conſ.*130. *num.*83. & *ſeq. Franc.Becc.d.conſ.*8.*nu.*5 quos ſequitur *Cartar.de pæn.innoc.d. art.*2. *nu.*186. alios adducens concordantes, & poſt eum *Merlin. de legit.lib.*3. *tit.*1. *quæſt.*30. *num.* 6. & 10. vbi teſtatur, hanc eſſe veriorem, & magis communem Doctorum opinionem, *Cartar.de pæn.innoc. art.*2. *num.*186. vbi dat concordantes, & *Lucidor. de illegit. Cleric. d.quæſt.* 19. *num.*12.

12 Quicquid contrarium voluerint *Boer.deciſ.*7.*nu.* 6. *Peregr.* licet dubitans *de iur. fiſc.d.lib.*5. *tit.*1.*nu.* 76. *in fin.* & *Surd.de alim.tit.*1. *quæſt.*31.*num.* 17. *et ſeq.* cuius rationibus ſatisfacit *Merlin.vbi ſupra.*

13 Limita ſecundò d.concluſionem, vt non habeat locum, patre condemnato in crimine hæreſis, quia tunc filij, etiam Ortodoxi, non poſſunt ex bonis patris confiſcatis conſequi legitimam ſaltem de iure canonico, vt adnotarunt *Franc.Becc.d.conſ.*8. *n.* 5. *Rolan. conſ.*8. *num.*45. *lib.*3. *Decian. tract.crim. lib* 7. *cap.*45. *ſub num.*3. *P.Sanch.in præcep.Decal. lib.*2. *cap.*16.*num.*26. & *ſeq. Farinac. de hæreſi qu.* 191. *num.*2. *Cartar. de pæn.innoc. art.*2. *num.* 195. vbi teſtatur de cõmuni opinione, & alios dat concordantes, *Merlin.de legit. lib.*3. *tit.* 1. *quæſt.*31. *num.* 4. & *ſeq.* vbi dicit, ab hac opinione non eſſe recedendum, & alios adducit, ita ſentientes & *n.* 8. hoc extendit etiam ad legitimam matris hæreticæ, vt ibi per eum.

14 Quicquid contrarium tenuerint *Ruias ſingul.*47. & 95. *Surd. conſ.*386.*num.*13. *lib.* 3. & *Mangil.de imput. quæſt.* 4. *num.* 36.

15 Sublimita primò d. ſecundam limitationem, vt filij condemnati pro crimine hæreſis, licèt non poſſint conſequi legitimam ex bonis patris, ex eis tamen, ſaltem de æquitate, habere debeant alimenta, vt voluerunt *Surd.d.conſ.*386. *nu.*13.*lib.*3.

Simanc.

Simanc. Cathol. Inſtit. tit. 29. num. 12. Rojas d. ſingul. 47. ſub num. 3. vbi dicit, ita obſeruari in Hiſpania, *Farinac. de hæreſi d. quæſt. 191. num. 6. Merlin. de legit. d. lib. 3. tit. 1. quæſt. 31. num. 13.* vbi dicit, ita tenendum eſſe ex æquiori opinione, quam ſequitur etiam *Cartar. de pæn. innoc. art. 2. nu. 196.* alios adducens concordantes, quibus addo *Lucidor. de illegit. cleric. d. quæſt. 19. num. 12. & Rot. deciſ. 747. num. 8. & 9. par. 4. diuerſ.* vbi dicit hoc habere locum etiam in filijs ſpurijs.

16 Licèt contrarium teneant Doctores relati per *Farinac. de hæreſi in d. quæſt. 191. num. 5. & Surd. de alim. tit. 1. quæſt. 31. num. 24. & ſeq.* vbi teſtatur ſic veriori, & communi opinione.

17 Sublimita ſecundò d. ſecundam limitationem, vt non habeat locum, quando pater fuit condemnatus de hæreſi, non vti conuictus, ſed vti de hæreſi ſuſpectus, quia tunc non dicitur propriè, & verè hæreticus, & ideò filius illius non priuatur legitima ex illius bonis, vt tradunt *Zanchi. de hæreſ. cap. 28. num. 3. Decian. tract. crim. lib. 5. cap. 45. num. 5. lim. 10. Farinac. d. quæſt. 191. num. 28. & Merlin.* qui illos refert, & ſequitur, *de legit. d. lib. 3. tit. 1. quæſt. 31. num. 26. 27. & ſeq.* vbi alias ſubnectit ſublimitationes.

18 Sublimita tertiò d. ſecundam limitationem, vt non habeat locum è contra in parentibus, in quibus prædicta non videntur procedere, ita vt ipſi habere debeant legitimam ex bonis filij hæretici, vt not. *Decian. tract. crim. lib. 5. cap. 47. num. 9. Farinac. de hæreſi d. quæſt. 191. num. 41. Merlin. de legit. d. quæſt. 31. num. 31. & Caluin. de æquit. lib. 1. cap. 12. num. 11. & ſeq.*

19 Vtrum verò filiabus ex bonis confiſcatis patris, qui commiſit crimen læſæ Maieſtatis Diuinæ, debeantur etiam dotes, tradunt *Farinac. de hæreſi d. quæſt. 191. num. 8. Merlin. de legit. d. lib. 3. tit. 1. quæſt. 31. num. 30. P. Sanch. in præc. Decal. lib. 2. cap. 17. num. 3. & Lucidor. d. quæſt. 19. num. 12.* ipſos conſulas.

S V M M A R I V M.

1 *Pater admittitur pro filio in iudicio abſente, quando agitur de proprio intereſſe.*

Licet contrarium teneant aliqui Doct. n. 2.

Et idem permittitur Marito pro vxore, Domino pro ſeruo, Abbati pro monaſterio, & aliis, vt n. 3.

Etiam ſtante ſtatuto, neminem audiri pro inculpato, num. 4.

Declara concluſionem, vt num. 5.

R E S O L V T I O II.

Pater an admittatur in iudicio pro filio abſente quando agitur de proprio intereſſe, puta de ſoluendo legitimam pro eo, & ſimil.

1 PAter admittitur in iudicio pro filio abſente citato, quando agitur de eius proprio intereſſe, puta, de confiſcanda legitima, de quo dicetur in *Reſol. ſeq.* cum eius interſit, filium citatum non condemnari, etiamſi cauſa ſit capitalis, vt tradunt *Capol. conſ. 40. num. 15. & conſ. 45. num. 40. Plot. conſ. 130. num. 75. inter conſ. crim. diuerſ. lib. 1. Bertaz. conſ. 184. num. 2. lib. 1.* plenè *Rolan. conſ. 47. nu. 31. & ſeq. lib. 3.* vbi hanc dicit indubitatam concluſionem, *Menoch. de arbit. lib. 1. quæſt. 80. num. 60. & ſeq.* vbi teſtatur de magis communi, & ſeruata in praxi opinione, quam ſequitur *Farinac. de var. ac diuer. quæſt. quæſt. 99. nu. 154. & ſeq.* vbi illam, dicit, magis communem eſſe, & quamplures dat concordantes de communi, & magis communi opinione, & in praxi ſeruata opinione atteſtantes, *Cabal. reſol. crim. caſu 250. num. 8.* vbi dicit, patrem admitti ante ſententiam ad probandã innocentiam filij, *Theſ. deciſ. 265. nu. 7. et 19. Guaz. deſen. 12. cap. 1. in fin. Caball. ad Conſtit. March. lib. 4. cap. 10. gl. 1. per tot. Magon. deciſ. Lucen. 94. n. 3.* plenè *Cartar. de pæn. innoc. art. 7. per tot.* vbi quamplures refert, ita ſentientes.

Pater enim in d. caſu, ratione proprij intereſſe, non dicitur defendere alium, & ſic filium, ſed potius dicitur defendere ſe ipſum, vt dixi *Odofred. in l. ſeruum quoque 33. §. puniri, num. 3. poſt princ. ff. de procur.* quem refert, & ſequitur *Farinac. in d. quæſt. 99. num. 154.* & dixi etiam *Bertaz. conſ. 314. num.* . . . *lib. 2.*

2 Licet contrarium tenuerint *Pælmari. conſ. 69. per tot. inter conſ. crim. diuer. lib. 1. Boſſ. in pract. in tit. an in crim. iudic. &c. num. 17.* vbi licet dicat, contrariam opinionem eſſe communem, dicit tamen, illam in Dominio Mediolani non ſeruari, & idem tenet *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 33. in fin.* dicens, in Dominio Mediolani ſi prædicta allegarentur, haberentur pro ſomnijs, ſecùs tamen, vbi adeſſet conſuetudo id permittens, vt ibi per eum, contra quos adeſt magis communis opinio, de qua ſupra.

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum, non ſolum in patre, ſed etiam in Domino pro ſeruo, Marito pro vxore, Abbate pro Monaco, Epiſcopo pro Clerico, Vniuerſitate pro Ciue, Domino pro vaſallo, & alijs quorum intereſt, reum citatum ad comparendum non condemnari, vt voluerunt *Magon. d. deciſ. Lucen. 94. num. 3. Farinac. de var. ac diuer. quæſt. d. quæſt. 99. num. 154. & ſeq.* vbi quamplures dat concordantes, & *Cartar. de pæn. innoc. d. art. 7. num. 1. & ſeq.* de cuius ampliationis veritate, cum ſit extra concluſionem noſtram, vide *Farinac. d. quæſt. 99. num. 154. & ſeq. & Cartar. in d. art. 7. num. 1. & ſeq.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum, etiam ſtante Statuto, neminem audiri poſſe pro inculpato, quia illud non comprehendit patrem comparentem pro filio citato pro ſuo intereſſe, vt not. *Roland. conſ. 47. num. 31. & ſeq. lib. 3. Bertaz. conſ. 280. per tot. & conſ. 314. per tot. lib. 2.* vbi dicit, hoc procedere, etiamſi Statutum prohiberet expreſsè, neque patrem admitti ad defendendum filium pro ſuo intereſſe, vt ibi per eum benè comprobantem, *Farinac. de var. ac diuerſ. quæſt. d. quæſt. 99. num. 163.* vbi dicit, patrem

in

in d.caſu eſſe admittendum ad defenſionem filij pro ſuo intereſſe, non obſtantibus Bullis Iulij II. & Pij IV. prohibentibus, patrem admitti ad defenſionem filij, vt ibi per eum, & idem tradit in eadem quæſt.99. num.274. & ſcripſit etiam *Cartar. de pæn. innoc. d. art.7. num.15. & ſeq.* alios adducens, ita ſentientes.

5 Limita d. concluſionem, vt non habeat locum, quando pater vellet comparere, tamquam procurator, aſſumendo nomine filij iudicium, & telam iudicij, quia id facere non poteſt, ſed ſolum ei licet comparere nomine proprio, & pro ſuo intereſſe, vt poſt *Cepoll. Vitali. Alba. Monticell. Bonacoſ.* & alios per eum relatos tradit *Cartar. de pæn. innoc. d. art.7. num.7.* vbi teſtatur de communi opinione, & ante eum ſcripſit etiam *Farinac. de var. ac diuerſ. quæſt. d. quæſt.99. num.167.* vbi dicit, patrem in d. caſu pro ſuo intereſſe non poſſe ad tria admitti, nempe ad conteſtationem litis, ad examen per torturam, & ad audiendam ſententiam, vt ibi per eum alios dantem concordantes, & plura ad hanc materiam afferentem, & præcipuè, an requiratur ſatisdatio, vt pater admittatur, quæ videas ibi per eum, cum non omnia hic ſint referenda.

SVMMARIVM.

1 *Pater non tenetur ſoluere legitimã fiſco pro filio in pænam confiſcationis bonorum condemnato.*

Etiamſi delictum commiſſum per filium ſit læſæ maieſtatis, num.2.

Ac etiamſi pater filio in vita aliquid aſſignaſſet, num.3.

Si tamen filius ſit carceratus pro delicto poteſt cogere patrem, vt ei aſſignet legitimam ad effectum ſe liberandi, n.4.

Licèt aliqui contrarium teneant, n.5.

Itèm pater tenetur ſoluere legitimam pro filio ſtante ſtatuto id mandante, n.6.

Quod non habet locum in filio ſpurio, n.7.

Neque in filio condemnato per contumaciam, num.8.

Affertur diſtinctio, n.9.

Quod non habet locum in Statu Eccleſiaſtico vigore Bullæ Pij IV, n.10.

Item dictum Statutum compellens patrem ad ſoluendam legitimam non comprahendit filiam, num.11.

Neque, quando filius moreretur ante ſententiam, n.12.

Nec, quando filius habet etiam ipſe filios, n.13

Licèt ſint in vtero, n.14.

Nec comprahendit patrem forenſem, n.15.

Neque, quando filius delinquit extra territorium, n.16.

Neque, quando filius delinquens eſt minor decimoquarto anno, n.17.

Quod aliqui extendunt etiam ad filium minorem vigeſimoquinto, num.18.

Neque, quando pater habet tres filios, vel vltra, num.19.

Quicquid contrarium voluerit Farinac. *relatus, num.20.*

Neque, quando pater filium ex aliqua iuſta cauſa exhæredauit, n.21.

Neque quando filius renunciauit legitimæ ante condemnationem, n.22.

Neque, quando filius occidit alium filium, num.23.

Licèt aliqui contrarium teneant, n.24.

Neque d. Statutum loquens de patre comprahendit auum, n.25.

Licet contrarium teneat Maſſin. *relatus, n.26*

Neque comprahendit matrem, n.27.

Ad cognoſcendum autem quantitatem legitimæ, ſtante d. Statuto, attenduntur tantùm filij capaces, non autem incapaces, n.28.

Quicquid ſit quando agitur de legitima reſeruanda filijs ob delictum patris, n.29.

30 *Pater, qui ſemel ſoluit legitimam pro filio, non tenetur iterum illã ſoluere.*

RESOLVTIO III.

Pater an teneatur ſoluere legitimam fiſco pro filio in pænam confiſcationis bonorum condemnato.

1 PAter, filio pro delicto in pœnam confiſcationis bonorum condemnato, non tenetur pro eo ſoluere legitimã fiſco, cum filius patre viuente, nullum ius formatum, ſed ſolam ſpem probabilem, dicatur, habere in bonis paternis, vt tradunt *Rolan. conſ. 97. num.5 & ſeq. lib.2. Cephal. conſ. 68. num 17. lib. 5. Thob. Non. conſ.94. in princ. Franc Becc. conſ 34. num.22. lib.1.* vbi dicit, hanc eſſe receptiſſimam opinionem, *Clar. in pract. §. fin. quæſt.86. verſ. ſecundò infertur &c.* latè *Farinac. de delict. & pæn. quæſt. 24 num.15. & 16. Giurb. ad conſuet. Meſſan. cap. 4. gloſ.5. num.18. & ſeq. Cabal. reſol. crim. caſu 250. num.3. cent. 3. Peregr. de iure fiſci lib.3. tit.7. nu.31. Guazz. de conf. bonor. concl.13. limit.19. nu.9. Merlin. de legit. lib 3. tit.1. quæſt. 33 num. 1. & ſeq. P. Sanch. in præc. Decal. lib 22. cap.15. num. 19. & ſeq. Hodier. ad Surd. deciſ. 167. in princ.* latiſſimè *Cartar. de pæn. innoc. art. 2. num. 3. & 25. & 77.* vbi quamplures dat concordantes, *et Maſſin. de conf. bon. quæſt.28 num.14. et ſeq.*

Filius enim, vt dixi, viuente patre nullum ius habet formatum, ſed ſolam ſpem probabilem in eius bonis, *l.1. §. ſi impuberi, ff. de collat. bonor, l. fin. et ibi Bart. Bald. & alij, ff. de liber. agnoſc.* cum alijs relatis per *Giurb. d. cap.4. gloſ.5. num.6. & per Cartar. in d. art.2 num.3.* neque quoad legitimam *Bal. in l. lex Cornelia 28. num. 3. ff. de vulg. & pupill. Giurb. d. gloſ. 5. num. 6.* quam pater viuens nullo iure tenetur filio aſſignare, vt concludunt vno ore Doctores quos referunt *Cartar. in d. art.2. num.25. Giurb. d. gloſ.5. num.6. et ſeq. et Merlin. de legit. lib.5 tit.3,*

tit.3.quæſt.1.num.1.& ſeq. ita vt, ſi pater ad illam ſoluẽdam viuens fiſco teneretur pro filio delinquẽte, puniretur pro delicto filij, quod non eſt dicendum, vt poſt *Gigas. & Conar.* per eum relatos in his terminis tradit *Merlin.de legit. lib.3. tit.1. qu. 33. in princ. & Cartar.in d.art.2. num.77.*

2 Amplia primò d.concluſionem, vt pater non teneatur ſoluere legitimam fiſco pro filio delinquente, etiamſi delictum per eum commiſſum ſit læſæ Maieſtatis, vt adnotarunt *Bertaz.conſ.510. nu.13. lib.2 Farinac.de delict. et pæn. d. quæſt.24. num.17 Baiar.ad Clar. § fin. quæſt.78. ſub num.111. Guazz. de confiſc.bon. concl.13. limit 19. nu. 10. Cartar.de pæn.innoc.art.2. ampl.1. num.42.* qui alios dat concordantes, & ampliat, hoc habere locum etiam in crimine hæreſis, vt ibi per eum *num. 44. et Giurb. ad conſuet. Meſſan.d.cap.4.gloſ.1 num 22.* & ita ſentit etiam *Merlin.de legit.d.quæſt.33. n.3.*

3 Amplia ſecundò d.concluſionem, vt habeat locũ etiamſi pater in vita filio aliquid aſſignaſſet, quia cum id illi irreuocabiliter non quæratur, non propter ea venit in confiſcatione bonorum filij, vt voluerunt *Capb.conſ.394. num.25. et conſ.395. num.8 lib.3. Merlin.de legit.lib.3. tit.1 quæſt.33 ſub num. 6.* & quando pater aſſignat aliquid filio per modum diuiſionis, vel alio ſimili *Giur.ad conſuet.Meſſan. par.1.cap 1.gloſ 2. num.9.* alios adducens ita ſentientes, *et cap.4. gloſ.5. num.20.* vbi de legitima filio per patrem in vita conſignata, *Cartar. de pæn. innoc. art.2. ampl.1. num.3. et ſeq.* alios pariter recenſens ſectatores, & quando per modum legitimæ ut facta aſſignatio, firmat idem *Merlin. in d. quæſt. 33. num. 6. verſ. extenditur tertiò &c.* vbi alios dat concordantes, & dicit, id non habere locum, quando legitima aſſignata eſſet filio irreuocabiliter quæſita, vt ibi per eum, & not etiam *Guazzin.de conf. bonor. concl.13. limit.19. num.22.* & cum ſupradicta opinione pertranſit latè illam comprobans *Cartar.de pæn.innoc.d. art.2. ampl. 1. num.1. 2. et quamplur. ſeq.*

4 Limita primò d.concluſionem, quod pater non tenetur ſoluere legitimam fiſco pro delicto filij, vt non habeat locum, quando filius reperitur in carceribus pro delicto, quia tunc filius poteſt cogere patrem officio Iudicis, vt ei legitimam aſſignet, & ſe ex carceribus eximere valeat, ſi aliter euadere non poſſit, vt tradunt *Duen.reg 156.in 5. fallen.* plenè comprobans, *Farinac. de delict. et pæn. d.q. 24. num.21. & ſeq. et Merlin. de legit. lib.2. tit.2. quæſt. 25. num. 3. in fin.* & quando filius eſt condemnatus in pœnam vitæ, vel perpetui carceris, niſi ſoluat tot, *Cartar.de pæn. innoc. art. 2. limit. 1. num 1. et ſeq.*

5 Licèt contrarium ſentire videatur *Bald.in l.quanquam 10. num 2. C.ad l.falcid.* vbi dicit, quòd, ſi filius delinquat, vndè oporteat, quòd ſoluat mille vel ei amputetur manus, pater non tenetur ei ſoluere legitimam, vt ſe a d.pœna liberare valeat, & de d. limitatione dubitare videtur idem *Duen. in d 5. fallen. in fin*

6 Limita ſecundò d.concluſionem, vt non habeat locum, ſtante Statuto, vel Conſtitutione, quod pater teneatur ſoluere legitimã fiſco pro filio delinquente, prout in Statu Eccleſiaſtico adeſt Conſtitutio Marchiæ *lib.4. cap. 18. & Bulla Sixti IV. ibi cap. 19. et Pij IV. in Bullar. nono tom. 2. Conſt.52.* quia tunc ad illam ſoluendam patrem teneri, nemini eſt dubium, vt not. *Clar.in pract.§.fin. d.quæſt. 86. verſ. valebit igitur &c. Vulpel.conſ.10. in fin. Farinac.de delict. & pæn. d.quæſt.24.nu.16. Hond. conſ.95. num 4. lib.1.& conſ.74. in princ.lib.2. Peregr de iure fiſci lib.5. tit.1. num.133. verſ. & ide m eſt &c. Caual.reſol.crim. caſu 250. num.1. cent. 3. Merlin. de legit. lib.3. tit.1. quæſt.33. nu. 7. & ſeq. Balth.Thomaſ.in ſuis tract.var.tom.1.in tract. de legit. tit.9. num.36. Hodiern. ad Surd. deciſ. 167. nu. 17. Maſſin de conf.bonor. quæſt. 28. num. 6. et ſeq.* vbi ampliat, etiamſi pater tempore condemnationis non habeat filium in poteſtate, & dicit, ita paſſim ſeruari in Statu Eccleſiaſtico, prout ego etiã pluries ſeruaui, & ſeruari vidi in Statu Vrbini, dum plurium Ciuitatum illius Iudex fui, & poſtea Auditor eiuſdem ſub Eminentiſſimo, & Reuerendiſſimo D. D. Cardinali Delcio Legato integerrimo, & vigilantiſſimo.

7 Sublimita primò d. ſecundam limitationem, vt habeat locum in filio legitimo, & naturali, non autem in filio ſpurio, nec in naturali, ſeù baſtardo pro quibus patrem non teneri ſoluere vnicam, ſeù aliquam portionem eis debitam, cum Conſtitutio, ſeù Statutum loquatur de legitima, & ideò illius verba non poſſint verificari in eis, quibus legitima non debetur, voluerunt *Caroc.deciſ.8. num. 8.* vbi teſtatur de communi opinione *Hond.* latè comprobans *conſ.95. per tot. lib.1 Baiar.ad Clar. §.fin. quæſt.86. num.28. Farinac.de delict. et pæn.quæſt.24 num.188. verſ. limita ſeptimo &c. Carpan.ad Stat. Mediol.cap.416. num.220. Merlin.de legit.lib.3.tit. 1. quæſt. 34. num.3. et Balth. Thomaſ. in ſuis tract. var. tom.1. in tract.de legit.tit.9. num. 36,* & latiſſimè comprobans *Cartar. de pæn. innoc. art. 3. num. 500. et pluribus ſeq.* vbi contrarijs benè ſatisfacit, & teſtatur de veriori, & communi opinione, a qua dicit, in iudicando nullo modo eſſe recedendum, *et num.557.* teſtatur, ita in Ciuitate Peruſiæ fuiſſe iudicatum, quibus addo *Guazzin. de confiſc. bonor. concl.13. lim.19. n.31. et 32. et Cabal. d.caſu 250. num.17. et ſeq.*

8 Sublimita ſecundò d. ſecundam limitationem, vt d.Conſtitutio, ſeù Statutum habeat locum, quando de delicto filij conſtat per veras probationes, vel per eius confeſſionem, ſecùs verò, ſi per fictam confeſſionem reſultantem ex eius contumacia vigore Statuti volentis, contumacem haberi pro confeſſo, quia tunc pater non tenetur ſoluere legitimam fiſco pro filio, quia quando aliquis ex delicto alterius conuenitur, plena delicti probatio requiritur, vt ſcripſerunt *Thob.Non conſ 94. num. 2. et conſ.95. num.14. Clar.in pract.§.fin.quæſt.86. verſ. ſed quæro &c.* vbi teſtatur de communi opinione, *et ibi Baiar. num.20. Cartar.de execut.ſent. capt.bannit.cap.1. num.297. et ſeq. Farin.de delict.*

et pæn.

et pan. d.quaſt.24. num.173. vbi alios dat concordantes, *Merlin.de legit.d.lib.3.tit.1.quaſt.35.nu.5. Fachin.contron.iur.lib 9.cap.52.verſ.ſed contrarium &c. Guazzin.de conſ.bon concl.13 limit 34. nu.18. Ciriac. contr.491. num.2. et 8. Peregr. de iure fiſc. lib.5.tit.1.num.110. et Cartar de pan. innoc art 3. num.682. et plur.ſeq.* latè comprobans, *et num.717.* dicit, d. ſublimitationem habere locum per quæcunque verba loquatur ſtatutum, vt ibi per eũ.

9 Licèt Doctores tradant communiter eam diſtinctione *Bart.in l.cum filiusfamilias 49. num.3. ff. de verb.oblig.* quod aut Statutum reſpicit delictum, vt ſi dicat, quod pater teneatur ſoluere legitimam pro delicto filij, & tunc de delicto debet plenè conſtare, & non ſufficit, conſtare ex contumacia, aut Statutum reſpicit condemnationem, vt quia mandet, patrem teneri ſoluere condemnationem filij vſque ad legitimam, & tunc pater tenetur illam ſoluere, etiamſi filius ſit condemnatus ob contumaciam, vt videre eſt ex *Cartar. de execut. ſent. capt.bannit. cap.1. num.298. ex Cabal. d.caſu 250. num.45. et ſeq. et ex Cartar.de pan.innoc. d. art.3. num.718.* qui teſtantur de magis communi Doctorum opinione.

10 Declara d. ſecundam ſublimitationem, vt habeat locum in terminis iuris communis, *et Conſtit. Marchia lib.4 cap. 18.* ſecùs autem eſt dicendum in Statu Eccleſiaſtico vigore *Bulla Pij IV.in Bullar. nouo tom.2. Conſtit.52.* in qua diſponitur, patrem teneri ſoluere legitimam pro filio delinquente, etiamſi in contumaciam damnatus ſit, & ita practicatur, vt teſtantur *Eugen conſ. 45. nu.27 & ſeq. lib.1.Cartar.de execut. ſent.capt. ban in d.cap.1.nu. 301.verſ ſed hodie &c. Farinac. de delict. & pan.d. quaſt. 24. num.182. verſ. ſublimita ſecundò, Merl. de legit.in d.quaſt.35.num.12.Maſſin.de conſ.bonor d. quaſt.28. nu.18. & 19. et Cartar.de pan. innoc.d. art.3.num. 721.*

11 Sublimita tertiò d. ſecundam limitationem, vt d. Conſtitutio, ſeù Statutum loquens de filijs non comprehendat filiam delinquentem, cum maſculinum non comprehendat fæmininum in Statuto continente odium irrationabile, vt tradunt *Natt. conſ.542.nu.20.par.1. Baiar.ad Clar. § fin.quaſt.86. num.17.* ſentit *Vini. in ſuis comm opin.in ver. Statutum diſponens, quòd pater &c. in ſecunda limit,* benè *Cartar.de pan.innoc.art.3.n. 844.*

12 Sublimita quartò d. ſecundam limitationem, vt non habeat locum, quando filius moreretur ante ſententiam, quia tunc pater non tenetur ad ſoluendam legitimam pro eo, cum delictum per filiũ commiſſum per eius mortem extinguatur, vt not. *Socin. Sen.in l.filios familias 49. num.20. ff.de verb. oblig. Peregr.de iure fiſc.lib.4.tit.5.num.1. verſ. vel cum pro &c. Carpan.ad Nou.Conſtit.Mediol.in cap. Omnium,num.645.* vbi dicit, non poſſe deuenire ad bonorum confiſcationem, mortuo delinquente ante ſententiam, vel poſt ſententiam infra tempus datum ad appellandum, niſi pœna confiſcationis ſit impoſita ipſo iure, & latè comprobat *Cartar, de pœnis innoc, art.3.num.631. & plur.ſeq.*

13 Sublimita quintò d. ſecundam limitationem, vt d. Conſtitutio, ſeù Statutum non habeat locum, quando & ipſe filius condemnatus habet filium, quia tunc pater non tenetur ſoluere legitimam pro filio condemnato in præiudicium nepotum, quibus rationabilius debetur legitima, quàm fiſco, vt tradunt *Thob.Non conſ.95.num.1.& ſeq Baiar. ad Clar.d.quaſt.86.num.23.& 30. Peregr. de iure fiſc. lib.5.tit.1. num 133. verſ. & idem &c. Hond. conſ. 71.num 2.& ſeq. lib.2.* dicens ita fuiſſe iudicatum *Guazzin.de conſ.bon.concl.13.lim.19. num. 37. Cabal.d.caſu 250.num.23.Farinac.de delict. & pan. d. quaſt.24. num 172. & conſ.52.per tot. lib 2. Surd. deciſ 167. num.14.et ſeq. et deciſ. 314. num. 2. & ſeq. Carpan.in d.cap Omnium, nu.261 et ſeq.Merlin. de legit.lib.3 tit.1. quaſt.36.num.1.* vbi quamplures adducit rationes, & *Doctorum*, et *Rota Romana* authoritates, & dicit, hanc ſublimitationem non habere locum in crimine læſæ Maieſtatis, quã opinionem ſequuntur etiam *Balthaſ Thomaſ in d. tract.de legit.tit.9.num.36. et Cartar.de pan. innoc. d.art.3.num.471. et ſeq.* vbi dicit, ab hac opinionem non eſſe recedendum, nec non *Vermigl. conſ. 77. num. 1.* & ita fuit iudicatum in vna Camerinen. me Aduocante, dum eram Prætor Ciuitatis Vrotni per Excellentiſſimum D. Io: Baptiſtam Saginatum Fiſci Aduocatum, & Iudicem Quæſtorialem.

14 Ampliа d. quintam ſublimitationem, vt habeat locum, etiamſi filius non eſſet natus, ſed eſſet in vtero, quia partus eſſet expectandus, ita vt pater non teneatur interim ſoluere legitimam pro filio, vt voluerunt *Ruin.conſ.8.num. 29. et ſeq.lib.5. Lud. deciſ. Peruſ.11. num. 28. et ſeq. Carpan. in d. cap. Omnium num.262.et Cartar.de pan. innoc. d. art.3. num 492.* vbi dicit, hoc habere locum, quando vxor filij erat pregnans, nec non *Maſſi.de conſ. bon. quaſt.28. num. 21.*

15 Sublimita ſexto d.ſecundam limitationem, vt d. Statutum, ſeu Conſtitutio compellens patrem ad ſoluendam legitimam fiſco pro filio delinquente habeat locum in patre ciue, non autem in forenſe, quia ſi filius alicuius forenſis delinquat in loco, in quo adeſt d.Statutum pater forenſis non tenetur ſoluere legitimam pro delicto filij, cum ſtatuta, quæ reſpiciunt perſonam, quando ſunt odioſa, non comprehendant forenſes *Farinac.* alios adducens ſectatores *de delict. et pan d.quaſt.24.num.162.Baiar.ad Clar in d. quaſt.86. nu.22.* vbi dicit hoc procedere, etiamſi in loco delicti pater habeat bona, *Merlin.de legit.lib.3.tit.1 quaſt.40.in prin* vbi ampliat, etiamſi d. Statutum adſit in loco commiſſi delicti, & in loco habitationis patris *Guazzin. de conſ.bon.d.concl.13 lim.19.num.23.& ſeq.* vbi dicit ita pluries obtinuiſſe. *& Cartar.de pan.innoc.d.art. 3 num.373.et ſeq.* addo *Cabal.d.caſ.250.nu.13.*

16 Sublimita ſeptimò d.ſecundam limitationem, vt non habeat locum, quando filius committit delictum extra territorium loci Statuti, quia tunc pater non cogitur pro eo ſoluere legitimam fiſco, cũ Statuta pœnalia non extendantur ad ſubditos delinquentes extra territorium, vt not. *Bald. in leg.1.*

num.

num. 3. C. ne filius pro patr. Carpan. ad Stat. Mediol. d. cap. 416. num. 215. & num. 229. Farin. de delict. & pœn. d. quæſt. 24. num. 166. vbi teſtatur, hanc eſſe veriſſimam opinionem Vulpel conſ. 100. num. 4. & conſ. 121. num. 3. & ſeq. vbi ampliat, hoc habere locum, etiamſi filius occidat perſonam de territorio loci Statuti, Baiar. ad Clar. d. quæſt. 86. num. 21. Guazz. de conf. bonor. concl. 13. lim. 19. nu. 26. Merl. de legit. d. quæſt. 40. num. 3. & Cartar. de pœn. innoc. d. art. 3. num. 363. & ſeq. latè comprobans, addo Cabal. d. caſu 250. num. 14. & ſeq.

17 Sublimita octauò d. ſecundam limitationem, vt ſtãte d. Statuto, pater nõ teneatur ſoluere legitimã fiſco pro filio delinquente minore decimoquarto anno, vt tradunt Marſil. ſingul. 362. num. 4. Farinac. de delict. & pœn. d. quæſt. 24. n. 168. alios adducens ita ſentientes, Odd. de reſt. par. 2. quæſt. 80. num. 68. Baiar. ad Clar. d. quæſt. 86. n. 40. Carpan. ad Stat. Medio. in d. c. 416. n. 15. Guaz. de conf. d. concl. 13. lim. 19. n. 34. & Cartar. de pœn. innoc. d. art. 3. n. 380. & ſeq.

18 Licèt d. ſublimitationem extenderint ad minores 25. annorum Merlin. de legit. d. lib. 3. tit. 1. quæſt. 40. num. 4. & Guazzin. d. limit. 19. num. 35. necnon Cartar. de pœn. innoc. art. 3. num. 863. et D. Torell. Peruſ. apud Maſſin. de conf. d. quæſt. 28. num. 36. cum Doctores aliqui per eos adducti eorum intentionẽ non probent, & contrarium ſeruari in practica dixerit Baiar. ad Clar. d. qu. 86. n. 41. a quo non diſſentit Farin. in d. quæſt. 24. n. 169. verſ. ſed aduerte &c.

19 Sublimita nonò d. ſecundam limitationem, vt non habeat locum, quando pater habet plures filios, puta, tres, vel vltra quia tunc vno ex eis delinquente, pater non tenetur pro eo ſoluere legitimam fiſco etiam ſtante d. Statuto, vel Conſtitutione, vt tradunt Farinac. de delict. & pœn. d. quæſt. 24 num 170. ſecundum primam impreſſionem. Merl. de legit. lib. 3. tit. 1 quæſt 29 num. 19. in addit. verſ. quæ tamen &c. vbi quamplures adducit rationes, & ſentit etiam Gratian. diſc. foren. cap. 135. num. 14. par. 1. Vermigl. conſ. 47. n. 4. & conſ. 49. n. 3. & conſ. 51. num. 6. & conſ 343. num. 4. Maſſin. de conf. bon. d. quæſt. 28. num. 22. vbi dicit hanc opinionem eſſe veriorem, & ſeruatam in Sacr. Conſulte, & latè comprobaui ego alleg. foren. 82. per tot. vbi teſtatus ſum, ita fuiſſe pluriès iudicatum, & dixi etiam ſupra in verb. Confiſcatio, Reſol. 7. num. 4.

20 Quicquid contrarium voluerit Farinac. in conſ. 206. num. 2. dicens, receſſiſſe a ſupradicta opinione quem reprobat expreſsè Maſſin. vbi ſupra.

21 Sublimita decimò d. ſecundam limitationem, vt non habeat locum d. Conſtituto, vel Statum, quãdo pater filium ex aliqua iuſta cauſa exhæredauit, de quibus habetur in §. aliud quoq; auth. vt cum de appell. cognoſc. quia tunc cum patri, & fiſco quæratur ius ad auocandam legitimam, patre præueniẽte ex iure ei quæſito, poteſt reijcere petitionem fiſci, vt declarant Baiar. ad Clar. § fin. quæſt 78. n. 111 verſ. ſed bonum conſilium &c. Carpan. ad Nou. Conſt. Medial. d. cap. Omnium. n. 253. alios referens ſectatores, Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. q. 33. n. 13. vbi hanc opinionem comprobat, & dicit humaniſſimam, & æquiſſimam, & lib. 4. tit. 1. quæſt. 4. num. 11.

22 Sublimita vndecimò d. ſecundam limitationem, vt d. Statutum compellens patrem ad ſoluendam legitimam pro filio, quando filius ante condemnationem ſequutam legitimæ renunciauit, quia tunc d. renunciatio fiſco præiudicat, & impedit legitimæ confiſcationem, etiamſi renunciatio fiat poſt delictum commiſſum, cum ante condemnationem non ſit nata actio fiſco ad pœnam, licet ſecus ſit, ſi renunciatio fiat poſt condemnationem, quia tunc fiſcus illam reuocat, vt in eius fraudem factam, vt declarant Pereg. de iur fiſci lib. 5. tit. 1. n. 190. & ſeq. Carpa ad Non Conſt Mediol. in d. cap. Omnium n. 252 Mangil de impub. q. 4. n. 6. & ſeq. Merli. de legit. lib. 3. tit. 1 quæſt 38. num. 4. & d. lib. 3. tit. 2. quæſt. 29. num. 30. Gratian. diſc. foren. cap 132. num. 14. par. 1. & cap. 568. num. 26. par. 3. loquens de renunciatione facta ante delictum, vt ibi per eum.

23 Sublimita duodecimò d. ſecundam limitationẽ, vt, ſtante d. Statuto, ſeù Conſtitutione, pater non tenetur ſoluere legitimam fiſco pro filio, quando d. filius occidit alium filium, & ſic eius fratrem, cũ afflictio non ſit addenda afflicto, vt voluerunt Moron. de treg. & pace q. 176. n. 5. & Cartar. de pœn. innoc. d. art. 3. n. 853. & ſeq. bene comprobans, & dicens, d. Statutum neque habere locũ quando filius occidit ſe ipſum, vt ibi per eum, & benè tuetur D. Torel. Peruſ. apud Maſſi. de cõf. bon. q. 28. n. 35. et ſeq.

24 Licet contrarium tenuerit Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt. 86. num. 36. dicens, opinionem Moron. non eſſe veram, & contrarium vidiſſe ſeruari in practica, cum quo pertranſit Guazzin. de confiſcat. bonor. d. concl. 13. limit. 19. num. 30.

25 Sublimita decimotertiò d. ſecundam limitationẽ vt d. Statutum, vel Conſtitutio compellens patrem ad ſoluendam legitimam pro filio delinquente non comprehendat auum, ita vt auus non teneatur ſoluere legitimam fiſco pro nepote delinquente, filio de medio ſublato, vt ſcripſerunt Bald. in l. ſi filius 6. num. 1. C. ad Macedo. Carpan ad Stat. Mediol. d. c. 416. num. 247. vbi dicit, quòd in odioſis appellatione patris non venit auus, Merlin. de legit: lib. 3. tit. 1. quæſt 37. num. 5. & per tot. Balth. Thomaſ. in d. tract. de legit. tit. 9. num. 36. Eugen. conſ. 45. num. 7. lib. 1. Guazz. de conf. bonor. d. concl. 13. lim. 19. num. 34. Caball reſol. crim. caſu 250. nu. 21. & ſeq. cent. 3 vbi dicit, appellatione filij non venire nepotem, quam ſublimitationem latè comprobat quamplurібus rationibus, & authoritatibus allatis Cartar. de pœn. innoc. art. 3. num. 348. & ſeq.

26 Licet contrarium teneat Maſſin. de confiſc. bonor. quæſt. 28. num 24. & ſeq.

27 Sublimita decimoquartò d. ſecundam limitationem, vt d. Statutum non habeat locum in matre, quæ vigore illius non poteſt cogi ad ſoluendam legitimam fiſco pro filio delinquente, cum in Statutis pœnalibus maſculinum non concipiat fœmininum, vt tradunt Bald. in l. quicunque 4. num. 15. C. de ſeru. fugit. Alex. conſ. 45 poſt n. 7. lib. 7. Soc. Iun. conſ. 23 n. 46 lib. 1. Tiraq. de vtroq. retract. §. 1. gloſ. 9. nu. 187. in fin. latè Cartar. de pœn. innoc. art. 3. nu. 825. & ſeq.

& ſeq. & Maſſin.de conf.bonor. quaeſt. 28. num.47. alios adducens concordantes.

28 Declara primo d.ſecundam limitationem, quod pater teneatur ſoluere legitimam fiſco pro filio delinquente, quando adeſt Statutum, ſeu Conſtitutio id præcipiens, vt ad cognoſcendum, quanta debeat eſſe d. legitima, quando filij ſunt plures, connumerandi tantùm ſint filij capaces, non autem incapaces, aut qui renunciauerunt, quia filij incapaces faciunt numerum ad effectum determinandi quantitatem legitimæ, quando id reſultat ad vtilitatem, & commodum filij, quòd non verificatur in hoc caſu, in quo agitur de eorum damno, vt voluit *Merlin.de legit.lib.3. tit.1. quaeſt.38. num.2. & lib.1. tit.4. quaeſt.6.n.6. & ſeq.* & ante eum adnotarunt *Ludovic.conſ.8. num.21. et conſ.126. n.6. ver. quarta fuit &c. Hond.conſ.4.n.105. lib.2. Theſ.dec. 159.n.18. Gratian.diſc.for.cap.676. n.12.par.4. Fachin.contr.iur.lib.4.cap.31.concl. 6. Rot. deciſ.206.in prin.par.1.diuer. & apud Greg.XV. deciſ.565.n.10.*

29. Quicquid ſit, quando agitur de determinanda quantitate legitimæ reſeruanda filijs ex bonis confiſcatis propter delictum patris, quo caſu, filios incapaces eſſe connumerandos ad augendam quantitatem legitimæ, tenuit idem *Merlin.de legit lib. 3. tit.1. quaeſt. 29. num.10.* & alij relati per *Mangil.de imput. quaeſt.52.num. 80.*

30. Declara ſecundo d.limitationem, quòd, ſtante d. Statuto, quod pater teneatur ſoluere legitimam pro filio delinquente, ſi pater illam ſemel perſoluerit fiſco, filio iterum delinquente, non tenetur iterum ad illam fiſco perſoluendam, vt docent *Simon de Prat.conſ.65.n.23.lib.1.Guazz. de conf.bon. concl.13.lim.19.n.48.* pleniùs *Cartar de pæn innoc.art. 6.n.20.* vbi dat concordantes, & apertè diſponitur *in Conſtit. Marcb. lib 4. cap. 18. in fin. & in Bulla Sixti IV.* de qua in d *Conſt Marcb.poſt d.c.18. in fin.*

ADDITIO.

N.6. VBi habetur, quod pater tenetur ſoluere legitimam fiſco pro filio delinquente ſtante Statuto, vel Côſtitutione id mandante adde *D. meum Deluca in Theatr. verit. & iuſt. tom.9.in tit.de legit. & detract. diſcur.14.n.4.*

N.19. Vbi habetur, quod ſi pater habet tres filios, vel vltra vnoex eis delinquente non tenetur pro eo ſoluere legitimam fiſco adde *D.Deluca in d. tom. 9. in d. tit. de legit. & detract. diſcur.14.num.4. & 5.* qui propriè loquitur quando filius delinquens habet filios iuxta not. *hic n.13.* de qua materia videas addita ſupra in verbo *Confiſcatio, Reſ.7.n.4.*

N.25. Vbi habetur, quod Statutum compellens patrem ad ſoluendam legitimam pro filio delinquente non comprehendit auum adde *Bellon.Iun.conſ.60.num.78.* vbi probat, quod appellatione patris non venit auus in odioſis, licet contrarium teneant *Maſſin.de conf. bonor. quaeſt. 28. num.24.* hic adductus, cuius opinio procedere poteſt in Statu Eccleſiaſtico, in quo *Bulla Sixti IV.* licet rigoroſa, & correctoria loquitur etiā de Auo, & de nepote, aliàs ſecus.

SVMMARIVM.

1 *Filijs, nō debetur legitima ex bonis matris cōfiſcatis*
Contrarium tamen tenent plures Doct n.2.
Quæ contraria opinio procedit, etiāſi bona matris ſint confiſcata ex crimine læſæ maieſtatis n.3

RESOLVTIO IV.

Filijs an debeatur legitima ex bonis matris confiſcatis.

1 MAtre delinquente, ſi ei bona confiſcentur, filijs nihil ex bonis confiſcatis reſeruatur, nec quidem legitima ad tex. in *l. de bonis matris, 6. C.de bon. proſcrip.* & tradunt *Iaſ. in §.actiones, nu.66. Inſtit. de actio. Clar.in pract.§.fin.quaeſt.78. verſ.videndum eſt etiam &c. Farinac.de delict. & pæn. quaeſt.24. nu.41.* qui dicit, hanc opinionem indiſtinctè recipi per Doctores, *Peregr. de iur.fiſci lib.5. tit.1.num.43. Cartar.de pæn innoc.art.2.num.198.* quamplures referens, ita ſentientes, & de communi opinione teſtantes, & *Balth.Thomaſ.in ſuis tract.var.tom.1.in tract. de legit. tit.3. num.218.*

2 Contrariam tamen opinionem, imò filijs deberi legitimam etiam ex bonis matris confiſcatis, tenuerunt *Lancell.Corrad.in tit. de publ. bonor. num. 2. & ſeq. Berret.conſ.52. & Carpan. ad Nou.Conſt. Mediol. in cap.Omnium num.570.* vbi dicit, ita per illum Senatum fuiſſe bis iudicatum, quos refert, & ſequitur *Guazzin de conf. bonor.concl.13.lim.23 num. 41. Merlin.de legit.lib.3 tit.1. quaeſt.29.nu.26.* vbi dicit, ſupradictam concluſionem ei ſemper viſam fuiſſe duriſſimam, & periculoſam, cum nunquam inuenerit differentiam inter paternam, & maternam ſucceſſionem, & illam non eſſe de iure veram, vt ibi per eum, quam firmat etiam *Maſſin de confiſc.bonor.quaeſt.28. num.51. & ſeq.* vbi illam benè comprobat, & dicit *d.l de bonis matris 6. C.de bon.præſcrip.* eſſe correctā per *l.fin.C.eod.tit.* & contrariam opinionē eſſe irrationabilem, vt ibi per eū.

3 Amplia d.contrariam opinionem, vt habeat locum, etiam matre condemnata pro crimine læſæ Maieſtatis cum pœnæ *l.quiſquis 5.C.ad leg.Iul. maieſt.* non tranſeant ad filios, matre delinquente, vt voluerunt *Peregr.de iure fiſci lib.3.tit.9.num.6.* latè comprobans, licèt aliquos contrarium ſentientes adducat, & *Merlin de legit.d.lib.3.tit.1.quaeſt.30. num.21. Decian.tract.crim.lib.7.cap.41.num.14.* vbi teſtatur de veriori, & magis communi opinione, & *Farin.de crim.læſæ maieſt.q.116.§.3.n.100.* licèt *num. 98.* aliquos contrarium tenentes referat.

SVMMARIVM.

1 *Matri debetur legitima ex bonis filii confiſcatis ob delictu commiſſum.*
Et debetur etiam patri, n.2.
Prædicta habent locum non extantibus deſcendentibus, alias ſecus, n.3.

RESOLVTIO V.

Matri an debeatur legitima ex bonis filij confiſcatis ob delictum commiſſum.

1 MAtri debetur legitima ex bonis filij confiſcatis ob delictum per eum commiſſum. *Authen. bona damnatorum, C. de bon. præſcrip.* & tra-

tradunt *Plot. conſ. 130. num. 87. inter conſ. crim. diu. lib. 1.* vbi dicit, idem habere locum in auia, *Carp. ad Nou. Conſt. Mediol. in cap. Omnium num. 719. in addit. litt. B. ver. quòd Matrim. &c. num. 745. & ſeq. & num. 757.* vbi dicit, ita in illo Senatu fuiſſe iudicatum, *Gazzin. de conf. bonor. concl. 13. lim. 23. n. 40* & ſentit *Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæſt. 29. num. 18.* & ſcribit aperte *Maſſa. de confiſc. bon. quæſt. 28. num. 56. & ſeq.*

2 Amplia d. concluſionem, vt habeat locum in parte cui, confiſcatis bonis filij, reſeruari legitimam, ſcripſerunt *Plot. in d. conſ. 130. n. 87. inter conſ. crim. diu. lib. 1. Peregr. de iur. fiſc. lib. 5. tit. 1. n. 3. & Gazz. de conf. bon. concl. 13. lim. 23. n. 3.* & ſentit *Merlin. de legit. d. lib. 3. tit. 1. quæſt. 19. num. 17. & 18.*

3 Limita d. concluſionem, vt non habeat locum, quando filius delinquens habet ex filios, quia tunc aſcendentibus non debetur legitima, vt not. *Cucc. de legit. in prin. n. 2. & in cap. parentum legitima, fol. 99. Adden. ad Carpan. in d. cap. Omnium, num. 719 litt. B. in fin.* quos refert, & ſequitur *Gazz. de conf. bon. concl. 13. lim. 23. n. 4.* & aſcendentibus non deberi legitimam, extantibus deſcendentibus, tradunt etiã *Merlin. de legit. lib. 1. tit. 2. quæſt. 12. num. 12. Ciriac. controu. 243. num. 3. & Rot. in Auenionen. legitimæ 17. Decembris 1653. cor. R. P. D. Peutingerio §. nec obſtat &c. relata per Maſſin. de conf. bonor. d. quæſt. 28. poſt num. 135.*

LÆSÆ MAIESTATIS CRIMEN.

SVMMARIVM.

1 *Pœna inflicta contra reum criminis læſæ maieſtatis tranſeunt etiam ad filios*

Ac etiam ad nepotes, n. 2

Contrarium tamen tenent plures Doct. n. 3

Ita vt filius, neque debeatur legitima in bonis patris, n. 4.

Neque aliquid conſequi valeant, nec ex teſtamento, nec ab inteſtato, neque ab extraneis, n. 5

Filia tamen fœmina non excluditur à ſucceſſione coniunctorum, & aliorum n. 6.

Et debet habere dotes ex bonis paternis, n. 7.

Et legitimam ex bonis maternis, n. 8.

Filij tamen debent habere alimenta ex bonis patris damnati crimine læſæ maieſtatis, n. 9.

Licèt contrarium teneant aliqui. n. 10.

Et pœnæ prædictæ tranſeunt ad filios natos poſt commiſſum crimen læſæ maieſtatis, non autem ad natos antea, num. 11

Licèt contrarium teneant aliqui Doct. n. 12.

Maximè, ſi filius antea natus erat Clericus, num. 13.

14 *Pœnæ l. quiſquis 5. C. ad leg. Iul. maieſt. non ſunt amplius in vſu contra filios.*

RESOLVTIO VNICA.

Pœnæ inflictæ contra reum criminis læſæ maieſtatis an tranſeant etiam ad filios.

1 POEna inflictæ contra reum criminis læſæ Maieſtatis tranſeunt etiam ad filios *l. quiſquis 5. §. filij verò C. ad leg. Iul. maieſt.* & tradunt *Baiar. ad Clar. in §. læſæ maieſt. n. 25. Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 37. num. 14. Ant. Gom. var. reſol. tom. 3. cap. 2. n. 13.* plenè *Fariaac. de crim. læſæ maieſt. quæſt. 116. num. 72.* vbi alios dat concordantes, *Paſcal. de patr. poteſt. par. 4. cap. 5. num. 9. 10. & ſeq. Cabal. reſol. crim. caſu 276. num. 3. cent. 3. Caluin. de æquit. lib. 1. cap. 12. in prin. & Maſſa. de confiſc. bonor. quæſt. 4. num. 70. & ſeq.*

2 Amplia primo d. concluſionem, vt pœnæ ſupradictæ non ſolùm tranſeant ad filios, vt ſupra, ſed etiam tranſeant ad nepotes, vt voluerunt *Angel. de maleſ. in verb. & bñ tradita in tua patria ſub n. 14.* vbi teſtatur de communi opinione *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 2. num. 15. Clar. in pract. § læſæ maieſt. verſ. præterea quæro &c.* qui pariter hanc dicit communem opinionem, *Gigan. de crim. læſæ maieſt. lib. 3. in tit. de pœn. quas filij inc. quæſt. 8. Peregr. de iure fiſc. lib. 3. tit. 9. num. 5. Fariaac. de crim. læſæ maieſt. quæſt. 116. §. 3. num. 89.* vbi alios adducit, ita ſentientes, licèt poſtea etiam contrarium ſentientes referat, & hanc ampliationem cõmuniter teneri per Doctores, dicit *Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæſt. 30. num. 15.* licèt ipſe contrarium ſequatur *Adden. ad Rot. deciſ. 6a. poſt primum volumen conſ. Fariaac. verſ. ampliatur etiam &c.*

3 Licet contrarium teneant *Decian. tract. crim. lib. 7 cap. 41 num. 7. Incert. Author de crim. læſæ maieſt. quæſt. 6. inter tract. diuer. impreſ. Venetijs tom. 15.* qui hanc opinionem latè comprobat, & contrarijs reſpondet *Io: Harprech. in §. publica autem iudicia, num. 40 & 41. Inſt. de public. iud.* vbi teſtatur de æquiori opinione, & *Merlin. de legit. d. qu. 30. n. 15*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt filij rei damnati de crimine læſæ maieſtatis nequa conſequi valeant legitimam in bonis paternis confiſcatis pro dicto crimine, vt ſcripſerunt *Boſſ. in pract. in tit. de crim. læſæ maieſt. n. 138.* vbi teſtatur de communi opinione *Clar. in pract. § læſæ maieſt. ſub n. 12. Peregr. de iure fiſc. lib. 4. tit. 5. ſub n. 22. Farin. de crim. læſæ maieſt. d. q. 116. n. 77. & conſ. 140. n. 2. lib. 2.* plenè *Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. q. 30. in princ.* vbi contrarium tenentes refellit, *Gazz. de conf. bon. concl. 13 limit. 19. n. 40. Maſſa. in eod. tract. de conf. bon. d. q. 4. n. 73. Balth. Tham. in ſuis tract. var. tom. 1. in tract. de legit. tit. 3. num. 219. & tit. 17. cap. 3. num. 7.* vbi dat concordantes. & *Gionaga. conſ. 94. num. 15. lib. 1.* dixi ſupra *reſol. 1. num. 9.* vide ibi.

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt d. filij committentis crimen læſæ Maieſtatis nihil capere poſſint tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, ſiuè ſucceſſio proueniat à patre, matre, auo, à coniunctis, ſiuè ab extraneis *d. l. quiſquis 5. §. filij verò C. ad l. Iul.*

Maieſt.& tradunt *Ant.Gom.var.reſ.tom. 3.d.cap.2. n.13 Decian.tract.crim.lib.7.cap. 41.n.2. et cap.41. nu.2.et num. . . . Peregr de iur.fiſc.lib.3.tit. . n.1.* vbi de communi latè *Farin.de crim.læſæ maieſt. d. quæſt. 116. §.3.n.75.* alios cumulans concordantes *et conſ.140.num.2.lib.2.Paſcal.de patr.poteſt par.4 cap.5.num.9. et ibi Adden. num.28 . Maſſin.de conſ. bonor. d. quæſt.4.nu.76.et Balth.Tamaſ.in ſuis tract. var. tom.1. in tract. de tac.pac. cap 8. num. 145. et ſeq. Rot.apud Coccin. deciſ 351.num.2.*

6 Limita primò d. tertiam ampliationem, vt non habeat locum in filia fœmina, quæ non excluditur a ſucceſſione extraneorum, nec etiam coniunctorum, tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, vt docent *Gigan.de crim.læſæ maieſt.lib. 3. in tit. de pæn.quas filij incur.quæſt.14. per tot.* vbi teſtatur de communi opinione, *Clar.in pract.in d. §. læſæ maieſt. num.10. Decian.tract.crim.lib.7.cap 41. nu.12 & ſeq. Farin.de crim.læſæ maieſt. d. quæſt.116. nu. 96.* alios adducens concordantes *Maſſin. de conſ. bonor. d.quæſt.4. num.81 et Rota apud Coccin. dec. 298. num. 7. & deciſ. 351. in princ.* & apud *Viuian. de iure patron. deciſ. 106. num.7.*

7 Limita ſecundò d.tertiam ampliationem, vt filiæ fœminæ etiam dotem habere debeant ex bonis paternis, vt voluerunt *Plot. Decian. Peregr.Clar.Baiar.Becc.Farin.Cartar.Merlin Maſſin. & Lucidor.* in locis relatis ſupra in verb. *legitima, Reſol. 1. num. 7.* videas ibi.

8 Limita tertiò d.tertiam ampliationem, vt filia poſſit ex bonis maternis legitimam detrahere *d. l. quiſquis 5. §.ad filiar C. ad leg. Iul. maieſt. Gigan.de crim.læſæ maieſt.in d.tit.de pæn.quas fil.incur. qu.14 num.1. & ſeq. Ant.Gomez var. reſol. d.tom.3.cap.2 ſub num.13. Decian. tract. crim.lib.7.cap.41.nu.12. & ſeq. Farin.de crim.læſæ maieſt.d.quæſt.116.nu.94 Peregr.de iur.fiſc.lib.3.tit.9. num. 8.* vbi teſtatur de veriori, & magis cõmuni opinione *Calui.de æquit. lib.1. cap.12.num.9.Merlin.de legit.d lib.3. tit.1.q. 30.n.21.et Maſſin. de conſ. bon. quæſt.4. num 80.*

9 Limita primo principalem concluſionem, vt non habeat locum quoad alimenta, quia licèt filij dãnati de crimine læſæ Maieſtatis priuentur ſucceſſione patria, & etiam legitima, debent tamen ex illis bonis conſequi alimenta, vt tradunt *Plot.conſ.130 nu.80.& ſeq* tat.conſ.crim.diuer.lib.1. *Franc.Becc. conſ.8.num.7.lib.1. Farin.de crim.læſæ maieſt.d.qu. 116. num.128. Merlin.de legit.d.lib.3. tit.1.qu 30. num.6. & ſeq.* vbi teſtatur de veriori, & communi Doctorum opinione, & contrarijs reſpondet, & num.10. quamplures adducit Doctorum authoritates *Maſſin.de conſ.bonor.d.quæſt.4. num.75.* vbi pariter dicit, hanc eſſe æquiorem, & magis receptam opinionem, & in iudicando ſequendam, quam ſequitur *Lucidor.de illeg.cleric.quæſt.19.n.12.& Rot. deciſ.747. num.8. et ſeq.par.4.diuer. & dixi ſupra in verb.legitima. Reſ 1.num.11.*

10 Quicquid contrarium voluerit *Boer. dec. 7. nu.6. Peregr de iure fiſc.lib.5.tit. 1.num.76.in fin.& Sard. de alim.tit.1. quæſt.31. num.17. & ſeq.* quorum rationibus reſpondet *Merl.vbi ſupra.*

11 Limita ſecundo d. concluſionem, vt habeat locum in filijs natis poſt commiſſum per patrem crimen læſæ maieſtatis, ſecus autem in filijs natis ante delictum, quia ad eos non tranſit pœna *d. l.quiſquis, C ad leg.Iul.Maieſt* vt tradunt *Diaz. reg.195. in 2.limit.* vbi teſtatur de magis cõmuni Doct. opinione, *Clar.in pract. in d.§.læſæ maieſt. n.12.* vbi dicit, hanc opinionem, vt æquiorem ſibi magis placere, quam latè comprobat *Canal.in ſpec.com.contra com.q.653.n.14. & ſeq.* vbi dicit, illam eſſe veriorem, fauorabiliorem, magis æquam, magis cõmunem, & in iudicando, & conſulendo ſequendam, & ſecundum illam fuiſſe iudicatum in ſupremo Regio Conſilio Hiſpaniarum, cum qua pertranſeunt etiam *Farin.de crim.læſæ maieſt.d.q.116.n.92.Merlin.de legit.d.q.30.n.17.* licet dicat, contrariã opinionem in puncto iuris eſſe veriorem, *Calui.de æquit.d.cap.12. n.6.lib.1.* vbi dicit, hanc opinionem attenta æquitate, eſſe ſequendam, vt ibi per eum, qui alios adducit concordantes, *Maſſin.de conſ bon. d.q.4 n.83 Donat.Ant.de Marin reſ.95.per tot.lib.2 Adden.ad Paſcal.de patr.poteſt.par.4. cap.5.num.9 & Rota apud Card.Seraph. deciſ 830. num.8. et deciſ. 62.num 5. poſt 1 vol.conſ. Farinac.*

12 Licèt contrarium tenuerint *Boer. d deciſ.7.num. 6. Gigan.de crim.læſæ maieſt.lib.3.in tit.de pæn.quas filij incur. quæſt.5.* vbi hanc opinionem, dicit eſſe communiorem, licèt aliam vocet æquiorem *Ant. Gomez var.reſ.tom.3. cap.2.nu.6.* vbi hanc opinionem dicit veriorem, *Decian.tract.crim.lib.7.cap.41 num. 8.* vbi teſtatur de communi opinione, & *Io. Franc de Ponte conſ. 50. num. 10. lib.2.* vbi dicit, quod licèt contraria opinio ſit æquior in Regno tamen practicari, d. pœnam tranſire etiam ad filios natos ante commiſſum crimen, vt ibi per eum.

13 Amplia d. ſecundam limitationem, vt eò magis habeat locum in filio, qui ante condemnationem factam de patre erat Clericus, quem pœnæ *dict. l. quiſquis 5.C.ad leg.Iul.Maieſt.* non comprehendunt vt not. *Gigan.de crim.læſæ maieſt.in tit.de pæn. quas filii incurrunt quæſt.9. num.2. Adden.ad Ang.de maleſ in ver. Et hai traditto la tua patria, num.12. in fin. Decian.tract.crim. lib.7. cap.41. num. 11.* & tenuit *Rot. apud Coccin.deciſ.351. num. 3.* vbi alij dantur concordantes.

14 Amplia principaliter omnes ſupradictas limitationes, vt eo magis habeant locum, cum pœnæ *d.l.quiſquis 5.C.ad leg.Iul.maieſt.* non ſint amplius in vſu, nec de conſuetudine ſeruentur contra filios, vt tradunt *Gigan.de crim.læſæ maieſt. in tit de pæn. quas filii incur.q.23.n.3 Clar.in prac.in d.§.læſæ maieſt.n 15.Decian.tract.crim.lib.7.cap 41.n.38.& 48 Canal.in ſpec.comm.contra com.d.q.653. n.38.* vbi dicit, d. pœnis non eſſe locum in foro conſcientiæ *Peregr.de iur fiſc.lib 3.tit.9.n.10.Farin.de crim.læſæ maieſt.d.q.116.n.14 & ſeq.* vbi dicit ab hac opinione non eſſe recedendum, *Paſcal.de patr.pot.par. 4.cap.5.n.15.Merlin.de legit.d.lib.3.tit.1 q.30.n.26 Maſſin. de conſ. bonor. d. quæſt.4. in fin. & Rot. deciſ.62.num.6. poſt 1. vol.conſ. Farinac.*

LIBEL-

LIBELLVS FAMOSVS.

SVMMARIVM.

1 *Libelli famoſi pœna hodiè de conſuetudine eſt ordinaria.*

Eſt tamen capitalis contra facientem libellum famoſum contra Principem, n. 2.

Ac etiam eſt capitalis in Statu Eccleſiaſtico vigore Bullæ Pij V. n. 3.

Quæ habet locum in dictante, ſcribente, exemplante, retinente, & publicante libellum famoſum, num. 4.

Etiam quòd appoſita in libello famoſo ſint vera, num. 5.

Licèt aliqui contrarium teneant, n. 6.

Declara quoad retinentem libellum famoſum, vt num. 7.

Et pœna contra conficientem libellum famoſum habent locum etiam in conſulente, et mandante, n. 8.

Licèt contrarium teneat Ruin. *relatus, n. 9.*

Et habent locum etiam in publicante libellum famoſum, n. 10.

Et etiam in componente carmina, & cantilenas in iniuriam alterius, n. 11.

Si tamen verba in eis appoſita ſint clara, ſecus ſi dubia, n. 12.

Et in ſtercorante, vel apponente cornua ad fores alicuius, n. 13.

Et in ponente in aliquo loco picturas obſcenas in alterius iniuriam, n. 14.

Et pœna extraordinaria eo magis procedit, quando libellus non fuit publicatus, n. 15.

Etiam in terminis Bullæ Pii V. n. 16.

Non dicitur manifeſtatus, quando vni ſoli oſtenſus fuit, n. 17.

Licèt contrarium teneant aliqui, n. 18.

Et pœna libelli famoſi intrat, licèt factus fuerit ſine nomine, n. 19.

20 *Pœna libelli famoſi non habet locum, niſi concurrente dolo.*

Et quando d. pœna habeat locum contra illum inuenientem, ſeu legentem, remiſſiuè, n. 21.

RESOLVTIO VNICA.

Pœna libelli famoſi hodie de conſuetudine an ſit extraordinaria.

1 POEna contra conficientem libellum famoſum de iure communi, licèt admodum controuerſum ſit inter Doctores, quænam ſit, volentibus pluribus, illam eſſe capitalem ad tex. in *l. 1. C. de famoſ. libel.* magis tamen videtur recepta opinio, quod hodie de conſuetudine illa ſit extraordinaria, & iudici arbitraria, ſecundùm facti, & perſonarum qualitatem, vt tradunt *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 68. verſ. libelli famoſi etc.* vbi dicit, nunquam vidiſſe ob libellum famoſum imponi pœnam capitalem; ſed alias pœnas, de quibus ibi per eum, *et ibi Baiar. num 64.* vbi dicit, ita de conſuetudine ſeruari, *Farinac. de var. ac diuer crim. quæſt. 105. num. 426. et num. 428.* vbi poſt plures relatas opiniones dicit, hanc abſolutè eſſe veram, & *conſ. 30. num. 25. lib. 1. Cabal. reſol. crim. caſu 235. num. 36. et ſeq. cent. 3. Vermigl. conſ 432 num. 10.* vbi dicit, hanc opinionem non habere locum, quando delictum in libello inſcriptum eſt tale, per quod infamatus mortis pœnam mereretur, cum quo concordat *Pegner. deciſ. 77. in fin.* addo *Card. Tuſch. pract. concl. litt. L. concl. 321. num. 4. et num. 36.*

2 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum contra conficientem libellum famoſum contra Principem, & Dominum ſuum, qui pœnam capitalem non euitaret, ita vt tunc pœnæ arbitrariæ non eſſet locus vt declarat *Cabal. in d. caſ. 235. num. 38.* vbi dicit, ita ſimile iudicatum per ipſum, & alios Iudices, licèt pœna ex benignitate Principis fuerit moderata, vt ibi per eum, & in iſtis terminis pro pœna capitali pro libello famoſo conſuluit *Farinac. conſ 145. in princ. lib. 2* atteſtando de magis communi opinione, aliàs eſſet ſibi contrarius, vt ſupra.

3 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in Statu Eccleſiaſtico, in quo vigore *Bullæ Pii V. 147. tom. 2. et Bannimentorum generalium* contra conficientes libellos famoſos eſt impoſita pœna vltimi ſupplicij ſecundùm qualitatem factorum, & perſonarum arbitrio Pontificis, & confiſcationis bonorum, vt docent *Guazzin. de conf. bon. concl. 13. ampl. 91. num. 1. Farin. d. conſ. 30. n. 25. et d. conſ 145 per tot. et de var. ac diu. crim. d. qu. 105. num 427. et Maſſin. de conf. bonor. quæſt. 7. in prin.* qui alios dant concordantes.

4 Amplia primò d. ſecundam limitationem, vt pœna vitæ, & confiſcationis bonorum vigore d. Bullæ, & Bannimentorum generalium habeat locum non ſolùm in componente libellum famoſum, ſed etiam in ſcribente, dictante, retinente, non lacerante, maximè ſi illum alteri manifeſtauit, exemplante, & publicante libellos famoſos, ſeù ſcripturas continentes infamiam, & iniuriam alterius, & præſertim Principis, vt not. *Guazz. de conf. bon. d. ampl. 91. nu. 1. et 3. Farin. d. conſ. 30. n. 78. et d. conſ. 145. ferè per tot. et de var. ac diu. crim. d. q. 105. n. 445 et ſeq.* vbi alios dat concordantes quamplures, *Baiar. ad Clar. qu. 68. n. 64 Cabal. d. caſu 235. num. 9. et Maſſin. de conf. bon. d. quæſt. 7. in princ.*

5 Amplia ſecundò d. ſec. limitationem, vt pœnæ in d. Bulla, & Bannimentis Generalibus impoſitæ habeant locum etiam, quod ſcripta in libello famoſo, ſeù in alia ſcriptura continente infamiam alterius ſint vera, vt diſponitur *in d. Bulla, et Bannimentis Generalibus*, vt aduertunt *Far. in d. conſ. 30. n. 34. 80. 105. 210. et ſeq. in fin.* & dicit, ita fuiſſe iudicatū, *Guaz. de conf. bon. d. concl. 13. ampl. 91. num. 2. et Incer. Conſul. apud Farin. d. conſ. 30. n. 37. lib. 1.* vbi dicit, prædicta procedere, ſi adſit animus iniuriandi, & per conuicium deregatur defectus infamati, vt ibi per eum, & ita voluit etiam *Caball. dict. caſ. 235. num. 33.*

& Card. Tuſch. d. concl. 321. num. 21. vbi teſtatur de communi opinione.

6 Licèt contrarium teneant *Fachin. controu. iur. lib. 9 cap. 11. per tot. & conſulentes apud Farinac. in d. conſ. 30.* quando intereſt Reip. delictum propalari, vt ibi per eos.

7 Declara ſupradictam primam ampliationem, quod pœna *Bullæ Pii V.* habeat locum etiam in retinente libellum famoſum, & literas, ſeù ſcripturas infamatorias, vt habeat locum, ſi concurrat etiam manifeſtatio, ſecùs ſi illa non concurrat, quia tunc intrat ſolum pœna mitior, vt declarant *Farin. de var. ac diuer. crim. d. quæſt. 105. num. 456.* qui *num.* præcedentibus diſſerit, an prædicta habeant locum in terminis iuris communis, & faciunt adducta per eum *num. 463.* vbi ad incurſum pœnæ d. Bullæ requirit manifeſtationem etiam in non lacerante libellum famoſum, vt ibi per eum, & idem ſentit *in d. conſ 30. in princ. & in d. conſ 145. num. 9.* & tradit *Vermigl. conſ. 171. n. 5. & conſ. 172. n. 8.*

8 Amplia primò concluſionem principalem (& hæ ampliationes non reſpiciunt qualitatem pœnæ, ſed qui nam ſub illa comprehendantur) vt pœna impoſita contra conficientes libellos famoſos, ſeù ſcripturas continentes iniuriam, ſeù infamiam alterius habeat locum etiam in mandante, & conſulente, ad tex. *in l. lex Cornelia 5. §. ſi quis librũ, & ibi Iac. de Aren. ff. de iniur.* & firmant *Farinac. de var. ac diuer. crim. d. quæſt. 105. nu. 442. & ſeq.* alios adducens concordantes, & latè comprobat *in conſ. 30. num. 74. & ſeq.* vbi reprobat contrarium tenentes, & contrarijs reſpondet *lib. 1 Card. Tuſch. pract. concl. litt. L. concl. 321. num. 11.* & ita ſentit etiam *Cabal. reſ. crim. d. caſu 235. num. 9.*

9 Licèt Statutum imponens pœnam facienti libellũ famoſum, vti conceptum in perſonam, non extendi ad mandantem, voluerit *Rum conſ. 81. nu. 8. lib. 4* relatus per *Farinac. vbi ſupra num. 442. in fin.*

10 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt pœna impoſita contra conficientem libellum famoſum habeat locum etiam in illum publicante *d. leg. lex Cornelia 5. §. ſi quis librum, & ibi Iac. de Aren. Alberic. & Ang. ff. de iniur. Iodoc. in pract. cap. 125 num. 7. & cap. 138. num. 3. Baiar ad Clar. § fin. qu. 68. num. 64.* vbi teſtatur de communi opinione, & *Farinac. de var. ac diuer. crim. d. quæſt. 105. num. 458.* vbi alios dat concordantes, & *d. conſ. 145. n. 8. Card. Tuſch. pract. concl. litt. L. d. concl. 321. num. 9.* & ſentit etiam *Caball. d. caſu 235. num. 29. & ſeq.*

11 Amplia tertiò d. concluſionem, vt pœna libelli famoſi habeat locum etiam in componente carmina, epigrammata, & cantilenas, in iniuriam, & detractionem famæ alterius *d. l. lex Cornelia 5. § fin. & ibi gloſ. ff. de iniur. Plot. conſ. 131. num. 2. inter conſ. crim. diuer. lib. 2. Plaza in epit. delict. lib. 1. cap. 3. ſub num. 3. Farinac.* qui alios dat concordantes *de var. ac diuer. crim. d. quæſt. 105. num. 467. & ſeq.* vbi hoc extendit etiam ad cantantes carmina, & cantilenas in iniuriam, vel infamiam alterius & *d conſ. 145. per tot.* vbi de componente d. cantilenas contra Principem, *Cabal. reſol. crim. d. caſ. 235. num. 30. & ſeq.* vbi de ponentibus etiam d. carmina in loco publico, & de componente cantilenas contra Magiſtratum *Card. Tuſch. d. concl. 321 num. 17.* addu *Peguer. deciſ. crim. 77. num. 11.*

12 Declara d. tertiam ampliationem, vt habeat locum, quando verba iniurioſa in d. cantilenis, & carminibus appoſita ſunt clara, ſecùs ſi illa ſint dubia, & ambigua, variumque patiantur intellectũ, quia tunc in benigniorem partem ſunt accipienda, & ad excluſionem delicti ſunt interpretanda, vt voluerunt *Crau. conſ. 9. per tot. & Cabal. reſ. crim. d. caſ. 235. num. 43. & 44.* benè comprobans, & ſentit *Farinac. in d. quæſt. 105. num. 492.* quæ declaratio deſeruire poteſt omnibus ſupradictis, & infra dicendis in hac Reſolutione.

13 Amplia quartò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in ſtercorante fores alicuius, vel eiuſdẽ foribus cornua, vel aliud quid turpe affigente, qui venit puniendus adinſtar conficientis libellum famoſum, vt voluerunt *Clar. in pract. § fin. quæſt. 68. num. 25 & ſeq. Bertaz. conſ. 237. num. 2. & ſeq. lib. 2. Decian tract. crim. lib. 3. cap. 25. nu. 53. Farin. de var. ac diuer. crim. d. quæſt. 105. n. 469. & ſeq. Card. Tuſch. pract. concl. lit. L. d. concl. 321. n. 15. & Ant. de Bal. tr. cri. lib. 5. prag. vnic. tit. 42. de fam. libel. n. 3.*

14 Amplia quintò d. concluſionem, vt habeat locum pœna conficientis libellum famoſum etiam contra ponentem in aliquo loco picturas obſcenas in alterius iniuriam, vt docent *Clar. in pract. § fin. d. quæſt. 68. verſ. libelli famoſi &c. Bertaz. conſ. 166 num. 1. & ſeq. lib 2.* quem refert *Farinac. de var. ac diuer crim. d. quæſt. 105. num. 471.* vbi de pingente membra virilia, vel vuluas mulièbres in parietibus, vel alio loco in iniuriam alicuius, & de pingente aliquid in iniuriam alterius in tabella votiua appoſita in Eccleſia *Farin. in d. conſ. 30. n. 29. & ſeq.* de quo late habetur per *Conſulẽtes in d. cõſ. 30. Far.*

15 Amplia ſexto dict. concluſionem, vt eò magis contra conficientem libellum famoſum intret ſola pœna extraordinaria, quando conficiens illum non publicauit, vt voluerunt *Clar. in pract. in d. quæſt. 68. verſ. libelli famoſi &c. Anguill. conſ 38. num. 4. verſ plus dicebat &c.* quem referendo ſequitur *Farinac. de var. ac diuer. crim. d. quæſt. 105. num. 485. & 487.* vbi dicit, quod vt intret pœna libelli famoſi requiritur, quòd ille ponatur in aliquo loco publico legendus, vt ibi per eum, qui contrarium tenentes ita concordat, & tenuit in fortioribus terminis *Vermigl. conſ. 186. num. 5. & ſeq. & conſ. 193. num. 5. et conſ. 284. num. 8.*

16 Subamplia d. ſextam ampliationem, vt habeat locum etiam in terminis d. *Bullæ Pii V.* in quibus componens libellum famoſum non incurrit pœnã ordinariam, non ſequuta publicatione, cum ſine illa non dicatur propriè libellus famoſus, vt voluerunt *Vinc. Paren inter conſ Farin. 30. n. 174. ad medium lib. 1. Feliz alleg 68. n. 3. par. 2.* quos refert, & ſequitur *Vermigl. conſ. 186. n. 67. & ſeq.* vbi hanc ſublimitationem latè comprobat reprobando *Far. d. conſ. 145.* contrarium tenentem, et *conſ. 193. n. 5. & conſ. 284. num. 8.*

17 De-

17 Declara d. ſextam ampliationem cum ſubampliatione ſeq. vt libellus famoſus non dicatur publicatus, vel manifeſtatus, quando vni ſoli manifeſtatus fuit per illum conficientem, ſeu per alium, cum manifeſtum dicatur illud, quod pluribus innoteſcit, vt declarant *Burſat.conſ.94.num.17.lib.1. Caph.conſ.341 n.28.lib.3. Adden.ad Bertaz. d.conſ. 237.ver.pen.lib.2.* quos refert, & ſequitur *Vermigl. d.conſ.186.num.8.& ſeq.* & ſentit etiam *Farinac.de var.ac div.crim.d.quaeſt.105. num.485 in fin.*

18 Quicquid contrarium, imò libellum famoſum dici manifeſtatum, licèt vni tantùm fuerit oſtenſus, voluerint *Peguer.deciſ.77. n.10.& Cherub.in Compen.Bull. in Schol.ad d.Bullam Pij V.* quem reprobat *Vermigl.* vbi ſupra proximè.

19 Amplia ſeptimò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in faciente libellum famoſum ſinè nomine, qui adhuc venit d. pœna puniendus eò detecto ad tex. *in d.l.lex Cornelia 5.§ ſi quis librum, & ibi gloſ.& Ang.ff.de iniur. Clar.in pract.§.fin.quaeſt. 68.ver Libelli Famoſi &c. Farinac.de var.ac diver. crim. d quaeſt.105. num.472.& ſeq.* vbi prædicta ampliat, vt habeant locum, etiamſi libellus famoſus non contineat nomen illius, in cuius iniuriam factus fuit dummodo aliundè conſtet, de quo quis voluerit intelligere, cũ quo concordat *Ant.de Bal. tract.crim.lib.5. pragm.vni.tit.40.de Famoſ. libell. nu.2.* & eò magis in conficiente libellum famoſum ſub nomine alterius, vt ibi per eum *num. 472.*

20 Limita d. concluſionem, vt pœna indicta contra conficientem libellum famoſum habeat locũ, concurrente dolo, aliàs ſecùs, quia, ſi ſinè dolo, ſed per iocum, laſciuiam, vel ſimplicitatem, & non animo iniuriandi factus fuerit, & eò magis, ſi fuerit lectus, retentus, ſeù publicatus ſinè dolo, vt ſupra, non venit puniendus *d. l. lex. Cornelia 5. §. ſi quis librum ff.de iniur.* & tradunt *Iodoc.in pract.cap. 138. in prin. Plot. d.conſ.131.nu.7.& ſeq.inter conſ. crim.div.lib.1.Baiar ad Clar.d.quaeſt.68.nu.62.Caph. d. conſ.341. num.23.lib.3.* pleuè *Farinac. de var.ac div.crim.d.quaeſt.105. num.481.& ſeq.* vbi quærit, an dolus in d.caſu præſumatur, vel veniat probandus, *& d.conſ.30 num.52.& 79.& 141.& 144.* vbi recenſentur coniecturæ dolum includentes, & excludentes, *& Vermigl.conſ.171 n.1.& conſ.193.n 3.*

21 Quando verò d. pœna contra conficientem libellum famoſum impoſita habeat locum contra inuenientem libellum famoſum, qui illum non lacerauit, nec combuſſit, ſed illius tenorem alijs manifeſtauit, ac etiam contra illum legentem, tradit latè *Farinac de var.ac diver. crim.d. quaeſt.105. num. 450.& ſeq.& num. 460. & ſeq.* qui alios dat concordantes quamplures, *& Peguer. d. deciſ.77. per tot.* necnon *Adden.ad Bertaz. d.conſ.237.* ipſos conſulas, cum hic tractatum de pœna libelli famoſi apponere non decreuerim.

A D D I T I O.

N.21. VBi quæritur an pœna libelli famoſi habeat locum contra illum inuenientem, qui illum non lacerauit, nec combuſſit, & contra illum legentem adde *Caph.conſ.941.num.15.& ſeq. lib.3.* vbi tuetur partem negatiuam, & quamplura tradit in excuſationem huius criminis libelli famoſi, ad quem ſe refert *Ant.de Ball.tract. crim.lib.5. pragm.vni.de famoſ.libell.in prin.*

MANDATVM.

S V M M A R I V M.

1 *Mandatum ad delinquendum non præſumitur, ſed illud eſt probandum per fiſcum.*

Mandare enim eſt quid facti, & facta non præſumuntur, num. 2.

Maximè in delicto ſequuta ex inopinato accidente, num. 3.

Et quando mandatarius minatus fuerat antea de occidendo, num. 4.

Et quando mandatarius eſt æqualis, vel Superioris conditionis mandantis, num. 5.

Ac etiam, quando mandatarius erat inimicus occiſi, num. 6.

Etiamſi agatur de communi vtilitate delinquentis, & alterius, vt ſi ſit occiſus proprius inimicus, num 7.

Ac etiamſi delictum fuerit commiſſum per filium, conſanguineum, vel famulum, num. 8.

Fallit concluſio ſtante ſecreta alloquutione, inimicitia & delicto incontinenti ſequuto, num. 9.

Licèt contrarium teneant aliqui Doct. num.10.

Incontinenti quando dicatur fieri, remittitur Iudicis arbitrio, declara, vt num. 11.

Vnum autem ex d. tribus requiſitis ſuppletur per coniecturas, num.12.

Alloquutio debet eſſe facta ad aures, & ſecretè, num. 13.

Dicta tamen tres coniecturæ ſufficiunt tantùm ad torturam, non ad condemnationem, num. 14.

Alloquutio tamen, vti indicium remotum, eſt probanda per duos teſtes, num. 13.

R E S O L V T I O I.

Mandatum ad delinquendum an præſumatur, vel illud ſit probandum per fiſcum.

1 MAndatum ad delinquendum non præſumitur, ſed illud venit probandum per fiſcum, vt tradunt *Eugen. conſ. 60.num.43.lib.1.Hond.conſ.96.num. 38.& conſ.100.num.60.lib.2.Farin. de conſult.& mand.quaeſt.134.nu.68. & conſ.80 nu.65.lib.1.Guazz.defen.32.cap.30.n.1. & ſeq. Giurb. conſ.85.num.6.& conſ.91.nu.17.Andreol.contro.149.nu.3.Ant.de Ball tract. crim.lib.1. quaeſt.20.num.6.* vbi addit, mandatarium præſumi nomine proprio, non alieno, occidiſſe *Ciriac.contr. 306.num.23.Vermigl.conſ.171. num.14.Rota deciſ. 29.num.2.poſt 2.vol.conſ.Farinac.*

2 Mandare enim eſt quid facti, vt dicit *Ciriac.contr. 356.num.31.* & ante eum adnotarunt *Card.Tuſch. pract.concl.lit. M.concl.32.n.11.et Caph.conſ.651.* num.

num.22. lib. 5. facta autem non præſumuntur, niſi probentur l. in bello 12. §. facta ff. de captiu. & poſtl. reuer. l. ſi mancipati 9. & ibi Iaſ. C. de collat. Menoch. de præſump. lib. 6. præſump. 14. per tot. latè Barboſ. axiom. 93. num. 27. vbi dat concordantes, in his terminis Ciriac. d. contro. 356. nu. 38. & regulariter delictum non præſumi, probat l. merito 51. & ibi glo. ff. pro ſoci. & comprobant Valpel. Maſcar. Menoch. Farinac. Ciriac. Capic. Latro. Paul. Rub. & P. Graſſet. relati ſupra in ver. Delictum Reſol. 1. in prin.

3 Amplia primò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum in delicto ſequuto ex inopinato, & ſubitaneo accidente, in quo eò minùs præſumitur mandatum, vt probat Vermigl. conſ. 119. num. 23. & in delicto momentaneo Valpel. conſ. 60. nu. 5. Decia. tract. crim. lib. 9. cap. 34. nu. 24. Menoch. de præſump. lib. 5. præſump. 27. nu. 12. & ſeq. & alij plures, quos refert, & ſequitur Faria. de conſult. & mand. q. 134. n. 73. & ſeq. & not. etiam Vermigl. conſ. 120. nu. 7.

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando mandatarius, ſeù delinquens minatus antea fuit de occidendo occiſum, quia tunc eò minùs præſumitur mandatum, vt adnotarunt Caroc. ſingul. 366. Bertaz. conſ. 178. nu. 3. lib. 1. quos refert, & ſequitur Giurb. conſ. 91. num. 26. vbi dicit, quòd, ſi duo, puta, pater, & filius, fuerint minati, ſequuto homicidio, minæ faciunt indicium ſolùm contra occidentem, cum quibus pertranſeunt Hond. conſ. 87. n. 87. lib. 2. & Farinac. de conſul. & mandat. quæſt. 129. num. 143.

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt mandatum ad delinquendum eò minùs præſumatur, nec ſit veriſimile, quando mandatarius ſeù delinquẽs eſt æqualis, vel ſuperioris conditionis mandantis, vt puta, filius patri, ſeruus, domino, & ſimiles, vt tradunt Caſtr. & Iaſ. in l. 1. C. de ſeru. fugit. Burſat. conſ. 20. nu. 43. lib. 1. quem refert, & ſequitur Ant. de Ball. trac. crim. lib. 1 quæſt. 20. in fin. Decian. tract. crim. lib. 9. cap. 34. num. 14. cum quibus pertranſit etiam Farinac. de conſult. & mandat quæſt. 135. num. 27. vbi alios dat concordantes.

6 Amplia quartò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando mandatarius, ſeù delinquens erat inimicus occiſi, quia tunc eò minùs præſumitur mandatum, cum tunc præſumatur, mandatarium nomine proprio, non alieno occidiſſe, vel deliquiſſe, vt docent Caph. conſ. 652. num. 32. lib. 5. Simon de Prat. conſ. 15. num. 39. lib. 1. Farinac. de conſult. & mand. quæſt. 134. nu. 72. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 1. quæſt. 20. num. 7. & ſeq. vbi extendit, licèt delictum fuerit commiſſum a famulo filio, vel ſeruo, vt ibi per eum. Ciriac. contro. 106. num. 22. & dixi infra Reſolut. 3. num. 4.

7 Subamplia d. quartam ampliationem, vt habeat locum etiam, quando agitur de communi vtilitate, & intereſſe, tàm delinquentis, quàm alterius, puta, quia fuerit occiſus communis inimicus, quia tunc magis præſumitur conſilium, quàm mandatũ, vt tradunt Boſſ. in pract. in tit. de mand. ad homic. nu. 50. in fin. & num. 53 Bertaz. conſ. 62. num. 4. & 5. lib. 3, vbi dicit, hoc admitti per omnes Doctores, & conſ. 341. nu. 32. & 33. lib. 2. Maſc. de prob. concl. 419. num. 5. lib. 1 Surd. conſ. 42. n. 16. lib. 1. et Farinac. de conſult. & mand. d. quæſt 129. num. 13. & ſeq. vbi alios dat concordantes quamplures, & duas accomodat, ad hanc ſubampliationem, limitationes, vnam, vt non procedat, quando delinquens non erat alias facturus; & aliam, quando inimicitia non erat æqualis, ſed erat maior in vno, quam in alio, quia ex parte illius, in quo præponderat inimicitia, magis præſumitur mandatum, quam conſiliũ, vt ibi per eum, & ita voluit etiam Ant. de Ball. d. lib. 1. quæſt. 20. num. 9. Vermigl. conſ. 15. num. 16.

8 Amplia quintò d. concluſionem, vt habeat locum, etiamſi delictum fuerit commiſſum per filium, conſanguineum, ſeù per famulum contra illum, qui iniuriam intulit patri, conſanguineo, vel domino, quia adhuc non præſumitur feciſſe de eorum mandato, cum iniuria facta patri, vel conſanguineo præſumatur etiam facta filio, & conſanguineo, & beſtialitas vnius conſanguinei, vel famuli, vt vtar verbis Guazz. alteri nocere non debet, vt not. Natt. conſ. 469 n. 2. lib. 3. Valpel. conſ. 62. n. 11. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 3. nu. 47. plenè Faria. de conſult. & mand. quæſt. 134. num. 67. vbi quamplures adducit, ita ſentientes, Hond. conſ. 93. num. 13. lib. 2. Engen. conſ. 60 num. 46 lib. 1. vbi agit de offenſa facta per patrem in perſonam illius, qui offenderat filium, Giurb. conſ. 91. num. 48. & ſeq. Guazz. defen. 32. cap. 30. num. 4. Vermigl. conſ. 119. nu. 24. & conſ. 120. num. 6 & dixi latiùs infra in hoc verbo Mandatum Reſolut. 2.

9 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, tribus concurrentibus, nempè ſecreta alloquutione, & ad aures, inimicitia capitali, homicidio incontinenti ſequuto, quia, dictis ſimul concurrentibus, præſumitur mandatum. & filium cõſanguineum, vel famulum delictum commiſiſſe de mandato patris, conſanguinei, vel domini, vt declarant Boſſi. in pract. in tit. de mand. ad homic. num. 91. Maſc. de prob. concl. 80 num. 3. & concl. 419. n. 4. lib 1. Cord. Taſc. pract. concl. litera M. concl. 34. n. 13. Decia. tract. crim. lib. 9. cap. 34. num. 10. Baiard. ad Clar. §. fin. quæſt. 89 num. 23. Hond. conſ. 87. num. 141. lib. 1. Farinac. de conſult & mand. d. quæſt. 134. n. 57. & ſeq. vbi alios dat concordantes, & teſtatur de veriori, & magis communi Doctorum opinione, & dicit, d. tria requiſita concurrere debere copulatiuè, alias ſecùs, vt ibi per eum, & conſ. 37. nu. 32. lib. 1. planè Giurb. conſ. 91 num. 29. Ant. de Ball. d. lib. 1. quæſt. 20. num. 12. Andreol. contro. 435. nu. 5. Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 10. nu. 101. Ciriac. contr. 106. num. 82 Vermigl. conſ. 119. num. 24. Zuffi. de legit. proc. quæſt 66. num. 58. lib. 1. & dixi ego alleg. foren. 94. num. 24.

10 Quicquid contrarium, imò filium, conſanguineum, vel famulum offendentem eum, qui iniuriã intulit patri, conſanguineo, vel domino, præſumi, feciſſe de mandato ipſorum voluerint Alex. conſ. 69. num. 5. lib. 2. Roman. conſ. 68. num. 2. & conſ. 152. nu. 4 Natt. conſ. 451. num. 6 lib. 3. Lancell. de attent. cap. 1. num. 91. vbi teſtatur de communi opinione, &

alij

alij relati per *Farinac d. quæſt. 134. nu. 70. & d. conſ. 55. num. 24.* contra quos adeſt verior, & magis communis opinio, de qua ſupra.

11 Declara primò dict. concluſionem, quòd, licèt quando dicatur, aliquid fieri incontinenti, diuerſimodè exponatur per Doct. vt videre eſt per *Barbo. in tract. var. dictio. 155. per tot. per Grat. in eod. tract. de dictio. dictio. 93. per tot. per Menoch. de arbi. caſu 7. per tot per P. Sanch. de matrim. lib. 10. diſput. 12. n. 21. & per Antunel. de temp. legal. lib. 1. c. 11. n. 10. & ſeq.* qui volunt, id iudicis arbitrio remitti ſecundùm ſubiectam materiam, in caſu tamen d. limitationis homicidium dicitur incontinenti ſequutum, quando eodem contextu, & eodem ferè inſtanti poſt ſecretam alloquutionem, & antequam occiſor ad extraneos actus diuertatur, loquentis inimicum occidat, vt benè declarant *Hond. conſ. 87. n. 42. & ſeq lib. 2. Farinac. de conſult. & mand. d. quæſt. 134. num. 63.* & illud non eſſe commiſſum incontinenti, ſi ſit commiſſum poſt tres dies, dicit *Vermigl. conſ. 61. num. 13.*

12 Declara ſecundò d. primam limitationem, quòd licèt, vt præſumatur mandatum, debeant concurrere omnia tria requiſita, de quibus in ea, ſi tamen loco illorum alia concurrant ſimilia, vel æquipollentia indicia, adhuc mandatum ex eis præſumitur, vt voluerunt *Felin. in cap. afferte 2. num. 13. de præſumpt. Vulpell. conſ. 115. in princ. Crauet. conſ. 35. num. 4. & Farinac. de conſult. & mand. d. quæſt. 134. n. 62.* alios adducens concordantes. *& d. conſ. 55. n. 47. & conſ. 102. n. 32. & vbi Adden. lit. D. lib. 1.*

13 Declara d. primam limitationem, vt alloquutio de qua in ea, vt operetur, debeat eſſe facta ad aures, & ſecretè, ſecùs tamen eſt, ſi illa facta fuerit palam, & in loco publico, quia tunc nihil operatur, cum cenſeatur facta ad alium finem, & non ad malum, vt declarant *Eugen. conſ. 27. num. 38. lib. 1. Hond. conſ. 87. nu. 14. lib. 2. Farinac. de conſul. & mand. d. quæſt. 134. num. 60. & 61.* vbi dicit, regulariter etiam ſecretam alloquutionem eſſe interpretandam in bonam partem, maximè ſi ſit publica, *& conſ. 147. num. 8. lib. 2. Vermigl. conſ. 83. num. 11. Andreol. contro. 149. num. 7.* & dixi ego *allegat. foren. 94. num. 23.*

14 Declara poſtremò dict. primam limitationem, quòd licèt ſecreta alloquutio, inimicitia capitalis, & delictum in continenti ſequutum faciant præſumi mandatum ad delinquendum, & occidendum, d. tamen præſumptio non eſt ſufficiens ad condemnandum, ſed ſolùm ad torturam inferendam, vt not. *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 89. ver. fin. Maſc. de probat. concl. 80. n. 3 in fin. lib. 1.* & non diſſentit *concl. 1014. num. 6. in fin. lib. 2. Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 89. num. 115. Deciani tract. crim. lib. 7. cap. 17. nu 36. & lib. 9. cap. 34 num. 13. Hond. conſ. 87 nu 140. lib. 2.* vbi dicit, hanc eſſe claram ſoriæ concluſionem, reprobando Doctores in contrarium per eum adductos ibi *num. 22.* quam firmat etiam *Farinac. de conſult. & mand. d. quæſt. 134. num. 65.* vbi alios dat concordantes, & reprobat contrarium ſentientes, & dicit, illorum opinionem, quòd ex d. præſumptione poſſit deueniri ad condemnationem, procedere, quando mandatum præſumitur ex eo, quia Dominus dixit famulo *Non redeas domum, donec aliquid noui ſenſerim &c.* & idem tradit *d. conſ. 102. num. 34. & ſeq* vbi teſtatur de veriori, & magis communi opinione, licèt contrarium, imò eſſe locum condemnationi, concurrentibus præcipuè alijs præſumptionibus, voluerit *in conſ. 55. num. 31. & 47. lib. 1.*

15 Addo pro coronide, quòd alloquutio eſt iudiciũ remotum, & ideò non probatur per vnum teſtem *Hond. conſ. 96. num 42. lib. 2. Farinac. conſ. 37. nu. 22. lib. 1.* quos refert, & ſequitur *Vermigl. conſ. 3. n. 28.* & dixi ego *d. allegat. foren. 94. num. 25.*

Quando verò præſumatur mandatum ex eo quòd delinquens nullam habuerit cauſam delinquendi, dixi infra *Reſolut. 3.* videas ibi.

ADDITIO.

N. 9. VBi habetur, quod mandatum præſumitur concurrentibus ſecreta alloquutione, inimicitia capitali, & homicidio in continenti ſequuto adde *Ziff. de legit. proc. crim. quæſt. 66. num. 58. & 59.* vbi dicit ſufficere, etiam quod aliqua alia præſumptio concurrat loco illarum, vt habetur etiam *hic num. 12.*

N. 13. Vbi habetur, quod alloquutio, vt faciat indicium debet eſſe ſecreta adde *Farinac. conſ. 221. num. 24. lib. 3.* & debet ſequi delictum in continenti idem *Farinac. conſ. 219. num. 4. lib. 3.*

N. 14. Vbi habetur, quod mandatum præſumptum ex ſecreta alloquutione, & ex alijs de quibus ſupra non eſt ſufficiens ad condemnandum adde *Farin. conſ. 226. n. 34. lib. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Mandatum ad delinquendum inducitur ex quibuſcunque verbis.*

Nempè verbis imperatiuis, rogatiuis, & optatiuis, num. 2.

Ac etiam ex verbis enunciatiuis, num. 3.

Et ex quibuſcunque verbis, ex quibus voluntas mandantis colligi poteſt, num. 4.

Et inducitur, & probatur etiam ex literis, n. 5.

Dummodò tamen verba ſint apta ad inducendum mandatum ad delinquendum, num. 6.

Et verba debent eſſe clara, quia dubia illud non inducunt, num. 7.

Et non ſufficiunt verba generalia non exprimentia perſonam offendendi, num. 8.

Neque ſufficiunt verba, laudatoria, hortatoria, & ſimilia, num. 9.

Neque verba, quæ ſunt reſtricta ad voluntatem mandatarij, num. 10.

Et verba mandatum inducentia debent præcedere delictum, num. 11.

12 *Mandatum non inducitur ex actu lætitiæ, & complacentia de delicto commiſſo.*

13 *Mandatum non inducitur per verba conditionalia, conditione non impleta.*

14 *Mandatum an inducatur, ſi Dominus dicat famulo* Non redeas domũ donec aliquod &c, *remiſſiuè.*

RESO-

RESOLVTIO II.

Mandatum ad delinquendum an inducatur ex quibuſcunque verbis.

1 Mandatum ad delinquendum inducitur ex quibuſcunque verbis, cum ad illud inducendum non requiratur à iure certa forma verborum, ad tex. in l. 1. ff. de mand. & in l. ſi quis mihi bona 25. §. ſed quid, ſi mandauit, & ibi not. Ang. Bart. Iaſ. Alex. & Aret. ff. de acqu. hered. & tradunt Ang. de maleſ. in ver. et Sempronium mandatorem num. 1. & ibi Adden. in princ. Boſſi. in pract. in tit. de mand. ad homic. ſub num. 48. Maſc. de prob. concl. 866. nu. 1. lib. 2. & concl. 1014. num. 4. eod. lib. 2. Farinac. de conſult. & mand. q. 134. num. 1. vbi alios dat concordantes, & Decia. tract. crim. lib. 9. cap. 34. num. 2. & ſeq.

2 Amplia primò d. concluſionem declaratiuè, vt mandatum inducatur verbis imperatiuis, vt Volo, Mando, & ſimilibus verbis rogatiuis, vt Rogo, Deprecor, & ſimilibus, & etiam verbis Optatiuis, vt Cupio, Opto, & ſimilibus, vt de verbis imperatiuis loquuntur Adden. ad Ang. de maleſ. in d. ver. & Sempronium mandatorem in princ. Maſc. de prob. d. concl. 866. num. 2. & d. concl. 1014. nu. 4. Vulpel. conſ. 63. num. 4. Decian. tract. crim. lib. 9. cap. 34. num. 2. & Farinac. in d. quæſt. 134. num. 2. & de verbis rogatiuis agunt Boſſi. in pract. in tit. de mand. ad homic. nu. 48. Maſc. d. concl. 866. nu. 2. & d. concl. 1014. num. 7. Decian. tract. crim. d. lib. 9. cap. 34. num. 2. & cap. 39. num. 15. & alij plures, quos refert, & ſequitur Farinac. d. quæſt. 134. num. 3. & ſentit etiam Vulpell. d. conſ. 63. nu. 5. quando qualitas perſonarum, & iniuriæ grauitas id ſuadet, & de verbis Optatiuis agunt Bald. & Iaſ. in l. 1. C. de ſeruit. fugit. Boſſi. in d. tit. de mand. ad homic. num. 48. & 49. Maſcar. d. concl. 866. num. 2. & d. concl. 1014. num. 7. Decia. d. cap. 34. n. 2. & alij, quos refert, & ſequitur Farinac. d. q. 134. n. 4.

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt mandatum inducatur etiam verbis enunciatiuis prolatis principaliter propter, ſe non ſuté propter aliud, vt voluerũt Bart. Bald. Ang. Alex. qui teſtatur de magis cõmuni opinione Iaſ. et Aret. in d. l. ſi quis mihi bona 25. §. ſed quid ſi mandauit ff. de acq. hered. Boſſi. in d. tit. de mand. ad homic. num. 48. Menoch. de præſump. lib. 5. præſump. 27. num. 10. Decia. tract. crim. d. lib. 9. cap. 34. num. 3. vbi loquitur, alijs tamen concurrentibus, vt ibi per eum, Maſc. de prob. d. concl. 866. nu. 16. Farinac. de conſult. & mandat. d. quæſt. 134. nu. 6. vbi alios dat concordantes, & Vermigl. conſ. 23. num. 1. & ſequen.

4 Amplia tertiò d. concluſionem, quòd, cum ad inducendum mandatum non requiratur à iure aliqua certa forma verborum, vt dixi, ideò illud inducitur ex quibuſcunque verbis, ex quibus mandantis voluntas, & deſiderium de faciẽdo vindictam quomodocunque, etiam tacitè, colligi poteſt, vt docent Boſſi. in pract. in tit. de mand. ad homic. num. 48. Maſc. de prob. d. concl. 1014. n. 5. Farin. de conſult. et mand. d. quæſt. 134. num. 7. 8. & ſeq. vbi dicit, illud induci etiam per verba imperſonalia, impropria, conditionalia, & groſſo modo prolata, & num. 22. & ſeq. vbi declarat, quomodo intelligantur verba Facias vindictam, vt ibi per eum, Vermigl. conſ. 23. num. 1. & ſeq. & ita ſentit etiam Card. Tuſc. pract. concl. litera M. concl. 34. num. 45.

5 Amplia quartò d. concluſionem, vt mandatum probetur non ſolum verbis, ſed etiam literis l. 1. ff. mand. Decia. tract. crim. lib. 9. cap. 34. n. 26. Farinac. de conſult. & mand. d. quæſt. 134. nu. 13. vbi dicit, illud probari etiam per ſubſcriptionem, & alios dat concordantes, concordat Maſc. d. concl. 866. nu. 3. Vermigl. conſ. 247. num. 11. & Genua de ſcript. priu. lib. 3. quæſt. 14. num. 5. et 6. & generaliter, mandatum probari per literas, latè ſcribit Maſc. de prob. concl. 1008. per tot. lib. 2. necnon Ciria. cont. 165. n. 2.

6 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locum, dummodo verba ſint apta, & idonea importare mandatum ad delinquendum, aliàs ſecùs, vt docent Adden. ad Ang. de maleſ. in d. ver. & Sempronium mandatorem in princ. Carer. in pract. in 3. tract. de 1 homicid. & aſſaſſin. §. circa ſecundum num. 1. Monticell. reg. crim. 7. nu. 25. quos refert, & ſequitur Farinac. de conſult. & mand. d. quæſt. 134. num. 15. & tradit etiam Vermigl. conſ. 23. num. 4.

7 Amplia d. primam ampliationem illatiuè, vt verba ad hoc, vt importent mandatum, debeant eſſe clara, & aperta, ſecùs, ſi ſint dubia, quia in dubio illa ſunt interpretanda, vt non importent mandatum, nec delictum, vt tradunt Boſſi. in pract. in tit. de mand. ad homic. nu. 49. niſi interpretatio ad malum eſſet veriſimilior, vt ibi per eum, Rim. iun. conſ. 88. num. 26. lib. 1. Card. Tuſc. pract. concl. litera M. concl. 34. num. 8. vbi vult, verba Dà al traditore, non probare mandatum ad homicidium, etiam illo ſequuto, nec ad vulnerandum, cum d. verba poſſint intelligi de percuſſione cum pugno, vel cum haſta, niſi illa dicta ſint habenti enſem, vel pugionem denudatum in manu, vt voluit Baiar. ad Clar. §. final. quæſt. 89. num. 20 vbi agit etiam de illis verbis, Io ſtò di mala voglia, perche vorrei, che il tale mi fuſſe leuato d'auanti a gli occhi &c. Decian. tract. crim. lib. 9. cap. 34. num. 34. Maſc. de prob. d. concl. 866. nu. 14. Coſta de re integr. diſt. 23. num. Menoch. conſ. 283. num. 5. & ſeq. lib. 3. Farinac. de conſult. & mand. d. quæſt. 134. num. 28. & ſeq. Vulpell. conſ. 63. num. 8. Hond. conſ. 87. num. 29. lib. 2. niſi interpretatio pro delicto eſſet magis veriſimilis, vt ibi per eum.

8 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando verba ſunt generalia non exprimẽtia perſonam occidendi, quia tunc ex eis non probatur mandatum, cum in delictis requiratur mandatum ſpeciale, & in mandato generali non veniãt illicita, vt declarant Bern. conſ. 175. num. 28. & ſeq. lib. 3. Decia. tract. crim. lib. 9. cap. 34. nu. 35. vbi plura affert exempla, & Farinac. d. quæſt. 134. num. 37.

9 Limita tertiò d. concluſionem, vt mandatum non inducatur ex verbis admonitorijs, commendatorijs, laudatorijs, hortatorijs, & perſuaſorijs, quia ex illis non probatur mandatum ad delinquendum,

ſed

ſed conſilium tantùm, vt voluerunt *Adden. ad Ang. de maleſ. in d. ver. & Sempronium mandatorem poſt princ. Boſſi in pract. in tit. de mand. ad homic. nu. 49.* vbi dicit d. verba poſſe etiam importare mandatum ex qualitate perſonarum, & ex alijs, de quibus ibi per eum, *Maſc. de prob. d. concl. 866 num. 4. & ſeq. & d. concl. 1014. num. 10. Decian. tract. crim. d. lib. 9. cap. 34. num. 2. in fin. & nu. 9.* ad quem ſe refert *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 1. quaeſt. 20. num. 5. Farinac. de conſult. et mand. d. quaeſt. 134. num. 16. Vulpell. d. conſ. 63. num. 3. Card. Tuſc. pract. concl. litera M concl. 34. num. 29.* vbi dicit, Iudicem debere diligenter interrogare teſtes ſuper formalitate, & qualitate verborum, vt ibi per eum, *Ciriac. contro. 105. nu. 7. & Vermigl. conſ. 23. num. 8.* addo eundem *Farinac. conſ. 185. num. 49. lib. 2.*

10 Limita quartò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando verba ſunt reſtricta ad arbitrium, ſeù voluntatem mandatarij, vt ſi quis dixerit, *Se vuoi ammazzarlo, ammazzalo*, & ſimilia, quia tunc ex d. verbis non oritur mandatum, vt tradunt *Rim. Iun. conſ. 310. num. 26. lib. 3.* vbi vult, neque in d. caſu conſeri conſilium, *Ang. conſ. 22.* vbi de eo, qui dixit, *Tu farai molto bene à farlo, Capol. conſ. crim. 27.* vbi de eo, qui dixit paratis ad occidendum, *Andè ammazzarlo, che portarò il badile, & Zappone per ſepelirlo, Farin. de conſult. & mand. quaeſt. 129. num. 31. & d. quaeſt. 134. nu. 34. & ſeq.* vbi dicit neque induci conſiliū ex d. verbis, & limitat d. opinionem, vt non habeat locum, quando verba non ſunt collata in perſonam mandatarij, ſed alicuius tertij, vt in exemplo per eum ibi allato, *& conſ. 104. n. 3. lib. 1. et conſ. 185. n. 35. lib. 2. et conſ. 225. n. 8. & 12. lib. 3. Curia int. conſ. Farin. conſ. 185. n. 49. lib. 2.* vbi de eo, qui dixerat, *Che faceſſe quello gli pareua, & Ciriac. d. contro. 105. num. 6.* vbi videtur ſentire pro pœna extr ordinaria, & ex d. verbis collatis in arbitrium mandatarij non induci mandatum, nec conſilium comprobat etiam *Vermigl. conſ. 23 num. 6. & ſeq*, addo eundem *Ciriac. contro. 488. num. 79. & 80.*

11 Limita quintò d. concluſionem, vt habeat locū, quando verba apta, & mandatum indicantia praeceſſerunt delictum, alias non dicetur ex eis probatum mandatum, vt voluerunt *Bald. in l. ob hac verba 20. ff de his qui not. infa. & in l. 1. in 3. col. C. de ſeru. fugit. Adden. ad Ang. de maleſ. in d. ver. & Sempronium mādatorem in 1. addit. & Decia. trac. crim. d. lib. 9. cap. 34. num. 25.* vbi alios dat concordantes.

12 Limita ſextò d. concluſionem, quòd licèt per verba probetur mandatum, vt ſupra, ad delinquendum, non tamen illud probatur ex eò, quod quia, habita notitia de delicto futuro, vel ſequuto, aliqua ſigna laetitiae, & complacentiae verbis, aut facto de eo oſtendat, vt not. *Natt. conſ. 494. num. 11. & conſ. 499. num. 5. & conſ 595. nu. 15. & conſ. 597. num. 4 lib. 3. Decian. tract. crim. lib. 9. cap. 38. num. 7.* latè *Farinac. de conſult. & mand. quaeſt. 135. num. 64.* vbi loquitur in ratificatione delicti, & alios dat concordantes quamplures, *& conſ 104. num. 16. lib. 1. Lancellot, de attent. part. 2. cap. 1. num. 80. Ciriac. contrau. 105. num. 8. & num. 11. & Vermigl. d. conſ. 23. num. 8.*

13 Declara d. concluſionem, quòd licèt mandatū ad delinquendum inducatur etiam per verba conditionalia ad tex. *in l. 1. §. 1. ff. mandat* & de veriori opinione teſtatur *Farinac. de conſult. et mand. dict. quaeſt. 134. num. 31. & ſeq.* deficiente tamen conditione, & illa non impleta, mandatum euaneſcit, & perinde eſt, ac ſi mandatum non interueniſſet, vt poſt *Vant. de nullit. in tit. de nullit. ex defec. mand. num. 175. Natt. conſ. 388. num. 5. & ſeq. et Surd. conſ. 365. num. 13. et ſeq.* per eum relatos declarat *Farin. d. quaeſt. 134. num. 32. & ſeq.* vbi dicit, implementum conditionis in d. caſu eſſe probandum per ſilentium, *et conſ. 104. num. 12. lib. 1. & Vermigl. inter conſ. Farinac. conſ. 184. num. 40. lib. 2. et conſ. ſuo 132. num. 21.*

14 Quando verò inducatur, & praeſumatur mandatum, quando Dominus, qui aliquam iniuriam recipit, dixit eius famulo, *Non vedeat domum, donec aliquid noui ſenſerim de illata iniuria*, aut quid ſimile, & ex alloqutione facta à Domino ad aures famuli, qui poſtea inimicum domini occidit, tradit latè *Farinac. de conſul. & mand. d. quaeſt. 134. num. 41. & ſeq et conſ. 102. per tot. lib. 1. & Ant. de Ball tract. crim. lib. 1. quaeſt. 20. num. 11.* ipſos conſulas, nimis enim excreſceret volumen hoc noſtrum, ſi omnia hic eſſent referenda.

ADDITIO.

N. 2. VBi habetur, quod mandatum inducitur verbis imperatiuis, rogatiuis, & optatiuis adde *Farinac. conſ. 225. num. 11. lib. 3.* & quod mandatum non probatur ex verbis equiuocis dixi ego *conſ. 5. num. 7. poſt tract. de hered. ſimpl. & benefic.*

SVMMARIVM.

1 *Filius, conſanguineus, vel famulus offendens eum, qui iniuriam intulit patri conſanguineo, vel domino non praeſumitur de eorum mandato feciſſe.*

Licèt contrarium teneant aliqui Doctores, n. 2.

Et eò magis, quando illi habebant cauſam propriam offendendi, num. 3.

Quod procedit in quolibet habente cauſam propriam offendendi, num. 4.

Etiamſi offenſus habeat alios inimicos ſtante cauſa propria offendendi, num. 5.

Fallit concluſio, quando concurrit aliqua alia praeſumptio, num. 6.

Et in delicto ſucceſſiuo, num. 7.

Et quando pater, conſanguineus, vel dominus fuit author rixae, num. 8.

Et quando famulus eſſet vilis perſona, num. 9.

Et quando pater conſanguineus, vel dominus delictum ratificarunt, num. 10.

Et quando pater, & alij ſciuerunt delictum committendum, et non prohibuerunt, num. 11.

Quae praeſumptio non ſufficit ad imponendam pœnam, niſi leuem, num. 12.

RESO-

RESOLVTIO III.

Filius, conſanguineus, vel famulus offendens eum, qui iniuriauit patrem, conſanguineum, vel dominum an præſumatur de eorum mandato feciſſe.

1 Filius, conſanguineus, famulus, ſeù amicus occidens, ſeù offendens eum, qui iniuriam intulit patri, conſanguineo, domino, ſeù amico non præſumitur occidiſſe, ſeù offendiſſe de mandato eius, qui iniuriam recepit, & in cuius commodum tale delictum redundabat, vt tradunt *Vulpell. conſ. 60. num. 3. & conſ. 62. num. 11.* vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione, *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. c. 3. n. 47.* vbi hanc dicit communem opinioné, *Eug. conſ 60. nu. 45. lib. 1. Hond. conſ. 93. nu. 12. et conſ. 96. nu. 39. lib. 2.* latè *Farinac de conſult. & mand. q. 134. num. 67.* vbi teſtatur de magis communi, & veriori opinione, *Guazz. def. 32. cap. 30. n. 4. Giurb. conſ. 91. num. 17. & ſeq Ciriac. contro. 106. n. 27. & contr. 150. num. 54. & ſeq. Andreol. contro. 149. num 3.* & dixi ego *allegat foren. 94. num. 4. & ſupra Reſol. 1. in 5. ampliatione.*

Tùm quia mandatũ in delictis non præſumitur *Hond. d. conſ. 96. num. 38. Farinac. d. quaeſt. 134. num. 68. Guazz. d. defen. 32. cap. 30. num. 1. & ſeq. Giurb. dict. conſ. 91. num. 17. Andreol. d. contro. 149. num. 3. & Vermigl. conſ. 171. num. 14.* qui alios dant concordantes, tùm etiam quia iniuria facta patri, conſanguineo, domino, & amico cenſetur etiam facta ipſis filio, conſanguineo, famulo, & amico, qui ideò iraſcuntur propter iniuriam prædictam, licèt in eorum perſonam non illatam, vt aduertunt *Farinac. d. quaeſt. 134. num. 69. & de indic. & tortu. quaeſt. 49 num. 32. Hond. conſ. 102. num. 64. vol. 1. & conſ. 88. num. 25. lib. 2. Giurb. conſ. 61. num. 13. & Paſchal. de patr. poteſt. par. 1. cap. 10. num. 16.* & dixi ego *d. allegat. foren. 94. num. 7.*

2 Licèt contrarium, imò delictum à filio, conſanguineo famulo, & amico commiſſum præſumi factum de mandato Patris conſanguinei, Domini, vel amici, in cuius commodum, & ſatiafactionem illud reſultat, voluerint *Alex. conſ. 69 num. 5. lib. 2. Roman. conſ. 68. nu. 2. & conſ 152. num. 4. Natt. conſ. 451. num. 6. lib. 3. Lancell. de attent cap. 1. nu. 91.* vbi teſtatur de communi opinio, & alij relati *per Farinac. d. quaeſt. 134. num. 70. & conſ. 55. nu. 29. lib. 1.* contra quos adeſt verior, & magis communis opinio, de qua ſupra.

3 Amplia primò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando filius, conſanguineus, & ſimilis delinquens, ſeù homicida habebat cauſam propriam offendendi, ſeù occidendi, quia tunc ex illa præſumitur motus ad occidendum, & ad propriam vindictam, non autem de mandato, ſeù inſtigatione alterius, vt adnotarunt *Eugen. conſ. 27. nu. 32. & ſeq. et conſ. 176. nu. 36. & ſeq. lib. 1. Hond. conſ. 87. num. 74. & ſeq. & conſ. 93. num. 22. & conſ. 96. num. 65. lib. 2. Farinac. de indi. & tort. d. quaeſt. 48. n. 119. & de conſul. & mand. d. quaeſt. 134. n. 72. Giurb. d. conſ. 91. num. 27. Ciriac. d. contro. 106. num. 22. & ſeq. & d. contro. 150. num. 5. & ſeq. et nu. 55. et contr. 488. num. 74. & ſeq. Guazz. d. defen. 4. cap. vlt. ſub nu. 21. Andreol. d contro. 149. num. 6. Vermigl. conſ. crim. 90. num. 7. & Zuffi. de legit proc. lib. 1. quaeſt. 66. nu. 6.* & dixi ego *d. allegat. foren. 94. nu. 8.* & etiam ſupra *Reſolut. 1. in 4. ampliat.*

4 Subamplia d. primam ampliationem, vt habeat locum in quolibet delinquente habente cauſam propriam delinquendi, quia magis ex illa, quàm de mandato, ſeù ex inſtigatione alterius præſumitur deliquiſſe, vt tradunt omnes ferè Doctores ſupra proximè adducti, cum quibus pertranſeunt *Decia. conſ. 67. num. 11. & conſ. 104. num. 33. & conſ. 115. lib. 3. Peregr. conſ. 103. num. 22. vol. 2. Grat. conſ. 52. num. 49. lib. 2. Mar. Ant. var. reſol. lib. 3. reſol. 27. nu. 10. & ſeq. & Zuff. d. quaeſt. 66. num. 6.* & alij quos adduxi, & ſequutus fui ego *d. alleg. foren. 94. num. 8.*

5 Amplia d. ſubampliationem, vt habeat locum, etiamſi offenſus, ſeù occiſus habeat alios inimicos, quia, ſi delinquens, ſeù homicida habeat cauſam propriam delinquendi, & propria inimicitiam, magis ex illa præſumitur, deliquiſſe, & occidiſſe, quàm ex mandato alterius, ita vt alij inimici non poſſint inquiri, nec moleſtari, quia, quando conſtat de certo delinquente inimico, vt poſſit inquiri, & deueniri ad torturam contra alios inimicos occiſi, non ſufficiunt contra eos indicia generalia, & à longè, puta, inimicitia, & ſimilia, ſed requiruntur indicia particularia de participatione, tractatu, vel mandato, quia, cum fiſcus illos inquirat in d. caſu vt participes, vel mandantes, & non vti principales delinquentes, ſi vult eos torquere, neceſſe eſt, quod indicia reſpiciant ipſam participationem, tractatum, vel mandatum, & quòd illa ſint talia, vt verè, vel præſumptiuè apparere faciant de corpore tractatus, participationis, vel mandati, vt declarant *Eugen. d. conſ. 27. num. 32. & ſeq. & d. conſ. 76. nu. 36. & ſeq. lib. 1. Ciriac. d. contro. 106 num. 33. & ſeq & d. contro. 488. nu. 74. & ſeq. Simon de Prat. conſ. 15. n. 56. et ſeq. lib. 1. Andreol. d. contro. 149. nu. 1. et num. 5. in fin. Zuffi. de legit. proceſ. lib. 1. quaeſt. 66. num. 61. et ſeq.* & latè comprobaui ego *d. allegat. foren. 94. nu. 19. 20. et 21.* vbi alios adduxi ita ſentientes.

6 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locũ quando cõtra Patrem, conſanguineum, Dominum, ſeù amicum, in cuius vtilitatem, ſeù vindictam delictum commiſſum fuit, concurrit aliqua alia præſumptio, quia tunc præſumitur, delictum fuiſſe cõmiſſum de illius, ſeù illorum mandato, vt tradunt *Alex. conſ. 69 num. 5. lib. 2. Gram. conſ. 8. n. 4.* vbi aliquas recenſet præſumptiones, *Boſſ. in pract. in tit. de mand. ad homic. num. 52.* vbi vult, oriri indicium ad torturam contra patrem, & alios, ſi alia concurrat coniectura, *Decia. tract. crim. lib. 9. cap. 37. n. 10. in fin. et Farinac. de conſul. et mand. d. q. 134. n. 86.* vbi alios dat concordantes quamplures, *et n. 106.* vbi dicit, ſecùs eſſe, quando concurrit aliqua contraria coniectura excluſiua mandati, vt ibi per eum, *et*

conſ.

conſ.55.n.30.& 31.lib.1. vbi vult, ex vnica coniectura poſſe deuenire ad torturam, ex pluribus verò ad condemnationem, etiam in pœnam ordinariam, vt ibi per eum de quo dixi ſupra *Reſolut. 1. num.* 14. & infra *num.* 12.

7 Limita ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum in delicto momentaneo, ſecùs verò in ſucceſſiuo, in quo, cum præſumatur ſcientia patris, conſanguinei, domini, vel amici, dùm delictum tendit ad illorum vtilitatem, ſeù vindictam, ideò præſumitur mandatum, niſi illud fieri prohibuerint, vt docent *Gram. d. conſ. 8. in prin. Plaza in epit. delic. lib. 1. cap. 14. ſub num. 4. Vulpell conſ. 60. nu. 5. Menoch. de præſump. lib. 5. præſump. 27. nu. 12. & 13. Maſcar. de prob. concl. 1413. nu. 17. lib. 3. Decia. tract. crim. lib. 9. cap. 34. poſt num. 24. Hond. conſ. 97. num. 2. et ſeq. & n. 5. et ſeq.* vbi dicit, hanc limitationem procedere, quando dominus ex actu ſucceſſiuo vtilitatem ſentit, alias, ſecùs, vt ibi per eum, *Coſta de ſcien. & ignor. in ſpec. 42. in fin. Farinac. de conſul. & mand. d. quæſt. 134. nu. 73. et ſeq.* vbi alios dat concordantes quamplures, teſtatur de communi opinione, & dicit, ab illa non eſſe recedendum, licèt aliqui contrarium teneant, vt ibi per eum, *et Vermigl. conſ. 120. nu. 7.* & dixi ſupra *Reſol. 1. in 1. ampliat.*

8 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando Pater, conſanguineus, dominus, vel amicus eſt author rixæ, in qua fuit malè tractatus, vel vulneratus, quia, ſi filius conſanguineus, famulus, vel amicus indignatus aliquem offendat, vel occidat etiam ſine illorum ſcientia, pater, conſanguineus, dominus, & amicus tenetur vt exiſtentes in culpa, incipiendo rixa de homicidio, ſeù delicto ſubſequuto, vt tradunt *Io. Andr. Ancar. Butr. Zabarel. & Abb. in cap. Petrus 17. de homic. Plaza in epit. delict. lib. 1. cap. 14. n. 7.* quos refert, & ſequitur *Farinac. de conſul. & mand. d. quæſt. 134. nu. 84.*

9 Limita quartò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando famulus eſſet vilis perſona, quia tunc, ſtante illius vilitate, non præſumitur, ex ſe ipſo ſine Domini iuſſu, ſeù madato fuiſſe motum ad delinquendum, vt not. *Alciat. de præſump. reg. 3. præſump. 40. n. 4. Plaza in epit. delic. lib. 1. cap. 14. nu. 3.* vbi teſtatur de communi opinione, *Menoch. de præſump. lib. 5. præſump. 27. n. 17. & ſeq. et Farin. de conſult. et mand. d. q. 134. n. 78.* qui volunt, eò magis prædicta habere locũ, quando famulus eſſet improbus, & malæ conditionis, & famæ, vt ibi per eos.

10 Limita quintò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando pater, conſanguineus, dominus, vel amicus delictum ad eorum commodum commiſſum per filium, conſanguineum, famulum, ſeù amicum ratificarent, quia tunc perindè eſt, ac ſi mandaſſent, cum ratificatio æquiparetur mandato, vt voluerunt *Bald. conſ. 256. ver. præterea, &c. lib. 2. Oſaſc. deciſ. Pedem. 138. num. 31. Lancell. de attent. par. 1. cap. 1. n. 48. & ſeq. Farin. de conſul. & mand. d. q. 134. n. 85. & quæſt. 135. nu. 43. & ſeq.* vbi dat concordantes, *et conſ. 114. n. 20. lib. 2. Giurba conſ. 01. num. 14. & Card. Tuſch. pract. concluſ. litera R. concluſ. 20. num. 26. & concl. 38. per tot.*

11 Limita ſextò d. concluſionem, vt habeat locum, quando pater, dominus, conſanguineus, ſeù amicus ignorauit delictum committendum à filio, conſanguineo, famulo, ſeù amico, ad illorum cõmodum, ſecùs tamen eſt, ſi delictum per filium, conſanguineum, famulum, ſeù amicum committendum ad eorum vtilitatem ſciuerunt, & tacendo illud non prohibuerunt, quia tunc ex præſumpto mandato illi tenentur vt adnotarunt *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 86. ver. hinc infertur &c.* vbi de communi opinione teſtatur, *Hond. conſ. 96. num. 96. lib. 2. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 3. nu. 47. in fin.* vbi hanc dicit communem opinionem, *Menoch. de præſump. lib. 5 præſump. 27. nu. 9. Maſcar. de prob. concl. 1300. nu. 6. lib. 3.* plenè *Farinac. de conſult. et mand. d. quæſt. 134. num. 88. 89 & plur. ſeq.* vbi dicit, quòd ſcientia in patre, & ſimilibus non præſumitur, & an ſufficiat ſcientia præſumpta, & quòd prædicta non procedunt, quando pater, & alij prohibere delictum non potuerunt, & quando teneantur delictum notificare perſonæ offendendæ, & alia ad materiam, quem conſulas, cum non deceat, ex alienis ſcriptis ſcripta conficere, vt alias dixi.

12 Declara d. concluſionem, vt in caſu, in quo mãdatum præſumitur ad delinqendum contra patrẽ, conſanguineum, dominum, vel amicum ob delictum ad eorum vtilitatem, & vindictam commiſſum per filium, conſanguineum, famulum, ſeù amicum, d. præſumptio non ſufficiat ad imponendam pœnam ordinariam, & grauem, ſed extraordinariam, & leuem tantùm, vt docent *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 86. ver. ſcias tamen &c. Hond. conſ. 97. nu. 31. lib. 2. & Farin. de conſult. & mand. d. quæſt. 134. num.* 107. de qua declaratione ego valdè dubito, tùm quia Doct. allegati per *Farin.* parùm probant illius intentionem, tùm quia ex d. præſumptione inſurgit indicium ad torturam, non autem ſufficit ad condemnationem, vt probaui ſupra *Reſol. 1. n. 14.*

S V M M A R I V M.

1 *Vulnerans, ſeù occidens aliquem ſinè cauſa præſumitur, id feciſſe de mandato alterius, & ſic poteſt de mandatoribus interrogari.*

Cũ nemo præſumatur delinquere ſinè cauſa, n. 2

Et poteſt interrogari etiam per torturam, n. 3.

Si tamen appareat de cauſa propria, non poteſt interrogari de mandante, num. 4.

Niſi adſint aliqua indicia de mandato, nu. 5.

Iudex autem non poteſt interrogare in ſpecie de mendante, ſed tantùm in genere, num. 6.

Et debet aduertere, ne ſit affectata rixa ad occultendum mandantem, num. 7

R E S O L V T I O IV.

Vulnerans, ſiue occidens aliquem ſine cauſa an præſumatur id feciſſe de mandato alterius, ita vt poſſit de mandatoribus interrogari.

1 VVlnerans, offendens, ſeù occidens aliquem, ſi non appareat cauſa aliqua ex qua motus fuerit ad delinquendum, & occiden-

dum præſumitur id feciſſe ex mandato alterius, & ideò poteſt de mandatoribus interrogari, vt tradit *Farin.de indic.et tort. q 37.nu.154. & quaſt.43.nu.51.& q.44.in prin.* in quibus locis alios dat cõcordantes, *& conſ.196. n.1.lib.3. Vermig.conſ.120.n.3. et ſeq.* & nouiſſimè *Zuff.de legit.proc.lib.1.q.66.n.8.*

2 Cum enim nemo præſumatur delinquere ſinè cauſa *Calu.de aquit. lib 2. cap.132.nu.20. Vermigl. conſ.35.nu.15.et conſ.46.nu.6.* & dixi latiùs ſupra in ver. *Delictum Reſol.5.nu.2.* ſequitur, quòd, ſi delinquens cauſam propriam non habeat, neceſſe ſit, quòd ad alterius inſtantiam id fecerit, & ideò nil mirum, ſi de mandante poſſit interrogari, vt declarant *Farinac.in d. q. 37.n.154 & in d.q.44.in prin. & in d.conſ.196.n.1.& Vermigl.d.conſ.120.n.3.et 4.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt non ſolùm vulnerans, ſiuè occidens, quando non conſtat de cauſa, ex qua motus fuerit ad delinquendum, poſſit de mandante interrogari, verùm etiam id fieri poſſit per Iudicem, mediante tortura etiam abſq; alijs indicijs, cum ſufficiat d. inuerisimilitudo, quòd delictum non committitur ſinè cauſa, vt voluerunt *Boſſi.in pract.in tit.de indic.& conſid.ant.tort.n.num.144.& ſeq.et nu.156.Peguer deciſ.crim.5. nu.9.& 19.Clar.in pract.§.fin.quaſt.21.ver.dictum socij,&c. Rolan.conſ.16.nu.2.et conſ.73. num.5.lib.1.* quam ampliationem latè comprobat *Farinac.de indic.et tort.d.quaſt.37.num.154.* vbi dicit, illam eſſe communiter receptam, & contradictorem non habere, & illam vidiſſe ſemper in practica ſeruari, & quòd illa habet locũ, ſiuè mandatarius ſit perſona vilis, ſiuè non, vt ibi, per eum quamplures referentem, ita ſentientes, et *d quaſt.43.nu.51.et d.quaſt.44. in prin.* cum quibus pertranſeunt *Cartar. in pract.int. reo lib.4. cap.1. num.92.* & nouiſſimè *Zuff.de legit. proc.d.lib.1.quaſt.66.n.24.25.et ſeq.* vbi ad hoc requirit, quòd delinquens ſinè cauſa de delicto ſit confeſſus, vel conuictus, vt ibi per eum.

6 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locum, quando non apparet de cauſa, ex qua delinquens, ſeù mandatarius motus fuerit ad delinquendum, quia tunc benè poteſt de mandante interrogari, & etiam torqueri, vt ſupra per rationem ibi adductã, ſecùs tamen eſt, ſi appareat, & conſtet de cauſa propria, ex qua ille motus fuerit ad delinquendũ, puta, ad vulnerandum, occidendum, & ſimilia, quia tunc non poteſt delinquens de mandatoribus interrogari, vt declarat *Farinac.de indic. & tortu. d.quaſt.43.nu.53.& d.quaſt.44.in prin.Pereg.conſ.103.num.22.lib.2.* quem refert, & ſequitur *Ciriac. contro.488.n.75.* vbi loquitur etiam, quando cauſa eſt præſumpta, vt quia delinquens eſſet inimicus offenſi, vt ibi per eum.

5 Sublimita d. primam limitationem, vt non habeat locum, quando adſunt aliqua indicia quod ad vulnerandum, ſeù ad occidendum adfuerint conſultores, auxiliatores, perſuaſores, vel mandatores quia tunc delinquens poteſt de illis interrogari, ac etiam torqueri, non obſtante, quod conſtet de cauſa, ob quam delinquens motus fuerit ad delinquẽdum, vt docet *Farinac.de indic.& tortu.d.quaſt.43. num 52.& num.107.& ſeq. & nu 132.* ipſum conſulas, qui *nu.48.& ſeq.* quærit, quando teſtis, qui confeſſus fuit, iuraſſe falſum, poſſit de ſubornatore interrogari, & ego dixi infra in verbo *Socius criminis Reſol....*

6 Declara d. concluſionem, vnà cum ampliatione ſequente, vt Iudex, interrogando delinquentem ſinè cauſa, ſeù mandatarium præſumptum, non debeat illum interrogare in ſpecie contra aliquem, puta, an fuerit Caius, vel Sempronius ad effugiendam ſuggeſtionem, ſed tantùm illum debeat interrogare in genere, quis nam illi mandauerit, d. delictum committi, vt docent *Peguer. deciſ.5. num.9. & n.20.& ſeq.Farinac.de indic.& tort.d.quaſt.37. n.154.Cartar.in pract.inter.reo.d.lib.4.cap.1.nu 94.* vbi alios adducit, ita ſentientes quamplures, *Vermigl.d.conſ 120. num.4.* & nouiſſimè *Zuffi.de legit. proc.d lib.1.quaſt.66 nu.26.& 28* qui pariter alios dat concordantes, & in terminis ſocij criminis interrogandi in genere tradunt *Menoch. de arb. caſu 474.num.53.& Peguer.* vbi ſupra proximè.

Addo prædictis, quod delinquentes ſolent quandoq; affectare rixam ad effectum, vt appareat de cauſa, & ad occultandum mandantem, in quo ideò Iudex eſſe debet maximè oculatus, omnem adhibendo diligentiam pro reperienda veritate, vt admonent *Boſſi.in pract. in tit. de homic. num. 56. & Zuffi. de legit. proceſ. d. quaſt. 66. num. 5.* vbi benè loquitur, ipſum conſulas,

S V M M A R I V M.

1 *Sententia abſolutoria lata ad fauorem mandatarij, non prodeſt mandanti, & è contra.*

Contrarium tenent aliqui Doctores, num. 3.

Concorda, vt num. 4.

Neque ſententia condemnatoria in connexis nocet alteri, num. 5.

Abſolutio tamen adulteri prodeſt adulteræ, n.6.

2 *Sententia lata contra vnum non nocet alteri.*

R E S O L V T I O V.

Sententia abſolutoria lata ad fauorem mandatarij an proſit mandanti, & è contra.

1 SEntentia abſolutoria lata ad fauorem mandatarij, non prodeſt mandanti, & è contra, vt tradunt *Bart. in l.denunciaſſe 17.§.fin.in fine ff.ad leg.Iul.de adult. Boſſi.in pract.in tit. de delict. num.52. Ant.Gomez var. reſol.tom.3.cap.1.num.88.in fin.& ad leg.Taur.80. num.72.in fin.* vbi teſtatur de communi opinione, *Farin.de conſul.& mand.q.135.n.33.Guazz.defen.2. cap.8.n.9.* vbi alios dat concordantes, *Card. Tuſch. pract.concl.lit.S.concl.174.n.11.& Scac.de ſent.et re iudic.gloſ.14.q.12.n.57.* & ſententiam latam ad fauorem principalis non impedire, quin opem, & conſilium præſtans moleſtari poſſit, voluit idem *Farin.de conſult.& mand.q.133.nu.62.* vbi quamplures

pluresadducit de communi opinione atteſtantes.

2 Sicut enim ſententia lata contra vnum non nocet alteri *l. ſapè 63.ff.de re iudic l.1 ff.de excep.rei iudic. cap.quamuis 25.de ſent. & re iudic. Surd.deciſ. 256.n.3.in fin.* plenè *Scac.de ſent.& re iudic.d.gloſ. 14.quæſt.12.in prin. Rota deciſ.19.nu.20. par.8.rec.* ita non debet ei prodeſſe, ex regula æqualitatis, vt qui non vult ſentire incommodum, neque ſentiat commodum, vt declarant *Abb. in d.cap. quamuis nu.4.in fin.Surd.deciſ.109.num.9.* etiam in connexis *Alex.in d.l.ſapè n.26.in fin.* plenè *Scacc.d.quæſt.12. num.52.* vbi teſtatur de magis communi opinione.

3 Contrariam tamen opinionem, imò ſententiam abſolutoriam latam ad fauorem mandatarij prodeſſe etiam mandant, & è contra, tenuerunt *Menoch.de arb.caſu 352.n.12.* & generaliter loquẽdo de delictis connexis *Deci.conſ 104.n.36.lib.3.Surd. conſ.132.n.58.lib.1. Batar.ad Clar.§.fin.q. 88.n.6.*& ita voluit etiam *Vermigl.conſ.109. n.5.& ſeq.*

4 Concorda d. contrarias Doctorum opiniones, quòd, ſi ſententia lata ad fauorem mandatarij eſt lata ſuper facto dicendo, non fuiſſe commiſſum delictũ, & tunc illa prodeſt etiam abſenti, & mandanti, ſi verò ſententia abſolutoria non eſt lata ſuper facto, ſed ſuper perſona, dicendo, inquiſitum eſſe abſoluendum, quia non reperitur culpabilis, vel quia non commiſit delictum, & tunc d. ſententia non iuuat abſentem, & mandantem, vt declarant *Menoch.de arb.caſu 351.nu.14.* & clarius *caſu 352. nu.12.& ſeq. Batar. ad Clar.§ fin. quæſt.57.nu.2.& ſeq.Decia.tract.crim.lib.9.cap.33.nu.7. Farinac.de conſult.& mand.d.quæſt.133.n.33.Card.Tuſc.pract. concl.litera M.concl.174. num.113.Guazz. defen.2. cap 8.nu.12.& Carena de Offic.S.Inquiſ.par.3.tit.9. nu.101.* vbi dicunt, quòd ſi mandatarius, & mandans ambo ſunt præſentes ambo abſoluuntur, vel condemnantur, ſi vnus ſit confeſſus, & alter negatiuus hic abſoluitur, & alius condemnatur, ſi vero vnus ſit abſens, & alter præſens contra illum perficitur proceſſus, & condemnatur, & poſtea præſens expeditur, vt ibi per eos, & in iſtis terminis intelligo *Ciriac.contro. 354. num.24.& ſeq.*

5 Amplia d. concluſionem, vt idem ſit in ſententia condẽnatoria, quæ in delictis connexis lata contra vnum non parit præiudicium contra alium *d.l.denuntiaſſe 17.§.fin.ff.ad l.Iul.de adult.*& not. *Ant.Gomez var.reſ to.3.c.1.n.79.ver.ſententia tamen &c. & ad d.l.Taur.80.n.73.Card.Tuſc.d.litera M.concl. 174.n.110.Guazz. d.defen.2.cap.8.n.10.* vbi alios dat concordantes, *Decia.tract.crim.d.lib.9.cap.33. n.7.& Scac.de ſent.& re iudic.d. gloſ.14.q.12.n.52,* & de condemnatione adulteri quæ non nocet adulteræ dixi ſupra *in ver. Abſolutio Reſolut.2 num.1.*

6 Limita d.concluſionẽ, vt non habeat locum in abſolutione adulteri, quæ prodeſt etiam adulteræ fauore matrimonij, ita vt illa, ceſſante ſolutione, de adulterio amplius accuſari non poſſit, vt poſt *Bart. Cum.Ang.Ant Gom.Batar.Decia.Farin.et Ciria.per* me adductos probaui ſupra in ver. *Abſolutio Reſol. 2.n.1.& ſeq.* videas ibi, cum quibus pertranſit *Scac. de ſent.& re iudic.d.gloſ.14.quæſt.12.num.57.*

S V M M A R I V M.

1 *Contra mandantem procedi non poteſt non conſtito prius de mandatario.*

Neque agi poteſt contra auxiliatorem non conſtito de principali delinquente, num. 2.

Etiamſi conſtet de mandato data certa perſona, ſed non conſtat quis occiderit, num. 3.

Et de mandatario debet conſtare plenè, & certè, num. 4.

Contrariam ſufficere conſtare per coniecturas tenent plures Doctores, num. 5.

Fallit concluſio, quando mandatum eſt punibile per ſe, num. 6.

Et quando perſona mandatarij eſt incognita, vt neſciatur etiam nomen, num. 7.

Licèt de hac limitatione dubitent aliqui Doctores, num. 8.

Declara d.limitationem, vt num. 9.

R E S O L V T I O VI.

Contra mandantem an procedi poſſit non conſtito prius de mandatario.

1 CONtra mandantem procedi non poteſt non conſtito prius de mandatario, & ſic de principali delinquentẽ *l.ſi is qui rem 68.§.ſi tu Titium, & ibi Bart.in fin.ff.de furt.* & tradunt *Surd. conſ.40 nu.9.lib.1. Decia.tract.crim. lib.9.cap.33.n.2.Hond.conſ.107.n.11. lib.2.Cartar. de execut.ſent.capt.bann.cap.1. nu.346.& ſeq.* vbi quãplures adducit de communi opinione teſtantes plenè *Farinac.de inquiſ.q.3.nu.1.* vbi dicit, hanc concluſionem procedere nemine diſcrepante, & *conſ.34.num.1.lib.1.Giurb.conſ.92.n.18.& conſ.97. nu.7.et ſeq.Ant.de Ball.tract.crim.lib.2.quæſt.9.nu. 16.Vermigl.conſ.27.nu.16.& conſ 45.nu.1.et conſ. 61. num.1.& ſeq.* & nouiſſimè *Zuffi.* ſiuè *Eminentiſſ.Card.Gualterius* apud eum *de legit.proc.lib.1.q. 66.n.9.et ſeq.* vbi dicit, hãc eſſe veriſſimã regulam. Mandatum enim tanquam quid accidens, non poteſt ſtare ſinè ſuo principali delinquente, & ſic mandatario *d.l.ſi is qui rem 68.§. ſi tu Titium, ff.de furt. Ang.de malef. in ver. & d. maleficia ſemper aſtitit num.20.et ibi Adden.Farinac.in d.quæſt 3.nu.2.ver. varia &c.& Zuffi.d.quæſt 66.nu.10.* Alias defenſio mandanti tolleretur, dùm non poſſet probare delictum non fuiſſe commiſſum à prætenſo mandatario, ſed ab alio, neq; mandatarium de tempore delicti fuiſſe in alio loco, & ſimilia, vt conſiderant *Farin.in d.q.3.n.3.Giurb.d.conſ.97. n.8.Felic. alleg. 167.nu 1 par.2.* & alij Doctores ſupra adducti.

2 Amplia primò d.concluſionem, vt habeat locum, non ſolùm in mandante, ſed etiam in auxiliatore, contra quem de auxilio procedi non poteſt, niſi conſtet de principali delinquente iux. doctrinam *Bart.in d.§.ſi tu Titium in fin.*& docent *Surd.d.conſ. 40.n.43.& 47.lib.1.* vbi teſtatur de communi opinione, *Maſc.de prob.cõcl.169.n.14.et ſeq.lib.1.Cart,*

de execut.ſent.cap.bann.cap.1.num.349. qui pariter dicit, hanc eſſe communem opinionem *Farinac de inquiſ.d.quæſt.3.num.4.* vbi plures dat concordantes, *& conſul. & mand. quæſt.131.num. 54. & ſeq.* vbi pariter alios refert, ita ſentientes quamplures, *& Ant. de Ball. tract. crim. dict. lib. 2. quæſt. 9. num. 15. & ſeq.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem debeat conſtare de mandatario, vt procedi poſſit contra mandantem, vt habeat locum, etiam quando certè, vel præſumptiuè conſtat de mandato dato certæ, & nominatæ perſonæ, ſed non conſtat quis nam fuerit occiſor, & ſic an homicidium fuerit commiſſum ab eo, cui fuerat datum mandatum, quia, tunc ratione dict. incertitudinis non poſſe procedi contra mandantem voluerunt *Burſatt.conſ.20.n.8. & 9.vol.1.Surd.d.conſ.40.nu.10. lib.1. Mar.Ant.reſol.47.ſub num.5.lib.3.Giurb.conſ.97. nu.19.* & ita ſentit *Farinac.conſ.102.num.31.poſt medium vol.1. Vermigl.conſ.27.num.1.* & nouiſſimè *Zuffi.de legit. proc.d.quæſt.66.num.19.& ſeq.*

4 Amplia tertiò d. concluſionem, vt non ſolùm debeat conſtare de mandatario, vt procedi poſſit contra mandantem, ſed etiam de eo conſtare debeat plenè, verè, & certè, puta, per teſtes, vel confeſſionem ipſius mandatarij, non autem per indicia, & coniecturas, & multò minùs per illius contumaciam, vt notat *Menoch.de arbitr.caſu 349.nu. 13.& caſu 352.in prin. Thob.Nonl. conſ.101.nu.7. Maſc.de prob.concl.169.nu.17.& ſeq. lib.1.Cartar. de execut.ſent.capt.bann. d.cap.1.num.348.& ſeq. Hond.d.conſ.107. nu.13. lib.1.& conſ.87.num.145. & ſeq.lib.2.Farinac.conſ.24.nu.11.lib.1.Giurb.conſ. 97.ſub nu.7. & Vermigl. conſ.79.num.6.*

5 Contrariam tamen opinionem, imò ſufficere de mandatario conſtare per indicia, & præſumptiones, vt procedi valeat contra mandantem, veriùs ſcripſerunt *Clar. in pract.§.fin. quæſt. 90. ver.ſcias etiam &c.* vbi dicit, ita practicari in illo Dominio Mediolani, & ibi *Baiar.num.9.& ſeq.* vbi dicit, ita ſemper vidiſſe, practicari in Statu Eccleſiaſtico, & in Regno Neapolitano, *& Farinac.de inquiſ d.q.3. num.5.ver.ego autem &c.* vbi dicit, ſupradictam contrariam opinionem, licèt communem, non eſſe veram, & contrarium practicari in Alma Vrbe, & quod alias, ſi eſſet expectãda mandatarij confeſſio, vel plena probatio per teſtes, multa delicta remanent impunita, licèt dicat non poſſe contra mãdantem, vel auxiliatorem procedi, niſi ei nominetur perſona principalis delinquentis, de qua aliquo modo conſtet, vt ibi per eum, qui hanc contrariam opinionem benè comprobat, cum eis concordant *Ant.de Ball.tract.crim.lib.2.quæſt.9.nu.16.Vermigl. conſ.45.num.2.* quando tamen mandans eſt contumax, vt poſſit contra eum procedi, ſecùs ſi mandans ſit carceratus, quia ad d.caſum, dicit, d. practicam non eſſe extendendam, ſed debere de mandatario tunc plenè conſtare, vt ibi per eum, & idẽ tradit *d. conſ. 61. num.2.& ſeq.* & ita ſentit etiam *Zuff.* ſeù Eminentiſs. D.Cardinalis Gualterius apud eum *d. quæſt.66. num. 31.& 32.*

6 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando mandatum eſt puniblle de per ſe, etiamſi ſit ſeparatum a delicto, & non ſit ſequutus effectus, pro vt eſt in delictis atrocibus, in quibus mandatum, etiam de per ſe, eſt punibile pœna extraordinaria, vt habetur in concluſione ſequẽti, quia tunc mandans poteſt ex illo puniri, etiam non conſtito de delicto mandatarij, vt voluerunt *Menoch.de arb.caſu 352.n.9. Farin.de inquiſ.d.q.3. n.6.et ſeq.* vbi hanc limitationem latè comprobat, & declarat, in quibus terminis procedat, *Ant.de Ball.tract.crim.lib.2.q.9.n.21.Giurb.d.conſ.97.nu.9. Vermiglio.d.conſ 27.num.19.& Zuffi.d.quæſt.66.nu 21.* vbi alios dat concordantes.

7 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando perſona mandatarij, & principalis delinquentis eſt incognita, & ita vt illius nomen ignoretur, quia tunc valet proceſſus factus contra mandantem, licèt ignoretur nomen mandatarij, vt tradunt *Natt.conſ.422.n.7.& ſeq. par.3.Clar. in pract.§.fin.q.89.ver ſcias autem in fin. Surd.d.conſ. 40.nu.10 in fin.Menoch.de arbit. d.caſu 352. nu.15. Decia.tract.crim.lib.7.cap.17.n.38.& lib.9.cap.33. ſub n.2 & Farin.de inquiſ.d.q.3.n.10.& ſeq.* vbi docet, quòd in d. caſu debet procurari per teſtes deſcriptio perſonæ mandatarij incognitæ per ætatẽ, ſtaturam capillos, veſtimenta, & ſimilia, alias inquiſitio non valebit, vt ibi per eũ, *Giurb.d.conſ.97. n.18.et 19.Mar.Ant. Macer.reſol.47.n.5.lib.3.Vermigl.conſ.27.n.18.et ſeq.* vbi dupliciter declarat d. limitationem, & nouiſſimè *Zuffi.* ſiue Eminentiſs. D.Card.Gualterius apud eum *de legit.proc.d.q.66. nu. 15. & ſeq* vbi quinq; diſtinguit caſus, & benè materiam declarat, videas ibi per eum, cum nimis longum eſſet omnia hic recenſere.

8 Licèt de veritate huius limitationis dubitauerint *Burſatt.conſ.20. nu.7.lib.1. Ant de Ball.tract.crim. lib.2.quæſt.9.num.18.& Zuffi.in d.quæſt.66.num.12. & ſeq.* qui alios dant concordantes.

9 Declara d. ſecundam limitationem, vt non habeat locum, quando ille, qui commiſit homicidiũ, ſiuè delictum, eſt perſona incerta, tàm reſpectu nominis, quàm reſpectu perſonæ, quia tunc ratione omnimodæ incertitudinis non poteſt agi contra mandantem, vt ſentit *Farin.de inquiſ.d. qu.3.n.10. ver ſublimitando &c* & not. *Mar.Ant.Macer.in d. reſol.47.n.5.& Zuffi.in d.q.66.n.15.qui n.11.* dicit, quòd, quando mandatarius eſt ignotus quoad nomen, ſubſiſtetur inquiſitio contra mandantem, ſed alia debere concurrere contra eum ad effectum procedendi ad vlteriora, vt ibi per eum.

A D D I T I O.

N.1. VBi habetur, quod non poteſt procedi contra mandantem niſi conſtito de mandatario adde *Farin. conſ.195.num.14.lib.2. & Scalo.in prax.torq. reos cap.13. num.50.* vbi dicit, neque mandantem, neque auxiliatorem torqueri poſſe non conſtito de principali delinquente, vt ibi per eum, & dixi latè ego *conſ.7. num. 1.& ſeq. poſt tract.de hæred.ſimpl.& benefic.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Mandatum in delictis atrocibus punitur pœna extraordinaria, etiam effectu non ſequuto.*

Secùs tamen eſt in delictis lenibus, num. 2.

Quæ concluſio procedit etiam in mãdatario, n. 3.

Non tamen habet locum in crimine aſſaſſinij, in quo punitur pœna ordinaria, num. 4.

RESOLVTIO VII.

Mandatum in delictis atrocibus an puniatur pœna extraordinaria etiam effectum non ſequuto.

1 Mandatum datum alicui ad delinquendum in delictis atrocibus conſideratur de per ſe, & eſt punibile pœna extraordinaria etiam effectu non ſequuto, ſecùs tamen in leuibus, vt tradunt *Plaza in epit. delic. cap. 15. num. 19. Vulpell. conſ. 24. num. 8. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 3. n. 41. Decia. tract. crim. lib. 9. cap. 36. num. 2. Natt. conſ. 422. num. 8. lib. 3. Menoch. de arb. caſu 352. nu. 9. Farinac. de inquiſ. quæſt. 3. n. 8.* vbi alios dat concordantes, *& in tract. de homic. quæſt. 124. num. 92.* vbi pariter alios adducit, ita ſentientes, *& de conſult. & mand. quæſt. 125. nu. 28. et quæſt. 123. nu. 128. Cabal. reſol. crim. caſu 242. nu. 22. & ſeq. cent. 3. Coſta de re integra diſt. 23. in fine,* & nouiſſimè *Zuff.* ſeu Eminentiſſimus D. Cardinalis Gualterius apud eum *de legit. proc. lib. 1. qu. 66. num. 21. & dixi reſol. præceden. num. 6.* vbi alios retuli, ita ſentientes.

2 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locum, vt dixi, in delictis atrocibus. ſecùs tamen eſt in delictis lenibus, in quibus mandatum non punitur, niſi ſequuto effectu, vt docent *Plaza in d. cap. 15. num. 15. Vulpell. d. conſ. 24. nu. 8. & ſeq. Farinac. in d. quæſt. 3. num. 8.* & clariùs *in tract. de homic. d. quæſt. 124. num. 92. ver. quando verò &c.* vbi alios adducit ita ſentientes quamplures. *Ant. Gomez d. cap. 3. n. 41* & alij Doctores ſupra proximè adducti.

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locũ etiam in mandatario, quem puniri pœna extraordinaria, ſuſcepto mandato, licèt non exequuto, in delictis atrocioribus, voluerunt *Gram. voto 8. ſub num. 11. & Plaza in epit. delict. d. cap. 15. ſub nu. 15. Baiar. ad Clar. § fin. quæſt. 89. n. 13.* cum quibus pertranſire videtur *Farin. de homic. d. quæſt. 124. nu. 93.*

4 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in caſu *cap. pro humani 1. de homic. in 6.* in quo mandatum habetur pro actu perfecto, & propter criminis atrocitatem punitur pœna ordinaria, etiam non ſequuto effectu, vt habetur ex verbis *d. cap. pro humani.* & tradunt *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 3. n. 10. Clar. in pract. in § aſſaſſinium ver. ſcias etiam &c. Decia. tract. crim. lib. 9. cap. 36. nu. 2. & 4. Cabal. reſol. crim. caſu 242. num. 2. & ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione, *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 2. quæſt. 9. num. 22. & Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 3. num. 7.* vbi dicit, hanc opinionem magis communem eſſe, *& conſ. 4. num. 3. lib. 1.* & latiùs teſtatur *in tract. de homic. quæſt. 123. nu. 77. & ſeq.* vbi refert contrarium tenentes, & plures ad hanc limitationem adaptat ſublimitationes, & præcipuè, vt non habeat locum, quando non fuit deuentum ad actum proximum, vt ibi latè per eum, cum quo concordat *Mar. Ant. Maceraten. reſol. 47. ante fin. lib. 3.* & idem met *Cabal. de omn. gen. hom. n. 506.*

SVMMARIVM.

1 *Mandans, & mandatarius, ſequuto delicto, pari pœna puniuntur.*

Etiamſi ſint plures mandatarij, & plures mandantes, num. 2.

Ac etiamſi vnus mandet alicui, & ille mandet delictum alteri, num. 3.

Ita vt mandans teneatur etiam ad refectionem damnorum, & intereſſe, num. 4.

Fallit concluſio. quando mandatarius exceſſit fines mandati, num. 5.

Et quando mandans revocauit mandatũ, n. 6.

Et quando mandatarius recuſauit mandatum, & poſtea occidit, num. 7.

8 *Mandans non punitur maiori pœna, quàm puniatur mandatarius.*

9 *Mandans an comprehendatur in ſtatuto loquente de faciente, remiſſiuè.*

RESOLVTIO VIII.

Mandans, & mandatarius ſequuto delicto an pari pœna puniantur.

1 Mandans, & mandatarius, delicto conſumato, & ſequuto, pari pœna punitur, vt tradunt *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 3. num. 39.* vbi teſtatur de communi opinione, *Menoch. de arb. caſu 353. num 2. Decian. tract. crim. lib. 9. cap. 39. nu. 1. Baiar. ad Clar. § fin. quæſt. 89. nu. 6.* plenè *Farinac. de conſult. & mand. quæſt. 135. num. 1.* vbi alios concordantes adducit, *& conſ. 4. num. 2. & conſ. 66. num. 11. lib. 1. Giurb. conſ. crim. 7. nu. 10. Cabal de omn. gen. homic. nu. 264. reſol. crim. caſu 241. in prin. cent. 3.* vbi dicit, hanc eſſe opinionem magis communem, & tenendam in terminis iuris communis, & quamplures adducit ita ſentientes, *& Guazz. defen. 28. cap. 18. num. 7.*

Qui enim per aliũ facit per ſe ipſum facere videtur *l. 1. § deieciſſe ff. de vi, et vi arma l. ita autẽ 5. § geſſiſſe ff. de admin. tuto. cap. qui facit 72. de reg. iur. in 6.* in his terminis *Farinac. d. conſ. 66. nu. 11. et P. Graſſett. de nece prodit. § 20. num. 6* & paria ſunt quod quis delinquat, vel cauſam delinquendi præſtet *Caball. de omn gen. homic. n. 372. P. Sanch. de matrim. lib. 3. diſp 49. in prin. et P. Graſ. d. § 20. n. 2.* vbi dicit, quod mandans appellatur cauſa efficiens moralis, vt ibi per eum, & non deſunt Doctores volentes delictũ mandantis, & facientis eſſe vnum numero, vt per *Vermigl. conſ. 341. num. 4. & ſeq.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum, etiamſi mandantes ſint plures, & plures mandatarij, quia omnes, & ſinguli eadem pœna puniuntur ad tex. *in l. ſi quis id quod 7. in fin. et ibi not. Bartol. Caſtr. Odofr. Iaſ. et alij ff. de iuriſd. omn. iudi. Plaza in epit. delict. lib. 1. cap. 15 num. 8. et 10. Decian. tract. crim. lib. 9. cap. 36. num. 37. Baiar. ad Clar. §. fin. q. 89. nu. 6.* plenè *Farinac. de conſul. et mand. d. quaſt. 135. nu. 10.* vbi alios, ita ſentientes refert quamplures, & dicit hanc ampliationem non habere locum in leuibus delictis, vt ibi per eum.

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum, etiam quando vnus mandat alicui delictum committendum, & ille mandat illud alteri quia omnes eadem pœna plectuntur, vt not. *Angel. de maleſ. in verſ. & Sempronium mandatorem num. 6. & ibi Adden. num. 17. Plaza in epit. delict. lib. 1. cap. 15. n. 8. Decia. tract. crim. lib. 9. cap. 36. nu. 37. Baiar. ad Clar. d. quaſt. 89. num. 6. Bertaz. conſ. 341. num. 6. lib. 2.* quem refert, & ſequitur *Giurba d. conſ. 7. nu. 10.* benè *Cabal. reſol. crim. d. caſu 241. num. 6. et ſeq. cent. 3.* & ita ſentit etiam *Guaz. defen. 28. c. 18. nu. 7.*

4 Amplia tertiò d. concluſionem, vt mandans aliquem vulnerari, vel occidi teneatur ad refectionē damnorum, & intereſſe, ſicuti tenetur ipſe mandatarius, vt voluerunt *Pariſ. conſ 87. num. 18. lib. 4. Decia. tract. crim. lib. 9. cap. 39. nu. 17.* vbi dicit mandatario exiſtente non ſoluendo teneri pro eo mandantem, *& Farinac. de conſult. & mandat. d. quaſt. 135. num. 3.*

5 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando mandatarius exceſſit fines mandanti, quia tunc mandans non punitur eadem pœna, ſed mitiori Iudicis arbitrio, vt voluerunt *Decian. tract. crim. lib. 9. cap. 36. num. 5. Farinac. de conſult. & mand. quaſt. 135. num. 18.* & latiùs *num. 150. & ſeq.* vbi teſtatur de vera, & cōmuni opinione, & plurea ad d. limitationem accommodat ampliationes, & limitationes, quas vide ibi per eum, *et conſ. 104. nu. 13. & ſeq. lib. 1.* & cum d. limitatione pertranſit etiam *Vermigl. conſ. 16 ferè per tot, et conſ. 29. num. 11.* & quando eſt in poteſtate mandatarij fines mandati ſeruare *Illuſtriſſ. Sperell. deciſ. 20. nu. 41. per t.* & idem voluit inſecutu *Giurba conſ. 46. nu. 32.* vbi plenè, & vide *Reſolut. 10. per tot.*

6 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locū, quando mandans reuocauit mandatum, & mandatarius poſt reuocationem delictum commiſit, quia tunc mandans non tenetur, d. Pœna, vt dicit *Farinac. de conſult. & mand. d quaſt. 135. n. 19.* & latiùs *num. 174. & ſeq.* de quo dixi plenius *in Reſolut. ſeq.* videas ibi.

7 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat lolocum, quando mandatarius mandatum, puta, de occidendo, vel vulnerando recuſauit, & poſtea poſt recuſationem occidit, vel vulnerauit, quia tunc mandans non tenetur ad pœnam cum mandatarius ex mandato deliquiſſe non dicatur, vt adnotarunt *Plaza in epit. delic. lib. 1. cap. 15. num. 7. Gabr. comm. concl. de maleſ. concl. 1. num. 39.* vbi alios dat concordantes, *Decia. tract. crim. lib. 9. cap. 36. num. 24.* etiamſi mandatum acceptauit, & poſteà repudiauit, vt ibi per eum *Cabal. reſol. crim. caſu 242. num. 26. & ſeq. & Farinac. de conſult. & mand. d. q. 135. num. 20. 21. & ſeq.* vbi probat, hanc limitationem habere locum ſiuè mandatarius poſt recuſationem occidit ex interuallo, ſiuè incontinenti, vt ibi per eum, licèt locum eſſe pœnæ extraordinariæ contra mandantem in crimine aſſaſſinij voluerit idem *Farin. de pœna affec. in crim. aſſaſ. q. 123. n. 128.* & etiā in delictis atrocioribus *Cabal. vbi ſupra, num. 30.*

8 Declara d. concluſionem, quod mandans, non punitur maiori pœna, quam puniatur mandatarius, vt not. *Menoch. de arb. caſu 353. n. 7. ver. tertio ego &c. Decia. tract. crim. lib. 9 cap. 39. n. 6. & Farin. de conſult. et mand. d. q. 135. n. 41.* quæ declaratio videtur pendere ab illa quæſtione, an mandans magis dicatur delinquere, quàm mandatarius, de qua agit *Farinac. in d. q. 135. nu. 6. & 7. & conſ. 85. nu. 76. lib. 1.*

9 Vtrum verò mandans dicatur verè, & propriè agere, & delinquere, vel potiùs fictè, & impropriè, & ſic an comprehendatur in Statuto puniente aliquod delictum, & loquente in faciente, eſt quæſtio ſatis controuerſa inter Doctores, quam examinant latè *Decia. tract. crim. lib. 9. cap. 39. n. 10. Farin. de conſul. et mand. d. q. 135. nu. 96 et plur. ſeq. et conſ. 30. n. 50. et n. 74. et ſeq. et conſ. 66. num. 1. et conſ. 85. n. 76. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 4. q. 7. per tot. Mari. Ant. reſol 69. lib. 1. per tot. & P. Graſſ. de nece prod. ſ. 20. nu. 112 & plur. ſeq.* ipſos conſulas.

S V M M A R I V M.

1 *Mandans delictū committi non punitur, ſi reuocet mandatum, antequam illud fuerit commiſſum.*

Quod procedit, tàm in reuocatione expreſſa, quàm in tacita, num. 3.

Et quando illud fuit commiſſum poſt tempus datum mandatario, num. 4.

Debet tamen reuocatio mandati, mandatario notificari, vt operetur, num. 5.

Et concluſio procedit quoad pœnam ordinariam tantùm, num. 6.

Licèt id non placeat Farinac. *ibi relato, qui reijcitur, num. 7.*

Reuocatio tamen mandati non eſt notificanda offendendo, ſecùs eſt quoad reuocationem conſilij, quæ eſt ei intimanda. n. 8.

2 *Mandatum per reuocationem extinguitur re integra factam.*

RESOLVTIO IX.

Mandans delictum committi an puniatur ſi reuocet mādatum antequam illud fuerit commiſſum.

1 MAndans, delictum committi, non venit puniendus, ſi reuocauit mandatum, & mandatarius poſt reuocationem illud committat, vt tradunt *Plaza. in epit. delict. lib. 1. c. 15. ſub n. 7. Ant. Gomez. var. reſol. tom. 3. c. 3. n. 40.*

vbi

vbi teſtatur de communi opinione, *Menoch. de arb. caſu 352. num. 7. Decian. tract. crim. lib. 9. cap. 36. n. 52. Farinac. de conſult. & mand. quæſt. 135. nu. 174.* alios adducens, ita ſentientes quamplures, *& conſ. 66. num. 16. lib. 1. Caball. reſol. crim. caſu 242. num. 3. & ſeq. cent. 3. Roſental. de feud. cap. 10. concl. 29. num. 5. et ſeq. et Coſta de re integr. diſtin. 23. num. 3.*

2 Mandatum enim per reuocationem illius factam per mandantem re integra extinguitur *§. rectè quoque*, & ibi not. communiter ſcribentes *Inſtit. de mandat.* & not. *Card. Tuſch. pract. concl. litt. M. concl. 65. num. 25. et litt. P. concl. 860. num. 1. et ſeq. Card. Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 21. num. 1. et ſeq. Hedier. ad Surd. deciſ. 23. num. 5. Cartic. centr. 452. num. 14.* ita vt plus ſit, mandatum fuiſſe reuocatum, data ſcientia mandatarij, quam mandatum non eſſe factum, quia tunc mandatarius agit contra domini voluntatem *cap. ex parte Decani 33. in fin. et ibi gloſ. de reſcrip. Card. Mant. d. tit. 21. num. 2.* & ante eum *Staphi. de liter. gratia in tit. commiſſio an non decur ſuper valid. proc. num. 7.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum tam in reuocatione mandati expreſſa, quam etiam in tacita, veputa, quia mandans fecit parentelam, vel iniuit pacem cum ſuo inimico, vel magnam amicitiam cum eo contraxit, quem occidi mandauerat, quia, ſi mandatarius, habita notitia de d. parentela, ſiuè pace, vel magna amicitia illum occiderit, vel offenderit, mandans non tenetur, vt ſcripſerunt *Ang. de maleſ. in ver. et Sempronium mandatorem num. 15. Plaza in epit. delict. lib. 1. cap. 15. ſub num. 7. poſt medium, Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 3. num. 40. Decian. tract. crim. lib. 9. cap. 36. num. 33. Farinac. de conſult. et mandat. d. quæſt. 135. num. 175. et ſeq.* vbi alios dat concordantes quamplures, & agit, an ſufficiat reuocatio mandati tacita reſultans ex inimicitia ſubſequuta inter mandantem, & mandatarium, vt ibi per eum, cum quibus pertranſit etiam *Cabal. reſ. crim. d. caſu 242. num. 8. 9. et ſeq.* vbi requirit, notificationem fieri mandatario de d. parentela, pace, vel magna amicitia ſubſequuta cum occidendo poſt datum mandatum, maximè, quando mandatarius de illis potuit habere probabilem ignorantiam, vt ibi per eum, oce oon *Cardinal. Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 22. num. 14.*

4 Amplia ſecundo d. concluſionem illatiuè, vt mandans, delictum, & homicidium committi intra certum tempus, puta, intra quindecim dies, vel intra menſem, & ſimil. ſi delictum committatur per mandatarium poſt d. tempus, mandans non teneatur, cum poſt dictum tempus non cenſeatur mandaſſe ad tex. *in l. diligenter 5. ff. mand. & in §. mandatum Inſtit. de mandat.* & tradunt *Salic. in l. non ideò minus 5. quæſt. 4. nu. 13. C. de accuſ. Adden. ad Angel. de maleſ. in ver. & Sempronium Rodulphi in 5. quæſt. ſub num. 15. in princ.* quos refert, & ſequitur *Cabal. reſol. crim. d. caſu 242. num. 17. et ſequen. Decian. tract. crim. lib. 9. cap. 36. num. 10.* & benè comprobat loquendo de mandato facto ad certum tempus, *Cardin. Mantic. de tacit. d. lib. 7. tit. 22. num 29. & 30.*

5 Limita primò d. concluſionem vt habeat locum, dummodo reuocatio mandati ſit intimata, & notificata mandanti, quia, ſi mandatarius non habuerit ſcientiam de pœnitentia, & contraria voluntate mandantis, & interim delictum committat, & mandatum receptum exequatur mandans non excuſatur, ſed de mandato puniri poteſt, vt tradunt *Adden. ad Ang. de maleſ. ind. verb. & Sempronium mandatorem ſub num. 15. Plaza in epit. delict. lib. 1. cap. 15. num. 7. Decian. tract. crim. d. lib. 9. cap. 36. num. 23. Farin. de conſult. & mandat. d. quæſt. 135. num. 181.* vbi alios dat concordantes quamplures more ſuo, *Vulpell. conſ. 111. num. 4. Cabal. reſol. crim. d. caſu 242. num. 3. et plur. ſeq.* vbi hoc extendit, etiam ad reuocationem mandati tacitã per pacem, parentelam, & ſimilia, quam etiam, eſſe mandatario notificandam, dicit, vt ibi per eũ, & *Coſta de re integr. d. diſt. 23. ſub num. 4.*

6 Limita ſecundò d. concluſionem, vt habeat locũ, quoad pœnam ordinariam, ſecus tamen quoad extraordinariam, quam mandantem incurrere, ſi ſequatur delictum etiam d. reuocatione non obſtãte in atrocioribus delictis, ſecus tamen in leuibus voluerunt *Menoch. de arbitr. d. caſu 352. num. 8. Decian. tract. crim. lib. 9. cap. 36. num. 32. in fin. & Caball. d. caſu 242. num. 18. & ſeq.* vbi dicit hanc limitationem habere locum non ſolum in reuocatione expreſſa, ſed etiam in tacita inducta ob lapſum temporis, vel ob ſequutam pacem, vel parentelã, vt ibi per eum dicentem, hanc eſſe veriſſimam reſolutionem, & *Coſta de re integr. d. diſt. 23. in fin.* vbi etiam alia tequi it, vt ibi per eum.

7 Licèt hæc ſecunda limitatio non placeat *Farin. in d. quæſt. 135. num. 188.* illam reſtringens ad crimen aſſaſinij, vel quando mandans reuocationem mãdati mandatario non notificauit in quo *Farinac.* labi videtur ſaltem quoad ſecundùm caſum, cum mandans non excuſetur a pœna ordinaria, quando reuocationem mandati mandatario non notificauit, vt volunt *Doct. adduct. ſupra num. 5.* & alij adducti per eundem *Farinac. in d. quæſt. 135. nu. 181.*

8 Addo pro coronide, quòd, licet mandans, reuocato mandato, & intimata mandatario reuocatione, non teneatur de delicto poſt illam ſequuto, etiamſi d. reuocationem occidendo non notificauerit, vt docent *Farinac. in d. quæſt. 135. num. 178. et Cabal. d. caſu 242. num. 7. et ſeq.* ſecùs tamen eſt in conſulente delictum, & homicidium, cui non ſufficit ad euadendam pœnam contrarium ſuadere ſed etiam tenetur denunciare offendendo, vt ſibi caueat, tacita tamen perſona, a qua debet cauere, niſi firmiter, & probabiliter credat, quòd poſt reuocationem conſilij tenoeetur ille, cui conſultum eſt homicidium, & delictum a propoſito occidendi, vt docet *Innoc. in cap. ad audientiam 12. num. 2. de homic.* & poſt *Bart. Bald. Salic. Ang. et Ghirlan.* per eum relatos tradit *Ant. Gomez. var. reſol. tom. 3. cap. 3. num. 44.* vbi dat rationem differentiæ, *Cabal. d. caſu 242. num. 5. et num. 11.* vbi dicit, hoc eſſe notan-

notandum, ne erretur cum *Capoll.* in loco per eum relato, *et Decian. tract. crim. lib. 9. cap. 36. num. 35.* alios dat concordantes, & dicit, ita omnes Doctores tenere.

SVMMARIVM.

1 *Mandans aliquem alapa, baculo percuti, ſeù ſfriſari, ſi mandatarius illum occidat, mandans non tenetur pœna ordinaria, ſed extraordinaria tantùm.*

Licèt contrarium teneant aliqui, n. 2.

Maximè, quando mandans expreſsè prohibuit occiſionem. n. 3

Etiamſi mandetur, occidi vnum, et mandatarius occidat alium, n. 4.

Et quando mandatur id, quod non tendebat ad exceſſum ſequutum, n. 5.

Fallit concluſio, quando mandatarius exceſſit præſente mandante, n. 6.

Et quando datum fuit mandatum de vulnerando, n. 7.

Licèt contrarium teneant aliqui Doctores, n 8.

Etiam quòd mandans vulnerari, prohibuerit occiſionem, n. 9.

Contrarium tamen tenent plures., n. 10.

11 *Mandans non tenetur de exceſſu mandatarij, quãdo fuit mandatum id, quod erat in poteſtate mandatarij non excedere, aliàs ſecus.*

RESOLVTIO X.

Mandans aliquem alapa, baculo, percuti, ſeù ſfriſari, ſi mandatarius illum occidat mandans an puniatur pœna ordinaria.

1 MAndans ſi iubeat id, quod de ſui natura mortem inferre non ſolet, vt puta, alium pugno, alapa, ſeù baculo percutere, in facie cicatricem facere, & ſimilia, ſi mandatarius excedat percutiendo in capite, vel alio modo, ita vt illum occidat, non tenetur mandans de exceſſu, & ſic pœna ordinaria mortis, ſed extraordinaria tantum, vt tradunt *Gram. conſ. 20. num. 1. et ſeq. Plaz. in epit. delict. lib. 1. cap. 15. in princ. Boſſ. in pract. in tit. de mandat. ad homic. n. 10. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 89. num. 5. Menoch. de arb. caſu 352. num. 4. et* 5. vbi plures dat concordantes *Farinac. de conſul. et mandat. quæſt. 135. num. 152. et ſeq.* vbi alios refert, ita ſentientes quamplures, licèt aliquem faciat difficultatem in mandato ad ſfriſandum, in quo, ſequuta morte, in omnem caſum vult intrare pœnam triremium, vt ibi per eum, latè *Cabal. de omn. gener. homic. num. 240. & ſeq. & nu. 269. & ſeq.* benè comprobans, *Adden. ad conſ. 32. Farinac. litt. A. in vlt. concl. lib. 1. idem Farinac. conſ. 221. num. 3. lib. 3.* quem refert, & ſequitur *Giurb. conſ. 46. num. 32.* vbi teſtatur de veriori opinione, quam ſequuntur etiam, *Gratian. diſcep. forenſ. cap. 619. num. 12. par. 4. & Vermigl. conſ. 14. num. 2. & num. 5. et conſ. 16. num. 48.* vbi hanc dicit communem opinionem, *& num. 42.* loquitur de mandato ad rumpendum brachium, *& conſ 29. num 8. & ſeq.* vbi hanc dicit receptiſſimam opinionem.

Delictum enim, quod principaliter fieri proponit mandans ad aliam delicti ſpeciem diuerſam ſui natura tranſire non debet *Pariſ. conſ. 161. num. 17.* qui loquitur in terminis noſtris *lib. 4. Riminal. Iun. conſ. 420 num. 4. Decian. conſ. 4. num. 18. lib. 3.* quos vna cum alijs pluribus refert, & ſequitur *Giurb. d. conſ. 46. ſub num. 32.* maximè cum mandans aliquem offendi cum alapa, ſeù baculo, vel ſfriſari in facie non præſumatur habuiſſe animum occidendi, vt conſiderant *Gram. d. conſ. 20. per tot. Farinac. in d. quæſt. 135. num. 153. Giurb. d. conſ. 46. num. 31. & Cabal. de omn. gener. homic. num. 252.* ſinè quo non intrat pœna vitæ, vt latè comprobat *Pariſ. d. conſ. 161. num 12. & ſeq. & Cabal. de omn. gener. homic. num. 250. & ſeq.*

2 Quicquid contrarium, imò mandantem aliquem baculo percuti, ſequuta morte, puniendum eſſe pœna ordinaria, ſi non prohibuit percuti in capite vel ſi baculus non erat paruus, voluerint *Capol. conſ. crim. 34. n. 24. & ſeq. Io: Iacob. Panic. inter conſ. Farinac. conſ. 32. num. 1. & ſeq. & Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 3. num. 18. in fin.* contra quos adeſt verior, & magis recepta opinio, de qua ſupra.

3 Amplia primò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando mandans expreſsè prohibuit, quod verberandus, & offendendus non occidatur, quia tunc mandans nullo modo tenetur de exceſſu mandatarij, vt not. *Marſil. conſ 77. per tot. Gram. d. conſ. 20. per tot. Pariſ. d conſ. 161. num. 18.* vbi dicit, hoc eò magis procedere, quando fuit mandatum percuti in ſpatulis *lib. 4. Giurb. d. conſ. 46. num. 32.* & ita ſentit etiam *Farinac. de conſult. & mand. d. quæſt. 135. num. 154.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum, etiam in mandante occidi vnum, puta, Titium, & mandatario occidente alium, puta, Sempronium, quia mandans in d. caſu non tenetur de occiſo pœna ordinaria, ſed extraordinaria tantùm Iudicis arbitrio, vt ſcripſerunt *Decian. tract. crim. lib. 9. cap. 36. num. 9. Farinac. de conſult. & mandat. d. quæſt. 135. num. 159. & Vermigl. conſ. 23. num. 9.* & an dominus fiat irregularis ex homicidio voluntario, vel caſuali, dum commiſit famulo, quòd occidat Ioannem, & ille occidit Franciſcum monet quæſtionem *Illuſtr. D. Proſper Fagnanus in cap. ad audientiam 12. num. 58. de homic.* ipſum conſulas.

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt mandãs eò magis non teneatur de exceſſu ſequuto, quando mãdauit aliquod, quòd nõ tendebat ad exceſsũ ſubſecutũ vt puta, ſi mandauit rapi mulierem libidinis cauſa quia, ſi ex raptu ſequatur homicidium; mandas de eo non tenetur, ſed de raptu, cum dans operam rei illicitæ non teneatur de eo, quòd ſequitur, quãdo illa res illicita non erat præordinata ad caſum, vt ſcripſerunt *Plaza in epit. delict. lib. 1. cap. 15.*

num.

num.20. Baiar.ad Clar.§.fin.quaſt.89. num.18. Decian.tract.crim.lib.9.cap.36.num.6.in fin. Farinac. de conſul.& mand. d.quaſt.135 nu.158 plene *Adden. ad Farinac. in d.conſ. 32. verſ.ſexta concluſio &c. lib. 1.*

6 Limita primò d.concluſionem, vt non habeat locum, quando mandatarius exceſſit fines mandati præſente mandante vidente percuſſiones graues, & periculoſas, & aptas ad occidendum, & non contradicente, quia tunc illum teneri de exceſſu voluerunt *Decian.tract.crim.lib.9.cap.36.num.13.Baiar.ad Clar.§.fin.quaſt.89.num.17.& Farinac.de conſult.& mand.d.quaſt.135.num.165.& in conſ. 211.num.15.lib.3.* vbi *num.4 & ſeq.* extendit hanc limitationem, quando ex coniecturis appareret de animo occidendi mandantis, vt ibi per eum.

7 Limita ſecundò d.concluſionem, vt non habeat locum, quando actus demandatus eſt talis vt ex eo ſequi poſſit mors, vt ſi ſit datum mandatum de vulnerando, quia tunc, ſi mandatarius exceſſerit, ita vt mors ſit ſequuta, mandans tenetur de exceſſu, & ſic de occiſo, cum vulnera dari non poſſint ad pondus, & menſuram, & ideò mandans cogitare debebat, quòd ex vulneribus de facili ſequi poteſt mors, vt adnotarunt *Ant.Gomez var.reſol. tom.3. cap.3 ſub num.18.Clar.in pract.§.fin.quaſt.89.nu.5.* vbi teſtatur de communi opinione *Decia.tract.crim.lib.9.cap.36.n.6.* vbi dicit, quod ita omnes Doctores concludunt *Menoch.de arbitr.d.caſu 352. num.2.* vbi dicit, ab hac opinione non eſſe recedendum, *Monticell.reg.crim.7.num.58.& 62.* vbi dicit, hanc limitationem eò magis procedere in mandante membrum alicui mutilari, quem vna cum alijs pluribus refert, & ſequitur *Farinac. de conſul & mand. d. quaſt. 135. num. 168.* vbi dicit, hanc opinionem eſſe magis cõmuniter receptam per Doctores, & limitat non procedere, quando mandauit vulnerari cum gladio, ita paruo, qui non eſſet aptus ad occidendum, *& in d. conſ.211.lib.3.* quam comprobat *Giurb.d.conſ.46.num.32.verſ.aut actus &c.* & teſtatur de veriori opinione, quam communem etiam dicunt *Adden.ad Farinac.d.conſ. 32.litt.A.in prin.* & illam ſequitur etiam *Caball.de omn gener.homic. num.269. & ſeq.*

8 Licèt contrariam opinionem, imò mandantem vulnerari non teneri de exceſſu, ſequuta morte, tenuerint *Decian. conſ. 482. per tot. & conſ. 622. per tot. Plaza in epit.delict. lib. 1. cap.15. in princ. Ant.Galeat.conſ.111. inter conſ. crim. diuerſ lib.1.* qui in fine teſtari videtur de communi, & veriori opinione, & de magis communi teſtatur *Brun. à Sole quaſt.34. num. 44. & ſeq. Decian. ſibi contrarius d.lib.9. cap.36. nu. 5.* & alij relati per *Adden. ad d.conſ.Farin. 32.lit. A.verſ.ſed contrarium &c.*

9 Amplia d. ſecundam limitationem, vt habeat locum etiamſi mandans expreſsè prohibuerit, ne mandatarius occidat, quia adhuc mandans tenetur de exceſſu, cum debeat cogitare, quod ex vulneribus de facili ſequitur mors, & quod vulnera dari non poſſunt ad menſuram, vt voluerunt *Grama. d.conſ.20.num.2.in fin.Menoch.de arbitr.d.caſu 352 num.2.Decian.tract.crim.lib.9.cap.36.num.12.* latè *Capoll.conſ.crim.34. num. 23. & ſeq.* vbi hanc opinionem dicit veriorem, & tenendam in iudicando, & omnibus contrarijs reſpondet, *Baiar. ad Clar.§. fin. quaſt.89.num. 15.* late *Farinac. de conſult. et mand.d.quaſt. 135. num. 172. et ſeq.* vbi alios dat concordantes quamplures, & hanc opinionem dicit veriorem, & magis communem, & ab illa non eſſe recedendum, *et in conſ.211. num.14. lib.3. et Giurb.d.conſ.46. num.32. verſ. aut actus, &c.* vbi adducit ita ſentientes, cum quibus pertranſit *Caball. de omn.gen. homic. num. 269. et ſeq.*

10 Contrariam tamen opinionem imò mandantem non teneri de exceſſu dato mandato ad vulnerandum cum prohibitione mandatario ne occidat cũ tunc videatur mandaſſe vulnus infligi leue, non lætale, & in parte corporis periculo minus obnoxia, & ſic non adfuiſſe animum occidendi tenuerunt illi tres Conſulentes *inter conſ. Capol.conſ.35 36.et 37. Ant.Galeat.in d conſ.111.inter conſ.crim. diuerſ.lib.1.* vbi dicit in fine contrariam opinionem *Capol.d.conſ.34.* eſſe reprobatam, quam opinionẽ veriorem, & communem dicit *Fachin.contron.iur. lib.1. cap. 36.per tot.* vbi contrarijs reſpondet, & alij relati per *Farinac.d.quaſt.135.num.172.* qui teſtantur de humaniori opinione.

11 Declara d.concluſionem vna, cum ampliationibus, & limitationibus ſeq. vt mandans tunc demum non teneatur de exceſſu mandatarij, quando fuit ma datum aliquid, quod erat in poteſtate mãdatarij non excedere, & excedere voluit, ſecùs ſi quod ſuit mandatum eſt tale, quod non erat in poteſtate mandatarij non excedere, vt declarant *Bald.in l.non ideo minus 5.n.29. C.de accuſat. Ang. de mal. in verb et Sempronium mandatorem n.39.Baiar.ad Clar.§.fin.qu.89.n.17.Menoch. de arbit.d.caſu 352. num.3. Decian tract.crim. lib.9. cap.36. num.6.* vbi dicit, quòd ita tenent communiter omnes Doctores *Farinac.de conſult. et mandat. d. quaſt.135.nu. 163. et ſeq.* vbi ampliat, hanc declarationem habere locum etiam in mandato tacito, vt ibi per eũ cum quibus pertranſit *Illuſtriſ. Sperell. deciſ. 20. num. 41. par. 1.*

A D D I T I O.

N.3. VBi habetur, quod mandans non tenetur de exceſſu commiſſo per mandatarium quando prohibuit, ne percutiendus occidatur adde *Farin. conſ.211.n.3.lib.3.*

S V M M A R I V M.

1 *Mandatarij depoſitio ſola non facit indicium ad torturam contra mandantem.*

Imò neque ſufficit ad capturam, n. 2.

Contrarium ſentire videtur Farinac. *relatus, num. 3.*

Etiamſi mandatarij eſſent duo non faciunt indicium ad torturam, n.4.

Contrarium tenent plures Doctores, n.5.

Et

Et licèt mandatarius acceptauerit mandatum, ſiuè non, num.6.

Licèt aliqui contrarium teneant, n.7.

Et eò magis, quando mandatarius patitur aliũ defectum, num.8.

Et quando agitur contra virum bonæ conditionis, et famæ, n.9.

Fallit concluſio, quando, cum dicto mandatarij concurrit alia præſumptio, n. 10.

Dicta præſumptio debet eſſe proxima delicto, aliàs ſecùs num.11.

Contrarium tenent aliqui Doctores, n.12.

Etiamſi depoſitio mandatarii aſſaſſini ſit adminiculata, aliàs ſecùs, n.13.

Mandatarij dictum ſufficit ad inquirendum generaliter, num. 14.

Illius tamen exculpatio iuuat mandantem, n.15

16 *Mandatarij depoſitio facit indicium, quando concurrunt requiſita, de quibus.*

17 *Mandatarius, quando poſſit de mandante interrogari lubes.*

RESOLVTIO XI.

Mandatarii depoſitio ſola an faciat indicium ad torturam contra mandantem.

1 MAndatarij depoſitio ſola non facit indicium ad torturam contra mandantem, vt tradunt *Boſſ. in pract. in tit. de indic. et conſider. ant. tort. num.154. et ſeq. Rolan. conſ.14. num.48. et ſeq. lib.4. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 21. ver. ex hac &c.* vbi teſtatur de communi opinione, & ita ſemper ſeruari vidiſſe, *Eugen. conſ. 27. num. 46. et ſeq. lib. 1. Decian. tract. crim. lib.9. cap.34. num.30. Hond. conſ.93. num.34. & ſeq. lib.2.* plenè *Farinac. de indic. & tort. quæſt.44 num.2.* vbi quamplures adducit ita ſentientes benè comprobat, & contrarijs reſpondet, & ampliat hanc concluſionem, vt habeat locum etiam in crimine læſæ maieſtatis, vt ibi per eum, *Farinac. ſeù alius apud eum conſ. 10. num. 31.* vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione, & ampliat, hanc concluſionem habere locum etiam in crimine aſſaſſinij, vt ibi per eum, *& num.55. & conſ.55 num.34. lib.1. & conſ.182. num.18. lib.2. Ant. de Ball. tract. crim. lib.1. quæſt.20. num. 1. & Vermigl. conſ.24. num.1. & conſ.105. num.4.* vbi loquitur in crimine aſſaſſinij, *& conſ. 171. num. 24. & conſ. 335. num. 8.*

Mandatarius enim, acceptando mandatum, efficitur criminoſus, & infamis, & ideò repellitur a teſtificando, & ſic non poteſt facere indicium ad torturam contra mandantem, vt docent *Pariſ. conſ. 151. num. 6. et ſeq. lib. 4. Rolan. conſ. 73. num.16. lib. 1. Farinac. d. quæſt.44. num. 4.* & alij Doctores ſupradicti, & dixi infra in verb. *Socius, Reſolut. 2. num.1.* & ne ſit in facultate cuiuslibet ribaldi ſubijci facere ad torturam quemlibet bonum virum, vt addunt *Farinac. et Vermigl.* in loc. ſupra adductis.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt depoſitio ſola mandatarij non ſolum non faciat indicium ad torturam, imò neque ſufficiat ad capturam, vt voluerunt *Decian. tract. crim. d. lib.9. cap.34. ſub num. 30. Hond. conſ.87. num.150. lib. 2.* & quando mandatarius patitur alium defectum *Silueſt. Aldobr. inter conſ. Farinac. conſ.19. num.18. lib.1.*

3 Licèt contrarium ſuaderi poſſit ex not. *per Farinac. de indic. et tort. d. quæſt.44. num.22.* vbi dicit, depoſitionem mandatarij nõ ſolùm ſufficere ad inquirendum generaliter, ſed etiam ad tranſmittendam inquiſitionem, quando ille poteſt de mandante interrogari, vnde eò magis debet ſufficere ad decernendam capturam.

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum, etiamſi mandatarij eſſent duo, quia neque illos facere indicium ad torturam contra mandantem, niſi alia concurrant, voluerunt *Rolan. conſ.73 num.16. lib. 1. Maſcar. de prob. concl.1318. num.19* vbi plures dat concordantes, & ampliat maximè quando contra eos adeſſet aliqua contrarietas, *lib. 3. Bertaz. conſ.116. nu.23. lib. 1. Ant. de Ball. tract. crim. lib.1. quæſt. 20. num. 2. Farinac. conſ. 182. num.18. lib 2.* & de duobus mandatarijs loquitur *Ciriac. controu. 485. num. 17. & Honded. conſ. 93. num. 28. lib. 2.*

5 Contrariam tamen opinionem, quando mandatarius poteſt de mandante interrogari, quod quãdo fieri poſſit, declarat *Farinac. de indic. & tort. d. quæſt.44. num.1.* duorum mandatariorum depoſitiones, ſi ſint conteſtes, & circa idem mandatum, facere contra mandantem indicium ad torturam, cum vnius dictum coadiuuetur ex dicto alterius, arguendo a ſocijs ad mandatarios, voluit idem *Farinac. in d. quæſt 44. num. 7. et ſeq.* & ego dixi infra in materia ſociorum criminis in verb. *Socius, Reſol. 2. num.* . . .

6 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum ſiuè mandatarius mandatum acceptauerit, ſiuè non, quia adhuc etiam, mandato non acceptato, non facit indicium contra mandantem, ne ſit in facultate cuiuslibet ſceleſti hominis bonum virum torturæ ſubijci facere, quod ſatis inhumanum eſſet, vt latè tuetur *Marſil. in pract. §. diligenter, num.37. et ſeq.* quem ſequuti ſunt *Clar. in pract. §. fin. quæſt.21. verſ. ex hac concluſione &c.* vbi teſtatur de communi, & ſeruata opinione, *Rolan. conſ.14. num.7. et ſeq. lib.4.* qui pariter hanc, dicit, communem eſſe opinionem, *Farinac. de indic. et tort. d. quæſt.44. num.16. et in conſ. 99. num.45. lib. 1.* vbi hanc, dicit, receptam opinionem, *et conſ. 192. num.22. lib.2.* vbi teſtatur etiam de communi opiniona, *Ant. de Bal. tract. crim. lib.1. quæſt.20. in princ. Ciriac. d. controu.485. num.17. et Vermigl. conſ.24. num.1. et conſ.29. nu.16. et conſ.171. n.24.*

7 Quicquid contrarium tenuerint *Bald. conſ.429. lib. 3. Gram. conſ.3. in princ. Boſſ. in pract. in tit. de indic. et conſid. ante tort. num.154.* & alij relati per *Rolan. in d. conſ.14. num.4. et ſeq.* contra quos adeſt communis opinio de qua ſupra.

8 Amplia quartò d. concluſionem, vt eò magis habeat

beat

beat locum, quando mandatarius alium patitur defectum, vt puta, quia ſit crimino ſus, varius, periurus, inimicus, eius dictum ſit inuerisimile, & familia, quia tunc nullum facit indicium contra mandantem, etiamſi potuerit de mandante interrogari, vt docent *Grama. voto 34. num. 8. et ſeq. Rolan. conſ. 16. num. 16. lib. 1. et conſ. 73. num. 17. lib. 4. Honded. conſ. 93 num. 28. et ſeq. lib. 2. Bertaz. conſ. 341. num 27. lib. 2. Farinac. de indic. et tort. d. quaſt. 44. num 25 et 26. et conſ. 20. nu. 2. et conſ. 25. num. 18. et conſ. 99 num. 67. et conſ. 79. num. 17. lib. 1. et conſ. 192. num. 23. lib. 2.* & quando mandatarius patitur plures defectus, neque illius dictum facere indicium ad inquirendum, voluerunt *Ioannes, et Siluester Aldobrandini inter conſ. Farinac. conſ. 19. num 18. et ibi Adden. litt S. lib. 1.* & in materia ſocij criminis, quæ in hac parte regitur eiuſdam regulis cum materia mandatarij, vt dicit *Farinac. in d quaſt. 44 num. 8.* dixi infra in verb. *Socius criminis, Reſol. 2. num.* . . .

9 Amplia quintò d conclusionem, vt eò magis habeat locum, quando agitur contra virum bonæ conditionis, & famæ, contra quem ſolam depoſitionem mandatarii non facere indicium ad torturam, ſcripſerunt *Auguſt. Lazari. inter conſ. Farinac. conſ. 10. num. 35. & Silueſt. & Ioan. Aldobr. inter eadem conſ. Farinac. conſ 19 num. 24. lib. 1.* & in terminis ſocij criminis probaui latè ego ſupra in verb. *Fama, Reſol 6. num. 6.* vbi quamplures retuli Doctorum authoritates.

10 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando cum depoſitione mandatarij concurrit aliqua alia præſumptio, vel adminiculum, quia tunc vti adminiculata facit indicium ad torturam contra mandantem, vt tradunt *Boſſ in pract. in d. tit. de indic. & conſid ante tort. num. 155. Clar. in pract. in d. quaſt. 21. verſ. ex hac concluſione &c.* vbi teſtatur de communi, & ſeruari in practica opinione, *Menoch. de præſum. lib. 1. quaſt. 89. nu. 75. Eugen. conſ 27. num 9. lib. 1. Farinac. de indic. & tort. d. quaſt. 44. num 11. & 12.* vbi alios adducit concordantes, *& num. 13.* dicit, hanc limitationem habere locum in caſu, in quo mandatarius poteſt de mandante interrogari, alias ſecus, & *nu. 14.* dicit hanc limitationem eò magis habere locum, quando cum depoſitione mandatarij concurrit depoſitio alterius teſtis deponentis de auditu dati mandati, vt ibi per eum, *& conſ 55. num. 34. lib. 1.* cum quibus pertranſeunt *Hond. conſ 93. num. 4. & ſeq. lib. 2. Ant. de Bal. tract. crim. lib. 1. quaſt. 20. num. 3. & Vermigl. conſ. 29. n. 14.*

11 Declara d. primam limitationem, vt habeat locum, quando cum dicto mandatarij concurrit alia præſumptio, quæ ſit proxima, & tangat delictum, non autem remota, quia illa non operatur, quòd depoſitio mandatarij faciat indicium contra mandantem, vt docent *Natta conſ. 298. num. 3. 4. et 5. lib. 2. Auguſt. Lazarin. apud Farinac. d. conſ. 10. nu. 32 & Vermigl. conſ. 29. num. 14. et conſ. 105. nu. 4.*

12 Contrariam tamen opinionem, imò ſufficere concurſum, cuiuſlibet alterius præſumptionis, vt depoſitio mandatarij faciat indicium contra mandantem, voluerunt *Pute. de Sindic. in verſ. Tortus, cap. 12. num. 3* vbi plures refert præſumptiones, *Montical. reg. crim. 5. nu. 13. Rolan. conſ. 14. num. 18. et ſeq. lib. 4.* qui pro adminiculo ponit inimicitiam, ſeu odium inter occiſum, & mandantem, receptationem mandatarij, familiaritatem inter mandantem & mandatarium, ſecretam alloquutionem mendacia rei, venditionem bonorum factam ante delictum, vt ibi per eos, cum quibus videtur pertranſire *Farinac. de indic. et tort. d. q. 44. n. 12.*

13 Amplia d. primam limitationem, vt habeat locum, etiam in depoſitione mandatarij aſſaſſini, quæ facit indicium contra mandantem, ſi ſit adminiculata, alias ſecus, vt voluerunt *Gram. voto 34. num. 1. et 2. Rolan. conſ. 14. num. 18. lib. 4. Gabr. com. concl. de maleſ. concl. 1. num. 38. Farinac. de indic. et tort. d. quaſt 44. num 18. et 19. Auguſti. Lazari. inter conſ Farinac. conſ. 10. num. 31. & Vermigl. conſ. 105. num. 4.*

14 Declara primò d. concluſionem principalem, quòd licèt depoſitio mandatarij non faciat indiciũ ad torturam contra mandantem, illa tamen ſufficiat ad inſtructionem iudicis, & ad inquirendum generaliter contra mandantem, vt not. *Gram. dec. 28. num. 9. Nonell. in pract. in tit. de modo & forma citan. reo crim. num. 33.* vbi teſtatur de communi opinione, *Rolan. conſ. 16. num. 3. lib. 1. & d. conſ. 14 num. 3 lib 4. Bertaz. conſ 341. num. 12. lib. 2. & Farinac. de indic. & tort. d. quaſt. 44. num. 20. & ſeq.* vbi dicit, d. depoſitionem ſufficere etiam ad tranſmittendam inquiſitionem, quando mandatarius poteſt de mandante interrogari, alias ſecùs, vt ibi per eum, & illam facere præſumptionem, dicit idem *Farinac. conſ. 55. num. 34. lib. 1.* & cum ſupradictis pertranſit *Silueſt. Aldobran. apud Farinac. d. conſ. 19. num. 18. lib. 1.* maxime quando mandatarius alias patitur exceptiones, vt ibi per eum.

15 Declara ſecundò d. concluſionem, quòd licèt depoſitio mandatarij ſola non faciat indicium ad torturam contra mandantem, illius tamen excuſpatio ita mandanti prodeſt, vt mandans torqueri non poſſit, cum credatur delinquenti aſſerenti delictum commiſiſſe ex propria cauſa, & non de mandato alterius, niſi adſint coniecturæ in contrarium, vt not *Foller. in pract. in verb. Rei indurati torqueantur, num 4. Plaza in epit. delict. lib. 1. cap. 15 num. 14. Menoch. de arbitr. caſu 474. num. 14.* quos referendo ſequitur *Farinac. de indic. & tort. d. qu. 44. num. 23. & Ciriac. contr. 488. num. 76. & ſeq.* & dixi ego latiùs ſupra in verb. *Exculpatio, Reſol. 4. per tot.* videas ibi.

16 Declara tertiò omnia dicta ſupra de depoſitione mandatarij, quòd faciat indicium contra mandantem, vt ita demum habeant locum, dummodo concurrant omnia requiſita, quæ in ſocij criminis nominatione concurrere debere dixi infra in verb. *Socius criminis, Reſol. 2.* & quæ recenſentur per *Farinac. de indic. & tortur. d. quaſt. 43. per tot.* cum valeat argumentum a ſocio criminis in genere,

re,

re, & ad mandatarium in ſpecie, & è contra, vt dicit *Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 44. num. 24.* Ita vt mandatarij depoſitio non faciat indicium contra mandantem, quando patitur alios defectus, vel ſi eſt varius, periurus, & ſimil. vel ſi ſit facta ad Iudicis ſuggeſtionem, vel non fuerit adhibita tortura, vel illa fuerit immoderata, & in aliis caſibus, de quibus dixi in d. verb. *Socius criminis, Reſol. 2.* & aduertit *Farinacc. in d. quæſt. 44. num. 24. et ſequen.*

17 Addo pro complemento materiæ, quòd mandatarius non poteſt de mandante interrogari, quando ex proceſſu apparet de propria cauſa, ex qua ille motus fuit ad delinquendum, puta, ad vulnerandum aliquem, ſeù ad occidendum, niſi tamen adſint aliqua indicia, quod non defuerint conſultores, auxiliatores, & mandatores ad id faciendum, quia etiam tunc mandatarius poteſt de illis interrogari, & torqueri, ſi vero non appareat cauſa, ex qua quis delictum commiſit, vulnerauit, vel occidit, & tunc poteſt de mandatoribus interrogari, & torqueri, vt magiſtraliter docet *Farin. de indic. & tort. d. quæſt. 44. in prin.*

ADDITIO.

N. I. VBi habetur, quod aſſertio mandatarij non facit inditium ad torturam contra mandantem adde *Zuffi. de legit. proc. crim. quæſt. 66. num. 48.* vbi dicit, hoc procedere, licet d. aſſertio facta fuerit in tortura, niſi ſit adminiculata, qui *ibi num. 31.* quærit, an ſententia lata in contumacia contra mandatarium afficiat mandantem, vt ibi per eum.

Adde pro complemento materiæ mandati, an Mandatarius puniri valeat quando delictum non eſt punibile in perſona mandantis, de qua quæſtione videas *Farinac. de homic. quæſt. 121. num. 83.* latè *Cabal. reſol. crim. caſu 300. per tot. cent. 3. & Calnm. de æquit. cap. 58. num. 32. & ſeq.*

MATER.

SVMMARIVM.

1 *Mater, quæ filium infantem in lecto ſuffocauit non priuatur illius hæreditate, & ſolũ cogitur ad aliquã pœnam pecuniariam ſoluendã alicui loco Pio.*

RESOLVTIO I.

Mater quæ filium infantem in lecto ſuffocauit an priuetur eius ſucceſſione, & qua pœna punietur.

1 MAter, quæ filium infantem in lecto ſuffocauit non eſt priuanda illius hæreditate, neque eſt criminaliter punienda, ſed ſolùm eſt cogenda ad perſoluendam aliquam pecuniæ quantitatem alicui loco Pio, vt contra *Farinac. in conſ. 153. per tot. lib. 2.* contrarium ſentientem iudicauit *Sacra Conſulta*, vt teſtatur idem *Farinac. in d. conſ. 153. in fin.* & poſt eum admodum eruditus *Maſſin. de confiſc. bon. quæſt. 24. num. 20.*

ADDITIO.

N. I. VBi habetur, quod mater quæ filium in lecto ſuffocauit non priuatur illius hæreditate, ſed punitur pœna pecuniaria adde *P. Graſſet. de nece prod. §. 23. n. 36.*

SVMMARIVM.

1 *Matri debetur legitima ex bonis filij ſ confiſcatis ob delictum.*

RESOLVTIO II.

Matri an debeatur legitima ex bonis filij confiſcatis.

1 MAtri ex bonis filij confiſcatis ob delictum per eum commiſſum debetur legitimam ad tex. *in auth. bona dãnatorum, C. de bonis proſcrip.* & tradunt *Plot. conſ. 130. num. 87. inter conſ. crim. diuerſ. lib. 1.* vbi dicit idem habere locum in Auia, *Carpan. ad Nou. Conſt. Mediol. in cap. Omnium, num. 719. in addit. lit. B. verſ. quod Matri &c. num. 745. & ſeq. & num. 750* dicens ita in illo Senatu fuiſſe iudicatum, *Guazz. de conſ. bonor. concl. 13. limit. 23. num. 40.* & ſentit *Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæſt. 29. num. 15.* benè *Maſſin. de canſ. bonor. quæſt. 28. num. 56. et ſeq.* & dixi latius ſupra in verb. *legitima, Reſolut. 5. per tot.* videas ibi.

MINOR.

SVMMARIVM.

1 *Minor annorum 25. in delictis ratione ætatis non punitur pœna ordinaria, ſed mitiori.*

Licèt aliqui contrarium teneant, num. 2.

Etiam in delictis grauibus, & atrocibus, n. 3.

Secùs tamen in atrociſſimis, n. 4.

Maximè ſtante Statuto, quod minores a tali anno habeantur pro maioribus, n. 5.

Stante tamen d. Statuto poſt d. tempus puniuntur pœna ordinaria, n. 6.

Et ſtantibus Bullis id mandantibus adhuc Iudex poteſt imponere pœnam extraordinariam, n. 7.

Cum d. Bullæ ſint ſtrictè interpretanda, vt non extendantur extra ſuos caſus, n. 8

9 *Minor licèt mitius puniatur non euitat tamen condemnationem damnorum.*

10 *Pœna, quando minoranda ſit infantibus, impuberibus, & ſimilibus, remiſſiuè.*

RESOLVTIO I.

Minori annorum 25. in delictis ratione ætatis an pœna ſit minoranda.

1 MInor annorum vigintiquinque in delictis ratione ætatis non punitur pœna ordinaria, ſed extraordinaria tantum, & mitiori Iudicis arbitrio

bitrio, vt tradunt *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 60 in princ.* latè *Tiraq. de pæn. temp. cauſa 7. per tot. Farin. de pæn. temp. quæſt. 92. num. 41. et num. 172.* vbi teſtatur de receptiſſima Doctorum opinione, *et conſ. 66. num. 6. et ſeq. lib. 1. Cabal. reſol. crim. caſu 134. num. 1. et ſeq.* vbi hanc dicit magis communem opinionem *cent. 2.* vbi hanc concluſionem latè cõprobat, & quamplura adducit exempla, & res iudicatas *Guaz. defen. 33. cap. 17. in prin. Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 9. nu. 20. & ſeq. Caluin. de aquit. lib. 2. cap. 190. num. 22. Vermigl. conſ. 118. num. 8. & conſ. 259. num. 2. & conſ. 291. num. 6.* vbi loquitur de pœna furti *Capic. Latro deciſ. 75. num. 5. par. 1. & Antonell. de temp. legal. lib. 2. cap. 16. num. 1. & ſeq.* late comprobans, & dixi ego *alleg. foren. 86. nu. 1. et plurib. ſeq.* vbi probaui ita pluries fuiſſe iudicatum in diuerſis Italiæ Tribunalibus.

Minor enim, non dicitur habere plenum rationis iudicium, atque conſilium, vt teſtantur *Ariſt. lib. 1. politic. cap. vlt. & Cicero lib. 1. Offic.* nec non Iuriſconſ. *in l. 1. ff. de minor.* quos referendo ſequitur *Tiraq. de pæn. temp. d. cauſa 7. num. 5.* ita vt delinquendo magis ætatis vitio, quam pertinaci malitiæ, & improbitati ſit id adſcribendum, vt conſiderat *Tiraq. vbi ſupra & Adden. ad Theſaur. deciſ. 161. circa medium*, & ideò nil mirum, ſi delinquendo in d. ætate mitius veniant puniendi, vt volunt *Doctores ſupra adducti*.

2 Quicquid contrarium, quod minori 25. annorum non ſit pæna minoranda, tenuerint *Vulpel. conſ. 101 per tot. & Senatus Pedemontanus apud Theſ. deciſ. 161. in prin.* cuius ſententiam improbat ipſe *Theſ. tot. num. 4. & ſeq.* & contra quos adeſt verior, & magis communis, imo communiſſima opinio de qua ſupra.

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum non ſolum in delictis leuibus, ſed etiam in delictis grauibus, & atrocibus, in quibus ob minorem ætatem delinquentis eſt ei pœna minoranda, vt voluerunt *Ang. de malef. in ver. ſciente, & doloſè poſt num. 12. Rola conſ. 77. nu. 8. lib. 3. Ludoui. deciſ. Lucen. 17. num. 42.* & alij plures quos refert, & ſequitur *Farinac. de pæn. temp. d. quæſt. 92. nu. 103. & ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione, vbi enumerat delicta grauia, in quibus minores excuſantur a pæna ordinaria, *& d. conſ. 66 n. 7. & ſeq. Guaz. defen. 33. cap. 17. ſub n. 1. Cab. reſ. crim. d. caſu. 134. n. 1. 2. et ſeq* vbi exemplificat in fure famoſo, in crimine falſæ monetæ, in muliere abortum procurante, in ſtupro violento, in homicidio, in furto rei ſacræ, & ſimil. & in crimine hæreſis, quod eſt grauiſſimum, idem *Farinac. de hæreſi q. 197. n. 6. et Caren. de Of. S. Inquiſ. par. 2. tit. 1. in prin. et par. 3. tit. 9. n. 25.* declarando, niſi minor eſſet hæreticus pertinax, & impænitens, vt ibi per eos, & in crimine inceſtus *Ciria. contr. 354. n. 27.* dicens, ſecùs eſſe in crimine adulterij, cum quibus pertranſit *Antonel. de temp. leg. d. lib. 2. cap. 16. n. 3. et ſeq.* vbi exemplificat in fure famoſo, ſacrilegio, ſodomia, ſtupro violento, homicidio voluntario, & alijs, de quibus ibi per eũ & dixi ego *allegat. foren. 86. num. 2. et ſeq.*

4 Limita d. primam ampliationem, vt habeat locũ in delictis grauibus, & atrocibus, non autem in atrociſſimis, puta, in parricidio, & in crimine læſæ maieſtatis, in quibus minorem 25. annorum puniẽdum eſſe pœna ordinaria ob criminis immanitatẽ, non autem pœna mitiori, voluerunt *Vinc. de Franch. deciſ. 230. n. 4. et ſeq.* vbi dicit, quendam adoleſcentem decem, & octo annorum ob parricidiũ fuiſſe decapitatum, *Cabal. d. caſu 134. nu. 9. Theſaur. d. deciſ. 161. num. 5. Farin. de pæn. temp. d. quæſt. 92. n. 107.* vbi teſtatur hanc eſſe magis communem Doctorum opinionem, vbi dicit, fuiſſe ſuſpenſum per pedes quendam adoleſcentem in Arce S. Angeli, qui fuerat particeps fugæ, ex illa Arce Cæſaris Caietani, licet *num. ſeq.* dicat, hanc limitationem habere locum, dummodo minor 25. annorum ſit maior decimoquarto anno, & id fiat conſulto Principe, & non aliàs, vt ibi per eum, qui plura refert exempla, in quibus ita fuit executum, cum quibus pertranſit etiam *Antonel. de temp. legal. d. cap. 16. n. 51. & ſeq.* vbi dicit, idem eſſe ſeruandum, quando in Regione eſſet frequentia delictorum ſimilium.

5 Amplia ſecundo d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, ſtante Statuto, ſeu Conſtitutione mandante, quod maiores puta, decimo nono anno in delictis habeantur pro maioribus, ac poſſint puniri, ac ſi eſſent maiores 25. annorum, prout in Statu Eccleſiaſtico adeſt *Bulla Iulij II. quæ eſt 11. in ordine* confirmata *à Pio IV. in ordine* 68. quia licèt, quando minores attingunt d. vigeſimum annum, puniri poſſint vigore d. Bullarum pœna ordinaria, vt infra dicetur, a vigeſimo tamen anno infra, attingendo a contrario, non habentur pro maioribus, & non poſſunt puniri pœna ordinaria, qua puniuntur maiores, vt ſcripſit *Boſſi. in pract. in tit. de Decreto Mediol. num. 27. & in tit. de confeſ. num. 69.* quem refert, & ſequitur *Farinac. de pæn. temp. d. q. 92. num. 182.* & dixi ego d. *alleg. 86. num. 9.*

6 Limita d. concluſionem, vt non habeat locum, ſtante Statuto, ſeù Conſtitutione, quòd minor poſt decimum nonum, vel vigeſimum annum habeatur pro maiori, & pœna ordinaria delinquendo puniatur, quia d. Statutum eſt ſeruandum, & tunc minor, elapſo d. tempore, puniri poteſt pœna ordinaria, ac ſi eſſet maior 25. annorum, & tradunt *Vinc. de Franch. deciſ. 230. nu. 4. Farin. de pæn temp. d. quæſt. 92. num. 182. & ſeq.* vbi refert *Bullas ſum. Pontificum* id mandantes, *Cabal. reſol. crim. d. caſu 134. num. 11.* vbi dicit, ita diſponi in Statutis Ciuitatum Neapolis, Ferrariæ, Lucæ, Florentiæ, & aliarum, vt ibi per eum, *& Antonel de temp. legal. d. lib. 2. cap. 16. num. 15. & ſeq.* vbi meminit de Statuto *Vrb. lib. 1. cap. 47. & de Bulla Pij IV. edita 26. Maii* 1565. ideo diſponentibus, vt ibi per eum.

7 Declara d limitationẽ, quod cum d. Bulla Pij IV. mandans, quod homicidijs ætas annorũ viginti non proſit, dummodo ſint maiores decimoquarto anno dicatur facta ad terrorem, non propterea ſunt ligatæ manus Iudicis, quin ex ætatis miſeratione pœnam ordinariam minores valeat, ita vt illam minorando non dicatur male facere, vt tradunt

Hond.conſ.99. num. 48. & ſeq. lib. 1. vbi dicit ita ſeruatum fuiſſe in contingentia facti in Ciuitate Peruſiæ, *Odd.de reſtit. in integr. quæſt.81. num. 33. et ſeq. Farinac.de pæn.temp.d.quæſt.92.n.190.* vbi dicit ita faciendum eſſe per bonos Iudices, & quod aliter facientes malè faciunt, ſaltem conſulto Principe, & idem dicit eſſe faciendum etiam ſtante *Bulla Sixti V. 6. in ordine*, quæ idem videtur mandare, & quod d. *Bulla* aliter intellectæ eſſent irrationabiles, vt ibi per eum, & *conſ 66. num.9.lib.1.* & idem tradunt *Guazz.defen.33.cap.17.num.1 Vermigl.conſ.118. n.8.et Antonel.d.cap.16.num.18.* & vigore d. *Bullæ* non poſſe homicidam condemnari in contumacia in pœnam ordinariam dixit *idem Farinac.conſ.121.num.29. lib.1* & dixi ego *in d. alleg. foren.86. num. 16. & ſeq.*

8 Declara ſecundò d. limitationem, vt d. *Bullæ Pij IV. & Sixti V.* de quibus ſupra in omnem caſum vti pœnales, & iuris communis correctoriæ veniāt ſtrictè intelligendæ, itant non ſint extendendæ ad alios caſus in eis non expreſſos, & ſic extra caſum homicidij, vel offenſionis, ſeù impedimenti dati birruarijs in perſequutione bannitorum, prout in eis, vt declarant *Cartar.de exec.ſent.capt.bann.cap. fin.num.230.et ſeq. Farin. d.conſ.66. num. 10. et de pæn.temp.d.quæſt.92. num.187.* vbi reprobat *Luda.* contrarium ſentientem, cum quibus ſentit *Vermigl. conſ.71. in fin.* vbi dicit, d. *Bullam Pij IV.* habere tantum locum in minoribus contumacibus, non autem in præſentibus, & carceratis, & ſentit etiam *Antonel.d.cap.16. num.18.* & dixi ego *d. alleg.forenſ. 86. num. 13. et 14.* vbi probaui illam non extendi ad minorem inquiſitum de auxilio, conſilio, vel participatione, vt ibi eſt videre.

9 Declara tertiò d. concluſionem, quod licèt minor ratione minoris ætatis veniat condemnandus pœna extraordinaria ob homicidium, vel aliud delictum, tamen non euitat condemnationem pro reſtitutione damnorum partis, & rei reſtitutionem, cum ipſe condemnetur, vti verus delinquens, licèt mitius puniatur ratione ætatis, vt declarat *Caball. reſol.crim.caſu 82.n.15.in fin.* quem ſequitur *Capic. Latro deciſ.75.num.5.par.1.* necnon *Scac.de ſent. & re iudic.gloſ. 14. quæſt. 19. num. 70. & Merlin.Pignatel. contron.foren.cap.19. num.23. par. 1.*

10 Quando verò pœna minorari debeat, vel prorſus ceſſet in delictis commiſſis per infantes, & infantiæ proximos, & per impuberes, & pubertati proximos, ſiuè ſint doli capaces, ſiuè non latè tractat *Farinac.de pæn.temper.d quæſt.92.n.47, 48. & plur. ſeq.* ita parum addi poſſit, videas ibi per eum, cum agrum noſtrum aliena ſegete fertiliorem reddere non deceat, neque expediat, vt aliàs dixi.

ADDITIO.

N.1. Vbi habetur, quod minor vigeſimo quinto anno in delictis non punitur pœna ordinaria, ſed mitiori, adde *Farin.conſ.208.num.8.& conſ.214.num.9.& 10. lib.3* vbi dicit, illum condemnandum eſſe pœna extraordinaria præſertim ſi ſit nobilis, vt ibi per eum.

N.7. Vbi habetur, quod minor ſtantibus *Bullis Pij Quarti, & Sixti Quinti*, quod minori homicidæ ætas 20. annorum non prodit, dummodo ſit minor 14. anno adde, quod d. *Bullæ* vti correctoriæ, & pœnalis habent locum tantum quando proceditur contra minores in contumacia, ſecus ſi ſint rei præſentes, & quod cum loquantur de minoribus homicidis illæ non ſint extendendæ extra caſum homicidij, & impedimenti dati birruarijs in perſecutione bannitorum ad alios caſus in eis non expreſſos, vt declarat idem *Farinac. de inquiſ. quæſt. 10. num.30. verſ. quid dicendum &c. & in conſ.208.num.9.lib.3.*

SVMMARIVM.

1 *Minor 25. annis, & maior 20. in criminalibus eſt teſtis idoneus.*

Licèt aliqui contrarium tenuerint, n.2.

Minor verò 20. annorum in criminalibus non eſt teſtis idoneus, n.3.

Et eò magis minor decimoquarto anno, n.4.

Etiamſi ſit pubertati proximus, & doli capax, num. 5.

Quæ non procedunt, quando veritas aliter haberi non poteſt, n.6.

Maximè ſi impubes fuit examinatus per Iudicem ex officio procedentem, n.7.

Facit tamen d. impubes quale quale indicium ad Iudicis inſtructionem, n.8.

Licèt aliqui contrarium teneant, n.9.

Niſi cum eius dicto concurrant coniectura, quia tunc ſufficit ad torturam, n.10.

Et in crimine læſæ maieſtatis Diuinæ, & humanæ, n.11.

Infans verò, & proximus infantiæ nihil omninò probat, n.14.

12 *Impubes pubertati proximus, & doli capax examinatur medio iuramento.*

Contrarium tamen tenent aliqui Doct. n. 13.

15 *Minor 20. annorum admittitur in teſtem, quando veritas aliter haberi non poteſt.*

Et quando examinatur per Iudicem procedentē ex officio, n.16.

Et examinatus facit quale quale indiciū, n.17.

18 *Minor in criminalibus admittitur ad defenſam.*

19 *Impubes an poſſit teſtificari de ijs, quæ vidit in pupillari ætate remiſſiuè.*

RESOLVTIO II.

Minor 25. annis, et maior 20. in criminalibus an ſit teſtis idoneus.

1 Minor viginti quinque annorū, & maior viginti in criminalibus eſt teſtis idoneus defectus ætatis non obſtante *l. in teſtimoniū 20. ff. de teſt. Crot. de teſt.par.3.num.70. verſ. quia niſi &c. Nouell.reg.216. nu. 27.* plenè *Farinac.de teſt.quæſt.58. num 19. et ſeq.* vbi plures dat concordantes, & dicit hanc concluſionem eſſe veriſſimam, & per Doctores magis communiter receptam, reprobando contrarium tenentes dicens, illos inaduertenter fuiſſe locutos, vt ibi per eum, quam opinionē poſt *Gillauſen. Greg. Lopez. et*

Canter. per eum relatos firmat *Caren.de Offic. S.Inquiſ.par.3.tit.5.num.47. Iordan.Elucubr.diuerſ.lib.10.tit.20. num. 82. & Antonel.de tempor. legal. lib.2. cap.3. num.3.*

2 Quicquid contrarium imò minorem 25.annorum in criminalibus a teſtificando repelli voluerint *Bal. Marſil.Lanfran.Gram.Rolan.*& alij relati per *Farin. d.quaeſt.58.num.20.* quos reprobat *Farinac.ibid.nu.21.* dicens illos inaduertenter fuiſſe locutos, vt dixi, & contra quos adeſt magis communis opinio, de qua ſupra.

3 Declara d.concluſionem, vt habeat locum in minore 25.annorum, maiore tamen 20. ſecùs tamen eſt in minore viginti annorum, licet maiore quatuordecim, qui in criminalibus à ferendo teſtimonio repellitur *d.l.in teſtimonium 20.ff.de teſt.*& not. *Iodoc. in pract.cap.50. num.2. Ant. Gomez var. reſ. tom.3.cap.12.ſub num.12* vbi teſtatur de communi opinione, *Rolan.conſ 24.num.66. lib.1. Farinac.de teſt.quaeſt.58. num.10.* alios quamplures adducens concordantes, *Card.Tuſch.pract.concl. litt.I.concl.196.num.9.* vbi quamplures adducens ita ſentientes *Gilhauſ.in arbo.iudi.cap.6.par.3.de teſt.num.58 Caren.de Offic.S.Inquiſ.par.3.tit.5.num.48. P. Diana in Summ.in verb.Teſtis in prin. Antonel.de temp. legal d.lib.2.cap.3.n.3.*& dixi ego *alleg.ſui 95.n.6.*

4 Amplia primò d.declarationem, vt eò magis habeat locum in minore quatuordecim annorum, qui vti habens lubricum conſilium,& facilis ſit ad mentiendum in criminalibus, in quibus requiruntur teſtes omni exceptione maiores ad teſtificandum non ammittitur, iux.tex *in l.3.§.lege Iulia. & ibi gloſ.ff de teſt. cap.ſi teſtes, §.leg.Iulia.4. quaeſt.3.* & voluerunt *Pariſ.conſ.163.num.7.& conſ 164.num.3.lib.4.Bertaz.conſ.3.num.12.lib.1.& conſ.351.n.3. & ibi Adden.litt.A.lib.2.Maſcar.de prob. concl.1246.num.1.lib.3.Farin.de teſt. d.quaeſt.58. num.9.* vbi alios dat concordantes, & dicit, hanc ampliationem eſſe indubitatam, *& conſ. 22.num.26.& conſ.29. num.1.lib.1. Guazz.defen.30. cap.11.num.13. Caren.de Offic.S.Inquiſ.d.par.3.tit.5.n.49.Calu. de aquit.lib.2. cap.158. num. 37.* vbi vult maximè operari in hoc Iudicis arbitrio, *Ciaz. diſcep.25.n.61.& Capic. Latru decis. 163. num.32.lib.2.*

5 Subamplia hanc d.ampliationem, vt habeat locũ etiam in impubere proximo tamen pubertati, & doli capace, qui habet annos decem cum dimidio, qui per rationes ſupra in ampliatione adductas adhuc non amittitur ad faciendum probationem, ſed ſolum quale quale indicium, vt voluerunt *Deci. in l.2.§.impuberes, num.10. & ibi Cagnol.num.20.in fin.ff.de reg.iur.Corrad.in pract.§.2.de offic. Pretur.in cauſ.ciuil.in tit.de teſt.nu.70.Maſcar.de prob. concl.1246. nu.5.& ſeq.lib.3.& Farin.de teſt d.quaeſt.58. num.17.& ſeq.* vbi alios dat concordantes,& dicit contrariam opinionem non eſſe veram, reprobando *Inge* contrarium tenentem, *& conſ. 29. num.2. lib.1.& Car.Tuſch.pract concl.196. nu.15. litt.I.*

6 Limita d.primam ampliationem, vt non habeat locum, quando veritas aliter haberi non poteſt,& in defectum aliorum teſtium, puta, in delicto commiſſo in domo,& ſimili, quiã tunc cum teſtes inhabiles admittantur, ideò non ſolum minor viginti annorum, ſed etiam minor quatuordecim in criminalibus in teſtem admittitur, vt adnotarunt *Alex.conſ 64.num.1.lib.1. Vulpel.conſ.125. num.6. Maſcar.de prob.d.concl.1246. num.6.lib.3.Farin.de teſt.d.quaeſt.58.num.25.et 29.* vbi dicit, quod haec limitatio eſt veriſſima, & communiter recepta, & reprobat *Deci. & Cagnol.* contrarium ſentientes, & declarat, quando dicatur, veritatem aliter haberi non poſſe, *et d. conſ. 29. num. 5.* cum quibus pertranſeunt *Caren.de Offic.S.Inquiſ. d.par.3.tit.5. num.50.Giurb.conſ.43.num 28.* vbi alios dat concordantes, *Coſta remed ſubſid.70. num.7.Caluin.de aquit.d.cap.158. num.38. et ſeq. et Mari. Antonin. var. reſol.lib.3. Reſol.44. ſub num.6.*

7 Amplia d.limitationem, vt eò magis habeat locum, quando impubes non fuit examinatus ad inſtantiam accuſatoris, ſed ſolum per Iudicem procedentem ex officio, & per inquiſitionem, quia tunc illum admitti ad faciendum indicium ad inquirendam veritatem voluit *Farin.de teſt. d. quaeſt. 58.n.43.* vbi dicit, ita ſeruari in practica.

8 Declara d. limitationem, vt impubes in d. caſu, non ſolũ non ſit teſtis omni exceptione maior, neque faciat indicium ad torturam, ſed ſolùm faciat qualem qualem probationem ad inſtructionem Iudicis vt tenent *Rolan.conſ.24.n.66.et ſeq.lib.1. Ant. Gomez var.reſol tom.3.cap.12.nu.20.Farin.de teſt. d quaeſt.58. num.34.* vbi reprobat *Marſil.* & alios contrarium tenentes, & *num. 44.* vbi quamplures dat concordantes,& dicit hanc declarationem eſſe veriſſimam, & communiter receptam, *et num.48. & n.51.* a qua in iudicando dicit non eſſe recedendum, *et conſ.22.num.26.lib.1. et conſ.171.num.36 Maſcar.de probat.d.concl.1246. n.10.Mari Antoni. d.Reſol.44.ſub num.6.Caren.de Offic.S.Inquiſ.par.3. tit.5.num.51. et ſeq.Faber.in ſuo Codic.lib.4.tit.15. diff.12.in annot.n.2.Guazz. d.def.30. cap.11.nu.13. verſ quod ego &c. et verſ. ideo non video etc.*

9 Quicquid contrarium tenuerint *Marſil.in l.infans 12.n.42.ff.ad leg.Iul.de ſicar.*dicens ex dicto duorũ impuberum fuiſſe punitum occiſorem eorum matris *Igne.in l.excipiuntur 14.n.37.ff.ad Sillan.* volens d.filij annorum duodecim fuiſſe ſufficiens ad torturam patris, qui vxorem occiderat, *& Iber. deciſ. 261.& Batar.ad Clar.q.24. n.107.& ſeq. & Giurb. d.conſ 43.n.28.* quos ſequi videtur *P. Graſſ. de nece prod §.29.ſub n.271.*quos merito reprobant *Far.d. q.58.n.34.et Guazz. d.def.30.cap.11.n.13.ver.quod ego cũ ver.ſeq.*& quicquid tenuerint *Iaſ.Brun.Corn. Marſil.Vulp.*& alij relati per *Far.d.q.58.n.50.* volẽtes, minorem decimoquarto anno pubertati proximum, ſi ſit examinatus, facere indicium ad torturã, qui pariter reprobantur per *Farin.d.q.58. n.50. et per Guaz.vbi ſupra* dicens hoc habere locum etiam in criminalibus exceptis, *et per Caluin. de aquit. d. cap.158.num. 38.et ſeq.* volens, in hoc plurimum verſari arbitrium Iudicis. & cum contra eos adſit verior, & magis communis opinio de qua ſupra.

10 Limita d.declarationem, vt non habeat locum,

 quan-

quando, cum dicto impuberis concurrunt admini-cula, & coniecturæ Iudicis arbitrio validæ, quia tunc illius dictum ſufficere etiam ad torturam, voluerunt *Blanc.de indic. num 349 in fin. Ant. Gomez var. reſ.tom.3. cap. 12. num. 12. Farinac. in d. quæſt.58. num.52. Ant.Fabr.in d.diffin.12.in fin. et in addit.num.8.in fin.* quem refert, & ſequitur *Caren. de Offic.S.Inquiſ. d.par.3.tit.5. num.53.*

11 Limita ſecundò in crimine læſæ maieſtatis Diuinæ, & humanæ, in quo impuberes admittuntur ad teſtificandum, vt teſtantur *Farinac.de teſt.d.quæſt. 58.n.22. et in tract.de hæreſ.q.188.n.75.* vbi alios dat concordantes, *et Caren.de Offic. S.Inquiſ. par.3. tit.5.n.55.* vbi hanc limitationem benè comprobat.

12 Declara d. primam ampliationem vna cum limitation.& declarat.ſeq. quod impubes pubertati proximus, & doli capax examinandus ſit medio iuramento, vt voluerunt *Baiar. ad Clar. d.quæſt. 24. num.108. Simoncel. de decret. lib.3 tit.8.num.139 Seraph.de priuil.iuram.priuil.83. num. 24. et Guaz. defen.30.cap.11.num.11. verſ.et iſtis &c.*

13 Licèt contrarium ſuaderi videatur ex tex. in l. *qui iuraſſe 26 ff.de iureiur.in l.4. ff.de in lit. iur.in c. 1.4.q.3.et in cap.parudi, et in cap.pueri 22.quæſt. 4.*& generaliter dixerint *Farin.de teſt.d. q.58.n.3. et Caren.de Offic. S.Inquiſ. d.par.3.tit.5.ſub n.49.*

14 Amplia ſecundò principaliter d. primam declarationem, quod minor viginti annorum a teſtificando repellitur, vt eò magis habeat locum in infante, vel in proximo infantiæ, qui nullo modo examinari poteſt, nec examinatus aliquod facit indicium, nec præſumptionem, cum in d. ætate quicquid videt ignoret, vt not. *Maſcar.de probat. dict. concl.1246. num.2.vol.3.Farinac. de teſt.d.quæſt.58* vbi hanc ampliationem appellat indubitatam, quã ſequitur etiam *Caren.de offic.S.Inquiſ.d.par.3.tit.5. num.57,* vbi dicit, illam habere locum etiam in criminibus exceptis, & quando veritas aliter haberi non poteſt, dummodo infans non ſit ſupra ſeptimum annum, & doli capax, quod Iudex arbitrabitur, vt ibi per eum.

15 Limita primò d. principalem declarationem, quod minor 20. annorum non admittitur in criminalibus ad teſtificandum, vt non habeat locum, quando veritas aliter haberi non poteſt, & ſic in defectum aliorum teſtium, vtputa, quando agitur de delicto commiſſo in domo, & ſimil. cum ad probandum ea, quæ ſunt difficilis probationis, etiam teſtes inhabiles admittantur, quia tunc benè minores vigeſimo anno, & maiores quatuordecim, admittuntur, vt tradunt *Alberi.Specul.Iaſ.Marſil. Alex.Igne.Crot.Gram.Gigan.Carer.Plot.Corr.Diaz. Vulpel.Maſc.Campeg.*& alij quos refert, & ſequitur *Farin.de teſt.d.q.58.n.29. & ſeq.* vbi declarat, quãdo, dicatur veritatem aliter haberi non poſſe, *Card. Tuſch.pract.concl.litt.I.concl.196.n.14.Coſta reme. ſubſid.70.n.7.*& de minore 14. anno, dixi *ſupra n.6.* quod hic non repeto breuitatis gratia.

16 Limita ſecundò d. declarationem, vt habeat locũ quando minor producitur ab accuſatore in teſtem, ſecùs tamen eſt, ſi Iudex procedendo per inquiſitionem velit illum examinare, quia tunc id facere poteſt, vt not. *Ang.de malef.in ver. comparuerunt d. inquiſiti.n.13.in fin.Brun.de indic. p.1.q.2.n.17.Vulp. conſ.39.n.5.Maſc.de prob.concl.1246.poſt n.7.lib.3. & Far.de teſt.d.q.58.n.37.& ſeq.* vbi alios dat concordantes, & dicit, hanc limitationem eſſe communiter receptã, & veriſſimam, & reprobat *Alex.* contrariũ tenentẽ, & declarat illam habere locũ in ſubſidiũ tantũ, quando veritas aliter haberi nõ poteſt, vt ibi per eum *Car.Tuſc.pract.concl.lit.I.concl. 196. n.13.* & dixi ſupra in materia impuberis, n.7.

17 Limita tertiò d. declarationem, quod licèt minoris teſtimonium in criminalibus non admittatur, receptum tamen faciat aliquam præſumptionem: & quale quale indicium, vt poſt quamplures Doct. ab eo relatos tradit *Far.de teſt.d. q.58.n.44.& ſeq.* vbi declarat, d. quale quale indicium ſufficere non ad condemnandum, neque ad torquendum, ſed ſolum ad Iudicis inſtructionem, vt ibi per eum benè comprobantem, videas ibi per eum.

18 Limita quartò d. declarationem, vt minor in criminalibus non repellatur quando inducitur ad defenſam, & ad probandam innocentiam, vt benè comprobat *Alex.conſ.119. num 8.lib.7.* & poſt cũ *Card.Tuſc.pract.concl.lit.I. d.concl.196. n.18.* & regulariter teſtes inhabiles admitti ad teſtificandum ad defenſam rei ſcripſit *Guaz.def 29. cap.3.num.8.* vbi alios dat concordantes, & dixi ſupra in verb. *Defenſio, Reſolut.2. num.11.*

19 Quando verò impubes factus maior teſtificari valeat de his, quæ vidit in pupillari ætate tradunt *Clar.in pract.§.fin.q.24.ver. vidi Quãdoque &c.Far. de teſt.d.q.58.n.54.& ſeq.& Car.Tuſch.pract.concl. d litt.I.concl.196. num.24.& ſeq.* & dixi ego *alleg. floren.64.n.19.& alleg 65.num.27.* ipſos conſulas.

MONETA FALSA.

SVMMARIVM.

1 *Monetæ falſæ fabricator, vt valeat inquiri conſtare debet de corpore delicti.*

Quomodo autem de illo debeat conſtare habetur, n.2.

Et debet conſtare de illo etiam, quando agitur contra tondentes monetas, n.3.

Ita vt ſinè corpore delicti non ſufficiat confeſſio delinquentis, n.4.

5 *Monetæ falſæ delictum probatur præſumptionibus, et coniecturis.*

Quod procedit, quoad proceſſum, & torturam, non autem quoad condemnationem, n.6.

RESOLVTIO I.

Monetæ falſæ fabricator vt valeat inquiri an debeat conſtare de corpore delicti.

1 DE corpore delicti, quando agitur de falſa moneta debet euidenter; & per oculorum inſpectione conſtare, & non ſufficit, quod de illo con-

conſtet per præſumptiones, & coniecturas, imò neque per confeſſionem inquiſiti, cum agatur de delicto, cuius remanent veſtigia, nec concurrat difficultas probationis, quicquid ſit quoad probationem ipſius delicti, vt tradunt *Caph. conſ.* 230 *num.* 11. *lib.* 2. vbi alios dat concordantes, *Farin. de inquiſ. quæſt.* 2. *n.* 22. *Hond. conſ.* 92. *num.* 11. *lib.* 2. *Marc. Antoni. var. reſ. lib.* 3. *reſol.* 44. *in* 7. *caſu Guaz. def.* 4. *cap.* 9. *n.* 4. *Vermi. conſ.* 218. *n.* 1. *& ſeq. & conſ.* 220. *n.* 1. *& ſeq. & Capic. Latr. dec.* 179. *n.* 29. *lib.* 2.

2 Amplia primò d. concluſionē declaratiue, quoad hoc, vt dicatur conſtare de corpore delicti in d. crimine falſæ monetæ requiratur ipſa inuentio, ſeu recognitio monetæ non perfecti æris, & ponderis, & ſic falſæ, ſeu non proprio ſigno percuſſæ per teſtes, ſeu peritos deponentes, qualiter d. pecunia, & moneta benè viſa, & recognita eſt reperta falſa, non ſolum reſpectu æris, argenti, vel auri, ſed etiā quia non eſt percuſſa cum ſolito ſigno, & effigie, vt tradunt *Muſcatell. in pract. in tit. de cognit. ſeu probat. delict. tit. de falſa moneta, n.* 14. *& Capic. Latra,* qui illam refert *deciſ.* 179. *num.* 29. *& n.* 56. *& ſeq.* vbi tradit quomodo d. periti deponere debeat *lit. a.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum etiam quando agitur contra tondentes monetam, qui inquiri non poſſunt, niſi de tonſione monetæ appareat per depoſitionem ponderatorum, ad tex. *in l.* 1. *& tot. tit. C. de ponder. lib.* 11. & tradunt *Decian. tract. crim. lib.* 7. *cap.* 36. *num.* 7. *& Vermigl. d. conſ.* 218. *num.* 6. licet contrarium dixerit *conſ.* 220. *num.* 3.

4 Amplia tertiò d. concluſionem, adeò eſſe veram, vt confitens falſam monetam fabricaſſe, niſi de illa euidenter appareat, vt ſupra condemnari minimè poſſit confeſſione non obſtante, vt voluerunt *Caph. d. conſ* 230. *n.* 11 *lib.* 2. *Bruno, à Sole in ſuo conſil. crimin. n.* 176. *in fin. Farin. de inquiſ. d. q.* 2. *n.* 22. *Guaz. d. def.* 4. *cap.* 9. *n.* 4. *Hond. d. conſ.* 92. *nu.* 11. *& Vermigl. d. conſ.* 218. *num.* 8. & hanc ampliationem habere locum generaliter in omnibus delictis dixi ſupra in verb. *Confeſſio, Reſ.* 19. *per tot.*

5 Declara d. concluſionem, vt habeat locū, quoad probationem corporis delicti, de quo debet plenè & concludenter conſtare, ſecùs tamen eſt quoad probationem ipſius delicti, quod cum in occulta committi ſoleat, vt habetur *in l.* 1. *C. de falſ. mon.* & ideò dicatur delictum difficilis probationis, ideò ad illud probandum ſufficiunt coniecturæ, & præſumptiones, vt docent *Decian. tract. crim. lib.* 7. *cap.* 24. *n.* 10. *in fin. & cap.* 26. *n.* 4. *Farin. de crim. laſæ maieſt. quæſt.* 115. *num* 50. *et Vermigl. conſ.* 218. *num.* 2. *& d. conſ.* 220. *num.* 2. & non videtur diſſentire *Capic. Latra d. deciſ.* 179. *num.* 32. *et ſeq.*

6 Limita d. declarationem, vt habeat locum, quoad proceſſum, & torturam inferendam, ſecùs tamen eſt quoad condemnationem, quia quoad illam non præſumptiua, ſed concludens debet eſſe probatio, vt not. *Grat. cōſ.* 151. *n.* 29. *et ſeq. lib.* 2. *Caph. cōſ.* 230 *n.* 20. *& ſeq. lib.* 2. *Far. in d. q.* 115. *n.* 51. *et in conſ.* 175 *n.* 6. *lib.* 2. vbi teſtatur de veriori opinione *Verm. d. conſ.* 218. *n.* 2. *et Gargiar. Iun. conſ.* 67. *n.* 4. *in fin. lib.* 2.

S V M M A R I V M.

1 *Fabricans monetam falſam punitur pœna mortis naturalis.*

Ac etiam pœna confiſcationis bonorum, n. 2.

Ita vt confiſcetur etiam domus, ſeù fundus vbi moneta falſa fabricatur, n. 3.

Et d. pœna habet locum etiam contra mandantem, & auxilium præſtantem, n. 4.

Etiamſi moneta ſit bonæ ligæ, et iuſti ponderis num. 5.

Ac etiamſi fabricans falſam monetam illam non perfeciſſet, n. 6.

Quæ pœna non habet locum in fabricante monetam ſub nomine alterius Principis, n. 7.

Declara, vt num. 8

Neque in fabricante monetam modici valoris, num 9.

Aliæ limitationes habentur ibi remiſſiuè, n. 10.

R E S O L V T I O II.

Fabricans monetam falſam an puniatur pœna mortis naturalis.

1 FAbricans falſam monetam, licèt diuerſæ ſint opiniones Doctorum, qua pœna veniat puniendus, crebrior tamen, & verior eſt opinio, quod puniatur pœna mortis naturalis, vt tradunt *Menoch. de arbitr. caſu* 316. *num.* 8. *et ſeq. Vinc. de Franch. deciſ.* 401. *in princ. Hond. conſ.* 92. *num.* 3. *lib.* 2. plenè *Farinac. de crim. laſæ maieſt. quæſt* 115. *num.* 8. *et ſeq.* vbi relatis alijs Doctorum opinionibus hanc concluſionem benè comprobat, & contrarijs reſpondet, & dicit etiā quod monetarij ignè comburuntur, & *conſ.* 48. *nu.* 3. *lib.* 1. *Decian. tract. crim. lib.* 7. *cap.* 28. *n.* 4. vbi dicit pœnam capitalem intelligi de deportatione, *Caball. reſol. crim caſu* 27. *ferè per tot. cent.* 1. *Muſſin. de confiſc. bonor quæſt.* 6. *nu.* 19. *& ſeq.* vbi alios adducit concordantes. & *Barboſ de epiſc. alleg.* 51. *nu.* 68. vbi pariter de pœna ignis *Vermigl conſ* 221. *n.* 4 & in Statu Eccleſiaſtico eſt manifeſtum vigore bannimentorum generalium, vt aduertit etiam *Farinac. in loco proximè adducto.*

Licèt pœnam capitis de qua *in l.* 1. *&* 2. *C. de falſa monet.* non eſſe intelligendam de morte naturali, ſed ſolum de ciuili, hoc eſt deportatione, vel exilij voluerint *Decian. tract. crim d lib.* 7. *cap.* 28. *num.* 4. *et ſeq. et Capic. Latro deciſ.* 179. *num.* 5. *et ſeq. par.* 2. vbi alios dat concordantes, quibus reſpondent *Menoch. d. caſu* 316. *num.* 8. *et ſeq. et Farinac. dict. quæſt.* 115. *num.* 12. *poſt medium.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt fabricans monetam falſam vltra pœnam vitæ, vt ſupra puniatur etiam pœna confiſcationis bonorum, vt voluerunt *Ant. Gomez ad leg.* 83. *Taur. nu.* 3. *verſ. hodie tamen &c.* vbi teſtatur, ita ſeruari in practica, *Decian. tract. crim. lib.* 7 *cap.* 28. *n.* 11. *Vinc. de Franch. d. dec.* 401. *n.* 1. *et ſeq. Hond. d. conſ.* 92. *n.* 3. *lib.* 2. *Guazzin.*

de confiſc.bonor. concl.13.ampl.21.per tot. vbi hanc ampliationem extendit etiam ad fautores, complices, & auxiliatores, vt ibi per eum, *Farinac de crimin.læſæ maieſt. d. quæſt.* 115.*num.* 14. vbi dat concordantes quamplures, *Maſſin. de conf. bonor. d. quæſt. 6. num.23. Barboſ.de Epiſc. d. allegat* 51. *num.*68. *& Capic. Latro d. deciſ.* 179. *in princ.*

3 Subamplia d. primam ampliationem, vt non ſolũ veniant publicanda bona fabricantis monetam falſam, vt ſupra, ſed etiam fiſco applicetur domus, vel fundus, vbi illa fabricatur, licèt domus, vel fundus fuerint alterius ſi dominus fuerit proximus, ipſi domui, vel fundo, cum tunc præſumatur ſcientia, ſecùs ſi de longe habitauerit, cum tunc præſumatur ignorantia, niſi domus, vel fundus fuerint alicuius pupilli, vel viduæ, quo caſu tutor, ſi proximus fuerit, tenetur ſoluere pœnam fiſco, quæ omnia habentur *in l.* 1. *§.domus cum ſeq. C. de falſa monet.* & tradunt *Decian.tract.crim.lib. 7. cap.* 27. *num.*8. *& cap.*28. *num.*12. *Peguer. deciſ. crim.*46. *num.*13. *Farinac.de crim.læſæ maieſt.d. quæſt.* 115. *num.* 16. vbi alios adducit, ita ſentientes quamplures, *Guazzin.de confiſc.bonor.concl.*13. *ampliat.* 11. *num.*4. *& ſeq. Barboſ.de Epiſc. d.alleg.* 51. *num.* 69. vbi limitat, niſi dominus habita ſcientia ſtatim denunciauerit Iudici, *& Maſſin.de confiſ. bonor, d. concl.*6. *num.* 24. *& ſeq.*

Amplia ſecundò d. concluſionem, pœna ſupradicta habeat locum, non ſolum contra fabricantem monetam falſam, ſed etiam habeat locum contra mandantem, & opem, & auxilium præſtantem ad illam fabricandam, & cudendam, vt not. *Nouell. in pract.in forma inquiſ.contra monet. num.*14.*in fin. Peguer, d.deciſ.*46. *num.*12. *Farin.de crim.læſæ maieſt. d. quæſt.*115. *n.*31. vbi alios refert, ita ſentientes, teſtatur de communi opinione, & ab illa dicit, non eſſe recedendum, licèt referat *Marſil. & Decian.* contrarium tenentes, *Guazz.de conf. bonor.d. concl.*13.*ampl.*11. *num.*3. *Giurb.conſ* 85. *num.*1. *& ſeq.* vbi excuſat vxorem metu viri auxilium ad fabricandam monetam præſtantem, vt ibi per eũ, *& Merlin.Pignatel.contron.for.lib.*2. *cap.*26. *n.*20. vbi dicit, hanc ampliationem habere locum in præſtante opem, & auxilium in ipſo actu, non autem poſt actum, vt in expendente monetam falſam, vt ibi per eum,

5 Amplia tertiò d.concluſionem, vt habeat locum non ſolùm in fabricante monetam falſam, ſed etiam in illam fabricante bonæ ligæ, & iuſti ponderis, cum id fieri non liceat ſinè authoritate Superioris, cum ad ſolum Principem, & Remp. ſpectet monetam cudere, vt docent *Boſſ.in pract. in tit. de falſ, moneta, n.*2. *Menoch.de arbitr.d.caſu* 316. *num.*15. *& ſeq. Peguer. d. deciſ.*46. *num.*7. *&* 8. *Maſcar. de prob.concl.*1066. *num.*2. *& ſeq. lib.*2. *Decian.tract. crim. d.lib.*7. *cap.*23. *num.*16. *&* 26. *Baiar.ad Clar. §.falſum, num.*309. latèque, hanc ampliationem comprobat *Farin.de crim.læſæ maieſt.d.quæſt.*115. *num.*18. *& ſeq.* vbi alios dat concordantes, & teſtatur de magis communi Doctorum opinione reprobando *Marſil,* & alios contrarium tenentes, *et conſ.*48. *n.*2.*lib.*1. *Maſſin.de conf.bonor. d.quæſt.*6.*n.* 18. alios adducens, & faciunt notata per *Capic. Latro d.deciſ.*179. *num.* 15. *et ſeq.*

6 Amplia quartò d.concluſionem, vt habeat locum pœna mortis etiam quod fabricans falſam monetam illam non perfecerit, vt tradunt *Cabal. reſol. crim.d.caſu* 27.*per tot. Capic. Latro conſult.*6.*n.*123 dicens, quod *Gram.* in d. caſu non potuit obtinere pœnæ mitigationem, *et deciſ.*179. *num.* 24. *par.* 2. *Maſtril.de indult.cap.*27. *num.*13. quem vna cum alijs pluribus refert, & ſequitur *Maſſin. de confiſ. bonor, d.quæſt.*6. *num.* 29. & cum hac ampliatione pertranſit *Farinac. in d. quæſt.* 115. *num.*92. *et ſeq.* quando moneta eſt ſolum percuſſa, ſed non formata, & quando illa non eſt perfecta pænitentia fabricantis, ſecùs ſi fabricans à Curia præuentus illam perficere non potuit, quia id ei non prodeſt, vt ibi per eum, licèt opinionem *Grama.d.deciſ.*74 ſequuntur *Ant.de Bell.tract.crim. lib.*3.*caſ.*8.*n.*13.

7 Limita primò d.concluſionem, vt non habeat locum in fabricante monetam falſam ſub nomine alterius Principis, quam illius, in cuius territorio fabricata eſt, quia ipſe non eſt puniendus pœna mortis, ſed alia mitiori, vt voluerunt *Alex. conſ.* 104. *num.*1. *& ſeq. lib.*1. *Pariſ. conſ.* 160. *num.*25. *lib.*4. *Rolan.conſ.*29. *num.* 34. *lib.*3. *Baiar. ad Clar. in §. falſum, num.* 317. *et ſeq. Decian. tract. crim. lib.*7. *cap.*27. *num.*3, & alij relati per *Farinac. de crim. læſæ maieſt, d.quæſt.*115. *num.*75. *& ſeq.* extendentes hanc limitationem etiam ad tondentes monetam alterius Principis, vt ex aliquibus ex ais eſt videre quibus addo *Ricc. collect.* 172. *in* 2. *limit. & Barboſ.d. allegat.*51. *num.*57. *&* 58.

8 Declara d.primam limitationem, vt habeat locũ, quando moneta falſa, quæ fabricatur ſub nomine alterius Principis non eſt expendibilis in loco vbi fabricatur, ſecùs ſi ſibi eſt expendibilis, quia tunc non intrat pœna mitior, ſed eſt locus pœnæ ordinariæ, de qua ſupra, vt voluit *Menoch. de arbitr. d.caſu* 316. *num.*26. *& ſeq* qui tamen tenet etiam in d.caſu eſſe locum pœnæ ordinariæ, cum quo concordat *Vermigl.conſ.*219. *num.*6. *Iodoc in pract.cap.* 65. *num.*6. *Peguer, d. deciſ.*46. *num.*15. *Farinac. in d. quæſt.*115. *num.*78. *& ſeq. & conſ.*48.*n.*23.*lib.*1. *et Capic.Latro d. deciſ.*179. *nu.*30.*par.*2. & in Statu Eccleſiaſtico expreſsè diſponitur in Bannimentis generalibus, vt aduertit *Farinac. vbi ſupra.*

9 Limita ſecundò d.concluſionem, vt nõ habeat locum in fabricante monetam minimi valoris, vt ſunt bagattini, & quattrini, qui non punitur pœna mortis à iure, vel Statuto impoſita contra fabricantes falſam monetam, vt adnotarunt *Boſſ. in pract. in tit.de falſa monet.n.*4. vbi dicit, liberaſsè à morte duos, qui in quodam viridario quadrantes cudebant, *Menoch.de arbitr.d.caſ.*316.*n.*33.*Bertaz.conſ.* 552.*n.*1.*et ſeq.lib.*2.*Decian.tract crim.lib.*7.*cap.*27 *n.*2.*in fin. & Farin.de crim.læſæ maieſt.d.q.*115.*n.*90 vbi alios dat concordantes, & dicit contrariũ ſeruari in Alma Vrbe vigore Statuti, & in Statu Eccleſiaſtico vigore bannimentorum generalium, in quibus pœna mortis imponitur etiam fabricantibus,

qua-

quatrinos, vt ibi per eũ quibus addo *Barb. de Epiſ. d. alleg. 51. n. 63. & Cabal. reſ. cri. caſu 199. n. 19. cent. 2.*

Limitationes alias ad dict. concluſionem præcipuè an d. pœna habeat locum in fabricante monetam aliorum Principum, præterquam Papæ, & Imperatoris, & an habeat locum in forenſe, in fabricante monetam argenteam, & illam quæ non eſt expendibilis in loco vbi ſunt fabricata tradit latè *Farinac. de crim. læſæ maieſt. d. quæſt. 115. num. 69. 70. & plur. ſeq. Barboſ. de Epiſc. d. alleg. 51. num. 71. & ſeq. & le. Laganar. ad Rouit. pragm. 1. de monet. nu. 25. & ſeq.* vbi ex *Bertaz. conſ. 56.* limitat d. concluſionem, in faciente deaurari monetas argenteas ad decipiendam meretricem, videas ibi per eos, ne tã actam agere, vt in adagio eſt, iterum agere videar.

A D D I T I O.

N. 9. VBi habetur, quod fabricans monetam falſam minimi valoris non punitur pœna mortis adde *Scial. in prax. torq. reos cap. 12. n. 33.* vbi dicit, quod falſificans monetam æream non punitur pœna mortis.

S V M M A R I V M

3 *Retinens apud ſe monetam falſam ſcienter punitur pœna extraordinaria.*

Et d. retentio facit etiam indicium participationis in fabricatione illius, num. 2.

Maximè ſi apud ſe ſint inuenta inſtrumenta apta ad illius fabricationem, num. 3.

Quod tamen non habet locum in homine bonæ famæ, num. 4.

Nec quando is nominat authorem, qui illa in eius domo ponere potuit, num. 5.

Neque quando inſtrumenta reperta ſunt apta ad aliud opus, num. 6.

7 *Retinens monetam falſam ignoranter nullam incurrit pœnam.*

Scientia autem, & dolus non præſumitur, n. 8.

Et ſcientia excluditur per iuramentum inquiſiti, num. 9.

Niſi tamen ignorantia eſſet craſſa, & affectata, num. 10.

Bona fama inquiſiti in hac materia eſt maximè attendenda, num. 11.

R E S O L V T I O III.

Retinens apud ſe monetam falſam ſcienter an puniatur pœna extraordinaria.

1 REtinens apud ſe monetam falſam ſcienter puniri debet pœna extraordinaria, cum præſumatur illam expendere voluiſſe, vt tradunt *Farinac. de crim. læſæ maieſt. quæſt. 115. num. 118.* vbi declarat contrariam opinionem *Menoch. de arbitr. caſu 316 num. 64. & ſeq.* volentis d. retentionem non eſſe puniblem habere locum quando moneta falſa retinetur ignoranter, ſecùs ſi ſcienter, vt ibi per eum, & *num. 153. & ſeq. Hond. conſ. 92. num. 6. lib. 2. & Maſſin. de confiſc. bonor. quæſt. 6. num. 51.* & in Statu Eccleſiaſtico per *Bullam Vrbani VIII. 75.* retinenti falſam monetam ſcienter, & illam de loco ad locum transferenti, aut materiam, inſtrumenta, ſeù opem ad prædicta præſtantibus imponitur pœna triremium, quam *Bullam* refert *Maſſin. d. quæſt. 6. num. 53.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt retentio monetæ falſæ faciat etiam indicium participationis in fabricatione illius, vt not. *Menoch. de arbitr. d. caſu 316. nu. 53. & 65. Vinc. de Franch. decif. 401. nu. 4. Giurba conſ. 85. num. 10. et ſeq. Farinac. de crim. læſæ maieſt. d. quæſt. 115. nu. 119. & conſ. 175. in prin. lib. 2. Maſſin. de confiſc. bonor. d. quæſt. 6. num. 52.* & moneta falſa reperta penes aliquem, ſi non docuerit, à quo illam habuerit, quod faciat contra eum indicium ad torturam voluit etiam *Hond. conſ. 92. n. 2. lib. 2.* & poſt *Muſcatel. in pract. in tit. de cognit. ſeù prob. delict. de falſa monet. nu. 36.* per eum relatum ſcribit *Capic. Latro. decif. 179. num. 35. lib. 2.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem cum ampliatione ſeq. vt eò magis habeat locum, & oriatur indicium ad torturam, quando penes aliquem, & in eius domo fuiſſent reperta inſtrumenta apta ad cudendam monetam falſam, vt voluerunt *Boſſi. in pract. in tit. de falſa monet. num. 7. & 8. Maſcard. de prob. concl. 1066. nu. 9. lib. 2. Decia. tract. crim. lib. 7. cap. 26. num. 7. Farinac. de crim. læſæ maieſt. d. quæſt. 115. num. 120. & ſeq.* alios adducens ita ſentientes, & *d. conſ. 175 nu. 3. Hond. d. conſ. 92. num. 29. lib. 2. et Maſſin. de confiſc. bon. d. quæſt. 6. num. 52.*

4 Limita primò d. ſecundam ampliationem, vt habeat locum in homine malæ famæ, ſecùs autem in homine bonæ famæ, contra quem inuentio dd. inſtrumentorum aptorum ad cudendam monetã non facit indicium, vt not. *Boſſi. in pract. in tit. de falſa monet. num. 7. & 8. Maſc. de prob. d. concl. 1066. num. 10. Decia. d. lib. 7. cap. 26. num. 6.* vbi tamen requirit bonam famam vehementem, & alia docet eſſe conſideranda, vt ibi per eum, *Farinac. de crim. læſæ maieſt. d. quæſt. 115. num. 124. & ſeq. & d. conſ. 175. num. 16.* vbi alios adducit, ita ſentientes, *Hond. d. conſ. 92 num. 29 Guazzin. d. defen. 4. cap 9. num. 6. Capic. Latro d. decif. 179. num. 71.* vbi loquitur in retinente monetam falſam, qui ſit bonæ famæ, & dixi ſupra in ver. *Fama Reſol. 6 num. 1.*

5 Limita ſecundò d. ſecundam ampliationem, vt non habeat locum, quando is, penes quem fuerunt reperta d. inſtrumenta apta ad cudendam monetam nominat authorem, qui illa in eius domo ponere potuit, etiamſi illum non probet, vt tradunt *Grat. conſ. 152. n. 20. lib. 2. Decia. tract. crim. d. lib. 7. cap. 25. ſub num. 12.* qui loquitur de moneta, non de inſtrumentis, *Farinac. d. d. conſ. 175. num. 17. lib. 2.* vbi alios dat concordantes, *Cabal. reſol. crim. caſu 199. num. 12. & 21.* plenè *Vermigl. conſ. 218. num. 7. & conſ. 219. num. 5.* in quibus locis alios adducit ita ſentientes.

6 Limita tertiò d. ſecundam ampliationem, vt habeat locum, quando inſtrumenta apta ad cudendam

dam

dam monetam reperta apud aliquem nō ſunt apta ad aliud, quam ad fabricationem monetæ, ſecùs ſi illa ſint etiam apta ad aliquod aliud opus licitū, quia tunc cum ſit ſemper capiēda præſumptio excluſiua delicti, illorum inuentio non facit indiciū, vt declarant *Bertaz.conſ.552.num.5.& 6.lib.2.Farinat.de crim.læſæ maieſt.d.quæſt 115.num.126.* vbi dicit, ita ipſum in cauſa graui obtinuiſſe, *& Vermigl.d.conſ.218.num.7.& d.conſ.219.num.5.* vbi alios dat concordantes.

7 Limita d. concluſionem principalem, vt habeat locum in eò, qui retinet falſam monetam ſcienter, ſecùs autem in eò, qui illam retinet ignoranter, & ſic ſinè dolo, quia ille nulla pęna eſt puniendus, cū ad hoc, vt in d. caſu intret aliqua pœna, requiratur dolus, & ſcientia ad tex. *in l. lege Cornelia 9.§ eadem lege, & ibi Bart.num.4.ff.ad leg.Corn.de falſ. Grat.conſ.151.num.8.& ſeq.lib.2.Decia.tract.crim. lib.7.cap.27.in prin.Hond.d.conſ.92.num.12.& 16.* latè *Farinac.de crim læſæ maieſt.d. quæſt.115.num.153.& ſeq.* vbi dicit, ab hac opinione vti communiter recepta non eſſe recedendum in iudicando, maximè quando Statutum, ſeu Conſtitutio ſcientiam requirit, prout illam requirit *Bulla Vrbani VIII.* 75. quam refert *Maſſiu. de confiſc.bon.d.q.6.nu.53.* & ita ſentit etiā *Vermigl.conſ.220.n.10.*

8 Declara d. limitationem, vt ſcientia in retinente monetam falſam, & dolus in dubio non præſumatur, ſed præſumatur ignorantia, ita vt ſcientia, & dolus debeant à fiſco probari, vt docent *Grat.d.conſ.151.poſt num.8.& ſeq.lib.2.Decia.tract.crim. d.lib.7.cap.25.ſub num.13.& cap.26.num.3.Baiar. ad Clar.§.falſum n.329.Farin.de crim.læſæ maieſt. d.quæſt.113.num.156.& ſeq.* vbi dicit, hanc declarationem eſſe communiter receptam contra *Menoch.de arbitr.caſu 316.num.51.* contrarium ſentientem, *& conſ.175.num.15.lib.2.* in quibus locis alios dat concordantes, & ampliat hanc declarationem, eò magis habere locum in homine bonæ conditionis, & famæ, & contrarium eſſe verum in fabricante falſam monetam, in quo dolus non ſolùm præſumitur, ſed euidenter apparere dicitur, vt ibi per eū *n.162.& Hond.d.cōſ.92.n.12.& ſeq.lib.2.*

9 Subdeclara d. declarationem, vt ſcientia in d. caſu excludatur per iuramentum dicentis ignoraſſe, monetam retentam eſſe falſam, niſi adeſſent coniecturæ ſcientiam inferentes, vt declarant *Seraph.de priuil.iur.priuil.4.n.136.Menoch.de arb.d.caſu 316, nu.57.Decia.tract.crim.lib.7.cap.25.nu.8.Farinac. de crim.læſæ maieſt.d.q.115.nu.159.& ſeq.* vbi dicit à dolo in hoc crimine omnem cauſā excuſare etiā iniuſtam, *Caball.reſol.crim.caſu 199.nu.26.cent.2. Barboſ.de Epiſc.alleg.51.nu.66.& Maſſin.de confiſc. bon.d.qu.6.nu.54.* qui alios adducit ita ſentientes, dicit, dubitantem in d. caſu haberi pro ſciente, vt ibi per eum, quibus addo *Hond.d.conſ.92.n.15.lib.2.*

10 Sublimita d. limitationem in qua habetur non puniri retinentem monetam falſam ignoranter, vt non habeat locum, quando ignorantia eſſet craſſa, vel affectata, quia tunc illa non excuſat, vt tradunt *Menoch.de arb.d.caſu 316.nu.56.Decia.tract.crim. d.lib.7.cap.25.nu.7.Seraph.d.priu.4.nu.31.& ſeq. Farinac.de crim.læſæ maieſt.d.q.115.nu.163.& ſeq.* vbi declarat, quando ignorantia dicatur craſſa, vel non, & dicit, illum non excuſari, qui de facili id ſcire poterat, nec eum qui eſt talis, vt facile cognoſcere valeat falſitatem monetæ, vt quia ſit Cāpſor, & non docet, a quo illam habuerit, vt ibi per eum, & ignorantiam craſſam non excuſare dixit etiam *Barboſ.d.allegat.51.num.66.*

11 Addo prædictis, in hac materia retentionis falſæ monetæ maximè eſſe attendendam bonam famam inquiſiti, ob quam illum eſſe excuſandum à pęna dixit *Hond.d.conſ.92.n.25.lib.2.* & non diſſentit *Decia.tract.crim.lib.7.cap.26.nu.5.* maximè niſi alia in contrarium vrgeant, vt puta, quod retinens monetam falſam voluerit illam proijcere, vt ibi per eum, *& cap.27.num.17.* volens ob bonam famam pœnam eſſe minorandam, & bonam famam deſtruere præſumptionem fabricationis monetæ falſæ dixit *Capic. Latro d.deciſ.179.num.71.lib.2.* & ante eum *Giurb.d.conſ.85.nu.29.* ſi bona fama ſit vehemens, & alia non concurrant, vt ibi per eum.

S V M M A R I V M.

1 *Expendens monetam falſam ſcienter punitur de iure communi pæna falſi.*

Licèt illum puniri pæna adulterantis, & radentis monetam voluerint alij, num. 2.

Siuè moneta ſit aurea, plumbea, ſtamnea, ſiuè argentea, num. 3.

Licèt contrarium teneant alij, num. 4.

Expendens monetam falſam paruæ quantitatis ſi ſit bonæ famæ non punitur, num. 5.

Neq; punitur expendens illam ignoranter, n.6.

Quæ ignorantia in excudente præſumitur, n.7.

Sed d. ignorantia non debet eſſe craſſa, nu.8.

9 *Expendens monetam tonſam ſcienter non punitur,*

Contrarium tamen tenet Farinac. *relatus, n.10.*

Neque punitur expendens monetam falſam, ſi doceat a quo illam habuerit, num. 11.

Expendes monetam falſam in Statu Eccleſiaſtico ob Bullam Vrbani VIII. punitur morte, n.12.

Si fuit particeps fabricationis illius, alias ſecùs, num. 13.

Contrariū vti verius tenent plures Doct. n.14.

15 *Expēdens monetā falsā punitur pæna mortis, quando illam habuerunt à fabricatore dādo eis auxiliū,*

R E S O L V T I O IV.

Expendens monetam falſam ſcienter an puniatur de iure communi pæna falſi.

1 EXpendens monetam falſam ſcienter puniri debet de iure communi pœna falſi, quæ eſt deportationis, & publicationis bonorum, ad tex. *in l. lege Cornelia 9.§.eadē lege C. ad leg.Corn. de falſ.* & tradunt *Vitali. de malef in tit. de falſa monet.num.4.Hond.conſ.92.nu.5.lib.2.Farinac. de*

crim.

crim.læſæ maieſt. quæſt. 115. *num.* 154. vbi dicit, quod hodie bona non publicantur, ſed ſolùm imponitur pœna deportationis, in cuius locū ſucceſſit bandum perpetuum, vt ibi per eum, *& conſ.* 106. *num.* 14. *lib.* 2. *Ant. Gomez ad leg.* 83. *Taur. num.* 5. *Menoch.de arb.caſu* 316.*num.* 51. *Guazz.de confiſc. bon.concl.* 13. *ampliat.* 11. *num.* 8. *Caball.reſol.crim. caſu* 199.*in prin. iuncto num.* 6. *vers.* 2. *& Guazz. de confiſc.bon.quæſt.* 6. *num.* 45.

2 Licèt expendentem falſam monetam puniendum eſſe eadem pœna, qua puniuntur illam adulterantes, & cudentes voluerit *Barb.de Epiſc. allegat.* 51. *num.* 64. vbi alios dat concordantes, & illum puniri pœnam extraordinaria dixerit *Mari. Antoni. var. lib.* 3. *reſol.* 44. *caſu* 7. *in fin.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum ſiuè moneta falſa ſit ſtamnea, vel plumbea, ſiuè ſit aurea, vel argentea, quia vtroq; caſu incurrere pœnam falſi voluerunt *Salic. Marſil. Affl. Anan. Couar. Nouel. & Viui.* quos refert, & ſequi videtur *Farin. de crim.læſæ maieſt. d. quæſt.* 115. *num.* 133. *& ſeq.* vbi dicit, in d. caſu incurre pœnam falſi, quæ tamē eſt arbitraria, & benè comprobat, & idem voluit *Menoch.de arbitr.d.caſu* 316.*num.* 52. *& ſeq.* vbi dicit, ita ferè omnes tenere, cum hac ampliatione.

4 Contrariam tamen opinionem, imò pœnam falſi habere tantùm locum in expendente monetam ſtamneam, vel plubeam, expendentem verò monetam falſam auream, vel argenteam puniri tantùm pœna extraordinaria cum in eis non ſit tanta deceptio, vt eſt in moneta ſtamnea, vel plumbea, voluit originaliter *Bart. in l. lege Cornelia* 9. *num.* 3. *C. ad l. Cornel. de falſ. Clar. in pract. §. falſum, nu.* 48. *Decia. tract. crim. lib.* 7. *cap.* 25. *nu.* 4. *&* 5. *& cap.* 28. *num.* 18. & alij plures, quos refert, & ſequitur *Caball. reſol. crim. d. caſu* 199. *num.* 2. *& ſeq.* vbi hanc opinionem dicit mitiorem, & communiter receptam, & à qua in terminis iuris communis eſſe recedendum, aſſerit, & in omnem caſum expendentem monetam falſam auream, vel argenteam eſſe mitius puniendum, licèt vtraque opinio videatur eſſe arbitraria per rationes per eum adductas, cum quibus pertranſit *Baiar. ad Clar. in d. §. falſum num.* 333. nec non *Pegner. deciſ. crim.* 46. *nu.* 14. *Hond. d. conſ.* 92. *nu.* 30. vbi teſtatur de veriore opinione, *& Farinac. in d. conſ.* 106. *nu.* 15. *lib.* 2. vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione.

5 Limita primò d. concluſionem non habere locum in expendente monetam falſam paruæ quantitatis, qui ſi ſit vir bonæ conditionis, & famæ nulla pœna puniri debet, nec aliquid mali contra eum præſumitur, vt voluerunt *Decia. tract. crim. lib.* 7 *cap.* 25. *num.* 13. *& cap.* 26. *num.* 5. *& cap.* 27. *nu.* 16. *Farinac. de crim. læſæ maieſt. d. quæſt.* 115. *nu.* 138. *& ſeq.* vbi hanc limitationem benè comprobat, & dicit habere locum etiam, ſi non doceat à quo d. monetā habuerit per rationem, quam ibi adducit, & ibi declarat quando dicatur parua quantitas monetæ, *& num.* 140. hoc ampliat ad expendentem monetam minimi valoris, *& d. conſ.* 106. *nu.* 23. *& conſ.* 175. *num.* 13. *lib.* 2. *Caball. d. caſu* 199. *num.* 16. *& ſeq.* vbi pariter docet, quæ nam dicatur parua quantitas monetæ falſæ, & de tondente modicā monetæ quantitatem *Barbo. de Epiſco. d. allegat.* 51. *num.* 63.

6 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in expendente falſam monetam ignoranter, & ſic ſinè dolo, quia tunc d. expendentem nulla pœna puniendum eſſe ſcripſerunt *Menoch. de arbit. d. caſu* 316. *num.* 55. *Decian. tract. crim. d. lib.* 7. *cap.* 25. *num.* 6. *& cap.* 26. *num.* 3. *Baiar. ad Clar. in d. §. falſum num.* 329. & hanc limitationem ſequitur, & dicit, illam communiter receptam eſſe per Doctores, & in iudicando ſequendam *Farin. de crim. læſæ maieſt. d. quæſt.* 115. *num.* 153. *& ſeq. & conſ.* 175. *num.* 13. *lib.* 2. *Mari. Antoni. var. reſol. lib.* 3. *reſolut.* 44. *in* 7. *caſu ver. tertio quia, & c. Caball. reſol. crim. d. caſu* 199. *n.* 6. *& ſeq. & num.* 25. vbi plures adducit ita ſentientes. *& Barb. de Epiſc. d. alleg.* 51. *n.* 65.

7 Amplia, ſeù declara d. ſecundam limitationem, vt ignorantia in expendente monetam falſam in dubio præſumatur, ità vt fiſcus fundans ſe in ſcientia, & in dolo teneatur illam, ſeù illum probare, vt tradunt *Grat. conſ.* 151. *num.* 8. *& ſeq. lib.* 2. *Decian. tract. crim. lib.* 7. *cap.* 25. *num.* 13. *& cap.* 26. *num.* 5. *Baiar. ad Clar. in d. §. falſum num.* 329. *Viui. opin.* 521. *num.* 4. *in fin.* quem referendo ſequitur *Farinac. de crim. læſæ maieſt. d. quæſt.* 115. *num.* 156. *& ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione contra *Menoch. de arbitr. d. caſu* 316. *num.* 51. contrarium tenentèm, & ampliat hoc eò magis habere locum in viro bonæ conditionis, & famæ, vt ibi per eum, *Hond. d. conſ.* 92. *num.* 12. *& ſeq. lib.* 2. plenè *Caball. reſol. crim. d. caſu* 199. *nu.* 26. *& plur. ſeq.* vbi quamplures ignorantiæ adducit coniecturas, *& Maſſin. de confiſc. bonor. d. quæſt.* 6. *num.* 45.

8 Declara d. ampliationem, vt ignorantia in d. caſu non debeat eſſe craſſa, & affectata, aliàs non iuuat expendentem falſam monetam, vt in terminis iſtā ſententia probaui in *Reſol. praced. num.* 10. *& ſeq.* vbi etiam dixi, illam probari per iuramentum inquiſiti, niſi coniecturæ adſint in contrarium, & alia addidi ad d. propoſitum, quæ hic referre iterum ſinè cauſa non conuenit.

9 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum in expendente monetam tonſam etiam ſcienter, qui non tenetur pœna impoſita contra expendentem monetam falſam, cum moneta tonſa habeat in ſe vitium patens, de quo illam recipiens decipi non poteſt, ſi voluit ita vt contra dantem, non habeat regreſſum, vt voluit *Marſil. conſ.* 71. *nu.* 17. *& ſeq.* cum quo pertranſit ceſſantibus coniecturis ſuadentibus dolum *Decian. tract. crim. lib.* 7. *cap.* 27. *num.* 4.

10 Contrarium tamen tenet *Farinac. de crim. læſæ maieſt. d. quæſt.* 115. *num.* 137. vbi dicit, non eſſe confidendum in d. opinione *Marſil.* cum moneta tonſa dicatur falſa in pondere, ita vt illam expendens dicatur expendere monetā falſam, vt ibi per eum, vbi reſpondet rationibus *Marſil.* & allegat *Affl. & Anan.* volentes expendentem, ſeù vtentem monetam minoris ponderis puniendum eſſe extraordinariè, vt ibi per eum.

11 Limita

11 Limita quartò d. concluſionem, vt non habeat locum quando expendens monetam falſam docet, à quo illam habuerit, quia tunc expendendo nulla pena puniri debet, vt ſcripſerunt *Grat. in d. conſ. 151. num. 20. & nu. 25. par. 2, Decia. tract. crim. lib. 7. cap. 25. num. 12. & cap. 27. num. 9, Menoch. de arbit. d. caſu 316. nu. 58, Vinc. de Franch. deciſ. 401. num. 3. Batar. ad Clar. in d. §. falſum num.* 328. & latè proſequitur *Farinac. de crim. læſa maieſt. d. quæſt. 115. nu. 145. & ſeq*, vbi dicit, ſufficere quod quis allegct à quo pecuniam habuerit, licèt non probet per teſtes, ſe ab eo habuiſſe, & etiam quod teſtes dicant expendentem habuiſſe pecuniam ab aliquo, licèt illius nomen ignorent, ſi tamen expendens ſit vir bonæ conditionis, & famæ, aliàs ſecùs, vt ibi per eum *Caball. reſolut. crimin. d. caſu 199. num. 12. & ſequen.* cum quibus pertranſit etiam *Barb. de Epiſc. d. alleg. 51. nu. 67.* vbi ampliat cum *Farinac. d. quæſt. 115. num. 144.* idem eſſe quando expendens falſam monatam proteſtaretur, quod ſi moneta, non eſt bona daret aliam bonam, vt ibi per eum.

12 Declara primò d. concluſionem, vt non habeat locum in Statu Eccleſiaſtico, in quo vigore *Bannimentorum generalium, & Bulla Vrbani Octaui* 75. contra expendentes monetam falſam ſcienter intrat pœna mortis, & confiſcationis bonorum, vt aduertunt *Farinacc. in d. quæſt. 115. num. 117. & Maſſin. de confiſc. bonor. quæſt. 6. num. 45. & ſeq.*

13 Limita dict. declarationem, vt habeat locum, quando expendens monetam falſam fuit particeps fabricationis illius, & ſit fabricantibus auxilium præſtitiſſe dicitur, aliàs ſecùs, vt voluit *Farinac. in d. quæſt. 115. num. 117. & num. 227.*

14 Licèt contrarium, & fortè verius, imò indiſtinctè intrare pœnam vitæ, & confiſcationis bonorũ contra expendentem monetam falſam ſcienter ſtante generalitate verborum d. *Bulla Vrbani VIII*, tenuerit *Maſſin. in d. quæſt. 6. num. 48. & ſeq.* benè comprobans, & faciunt notata in his terminis *per Merl. Pignatell. contr. forenſ. lib. 1. cap. 26. n. 23.*

15 Declara ſecundò d. concluſionem, quod expendens monetam falſam ſcienter illam accipiendo à fabricatoribus illius, & ſic dando eis ad prædicta auxilium, & faciendo ſe participem in delicto fabricationis monetæ puniatur eadem pœna, qua puniuntur ipſi fabricatores falſæ monetæ, non autem pœna falſi, vel alia extraordinaria præcedente tamen pacto, & tractatu in fabricatorem monetæ, & expendentem, aliàs diceretur auxilium datum poſt delictum, quod non punitur eadem pœna, vt poſt *Cuma. & Belui.* per eum adductos firmat *Farinac. de crim. læſa maieſt. d. quæſt. 115. num. 137. & ſeq.* vbi reprobat *Marſil.* contrarium ſentientem, & clariùs *in add. ad d. q. 115. poſt n. 28. & in conſ. 106. n. 7. & in conſ. 113. n. 6. lib. 2.* & benè declarat *Merl. Pign. cõtr. for. lib. 2. c. 26. n. 20. 21. & ſeq.*

A D D I T I O.

N. 10. VBi habetur, quod expendens moneta tonſam dicitur expendere monetam falſam, & debet puniri ex *Farinac.* ibi relato adde, & cum opinione *Farina.* contra *Marſil.* pertranſit *Zuff. de legit. proceſ. crim. lib. 1. quæſt. 7. num. 4. & ſeq.* benè comprobans.

S V M M A R I V M.

1 *Monetam tondentes puniuntur pœna mortis naturalis.*

Licèt illos puniri pœna arbitraria voluerint aliqui, num. 2.

Concluſio eò magis procedit in Statu Eccleſiaſtico ob Bulla Pij V. num. 3.

Et ſi tondeant monetam excedentium iuſtum pondus, num. 4.

Licèt contrarium teneant aliqui, num. 5.

Et etiam tingentes monetam incurrunt d. pœnam, num. 6.

Pœna ſupradicta procedit in tondente monetam auream, non autem argenteam, num. 7.

Contrarium tenent plures Doctores, num. 8.

Nec habet locum in tondente monetam in parua quantitate, num. 9.

Fallit vigore Bannimentorum generalium Status Eccleſiaſtici, num. 10.

R E S O L V T I O V.

Tondentes monetam an puniantur pœna mortis naturalis.

1 TOndentes monetam puniuntur pœna mortis naturalis ad tex. *in l. quicunq; 8. ff. ad leg. Cornel. de falſ.* quam loquentem de pœna damnationis ad beſtias in homine libero intelligunt de pœna mortis naturalis *Decia. tract. crim. lib. 7. cap. 23. num. 25. & cap. 28. nu. 6. Menoch. de arbitr. caſu 316. num. 34. & 35. Farinac. de crim. læſa maieſt. quæſt. 115. num. 99. & ſeq.* vbi hanc concluſionem latè comprobat, & contrarijs reſpondet, & dicit hanc eſſe communem Doctorum opinionem *Card. Tuſc. pract. concl. litera M. concl. 354. num. 16. Barboſ. de Epiſc. allegat. 51. n. 59. & Maſſin. de confiſc. bonor. quæſt. 6. num. 30. & ſeq.*

2 Licèt contra tondẽtem monetam intrare pœnam arbitrariam voluerint *Caball. reſol. crim. caſu 191. num. 5. cent. 2. & Farinac.* ſibi contrarius *conſ. 175. num. 22. lib. 2.* & de pœna triremium *Peguer. deciſ. 86. n. 4.* vbi dicit ita in illo Senatu fuiſſe iudicatum.

3 Amplia primò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum in Statu Eccleſiaſtico ob *Bullam Pij V.* 115. quæ imponit tondentibus monetas aureas, vel argenteas pœnam mortis, quam refert *Farinac. vbi ſupra*, & vigore *Bannimentorum generalium* eiuſdem Status Eccleſiaſtici, vt not. *Maſſin. d. q. 6. n. 32.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locũ etiam in tondentibus monetas excedentibus iuſtũ pondus, & ſic illas ad iuſtum pondus reducentibus, quia puniuntur d. pœna, cum nemini liceat priuata authoritate pondus monetarum à Principe, & eius miniſtris ſtatutum ad æqualitatem reducere, vt docuerunt *Menoch. de arbitr. d. caſu 316. nu. 36. & ſeq.* vbi rationibus contrarijs reſpondet *Farin. de crim. læſa maieſt. d. quæſt. 115. n. 110.* vbi alios dat concordantes, quamplures, & dicit d. tondentes

non

nuo debere effugere pœnam ſaltem extraordinariam, *Barb de Epiſc. d. allegat.* 51. *num.* 60. vbi ex *Nauar.* quem adducit, dicit d. tondentes monetam teneri ad reſtitutionem, vt ibi per eum *P. Layni. in Theol. moral. ſect.* 5. *tract.* 3. *cap.* 5. *num.* 5. *in* 3. *caſu*, *Maſtrill. de indult. cap.* 27. *num.* 15. quem referendo ſequitur *Maſſin. de confiſc. bonor. d. quæſt.* 6. *num.* 34. *& ſeq.* vbi refert *Argentre. ad Conſuet. Britan.* dicentem ſe mirari de *Marſil. & alijs* contrarium tenentibus, vt ibi per eum.

5 Licèt contrarium, imò tondentes monetas reducendo illas ad iuſtum pondus nullam pœnam incurrere tenuerint *Marſil. in l. qui falſam* 19. *nu.* 100. *ff. ad leg. Cornel. de falſ. Alciat. conſ.* 401. *per tot. Decia. tract. crim. lib.* 7. *cap.* 27. *num.* 11. & alii relati per *Farinac. in d. quæſt.* 115. *num.* 109. cum quibus videtur pertranſire *Ant. de Ball. tract. crim. lib.* 3. *caſu* 8. *num.* 6.

6 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in tingente monetas, vt quia ſint de ære, & tingat de argento, vel auro, vel quia ſint de argento, & tingat de auro, vt appareant de argento, vel de auro cum non ſint, qui punitur d. pœna *d. leg. quicunq;* 8. *& ibi gloſ. & Bart. ff. ad leg. Cornel. de falſ.* & tradunt *Menoch. de arbitr. d. caſu* 316. *nu.* 42. *Maſc. de de prob. concl.* 1006. *nu.* 6. *lib.* 2. *Decia. tract. crim. lib.* 7. *cap.* 28. *num.* 31. plene *Farinac. de crim. læſæ maieſt. d. quæſt.* 115. vbi alios dat concordantes quamplures prout facit *Caball. reſol. crim. caſu* 191. *nu.* 3. vbi dicit prædicta non habere locum in tingente monetam non ad effectum fraudandi, ſed ex cauſa ludi, ſeù ex aliqua licita cauſa, & de tingente ad fallendam meretricem *Bertaz. conſ.* 56. *lib.* 1. quem refert *Maſſin. de confiſc. bonor. dict. quæſt.* 6. *num.* 28.

7 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locum in tondente monetam auream, ſecùs ſit in tondente monetam argenteam, quia tunc ſolùm habere locum pœnam extraordinariam voluerunt *Marſil. conſ.* 71. *num.* 13. *& ſeq. Couar. de numiſ. cap.* 8. *ſub num.* 5. *Decia. tract. crim. lib.* 7. *cap.* 33. *num.* 11. *Viui. opin.* 520. *num.* 1. *in fin.* & hanc limitationem eſſe communiter receptam per Doctores dicit *Farin. de crim. læſæ maieſt. d. q.* 115. *n.* 107. & de communi pariter opinione teſtatur *Card. Tuſc. pract. concl. litera M. concl.* 354. *num.* 29.

8 Licèt contrariam opinionem, imò in vtraque caſu eſſe locum pœnæ mortis voluerint *Menoch. de arbitr. d. caſu* 316. *nu.* 34. *& ſeq. Peguer. deciſ. crim.* 86. *num.* 3. *& Caball. d. caſu* 191. *num.* 2. benè comprobans quam opinionem ſeruari in Statu Eccleſiaſtico vigore d. *Bullæ Pij V.* quæ fuit confirmata *per Vrbanum Octauum Conſtit.* 75. *& vigore Bannimentorum generalium* eiuſdem Status teſtantur *Farinac. in d. quæſt.* 115. *num* 108. *& Maſſin. de confiſc. bonor. d. quæſt.* 6. *nu.* 37. *& ſeq.*

9 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in tondente monetam in parua quantitate, quia tunc non intrat pœna mortis, ſed alia mitior, vt latè comprobat *Marſil. d. conſ.* 71. *num.* 1. *& ſeq. Decian. tract. crim. lib.* 7. *cap.* 27. *num.* 2. *Bertaz. conſ.* 552. *num* 1. *& ſeq. lib.* 2. *Farinac. in d. quæſt.* 115. *nu.* 111. *& ſeq & num.* 139. vbi docet qualis in hoc caſu dicatur parua quantitas, *Caball. in d. caſu* 199. *num.* 20. vbi de tondente monetam modici valoris, *Peguer. d. deciſ.* 86. *in fin.* & concordat *Maſſin. de confiſc. bonor. d. quæſt.* 6. *num.* 39. *& ſeq.* vbi alias dat limitationes, quas vide ibi per eum.

10 Licèt contrarium videatur Statutum in *Bannimentis generalibus* Status Eccleſiaſtici §. 58. vbi imponitur pœna mortis tondentibus monetas aureas, vel argenteas etiam in parua quantitate, vt animaduerterunt etiam *Farinac. in d. quæſt.* 115. *num.* 333. *& Maſſin. in d. quæſt.* 6. *num.* 39. *& ſeq.*

S V M M A R I V M

1 *Monetæ falſæ fabricatores gaudent immunitate Eccleſiæ.*

Et gaudent etiam monetam falſam expendentes, num. 3.

Poſſunt tamen moneta falſa in Eccleſia ſpoliari per Iudicem Eccleſiaſticum, num. 4.

2 *Eccleſiæ immunitate omnes gaudent, præterquam in caſibus exceptis in Bulla Gregorij XIV.*

R E S O L V T I O VI.

Fabricatores falſæ monetæ an gaudeant immunitate Eccleſiæ.

1 FAbricatores falſæ monetæ, licèt quodammodò publici latrones, imò proditores, & læſæ maieſtatis rei vocari poſſint, ſi confugiant ad Eccleſiam illius immunitate gaudent vt tradunt *Guttier. pract. quæſt. lib.* 3. *quæſt.* 4. *ferè per tot.* vbi dicit, ita in Cancellaria Pinciana fuiſſe iudicatum, & contrarijs reſpondet, *Farinac. in Append. de immun. Eccleſ. cap.* 6. *num.* 92. *Gambac. de immun. Eccleſ. lib.* 5. *cap.* 44. *num.* 11. *Giurba conſ.* 20. *num* 1. *& conſ.* 30. *num.* 6 in quibus locis, hanc concluſionem latè comprobat, & illã dicit, eſſe veriſſimam, *& Maſſin. de confiſc. bonor. quæſt.* 6. *num.* 64. vbi alios dat concordantes.

2 Nemo enim pro quantumuis graui, & enormi crimine extrahi inuitus ab Eccleſia poteſt, niſi in caſibus in *Bulla Greg. XIV.* expreſſis *Farinac. de immun. Eccleſ. num.* 82. *& conſ.* 86. *nu.* 16. *lib.* 1. *Guazz. de ſen.* 1. *cap.* 37. *num.* 52. *Decia. tract. crim. lib.* 6. *cap.* 25. *num.* 5. *& cap.* 28. *num.* 1. *Giurba d. conſ* 30. *nu.* 2. *& ſeq.* latè comprobans, & dicens d. *Bullam* ad caſus ſimiles non eſſe extendendam, *& conſ.* 30. *nu.* 5. *& Illuſtriſs. Sperel. deciſ.* 60. *nu* 42. *& ſeq. par.* 1.

3 Amplia primò d. concluſionem, vt eò magis habeant locum in eo, qui falſam monetam non fabricauit, ſed tantùm expendit, cum minus ſit falſam monetam expendere, quam fabricare, vt poſt *Abb. Anan. Marſil Fabr. & Decia.* per eum adductos firmat *Giurba d. conſ.* 20. *num.* 6. vbi *num. ſeq.* dicit non gaudere immunitate fabricantem falſam monetam

netam cum imagine, & nomine alicujus proditoris, vel rebellis, cum tunc dicatur læſa Maieſtas Principis, vt ibi per eum,

4 Declara primò d. concluſionem, quod licèt fabricator falſæ monetæ gaudeat immunitate Eccleſiæ, poteſt tamen dict. moneta falſa in Eccleſia ſpoliari, vt poſt *Peguer. deciſ.* 26 n. per eum adductum tradit *Ioan. Laganar. ad Rouit. in pragm.* 1. *de monet. num.* 20. quem refert, & ſequitur *Maſſin. de confiſc. bonor. d. quæſt.* 6. *in fin.* declarans dummodo expoliatio fiat per Iudicem Eccleſiaſticum, non autem per Iudicem laicum, vt ibi per eum, & voluit etiam *Sperell. deciſ.* 127. *num.* 37. & 38. vbi tenet, non ſolùm per Iudicem laicum non poſſe reũ in Eccleſia ſpoliari moneta falſa, imo neque per Epiſcopum id fieri poſſe ad effectum illam conſignandi Iudici ſæculari abſque incurſu irregularitatis, vt ibi per eum, & dixi etiam ſupra in verbo *Iudex Reſolut.* 3. *Ampliat.* 2.

A D D I T I O.

N. 1. VBi habetur, quod fabricatores falſæ monetæ gaudent immunitate Eccleſiæ adde Cum qua opinione pertranſit etiam *Balth. Tomaſ. in tract. de immunit. & liber. Eccleſ. tit.* 1. *num.* 473. qui adducit *Gutier. & Farinac. in locis ſupra adductis.*

MONOPOLIVM.

S V M M A R I V M.

1 *Monopolium dicitur committi, quando pœnes vnũ, vel paucos tota alicuius rei vendendæ poteſtas redigitur.*

Et quando ſtatuitur, ne quis accedat ad aliud Molendinum, & Furnum, num. 2.

Et quando Laniones omnia emunt, vt illa carius vendant, num. 3.

Et Aromatarij ſtatuentes, quod nullus det ceram pro exequijs defuncti, niſi prius ſolutis debitis ipſis Aromatarijs, num. 4.

Et Mercatores ſtatuentes non vendi poſſe merces niſi tali pretio, num. 5.

Et Principes ementes victualia, vt ſoli magno pretio illa reuendant, num. 6.

Alii caſus recenſentur, num. 7. *remiſſiuè.*

R E S O L V T I O I.

Monopolium an dicatur committi quando pœnes vnum, vel paucos tota alicuius rei vendendæ poteſtas redigitur.

1 MOnopolium, licèt pluribus modis cõmitti dicatur, generaliter tamen illud committi dicitur, quando pœnes vnum, vel paucos alios tota alicuius rei vandendæ poteſtas redigitur, vt tradunt *Menoch. de arbitr. caſu* 569. *in prin. Iodoc. in pract. cap.* 132. *in prin. Decia. tract. crim. lib.* 7. *cap.* 21. *nu.* 1. *& ſeq. P. Leſſi. de iuſt. & iur. lib.* 2 *cap* 21. *dubis.* 21. *in princ. Farinac. in fragm. crim. par.* 2. *litera M. num.* 289. *Caball. reſol. crim. caſu* 215. *nu.* 16. *cent.* 3. *P. Paul. Laym. in Theol. moral. ſect.* 5. *tract.* 4. *cap.* 17. *num.* 42. *& Maſſin. de confiſc. bon. q.* 17. *nu.* 10.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt monopolium dicantur committere ſtatuentes, ne quis accedere poſſit ad aliud molendinum, vel ad coquendum panem ad alium furnum, quam ad illum talia Domini, vt not. *Soci. Sen. conſ.* 272. *col.* 3. *lib.* 2. *Decian. tract. cri. lib.* 7. *cap.* 21. *n.* 21. *Menoch. de arbtr. d. caſu* 569. *num.* 18. *Card Tuſc. pract. concl. litera M. concl.* 358. *num.* 5. vbi limitat non procedere ſtante priuilegio, vel conſuetudine prohibitiua, vt ibi per eum *Hond. conſ.* 84. *num.* 58. *lib.* 2. vbi teſtatur de magis communi opinione, *Farinác. in fragm. crim. lit. M. num.* 293. plenè *Cobel. ad Bullam boni regim. cap.* 31. *num.* 228. *ver. verum quod &c.* licèt alios contrarium tenentes referat, quando Statutum ſit pro vtilitate Vniuerſitatis, vt ibi per eum,

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt monopoliũ dicantur committere laniones, qui conuinctis crumenis omnia circum emunt, & certam tantùm quantitatem ad macellum deferunt, vt illa carius vendat, vt not. *Iodoc. in pract. cap.* 132. *num.* 12. *& Menoch. de arb. d. caſu* 569. *num.* 11. & generaliter omnes ementes victualia, puta, frumentum, vinũ, oleum, & ſimilia, vt ipſi ſolùm caſibus vendant, de quibus *Farinac. in fragm. crim. d. litera M. num.* 292. vbi dat concordantes, *& Gait. de credit. cap.* 2. *quæſt.* 9. *num.* 2311.

4 Amplia tertiò d. concluſione, vt monopolium committere dicantur aromatarii ſtatuentes, quòd pro exequiis defuncti nullus ex eis poſſint dare ceram hæredibus illius, niſi prius ſoluerint aromatariis totum, quod defunctus debebat, vt poſt *Caccialup. & Crot.* per eum adductos tradunt *Decian. tract. crim. lib.* 7. *cap.* 21. *num.* 29. *Menoch. de arbitr. d. caſu* 569. *num.* 20. *& Farinac. in fragm. crimin. d. litera M. num.* 299.

5 Amplia quartò d. concluſionem, vt monopolium dicatur committi per mercatores, qui inter ſe conueniunt non vendendi merces, niſi vnico pretio, vt not. *Gait. de credit. d. cap.* 2. *quæſt.* 9. *num.* 2310. *Guazz. de confiſc. bonor. concl.* 13. *ampl.* 16. *num.* 1. *P. Laym. in Theol. moral ſect.* 5. *tract.* 4. *cap.* 17. *nu.* 42. *ver. eadem lege &c. & P. Diana in ſumma in ver. monopolium, num.* 1.

6 Amplia quintò d. concluſionem, vt monopoliũ dicatur committi à Principibus, & Dominis Terrarum ementibus frumentum, & alia victualia, vt ſoli magno pretio illa vendant, & maximè ſi cogant ſubditos non egentes ad illa emendum, vt tradunt *Decia. tract. crim. lib.* 7. *cap.* 21. *num.* 5. vbi valdè exclamat contra Principes talia facientes, vt ibi per eum, *Menoch. de arb. d. caſu* 569. *in fin.* contra *Aleiat. conſ.* 117. *num.* 20. contrarium ſentientem, *Farinac. in fragm. crim. d. litera M. num.* 298. *& Gait. de credit. dict. cap.* 2. *quæſt.* 9. *num.* 2318. vbi exclamat contra Barones Regni ſimilia facientes, vt ibi per eum.

7 Alios

7 Alios verò caſus, in quibus dicitur committi monopolium, cum ſatis longum eſſet omnes hic recēſere, videas *per Iodoc. in pract. cap. 132. per tot per Menoch. de arb. d. caſu 569. per tot. per Decia. tract. crim. lib. 7. cap. 21. per tot. per Caball. d. caſu 215. per tot. per P. Leſs. de iuſt. & iur. d. lib. 2. cap 21. dubit. 21. per tot. per Card. Taſch. pract. concl. litera M. concl. 358. per tot. per Farinac. in fragm. crim. d. litera M. num. 290. et ſeq. per Gait. de credit. d. cap. 2. quaeſt. 9. num. 2300. et ſeq. & per Cobel. ad Bull. bon. regim. cap. 31. num. 217. & ſeq.*

A D D I T I O.

N. 2. VBi habetur, quod dicitur committere monopolium prohibens, ne quis accedat ad aliud molendinum, vel furnum adde *Vermigl. conſ. 100. nu. 3. & Rot. deciſ. 50. num. 23. & 24. par. 2. diuer.*

Alios plures modo, quibus committitur monopolium recenſent *Bald. conſ. 464. lib. 4. per tot. Rebuſſ. in tit. de Magiſtr. artific. art. 2. gloſ. vni. & Card. Tuſc. pract. concluſ. litera M. concl. 358. per tot.*

S V M M A R I V M

1 *Monopolium exercentes puniuntur pœna exilij, & confiſcationis bonorum.*
Et Iudices illud non punientes puniuntur in 50. libris auri, num. 2.
Et Notarij conficientes de eo Inſtrumenta puniantur pęna confiſcationis bonorum, num. 3.
Fallit, quando monopolium exercetur ſuper re parui momenti, num. 4.
Et quando monopolium exercetur authoritate publica, num. 5.
6 *Princeps an poſſit concedere authoritatem exercendi monopolium remiſsiuè.*

R E S O L V T I O II.

Monopolium exercentes qua pęna puniantur.

1 MOnopolium exercentes puniuntur pęna exilij, & confiſcationis bonorū ad tex. *l. vni. C. de monopol.* & tradunt *Iodoc. in pract. cap. 132. n. 6. Menoch. de arb. caſu 569. nu. 23. Decia. tract. crim. lib. 7. cap. 21. nu. 33. Caball. reſol. crim. caſu 215. num. 28. 29. & ſeq. cent. 3. Gazz. de confiſ. bon. concl. 13. ampl. 16. n. 1. Gait. de credit. cap. 2. q. 9. nu. 2321. & Maſſia. pariter de confiſc. bon. quaeſt. 17. num. 3.* vbi alios adducit ita ſentientes.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt monopolij delictum ſit ita legibus exoſum, vt Iudices illud diſſimulantes pœnas, de quibus ſupra, delinquentes non puniendo veniāt ipſi puniendi in quinquaginta libris auri fiſco inferendis *d. l. vni. C. de monopol.* & not. *Iodoc. in pract. in d. cap. 132. in fin. Decia. tractat. crimin. dict. lib. 7. cap. 21. num. 33. Petr. Greg. Toloſ. in ſintag. iur. vniuer. lib. 25. cap. 14. n. 6. in fin. Menoch. de arbitr. d. caſu 569. num. 24. & Maſſin. de confiſc. bonor. d. quaeſt. 17. num. 6.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt Notarij conficientes inſtrumenta ſuper huiuſmodi illicitis pactionibus puniantur pœna confiſcationis bonorum, vt voluerunt *Menoch. de arbitr. d. caſu 569. nu. 25. Decian. d. lib. 7. cap. 21. num. 35. & Maſſin. de confiſc. bonor. d. quaeſt. 17. num. 7. & 8.*

4 Limita primò d. concluſionem, vt pœna contra exercentem monopolium non habeat locum, quādo illud ſuper re tenui, & vili commiſſum fuit, quia tunc illam eſſe diminuendam attenta rei, & perſonæ qualitate ſcripſerunt *Iodoc. in pract. d. cap. 132. num. 3. et nu. 14. Menoch. de arbitr. d. caſu 569. num. 23. Caball. d. caſu 215 num. 29. & ſeq.* volens pœnam eſſe Iudici arbitrariam, *Maſſia. de confiſc. bonor. d. quaeſt. 17. num 4.* & d. pœnam poſſe per Iudicem augeri, & minui ſecundum facti, & perſonarum qualitatem, & ſic eſſe arbitrariam voluit etiā *Gait. de credit. d. cap. 2. quaeſt. 9. nu. 2322. et ſeq.*

5 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in monopolio commiſſo authoritate publica, vt quando Mercatores Superioris permiſſu procurant eis tantùm ius vendendi merces in Ciuitate, & certo eis taxato pretio, & alijs prohibitione facta, vt abundantia in Ciuitate introducatur, & tollatur emulatio aliorum paucas viliori pretio merces vendentium, quibus finitis ſuccederet penuria, quia d. monopolium dicitur licitū, vt his, & alijs exemplis, tam in frumento, quàm in libris, & alijs mercibus docent *Molſeſ. de contrac. cap. 5. n. 124 et ſeq. Stac. de commerc. §. 1. q. 7. par. 3. limit. 10. nu. 85. et ſeq. Molin. de contract. diſp. 345. nu. 3. & Farinac. in d. fragm. crim. litera M. nu. 306.* quos refert, & ſequitur *Gait. de credit. d. cap. 2. quaeſt. 9. num. 2307. et ſeq.*

6 Quando tamen Princeps poſſit concedere priuilegium exercendi monopolium tradunt *P. Molin. de contract. d. diſp. 345. num. 2. P. Leſſi. de iuſti. et iur. lib. 2. cap. 21. n. 148. et ſeq. Bonac. de contract. diſp. 3. q. 2. punct. 5. nu. 9. P. Reginal. in praxi fori pœnit. cap. 25. nu. 327. et Eminentiſs. Card. de Lugo de iuſt. & iur. diſput. 26. ſect. 12. num. 171.* ipſos conſulas.

A D D I T I O.

N. 1. VBi habetur, quod monopolium eſt punibile adde *D. Deluca in Theat. verit. & iuſti. tom. 7. in tit. de empt. & vendit. diſcur. 12. num. 2. & ſeq.* vbi dicit quod monopolium non eſt prohibitum inter contrahentes, quod vendens mercem non poſſit in eodem loco conſimilem introducere, vt ibi per eum, *num. 8.*

M V L C T A.

S V M M A R I V M

1 *Iudex poteſt cōtumaces, & inobedientes eius præceptis mulctare, ne illius authoritas contēnatur.*
Quod licèt facere etiā Iudice Eccleſiaſtico, n. 2.
Dūmodo mulcta non ſit exceſſiua, quæ non valet, n. 3.
Modus tamen mulctandi remittitur Iudicis arbitrio, num. 4.

Dummodo mulcta non ſit inſolita, et contra ſtilum Curiæ, num. 5.

Et ſi præceptum tranſmiſſum ſit validum, aliàs ſecùs, num. 6.

Si tamen mulcta ſit exceſſiua, vel iniuſta poteſt ab ea appellari, num. 7.

8 *Multa non poteſt imponi niſi à Iudice habente iuriſdictionem cum mulctare ſit iuriſdictionis.*

Et niſi præcedente citatione ad allegandum cauſam quare mulctari non debeat, num. 9.

Contumax, quando excuſetur à mulcta ob impedimentum comparendi, num. 10. remiſſiuè.

RESOLVTIO I.

Iudex an poſſit contumaces, & inobedientes eius præceptis mulctare.

1 IVdex ne illius Tribunal contemnatur, & eius authoritas vilipendatur à ſubditis poteſt pœnali coerctione ſuam iuriſdictionem tueri, & ſic contumaces, & inobedientes eius præceptis mulctare, *l. vni. & ibi gloſ. & Doct. ff. ſi quis iuſdic. non obtemp.* & ita dunt *Menoch. de arb. caſu 280. in prin. Eugen. conſ. 31. num. 11. & 22. lib. 1.* plenè *Farin. de delict. et pœn. q. 18. n. 27.* vbi alios dat concordantes, *Scac. de iudi. lib. 1. c. 99. n. 2. Cabal. reſol. crim. caſu 85. n. 1. 2. & ſeq. cēt. 1. et Maſſin. de conf. bon. q. 22. in prin.*

2 Amplia d. concluſionem, vt habeat locum, etiam in Iudice Eccleſiaſtico, qui poteſt cōtumaces mulctare, & mulctas exigere etiam per Eccleſiaſticas cenſuras, vt not. *Foller. in pract. crim. cauo. in ver. & non comparentes contumaces reput. cap. 10. num. 24. Farinac. in d. quæſt. 18. num. 27. Caball. d. caſu 85. num. 2. et ſeq. & Maſſin. d. quæſt. 22. num. 3.*

3 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locum, dummodo mulcta non ſit exceſſiua, & immoderata, quia ſi ſit talis erit ipſo iure nulla, vt poſt *Ang. in conſ. 8. nu. 3.* per eum relatum voluit *Card. Tuſc. pract. concl. litera M. concl. 412. num. 5.* & poſt *Abb. Bonac. et Gall.* per eum relatos docet *Farinac. de delict. & pœn. d. quæſt. 18 num. 29. et ſeq.* vbi dicit, contumacem non poſſe mulctari in amiſſione totius cauſæ nec in pœnam vitæ, nec confiſcationis, nec in pœnam corporalem, nec confeſſati criminis, vt ibi per eum *Caball. d. caſu 85. num. 7. et 8. Scacc. d. cap. 99. num. 9. & Maſſin. de confiſc. bon. quæſt. 22. num. 12.*

4 Declara d. limitationem, quod licèt modus mulctādi ſit à lege præſcriptus *in l. eos 6. et in l. Illuſtres 4. C. de modo mulct.* ita vt Iudex d. modum excedens veniat puniendus, hodiè tamen de conſuetudine d. modus non ſeruatur per Iudices, qui indiſtinctè nulla habita ratione quantitatis expreſſe *in d. l. eos* mulctas eorum arbitrio pro facti, & perſonarum qualitate indicent, vt declarant *Menoch. de arbitr. d. caſu 280. num. 2. Farinac. de delict. & pœn. d. quæſt. 18. num. 31.* vbi quamplures adducit ita ſentientes, *Guazz. de confiſc. bonor. concl. 13. ampliat. 20. nu. 2. et Capic. Latro conſult. 1. num. 42. et ſeq.* nec non *Maſſin. de confiſc. bonor. d. quæſt. 22. num. 7. et 8. & Scac. de iudic. d. lib. 1. cap. 99. num. 5.*

5 Limita ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum dummodo mulcta, non ſit inſolita, & contra ſtylum Curiæ, quia illa dicitur iniuſta, & non eſt exigenda, vt declarant *Boſſi. in pract. in tit. de mulct. num. 13. Rolan. conſ. 47. nu. 51. & ſeq. lib. 2. Bonacoſ. in ſuis comm. par. 1. fol. 116. col. 2. ver. mulctare quis, &c.* quem vna cum alijs pluribus concordantibus refert, & ſequitur *Farinac. de delic. et pœn. d. quæſt. 18. num. 38.*

6 Limita tertiò d. concluſionem, vt habeat locum dummodo præceptum ſit iuſtum, & ſecus ſi illud ſit iniuſtum, & ſinè cauſa emanatum, quia tunc contumax mulctari non poteſt *l. 2. et 3. et ibi not. Doct. ff. ne quis eum qui &c. Plot. conſ. 3. num. 31. & ſeq. inter conſ. crim. diuer. lib. 2.* latè *Farinac. de delict. et pœn. d. quæſt. 18. num. 45.* vbi alios dat concordantes, & docet præceptum dici iniuſtum quando nulla præcedente ſuſpicione contra reum emanauit, *et num. 53. et ſeq.* vbi quærit an ſufficiat cauſa, ad informandam Curiam, pro vt facit *Guazz. deſen. 7. cap. 1. num. 3.* vt ibi latius per eum.

7 Amplia d. tres limitationes adeò eſſe veras, vt quādo mulcta eſt indebitè iniuſtè, vel nulliter indicta poſſit mulctatus ab ea appellare ad tex. *in l. et in mulctis 25. C. de appell.* & tradunt *Boſſi. in pract. in d. tit. de mulct. nu. 2. Plot. in d. conſ. 3. num. 22. Bertaz. conſ. crim. 81. num. 17. vol. 1.* quem referendo ſequitur *Farinac. in d. quæſt. 18. nu. 58.* vbi dicit, quod quando mulcta eſt exceſſiua poteſt de illius nullitate dari etiam abſque appellatione, vt ibi per eum, *et de var. ac diuer. quæſt. quæſt. 101. num. 16.* videndus, & tradit etiam *Scac. de appel. quæſt. 17. limit. 3. nu. 19. et limit. 47. memb. 1. nu. 182.* nec non *Pereg. de iure fiſc. lib. 4. tit. 8. num. 2. et Guazzin. d. deſen. 7. cap. 1. num. 6.*

8 Declara primò d. concluſionem, vt habeat locū in Iudice habente iuriſdictionem, ſecus tamen in illa carente, qui non poteſt mulctam imponere, cum mulctare ſit iuriſdictionis, vt adnotarunt *Iaſ. in l. 1. in prin. ff. de in ius voc.* vbi teſtatur de cōmuni opinione. *Menoch. de arbitr. lib. 1. quæſt. 74. nu. 9. Card. Tuſc. pract. concl. litera M. concl. 409. num. 1. et ſeq. et Farinac. de delict. et pœn. d. quæſt. 18. num. 46. et ſeq.* vbi ideò infert, arbitrum non poſſe mulctare, nec Procuratorem Cæſaris, & fiſci, nec Iudicem delegatū ab inferiore, niſi aliter poſſit ſuam iuriſdictionem tueri, licèt ſecùs eſſe dicat in delegato à Principe, vt ibi per eum, & concordant *Pereg. de iure fiſci lib. 4. tit. 8. num. 28. & ſeq. & Guazz. d. deſen. 7. cap. 1. num. 4. et cap. 2. num. 7.*

9 Declara ſecundò d. concluſionem, vt contumax mulctari non poſſit, niſi vltra terminum ad ſe defendendum iterum citetur ad allegandam cauſam quare propter incuriam contumaciam mulctari non debeat, vt docent *Rota. conſ. 39. nu. 33. vol. 1. et conſ. 47. num. 6. et 43. lib. 2. Boſſ. in pract. in tit. de mulct. num. 6. Plot. d. conſ. 3. num. 16. & ſeq. inter conſ. crim. diu. lib. 2.* vbi requirit etiam citationē ad

ſenten-

ſententiam, vt ibi per eum, & *Farinac. de delict. & pœn. d. quæſt. 18. num. 44.* vbi alios dat concordantes quamplures *Scacc. d. cap. 99. num. 9. & Guazzin. defen. 7. cap. 1. num. 9.*

10 Quando verò contumax excuſetur à mulcta, eo quia non potuit comparere ex aliqua iuſta cauſa, ſeù impedimento, & præcipuè, quia fuerit citatus ad locum non tutum tradit *Farinac. de inquiſ. q. 11. nu. 50. & ſeq. & de delict. & pœn. d. quæſt. 18. nu. 40. & ſeq. & Vermigl. conſ. 111. nu. 10.* nec non *Guazz. d. defen. 7. cap. 1. num. 8. et 10.* ipſos conſulens.

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod Iudex poteſt inobedientes eius præceptis mulctare adde latè *Rota deciſ. 610. ferè per tot. apud Merlin. tom. 2.* vbi etiam habetur, quod mulcta non poteſt imponi niſi à Iudici habente iuriſdictionem, vt habetur etiam *hic num. 8.*

SVMMARIVM

1 *Mulctatus per Iudicem, ſi illam non poteſt ſoluere, admittitur ad ceſſionem bonorum.*

2 *Et ſtante paupertate Iudex poteſt mulctam diminuere, vel illam in totum remittere, num. 2.*

3 *Condemnatus verò ex delicto in pœnam pecuniariam non cedit bonis, num. 3.*

4 *Admittitur tamen ad ceſſionem bonorum condemnatus ad damna, & intereſſe, num. 4.*

RESOLVTIO II.

Mulctatus per Iudicem ſi illam non poteſt ſoluere an admittatur ad ceſſionem bonorum.

1 REus mulctatus per Iudicem ob non paritionem illius mandatis, ſi ſit impotens ad ſoluendam pœnam mulctæ fiſco ob eius paupertatem admittitur ad beneficium ceſſionis bonorum, & tunc non habet locum regula, qui non habet in ære luat in corpore, vt tradunt *Boer. deciſ. 349. num. 2. et 3. Brun. de ceſſio. bono. in 4. quæſt. prin. num. 5. Pute. de ſindic. in ver. Pœna cap. 3. num. 3. Peguer. deciſ. crim. 6. n. 4. Caball. reſol. crim. caſu 77. num. 8. et ſeq. cent. 1.* alios adducens, ita ſentientes *Maſſin. de confiſc. bon. quæſt. 22. nu. 13.* Mulcta enim per interlocutoriam imponitur, & ideò Iudex poteſt illam minuere, vel propter paupertatem in totum illam ſuo officio nobili, quod durat, tollere, pœna autem ordinaria, vel extraordinaria imponitur per ſententiam diffinitiuam, qua lata Iudex functus eſt officio ſuo, & ſic non poteſt illam alterare, vt declarant *Salic. in l. fin. in fin. C. de ſepul. viol. & in l. et ſi ſeuerior 3. ſub num. 6. C. ex quibus cauſ. infa. irrog. Pute. de ſindic. in d. cap. 3. num. 3. et Caball. in d. caſu 77. num. 12. cent. 1.*

2 Amplia d. concluſionem, vt ſtante paupertate rei mulctati Iudex poſſit mulctam ei diminuere ac etiā illam in totum remittere, vt docent *Clar. in pract. §. fin. q. 95. ver. hæc autem omnia &c. Vaſq. quæſt. Ill. cap. 24. num. 15. lib. 1.* vbi teſtatur de communi opinione, late *Farinac. de delict. et pœn. q. 18. nu. 56.* vbi alios dat concordantes, & dicit in d. caſu Iudicem non poſſe pœnam pecuniariam mulctæ in corporalem commutare, *Caball. d. caſu 77. num. 9. et ſeq.* vbi dicit, hanc ampliationem non habere locum, quando mulcta eſt applicata parti, quæ non poteſt remitti per Iudicem *Guazz. de fen. 7. cap. 2. num. 3.* vbi dicit ita ipſum pluries in facto obtinuiſſe, & quod Iudex ſtante paupertate mulctati, poteſt illū admittere ad compoſitionem non ſolum pro quarta parte pœnæ, ſed etiam ad rationem duorum, vel trium pro centenario ſuo arbitrio, ſequuta obedientia, vt ibi per eum, *et Maſſin. de confiſc. bon. d. quæſt. 22. num 15. et ſeq.* vbi dicit, Iudicem poſſe etiam mulctas ad opera publica diuertere, ſed non in Statu Eccleſiaſtico, in quo vigore *Bullarum Sixti V. Clementis VIII. et Pauli V.* Iudices non poſſunt remittere pœnas, & mulctas vltra ſummam ſex florenorum auri de Camera, neq; illas poſſunt alteri, quam fiſco Apoſtolico applicare, vt ibi per eum.

3 Limita d. concluſionem, vt non habeat locum in debitore ex delicto condemnato in pœnam pecuniariā, quia ipſe nō admittitur ad ceſſionē bonorū, ſed in eo practicatur regula: Qui non habet in ære, luat in corpore, vt tradunt *Ludo. dec. Peruſ. 32. n. 3. Brun. de ceſſio. bon. in 4. quæſt. prin. num. 5. Peregr. de iure fiſci lib. 4. tit. 8. num. 33. & lib. 6. tit. 7. num. 37. Theſ. deciſ. 182. per tot.* plenè *Farinac. de delict. & pœn. quæſt. 26. nu. 3. & ſeq.* vbi plures dat limitationes, & præcipuè, quando pœna pecuniaria eſt minima, & impoſita pro leui delicto in viro nobili, & in aliis pluribus *Caball. reſol. crim. d. caſu 77. nu. 12.* vbi *nu. 4.* dicit, hanc limitationem non procedere, quando reus deficeret in modico in ſoluendo pœnam pecuniariam teſtando de æquiori, & communiori opinione, vt ibi per eum, *Maſſin. de confiſc. bon. quæſt. 40. nu. 2. P. Diana in ſumma in ver. Ceſſio bonorum num. 4.* & dixi ſupra in rec. *Cautio de non offend. Reſol. 11. num. 4.*

4 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in reo condemnato ex delicto ad damna, & & intereſſe partis, quia conuentus pro illorum ſatisfactione non admittitur ad beneficium ceſſionis bonorum, vt latè comprobat *Peguer. deciſ. 6. per tot. Farin. de delict. & pœn. d. quæſt. 26. num. 6.* vbi teſtatur de communi opinione, *Vinc. de Franch. dec. 358. nu. 3. & 4.* quem vnà cum aliis refert, & ſequitur *Cabal. reſol. crim. d. caſu 77. n. 6. cent. 1. et P. Diana in ſum. in d. ver. Ceſſio bonorum n. 4. & ſeq.* vbi declarat, quæ dicātur debita ex delicto, vt ibi per eū.

MVLIER.

SVMMARIVM

1 *Mulier de iure canonico non admittitur ad teſtificandum in cauſa criminali.*

Quod eò magis procedit in muliere meretrice, nu. 2.

RESOLVTIO VNICA.

Mulier de iure canonico an admittatur ad teſtificandum in cauſa criminali.

1 MVlier de iure canonico non admittitur ad teſtificandum in cauſa criminali *cap. mulierem, & ibi gloſ. 33. q. 5. gloſ. Abb. Felin. Bald. Imol. Butr. Boich. et alij in cap. quoniam . . . de teſtibus Tiraq. de legibus connub. leg. 6. nu. 61.* vbi hanc concluſionem dicit indubitatam, *Clar. in prac. §. fin. quaſt. 24. ver. de iure autem canonico &c.* plenè *Farinac. de teſt. quaſt. 59. nu. 1.* vbi hanc concluſionem dicit veriſſimam, & magis communiter receptam per Doctores, *Giurba conſ. 43. num. 5. Maſſin. de confiſc. bonor. quaſt. 10. num. 47.* & de ea dixi latiùs infra in ver. *Teſtis Reſolut. . . . per tot.* videas ibi.

Amplia d. concluſionem, vt eò magis habeat locum in muliere meretrice, quæ vti ipſo iure infamis repellitur omninò à teſtificando, vt pariter dixi latiùs infra in d. ver. *Teſtis Reſolut. . . .* vide ibi.

NEGATIVA.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes deponentes ſuper negatiua vaga illam non probant;*

Cum negatiua vaga, & indeterminata non cadat, ſub ſenſu, num. 2.

Secùs tamen eſt ſi deponant de negatiua arctata de loco, & tempore, num. 3.

Qui debent remouere actum à ſenſu, non ſenſum ab actu, num. 4.

Declara, vt num. 5.

Declara ſecundò, vt non procedat, quando teſtes deponunt de negatiua fauore defenſionis, num. 6.

RESOLVTIO I.

Teſtes deponentes ſuper negatiua vaga an illam probent.

1 TEſtes deponentes ſuper negatiua vaga, & indeterminata illam non probant, cum d. negatiua non cadat ſub ſenſu, & de ſui natura ſit improbabilis, vt tradunt *Hercul. de negat. prob. nu. 33. & ſeq. Clar. in pract. §. fin. quaſt. 52. ver. ſcias autem &c.* vbi teſtatur de communi opinione *Maſc. de prob. concl. 70. nu. 5. lib. 1.* vbi teſtatur de veriori, & recepta opinione, *& conclus. 1364. nu. 10. lib. 3.* plenè *Farinac. de teſt. quaſt. 65. num. 221.* vbi quamplures dat concordantes, etiam hanc eſſe communem opinionem atteſtantes, & dicit, teſtes ſuper d. negatiua deponentes non carere ſuſpicione falſitatis, vt ibi per com. *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 6. num. 63.* alios adducens, ita ſentientes, *Vermigl. conſ. 244. num. 6. & conſ. 251. num. 9.* & nouiſſimè *Zuffi. de legitim. proceſ. lib. 1. quaſt. 32. num. 15. & ſeq.*

2 Negatiua enim vaga, & indeterminata, vt dixi non cadit ſub ſenſu, & ideò de ſui natura eſt improbabilis, vt not. *Pacia de prob. lib. 1. cap. 37. nu. 1. & ſeq. Farinac. d. quaſt 65. nu. 221. Card. Tuſc. pract. concl. litera N. concl. 30. nu. 1. & 9. Caren. in d. tit. 6. num. 63. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 5. quaſt. 23. nu. 9. Zuffi. d. q. 32. n. 15. & ſeq. & P. Graſſet. de nece prod. §. 32 num. 20.* & alij Doct. ſupra adducti.

3 Limita d. concluſionem, vt habeat locum in teſtibus deponentibus de negatiua vaga, & indeterminata, vt ſupra, ſecùs tamen eſt in ſi illi deponant de negatiua coarctata loco, & tempore, quæ cum cadat in ſenſum teſtis, ſicut affirmatiua, ideò non minus creditur teſtibus ſuper tali negatiua deponentibus, quàm credatur teſtibus deponentibus ſuper affirmatiua, vt ſcripſerunt *Hercules de negat. prob. num. 260. & ſeq. Clar. in pract. in d. quaſt. 52. ver. ſcias autem &c. Gabr. comm. concl. de teſt. concl. 4. num. 2. & 3. Maſc. de prob. d. concl. 70. nu. 5. & ſeq. Pacia de prob. lib. 1. cap. 36. nu. 13.* & latiùs *cap. 37. nu. 27. & ſeq.* vbi dicit, hanc opinionem ſecundùm legiſtas eſſe veriorem *Card. Tuſc. pract. concl. litera N. concl. 30. nu. 49.* latè *Farinac. de teſt. d. quaſt. 65. num. 212.* vbi plures dat concordantes, & teſtatur, hanc eſſe magis communem opinionem, *Muta deciſ. 38. num. 8. Carena de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 6. num. 64. P. Graſſett. de nece prodit. d. §. 32. num. 20. Zuffi. de legit. proc. d. lib. 1. quaſt. 32. num. 15. et ſeq.*

4 Declara d. limitationem, quod teſtes deponentes de d. negatiua coarctata ad effectum, vt probent, non ſolùm debent remouere ſenſum ab actu, vt puta, dicendo *Non vidiſſe, non audiuiſſe*, & ſimil. ſed debent etiam remouere actum à ſenſu dicendo, *Nec eſſe aliter poſſe, quin ipſi teſtes vidiſſent, vel audiuiſſent*, alias non probant negatiuam, vt declarant *Boſſi. in pract. in tit. de defen. reo. nu. 15. Gabr. comm. concl. de teſti. d. concl. 4. num. 6. Clar. in pract. d. quaſt. 52. ver. ſcias tamen &c. Pacia de prob. lib. 1. cap. 27. ſub num. 26. & cap. 40. num. 15. & ſeq.* vbi hanc dicit communem opinionem, quem refert vna cum aliis pluribus, & ſequitur *Farinac. de teſt. d. quaſt. 65. num. 228. Card. Tuſc. d. concl. 30. num. 51. litera N. Guazz. defen. 28. cap. 1. num. 12. Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 6. num. 65. Vermigl. conſ. 248. nu. 9. & conſ. 251. nu. 9. & conſ. 252. num. 7. & ſeq. Zuffi. de legit. proceſ lib. 1. quaſt. 32. num. 15. & ſeq. & Rota apud Greg XV. deciſ. 42. num. 5.*

5 Limita d. declarationem, vt non habeat locum, quando teſtes deponunt ſuper eo, de quo ſunt ita informati, vt veriſimile ſit, id eis eſſe ſatis notum, quia tunc ſufficit ſimplex eorum negatio, dicendo eos fuiſſe præſentes, & non vidiſſe fieri &c. abſque eo, quod dicant, nec poterat fieri, quin ipſi teſtes vidiſſent, vel audiuiſſent, vt tradunt *Boſſi. in pract. in tit. de defen. reo. nu. 16. de prob. lib. 1. cap. 40. num. 18. & ſequen.* vbi alias affert limitationes, quem refert, & ſequitur *Farinac. de teſtib. dict. quaſt. 65. num. 230.* vbi teſtatur de communi opinione,

& conſ.

& conſ 65.num.24.lib.1.et conſ 151.nu.18.et conſ. 166.nu.17. lib.2. et Rota apud Greg.XV.d.deciſ 325. num.6.& ibi Adden.num.27. qui quamplures referunt eiuſdem Rotæ deciſiones, & quod teſtis benè informatus non teneatur coarctare negatiuam, dixit eadé *Rot.dec.243.n.6.par.6.rec.& in Maioricen. celebrat Miſſarum 28.Iunij 1652. §.quod etiam &c. coram R. P. D. Bichio.*

6 Limita ſecundò d.declarationem, vt non habeat locum, quando agitur de fauore defenſionis, quia tunc teſtem deponentem de negatiua dicendo, Titium non commiſiſſe tale delictum ſine illa arctatione probare, cum dubia probatio admittatur fauore defenſionis, voluit *Thob.Noni.conſ.101.n.3.* cum quo pertranſire videtur *Guazz.dict.defen. 28. cap.1.n.12.ver.& non deſiat &c.* vbi admittit probari negatiuam per teſtes deponentes de credulitate fauore defenſionis, vt ibi per eum.

A D D I T I O.

N.1. VBi habetur, quod teſtes deponentes ſuper negatiua vaga illam non probant adde *Ciriac. contro.614. num.3.tom.4.* vbi dicit, illos eſſe ſuſpectos etiam de falſo, & quod dum coarctant negatiuam debent remouere actum a ſenſu, non autem ſenſum ab actu, vti habetur etiam *hic num.4.*

N.5. Vbi habetur, quod teſtes deponentes ſuper eo, de quo ſunt informati probant negatiuam, licet non remoueant ſenſum ab acto adde *Vermigl. conſ. 15. num. 43. & Andreol. contro.345.num.3.*

S V M M A R I V M

1 *Negatiua coarctata de loco, & tempore probat innocentiam inquiſiti.*

Cum nemo vno, & eodem tempore in duobus locis eſſe poſſit, num. 2.

Etiam ſi contra inquiſitum adeſſent indicia ad torturam, num.3.

Negatiua coarctata dicitur probata, ſi teſtes deponant, quod inquiſitus tota die, qua fuit commiſſum delictum, fuit in alio loco, num.4.

Contrarium ſufficere teſtes deponere de die, licèt non dicant de tota die, num. 5.

Declara, quando teſtes deponunt de negatiua ad defenſam, aliàs ſecùs, num. 6.

7 *Teſtes deponentes de negatiua quomodo ſint examinandi.*

R E S O L V T I O II.

Negatiua coarctata de loco, & tempore an probet innocentiam Inquiſiti.

1 NEgatiua coarctata de loco, & tempore, quòd reus tempore delicti eſſet in alio loco probat innocentiam rei inquiſiti, ita vt illa ſtante, veniat abſoluendus, vt tradunt *Gram.deciſ. 56.n.3.& ſeq.Turret.conſ.66.num.22.lib.1.Bertaz. conſ.93.ſub num.6.lib.1.Hond.conſ.102.nu.15.lib.1.* Reſol.Crim.

Farinac.de teſt.quaeſt.65.nu.218. vbi alios dat concordantes, *Guazz. defen.28.cap.1.num.12.& ſeq. Carena de Offic.S.Inquiſ.par.3.tit.9.nu.10. Vermigl. conſ.25.num.17.& conſ.78.nu.8. & conſ 272.nu.7. & conſ.382.num.19. Giurba conſ 43.num.1.* & dixi etiam ſupra *in ver.Defenſio Reſolut.14. num.3.* vbi alios adduxi concordantes, & probaui, innocentiam rei probari etiam alio modo, demonſtrando teſtes contra reum examinatos tempore aſſerti delicti adfuiſſe in alio loco, vt ibi eſt videre.

2 Nemo enim vno, eodemque tempore in duobus locis eſſe poteſt, niſi miraculoſè *Gram. d.deciſ.56. num.3.Clar. in pract. d. quaeſt.52.num.4. Hond.conſ. 102.num.11.vol.1. Muta deciſ.38.nu.8. Farinac.de teſt.quaeſt.65.num.218. Menoch. de arbitr.caſu 64. num. 14.* vbi refert de Diuo Ambroſio, qui vno mane Romæ Miſſam celebrauit, & eodem mane Mediolani adfuit, vt ibi per eum pleuè *Giurb. conſ. 43.num.1.& ſeq.* itaut probata præſentia in vno loco, alterius loci diſtantis abſentia probata benè dicatur, vt not.*Guazz.d. defenſ.28.cap.1.num.12.& Giurb.d.conſ.43.ſub num. 1.* rectè comprobans, & ſic per d.negatiuam exiſtentiæ rei in alio loco diſtanti illius delictum omninò excludatur, vt argumentantur *Doct. in cap.ex tenore 35.de teſti.Felic. allegat.130.num.2.par.2.* quem referendo ſequitur *Giurb.d.conſ.43.n.1.in fin. et Vermigl.conſ.272.n.7.*

3 Amplia primo d. concluſionem, vt probata per reum negatiua de loco, & tempore ille veniat abſoluendus, etiamſi contra illum adeſſent indicia ſufficientia ad torturam, vt voluerunt *Brun. de indic par.1.quaeſt 5.num.4. Gram.d.deciſ.56. nu.3.* vbi dicit, probata negatiua coarctata inquiſitum eſſe abſoluendum, etiamſi delictum fuerit confeſſus, *Hond.d.conſ.102.nu.15. in fin.lib.1.Bertaz.conſ 93. ſub n.6.lib 1.Guazz d.defen.28.cap.1.n.15.* vbi plures dat concordantes, *Caren.de Offic.S.Inquiſ.par.3. tit.9.n.10.* vbi dicit; per hanc probationem elidi probationem fiſci, etiamſi teſtes fiſci eſſent magis qualificati, quam teſtes rei, *et Vermigl.d.conſ.25. nu.17.et d.conſ.272.num.7.et d.conſ.382.num.19.*

4 Declara d.concluſionem, vt negatiua coarctata probata dicatur per teſtes deponentes, quod inquiſitus tota illa die, qua fuit commiſſum delictum, fuit in alio loco certo, & ab eo non poterat recedere, quia ipſi teſtes vidiſſent, vel ſciuiſſent, vt voluerũt *Brun.de indic.par.1.quaeſt.5.num.4.Foller.in pract.in ver.Recipiantur defenſiones num. 31.* vbi alios dat concordantes, *et Guazz. d.defen.28.cap.1.num.12.*

5 Contrariam tamen opinionem, imò negatiuam dici probatam, ſi teſtes deponant inquiſitum tali die fuiſſe in tali loco, licèt non dicant de tota die, cum præſumptiuè dicatur probatum, illud tota die ibi adfuiſſe, vt probetur *gloſ. in l.optimam 14. in ver.ipſo die C.de contrah.& commit.ſtipulat.Io.de Amic.conſ.52.num.6.& conſ.82.num.2.* quem referendo ſequi videtur, *Guazz.d.defen.28.cap 1.nu.13. ver.imò aliqui &c.Giurba conſ. crim.43.nu.1. in fin.* & dixi ego *allegat.foren.88. num.58.*

6 Declara d. contrariam opinionem, vt habeat locum, quãdo negatiua probatur ad defenſã inquiſiti,

& fauore defenſionis, quæ probatur præſumptionibus, & coniecturis, ſecùs tamen ſi negatiua deducatur ad effectum puniendi, & contra reum, quia tunc cum requirantur probationes luce meridiana clariores, ideò d. probatio, & præſumptio de qua in dict. declaratione non eſſet ſufficiens, maximè, quando locus in quo probantur reum adfuiſſe, parum diſtat a loco delicti, itant quis eadem die ire, & redire potuerit, vt voluit *Giurb. in d. conſ. 43. nu. 24.* alios adducens, & probaui ego *d. allegat. 88. num. 59.* & quando agitur de pœna incurrenda negatiuam eſſe pleniſſimè probandam voluerunt, *Ciriac. contro. 289. num. 20. Carena reſol. 94. num. 19.* & dixi pariter ego *alleg. foren. 79. num. 14.*

7 Addo prædictis, quod teſtes deponentes ad defenſam de negatiua coarctata de loco, & tempore, examinandi ſunt ad præſentiam fiſci, & poſtea dimittuntur ſub fideiuſſione de ſe repræſentando ſub certa pœna Iudicis arbitrio, vel cum præcepto pœnali, quando ratione paupertatis fideiuſſorem reperire non valent ſecundùm practicam, quam ſeruari dicit in Statu Mediolani, *Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 9. num. 12.* & ſecundùm illam pluries practicaui, & practicari vidi etiam in pluribus Ciuitatibus in Statu Vrbini.

SVMMARIVM

1 *Negatiua coarctata de loco, & tempore debet coarctari ad tempus breue.*

2 *Cum non ſit veriſimile, quod teſtes per longum tempus ſemper viderint inquiſitum, num. 2.*

RESOLVTIO III.

Negatiua coarctata de loco, & tempore an debeat coarctari ad breue, ſeù ad longum tempus.

1 NEgatiua coarctata de loco, & tempore, quod reus tempore delicti commiſſi eſſet in alio loco, debet coarctari, & reſtringi ad tempus breue Iudicis arbitrio iudicandum, alias teſtes de illa deponentes non ſolùm illam nõ probant, ſed imò videntur ſuſpecti de falſo, vt tradunt, *Bald. in l. actor 23. col. 2. ver. quædam ſunt negatiuæ C. de probat.* vbi dicit, tempus vnius menſis eſſe nimis vagum, *Alex. conſ. 141. num. 10. lib. 1. Boſſi. in pract. in tit. de defen. reo. n. 18. & 19. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 36. num. 17. & ſeq.* vbi loquitur de teſte coarctante negatiuam ad vnum annum, vel vnum menſem, quem dicit non probare, ſed eſſe de falſo ſuſpectum, *Farinac. de teſti. quæſt. 65. nu. 227. & conſ 88. n. 6. lib. 1.* cum quibus pertranſeunt *Carena de Offic. S. Inquiſ. part. 3. tit. 6. num. 64. Gratian. diſcep. foren. cap. 525. num. 35. par. 3. Poſti. reſolut. 106. nu. 50. et Rota apud Greg. XV. deciſ. 325. num. 9.* & dixi ego *alleg. foren. 79. num. 10. & 15. & allegat. 88. num. 51.*

2 Non enim eſt veriſimile, quod teſtes per tam longum tempus ſemper viderint inquiſitum, ſit quod poſſint negatiuam benè concludere, & coarctare, vt aduertunt, *Farinac. d. conſ. 88. num. 6. & Rota apud Greg. XV. d. deciſ. 325. num. 9.* & dixi ego *d. allegat. 88. num. 51. in fin.* quod autem non eſt veriſimile falſitatis habet imaginẽ, *Bald. in l. 1. col. 3. C. de ſeru. fugit. Curt. Iun. conſ. 289. n. 23. Card. Tuſc. pract. concl. lit. V. concl. 161. n. 3. Barb. axio. 223. n. 5. et ſeq.*

SVMMARIVM.

1 *Negatiua coarctata probatur etiam per teſtes familiares, & domeſticos.*

2 *Cum domeſtici, & familiares admittantur ad probandam defenſionem, num. 2.*

3 *Licèt contrarium teneant aliqui, num. 3.*

4 *Teſtes deponentes de negatiua pro reo præferuntur teſtibus deponentibus ſuper affirmatiua.*

RESOLVTIO IV.

Negatiua coarctata an probetur etiam per teſtes familiares, & domeſticos.

1 NEgatiua coarctata de loco, & tempore ad fauorem inquiſiti probatur etiam per teſtes familiares, & domeſticos, vt tradunt, *Paul. Ghirlan. de relax. de carcer. in tit. de abſol. innoc. quæſt. 3. num. 2. & 3.* vbi loquitur de inquiſito bonæ conditionis, & famæ, aliàs ſecùs, *Decia. conſ. 96. num. 30. lib. 3.* quos referendo ſequitur, *Guazz. defen. 28. cap. 1. num. 14.* & ita voluit etiam, *Gram. deciſ. 56. num. 15.*

2 Domeſtici enim, & familiares regulariter admittuntur ad probandam defenſionem, *Gram. d. deciſ. 56. num. 15. & 16. Maſc. de prob. concl. 26. num. 2. et concl. 134. num. 26. lib. 1. Hond. conſ. 102. num. 24. & ſequen. lib. 1. & conſ 87. num. 36. lib. 2. Guazzin. defen. 29. cap. 3. num. 7.* vbi alios dat concordantes & dixi ſupra in verb. *Defenſio, Reſolut. 2. num. 9. & infra in verb. Teſtis, Reſolut.*

3 Contrariam tamen opinionem, imò d. negatiuam eſſe non probandam per teſtes idoneos voluerunt *Herculan. de negat. probat. num. 262. Farinac. de teſtib. quæſt. 65. n. 226. Poſt. reſol. 106. num. 58.* licèt, *Farinac.* ibi per eum adductus eum intenſionẽ non probet, & dixi etiam ego *d. alleg. 79. num. 16.*

4 Amplia d. concluſionem, quod teſtes deponentes de negatiua coarctata ad fauorem inquiſiti præferantur teſtibus deponentibus ſuper affirmatiua ad fauorem fiſci, licèt illi eſſent plures, vt docent *Marſil. conſ. 2. num. 12. & conſ. 51. n. 13. Boſſ. in pract. in tit. de defenſ. reo. nu. 30. & ſeq. Farin. conſ. 22. n. 6. lib. 1. & Vermigl. conſ. 24. num. 16. & conſ. 63. num. 19. et conſ. 70. num. 10. & conſ. 117. nu. 10.* & teſtes deponentes de negatiua pro reo præferri contrarijs teſtibus, etiam ſi illi ſint magis qualificati ſcripſit *Cancer. in quæſt. crim. de Reo quæſt. 12. n. 2.* quem refert *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 9. num. 10.*

NOX

NOX.

SVMMARIVM.

1 *Delictum commiſſum de nocte, dicitur delictum difficilis probationis.*

Itaut illud probatur leuioribus probationibus, num.2.

Et per teſtes inhabiles, n.3.

Non tamen in d. caſu teſtes dicuntur integri, num. 4.

Neque ſufficiunt teſtes patientes plures defectus, num.5.

Et admittuntur, quando alij teſtes ratione loci interuenire non potuerunt, aliàs ſecùs, n. 6.

Et cum tortura quando non ſint idonei ex defectu famæ, vel ſtatus, n.7.

Et non admittuntur ad probandum adminicula, num. 8.

9 *Non dicitur poſt occaſum ſolis, cum ſol diſtinguat diem à nocte.*

Prior pars auroræ, et crepuſcula an participent de die, vel de nocte remittitur arbitrio Iudicis, num.10.

11 *Nox quando dicatur, extenditur diſpoſitio Statuti.*

RESOLVTIO I.

Delictum commiſſum de nocte an dicatur delictum difficilis probationis.

1 Delictum commiſſum de nocte reputatur a iure difficilis probationis, vt tradunt *Alex. conſ. 4. num. 6. lib. 6. Rolan. conſ. 7. nu. 31. & ſeq lib 1. Boſſ. in pract. in tit. de indic. num. 171. & ſeq. Farin. de teſt. quæſt. 62. num. 33.* vbi alios dat concordantes, benè *Ripa de noctu. tem. cap. 56. in princ. Eugen. conſ. 63. num. 10. lib. 1. Mar. Anton. var. reſol. lib. 3. reſol. 20. num. 3. verſ. & quamuis &c. et Cabal reſol. crim. caſu 288. num. 73 cent. 3.* vbi alios refert ita ſentientes, & dixi etiam ſupra in verb. *Delictum, reſol. 11. in princ.*

2 Amplia primò d. concluſionem illatiuè, vt ad probandum d. delictum de nocte commiſſum ſufficiant leuiores probationes, & illæ, quæ deſumuntur ex præſumptionibus, & coniecturis, cum tunc ob difficultatem probationis recedatur a regulis ordinarijs, & accipiantur probationes, eo modo, quo haberi poſſunt, vt not. *Andreol. contron. 8. num. 3. Magon. deciſ. Lucen. 89. num. 7. Rolan. d. conſ. 7. nu. 31. Decian. conſ. 92. nu. 14. lib. 2. Nicol. Bellon. conſ. 32. ſub num. 11.* latè *Ripa de noct. temp. d. cap. 56. num. 3.* vbi quamplures dat concordantes *Maſc. de probat. concl. 1320. num. 3. lib. 3. Eugen. d. conſ. 63. num. 10. Cabal. d. caſu 288. num. 73. Capic. Latro deciſ. 132. num. 27. et deciſ. 173. num. 20. et 44. par. 2 P. Graſſ. de nece prod. §. 29. num. 245. et ſeq.* & alij plures quos retuli ſupra in ver. *Delictum, Reſol. 11.* vbi adnotaui, an d. coniecturæ, & præſumptiones ſufficiant in d. caſu ad condemnandum inquiſitum, & in quam pœnam, & alia ad materiam, quæ ibi videas, cum hic illa non ſint inutiliter replicanda, & diſſerit etiam *Farinac. conſ. 58. num. 3. & ſeq. lib. 1.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem illatiuè pariter, quod ad probandum delictum de nocte commiſſum ob difficultatem probationis admittantur etiã teſtes inhabiles, vt docent *Gram. conſ. crim. 17. nu. 9. & conſ. 45. num. 9. Maſc. de prob. concl. 1313. nu. 12. lib. 2. Rolan. conſ. 3. num. 5. lib. 3.* vbi teſtatur de communi opinione, *Farin. de teſt. quæſt. 62. num. 33. Decian. conſ. 92. num. 15. lib. 2.* vbi dicit hanc eſſe notam regulam, *Batar. ad Clar. quæſt. 24. num. 120. Ripa. de noctu. tempor. d. cap. 56. num. 6.* vbi dicit, hoc eſſe certum, & generaliter in caſu difficilis probationis admitti teſtes inhabiles not. *Giur. conſ. 43. num. 28. Criſpol. caſu milit. 14. nu. 12. Mar. Anton. var. reſol. lib. 3. reſol. 10. num. 11. & reſol. 20. ſub num. 3. & reſol. 37. num 25. P. Graſſet. de nece prodit §. 29. num. 270.* vbi plures dat concordantes, & dixi infra in verb. *Teſtis, Reſol.* . . .

4 Declara d. ampliationem, quod licèt teſtes inhabiles admittantur ad probandum delictum de nocte commiſſum, non tamen dicuntur teſtes idonei, & integri, ſed ſolùm aliquid plus probant, quam ſi ageretur de delicto de die commiſſo, vt not. *Boſſ. in pract. in tit. de indic. ſub num. 175. Farinac. de teſt. d. quæſt. 62. num. 35. et num. 383. et ſeq. et Ripa de noct. temp. d. cap. 56. num. 8.* vbi dicit hoc eſſe generale in omni caſu, in quo admittuntur teſtes inhabiles, vt ibi per eum, & ſcotit *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 5. n. 73.*

5 Declara ſecundò d. ampliationem, vt non habeat locum, quando teſtes inhabiles plures patiuntur exceptiones, quia tunc non admittuntur ad probandum delictum nocturnum, & difficilis probationis, vt tradunt *Gabr. commun. concl. de teſt. concl. 7. ſub num. 13. Grat. conſ. 59. ſub num. 41. lib. 2.* pleiè *Farinac. de teſt. d. quæſt. 62. num. 80.* vbi plures adducit ita ſentientes, etiam de communi opinione atteſtantes, *Ripa de noctu. temp. d. cap. 56. num. 19 Eugen. d. conſ. 63. num. 69. lib 1. Surd. conſ. 132. n. 72 et ſeq. lib. 1. Vermigl. conſ. 433. in fin. et Mar. Anton. var. reſol. lib 3. reſol. 37. num. 26. in fin.*

6 Declara tertiò d. ampliationem, vt ita demum teſtes inhabiles ad probandum delictum nocturnum admittantur, quando ratione loci alij teſtes non ſolum non interuenerunt, nec etiam veriſimiliter interuenire potuerunt, aliàs ſecùs, vt voluerunt *Gram. d. conſ. 45. nu. 11. & conſ. 58. num. 4. Ruin. conſ. 150. ſub num. 18. vol. 5. Farinac. de teſt. d. quæſt. 62. num. 36. & num. 62.* & poſt *Bartr. Deci. Alex. Gram. Ruin. Marſil. Alciat. Crauet. & Neuizan.* per eum relatos tradit *Rolan. conſ. 3. num. 47. verſ. ſecundo &c. lib. 3. & Ripa de noct. temp. d. cap. 56. nu. 10. & ſeq.* qui dat concordantes.

7 Declara quartò d. ampliationem, quod ſi teſtes non ſint idonei ex defectu famæ, vel ſtatus, vt quia ſint criminoſi, infames, ſocij criminis, & ſimiles non admittantur ad probandum delictum nocturnum, & difficilis probationis, niſi mediante tortura,

tura, ſecùs ſi ſint inhabiles ad teſtificandum ex alia cauſa, puta, quia ſint pauperes, viles, tabernarij, & ſimiles, quia illi non torquentur, vt declarant *Rolan.conſ.24.num.64.& ſeq.lib.1*, vbi teſtatur de communi opinione *Gabr.comm.concl.de teſt concl.7.num.11. Alex.conſ 11.num.3.lib.1. Farin.de teſt.quaſt.62.num.379.& ſeq. & quaſt.79.num 35* vbi hanc opinionem dicit eſſe veriorem, & ab ea in iudicando non eſſe recedendum, & contrarijs reſpondet, *& conſ.83.num.12. lib.1. Maſcar.de prob.concl.463. num.30. & 39. lib.1.* plene *Rip. de noct.temp.d.cap.56.num.16.& ſeq.* vbi dat concordantes, *& Guazzin. deſen.19.cap.8. num. 10. & ſeq.* vbi teſtatur de veriori opinione, & dicit contrariā opinionem *Clar.in pract. §.fin. quaſt.25.* poſſe procedere, quando cum vtilitate paupertate, vel alia cauſa ſimili concurrit aliqua variatio, vacillatio, vel contrarietas ipſorum teſtium, alias ſecus, vt *ibi* per eum.

8 Declara quintò d.ampliationem, quod teſtes inhabiles admittantur ad probandum delictum nocturnum principale vti difficilis probationis, non tamen admittantur ad probandum illius adminicula, quæ non ſunt difficilis probationis, & potuerunt palam fieri, vt declarant *Eugen.d.conſ.27.nu.64.lib.1. Decian.tract.crim.lib.7.cap.37.num.14.& cap.45.num.2. & Farinac. de teſt. quaſt.62.nu.31. & conſ.175. num.11. lib.2.* & dixi etiam ſupra in verb. *Adminicula, Reſol.1.num.5.*

9 Addo pro declaratione materiæ, quod nox dicitur poſt occaſum ſolis, cum ſol diſtinguat diem a nocte, vt declarant *Bologn.conſ.37.num.13.* dicens, ita fuiſſe iudicatum, *Burſatt.conſ.31.num.6.lib.3.* vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione, plenè *Ripa de noct.temp.cap.3.num.32.* vbi plures dat concordantes, licèt ſupra *num.28.* aliter noctem videatur diffinire *Tiraq.de retract.lignag.§.1.gloſ.11.num.3. Scac.de iud.lib.2.cap.3.nu.308.Io:Bona.de Diuin. Salmod.cap.3. §.1. num.1.* quem refert, & ſequitur *Antonel.de temp.leg.lib.1.cap.3.num.20.* & ſcripſit etiam *Alex.ab Alex.genial.dier.lib.6.cap.10. verſ.Noctemque &c.*

10 Declara d.additionem, quod licèt diuerſæ ſint Doctorum opiniones, an prior pars auroræ, vel diluculi, & poſterior pars crepuſculi, ſeù ſeri participent de die, vel de nocte, cum illud dicatur quoddam tempus medium inter diem, & noctem, verior tamen videtur opinio, id relinqui prudentis Iudicis arbitrio, qui conſiderabit, an adfuerit tanta claritas, vt attribuendum ſit diei, vel adfuerit tanta obſcuritas, vt attribuendum ſit nocti, vt voluerunt *Io:Andr. & Abb.in cap.ſi perfodiens de homic. Natt.conſ.469.nu.8.par 2.* latè *Adden.ad Bertaz conſ.131.ſub lit.C.verſ.alia eſt opinio,par.1.* vbi quamplures adducunt de cōmuni opinione teſtantes, *Clar.in pract.§.fin.quaſt.82. verſ.Statutum, 9. num. 4.* vbi dicit, ita fuiſſe iudicatum *Card.Tuſch.pract.concl.litt.S. concl.617.num.6.Scacc.de iudic.lib.2.cap.3. num. 349.& ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione, & dicit, in dubio Iudicem eligere debere mitiorem partem, latè *Ripa. de noct.temp. d.cap.3. num.29.& ſeq. & præcipuè, num. 41.& ſeq.* vbi late tractat hanc materiam, & dicit, hanc opinionem procedere in ordine ad delicta, quam reaſſumit *cap.4. num. 51. & ſeq. & Antonel. de temp.legal.d.lib.1. cap.3. num. 36.*

11 Declara ſecundo d.additionem, quod quando dicatur nox attendenda veniat diſpoſitio Statuti, ſi adeſt, vt reperitur diſpoſitum in modo Statuto Eugubino *lib. 4.rub.19.in fin.* volente dici noctem ab occaſu ſolis vſque ad ortum, vt tradunt *Tiraq. de retract. lignag.§.1.gloſ.11. num.4.Scacc.de iudic.d.lib.2. cap.3.num.355.* qui dant concordantes, *& Ripa de noct.temp. cap.5. in princ.*

S V M M A R I V M.

1 *Teſtis deponens de geſtis noctis tempore non probat niſi dicat quod luna lucebat, vel aliud aderat lumen.*

R E S O L V T I O II.

Teſtis deponens de geſtis noctis tempore an probet niſi dicat, quod luna lucebat, vel aliud aderat lumen.

1 TEſtis deponens de geſtis noctis tempore non probat, niſi deponat, quod luna lucebat, vel quod aliud lumen artificiale aderat, cum ſenſus viſus, vt poſſit operari indigeat luce, vt tradunt *Clar.in pract.§.fin.quaſt.21.verſ.ſed quid ſi teſtis &c.Farinac.de teſt.quaſt.62.num.37.& ſeq. Giurb.conſ.17.num.18.& conſ.37.n.41. Carena de Offic.S.Inquiſ.par.3.tit.6. num.20.* plenè *Ripa de noctu.temp.cap.57.per tot.Vermigl.conſ.74.num.1.& conſ 408.num.8.* & alij plures, quod adduxi infra in verb.*Teſtis,Reſol.* . . . vbi latius egi de hac materia, videas ibi.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum duplicans pœnam in delictis commiſſis de nocte habet locum in pœnis pecuniarijs tantum, non autem in corporalibus.*

Neque habet locum in delictis verbalibus, num 2.

Contrarium tenent plures Doct.n.3.

Et ſi ſit commiſſum in crepuſculis cenſeatur commiſſum de die, n.4.

Et ſtantibus pluribus pœnis vnica tantum vice illa venit duplicanda, n.5.

Et ſi delictum committatur in nocte alicuius Sancti, ne pœna duplicetur, non dicitur commiſſum in die d. Sancti, n.6.

RESO-

RESOLVTIO III.

Statutum duplicans pœnam in delictis commiſſis de nocte an habeat locum in pœnis pecuniarijs tantum.

1 STatutum duplicans pœnam in delictis de nocte commiſſis habet locũ quoad pęnas pecuniarias tantùm, non autem, quoad pœnas conſiſtentes in ſpecie, & corporales, quia illæ non veniunt duplicandæ, vt tradunt *Bart. in l. ſanctio. 41. in fin. ff. de pæn. Natt. conſ. 469. num. 18. par. 2. Baiar. ad Clar. quæſt. 82. num. 99. Ripa de noct. temp. cap. 86. in princ.* vbi alios dat concordantes, & dicit, quod ſi Statutum imponat delinquenti de nocte pœna amputationis manus non debent ei ambæ amputari, vt ibi per eum, & idem voluit *Foller. in pract. in verb. Pœnis debitis ferientur, num. 40. et Cabal. reſol. crim. caſu 56. num. 112. cent. 1.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt d. Statutum duplicans pœnam pro maleficio commiſſo de nocte non habeat locum in maleficijs verbalibus, puta, pro blaſphemia, & iniuria verbali, cum aliud ſit maleficium, aliud maledictum, vt voluerunt *Bart. in l. aut facta, 16. num. 2. ff. de pæn. et conſ. 32. in fin. lib. 2.* quem refert, & ſequitur *Card. Tuſch. pract. concl. litt. S. concl. 617. num. 3. Alex. conſ. 77. num. 10. lib. 1. Bertaz. conſ. crim. 215. n. 7. lib. 1.*

3 Contrariam tamen opinionem, imò d. Statutum locum habere etiam in delictis verbalibus de nocte commiſſis, quæ ſaltem ex communi vſu loquendi dicunt maleficia tenuerunt *Bald. in l. ignorantia, 4. num. 2. C. de crim. ſtellion. Alex. ad Bart. in d. l. aut facta 16. ff. de pæn.* latè *Decian. tract. crim. lib. 1. cap. 8. num. 10.* vbi hanc opinionem dicit eſſe veriorem, & *lib. 6. cap. 1. num. 3. Adden. ad Bertaz. d. conſ. 215. litt. C.* qui teſtantur de communi opinione contra *Bart. Clar. in pract. §. 1. num. 11.* benè *Farin. de delict. & pæn. quæſt. 18. num. 4. Ripa de nocturn. tempor. cap. 44. num. 27. verſ. Non tamen &c.* vbi hanc opinionem dicit eſſe communem contra *Bart.* & veriorem, & ab ea non eſſe recedendum, & *num. 21.* dicit hanc opinionem indubitanter procedere, ſi Statutum puniret delicta de nocte commiſſa, & *Cabal. reſol. crim. caſu 51. num. 5. & ſeq.* etiamſi caſu id acciderit, vt ibi per eum.

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, quod ſtante d. Statuto, quod pœnæ duplicentur pro delictis de nocte commiſſis, ſi delictum fuerit commiſſum in crepuſculis, in dubio diei pars illa crepuſculi adſcribenda ſit, vt delicti pœna non duplicetur, vt voluerunt *Iaſ. in l. Titius 25. §. Lucius, num. 17. & 18. ff. de libe. & poſtu.* vbi teſtatur de communi opinione, *& in l. more 8. num. 18. & ibi Alex. nu. 6. ff. de ferijs, Natt. conſ. 469. num. 4. & 5. par. 2. Bologni. conſ. 37. nu. 13. Clar. in pract. d. quæſt. 82. verſ. Statutum 9. ver. Quæro quomodo &c. & Ripa de nocturn. tempor. d. cap. 86. num. 8.* vbi alios dat concordantes.

5 Amplia tertiò d. concluſionem, quod ſtante dict. Statuto, quod pro delictis de nocte commiſſis duplicetur pœna, & ſtante alio Statuto, quod illa duplicetur etiam pro delicto commiſſo in Platea, ſi quis eodem actu delictum committat de nocte, & in Platea, pœna tantum venit duplicanda, non autem quadruplicanda, vt tradunt *Adden. ad Ang. de maleſ. in verb in platea communis poſt num. 20.* vbi teſtantur de communi opinione, prout facit *Clar. in d. quæſt. 82. in ver. Statutum 9. num. 3. Ripa de noct. temp. d. cap. 86. num. 5.* vbi reprobat *Vital.* contrarium tenentem, *& cap. 3. nu. 35. Card. Tuſc. pract. concl. litt. S. concl. 617. num 8.* vbi teſtatur de communi opinione, & declarat *Caball. d. caſu. 56. num. 135. & ſeq.*

6 Amplia quartò d. concluſionem, quod ſtante Statuto duplicante pœnam delinquenti in feſtiuitate alicuius Sancti, puta, in die feſtiuitatis S. Mariæ de Menſe Auguſti, d. pœna non ſit duplicanda, ſi delictum fiat in nocte poſt diem Beatæ Mariæ, quia ſi ſit in honorem feſtiuitatis, illa finitur in completorio, ſi ſit alia de cauſa appellatione diei non venit nox, niſi per fictionem, quæ non habet locum in Statutis, vt conſuluit *Federi. de Sen. in conſ. 44. per tot.* & tradunt *Card. Tuſch. pract. concl. litt. . . . 452 per tot. & Coſta in memo. rub. in ver. dies, verſ. ſed ne videamur*, vbi teſtatur de magis communi opinione benè *Antonell. de tempor. legal. lib. 1. cap. 3. num. 34. & ſeq.* vbi dat concordantes, & delictum præſumi commiſſum in hora noctis, quæ tribuitur diei ſequenti ad curandum delictum dicit *Ripa de noct. temp. d. cap. 86. n. 15.* vbi dat concordantes.

OCCISIO.

SVMMARIVM.

1 *Occidens vnum volens occidere alium puniri debet pœna ordinaria homicidij.*

Licèt contrarium illum puniri pœna extraordinaria voluerint aliqui, n. 2.

Niſi occiſio ſequatur in rixa, vel animo non deliberato, n. 3.

Vel niſi occidatur alius, dum ſe defendit ab aggreſſore, n. 4.

Maximè, quando ſe defendendo quis erraret in perſona, num. 5.

Si tamen defenſor eſt in aliqua culpa puniri debet pœna arbitraria, n. 6.

Et volens occidere bannitum ſi occidat alium per errorem non punitur pœna ordinaria, n. 7.

RESOLVTIO I.

Occidens vnum volens occidere alium an puniatur pœna ordinaria homicidij.

1 OCcidens vnum volens deliberatè occidere alium puniri debet pœna ordinaria homicidij, non autem pœna extraordinaria, vt tradunt ex Neotericis *Boſſ. in pract. in tit. de homic. nu. 73.*

Ant.

Ant.Gomez var.reſol. tom.3.cap.3. num.34. & 35 vbi dicit, hanc concluſionem in puncto iuris eſſe veriſſimam, *Vaſq.quaſt.illu.cap.96. num.32. lib.3.* benè comprobans, & contrarijs reſpondens, *Clar. in pract.in §.homicidium, num.5.* vbi dicit, quod in facti contingentia d.occiſori faceret caput amputare, & ibi *Baiar.num.12.* vbi benè reſpondet contrarijs *Rimi.Iun.conſ.349. num.3. & ſeq. lib. 3. Caball. reſol.crim. caſu 31. num.8. & ſeq. cent. 1.* vbi dicit, ipſum in contingentia facti votaſſe pro pœna ordinaria, licèt contrarium ſentire videatur *Fachinet. contrau. iur. lib.1. cap. 37. per tot.* vbi hanc opinionem dicit probabiliorem, & contrarijs reſpondet *P.Molin.de iuſt.& iur.tract.3.diſput.30.nu. 2. & ſeq. Farinac. de homic. quaſt. 125. num.157. Ciriac. contr. 250. in princ.* vbi dicit hanc concluſionem eſſe veriorem, *Comes Andreol.controu.371 per tot.* vbi alios adducit ita ſentientes, & omnibus contrarijs reſpondet *Caluin.de aquit.lib.2.cap.102. num. 20. & plur. ſeq.* vbi hanc concluſionem latè comprobat, & contrarijs ſatiſfacit, *& num.53.* dicit d.concluſionem habere locum ſiuè caſu, ſiuè per errorem occidatur præcedente præmeditatione, vt ibi per eum, quam ſequuntur etiam nouiſſimè *P.Graſſet.de nece proditor. §.23. num.37.* latè illum comprobans, *& Paul.Rub.de valid.legal.cap. 39. per totum*, vbi hanc opinionem latè defendit, contrarijs reſpondet, & teſtatur, illam eſſe veriorem, & hodie magis communem, & dicit, ita fuiſſe iudicatum *in Senatu Burdegalen.apud Lipſienſes, in Rota Aueniónen.* & ita fuiſſe etiam iudicatum *ab Auguſto Electore Saxonia* teſtatur *Matth. Berlich.in ſuis concl. pract. par.4.concl. 11. num. 3. 4. & ſeq.* vbi dicit contrariam opinionem non eſſe veram, & quod qui tenent in d. caſu intrare pœnam mortis rectius ſentiunt, quem refert, & ſequitur *Paul.Rub.* vir maximus eruditus *d.cap.39.num. 111.& ſeq.* vbi reſpondet etiam contrariæ deciſ. *Senatus Neapol.* vt ibi per eum.

Occidens enim vnum pro alio homicidium cõmittit re, & animo, re quidem eſt certum, quod vero animò id fuerit probatur, nam ille habuit animum homicidium committendi, & licèt noluerit occidere illam perſonam, quam occidit re, occidere tamen voluit, & occidit, nec eſt curandum, aliam occidere voluiſſe, cum lex homicidium in quacunque perſona factum puniat, non curando an occidatur Petrus, vel Paulus, vnde cum re, & conſilio ſit factum homicidium, licèt extrinſecus ſit erratum, id non tollit pœnam homicidij, cui ſemper eſt locus, quando concurrunt factum, & conſilium, vt in caſu prædicto, vt benè argumentantur *Vaſq. d.quaſt.96. num.32. Andreol.d.controu.371.16. Caluin.d.cap.102. num.21.& ſeq. Paul.Rub.d.cap.39.*
1 *num.111. & ſeq. & P. Graſſet. d.§.23. num. 37. et ſeq.* vbi alias adducit rationes.

2 Licèt contrariam opinionem, imò contra occidentem vnum volentem occidere alium, intrare pœnam extraordinariam tantum, non autem ordinariam tenuerint, vel æquiorem *Curt. Iun. in l.vt vim 3. num. 30. ff. de iuſt. et iur.* vbi dicit ita fuiſſe iudicatum in Ciuitate Mantuæ, *Alba.conſ.30. in prin. & ibi Adden.num.1. Maſcar.de prob.concluſ. 864.num.6. & ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione *lib 2.Grama.ſuper Conſt. Regn. lib.1.de pan. percut. & occiden. fol. 14. num. 21.* vbi dicit ita fuiſſe deciſum in illo Senatu, *Menoch. de arbitrar. caſu 324. num. 11. et ſeq.* vbi reprehendit contrarium tenentes *Theſaur.deciſ.243.* vbi dicit ita fuiſſe iudicatum per *Senatum Pedemontanum*, & alij plures, quos refert, & ſequitur *Farin.de homicid. quaſt. 125. num. 152.* vbi dicit, à d. opinione vti communiter recepta, non eſſe recedendum in iudicando, qui tamen loquitur in occidente alium caſu, & in rixa, *et conſ.1. num. 15. lib. 1. Caball. reſol.crim.d.caſu 31. num. 11. et ſeq. et de omn.gen. homic. num.238.* vbi alios dat concordantes quamplures, & *Vermigliol.conſ.54. num.8.* contra quos adeſt verior, & magis communis opinio Neotericorum, de qua ſupra.

3 Limita primo d.concluſionem, vt non habeat locum in occidente vnum pro alio in rixa, vel animo non deliberato, quia cum d.occiſor non præmeditauerit delictum, nec habuerit animum occidendi, ſed per errorem, non autem dolosè occiderit, ſequitur, quod non debeat eſſe locum pœnæ ordinariæ, ſed extraordinariæ tantùm, vt voluerunt *Capoll. conſ.33. verſ. quod ſic probatur &c. et Culum* qui illum refert; & ſequitur *de aquit.d.cap.102.nu. 15. et ſeq.* benè comprobans, *Caball. d.caſu 31. num.16. & ſeq.* & ſentit *Ciriac.d.contr.250. num.5.* & in terminis loqui videtur *Farinac. de homic. d. quaſt. 125. num.152.*

4 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in occidente alium cum lapide, archibuſiata, & ſimil. volente occidere aggreſſorem ſe ab eo defendendo, quia tunc is nulla pœna eſt puniendus, cum daret operam rei licitæ, vt voluerunt *Ant.Gomez var.reſol. tom.3. cap. 3. num. 34. et 35. Clar. in pract. §. homicidium, num. 24.* dicens per Senatum in d.caſo fuiſſe impoſitam pœnam exilij per annum, *et ibi Baiar. num.85. Menoch. de arbitr. caſu 324. num.9. Medic.de caſibus fortui.par.1. quaſt.8. num.43.* latè *Farinac. de homic. d. quaſt.125. num. 139.et ſeq.* vbi alios dat concordantes quamplures, & reſpondet ad tex. *in l. ſcientiam 46. §. ſed ſi defendendi, ff. ad leg. acquil.* qui contrarium dicere videtur, & hanc limitationem extendit etiam ad occidentem meditatorem rixæ, vt ibi per eum, *Caball. reſol.crim. caſu 31. num.2.* vbi plures adducit ita ſentientes *cent.1.et Paul.Rub.de valid.legal. cap.41. num.110. et ſeq.*

5 Amplia d.limitationem, vt cùm magis habeat locum, quando quis ſe defendendo erraret in perſona, vt puta, occidendo Titium, credens, illum eſſe vnum ex percuſſoribus, quia nulla pœna eſt puniendus, cum daret operam rei licitæ, vt tradunt *Abbas conſ.56. num.35. par.1. et Farin.de homic.d. quaſt. 125. num.158.*

6 Declara d.ſecundam limitationem, vt non habeat locum, quando defenſor eſt in aliqua culpa in modo, & exceſſu defenſionis, quia tunc occidendo

alium

alium in ſe defendendo puniri debet pœna arbitraria pro modo culpæ, vt declarant *Deci. in d. l. vt vim 3. num. 12 ff de iuſt. et iur. Ant. Gomez var. reſol. d. tom. 3. cap. 3. ſub num. 35. Claud. Battand. reg. 114. num. 2. Farin. de homic. d. quæſt. 125. num. 155.* & benè *Cabal. d. caſu 31, num. 3. et ſeq.* vbi dant concordantes,

7 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum ſtante ſtatuto permittente occidi bannitum, quia ſi volens occidere bannitũ errans in eius perſona, occidat alium, non punitur pœna ordinaria, ſed extraordinaria tantum, cum daret operam rei licitæ, vt not. *Nell. de bannit. in 2. per. 2. temp. qu. 26. num. 26. Menoch. de arbitr. quæſt. 573. num. . . Math. Berlic. pract. concl. par. 4. concl. 10. num. 15.* quem refert, & ſequitur *Paul. Rub. de valid. legal. d. cap. 41. num. 115. & ſeq.* dummodo non agatur de occidendo fratre bannito, vt ibi per eum.

S V M M A R I V M.

1 *Occidens aliquem tenetur hæredibus occiſi ad refectionem damnorum, & intereſſe.*

Quod habet locum etiam in vulnerante, n. 2.

Et in occidente etiam per culpam, n. 3.

Et in mandante aliquem occidi, ſeù vulnerari, num. 4.

Fallit in iis, qui propria ſponte ſe prouocant ad duellum, num. 5.

Et in occidente aliquem ad neceſſariam defenſionem, num. 6.

Niſi tamen ſe defendens modum inculpatæ tutelæ exceſſerit, num. 7.

Licèt contrarium teneant aliqui, n. 8.

Vel occiſus fuiſſet in aliqua culpa, quia tunc occiſor non tenetur ad aliquod intereſſe, n. 9.

Æſtimatio autem operarum occiſi eſt facienda arbitrio, iudicis habita reſpectu ad tempus, quo occiſor viuere potuiſſet, num. 10.

Et contra homicidam datur hæredibus occiſi iuramentum in litem ſuper quantitate damnorum, & intereſſe, num. 11.

Per ſolutionem tamen vnius damnorum, alij liberantur, num. 12.

13 *Occidens an teneatur reſtituere damna non ſolùm filijs occiſi, ſed etiam fratribus, & hæredibus occiſi remiſſiuè.*

R E S O L V T I O II.

Occidens aliquem an teneatur hæredibus occiſi ad refectionem damnorum, & intereſſe.

1 OCcidens aliquem tenetur hæredibus occiſi ad refectionem damnorum, & intereſſe emergentium ob occiſi mortem, *cap. 1. & ibi not. Zabarel. Ancar. Abb. & alii de iniur. & damn. dato, Farinac. de homic. quæſt. 119. n. 98. & ſeq.* vbi alios dat concordantes, & dicit, hanc concluſionem habere locum de iure ciuili, canonico, & Diuino, & homicidam teneri etiam ad æſtimationem operarum amiſſarum pro toto tempore vitæ occiſi, & ad damna extrinſeca, puta, Medicinarum, & vt ibi latiùs per eum *Guazz. de pace par. 1. quæſt. 38. in prin. & in tract. ad defenſ. defenſ. 34. cap. 4. per tot. Paitell. expedit. ciuil. 88. in princ. & ibi Adden. Cabal. reſol. crim. caſu 248. num. 13. & ſeq. cent. 3. P. Diana in ſumma in verb. Reſtituere quis teneatur, num. 8. P. Leſſ. de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 9. dubit. 19. in prin. Cancer. var. reſol. par. 2. cap. 11. num. 73. & ſeq.* latè *Capic. Latro deciſ. 75. num. 1. & ſeq. lib. 1.* vbi dicit, hoc ius petendi intereſſe tranſire ad hæredes, & contra hæredes, vt ibi per eum, & *Balth. Thomaſ. in ſuis tract. variar. tom. 3. tract. 4. num. 673. & ſeq.* vbi latè.

Regula enim eſt generalis, quod in quocunque delicto, in quo oritur actio criminalis ad pœnam, oritur etiam actio in factum ad intereſſe, vt not. *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 3. num. 37. Caball. d. caſu 248. num. 44. Vinc. de Franch. deciſ. 460. num. 2 Farinac. d. quæſt. 119. num. 93. Mari. Anton. var. reſol. lib. 3. reſol. 44. ſub num. 6. Guazz. d. defen. 34. cap. 4. in princ. & Cancer. d. par. 2. cap. 11. num. 73. & ſeq.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in vulnerante, qui tenetur vulnerato ad damna, & intereſſe reficienda, & ad æſtimationem operarum, & ad expenſas Medicorum, & aliorum in curatione vulneris adhibitorum, vt not. *Baiar. ad Clar. in §. homicidium, num. 70. Farinac. de homic. d. quæſt. 119. num. 115. Guazzin. de pace d. quæſt. 38. num. 10. Paitel. in d. expedit. 88. in prin. Menoch. de arbit. caſu 122. in addit. Cabal. d. caſu 248. ferè per tot. cent. 3.* dixi latiùs infra in verb. *Vulnus Reſ.* . . .

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum non ſolùm in homicida, qui doloſè aliquem occidit, ſed etiam ſi occidat per culpam, puta, in rixa, cuius in conſiſtua calor dolum regulariter abeſſe facit, quem etiam teneri ad damna, & intereſſe, & ad expenſas cautionis, vt ſupra ſuadetur ex tex. *in capit. & ibi not. Butri. & Abb. iniur. & dam. dat. Plot. de in litem iuran. §. 41. num. 2. & 6. Ludou. concl. 39. in 2. ampliat. Farinac. de homic. d. quæſt. 119. num. 108. & ſeq.* vbi alios dat concordantes, & *num. 121.* ampliat hanc concluſionem habere locum etiam in homicidio cauſali, & dicit, quod quando in rixa vnus ſolus occidit, ille ſolus tenetur ad damna, & intereſſe, *P. Diana in ſumm. in verb. Reſtituere quis teneatur, num. 9.* vbi hanc ampliationem admittit ſolum in homicidio ſequuto ex culpa lata, non autem ex leui, vel leuiſſima, neque in homicidio cauſali, vt ibi per eum.

4 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in mandante aliquem occidi, ſeù vulnerari, qui tenetur ad damna, & intereſſe non ſecùs, ac mandatarius, vt voluerunt *Pariſ. conſ. 87. num. 18. lib. 4.* qui loquitur in mandante fieri incendium, *Decian. tract. crim. lib. 9. cap. 39. num. 17.* vbi vult mandantem teneri pro mandatario exiſtente non ſoluendo, quos refert, & ſequitur *Farinac. de conſul. et mandat. quæſt. 135. num. 3.*

5 Li-

5 Limita primò d.concluſionem, vt habeat locum in iis, qui propria ſponte ſe prouocant ad duellum, quorum neuter tenetur reſtituere damna, ſi aduerſarium occidat, cum non interueniat propriè iniuria propter pactum implicitum, quo ſinguli permittunt aduerſario pugnam,& occiſionem,& multo minus ſi vnus fuit prouocatus, licèt prouocator ad damna teneatur, vt declarant *P.Rebel. de oblig. iuſti par.1.lib.3.quaſt.12. num. 8. & ſeq.* quem referendo ſequitur *P.Diana in ſumm.in verb.Reſtituere quis teneatur, num.9.in fin.Card. Lugo.de iuſt. & iur. tom.1. diſpat.11. num.66. P.Tamburi. in Decal. lib.6 cap.4. §. 3. num.2. Caraſa de duel.tract.2.ſect. 3.quaſt.48.* quos refert, & ſequitur *P.Graſſet. de nece prodit.§.8. num.15. in addit.* vbi teſtatur de communi opinione.

6 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in occidente aliquem ad ſui neceſſariam defenſionem, nam is ad damna, & intereſſe reficienda non tenetur ad tex.*in d.l.ſcientiam 46.§. qui cum aliter ff. ad leg. aquil.* & tradunt *Io: Andr. Zabar. Ancar.Butr.& Mari. Soc.in cap.1. de iniur. & dam.dat. Adden.ad Bertaz.conſ.18. litt.B. lib.1. Farinac.de homic.d. quaſt. 119. num. 122. & ſeq.* vbi alios dat concordantes, & dicit, hanc limitationem non habere locum in eo,qui ſe defendendo offendit adſtantem, mediatorem, vel tranſeuntem, vt ibi per eum, *Pattell.d.expedit.88. num 4. & ibi adden.num.37.* vbi dicunt,in hoc eſſe attendendam originariam prouocationem, *Guazzin.defen. 34. cap.4.num.10. Cabal.reſol.crim.caſu 248. num.29. cent.3.Cancer.var.reſol. par.2. cap.11. num. 75. P. Diana in ſumma in d.ver.Reſtituere quis teneatur, num. 9.Balth. Thomaſ.in d.tract.4.num.676. & Capic. Latr.d.deciſ. 75.ferè per tot.par.1.*

7 Declara primò d. ſecundam limitationem, vt non habeat locum, quando ſe defendens in aliquo modum inculpatæ tutelæ exceſſiſſet, quia cum dicatur id egiſſe non ſolùm ad effectum ſe defendendi, ſed etiam ſe vlciſcendi, ideò teneri debet ad damna, & intereſſe hæredibus occiſi, non tamen in totum, ſed aliqua Iudicis arbitrio, vt ſuadetur ex tex. *in d.l.ſcientiam 46. §.qui cum aliter in fin. & ibi gloſ. & alij, ff.ad l.aquil.* & ſcripſerunt *Ant.Gomez vari reſol.tom.3. cap.3. num.38. in fin. Clar. in §. homicidium, num.34. verſ. ſciat autem &c.* vbi alios dat concordantes, *Cabal.in d.caſu 248.num.29. & 35. Cancer.var.reſol. par.2. cap.11.num.75.& ſeq. Guazzin.d.defen.34. cap.4. num.10. Balth.Thomaſ.in d. tom.3.tract.4. num.676. et Capic.Latro d. deciſ.75. num. 25. par. 1.*

8 Licèt contrarium, imò in d.caſu non intrare condemnationem ad damna,& intereſſe voluerit *Merlin.Pignatel.controu. foren. cap.19. num.29. et ſeq. lib.1.* vbi dicit, ita fuiſſe deciſum in Sacr.Conſilio cum quo videntur pertranſire, *Adden.ad Capic.Latro d.deciſ.75.in princ.*

9 Limita d.declarationem, vt non habeat locum, quando occiſus eſſet in aliqua culpa, vt quia fuerit author rixæ, vel prouocator, & ſimil. quia tunc occidentem non teneri ad aliquod intereſſe, licèt modum exceſſerit in ſe defendendo tenuerunt *Cranet.conſ.119. num.11. Ludou.concl.39.in fin.* & non diſſentit, *Farinac.de homic.d. quaſt.119.num. 125.* & latè comprobat *Capic. Latro d.deciſ.75.num.10 & ſeq. et num. 23.* vbi dicit, ita fuiſſe iudicatum per Sacr. Conſilium reuocata ſententia M. C. Vic. vt ibi per eum,

10 Declara primò d.concluſionem principalem, vt operatum æſtimatio in homine occiſo, quicquid dixerint aliqui Doctores illam eſſe faciendam vſq; ad centum annos, ſit facienda arbitrio Iudicis, habito reſpectu ad tempus, quo occiſus veriſimiliter viuere potuiſſet ſecundum computum, de quo *leg. hæreditatem, 68. ff. ad leg. falc.* vt docuerunt *Ant. Gomez var.reſol.tom.3.cap.3. num.38.* vbi dicit, ab hac opinione non eſſe recedendum, & quamplures adducit concordantes, & contrarijs reſpondet, *Rolan. conſ. 39. num.14. lib.2. Ludou. deciſ. Lucen. 72. num. 28,* vbi teſtatur de communi opinione, & firmat etiam *Farinac.de homic. d. quaſt.119.num. 99. & ſeq.* alios adducens ita ſentientes quamplures *Cabal.reſol.crim.d.caſu 248. num.26.* vbi dicit, ita ſe ſuper vidiſſe ſeruari, & ipſum ſeruaſſe, *Cancer. var.reſ.d. par.2. cap.11 n.76. & ſeq. & Balth. Thom. in ſuis tract. var.tom.3. tract. 4.n.673. in fin.*

11 Declara ſecundò d.concluſionem, quod contra homicidium datur hæredibus occiſi iuramentum in litem ſuper quantitate damnorum, & intereſſe, & expenſarum, & operum amiſſarum præuia tamen taxatione Iudicis, vt docent *Plet.de in litem iur.§.41. num.3. & 8. & ſeq. Rolan. conſ. 39.num. 6. & 12. lib.2. Ludou.concl.39.in 7. ampliat. Farinac.de homic. d. quaſt.119. num.112.& ſeq.* vbi hoc limitationem habere locum, quando homicidium fuit culpa commiſſum, quia tunc damna, & intereſſe non probantur per iuramentum in litem, ſed Officio Iudicis,vt ibi per eum latè comprobantem *Guazzin.defen. 34. cap.4. num.9. & Balth. Thom. in ſuis tract. var. tom 3.tract.4. num.673.*

12 Declara tertiò d.concluſionem, quod licèt quilibet delinquens teneatur in ſolidum ad ſoluendum intereſſe partis offenſæ, per ſolutionem tamẽ vnius alij liberantur ab emenda damni, cum partis non interſit magis ab vno, quam ab alio illud conſequi ad tex. *in l.1. in 2. reſpon. C. de condit. furt.* & not. *Boſſ.in pract. in tit.de pæn. in princ. Theſ. dec. 254. n.12.& ſeq.Cabal.reſ. crim. caſu 198. n. 4. & ſeq. cent.2. & Caualc.de Brach.Reg.par.4. n.153.* quem refert, & ſequitur *Guaz.def.33.cap.23.num. 3.* vbi ſubiungit, quod delinquenti ſoluenti intereſſe pro ſocio datur repetitio contra illum, niſi ille ſocius fuiſſet abſolutus, vt ibi per eum.

13 Vtrum verò d.damna, & intereſſe occidens teneatur ſoluere ſolũ filijs,& patri occiſi,verum etiã fratribus, & alijs hæredibus, quos occiſus non tenebatur alere, tradunt *Farin.de homic. d.quaſt. 119. num.126. Balth. Thomaſ.in d.tract. var. tom. 3. tract.4. num.692. & Cancer. var. reſol. d.par.1. cap.11. num.81. & ſeq.* vbi quærit etiam, an dicta ſolutio ſit facienda hæredi ſanguinis, vel bonorũ, ipſos conſulas.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Occidere licèt non ſolum pro defenſione ſui ipſius, ſed etiam conſanguinei, amici, ſocij, et aliorum.*

RESOLVTIO III.

Occidere an liceat pro defenſione etiam conſanguinei, amici, ſocij, et aliorum.

1 Occidere licèt non ſolum pro defenſione ſui ipſius, ſed etiam pro defenſione alterius, puta, conſanguinei, amici, ſocij, domini, & extranei poſitorum in periculo, & diſcrimine vitæ, vt tradunt *Bertaz. conſ. 473. num. 2. vol. 2. Ant Gomez. var. reſ. tom. 3. cap. 3. num. 21. et ſeq. Clar. in pract. §. homicidium, num. 24. et ſeq. Guazzin. defen. 29. cap. 4. num. 19. et ſeq. latè Farinac. de homic. quæſt. 125. num. 207. et plur. ſeq. P. Dian. in ſum. in verb. Occidere inuaſorem, num. 1. et plur. ſeq.* & dixi latius ſupra in ver. *Defenſio Reſol. 7. per tot.* vide ibi.

SVMMARIVM

1 *Occidens eum, qui ſuæ pudicitiæ inſidiabatur nulla pæna puniri debet.*

Quod procedit etiam in conſanguineis, tutoribus, et amicis inſidiati, n. 2.

Et etiam in tentato ad ſodomiam, n. 3.

Declara prædicta, n. 4.

RESOLVTIO IV.

Occidens eum, qui ſuæ pudicitiæ inſidiabatur an aliqua pæna ſit puniendus.

1 Occidens eum, qui ſuæ pudicitiæ inſidiabatur nulla pœna puniri debet *l. 1. §. item Diuus ff. ad leg. Corn. de ſycar.* vt tradunt *Bart. in l. 1. num. 8. C. vnde vi Marſil. conſ. 81 n. 16. Clar. in pract. §. homicidium num. 26* vbi teſtatur de communi opinione, *Boſſ. in pract. in tit de homic. num. 81.* latè *Farinac. de homic. quæſt. 125. nu. 44. et ſeq.* vbi quamplures dat concordantes *et conſ. 66. lib. 1.* vbi dicit mitius eſſe puniendam filiam, quæ patrem occiderat, quia tentauit illam corrumpere, vt ibi per eum, *Caball. de omn. gene. homic. nu. 88. P. Dian. in ſumm. in ver. Occidere inuaſorem nu. 27.* vbi hanc dicit communem opinionem, & benè comprobat poſt *Leſſi. Azor. Filiuc. Bonacc. Alph. de Leone*, & alios per eum adductos, *P. Vidal. in Inquiſ. moral. in tit. de iuſta defen. inquiſ. 1. n. 44. et ſeq.* Si enim licet occidere pro defenſione ſalutis corporis, & pro defenſione rerum ſuarum, vt ego probaui ſupra in ver. *Defenſio, Reſol. 3. et Reſol. 5* eò magis debet eſſe licita occiſio pro defenſione honoris, & pudicitiæ, cum maior ſit timor ſtupri, quàm mortis, vt not. *Marſil. in d. l. 1. §. item Diuus num 13. ff. ad leg. Corn de ſycar. Farin. in d. quæſt. 125 num. 43. et Caball. de omn. gen. homic. num. 88.* & alij Doctores ſupra adducti volentes periculum famæ æquiparari periculo vitæ, vt ibi per eos, & faciunt not *per Sperell. deciſ. 45. num. 18. et ſeq. par. 1.*

2 Amplia primò d. concluſionem illatiuè, vt liceat parentibus, conſanguineis, affinibus, tutoribus, & etiam amicis alicuius virginis, aut honeſtæ viduæ occidere illarum violentum raptorem, & pudicitiæ inuaſorem, cum d. iniuria etiam in eos redundet, ad tex. *in l. vni. et ibi Salic. C. de rapto virgi. et in l. raptores 42. C. de Epiſc. et Cler.* & voluit *Iodoc. in pract. cap. 80. num. 21* cum quo ſentit *Farinac. de homic. d. quæſt. 125. ſub num. 44 P. Vidal. d. inquiſ. 1. num. 45.* vbi de marito, et *P Leſſ. de iuſt. et iur. lib. 2. cap. 9. num. 88.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem illatiuè pariter, vt iuueni tentato ad ſodomiam liceat impunè occidere illum, qui eum audet attentare ad d. ſcelus committendum, vt not. *Baiar. ad Clar. in pract. in §. ſodomia, num. 15* vbi refert de puero, qui cum gladiolo membrum inuidit ſuo pedagogo illum ad ſodomiam tentanti, *Scapp. de iure non ſcrip. lib. 5. cap. 143. num. 12.* dicens, ita ipſo patrocinante in facto obtinuiſſe, *Farinac. de delict. carn. quæſt. 148. num 18. Nouar. in pragm. de ſodom. collect. 1. num. 13* aſſerens ſic fuiſſe deciſũ in M. Cur. Vic. quem refert & ſequitur *Maſſin. de conſ. bonor. quæſt. 9. num. 26.*

4 Declara d. concluſionem, vt habeat locum, quando aliàs pudicitia æquè benè conſeruari non poteſt, & ſeruato moderamine inculpatæ tutelæ, vt ſentit *Farinac. de homic. d quæſt. 125 ſub num. 44.* & expreſsè docet *P. Vidal. in d. inquiſ. 1. n. 44. in fin.*

ADDITIO.

N. 1. Vbi habetur, quod occidens eum, qui ſuæ pudicitia inſidiabatur nulla pæna tenetur adde *Calam. de æquit. lib. 1. cap. 58. nu. 24.* vbi refert iucundum caſum, quem videas ibi per eum ſi placet.

SVMMARIVM.

1 *Mediator rixæ occidens vnum ex rixantibus ſinè dolo non punitur pæna ordinaria.*

Secùs tamen eſt ſi doloſè id fecit, n. 3.

Et ſi occidat pro ſua defenſione nulla pæna punitur, num. 4.

2 *Homicidium commiſſum ſinè dolo non punitur pæna ordinaria.*

RESOLVTIO V.

Mediator rixæ occidens vnum ex rixantibus ſine dolo, an puniatur pæna ordinaria.

1 Mediator rixæ qui in rixa occidit vnum ex rixantibus ſinè dolo, non eſt puniendus pœna ordinaria, ſed extraordinaria tantum Iudicis arbitrio pro qualitate facti, vt tradunt *Boſſ. in pract. in titul. de homicid. num. 59. Menoch. de arbitrar. caſu 343. numer. nono* 2 *Farinac.*

Farinac. de homic. quaeſt. 125. *num.* 167. *& Guazz. defen.* 29. *cap.* 4. *num.* 19. *ver. ac etiam procedit &c.*

2 Homicidium enim ſinè dolo commiſſum non punitur pœna ordinaria, ſed extraordinaria tantùm pro modo culpæ, cum culpa etiam lata dolo non comparetur, ad tex. *in l. lege Cornelia, ff. ad leg. Carn. de ſycar. Clar. in §. homicidium, num.* 3. *Cabal. de omn. gen. homic. num.* 197. *& num.* 201, *& ſeq. Vermigl. conſ.* 37. *num.* 1. *& conſ.* 43. *num.* 2. *Paul. Rub. de valid. legal. cap.* 39. *num.* 78. *&* 40. *n.* 48.

3 Declara primò d. concluſionem, vt habeat locum prout loquitur, quando ſcilicet in mediatore occidente abſuit dolus, ſecus tamen eſt ſi dolosè id fecerit, quia tunc puniendus eſt pœna ordinaria homicidij, vt ſcribit *Boſſ. in pract. in tit. de homic. num.* 59. *in fin. Plaza in epit. delict. cap.* 27. *num.* 10. *Cancer. in pract. in* 3. *tract. de homic. & aſſaſſin. §. tertia quaero, num.* 17. quos vna cum alijs pluribus refert, & ſequitur *Farin. de homic. d. quaeſt.* 125. *num.* 165. vbi de mediatore, qui dolosè impedit inſultatum, ne ſe defendere poſſet illum tenendo, vel arma ei auferendo, quem vult teneri de occiſo, ſi propter d. impedimentum mortuus fuerit, vt ibi per eum, & cum d. declaratione, pertranſit etiam *Guaz. d. def.* 29. *cap.* 4. *num.* 19. *ver. Ac etiam &c.*

4 Declara ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in mediatore procurante rixantes diuidere, qui ſi ponatur ab aliquo ex eis in diſcrimine, & periculo vitæ, puta arma contra eum dirigendo poteſt pro defenſione ſuæ perſonæ d. rixantem impunè occidere, vt voluit *Bolognet. in l. vt vim.* 3. *nu.* 77. *ff. de iuſt. & iur.* quem refert, & ſequitur *Farinac. de homic. d. quaeſt.* 125. *num.* 144. *& ſeq.* vbi hoc extendit etiam ad mediatorem occidentem, inuaſorem pro defenſione vitæ inſultati, vt ibi latiùs per eum.

SVMMARIVM.

1 *Occidens aliquem cum baculo non punitur pœna ordinaria homicidij,*

Licèt contrarium teneant aliqui Doct. n. 2.

Et idem eſt in occidente cum armis, quibus homines vti non ſolent ad occidendum, n. 3.

Niſi percuſſio facta ſit in parte corporis periculoſa, puta in capite, num. 4.

Contrarium tamen tenent aliqui, n. 5.

Quod tamen in hoc ſint attendenda coniectura tenent aliqui, n. 7.

Non tenetur pœna ordinaria percutientis in capite, ſi habeat alia arma aptiora ad occidendam, num. 7

8 *Pœna ordinaria, quando intret, quando de animo occidendi conſtat ex coniecturis remiſſinè.*

RESOLVTIO VI.

Occidens aliquem cum baculo an puniatur pœna ordinaria homicidij.

1 Occidens aliquem cum baculo etiam præmeditatè, & extra rixam, non tenetur pœna ordinaria homicidij, cum non præſumatur habuiſſe animum occidendi, ſed extraordinaria pœna tantùm Iudicis arbitrio, vt tradunt *Boſſ. in pract. in tit. de homic. num* 37. *in fin. & num.* 48. *Clar. in pract. §. homicidium. n.* 4. *ver. dicitur etiam &c. Menoch. de praeſum. lib.* 5. *praeſum.* 40. *num.* 9. *Maſcar. de prob. concl.* 97. *num.* 27. *lib.* 1. *& concl.* 864. *num.* 4. *lib.* 2. *Bertaz. conſ.* 320. *num.* 5. *lib.* 2. latè *Farinac. de homic. quaeſt.* 126. *num.* 128. vbi alios adducit concordantes quamplures, & dicit, ab hac concluſione vti magis communiter recepta per Doctores recedendum non eſſe, *& conſ.* 211. *num.* 2. *lib.* 3. *Adden. ad Farinac. conſ.* 32. *littera A. lib.* 1. *Cabal. de omn. gen. homic. num.* 232. *& ſeq. Giurb. conſ.* 82. *nu.* 14 *et* 21. alios referens concordantes, *& Ant. de Bal. tract. crim. lib.* 3. *caſu* 1. *num.* 37. *& a* 56.

Ex percuſſione enim facta cum baculo non præſumitur in offendente animus occidendi, itaut homicidium ex illa ſecutum, potius dicendum ſit culpoſum, quam doloſum, & ideò nil mirum, ſi illud non puniatur pœna ordinaria, ſed extraordinaria tantum, vt docent *Farinac. in d. quaeſt.* 125. *num.* 128 *Giurba d. conſ.* 82. *num.* 21. & alij Doctores ſupra adducti,

2 Licèt contrarium tenuerint *Ant. Gomez var. reſ. tom.* 3. *cap.* 3. *num.* 17. *&* 18. *& Vulpel. conſ.* 126. *n.* 5. *et num.* 10. *et ſeq.* cum quibus ſentire videtur *Cabal. de omn. gen. homic. num.* 325, contra quos adeſt magis communis opinio, de qua ſupra,

3 Amplia d. concluſionem, vt habeat locum etiam quando percuſſio facta fuit cum armis, quibus homines vti non ſolent ad occidendum, puta, ſi fuerit commiſſum homicidium cum paruo cultello, & ſimil. quia deliberate, & cum animo occidendi illud commiſſum non præſumitur, vt ſcripſerunt *Alciat. Menoch. Cala. Decia. Cabal. Giurb. Farin. et Ant. de Ball.* in loc. relatis ſupra in ver. *Homicidium, Reſ.* 11. *n.* 9. ibi videas, quibus nunc addo ita ſentientes eundem *Caball. de omn. gen. homic. num.* 233. *& ſeq. et Paul. Rube. de valid. legal. cap.* 38. *il ſecondo, numer.* 6.

4 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando percuſſio cum baculo eſt facta in parte corporis periculoſa, puta, in capite, quia tunc percuſſio cenſetur facta animo occidendi, & intrat ſequuta morte, pœna ordinaria, vt voluerunt, *Boſſ. in pract. in tit. de homic. n.* 38. *et ſeq. Ant. Gomez var. reſol. tom.* 3. *cap.* 3. *num.* 17. *et ſeq. Menoch. de praeſ. lib.* 5. *praeſum.* 40. *num.* 11. *Vulpel. conſ.* 126. *n.* 14. *et plur. ſeq.* vbi contrarijs reſpondet, *Maſcar. de prob. concl.* 97. *num.* 27. *lib.* 1. *et concl.* 864 *num.* 8. *et ſeq. lib.* 2. *Peguer. decis.* 14. *num.* 11. pleniè *Farinae. de homic. quaeſt.* 126. *num.* 131. vbi alios adducit ita ſentientes quamplures, & teſtatur de communi opinione, & *d. conſ.* 211. *et* 12. *n.* 13. *lib.* 3. *Adden. ad Farin. conſ.* 32. *litt. A lib.* 1. *Giurb. d. conſ.* 82. *num.* 36 cum quibus ſentire videtur *Cabal. de omn. gen. homic. num.* 393. & clariùs *num.* 314. *Ant. de Bal. d. caſu* 1. *num.* 56. *Criſpol caſa milit.* 11. *num.* 10. *et Vrſel. in exam. apum litt. A. concl.* 80. *num.* 8.

5 Licèt contrarium fuiſſe in facto ſeruatum teſtetur *Gram. vot.* 23. in illa muliere, quæ ancillam baculo occi-

occiderat, quæ condemnata fuit pœna extraordinaria, & *Farinac.in d. quæſt.* 126. *num.* 131. in illo curſore, qui alium curſorem baculo in capite percuſſum interemerat, qui fuit ad triremes damnatus, & ita tenent Doctores relati per *Maſcar.d. concl.* 864. *num.*9. & 11. *lib.* 2. & voluit etiam *Gratian.diſcep.foren.cap.*619.*num.*12.& *ſeq.par.*4.

6 Concorda d.diuerſas Doctorum opiniones, vt in hac contrarietate ſint attendendæ coniecturæ, ita vt ſi baſtonatæ ſint datæ in capite, ſint iteratæ, & præcedat inimicitia capitalis ſequuto homicidio ſit locus pœnæ ordinariæ, cum in d.caſu præſumatur animus occidendi, aliàs ſecùs, vt poſt *Maſcar. d.concl.*864. *num.* 13. & *ſeq.* ſcribit, *Farinac. de homic. d.quæſt.*126.*num.*133.*in fin.* vbi dicit, hanc eſſe veram reſolutionem d.difficultatis, cum qua pertranſit etiam, *Gratian.diſcep.foren.d.cap.*619.*n.* 14. *p.*4. & ſentit etiam *Cabal.vbi ſup.n.*320. *et ſeq.*

7 Sublimita d. primam limitationem, vt habeat locum, quando ille, qui percuſſit in capite cum baculo non habeat alia arma aptiora ad occidendum quia tunc cum in eo præſumatur animus occidendi, ideò eſt locus pœnæ ordinariæ, ſecus tamen eſt ſi qui baculo percuſſit in capite habeat alia arma ad occidendum magis apta, pota, pugionem, terzanellum, & ſimilia, quia tunc cum d. armis non vtendo non præſumatur offendens cum baculo habuiſſe animum occidendi, ideò non debet eſſe locus pœnæ ordinariæ, ſed extraordinariæ tantum Iudicis arbitrio, vt declarant, *Baſſ.in pract.in tit.de homic. num.*38. vbi dicit, ita in facto obtinuiſſe, *Maſcar.de prob.d.concl.*97. *num.*24. & *ſeq. lib.*1. & *d.concl.*864.*num.*10. & 15. *lib.*2. *Ant.Gomez var. reſol.d.tom.*3.*cap.*3. *num.*17. plenè *Farin. de homic.d.quæſt.*126.*num.*134.& *ſeq.* vbi alios adducit concordantes quamplures, & *d. concl.* 211. *num.*11.*lib.*3. *Clar.in pract.d.§.homicidium, num.*7. plenè *Giurb.d.conſ.*82. *num.*15.& *ſeq.* vbi alios adducit ita ſentientes, & plura adducit ſimilia, de habente roncam, & percutiente eum haſta, de habente enſem, & percutiente cum pomo, & alia de quibus ibi per eum, & reprobat *Vulpel. in d.conſ.* 126.contrarium tenentem,teſtando de magis communi Doctorum opinione, cum quibus pertranſit *Cabal. de omn. gen. homic. num.* 307. & *ſeq.* benè comprobans, licèt poſtea cum *Gribal.* aliquot caſus diſtinguat, vt ibi per eum.

8 Quando verò deueniri poſſit ad imponendam pœnam ordinariam contra occidentem, dum de animo illius occidendi conſtat ex coniecturis, & præſumptionibus diſſerit, *Cabal.de omn.gen.homic. num.* 309. & *ſeq.* & ego dixi ſupra in verb. *Homicidium, Reſol.* 1. *num.*12. & *Reſ.* 2. *num.* 8. & *ſeq.* vbi inter cætera retuli diſtinctionem *Ant. de Ball. tract. crim. lib.*3. *caſu* 1. *quæſt.* 2. *num.* 18. & *ſeq.* quod ſi de homicidio plenè conſtat, & de liberatione, ſeu animo occidendi per præſumptiones,ſit locus pœnæ ordinariæ,cum directè d. qualitas non poſſit probari, ita vt ſufficiat de illa conſtare per præſumptiones, maximè ſi præſumptiones ſint iuris, ſi verò de homicidio non conſtat plenè, & tunc non ſufficiat de præmeditatione, ſeù de animo occidendi conſtare per præſumptiones ad imponendam pœnam ordinariam, vt ibi per eum, quæ mihi videtur ſatis bona, & iuridica diſtinctio.

Reſol.Crim.

ADDITIO.

N.6. VBi habetur, quod attenduntur coniecturæ, an percutiens cum baculo habuerit omnium occidendi, itaut ſi baſſonatæ ſint datæ in capite, ſint iteratæ, & præcedat inimicitia capitalis ſequuto homicidio ſit locus pœnæ ordinariæ adde, *Farinac.conſ.*211.*n.*7.8.& *ſeq.lib.*3

SVMMARIVM

1 *Occidens aliquem in ludo à conſuetudine introducta puniri non debet.*

Maximè ſi occidentes ſint minores, & pueri, num. 2.

Neque pœna extraordinariè, num. 3.

*Niſi tamen occiſio facta fuerit doloſè, nu.*4.

Vel per culpam, quia tunc intrat pœna extraordinaria, num 5.

Seù proditoriè, num. 6.

RESOLVTIO VII.

Occidens aliquem in ludo à conſuetudine introducto an puniri poſſit.

1 OCcidens aliquem in ludo, vel colluctatione ab viu, vel conſuetudine alicuius Ciuitatis introducto, & tollerato puniri non debet, cum conſuetudo illum excuſet *l.qua actione,* 7. *§.ſi in colluctatione*, & *leg.ſi ex plagis* 53. §. *vlt.ff.ad leg. aquil. cap. lator*, 9. *de homic.* & tradunt *Dec. conſ.*9.*nu.*4.& *ſeq.* vbi de occidente in ludo pugnorum, vt fieri conſueuit a tempore ferè immemorabili in nobili, & antiqua Ciuitate Eugubij *Cremen. ſingul.* 150. *in prin.* vbi de conſuetudine Ciuitatis Bononiæ, & Perusiæ ludendi ad lapides, *Ameſe.de poteſt. in ſe ipſum in lib.* 2. *cap.*13. *num.*11. *Menoch.de arb. caſu* 400.*in princ.* & *num.*7. & *ſeq. Alciat.de duello,cap.*3. *verſ.nam ſæpè numero* & *c.Nouell.ad defea.cap.*1. *n.*134. & *ſeq.Alex.conſ.*8.*n.*9.*lib.*6.qui loquuntur de homicidio commiſſo in lapidatione permiſſa.*Card.Tuſch. pract.concl lit.L.concl.*456.*n.*15.& *ſeq.* vbi de ludo pilæ,& *concl.*457.*per tot.*plenè *Far.de pan.temp.q.* 95.*n.*25.vbi quamplures dat concordantes, & *de homic.q.*125.*n* 31.12.& *ſeq.*vbi pariter plures adducit ita ſentientes,& late comprobat *Giur.conſ.*51 *num.*11. 12 .& *plurib.ſeq.* vbi de homicidio commiſſo in ſcrimia, vt ibi per eum.

Conſuetudo enim quæ ludum illum permittit, & tolleratur, occidentem a pœna temporali excuſat vt dixi,& not. *Menoch.de arb.d.caſu* 400.*n.*9. vbi dicit id eſſe verum, etiamſi conſuetudo ſit reprobata, *Farin.de delict.*& *pan. quæſt.*20. *num.*45. *Ameſe de poteſt.in ſe ipſum d.cap.*11. *num.*14. & 15. *Caball. de omn. gen.homic. num.*86.& *Giurb. d.conſ.*51.*ſub num.*16. vbi alios dat concordantes.

2 Amplia primò d.concluſionem, vt eò magis habeat locum in pueris, & impuberibus ludentibus ad ſaxa, vel in colluctatione, aut alia occaſione eis præſertim de conſuetudine admiſſa, qui alium vulnerando, vel occidendo non puniuntur, vt not. *Ancar.conſ.283. circa medium, Capol.conſ.crim.30 per tot.* benè *Farinac.de pæn.temp. d.quæſt. 92.nu. 121.* vbi alios dat concordantes.

3 Amplia ſecundò d.concluſionem, vt conſuetudo ſupradicta excuſet occidentem in ludo, vel colluctatione etiam à pœna extraordinaria, nec dum ab ordinaria, vt voluerunt *Deci.in d.conſ.9.num.3. et ſeq. Marſil.in pract.§.vlterius,num.9.et ſeq. Menoch.de arbitr.d.caſu 400.num.3.& ſeq.* quos vna cum alijs pluribus refert, & ſequitur *Farin.de pæn. temp.quæſt.95, num.26. et de homic. quæſt.125.nu. 32.* & ſentit etiam *Cabal. de omn. gen. homic. num. 85.* vbi dicit, dictum homicidium non eſſe punibile, vt ibi per eum.

4 Limita primò d.concluſionem, vt non habeat locum in eo, qui dolosè aliquem occidit in ludo, vel in colluctatione etiam publica, & a conſuetudine permiſſa, quia talis occidens non excuſatur, ſed punitur, vt voluerunt *gloſ in d.l.qua actione 7.§.ſi in colluctatione, ff. ad l. aquil. Carer.in pract.in 3. tract. de homic.§.decimo quinto excuſat.num.1. in fin. Menoch. de arbitr.d.caſu 400. num.4. et num.6 Farin.de pæn. temp. d. quæſt.95.num.27, et in tract. de homic. d.quæſt.125.num. 28.*

5 Amplia d.limitationem, vt habeat locum non ſolum in occidente in ludo, vel colluctatione per dolum, ſed etiam in occidente per culpam, qui aliqua pœna extraordinaria venit puniendus, vt tradunt *Capol.conſ.crim.30.per tot. Ant.Gomez var.reſolut.d.tom.3.cap.3.num.16.Menoch.de arbitr.d.caſu 400. num. 5. et num.14.et Farinac.de homic.in d. quæſt.125.num.29.* vbi dat concordantes, & excedentem locum, & ludum permiſſum tenuit eſſe puniendũ, *Card.Tuſc.pract.concl.lit.L.concl.457.in fin.*

6 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in eo, qui in d.ludis conſuetis aliquem occidit proditoriè, cum proditio ſit adeò deteſtabilis, vt ab omni homicidio a lege, vel conſuetudine, tolerato illa ſemper excipiatur ſec. *Gribal.de omn. gene. homic. in tit.de homic.legit.num.27.et Caball. de omn.gener.homic.num.87.* qui allegat etiam *Menoch.de arbitrar.d.caſu 400.num.4. et 5.* qui tamen hanc limitationem probat.

S V M M A R I V M.

1 *Occidere ſe ipſum eſt omni iure prohibitum.*

Itaut bona occidentis ſe ipſum fiſco applicentur, num. 2.

Contrarium tenent vel verius plures Doctores, ibi, num. 3.

Declara non procedere in ſe occidentem ob pœnam patrati criminis, n.4.

Quando autem quis dicatur ſe occidiſſe ob pœnam patrati criminis, n.5.

Requiritur tamen vt intret confiſcatio, quod crimen admittat confiſcationem, n.6.

Hodie verò pæna confiſcationis non intrat contra occidentem ſe ipſum, n.7.

8 *Cadauer illius qui ſe occidit poteſt furca ſuſpendi.*

Contrarium tenent plures Doct. n.9.

10 *Occidẽs ſe ipſũ carere debet Eccleſiaſtica ſepultura*

Si tamen plenè conſtet Eccleſiæ, quod ſe ipſum occiderit, alias ſecùs, n. 11.

Quod autem quis ſe occiderit non præſumitur, ſed eſt probandum per fiſcum, n.12.

13 *Itaut ſi quis reperiatur in puteo, vel ſuſpenſus præſumatur factum ab alio.*

Licèt contrarium in laqueo ſuſpenſos teneant aliqui, n.14.

15 *Statutum imponens confiſcationem contra homicidam an habeat locũ in occidente ſe ipſũ remiſſiuè.*

R E S O L V T I O VIII.

Occidens ſe ipſum qua pæna puniri debeat.

1 OCcidere ſe ipſum omni iure prohibitum eſt, non ſolum iure ciuili, & canonico, ſed etiam naturali, & Diuino, cum nemo ſit dominus membrorum ſuorum, vt tradunt *Plaz.in epit.delict.lib. 1.cap.23 in fin. Rolan.conſ.20.num.24.& ſeq.lib.3. Decian.tract.crim.lib.9.cap.1.num.3.& n.13.& ſeq. & Farinac. de homicid. q.128.par.1.n.3.& 4.*

2 Amplia primò d.concluſionem, vt d. delictum ſit adeo graue, vt bona occidentis ſe ipſum fiſco veniant applicanda, vt ex *Gugliel.de Bened.* per eum relato pro regula firmat *Farinac.in d.quæſt. 128. num.47.*

3 Contrarium tamen quod imò bona occidentis ſe ipſum non confiſcentur vti verius tenuerunt *Corn.conſ.105.nu. 6.& ſeq. vol.1.Clar.in pract.§.fin.quæſt.68. verſ. ſe ipſum &c.* vbi dicit, ita omnes tenere *Peregr. de iure fiſc. lib.4. tit.4. num.8. Cabal.reſol.crim.caſu 137.num.24. cent.2.& Guazzin.de conf.bonor.concl. 13.lim. 43.num. 1.* vbi alios dat concordantes.

4 Limita d.contrariam opinionem, vt habeat locum quando quis ex doloris impatientia, æris alieni, aut vitæ tedio, & ſimil. ſe occidit, ſecus tamen eſt, ſi id faciat ex conſcientia patrati criminis, quia tunc ſiuè fuerit probatum, vel non probatum delictum ex ipſa morte fiſco bona addicuntur, niſi hæres voluerit illius innocentiam probare, vt probant *Peregr.de iure fiſci lib.4.tit.4.ferè per tot.Cabal.reſol. crim. d. caſu 137. num. 1.& ſeq. Farinacc.* qui benè hanc materiam huius limitationis declarat in d. *tract.de homic.d.quæſt.128.num.51.& ſeq.& num.69.& Guazzin.de conf. bonor.d.concl. 13. lim. 43. num. 2.* qui dat concordantes.

5 Declara d.limitationem, quod occidens ſe ipſum dum eſt accuſatus de crimine, vel in eo appræhenſus cenſeatur ſe occidiſſe pœna patrati criminis, & ſic contra eum intrat confiſcatio, ſecus eſt ſi non ſit accuſatus, quia tunc præſumitur ſe occidiſſe tedio vitæ, & non intrat confiſcatio, vt declarant *Ant. Gomez var. reſol. tom.3. cap.3. ſub num.13. Peregr.de iur.fiſc. d.lib.4.cap.4.num.1.& ſeq. Decian.tract.crim.lib.9.cap.3. num.8.& 12.& cap.4.num. 1.& Farinac. in d. tit.de homic. quæſt.128.num.60.& ſeq. & num. 72.* nec non *Cabal.d.caſu 127.num.3.& 4.cent.2.*

6 Declara ſecundo d.limitationem, vt non ſufficiat, vt intret pœna confiſcationis contra occidentem ſe ipſum quod quis ſe occidat poſt accuſationem, aut appræhenſionem in crimine, ſed requiritur, quod crimen ſit tale, vt pro eo bona confiſcentur, alias ſecus, vt pariter declarant *Ant.Gomez d.cap.3.ſub num.13. Amat.quæſt.22.nu.9. par.2.*

par.2. Peregr. de iure fiſc. d. lib.4. cap.4. num.3. vbi teſtatur de communi opinione, *Menoch. de arbitr. caſu 284. ſub num.14. Farin. de homic. d. quæſt.128. num.77. & ſeq.* latè comprobans, & *Cabal. d. caſu 137. num.2. & 19.*

7 Declara tertiò d. limitationem, cum declarationibus ſeq. vt hodie ſtante *auth. bona damnatorum, C. de bon. proſcript.* quæ corrigit omnia iura antiqua pœnam confiſcationis bonorum imponentia non amplius poſſint confiſcari bona occidentis ſe ipſum, vt not. *Bart. in l. fin. §. fin. num.4. ff. de bon. eor.* vbi dicit, quod ita omnes Doctores tenent, & poſt eum *Peregr. de iure fiſci lib.4. tit.4. num.11.* vbi teſtatur de communi opinione, *Decian. tract. crim. lib.6. cap.4. num.3.* vbi pariter teſtatur de vera, & communi opinione, *Farin.* latè *comprobans in dict. quæſt. 128. num.95. & ſeq. & Caball. d. caſu 173. n.18. & ſeq. cent.2.*

8 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt cadauer illius, qui occidit ſe ipſum pro pœna ſuſpendi poſſit, ſi ita Iudici viſum fuerit, vt voluerunt *Bald. in l.2. num.2. C. qui teſt. facer. poſſunt* & alij plures, quos refert *Far. in d. q.128. n.10.*

9 Contrarium tamen cadauer occidentis ſe ipſum non poſſe ſuſpendi etiamſi ſe occiderit metu pœnæ tenent *Clar. in d. §. fin. quæſt.68. num.38. Decian. tract. crim. lib.9. cap.4. num.14. Peregr. de iure fiſc. lib.4. tit.4. num.12. Farinac. in d. quæſt.128. num.11. & ſeq.* vbi quamplures adducit ita ſentientes, & dicit quod Iudices, qui id faciunt malè faciunt, nec non *Guazzin. defen. 38. cap.7. num.3. & Paul. Rub. de valid. legal. cap.53. num.122. & ſeq.*

10 Amplia tertiò d. concluſionem, vt occidens ſe ipſum carere debeat Eccleſiaſtica ſepultura *ad tex. in can. placuit, 23. quæſt.5.* & tradunt *Clar. in d. §. fin. quæſt.68. nu.37. Menoch. de arbit. caſu 284. num.25. & ſeq. Farin. in d. quæſt.128 num.16. & ſeq.* vbi dicit, hoc procedere etiam quod quis tedio vitæ ſe occiderit, *Iul. Lauor. var. lucubr. tom.1. tit.2. cap.12. num.28. Guazzin. defen.39. cap.2. num.1.* & benè comprobat *Paul. Rub. de valid. legal. d. cap.53. num.114. & ſeq.* qui dicunt, prædicta non habere locum ſi id fecerit ex furore, vel inſania, vt ibi per eos.

11 Declara d. ampliationem, vt habeat locum dummodo plenè conſtet Eccleſiæ, quod quis ſe ipſum occiderit cum id non præſumatur, vt declarant *Decian. tract. crim. lib.9. cap.3. num.3. in fin. & cap.4. num.8. & Farinac. in d. quæſt. 128. num.19.* & dixi infra in fine.

12 Declara omnes ſupradictas ampliationes, & limitationes, quia quod quis ſe ipſum occiderit non præſumitur, & ideo id debet probari ab eo, qui hoc allegat, vt not. *Plot. conſ. crim. diuer. 130. num.82. lib.1. Peregr. de iure fiſc. lib.4. tit.4. num.2.* vbi teſtatur de communi opinione, *Decian. tract. crim. lib.9. cap.3. num.10. Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt.68. num.116.* benè *Far. de homic. d. q.128. n.41. & ſeq.*

13 Ita vt ſi quis reperiatur in puteo ſuffocatus, ex turri deiectus, vel laqueo ſuſpenſus præſumatur non a ſe, ſed ab alio deiectus, cum non ſit veriſimile, quod quis ſe ipſum occiderit, ſed ſiſcus teneatur id probare, vt probant *Plot. Deci. Soc. Iun. Plaz. Couar. Clar. Menoch. Vulpell. Decian.* relati per *Farinac. in d. quæſt.128. num. 43.* & ſentit etiam *Guazzin. d. defen. 39. cap.2. in fin.*

14 Licet contrarium in ſuſpenſo cum laqueo teneat *Vermigl. conſ.18. num.15.* & ſentit apertè *Farinac. de inquiſ. quæſt.2. num.29. verſ. ſed, & horum &c.*

15 Vtrum vero Statutum imponens pro homicidio pœnã vitæ, & confiſcationis bonorum habeat locum in occidente ſe ipſum conſulas *Farin. de homic. d. quæſt.128. n.44. & ſeq.* vbi refert diuerſas Doctorum opiniones.

S V M M A R I V M.

1 *Maritus occidendo vxorem priuatur omni lucro dotis ſibi ex pacto proueniente.*

Amplia procedere etiam in viro vxorem expellente, & ei alimenta denegante, n.3.

Amplia ſecundò ſiuè lucrum proueniat ex Statuto, ſiuè ex conſuetudine, num.4.

Et etiam ſi illam occidat repertam in adulterio, num.5.

Niſi tamen viro vigore Statuti liceret vxorem in adulterio repertum occidere. n.6.

Licèt contrarium teneant aliqui Doct. n.7.

Quæ contrariæ opiniones declarantur, n.8.

2 *Maritus occidens vxorem perdit ius ſuccedendi eidem tàm ex teſtamento, quam ab inteſtato.*

9 *Lucrum dotis, quod perdit maritus occidendo vxorem, hæredibus vxoris applicatur.*

RESOLVTIO IX.

Maritus occidendo vxorem priuatur omni lucro dotis ſibi ex pacto proueniente.

1 MAritus occidendo vxorem priuatur omni lucro dotis ſiuè in totum, ſiuè in parte, ſibi ex pacto proueniente ob illius mortem, *l. ſi ab hoſtibus 11. §. ſi vir. &* ibi *hoc not. gloſ. Alberi. Bald. Ang. Caſtr. Cuma. Imol. Rom. Iaſ. & alij Doct. communiter, ff. ſolu. matr.* & vltra eos ſcriptum reliquerunt *Rolan. de lucr. dotis, quæſt.61. num.1. & ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione *Phanuc. in eod. tract. de lucr. dotis, gloſ.14. ſub nu.4. Farin. de homic. quæſt.120. num.38. & ſeq.* vbi ampliat, hanc concluſionem habere locum, & è contra etiam in vxore occidente virum, quæ in d. caſu priuatur donatione propter nuptias, & ipſa dote, vt ibi per eum, *Michal. de fratr. par.3. cap.56. nu.31.* vbi dicit, d. lucrum vna cum alia dote remanere penes hæredes vxoris *Ciriac. contro.217. n.9. Altogr. conſ.23. num.22. & ſeq. lib.2. Tomaſ. tract. var. tom.1. de incap. cap.2. num. 135.* & nouiſſimè *P. Vidal. in Arca Sal. de Matrim. Sacra. Inq.10. n.4.*

2 Maritus enim occidens vxorem perdit ius ei ſuccedendi ſiuè ab inteſtato, ſiuè ex teſtamento, vt dicit *Bald. in l.1. num.3. C. vnde vir. & vxor*, quem communiter ſequi per Doct. dicit *Rolan. de lucr. dot. d. quæſt.61. num.11. Phanuc. in eodem tract. dicta gloſ.14. num.4. Clar. in pract. §. homicidium, n.17.* vbi teſtatur de communi opinione, *Menoch. de arbitrar. caſu 356. nu.129. in addition.* & latè comprobat *Farinac. de homicid. d. quæſt. 120. num.23. Ciriac. d. controu.217. in princ.* latè *Tomaſ. de incap. d. cap.2. num.91.*

3 Amplia primò dictam concluſionem, vt habeat locum non ſolum in viro occidente vxorem, ſed etiam illam expellente, & ei alimenta denegante, ita vt fame pereat, vt dicit *Altograd. in dicto conſ. 23. num. 23. & 24.* ſed etiam in viro, ob cuius immanem ſæuitiam vxor ab eo diuertere coacta fuit, licet mors illius ex alia cauſa naturali ſequta fuerit, quia adhuc vir in pœnam ſuæ ſæuitiæ, pœna amiſſionis lucri dotalis puniri debet, vt not. *Phanuc. de lucr. dotis, d. gloſ.14. ſub num. 6.* quem ſequitur latè comprobando idem *Altograd. d. conſ.23. num.24. & ſeq.*

4 Amplia ſecundò dictam concluſionem, vt maritus occidendo vxorem, priuetur lucro dotis proueniente etiam vigore Statuti, vel conſuetudinis, vt adnotarunt *Bart. Ang. Caſtr. Cuma. & Aret.* qui teſtatur de communi opinione *in dicta l. ſi ab hoſtibus 11. §. ſi vir. ff. ſolut. matrimon. Campeg. de dote, part. quinta, quæſt.2. ſub num. primo, Farinac. de homic. d. quæſt.120. num. 62.* vbi alios dando concordantes, quam plures dicit, in dicto caſu lucrum fiſco non applicari, vt ibi per eum, *Peregr. de iure fiſc. lib. ſecundo, tit.3. num.7. & 8. & Michalor. de fratr. par.3. cap. 56. num. 31. & ſeq.*

5 Amplia tertiò dictam concluſionem, vt habeat etiam locum in marito occidente vxorem repertam in adulterio, quia cum ei non liceat in dicto caſu illam occidere, ſi illam occidat, amittit lucrum dotis, vt not. *gloſ. Bart.*

Angel. Aret. qui teſtatur de communi opinione, *& alii in dicta leg. ſi ab hoſtibus 11. §. ſi vir. ff. ſolut. matrimon. Ant. Gomez ad leg. Taur. num. 63. Farinac. de homic. in dicta quæſt. 120. num. 64.* vbi alios dat concordantes quamplures, *Pat. Sanch.* qui tamen loquitur in dote *de matrimon. lib. 10. diſput. 8. num. 9.* faciunt notata per *Adden. ad Capic. Latro. deciſ. 49. num. quarto, lib. 1.* & ita ſentit *P. Vidal. in dicto titulo de Sacram. Matrimon. Inquiſ. 10. num. 4.*

6 Limita dictam concluſionem, vt non habeat locum quando vigore Statuti, vel conſuetudinis liceret viro vxorem in adulterio repertam occidere, quia in dicto caſu ipſe lucrari poterit omne lucrum ſibi ob mortem vxoris proueniens, vt voluerunt *Bart. Angel. Roman.* qui teſtatur de communi opinione, *in dicta leg. ſi ab hoſtibus 11. §. ſi vir. ff. ſolut. matrimon.* nec non *Phanuc. de lucr. dotis, d. gloſ. 14. num. 5.* vbi hanc opinionem dicit eſſe veriorem, *Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 69. num. 10.* & in hanc partem inclinare videtur *Farin. de homic. in d. quæſt. 120. num. 65.* quam ſequitur etiam *Barbo. in d. §. ſi vir. num. 41. & 42.* vbi illam dicit eſſe veriorem, quem refert, & ſequitur *Andreol. controu. 336. num. 2. & ſeq.*

7 Licet contrariam opinionem, imo neque in dicto caſu maritum acquirere lucrum dotis tenuerint, *Bald. Caſtrenſ. Imol. Areti. & alii in d. §. ſi vir. Anton. Gomez ad leg. 80. Taur. nu. 63.* vbi teſtatur de veriori, & communi opinione, *Clar. in pract. in §. homicidium, num. 17. & alii relati per Farinac. in d. quæſt. 120. num. 66.*

8 Declara dict. contrarias Doctorum opiniones, vt ſecunda negans marito lucrum dotis habeat locum in lucro proueniente ex conuentione, cum inter partes non videatur cogitatum de hac morte, & ad incogitata pactum non extenditur, prima verò opinio procedat in lucro legali, puta delato à Statuto præmoriente vxore in matrimonio, vt declarant *Alexand. in d. §. ſi vir. num. 15. Rolan. de lucr. dotis, quæſt. 63. num. 6. Phanuc. de luc. dot. d. gloſ. 14. num. 5. & 6. Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 69. num. 10.* vbi teſtatur de communi opinione, *Peregr. de iure fiſc. lib. 2. tit. 3. num. 9. & ſeq. Farinac. in d. quæſt. 120. num. 67. & ſeq.* vbi alias refert diſtinctiones, cum quibus reprobato *Donat. Ant. de Marin.* per eum relato pertranſit *Andreol. d. controu. 336. num. 11. & ſeq.* vbi teſtatur de communiſſima opinione.

9 Declara dict. concluſionem, quod lucrum dotis, quod perdit maritus occidendo vxorem, non fiſco, ſed hæredibus ipſius vxoris eſt applicandum, vt probat tex. *in d. leg. ſi ab hoſtibus 11. §. ſi vir. & ibi gloſ. ff. ſolut. matrim.* & quampluribus Doctor. authoritatibus per eum relatis firmat *Farinac. de homic. d. quæſt. 120. num. 73.* vbi dicit, ita per Doct. communiter teneri, tàm ex lucro proueniente ex pacto, quam ex Statuto, & poſt eum *Tomaſ. in d. tract. de incapa. cap. 2. num. 135.*

OFFENSIO.

SVMMARIVM.

1 *Offenſus recuſans manifeſtare offendentem poteſt ad id cogi etiam per torturam.*

Et poſſunt ad id cogi etiam hæredes interfecti, num. 2.

Niſi tamen in offenſo adſit veriſimilis ignorantia offendentis, n. 3.

RESOLVTIO I.

Offenſus recuſans manifeſtare offendentem an poſſit ad id cogi per torturam.

1 Offenſus, vel iniuriatus ſi recuſet manifeſtare offendentem, vel iniuriantem aſſerendo illum non cognouiſſe, poteſt ad id cogi per iudicem, non ſolum per redemptionem perſonæ, ſed etiam remedio torturæ, vt tradunt *Ambroſ. in proc. informat. lib. 1. cap. 1. num. 30. & ſeq. Adden. ad Theſ. deciſ. 42. litt. A. Card. Tuſch. pract. concl. litt. L. concl. 133. in fin. Guazz. defen. 19. cap. 4. num. 5. & Caluin. de æquit. lib. 2. cap. 179. num. 38. & ſeq.* vbi dicit, ita ipſum pluriès in facto ſeruaſſe approbante Excellentiſſimo Mediolani Senatu, vt ibi per eū.

2 Amplia d. concluſionem, vt per iudicem cogi poſſint etiam hæredes interfecti ad detegendum delinquentes, ne illi occultentur, vt ſcribit idem *Caluin. de æquit. d. cap. 179. num. 42.* vbi dicit, ita fuiſſe reſolutum per Curiam Ciuitatis Cremonæ.

3 Limita d. concluſionem, vt non habeat locum, quando in offenſo, ſeù vulnerato adeſſe poteſt veriſimilis ignorantia, vt quia offenſio facta fuerit de nocte, maximè valdè oſcura in multitudine perſonarum, in nundinis, & ſimilibus, quia tunc ad d. remedia deueniri non poſſe ſcripſit *Guazzin. defen. 19. cap. 4. num. 5.*

SVMMARIVM

1 *Offenſio facta in veſtibus non dicitur propriè offenſio.*

Ita vt non intret pœna Statuti contra exonerantem archibuſium cum offenſione, n. 2.

Offendens tamen Clericum in veſtibus incurrit excommunicationem, n. 3.

RESOLVTIO II.

Offenſio facta in veſtibus an dicatur propriè offenſio.

1 Offenſio facta in veſtibus, licèt dici poſſit offenſio, perſonalis, non tamen eſt propria offenſio, & in potiori ſignificatu, ſed eſt impropria, vt tradunt *Vulpel. de promiſ. de non offen. quæſt. 91. num. 7. Hond. conſ. 103. num. 25. & ſeq. lib. 1. Guazzin. de pace, par. 1. quæſt. 52. num. 4. & def. 29. cap. 2. ſub num. 12.*

2 Amplia d. concluſionem illatiuè, vt ſtante Statuto, quod exonerans archibuſium contra aliquem cum offenſione incidat, puta, in pœnam vitæ, non compræhendat offendentem in veſtibus tantùm, non tacto corpore, cum dicta offenſio facta in veſtibus non dicatur propriè offenſio, qualis requiritur in Statutis, & in pœnalibus, in quibus verba intelligi debet ſtrictè, & in propria ſignificatione, vt benè declarat *Guazzin. d. defen. 29. cap. 2. num. 12.* & ſcripſit etiam *Zuffi. de legit. proc. lib. 1. quæſt. 22. num. 13.* & dixi latius infra in verb. *Statutum, Reſol. 1. per. tot.*

3 Limita d. concluſionem, vt non habeat locum in terminis *cap. ſi quis ſuadente 17. quæſt. 4.* in quibus cum agatur de materia, & priuilegio fauorabili, & latè interpretando offendens Clericum in veſtibus incurrit excommunicationem, de qua *in d. c. ſi quis ſuadente*, licèt illius corpus nō tangatur, vt tradunt *gloſ. Innoc. & alii in cap. nuper, 29. de ſent. excomm.*

Nauar.

Navar. in manual. confeſ. cap. 27. num. 77. vbi teſtatur de communi opinione, *Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt. 77. num. 9. Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 19. num. 3. & 4. Card. Tolet. in ſumm. lib. 1. cap. 33. num. 4.* plenè *Illuſtriſs. Sperel. deciſ. 20. nu. 27.* vbi dicit, hanc opinionem eſſe ab omnibus receptam, *& deciſ. 45. n. 33. et 53. par. 1.* in quibus locis alios adducit ita ſentientes quamplures, *& Balth. Thomaſ. in ſuis tract. var. tom. 4. tract. 6. num. 156.*

OFFICIALIS.

SVMMARIVM.

1 *Officialis cognoſcens carnaliter mulierem carceratam punitur pœna extraordinaria.*

Et præcipuè cuſtos carceris, num. 2.

Licèt contrarium ſi mulier carcerata ſit meretrix teneant aliqui, num. 3.

Etiamſi nulla interueniat violentia, num. 4.

Licèt contrarium, quoad cuſtodem carceris teneant Doctores, num. 5.

Si autẽ vis interueniat, pœna venit augẽda, n. 8.

6 *Carceratus cognoſcens carnaliter ancillam, vel vxorem cuſtodis carceris non punitur.*

Licèt illum eſſe puniendum extraordinariè voluerint alii, num. 7.

RESOLVTIO I.

Officialis cognoſcens carnaliter mulierem carceratam qua pœna puniatur.

1 OFficialis, Iudex, ſeù alius iuſtitiæ Miniſter cognoſcens carnaliter mulierẽ carceratam ſiuè honeſtam ſiuè meretricem puniri debet pœna arbitraria, cum dicatur iniuriam inferre carceri, qui eſt locus publicus, & violari non debet, vt tradunt, *Boſſi. in pract. in tit. de coitus damn. num. 40. Menoch. de arbitr. caſu 292. num. 1. & ſeq. Caball. reſol. crim. caſu 283. nu. 8.* vbi dicit quoſdam Officiales rem habentes, cum carcerata honeſta fuiſſe damnatos ad triremes per quinquennium, *& num. 12. & 13. cent. 3.* vbi dicit pariter quoſdam Notarios, qui rem habuerunt cum muliere carcerata malæ factæ fuiſſe punitos arbitrariè, licèt mitius, vt ibi per eum, *Guazz. de fen. 6. cap. 1. num. 58. & Giurb. conſ. crim. 37. num. 5. 6. & ſeq. & num. 10.* vbi alios dat concordantes, & dicens idem eſſe in cognoſcente mulierem non carceratam ratione Officij, vt ibi per eum.

Coitus enim Officialis cum muliere carcerata impunitus eſſe non debet, tum ob iniuriam illatam loco carceris, qui eſt publicus, & violari non debet, vt dixi, & not. *Cabal. d. caſu 283. num. 11.* ac etiam ob periculum, ne Officialis fugam carceratæ permittat, vel illam impunitam, ſeù mitiùs quam par eſt caſtigatam dimittat, vt aduertunt *Grillan. de pœn. omniſ. coit. quæſt. 13. nu. 2. Menoch. d. caſu 292. nu. 4. Caball. d. caſu 283. num. 11. Giurb. d. conſ. 37. num. 6.* & alij Doct. ſupra adducti.

2 Amplia primo d. concluſionem, vt eò magis habeat locum in Commentarienſe, ſeù Cuſtode carceris, quem habentem rem cum muliere carcerata, ſiuè honeſta, ſiuè meretrice puniendum eſſe pœna arbitraria voluerunt, *Iodoc. in pract. crimin. cap. 17. num. 15.* vbi de pœna capitis *Plaza in epit. delict. lib. 1. cap. 10. nu. 25. in fin. Ant. Gomez ad leg. 80. Taur. num. 25. Clar. in pract. §. fornicatio ver. non carcerata &c. Menoch. de arbitr. d. caſu 292. nu. 1. et 2. Farinac. de carcer. & carcer. quæſt. 31. num. 123.* vbi dicit, hanc eſſe veritatem, & quod ſi cognita mulier eſt virgo intrat pœna ſtupri, ſi eſt maritata pœna adulterij, & ſimil. & etiam alia pœna ob violationem publici carceris, vt ibi per eum plenè, *Caball. reſol. crim. d. caſu 283. num. 5.* vbi alios dat concordantes quamplures *Guazz. d. defen. 6. cap. 1. num. 58. & Giurb. d. conſ. 37. num. 6. & ſeq.* vbi alios adducit ita ſentientes.

3 Licèt contrarium, imò cuſtodem carceris cognoſcentem meretricem carceratam ſiuè vi nulla pœna eſſe puniendum voluerit, *Boer. deciſ. 317. nu. 5. & plur. ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione, quam reprobat, *Farinac. vbi ſupra.*

4 Amplia ſecundo d. concluſionem, vna cum ampliatione ſequen. vt habeat locum etiam ſi nulla interuenerit vis in Officiali, ſeù Cuſtode carceris cognoſcente mulierem carceratam, etiam inhoneſta, cum ſufficiat violatio publici carceris, & periculũ permiſſionis fugæ vel iniuſtè abſolutionis, vt adnotarunt, *Menoch. de arb. d. caſu. 292. n. 1. & ſeq. Farinac. de carcer. & carcer. d. quæſt. 31. num. 120. & ſeq. Ant. Gomez ad leg. 80. Taur. num. 25. Caball. d. caſu 283. num. 10.* vbi dicit, quod iſta eſt veritas, & tutiſſima opinio, *Guazz. d. defen. 6. cap. 1. nu. 58. & Giurb. d. conſ. 37. nu. 6. ver. ſi verò nulla,* qui alios dant concordantes, & dicunt, ceſſante vi mitiorem intrare pœnam, vt ibi per eos.

5 Licèt contrarium, imò cuſtodem carceris cognoſcentem mulierem carceratam inhoneſtam ſinè vi nulla pœna puniri voluerit, *Boer. d. deciſ. 317. nu. 5. & ſeq.* latè comprobans, & alij relati per *Caball. d. caſu 283. num. 9.* contra quos adeſt verior opinio, de qua ſupra.

6 Limita d. concluſionem, vt non habeat locum in carcerato cognoſcente carnaliter ancillam, vel vxorem cuſtodis carceris, quem nulla pœna eſſe puniendum voluit, *Boer. d. deciſ. 317. num. 10. & Clar. in d. §. Fornicatio ver. cum carcerata,* qui tamen loquitur in carcerato cognoſcente meretricẽ carceratam, vt ibi per eum in fine.

7 Licèt contrarium, imò carceratum cognoſcentẽ ancillam, ſeù vxorem cuſtodis eſſe puniendum arbitrariè, cum ob loci violationem, tum ob periculum, ne poſtea illa mulier curet illum aufugere tenuerit, *Menoch. de arbitr. d. caſu 292. in fin.* cum quo ego ſentio, vbi refert, ita euenisse in Ciuitate Papiæ de anno 1557. in quodã carcerato, qui fuit è carcere dimiſſus ab vxore cuſtodis, quæ d. carcerato ſui copiam fecerat, vt ibi latiùs per eum.

8 Declara

8 Declara d. concluſionem, vnà cum ampliationibus ſequen. vt pœna arbitraria, qua venit puniendus Officialis, ſeù cuſtos carceris ob rem habitã cum muliere carcerata veniat augenda, quando interuenit vis, cum violentia quodlibet delictu n aggrauet, vt docent *Farinac. de carcer. & carcer. d. quæſt. 31. num. 123. in fin. Caball. d. caſu 283. num. 12.* vbi dicit, omnes in hoc conuenire, *Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 15. num. 1. & Giurb. d. conſ. 37. num. 11.* qui *num. 7.* dicit, vt coitus dicatur violentus, requiri violentiam factam perſonæ, licèt mulier non reſiſtat, & non ſufficere illam eſſe factam domui, vt ibi per eum.

S V M M A R I V M

1 *Iudicem non ſalutans nudato capite punitur ratione irreuerentiæ.*

Quod habet locum etiam in Clerico non ſalutante Iudicem laicum, num. 3.

2 *Iudex ſiuè ordinarius, ſiuè delegatus repræſentat Principem.*

R E S O L V T I O II.

Iudicem non ſalutans an puniatur ratione irreuerentiæ.

1 IVdicem, & Officialem non ſalutans nudato capite venit puniendus ratione irreuerentiæ pœna Iudicis arbitrio ſtatuenda, vt tradunt. *Neguſ. conſ. 157. nu. 10. Ruginell. pract. quæſt. cap. 47. num 65. Carauit. Ritu. 5. num. 10. & ſeq. Muta Regn. pragm. tit. 4. num. 43. par. 1.* quos refert, & ſequitur *Giurb. conſ. crim. 38. num. 15.*

2 Iudex enim, & Officialis ſiuè ordinarius, ſiuè delegatus Principem in illo actu repræſentat, *Caſtr. conſ. 34. in primo dubio lib. 2. Brun. conſ. 105. nu. 4. Manent. conſ. 100. num. 4.* & ideò ex omiſſa ſalutatione Princeps in eius perſona contemni dicitur, vt not. *Signorol. conſ. 108. nu. 1. Caſſan. in Catal. glor. Mund. par. 7. conſider. 24. Grego. de Repub. lib. 4. cap. 10. num. 12. Gratian. diſcep. foren. cap. 284. num. 1. & 8. par. 2. Giurb. d. conſ. 38. ſub num 23.*

3 Amplia d. concluſionem, vt habeat locum etiam in Clerico, qui Iudici laico debitum honorem ex propoſito ſi non ſeruet illum ſalutando, pœnam pati debet, vt voluerunt *Bobad. in Polit. lib. 2. cap. 18. num. 89. Seſſe de inhibit. cap. 8. §. 3. nu. 189.* quos refert, & ſequitur *Giurba d. conſ. 38. ſub num. 15.*

S V M M A R I V M.

1 *Offendens Officiales non ex cauſa officij, non incurrit pœnas læſæ Maieſtatis.*

Licèt aliqui contrarium teneant, num. 2.

Maximè ſi Officialis non ſit conſtitutus à Principe non recognoſcente Superiorem, num. 3.

Secùs tamen eſt in offendente ipſũ Principẽ, n. 4

Ac etiam in offendente Cardinalem, num. 5.

Declara d. concluſionem, vt d. offendens Officialem grauius tamen ſit puniendus, num. 6.

Ex qua verò cauſa offenſio proceſſerit attenduntur coniectura, num. 7.

In dubio tamen præſumitur offenſionem non proceſſiſſe in odium Principis, num. 8.

9 *Tortus iniuſtè ſi occidat Iudicem, non punitur pœna mortis, ſed alia pœna mitiori.*

R E S O L V T I O III.

Offendens Officiales non ex cauſa officij, non incurrit pœnas læſæ Maieſtatis.

1 OFfendens Officiales, birruarios, & ſimiles non ex cauſa Officij, nec in odium Principis, ſed ex priuata inimicitia, non incurrit pœnas læſæ Maieſtatis, & rebellionis contra d. offendentes ſtatutas, vt tradunt *Vulpel. conſ. 21. num. 5.* vbi teſtatur de receptiſſima opinione, *Baiar. ad Clar. §. læſæ Maieſtatis, num. 2. ver. & hoc verum, &c. Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 5. num. 25. & ſeq. Farinac. de homicid. quæſt. 112. num. 150.* vbi alios adducit ita ſentientes quamplures, & *quæſt. 117. num. 37. & conſ. 205. num. 21. & ſeq. lib. 3. & Andreol. contro. 345. num. 19.* vbi declarat.

Bannimenta enim, & aliæ leges punientes offendentes Officiales Principis intelliguntur, ſi offenſio fiat in odium Principis, & ratione officij, ſecus tamen ſi ex priuata inimicitia, vt benè probat *Farinac. in d. conſ. 205. num. 21. lib. 3.* Deficiente autem d. qualitate non eſt locus pœnis prædictis, vt poſt *Graſſ. Giurba Farinac. Ciriac. Maſſin. & Vermigl.* per me adductos probaui infra in verbo *Qualitas, Reſol. vnic. num. 2. & alleg. st. foren. 70. num. 33.*

2 Quicquid contrarium tenuerint *Clar. in pract. §. læſæ Maieſt. num. 5.* & alij relati per *Farinac. in d. quæſt. 117. num. 38.* contra quos adeſt verior, & communis Doct. opinio de qua ſupra.

3 Amplia primò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum in offendentem Officialem conſtitutum non ab ipſo Principe non recognoſcente Superiorem, ſed ab alio, qui vicem Principis gerit, puta à Gubernatore, à Legato à Latere, & ſimil. quia tunc non intrare pœnam læſæ Maieſtatis voluerunt *Cr. nu. conſ. 759. num. 3. Rolan. conſ. 1. ſub nu. 23. lib. 3. & Reſtan. de Imper. quæſt. 118. nu. 4.* quos refert & ſequitur *Andreol. d. contro. 345. num. 13. & ſeq.*

4 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in offendente Principem, qui quomodocunq; offendatur etiã ex priuato odio, & inimicitia intrat pœna læſæ Maieſtatis, vt voluerunt *Capic. deciſ. 139. num. 15. Boſſi. in pract. in tit. de crim. læſæ Maieſt. num. 41. Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 4. num. 2. in fin. & cap. 49. num. 34. in fin.* vbi declarat, niſi offenſio eſſet neceſſaria pro ſui tuitione, *Burſati. conſ. 147. poſt num. 15.* quos refert, & ſequi videtur *Farinac. de homic. quæſt. 117. num. 44. & ſeq.* vbi aliquos contrarium tenentes refert.

5 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in offendente Cardinalem, contra quem intrat pœna læſæ Maieſtatis, etiam ſi id fiat ex priuata inimicitia, vt voluerunt *gloſ. in cap. fœlicis 5. in prin. de pœn. in 6.* quam ſequitur *Farinac. de homic. d. quæſt. 112. nu. 102.* & offendentem Cardinalem incurrere in cenſuras Bullæ in Cena Domini etiam ſi id faciat ex priuata inimicitia, probat *Vgolin. ad d. Bullam, cap. 11. §. 1. ver. Quare, &c. num. 1.*

6 Declara primò d. concluſionem, quod licèt offendens Officialem Principis ex priuata inimicitia, non puniatur pœna læſæ Maieſtatis, puniri tamen debet grauius, quam ſi alium priuatum offendiſſet, vt not. *Ariſt. lib. proble. 19.*

cap.

cap. 14 quem refert, & ſequitur *Decian. tract. crim. lib.* 7. *cap.* 5. *nu.* 31. benè comprobans, & non diſſentit *Farinac. de homic. d. quæſt.* 112. *num.* 150. *circa medium.*

7 Declara ſecundò d. concluſionem, quod ad cognoſcendum, an aſſenſu Officiali facta ſit in odium Principis, vel ex priuata inimicitia, colligendum ſit ex coniecturis, vt docent *Capic. deciſ.* 130. *num.* 12. *Rolan. conſ.* 48. *num.* 11. *& ſeq. lib.* 2. *Rim. Iun. conſ.* 704. *num.* 7. *& Farinac. de homic. in d. quæſt.* 112. *num.* 154. *& quæſt.* 117. *num.* 50. vbi plures recenſet coniecturas, cum quibus pertranſit *Decian. tract. crim. lib.* 7. *cap.* 5. *num.* 5. *&* 28.

8 Declara tertiò d. concluſionem, vt in dubio offenſio facta Officiali, non præſumatur facta in odium Principis, ſed potius ex priuata inimicitia, cum in dubio ſemper ſit facienda interpretatio, per quam excluditur grauius delictum, vt not. *Rolan. conſ.* 1. *num.* 36. *lib.* 3. *Menoch. conſ.* 99. *num.* 16. *li.* 2. *Decian. tract. crim. d. lib.* 7. *tit.* 5. *nu.* 5. cum quibus vel vltimo loco relatis videtur pertranſire *Farinac. de homic. d. quæſt.* 117. *num.* 54. licet aliquos contrarium tenentes referat, vt ibi per eum, *num.* 53.

9 Adde pro coronide illatiuè ex ſupradictis, quod tortus iniuſtè, ſi occidat Iudicem, qui poſuit illum iniuſtè in tormentis, non punitur pœna mortis, ſed alia mitiori, vt tradunt *Marſil. ſingul.* 455 *& in pract. criminale, §. diligenter, num.* 58. *Guazz. defenſ.* 30. *cap.* 42. *num.* 7. *Bonav. ad Clar. §. final. quæſt.* 64. *num.* 110. *Farinac. de indic. & tortu. quæſt.* 37. *num.* 118. *& Scialo. in praxi torq. reos, cap.* 12. *num.* 9. Si ſtatim illum occidat, vt ibi per eum.

OPERARII.

SVMMARIVM.

1 *Operarij laborando in fundo alieno, putando illum eſſe conducentis, excuſantur a pœna.*

Secùs tamen eſt, ſi ſciebant fundum eſſe alienum verè, vel præſumptiuè, num. 2.

Vel ſi eius fuit denunciatum, ne laborarent in d. fundo, num. 3.

Etiamſi denunciatio ſit facta poſt opus per eos inceptum, num. 4.

Contrarium, quod denunciatio facienda ſit re integra tenent aliqui, num. 5.

Neque excuſantur, quando illi agerent aliquid ſui natura illicitum, num. 6.

Vel ſi laborarent de nocte, cum armis, & ſimilibus, num. 7.

Cõpetit tamen eis actio contra conducentẽ, n. 8.

Quando credatur operarijs dicentibus laboraſſe de mandato alterius remiſſiuè, num. 9.

RESOLVTIO VNICA.

Operarij laborando in fundo alieno putando illum eſſe conducentis an excuſentur à pęna.

1 OPerarij, ſeù laboratores laborando in fundo alieno de mandato alterius, putando fundum eſſe illius, à quo conducti fuerunt ad laborandum, veniunt excuſandi à pœna indicta contra turbantes alienam poſſeſſionem, vt tradunt *Ant. Gomez var. reſol. tom.* 3. *cap.* 3. *num.* 24. vbi teſtatur de communi opinione, *Clar. in pract. §. fin. quæſt.* 60. *ver. ſolet dubitari &c,* vbi pariter hanc concluſionem dicit communiter receptam, *Rolan. conſ.* 54. *num.* 6. *& ſeq. lib.* 1. hanc concluſionem latè comprobans, & atteſtans de communi opinione, *Plot. de in lit. iuran. §.* 49. *ſub num.* 26. *Menoch. de arbitr. caſu* 154. *poſt num.* 15. *& caſu* 354. *num.* 39. *& ſeq. & de retin. poſſeſſ. remed.* 3. *num.* 314. *Farinac. de pæn. temp. quæſt.* 97. *nu.* 131. vbi alios dat concordantes quamplures, *Caroc. de locat. & condu. par.* 6. *excep.* 2. *per tot.* plenè *Illuſtriſſimus Sperell. deciſ.* 24. *num.* 7. *par.* 1.

Dicti enim operarij non tenentur perquirere, an illorum conductor rem poſſideat, nec ne, ne maius tempus conſumeret inueſtigatio, quam opera, vt dicit *Bald. in conſ.* 144. *lib.* 1. repetito *in conſ.* 154. *lib.* 3. & poſt eum *Sperel. d. deciſ.* 24. *num.* 8. & ideò nil mirùm ſi ignorantia, dum crediderunt illi, qui eos conduxit, illos excuſat, vt argumentantur *Rolan. d. conſ.* 54. *num.* 6. *& ſeq. Sperell. d. deciſ.* 24. *num.* 8. *& alij Doct. ſupra adducti.*

2 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locum, quando operarij, ſeù laboratores laborauerunt in fundo alieno ignorando, fundum eſſe alienum, ſecùs tamen eſt, ſi id ſciebant verè, vel præſumptiuè vt quia ipſi habebant fundum vicinum, vel aderat fama, illum fundum eſſe alienum, & ſimilia, qui tunc illos non excuſari ſcripſerunt *Plot. de in lit. iur. §.* 49. *num.* 27. *ſub* 3. *limit. & in* 5. *limit. Alex. conſ.* 36. *num.* 3. *lib.* 1. *Rolan. d. conſ.* 54. *num.* 2. *lib.* 1. *Ludou. deciſ. Peruſ.* 103. *num.* 10. *& ſeq. part.* 2. latè *Farinac. de pęn. temp. d. quæſt.* 97. *num.* 132. *& ſeq.* alios adducens concordantes quamplures, *Caroc. in d. except.* 2. *num.* 7. *& Illuſtriſs. Sperell. d. deciſ.* 24. *num.* 29. *& ſeq.* vbi dicit, non ſufficere ſcientiam præſumptam ex vicinitate, ſed requiri alias coniecturas, maximè, quando agitur de pœna incurrenda, quo caſu de ſcientia debere plenè conſtare, vt ibi per eum benè declarantem.

3 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando operarijs, & laboratoribus fuit denunciatum, aut proteſtatum, ne laborarent in illo fundo, ſed ab opere deſiſterent, quia tunc illos laborando non excuſari à pœna ob præſumptam ignorantiam voluerunt *Clar. in pract. §. fin. quæſt.* 60. *ver. ſolet dubitari &c. poſt prin.* vbi teſtatur de cõmuni opinione, *Menoch. de arbitr. d. caſu* 354. *num.* 40. vbi hanc dicit eſſe magis communem Doctorum opinionem, *Ludo. d. deciſ.* 103. *num.* 2. *Farinac. de pęn. temp. d. quæſt.* 97. *num.* 137. alios adducens concordantes, *Caroc. de locat. d. par.* 6. *excep.* 2. *n.* 3. *ver. limitatur primò, &c.* vbi pariter quamplures refert ita ſentientes, *Coſta de re integr. diſtin.* 62. *num.* 14. *& Illuſtriſs. Sperell. d. deciſ.* 24. *num.* 44. *&* 47. vbi teſtatur de communiſſima opinione, vbi reprobat *Magon. & Pinell.* contrarium tenentes, & reſpondet tex. *in l. ſi quis inficiatus* 13. *ff. de depoſ.* qui contrarium diſponere videtur, vt ibi per eum.

4 Amplia d. ſecundam limitationem, vt habeat locum, etiamſi denunciatio, & proteſtatio ſit facta operarijs poſt opus per eos cæptum, cum adhuc dicuntur in mala fide, & ponuntur, quia ſcienti ſa-

ciles

ciles fuerunt in credendo conductori, quod ille fundus erat ſuus, ita debent contradicenti credere, & ab opere deſiſtere, vt voluerunt poſt *Angel. Imol.& Rom.* per eum adductos *Laderch.conſ.206. num.3.& ſeq.* latè comprobans, & reprobans *Rolan. conſ. 54. num. 22. lib. 1. & Coſta de re integr. diſtin. 62. in fine.*

5 Contrarium tamen, imò denunciationem, & proteſtationem non afficere operarios, niſi illa facta fuerit re integra, & ante inceptum opus, vel illa ſit iudicialis, alias illi in mala fide non conſtituantur, niſi eis iura demonſtrentur, cum non teneantur credere proteſtanti magis, quam conducenti, vbi iam ſuſceperunt opus per le licitum, nec præſumere, quem eos conduxiſſe ad laborandum in re non ſua verius ſcripſerunt *Alex.in l.de pupillo 5.§.nunciatio n.11. & ſeq.ff. de noui. oper. nunciat. Rolan.conſ.54.num.22. & ſeq.lib.1.Plot.de in litem iuran.§.49.nu.26 ver. ſecundò limitatur &c. Farin. de pen.temp.d.quæſt.97. nu.138.* vbi alios dat concordantes, *Caroc.d.par.6.excep. 2.num.5.* vbi dicit, contrarium procedere in denunciatione iudiciali, *Magon.deciſ.Floren.vlt.num.22.* quem refert, & ſequitur *Illuſtriſſimus Sperellus d. deciſ.24.num.48.et ſequen. par. 1.*

6 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando laboratores, & operarij aliquid agerent de ſui natura illicitum, & quod non eſt de natura operarum locatorum, vt ſi aliquem vulnerarent, verberarent, violentiam committerent, terminos amouerent, & ſimilia, quia tunc non excuſarent à pœna, vt docent *Plot.de in litem iur. §.49.nu.27.& ſeq.* vbi alia adducit exempla *Farin. de pœn.temp.d.quæſt.97. num. 139. & ſeq.Caroc. de locat.& cond.d.par.6. except.2.num.12.& Sperell. d. deciſ.24. num. 37. & ſeq.*

7 Limita quartò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando operarij fuiſſent ad laborandum in fundo alieno de nocte, vel cum armis, vel alias fuiſſent in dolo, quia tunc pœnam non effugerent, vt not. *Ludou.d. deciſ.103. num.3. Clar.in pract. in d.quæſt.60.ver ſolet dubitari, &c. Farinac.de pen. temp.d.quæſt.97.num.144.& ſeq.Caroc.de locat. d. except.2.num.9.& ſeq.* vbi alios dat concordantes *& illuſtriſs. Sperell. d. deciſ.24. num.37.& plurib. ſeq.* vbi hoc benè declarat,

8 Declara d. limitationes, in quibus dixi operarios non excuſari laborando in fundo alieno, vt in d. caſu eis competat actio ſaltem ad damna, & intereſſe contra illum, de cuius mandato laborauerunt, vt voluerunt *Alex.in d.l.de pupillo 5.§.nunciationem num.13.& ibi Iaſ.num.7.ff.de oper. nou.nunciat.Plot.de litem iura.n.27.in 3.limit.& Farinac. de pœn. temper.d quæſt.97. num.148.* vbi alios adducit ita ſentientes.

9 Quando autem credatur operarijs dicentibus, laboraſſe de mandato Domini, ſeù domino dicenti, operarios laboraſſe de eius mandato tradit *Farin. in d.quæſt.97.num.146.et ſeq.* ipſos conſulas.

OSCVLVM.

SVMMARIVM.

1 *Oſculans mulierem per vim puniri debet pœna extraordinaria.*

Licèt contrarium, quod imò puniatur pœna mortis teneant aliqui, num. 2.

Etiam quod oſculum ſit datum in platea, vel in via publica, num. 3.

Maximè in deoſculante ex magnitudine amoris, num. 4.

Et ſi oſculum datum ſit per vim ad effectum ducendi fœminam in vxorem, num. 5.

Si tamen magnæ concurrerent circumſtantiæ intrare poſſet pœna mortis, num. 6.

Et quando extaret Statutum imponens pœnam mortis, num. 7.

Pro oſculo verò dato ſinè vi muliere conſentiente non procedi criminaliter dicit Farinace. *relatus, num. 8.*

RESOLVTIO VNICA.

Oſculans mulierem per vim qua pœna veniat puniendus.

1 DEoſculans mulierem per vim puniendus venit pœna extraordinaria tantùm, vt tradunt *Afflict. deciſ. 276.* vbi dicit, quòd ipſe, & Commiſſarij in Regno Neapolitano conſulti à Rege Federico, qua pœna eſſet condemnandus oſculans virginem ætate maturam ſine eius conſenſu reſponderunt illum eſſe condemnandum in relegationem per 30. milliaria à loco delicti, & ad pœnam pecuniariam pro modo facultatum, vt ibi per eum, *Clar. in pract.§.fin. quæſt. 83.ver.oſculum inferens &c.& ibi Baiar. num. 30. & ſeq. Vinc.de Franch. deciſ.333. num.4.Peguer. deciſ.crim.7.per tot.* vbi dicit, ita fuiſſe iudicatũ, *Decian tract.crim.lib.8.cap.15.num.8.Vulpell.conſ. 31.num.8. Menoch.de arbitr. caſu 287. num.30. & ſeq. in addit. Farinac. de delict. carnis quæſt. 142. num.160. & ſeq.* vbi dicit, ſtante vi, pœnam eſſe debere triremium, & ita vidiſſe pluriès ſeruari, & benè comprobat, & alios dat concordantes, *Caball. reſol.crim.caſu 96.per tot. cent.1.* vbi teſtatur de communi opinione, ſiuè mulier ſit virgo, ſiuè nupta, ſiuè vidua, vt ibi per eum, *Giurb.conſ. 47. num.16.in fin. & Ant.de Ball. tract. crim.lib.3. caſu 13.num.33.*

2 Licèt contrarium, imò in d. caſu eſſe locum pœnæ mortis voluerit *Boſſi.in pract. in tit. de extraor. crim. num.3.* dicens, ita ſeruatum fuiſſe per Iacobum Triuultium in quodam Gallo, qui eius filiam deoſculauerat in Ciuitate Mediolani, & ita ſeruatum pariter fuiſſe in Alma Vrbe teſtatur *Farinac.in d. quæſt.142. num. 162.* tempore Clementis Octaui in quodam nobili iuuene, qui deoſculauerat in via publica per vim nobilem puellam, vt eam in ma-

trimo-

trimonium duceret, vt ibi per eum declarantem d. reſolutiones non nocere concluſioni ſupradictæ,

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam, quod oſculans mulierem per vim id fecerit in Platea, ſeù in via publica, quia adhuc nō intrare contra oſculantem niſi pœnam extraordinariam voluerunt, *Afflict.in d. deciſ.276.num.6. Gram.conſ 48.ſub num.4. Peguer. d.deciſ. 7. in fin. Farinac.de pœn.temp.quaſt.98.num.84.& de delict. carn.d.quaſt.142.nu.161.Giurb.d.conſ.47.num.16. & Ant.de Ball.tract. crim.lib.3.caſu 13.num.33.* vbi dicit, in d.caſu ratione maioris iniuriæ,& ignominiæ eſſe pœnam augendam, vt ibi per eum.

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt deoſculans mulierem, vt ſupra eò magis ſit puniendus; pœna arbitraria tantùm, quando id fecit ex nimio amore, quo illam proſequebatur, qui ſolet eſſe cauſa minuendi pœnam, vt tradunt *Menoch. de arbitr.d. caſu 287.num 2.in fine.& in addit.ibi nu.6.& ſeq. Peguer.d. deciſ.7. num.8. & ſeq. Farinac. de delict. carn.d.quaſt.142.num.170. Adden.ad Farinac.conſ. 33.litera L.lib.1.idem Farinac. de pœn temp.quaſt, 98.num.84.& Giurba d.conſ.47.num.* 16. exemplo Piſiſtrati Athenienſis Tiranni, qui hortatus ab vxore, quod capitale ſupplicium ſumeret de quodam iuuene, qui ejus filiam amore accenſus in publico deoſculauerat, reſpondit, ſi eos, qui nos amant, interficiamus, quid faciemus ijs, quibus odio ſumus, refert *Valer.Maxi.rerum memorab.lib.5.cap. 1.et Giurb.vbi ſupra*,

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locū, etiam in deoſculante mulierem per vim, vt illam duceret in vxorem contra illius parentum, ſeù cōſanguineorum voluntatem, quem eſſe pariter puniendum pœna arbitraria voluerunt *Caball. d. caſu 96.num.11.et ſeq.* vbi dicit, ita ipſum pluriès votaſſe, & quandoque vltra pœnam exilij, relegationis triremium iuxta facti qualitates, & ſimil, impoſuiſſe pœnam pecuniariam applicandam mulieri pauperi ob deterioratam eius conditionē ex oſculo illato, vt ibi per eum, *& Farinac.de delict.carn.d.quaſt.142.nu.168.& ſeq.* vbi dicit hanc ampliationem non habere locum, quando oſculum fuiſſet datum de conſenſu mulieris ob tractatum inter eos matrimonium, volens tunc nullam irrtare pœnam, maximè matrimonio ſequuto, & quāplures adducit Doctores ita ſentientes,

6 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando in oſculo dato puellæ magnæ concurrerent circumſtantiæ aggrauantes, quia tunc poſſe pœnam extendi vſque ad mortem voluerunt *Clar.in pract.in d.quaſt.83.ver. oſculum inferens in fin.Menoch.de arbitr.d caſu 287.num.9. & ſeq. Caball. d. caſu 96. num.14. & Farinac.* licèt dubius *d. quaſt. 141. num. 167.*

7 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando extat Statum, ſeù Conſtitutio imponens pro oſculo violento pœnam mortis, quia illud eſſet ſeruandum, prout adeſt pragmatica in Regno, quam fuiſſe ſeruatam dixit *Vinc.de Franch. d. deciſ. 333. num. 6.* licèt illam ſeruari non vidiſſe dixerit *Baiar.ad Clar.d.quaſt.83.num. 31.* & in Statu Eccleſiaſtico habemus *Conſtitutionem March.lib. 4. cap.72.* imponentem pœnam oſculanti mulierem per vim, fuſtigationis, amiſſionis bonorum, & alias pœnas, de quibus in ea, & Statutum imponens pœnam mortis eſſe ſeruandum dixit etiam *Farinac.de delict.carn.d. quaſt.142.num.171* pro vt aderant in Statu Vrbini Decreta Ducalia imponentia pœna vitæ, & confiſcationis bonorum, & hodiè adſunt Bannimenta generalia publicata de anno 1662. de mandato Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Domini mei Cardinalis Bichi d. Status Legati vigilantiſſimi, quæ Decreta Ducalia videntur moderari.

8 Addo pro coronide, quod licèt quamplures Doctores, quos refert *Farinac de delict. carn.d.quaſt, 142.num.154.& ſeq.* voluerint pœnam arbitrariā habere locum etiam contra deoſculantem ſinè vi mulierem honeſtam, & eò magis puerum libidinis cauſa *Farinac.* tamen *ibi num.156.*teſtatur, nunquam vidiſſe pro oſculo luxurioſo de conſenſu mulieris dato aliquem criminaliter fuiſſe moleſtatum, & idem teſtatur *Caball.reſol.crim.d.caſu 56. num. 11. cent. 1.*

ADDITIO.

N.2. VBi habetur, quod deoſculans mulierem per vim puniatur pœna mortis adde *Card.Tuſc.pract.concl. litera O. concluſ.207.num.2.* vbi ſequitur *Eſſ..* vbi ſupra, & quid in attentante oſculari vide eundem. *Card. Tuſch. vbi ſupra num. 3.*

PATER.

SVMMARIVM.

1 *Pater non tenetur ſoluere condemnationem fiſco pro filio delinquente.*

Cum pater non teneatur pro delicto filij, niſi iuſſus, mandatum, vel ratificatio interueniat,n.2.

Itaut non tenentur neque quatenus eſt in legitima, num. 3.

Etiamſi pater poſt commiſſum per filium delictum decedat, num. 4.

Niſi tamen adeſſet Statutum mandans patrem ſoluere legitimam pro filio condemnato, num. 5.

Neque tenetur ſoluere condemnationem pro filio de bonis aduentitijs illius, num. 6.

Quicquid contrarium tenuerint aliqui Doctores, num. 7.

Neque tenetur illam ſoluere de peculio profectitio, num. 8.

9 *Filius non tenetur ſoluere condemnationem fiſco pro patre.*

Neque de peculio profectitio. num.10.

11 *Filius ſi ſit carceratus pro delicto poteſt cogere patrem ad ei tradendum legitimam,vt ſe à carceribus poſſit liberare.*

RESO-

RESOLVTIO VNICA.

Pater an teneatur ſoluere condemnationem fiſco pro filio delinquente.

1 Pater non tenetur ſoluere condemnationem fiſco pro filio, qui delictum commiſit, vt tradunt *Couar. var. reſol. lib. 2. cap. 8, num. 7. ver. hinc apperet &c. Clar. in pract. §. fin. quaeſt. 86. ver. ſecundò infertur &c. Rolan, conſ. 97. num. 5. vol. 2.* latè *Farinac, de delict. & paen. q. 24. n. 15. & ſeq.* vbi alios dat concordantes quamplures *Craſſ. de ſucceſſ. §. legitima quaeſt. 12. num. 2. Hond. conſ. 95. num. 34. lib. 1. & conſ. 74. nu. 13. lib. 2. Carp. ad Stat. Mediol. cap. 416. n. 237. lib. 1. et Balth. Tomaſ. in ſuis tract. var. tom. 1 de legit. tit. 9. nu. 36.*

2 Pater enim non tenetur pro delicto filij, niſi iuſſus, vel mandatum praecedat, vel ratificatio ſubſequatur, vt not. *Baiar. ad Clar. in d. quaeſt. 86. n. 11. Farinac. in d. quaeſt. 24. num. 2.* latè comprobans, *& de var. ac diu. crim. quaeſt. 110. num. 111. & ſeq Gabr. conſ. 182. num. 1. vol. 1. & Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quaeſt. 33. in prin.* Cum nemo puniri debeat pro delicto alterius, ſed poena ſuos tenere debeat authores *l. ſancimus 22. C. de paen. l. ob maritorum 2. C. ne vxor. pro marito* cũ alijs relatis *per Farin. in d. q. 24. in prin. & per Hond. in d. conſ. 95. n. 28. & 33. lib. 1.*

3 Amplia primò d. concluſione, vt habeat locum etiam quatenus eſt in legitima, quia neque illam pater tenetur ſoluere pro delicto filij, cum illa patre viuente filio non debeatur, nec in ea filius vllũ ius habeat, vt voluerunt *Clar. in pract. d. quaeſt. 86. ver ſecundò infertur &c. Thob. Noul. conſ. 94. nu. 1.* vbi hoc dicit notiſſimum *Farinac. de delict. & paen. d. quaeſt. 24. num. 15. & ſeq.* latè comprobans, & dicens hoc habere locũ etiam in crimine laeſae maieſtatis *Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quaeſt. 33. num 1. & ſeq. Peregr. de iure fiſc. lib. 5. tit. 1. num. 133. ver. & idem &c. Baiar. ad Clar. quaeſt. 78. num. num. 48. & Carpa. ad Stat. Mediol. d. cap. 416. num. 237. & ſeq.* vbi plures dat concordantes *lib. 1. & ad Nou. Conſtit. Mediol. in cap. omnium num. 245. lib. 3.*

4 Subamplia d. primam ampliationem, vt habeat locum etiamſi poſt delictum a filio commiſſum viuente patre contingat quandocunque patrem decedere, quia adhuc fiſcus non poteſt praetendere legitimam, cum illa filio patre viuente, non debeatur, nec in ea filius aliquod ius habeat, vt not. *Farinac. de delict. & paen. d. quaeſt. 24. num. 19.* vbi alios dat concordantes quamplures, *Merlin. de legit. in d. quaeſt. 33. num. 4. Baiar. ad Clar. d. quaeſt 78. num. 111. Peregr. de iure fiſc lib. 3. tit. 9. nu. 42. ver. ſecundò &c. & Carpan. ad Nou. Conſtit. Mediol. d cap. omnium num. 247.*

5 Limita d. primam ampliationem, quod pater non teneatur ſoluere legitimam fiſco pro delicto commiſſo à filio, vt non habeat locum ſtante Statuto, vel Conſtitutione, quod pater ad id teneatur, prout extant in quampluribus Italiae Ciuitatibus, quia tunc pater ad illam ſoluendam pro delicto filij tenetur, vt tradunt *Clar. in pract. d. quaeſt. 86. ver. valebit igitur &c Farinac. in d. quaeſt. 24. nu. 60. Peregr. de iure fiſc. lib. 5. tit. 1. num. 133. ver. & idem eſt &c. Merlin. de legit. d. quaeſt. 33. num. 7. & ſeq. Carpa. in d. cap. omnium num. 256. Balth. Tomaſ. in d. tract. de legit. tit. 9. num. 36.* & alij plures per me relati ſupra in ver. *Legitima Reſolut. 3. per tot.* vbi latè actum fuit de hac materia, videas igitur ibi, cum par non ſit iterum hic breuitatis ſtudio illam referre.

6 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt pater non teneatur ſoluere condemnationem fiſco pro filio delinquente, neque de bonis aduentitijs filij, quorum pater habet tantum vſumfructum, vt not. *Cla. in pract. §. fin. quaeſt. 78. ver. ſed quid in aduentitijs &c. et ibi Baiar. num. 49. et ſeq. Carpa. ad Nou. Conſtit. Mediol d cap. omnium num. 228. et ſeq. & quaeſt. 86. ver. ſecundò infertur &c. Vulpell. conſ. 15. per tot. Farinae. de delict. & paen. quaeſt. 24. num. 5.* vbi teſtatur, hanc eſſe veriorem, & magis communem Doctorum opinionem, limitando illam non procedere in crimine laeſae Maieſtatis, vt ibi per eum *num. 9.* dicens, hanc ampliationem procedere etiam in peculio, in quo pater non habet vſũfructum *Hond. d. conſ 95. nu. 35. lib. 1. Peregr. de iure fiſci lib. 5. tit. 1. num. 12. et ſeq.* vbi affert limitationem, quando pater filio peculij adminiſtrationem conceſſit, & cum eo fuit lis conteſtata, & hanc opinionem magis communem, quam etiã à contrarijs defendit, dicit *Fachin. contr. iur. lib. 9. cap. 46. per tot.*

7 Quicquid contrarium tenuerint *Cin. Alberi. Salic. Siluestr. Pacif.* & alij relati *per Farinac. in d. quaeſt. 24 num. 5. ver. et licèt &c.* contra quos adeſt magis communis opinio, de qua ſupra.

8 Amplia tertiò d. concluſionem, vt pater non teneatur ſoluere condemnationem pro filio, neque de peculio profectitio filij, in quo pater ipſe habet proprietatem, & vſumfructum, vt voluerunt *Couar. var. reſol. lib. 2 cap. 8. ſub nu. 7. Clar. in pract. d. quaeſt. 78. ver. praeterea quaero &c. et ibi Baiar. nu. 50.* vbi hoc limitat non habere locum in Statu Eccleſiaſtico vigore *Conſtit. Marchi lib. 4. cap. 18. Ant. Gomez var. reſol. tom. 2. cap. 15. num. 12. et ſeq. Farinac. de delict. et paen. d quaeſt. 24. num. 3. et ſeq.* vbi ampliat, habere locum etiamſi pater, filio d. peculij liberam conceſſiſſet adminiſtrationem, *Carpa. in d. cap. omnium num 239. et ſeq. Hond. d. conſ. 95. num. 36. et Peregr. de iure fiſci d. tit 1. num. 125. et ſeq.* vbi dicit praedicta non habere locum, ſi filius fuiſſet in iudicio tempore litis conteſtatae, quia tũc daretur actio iudicati in patrem, cum quo tenet *Mangil. de imput. quaeſt. 40. num. 11.*

9 Amplia quartò d. concluſionem, quod ſicut pater non tenetur ſoluere condemnationem fiſco pro filio, ità è contra neque filius tenetur illam ſoluere pro patre *l. 1. et tot. tit. C. ne filius pro patre, et poſt gloſ. Duen. Gigan. et Couar.* per eum relatos tradit *Farinae. de delict. et paen. d. quaeſt. 24. nu. 25.* nec non *Gabr. conſ. 182. nu. 1. lib. 1.* & poſt *Clem. de patr. poteſt. effect. 2. num. 37.* & alios *Hond. conſ. 95. nu. 33. vol. 1.*

10 Subam-

10 Subamplia d. ampliationem, vt habeat locum, etiam quoad peculium profectitium; in quo cum filius habeat adminiſtrationem ſibi a patre conceſſam; & ſpem in illo ſuccedendi, ſi pater committat delictum, propter quod eius bona veniant confiſcanda, non tamen confiſcabitur d. peculium profectitium in præiudicium filij, vt docet *Clar. in pract. d. quaſt. 78. verſ. quæro numquid, &c. & ibi Baiar. num. 49.* vbi dicit, hoc non procedere in Statu Eccleſiaſtico ob *Conſtitut. Marchia, lib. 4. cap. 18.* vt ibi per eum *Farin. de delict. & pæn. d. quaſt. 24. num. 26* & dixi latiùs ſupra de hac materia in verb. *Confiſcatio Reſol. 13. per tot.* videas ibi.

11 Addo pro coronide, quod licèt pater non teneatur ſoluere condemnationem fiſco pro filio delinquente, neque de legitima, poteſt tamen filius, ſi pro delicto detineatur in carceribus, ex quibus aliter euadere non valeat, cogere patrem iudicis officio, vt ei legitimam aſſignet, & tradat, vt ſe ex carceribus redimere valeat, vt docent *Farin. de delict. et pæn. d. quaſt. 24. num. 21. et ſeq. et Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. quæſt. 25. num. 3. in fin.* & quando filius eſt condemnatus in pœnam vitæ; vel perpetui carceris, niſi ſoluat tot, *Cartar. de pæn. innoc. art. 2. limit. 1. nu. 1.* & dixi etiam ſupra in verb. *Legitima, Reſol. 3. in 1. limit.*

ADDITIO.

N. 8. Vbi habetur, quod pater non tenetur ſoluere condemnationem pro filio de peculio profectitio adde *Farinac. in addit. ad quaſt. 24. de carcer. & carc. num. 4. in fin.* volentem, filio condemnato in pœnam pecuniariam, & lite cum eo conteſtata poſſe exequi in peculio caſtrenſi vel quaſi in aduentitio, in quo pater filio adminiſtrationem conceſſit, & in profectitio ex *Peregr. de iure fiſc. lib. 5 tit. 1. num. 127.* hic allegato per errorem *num. 12. & ſeq.*

PAX.

SVMMARIVM.

1 *Pacis fractæ delictum eſt mixti fori.*

Et vt vterque Iudex poſſit procedere ſeruata inter eos præuentione, n. 2.

RESOLVTIO I.

Pacis fractæ delictum an ſit mixti fori.

1 Pacis fractæ delictum eſt mixti fori, vt tradunt *Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 26. num. 14. Card. Mant. de tacit. lib. 27. tit. 6. num. 46. Guazz. defen. 1. cap. 11. num. 4. Balth. Thom. in ſuis tract. var. tom. 4. in tit. de mixto foro n. 76. & in tit. de Eccleſ. in ſæcul. cognoſc. num. 88. & num. 328. Illuſtriſs. Sperel. deciſ. 1. num. 16. par. 1.* & dixi ſupra in verb. *Delictum, Reſol. 2. num. 9.*

2 Amplia d. concluſionem illatiuè, vt pro delicto fractæ pacis vterque Iudex Eccleſiaſticus, & ſæcularis procedere poſſit ſeruata inter eos præuentione, vt not. *Guazzin. d. defen. 1. cap. 11. num. 4. & in tract. de pace par. 1. quaſt. 41. num. 3. & Balth. Thomaſ. in d. tit. de mixto foro, num. 76.* & non *Sperell. d. deciſ. 1. num. 16.*

SVMMARIVM.

1 *Pax non dicitur rupta ex offenſione proueniente ex noua cauſa.*

Contractus enim pacis continet in ſe clauſulã, Niſi aliqua cauſa de nouo emerſerit, nu. 2.

Et idem eſt in cautione de non offendendo, n. 3.

Et offenſus non dicitur rumpere pacem etiam ſi offendat offendentem ex interuallo, n. 4.

Tenetur tamen pœna Statuti, vel iuris communis, n. 5.

Et noua cauſa excuſat, etiamſi offenſio non proueniat ab ipſo primo offenſo, ſed ab alio in pace comprehenſo, n. 6.

Ac etiam ſi in Inſtrumento pacis adſit iuramentum, vel clauſula Rato manante pacto, *& alia de qua, n. 7.*

Author tamen rixæ, non poteſt allegare nouam cauſam, n. 8.

RESOLVTIO II.

Pax an dicatur rupta ex offenſione ſequuta ex noua cauſa.

1 Pax non dicitur rupta ex offenſione ſequuta, & proueniente non ex antiqua ſed ex noua cauſa, vt tradit *Thob. Non. conſ. 110. num. 8. & conſ. 111. nu. 1. & 26. Clar. in pract. §. fin. quaſt. 47. num. 9.* vbi teſtatur de communi opinione, *Maſcard. de probat. concluſ. 1131. num. 27. & concluſ. 1162. numer. 6 & ſequen* vbi hanc dicit receptiſſimam Doctorum opinionem *lib. 1. Eugen. conſ. 82. num. 10. & ſeq. lib. 1. Hond. conſ. 97 num. 24. & ſeq. & conſ. 1. num. 3. lib. 1. & conſ. 89. n. 24. & ſeq. lib. 2.* plenè *Farinac. var. ac diu. crim. q. 107. n. 403.* vbi alios quamplures adducit de communi, & magis communi Doctorum opinione atteſtantes, & dicit ab ea non eſſe in iudicando, & conſulendo recedendum, *Card. Mant. de tacit. lib. 27 tit. 6. n. 16. & ſeq. Guazzin. de pace, par. 1. quaſt. 43. in prin.* vbi alios dat concordantes quamplures *Mar. Anton. var. reſ. lib. 3. reſol. 23. num. 3. Cabal. reſol. crim. caſu 101. num. 11. & ſeq. cent. 2. Cancer. var. reſol. par. 2 cap. 11 num. 6. & ſeq. & Vermigl. conſ. 23. num. 11. & conſ. 220. num. 8.*

2 Contractus enim pacis, ſicut quælibet alia conuentio habet in ſe tacitam conditionem, *Niſi aliqua cauſa de nouo emerſerit*, & continet clauſulam *Rebus ſic ſtantibus*, vt not. *Card. Mant. de tacit. d. tit. 6. num. 18. Farinac. conſ. 62. in prin. lib. 1. Vulpel. de pace d. quaſt. 45. num. 4. Guazzin. de pace d. q. 43 n. 3.* vbi dat concordantes, *Cancer. var. reſ. d. par. 2. cap. 11.*

cap.11.num. 7. & dixi ſupra in verb. *Cautio de non offen.reſ.1. num.2. et ſeq.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in cautione de non offendendo, quam pariter non rumpi ex offenſione ſequuta ex noua cauſa tradunt *Eugen. conſ 90.num.88.& ſeq lib.1. Farinac.de var.ac.diuer.crim.d.quaeſt.107.n.403. et ſeq. Caball. reſolut.criminal.dict.caſu 101.num.63.* vbi teſtatur de veriori, & magis communi opinione, *Maſſin.de confiſc.bon.quaeſt.15.nu.61.* & dixi latius ſupra in ver. *Caut. de non offenden, Reſolut.1, num. 1. et ſequen.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem illatiuè, quod offenſus ab eò, qui fecit pacem, poteſt illum reoffendere, & vulnerare non ſolum in continenti, ſed etiā ex internallo, & non dicitur pacis fractor, nec pœnam fractæ pacis incurrit ob offenſionis præcedentiam, vt docent *Clar. in.pract.d.q 47.ver.ſed quoniam etc.* vbi dicit in hoc omnes concordare, *Moron.de treg. et pace quaeſt.112.n.1.et ſeq.et q.119.n. 92.et ſeq.et quaeſt.126.n.1. et ſeq.Vlpell.conſ.8.num. 1.et ſeq.et conſ 89.num.1.et in tract. de pace quaeſt. 103.num.1.Bertaz conſ.151.num.1.et conſ 245.nu. 10.lib.2.Farinac.de var.ac diuer.crim.quaeſt. 107.n. 404.* vbi alios dat cōcordantes quamplures *Cabal. d.caſu 101.num.4.Scacc.de iudic.lib.2.cap.2.n. 725. Guazz.de pace d.q 43.n.11.* vbi alios pariter refert ita ſentientes, *et Cancer. variar.reſolut. dict. par. 2. cap. 11. num. 18. et ſeq.*

5 Declara d. ſecundam ampliationem, quod licèt ſecundus contrauenıens contractui pacis ob offenſionem præcedentem nō puniatur pœna fractæ pacis, puniri tamen poteſt pœna iuris communis, vel Statuti, quæ erit ordinaria, ſi offendit ex interuallo, & extraordinaria, ſi offendit in continenti excedēdo modum neceſſariæ defenſionis, vt declarant *Hōd.d.conſ.89.n.10.et ſeq.et n.16.et 65.et n.72.lib. 2.Baiar.ad Clar. d. quaeſt.47. nu.50. in fin. Farin. de var ac diu.crim.d.quaeſt.107.num.427.Cabal.d.caſu 101.num.7. et ſeq.et Guazz.de pace d. quaeſt.43. nu. 13.* vbi alios dant concordantes.

6 Amplia tertiò d.concluſionem, vt habeat locum, etiamſi offenſio proueniat non ab ipſo prius offenſo, ſed ab alio in pace comprehenſo, quia cum omnes ex vna parte pro vno corpore deſignentur adhuc ſecundus offendens non tenetur pœna pacis ruptæ, vt voluerunt *Thob. Non. conſ. 110. numer. 3. & ſeq. Honded. dict. conſ.89.num.18. & ſequen.et num. 60. & ſeq. lib. 2. Baiard. ad Clar. dict. quaeſt. 47. num. 33. Bertazzol. conſ.271. numer. 4. & ſeq. lib. 2. Farinacc. de variar. ac diuerſ.crimin.d.quaeſt. 107. num.405. & Guazzin.de pace, dict. quaeſt. 43. numer. 15.*

7 Amplia quartò dict. concluſionem, vt habeat locum etiamſi in inſtrumento pacis adſit iuramentum, & clauſula, *Rato manente pacto, & quod toties pœna committatur, quoties contrafactum fuerit*, quia dictæ clauſulæ non operantur ad fauorem primi non obſeruantis, vt declarant *Clar. in pract. in dict. quaeſt. 47. verſ. ſed quoniam, &c. in fine, & ibi Baiard. num. 56. Maſcard. de prob. concluſ. 1162. num.36. & ſequen.* vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione *lib. 3. Farinacc. de var. ac diuerſ. crimin. quaeſt. 107. numer. 412. & ſequen.* vbi dat concordantes, & dicit, hanc eſſe magis communem Doctorum opinionem, *Cabal. dict. caſu 101. numer. 3.* qui pariter teſtatur de veriori, & magis communi opinione, *Scacc. de iudic. lib. 2. cap.2. nu.727. & ſeq. Guazzin de pace d. quaeſt. 43. num. 10.* vbi alios adducit ita ſentientes, & *Cancer. variar. reſol. dict. par. 2. cap. 11. num. 20. & ſeq.*

8 Limita dict. concluſionem, vt non habeat locum in eo, qui dedit cauſam nouæ rixæ, vtputa, qui deuenit ad verba altercatoria, ſeù iniurioſa, & ſic dedit cauſam fracturæ pacis quia ipſe non poteſt ſe iuuare ex noua cauſa, vt teſtantur *Moron. de treg. & pace, quaeſt. 13, num. 1. & ſeq. & num.10. Clar. in pract. d. quaeſt. 47. num. 9.* vbi dicit, ita vidiſſe pluriès iudicari, & ibi *Baiard. numer. 53. Farinac de var. ac diuerſ. crimin.d. quaeſt. 107. num.475. & Guazzin.de pace par.1. quaeſt.44. num.14.* & dixi ſupra in verb. *Cautio de non offendendo, Reſolut.1. num. 12.*

A D D I T I O.

N.1. VBi habetur, quod pax non dicitur rupta ex offenſione ſequuta ex noua cauſa adde Quod dict. concluſio habet locum etiam ſi in inſtrumento pacis adeſſet pactum, quod non poſſit allegari noua cauſa, quia adhuc allegatio nouæ cauſæ non diceretur excluſa, quæ non eſſet leuis, vel friuola, vel certa, vel probata, vt poſt *Hercul. & Bertaz.* per eos relatos probant nouiſſimè *Addden.ad Guazz.de pace par. 1. quaeſt. 43. poſt princ.*

S V M M A R I V M.

1 *Cauſa qualibet noua excuſat a fractura pacis, etiam ſi ſit leuis, & iniuſta.*

Cum ad illam rumpendam requiratur dolus, num. 2.

Licèt cauſam iniuſtam non ſufficere teneant aliqui, num.3.

Amplia vt ſufficiat ſolùm factum prouocatiuum ad iram, n.4.

Licèt aliqui contrarium teneant, num.5.

Et ſufficit ad excuſandum etiam cauſa erronea, num.6.

Et etiam cauſa orta ex fama, vel ex rumore populi, n.7.

Et plures cauſæ excuſantes recenſentur, num. 8.

Non tamen excuſat noua cauſa affectata, & procurata, n.9.

Quod verò cauſa ſit affectata non præſumitur, num. 10.

Vtrum verò cauſa noua ſit ſufficiens ad excuſandum a fractura pacis multum tribuitur Iudicis arbitrio, n.11.

RESO-

RESOLVTIO III.

Noua cauſa an excuſet a fractura pacis etiam ſi ſit leuis, vel iniuſta.

1 Qualibet noua cauſa offendendi excuſat a fractura pacis, etiamſi ſit leuis, & iniuſta, vt tradunt *Soc. Iun. conſ. 103. n. 8. & ſeq. lib. 3. Thob. Non. conſ. 108. n. 18. & conſ. 111. nu. 10. & ſeq. & n. 17. & 27.* vbi reprobat *Roma.* contrarium tenentem, *Moron. de treg. & pace, q. 18 n. 1. et quæſt. 123. n. 1 et ſeq. Eugen. conſ. 82. n. 14. lib. 1. Bator. ad Clar. q. 47. n. 55. Maſc. de prob. concl. 1162 n. 13. lib. 3.* vbi quamplures dat concordantes *Hond. conſ. 97. num. 32. lib. 1.* & plures alij quos refert *Far. de var. ac diuer. crim. q. 107. n. 460. Cabal. reſ. crim. caſu 106. n. 17. et ſeq. cent. 2. Caro. Tuſch. pract. concl. litt. P. concl. 183. n. 9.* cum quibus pertranſit *Guaz. de pace par. 1. quæſt. 44. n. 1. et ſeq.* cum quibuſdam modificationibus per eum adductis, & illam tenet expreſsè *Cancer. var. reſ. par. 2. cap. 11. nu. 8. et ſeq.* vbi dicit nihil referre an cauſa ſit iuſta, vel non, ſed ſolum an cauſa fracturæ ſit noua, vel antiqua, vt ibi per eum, *et Card. Maut. de tacit. lib. 27. tit. 6. nu 23.* quam opinionem in terminis fracturæ cautionis de non offendendo dixi communiorem ſupra in ver. *Cautio de non offendendo, Reſol. 1. num. 5.*

2 Ad incurrendam enim pœnam fractionis pacis requiritur dolus *Alex. conſ 115. num. 15. lib. 4. Bero. conſ. 196. num. 131. & conſ. 198. nu. 9. lib. 3. & Bertaz. conſ 4. num. 7. & 13. lib. 1.* quos refert, & ſequitur *Guazzin. d. quæſt 44. nu. 3.* A dolo autem quælibet cauſa etiam leuis, leuiſſima, & iniuſta excuſat, vt not. *Soci. Iun. d. conſ. 103. num. 8. & ſeq. Maſc. d. concl. 1162. num. 13.* vbi teſtatur de communi opinione *Bertaz. d. conſ. 4. num. 7. Card. Tuſc. d. litt. P. concl. 182. num. 10.* vbi pariter hanc dicit communem opinionem, *Guazzin. de pace d. quæſt. 44. num. 4. & num. 30.* & dixi ego *alleg. foren. 95. n. 39. & alleg. 97. num. 16.* vbi retuli concordantes.

3 Contrariam tamen opinionem vti veriorē, quod cauſa iniuſta non excuſet à pœna pacis ruptæ tenuerunt *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 47. in fin.* ne ſit in facultate cuiuſlibet oriri facere nouam cauſam ad effectum offendendi illum, cum quo pacem fecit, *Colleg. Maceraten. conſ. 150. n. 45. & ſeq. inter conſ. cri. diuer. lib. 1. Vulpel. de pace q. 48. n. 2. & ſeq. Far. de var. ac diuer. crim. d. q. 107. num. 462. & ſeq.* vbi alios dat cōcordantes qui teſtantur de veriori opinione, *& conſ. 31. n. 12. lib. 1.* qui licèt negent, cauſam iniuſtam, ideſt tenuiſſimam, & inuerisimilem non excuſare à pœna fractæ pacis, admittunt autē offendentem ex noua cauſa excuſari, quando illa eſt veriſimilis, vel probabilis, vel procuratiua ad iram, vt præcipuè videre eſt ex *Colleg. Macerat. d. conſ. 150. n. 55.* & ego annotaui ſupra in d. ver. *Cautio de non off. Reſ 1. n. 5.* vbi dixi cum *Farin. d. q. 107. n. 454.* in hoc plurimum deferendum eſſe prudentis Iudicis arbitrio, quo in dubio pro reo ſemper vtēdum ſuaderem, cum pax poſtquam eſt præſtita, & quæritur an dicatur rupta, dicatur odioſa, vt dicit *Guaz. de pace, par. 1 quæſt. 33. nu. 15.* qui in *d. quæſt. 44. nu. 6.* tranſit cum ſupradicta prima opinione cū quibuſdam modificationibus, de quibus ibi per eū *n. 7. & ſeq.* quas hic referre nimis longum eſſet.

4 Amplia primò d. concluſionem declaratiuè, vt ad excuſandum à fractura pacis ſufficiat cauſa, & factum ſolum prouocatiuum ad iram licèt illud non ſit poſſibile, quia licèt propriè non dicatur offenſio illa, quæ prouenit à facto ad iracundiam prouocantem, non tamen illicito, & poſſibili *Criſpol. caſu milit. 27. n. 19.* largè tamen, & impropriè dicitur offenſio, etiam quod factum ad iram prouocans pœnam non mereatur, vt poſt *Corn. Bero. Claud. ad Bertaz. Hercul. & Thob. Non* per eum relatos voluit, *Farin de var. ac diuer. crim. d. quæſt. 107. num. 145. & 146. & num. 46 1. & ſeq. Vulpel. de pace quæſt. 48 n. 2.* dummodo iracundia non ſit temeraria, ſed iuſta, vt ibi per eum, *& conſ. 3. n. 16. & conſ. 67. n. 20. Hond. conſ 97. n. 33. lib. 1. Guazz. de pace, par. 1. d. qu. 44. nu. 22. & ſeq.* vbi dat concordantes, *& Vermigl. conſ. 226. num. 10.* & dixi ego ſupra in materia cautionis de non offen. in ver. *Cautio de non offend. Reſ. 2. per tot.* vbi probaui prouocantem ad iracundiam dici offendere ex *Surd. & Guazz.* ibi adductis.

5 Quicquid contrarium tenuerint *Colleg. Macerat. d. conſ. 150. num. 46. & ſeq. inter conſ. crim. diuerſ. tom. 1. Moran. de treg. & pace quæſt. 123. num. 3. & ſeq. & Criſpol. caſu milit. 27. num. 18. & 19.*

6 Amplia ſecundò d. concluſionem, pariter declaratiuè, vt habeat locum, etiamſi cauſa ſit erronea, vt quia offendens illam habuerit pro vera, vtputa, ſi quis Titio dixiſſet, quod Sempronius, cum quo Titius pacem habebat, offendit fratrem Titij comprehenſum in pace, cum verum non eſſet, quia ſi Titius Sempronium offendat, non dicitur rupta pax, vt voluerunt *Maſc de prob. d. concl. 1162. nu. 32. & ſeq. lib. 3 Card. Tuſch. pract. concl. d. concl. 183. nu. 6. Vulp. de pace, quæſt. 49. per tot.* vbi requirit, perſonam referentem non eſſe vulgarem, quod atteſtetur de viſu, & quod fuerit offenſus conſanguineus in primo, vel ſecundo gradu, *& conſ. 77. num. 13. Honded. conſ. 97. num 29. lib. 1. & conſ. 89. nu. 74. lib. 2. Criſpol. caſu milit. 27. num. 13. Farin. de var ac diuer. crim. d q. 107. n. 468. & ſeq. & Guaz de pace d. q. 44. num. 16. & ſeq.* vbi declarat hoc procedere, ſi is, a quo audiuit, ſi fidedignus alias diceretur nimis credulus, & non excuſaretur, & quod cauſa ſit veriſimilis, vt ibi per eum, & dixi etiam ſupra in d. verb. *Cautio de non offend. Reſol. 1. num. 7.*

7 Subamplia d. ſecundam ampliationem, vt habeat locū, etiamſi noua cauſa orta fuerit ex rumore populi, vel ex publica fama, quod ille, cum quo pacē feci, intulerit aliquam iniuriam mihi, vel meis conſanguineis, quā etiā excuſare offendentem à pœna pacis fractæ, licèt vera non eſſet voluerunt *Alex. conſ. 115. n. 14. et ſeq. lib. 4 Pari. conſ. 165. n. 20. in fin. & n. 28. lib 4. Hond. conſ. 97. ſub nu. 19. lib. 1. et conſ. 89. nu. 75. lib. 2. Vulp. de pace quæſt. 49. n. 2. Farinac. de var. ac diuerſ. crim. d. quæſt. 107. num. 468. et ſeq. et Guazzin. de pace d. quæſt. 44. nu. 19.* vbi alios dant

concordantes,& declarant hoc non habere locum, quando rumor eſt vanus, inanis, & fatuus, cui quis non tenetur credere, ſed tenetur de eo ſe informare, maximè in re graui, dicentes ita intelligendos eſſe *Capb.conſ.35.num.3.& ſeq. lib.1.& Moron.de pace quæſt.11.num.3.& ſeq.*

8 Amplia tertiò d.concluſionem pariter declaratiuè, vt cauſa iuſta ad excuſandum offendente a fractura pacis, ſit adulterium commiſſum cum vxore offendētis, offenſio verbalis, ſeu realis illata in vxorem, diſcipulos, famulos, & amicos offendentis, mōtita offendenti data ad iniuriam inferendam, conductio maſſarij ad perquirendum furtum, ſeù bannitos in domo offendentis, offenſio facta in bonis etiam cum modica iactura, turbatio in poſſeſſione, cum inciſione arborum, petitio debiti coram alijs indiſcretè, & verbis impertinentibus, deriſio, oculorum tortus aſpectus, verba iniurioſa, & diffamatoria, etiam abſente parte, vrtatio cubitalis, & aliæ plures, quæ recenſentur per *Maſc.d.concl.1162.per tot. per Card.Tuſch.pract.concl.litt.P.concl.182.& 183.per tot.per Far.de var.ac diu.crim.d.q.107.per tot.per Cabal.reſol.crim.d.caſ.101.per tot.& per Guaz.de pace d.q.44.per tot.*& ſingulariter *num.24.*

9 Limita d.concluſionem, vt non habeat locū in noua cauſa, quæ eſſet affectata, & procurata, quia illa non excuſat a fractura pacis cum dolo non careat vt aduotarunt *Clar.in pra.T.§.fin.q.47.n.9.* vbi dicit ita vidiſſe pluries ſeruari in practica, *Moron.de treg.& pac.q.123.n.10.Maſcar.de prob.d.concl.1162.n.20.Vulp.de pace,q.48 ſub n.4.Farin.de var.ac diu.crim.d.q.107.n.473.& ſeq.Hond.conſ.97.n.22.in fin.lib.1.& Guaz.de pace d.q.44.n.10.* vbi plures dant concordantes, nec non *Criſpol.caſu milit.27.nu.12.* & in materia fractionis cautionis de non offend.dixi ſupra in d.ver. *Cautio de non offend.Reſ.1.n.10.*

10 Declara d.limitationem, quod in dubio cauſa non præſumitur affectata, & procurata, ita vt quod illa ſit talis ſit probandum per fiſcum, vt docent *Hercul.de caut.de non offen.cap.47.num.24.Farin.in d.q.107.n.474 & Guaz.de pace d.q.44.n.11.* & dixi ſupra in d.verb. *Cautio de non offen.Reſ.1.n.11.*

11 Declara concluſionem principalem, vnà cū ampliationibus ſeq. quod an cauſa ſit ſufficiens, vel nō ad excuſandum a fractura pacis multum ſit deferendum Iudicis prudentis arbitrio, cum id expreſsè in iure, non reperiatur deciſum, vt voluerunt *Hercula.de caut.de non offen.cap.13 num.12.*late *Maſcar.de prob.d.concl.1162.num.66.& ſeq.* vbi quamplures refert cauſas ad id ſufficientes, *Vulpel.de pace quæſt.47.in fin.* vbi multa per Iudicem cōſideranda proponit in hac materia, & dicit illum in humaniorem partem inclinare debere. *& Guaz.de pace par.1.d.q.44.n.29* vbi alios dat concord.

S V M M A R I V M.

1 *Pax, vt non dicatur rupta præſumitur in dubio noua cauſa, & ex illa ſequutam fuiſſe offenſionem.*

Licèt contrarium teneat Colleg.Macerat.relatum.num.2.

Maximè, quando facientes pacem poſtea amicabiliter ſe tractarunt, n.3.

Et quando offenſa ſequuta fuit poſt plures annos num.4.

Et quando offenſa prouenit ab eo, qui primò offenderat, num.5

Et quando offenſa prouenit poſt paucos dies poſt ortam nouam cauſam, num.6.

Et quando offenſa reſpondet nouæ cauſæ, n.7.

Concluſio procedit ſi conſtat de noua cauſa, alias ſecùs, n.8.

Quicquid indiſtinctè aliquid dixerint, n.9.

Ad quam probādam ſufficiunt coniecturæ, n.10.

Licèt aliqui ad probandam nouam cauſam plenas probationes requirant, n.11.

Quæ probatur etiam per ſemiplenam probationem, & per alios modos, n.12.

Multum tamen in hoc tribuitur Iudicis arbitrio. n.13.

14 *Cauſa noua non excuſat, quando illius allegatio prohibetur per Statutum.*

Niſi tamen de illa conſtet ex actis, & proceſſu informatiuo, n.15.

Plura ad declarationem Bullarum prohibentiū nouam cauſam vide remiſſiuè, n.16.

R E S O L V T I O IV.

Pax vt non dicatur rupta an præſumatur in dubio noua cauſa, & ex illa ſequutam fuiſſe offenſionem.

1 PAx, vt non dicatur rupta in dubio præſumitur noua cauſa, & ex illa præſumitur, ſequutam fuiſſe offenſionem ad excludendum delictum fracturæ pacis, vt tradunt *Eugen.conſ.82.n.15 lib.1.* vbi alios adducit ita ſentientes quamplures *Bertaz.conſ 85.num.26.& conſ.147.num.23.lib.1.Hond.conſ.97.num.30.lib.1.Maſc.de prob.concl.1162.num.9.& ſeq.lib.3.Batar.ad Clar.q.47.n.30.Vulp.conſ 3.nu.14.* vbi teſtatur de communi opinione. *Capb.conſ.587.nu.32.& ſeq.lib 4.* vbi dicit, ita fuiſſe iudicatum in Ciuitate Ferrariæ plenè *Farin.de var.ac diu.crim q.107.num.432.* vbi quamplures adducit ita ſentientes etiam de communi opinione teſtantes *Cabal.reſ.crim.caſu 101.n.20.& 32.cent.2.Card Mant.de tacit.lib.27.tit.6.nu 22.Mari.Ant.var.reſ.lib.3.reſ.31.n.10.& ſeq.* vbi dat concordantes, & dicit, hāc præſumptionem deuoluere onus probandi contrarium in fiſcum. *Guazzin de pace par.1.quæſt.45.in prin.Cancer.var.reſ.par.2 cap.11.n.31.* & nouiſſimè *P.Graſſ.de nec.prodit.§ 32.num.41.verſ.pax operatur &c.*

Semper enim illa eſt capienda interpretatio, per quā euitatur pœnæ commiſſio ad tex *in l.ſi præſes.32.& l.interpretatione 42.ff.de pæn.* & in his terminis argumentatur *Eugen.d.conſ.82.num.15.Socc.Iun.conſ.103.num.14.lib.3.Maſc.de prob.d.concl.1162.num.9.& ſeq.Guaz.de pace d.quæſt.45.ſub num.1.Cancer.d.par.2.cap.11.num.33.* & alij Doctores ſupradducti.

2 Quic-

2 Quicquid contrarium conſuluiſſe videatur *Collegium Macerat.in conſ. 150. num. 57. & 58 inuicto num.47 inter conſ.crim.diuer. lib.1.*

3 Ampliа primò d.concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando facientes pacem poſt illam inſimul amicabiliter conuerſati fuerunt, quia ſequuta inter eos offenſione, illa præſumitur ex noua, non ex antiqua cauſa, vt voluerunt *Herc.de caut.de non offen.cap.36.num.21. Vulpel.de pace quæſt.47.nu.5. & conſ.3.num 20. & conſ.67.num.9. & conſ.53. n. 7.Eugen.d.conſ.82.num.33.lib.1. Bertaz. conſ 147. num.21 lib.1. Farinac.de var.ac.diuer.crim.d.quæſt. 107.num.452.* vbi videtur ſentire, hoc habere locum etiamſi non probetur factum aliquod, ex quo poſſit præſumi noua cauſa, & *Guazzin. de pace d. quæſt.45.num.14.* vbi alios adducit ita ſentientes.

4 Amplia ſecundò d.concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando offenſio fuit facta diu, & poſt multos annos, poſt initã pacem, quia tunc illa præſumitur facta ex noua, & non antiqua cauſa, ſicut ſcriptum reliquerunt *Herc.de caut.de non offen.cap. 13.n.8.* vbi de offenſione ſequuta poſt decem annos *Vulp.conſ.7.in pa.& conſ 53.n.8* vbi de offenſione ſequuta poſt octo annos, & *in tract.de pace q.47 n 3.Maſc.de prob.concl.1136.n.18. lib.3.* vbi de offenſione poſt decenniũ, *Hond.conſ 97.ſub n.34.lib.1* vbi de offenſione ſequuta poſt tres annos, *Farin.de var.ac diuer.crim.d.q.107.n.450.* vbi dicit è contra offenſionem præſumi ex antiqua cauſa, quando illa fuit illata non diu poſt pacem factam, vt ibi per eum, & *Guazzin. de pace d. quæſt. 45. num. 2.* vbi alios dant concordantes.

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando offenſio prouenit ab eo, qui etiam primò offenderat, quia tunc offenſio præſumitur ex noua cauſa, cum non præſumatur, quod qui ſemel offendit, iterum offendere velit alio non ſuperueniente, vt not. *Herc.de caut de non offend. cap.13.num.9.& 10. Vulp.de pace quæſt.47.nu.6 Honded.d.conſ.97.num.33.& ſeq lib.1. Farinac.de variar. ac diuer.crim.d.quæſt.107. num. 453. & Guazzin.de pace d.quæſt.45.num.15.*

6 Amplia quartò d.concluſionem, vt eò magis habeat locũ, quãdo offenſio ſequuta fuit poſt paucos dies poſt ortam nouam cauſam, quia tunc præſumitur illam ſequutam fuiſſe ex noua, non autem ex antiqua cauſa, cum potius ſit attendenda cauſa proxima, & immediata, quã antiquior, vt tradunt *Vulp. d.conſ.3.n.14.Thob.Non. conſ.111.nu.28. Baiar.ad Clar.q.47.n.64.& Rim.iun.conſ.300.n.50.lib.3.* quẽ vna cum alijs pluribus per eum relatis ſequitur *Farin.de var.ac diuer.crim.d. qu.107.n.449.* cum quibus pertranſit *Guazz.de pace d. quæſt.45. num.13.*

7 Amplia quintò d.concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando offenſio ſequuta reſpondet nouæ cauſæ, quia tunc illa ſequuta præſumitur ex noua cauſa, ſecùs ſi reſpondeat antiquæ cauſæ, quia tunc præſumitur ſequuta ex antiqua cauſa, vt adnotarunt *Bald.in l ſi prædiũ 4.n.17.C.de adilit.actio. Herc.de caut.de non offen.d.c.13.ſub n.9.Thob.Non. d.conſ.111.n.15.Baiar.ad Clar.d.q.47.n.52. Adden. ad Bert. conſ. 185. litt.C.* vbi teſtatur de communi opinione *lib.1.Farin.de var.ac diuer.crim.d.qu.107 num.451.* vbi quamplures dat concordantes, *Mar. Anton.var.reſ.lib.3.reſ.31. num.12. Guazz. de pace d. quæſt.45. num.15. verſ. ac etiam &c. & Card. Mantic.de tacit.lib.27. tit.6. ſub num. 22.*

8 Declara primò d.concluſionem principaliter vna cum ampliationibus ſeq. vt habeat locum, quando conſtat de aliquo dicto, vel facto, ex quo offendens moueri potuerit offendendum, & ſic de noua cauſa, quia tunc noua cauſa præſumitur, & ex illa præſumitur ſubſequutam fuiſſe offenſionem ad effugiendam pœnam fractionis pacis, ſecùs tamen eſt, ſi nõ conſtet de aliquo dicto, vel facto præcedenti, quia tunc ex noua cauſa, de qua non apparet offenſio ſubſequuta non præſumitur, vt declarant *Vulp. de pace quæſt.4 . nu.1. verſ.verum &c.* vbi teſtatur de communi opinione, & *conſ 53.n.5 Hond d.conſ.97 n.30.lib. 1.& conſ.89.num.7 lib.2 Adden.ad Rom. conſ.83.in fin.* vbi dicunt ita fuiſſe deciſum *per Rot. in vna Parmen.Cenſurarum, Card.Tuſch. pract.concl. litt.P.concl.183.n.66. Maſc.d. concl 1162 num 65. lib.3. Moron.de treg.& pac.quæſt.113.num.4 5 & ſeq.* benè *Farin.de var.ac diu.crim.d.qu.107. n.434.* vbi dat concordantes, *et conſ.36.num.9. lib.2. Adden.ad Farin.conſ.30.litt H lib.1.* optimè *Guaz. de pace d quæſt. 45. n. 3.4. et ſeq. et nu. 15. ver. et ideo etc* vbi dicit, quod priùs debet conſtare de vtraq; cauſa antequam deueniatur ad declarandum, an ex veteri, vel ex noua cauſa ſequuta fuerit offenſio, cum quibus pertranſit *Vermigl conſ.94. nu. 3.* nec non *Criſpol caſu milit.27 num.23.*

9 Quicquid indiſtinctè præſumi nouam cauſã ſcripſerint *Cancer.var.reſ.par.2.cap.11.n.31.* vbi alios adducit, et *Mart. Ant.var. reſ lib 3. reſol.41. n.10.*

10 Declara ſecundò d.concluſionem, vt ad probandam nouam cauſam, maximè ſint attendendæ coniecturæ, & præſumptiones, ex quibus nouã cauſam probari voluerunt *Capb.conſ.5 7 n.35.et ſeq. lib.5.Card.Mant.de tacit.d lib.27.tit.6.n.22.Vulpel. conſ 77.n.10.et ſeq. Maſcar. de prob. concl.1162. n. 71.lib.3.Hond.conſ.97.num.19. lib.1.Farin.de var. ac.di .crim.d.quæſt.107 nu. 435. et ſeq Adden. ad Bertaz.conſ.185.lit.C.* vbi reprobata contraria opinione dicit, præſumptiuam probationem in hac materia haberi pro plena, & euidenti probatione, vt ibi per eos, *Cabal.reſol.crim.d.caſu 101. n.26. et 32. cent.2.* plenè *Guaz de pace d.par.1.quæſt.45.n.6* vbi alios dat concordantes quamplures, *et Vermi. conſ.94. num.8.* & dixi ſupra in verb. *Cautio de non offend. Reſol.1. num.13.*

11 Quicquid contrarium imò ad probandam nouam cauſam requiri plenas probationes voluerint *Colleg. Macerat.conſ.150.num 57.in fin.inter conſ. crim.diuer.lib.1.Magon.deciſ Lucen.100.num.8.*

12 Amplia d. ſecundam declarationem, vt noua cauſa offendendi probetur etiam per ſemiplenam probationem, per vnum teſtẽ, per teſtes de auditu, per publicam vocẽ, & famam, per aſſertionẽ iuratã inquiſiti, ex qualitate perſonæ, per mulieres, de quibus, & alijs modis probandi nouã cauſam agunt

8 Declara d. concluſionem, vnà cum ampliatione ſequen. vt in d. caſu frangens pacem, vel cautionem de non offendendo extra territorium duplici pœna puniri valeat, vna per Iudicem loci territorij, vbi offenſio fuit ſequuta nempè pœna iuris communis pro offenſione, & alia nempè pro pœna conuentionali per Iudicem loci, vbi fuit facta promiſſio, vt voluerunt *Alber. in l. illicitas 6. §. ne potentiores num. 10 ff. de offic. præſid. Farinac. de var. ac diu. crim. d. quæſt. 107. num. 260. & Guazz. de pace d. q. 59. nu. 3*, vbi contrarijs reſpondet, & diſſerit an offendens extra territorium ſit remittendus ad Iudicem loci vbi fuit facta promiſſio, videas ibi per eum, ſi cupis.

A D D I T I O.

N. 1. VBi habetur, quod pax dicitur rupta etiam ſi offenſio ſequuta ſit extra territorium adde De iſta quæſtione vide *Decian. tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 17. num. 38. Caual. in tract. comm. contra comm. tom. 1. quæſt. 34. in fin.* vbi loquitur in fideiuſſione de non offendendo, quod rumpatur ex offenſione ſequuta extra territorium, & idem tenet *Ricc. deciſ. 154. lib. 2.* vbi dicit, ita fuiſſe reſolutum.

S V M M A R I V M.

1 *Filius non dicitur frangere pacem factam per patrem ſine eius conſenſu, vel ratificatione.*

Cum nemo ex aliena promiſſione obligetur, n. 2.

Quicquid contrarium tenuerint aliqui Doctores, num. 3.

Sufficit autem ad incurrendam pœnam ratificatio etiam tacita, num. 4.

Licèt quoad tacitam ratificationem contrarium teneant aliqui, num. 5.

Non ſufficit tamen ratificatio tacita deducta ex ſola ſcientia, num. 6.

Quicquid contrarium teneant aliqui Doctores, num. 7.

Pater tamen ob offenſam factam per filium tenetur ad pœnam conuentionalem, num. 8.

R E S O L V T I O VII.

Filius an dicatur frangere pacem factam per patrem ſine eius conſenſu, vel ratificatione.

1 FIlius non dicitur frangere pacem factam per patrem ſinè eius conſenſu, vel ratificatione, vt tradunt *Moron. de treg. & pace quæſt. 22. num 2. & quæſt. 132. nu. 1. & ſeq. et quæſt. 135. num. 1. & ſeq. Farinac. de accuſ. quæſt. 14. nu. 37.* vbi dicit, quod ipſe nunquam condemnaret filium pro fractura pacis factæ per patrem ſinè eius conſenſu, licèt pœnam augeret, ſi filius de illa habuiſſet ſcientiam, vt ibi per eum, *& de var. ac diuer. crim. quæſt. 107. num. 275.* vbi teſtatur de magis communi Doct. opinione, & reprobat *Marſil.* & alios contrarium tenentes, *Vulpell. de pace quæſt. 9. per tot. Guazz. de pace par. 1. quæſt. 12. num. 36.* vbi alios dat concordantes, *& quæſt. 81. nu. 1. & 2* vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione, & dicit ab illa non eſſe recedendũ, & hanc concluſionem extendit ad omnes abſentes, pro quibus fuit facta pax, & fuit proximum, quod non offenderit, vt ibi per eum, & hanc eſſe magis communem opinionem teſtatur etiam *Card. Tuſc. pract. concl. litera P. concl. 184. in prin.*

2 Neminem enim ex alieno contractu, & ex aliena promiſſione obligari in confeſſo eſt apud omnes ad tex. *in l. ſi vnus 28. §. ante omnia ff. de pact. & in l. ſi quis in ſuo 33. § legiſ. C. de inoffic. teſtam. Cephal. conſ. 334. num. 44. lib. 3. Michalor. de fratr. par. 2. cap. 48. num. 24. Cartar. de pœn. innoc. art. 1. num. 46. & ſeq.* in his terminis *Card Tuſc. d. concl. 184. in prin.* & dixi ego *alleg. foren. 58. num. 11.*

3 Quicquid contrarium tenuerint *Marſil. conſ. 9. num. 47. & ſeq. Hiero de Monte quæſt. 25. num. 18. & ſeq. et num. 95. & quæſt. 27. num. 11.* dicens ita vidiſſe plurièſ ſeruari, cum quibus pertranſit *Bertaz. conſ. 149. n. 3. & 23. in fin. lib. 1.* & videtur ſentire *Paſcal. de patr. poteſt. part. 4. cap. 7. num. 11.* quod referendo reijcit *Guazz. vbi ſupra*, & contra quos adeſt magis communis Doctorum opinio de qua ſupra.

4 Declara primò d. concluſionem, quod ad incurrendam per filium pœnam fractionis pacis factæ per patrem ſinè eius conſenſu ſufficiat non ſolùm ratificatio illius expreſſa verbis facta, ſed etiam tacita re, aut facto, vt voluerunt, *Hercula. de caut. de non offen. cap. 18. num. 8. Moron. de treg. & pace quæſt. 132. num. 7. Maſc. de prob. concl. 1162. nu. 11. lib. 3. Hond. conſ. 89. num. 2. & ſeq. inuctio num. 57. lib. 2.* vbi vult cenſeri inductam ratificationem per aditionem hæreditatis patris factam per filium, quos ſequitur *Farinac. in d. quæſt. 107. num. 290.* & ita ſentiunt *Card. Tuſc. pract. concl. litera P. d. concl. 184. nu. 9. et Guazz de pace par. 1. quæſt. 84. num. 2.*

5 Licèt contrariam opinionem, imò tacitam ratificationem non ſufficere ad effectum incurrendi pœnam fractionis pacis, ſeù cautionis de non offendendo poſt *Caſtr. Corn. & Pariſ.* per eum adductos tenuerit idem *Farinac. in conſ. 144. num. 25. & in conſ. 150. num 10. & 17. lib 2.* in quibus dicit, ita in Camera Apoſtolica fuiſſe plurièſ ipſo aduocante reſolutum, vna ſit contra regulas omnium Criminaliſtarum condemnare reos in tam graues pœnas ex tacita, ſeù præſumptiua probatione, vt ibi per eum.

6 Amplia d. contrariam opinionem æquiorem, vt eò magis habeat locum, quando ratificatio tacita deducitur ex ſimplici ſcientia factæ pacis cum taciturnitate, quam non eſſe ſufficientem ad incurrendam pœnam fractionis pacis ſcripſerunt *Corn. conſ. 243 num. 6 lib. 4. Pariſ. conſ. 109. num 17. lib. 1 Ludou. de Alpher. conſ. 147. num 2. inter conſ. crim. diuer. lib. 1.* quos refert, & ſequitur *Farinac. de var. ac diuer. crim. quæſt. 107. num. 293. & ſeq.* vbi dicit, ita ipſo aduocante fuiſſe deciſum in Camera Apoſtolica pacem non fuiſſe fractam ex offenſione facta per

ctæ per eum, qui fuerat præſens promiſſioni factæ per ſuum conſanguineum de non offendendo, vt ibi per eum benè comprobantem, quam opinionem ſequitur etiam *Guazz. de pace d. qu. 84. num. 8.*

7 Quicquid contrarium, imò pacem dici ratificatam per filium ex ſu'a ſcientia, quod pater fecit pacem pro eo, ſi non contradixit, vt tenent *Hercul. de caut. de non offen. cap. 15. ſub num. 8 Moron. de treg. & pace quæſt. 138. num. 9. & Maſc. de probat. concl. 1162. num. 115. lib. 2.* dantes cautelam, quod pax filio, ſeu abſentibus intimetur, vt ibi per eos, cum quibus pertranſit *Card. Tuſc. pract. concl. litera P. d. concl. 84. n. 30.* vbi alios dat concordantes.

8 Declara ſecundò d. concluſionem, quod licet filius, qui non ratificauit pacem factam per patrem pro eo offendendo non teneatur de fractura pacis nec dicatur fractor pacis, nec proditor, patet tamen. qui pacem fecit tenetur ad pœnam conuentionalem per eum promiſſam, vt adnotarunt *Hercalan. de caut. de non offend. cap. 15. num. 9. in fin. Vulpell. de pace quæſt. 9. per tot. & quæſt. 61. in princ. Moron. de treg. & pace quæſt. 135. nu. 5. & ſeq.* plenè *Farinac. conſ. 144 num. 17. lib. 2. & de var. ac diuer. crim. d. quæſt. 107. num. 295. & ſeq.* vbi plures accommodat ampliationes, & *Guazz. de pace d. qu. 12. num. 36.* & dixi etiam infra in hoc ver. *Pax. Reſol. ...* vbi alia ad materiam huius Reſolutionis appoſui, quæ videas ibi.

ADDITIO.

N. 5. & ſeq. VBi habetur, quod filius non dicitur frangere pacem factam per patrem ſine eius conſenſu, & ratificatione adde De qua materia vide plura adducta per *Adden. ad Guazzin. de pace quæſt. 21. num. 1. & plur. ſeq.* vbi plures referuntur Reſolutiones Sac. Conſultæ quando dicatur rupta pax ex offenſione ſequuta ante illius ratificationem, & *quæſt. 84.*

SVMMARIVM.

1 *Pace ſequuta inter partes cautio de non offendendo non cenſetur caſſa.*

Cum per dictum cautionem cenſeatur ius quæſitum fiſco, quod ſinè eius conſenſu tolli non poteſt, num. 2.

Licèt contrarium teneant plures Doct. num 3.

Poteſt tamen iudex mandare, cautionem haberi pro caſſa, num. 4.

Si ambæ partes id petant, aliàs ſecùs, nu. 5.

Et d. cautio non cenſetur caſſa, etiamſi partes in pace id expreſsè dixerint, num. 6.

RESOLVTIO VIII.

Pace ſequuta inter partes cautio de non offendendo an dicatur caſſa.

1 PAce ſequuta inter partes offenſas cautio de non offendendo prius præſtita inter eas non cenſetur ſublata, & caſſa, niſi fiſci conſenſu interueniente, vel Iudicis decreto mandantis illam caſſari, vel haberi pro caſſa, vt tradunt *Hercalan. de caut. de non offen. cap. 9. num 9. & ſeq. Vulpel. de pace quæſt. 30. num. 2. Farinac. de var. ac diuer. crim. qu. 107. num 123. & ſeq.* vbi hanc opinionem dicit, veriorem eſſe, & ita ipſum in contingentia facti dum erat Locumtenens A. C. pronunciaſſe, & rationibus contrariis benè reſpondet, & *conſ. 31. num. 3. lib. 1. & ibi Adden. in prin.* vbi teſtatur hanc concluſionem eſſe veriorem, & illam benè comprobant, latè *Caball. reſol. crim. caſu 272. num 11. & ſeq. cent. 3 & Pyr. Maur. de fideiuſ. par. 1 ſect. 2. cap. 4. num. 63. et 64.* vbi dicit. d. cautionem cenſeri caſſam per pacem ſubſequutam, ſi interuenit Iudicis conſenſus, & illius decretum, vt ibi per eum.

2 Per cautionis enim præſtationem dicitur ius quæſitum fiſco, quod ſinè illius conſenſu ab eo auferri non poteſt, ac tex. in l. *id quod noſtrum* 11. & ibi Dd. *Dect. Cagnol. & alij ff. de reg. iur.* & tradunt *Alex. Iuſ. Soci. & alij in l. qui Roma* 122. *§. Flauius ff. de verb. oblig. & Farinac. in d. quæſt. 107. num. 125. & Adden. in d. conſ. 31 in prin.* maximè cum per ſubſequentem contractum non cenſeatur nouatus primus, niſi fuerit expreſsè dictum *l. fin. C. de nouat.* & tradunt *Farinac. Adden. ad d. conſ. 31.* & alij Doctores ſupra adducti.

3 Licèt contrariam opinionem, imò per pacem ſubſequutam cenſeri caſſam cautionem de non offendendo prius præſtitam tenuerint *Bero. conſ. 205. num. 13. lib. 4. Moron. de treg. & pace quæſt. vlt.* vbi in hoc dicit, ita de conſuetudine ſeruari, *Hiero. de Monte quæſt. 189. per tot. Eugen. conſ. 82. num. 9. & 35. lib. 1.* & quod ab hac opinione recedere non audeat dicit *Guazz. de pace par. 1. quæſt. 34. num 3.* vbi dicit, quod ita pronunciatum fuit in foro Epiſcopali Ciuitatis Veliternæ de anno 1609. vt ibi per eum, & hanc opinionem fortè magis communem dicunt *Adden. ad Farinac. in d. conſ. 31. in prin. lib. 1.* quorum rationibus reſpondet *Farinac. vbi ſupra.*

4 Declara d. concluſionem, quod licèt cautio de non offendendo non ſit ſublata per pacem poſtea ſubſequutam, poteſt tamen Iudex ſtante pace mandare, quod d. cautio caſſetur, vel habeatur pro caſſa, ſi ita ſibi videbitur, vt quia inimicitiæ rancorem ceſſaſſe exiſtimauerit, alias ſecùs, ſcribit *Hercula. de caut. de non offen. d. cap. 9. nu. 9. & ſeq. & nu. 14. Farinac. de var. ac diu. crim d. quæſt. 107. num. 135. Adden. ad Farinac. d. conſ. 31. ver. aduerte ſecundo lib. 1. & Guazz. de pace d. quæſt. 34. num. 8.*

5 Limita d. declarationem, vt habeat locum partibus ſimul petentibus per Iudicem caſſari cautionem de non offendendo, cum Iudex ex officio, & partibus non petentibus non poſſit d. cautionem caſſare, ſed requiritur vtriuſque partis conſenſus, vt tradunt *Hercalan. de caut. de non offend. d. cap. 9. num. 11. & 14. Farinac. de var. ac diu. crimin. d. quæſt. 107. num. 137. Adden. ad Farinac. d. conſ. 31. in fin. & Guazz. de pace d. quæſt. 34. num. 10.* benè comprobans, vbi dicunt, tutius eſſe à denegatione facta per Iudicem caſſationis d. cautionis appellare quam

Angel. Aret. qui teſtatur de communi opinione, *& alij in dicta leg. ſi ab hoſtibus* 11. §. *ſi vir. ff. ſolut. matrimon. Ant. Gomez ad leg. Taur. num.* 63. *Farinac. de homic. in dicta quaeſt.* 120. *num.* 64. vbi alios dat concordantes quamplures, *Pat. Sanch.* qui tamen loquitur in dote *de matrimon. lib.* 10. *diſput.* 8. *num.* 9. faciunt notata per *Adden. ad Capic. Latro deciſ.* 49. *num. quarto, lib.* 1. & ita ſentit *P. Vidal. in dicto titulo de Sacram. Matrimon. Inquiſ.* 10. *num.* 4.

6 Limita dictam concluſionem, vt non habeat locum quando vigore Statuti, vel conſuetudinis liceret viro vxorem in adulterio repertam occidere, quia in dicto caſu ipſe lucrari poterit omne lucrum ſibi ob mortem vxoris proueniens, vt voluerunt *Bart. Angel. Roman.* qui teſtatur de communi opinione, *in dicta leg. ſi ab hoſtibus* 11. §. *ſi vir. ff. ſolut. matrimon.* nec non *Phanuc. de lucr. dotis, d. gloſ.* 14. *num.* 5. vbi hanc opinionem dicit eſſe veriorem, *Surd. de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 69. *num.* 10. & in hanc partem inclinare videtur *Farin. de homic. in d. quaeſt.* 120. *num.* 65. quam ſequitur etiam *Barbo. in d.* §. *ſi vir. num.* 41. *&* 42. vbi illam dicit eſſe veriorem, quem refert, & ſequitur *Andreol. controu.* 336. *num.* 2. *& ſeq.*

7 Licet contrariam opinionem, imo neque in dicto caſu maritum acquirere lucrum dotis tenuerint, *Bald. Caſtrenſ. Imol. Areti. & alij in d.* §. *ſi vir. Anton. Gomez ad leg.* 80. *Taur. num.* 63. vbi teſtatur de veriori, & communi opinione, *Clar. in pract. in* §. *homicidium, num.* 17. *& alij relati per Farinac. in d. quaeſt.* 120. *num.* 66.

8 Declara dict. contrarias Doctorum opiniones, vt ſecunda negans marito lucrum dotis habeat locum in lucro proueniente ex conuentione, cum inter partes non videatur cogitatum de hac morte, & ad incogitata pactum non extenditur, prima verò opinio procedat in lucro legali, puta delato à Statuto praemoriente vxore in matrimonio, vt declarant *Alexand. in d.* §. *ſi vir. num.* 15. *Rolan. de lucr. dotis, quaeſt.* 63. *num.* 6. *Phanuc. de luc. dot. d. gloſ.* 14. *num.* 5. *&* 6. *Surd. de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 69. *num.* 10. vbi teſtatur de communi opinione, *Peregr. de iure fiſc. lib.* 2. *tit.* 3. *num.* 9. *& ſeq. Farinac. in d. quaeſt.* 120. *num.* 67. *& ſeq.* vbi alias refert diſtinctiones, cum quibus reprobato *Donat. Ant. de Marin.* per eum relato pertranſit *Andreol. d. controu.* 336. *num.* 11. *& ſeq.* vbi teſtatur de communiſſima opinione.

9 Declara dict. concluſionem, quod lucrum dotis, quod perdit maritus occidendo vxorem, non fiſco, ſed haeredibus ipſius vxoris eſt applicandum, vt probat *tex. in d. leg. ſi ab hoſtibus* 11. §. *ſi vir. & ibi gloſ. ff. ſolut. matrim.* & quampluribus Doctor. authoritatibus per eum relatis firmat *Farinac. de homic. d. quaeſt.* 120. *num.* 73. vbi dicit, ita per Doct. communiter teneri, tàm ex lucro proueniente ex pacto, quam ex Statuto, & poſt eum *Tomaſ. in d. tract. de incapa. cap.* 2. *num.* 135.

OFFENSIO.

SVMMARIVM.

1 *Offenſus recuſans manifeſtare offendentem poteſt ad id cogi etiam per torturam.*

Et poſſunt ad id cogi etiam haeredes interfecti, num. 2.

Niſi tamen in offenſo adſit veriſimilis ignorantia offendentis, n. 3.

RESOLVTIO I.

Offenſus recuſans manifeſtare offendentem an poſſit ad id cogi per torturam.

1 Offenſus, vel iniuriatus ſi recuſet manifeſtare offendentem, vel iniuriantem aſſerendo illum non cognouiſſe, poteſt ad id cogi per iudicem, non ſolum per retentionem perſonae, ſed etiam remedio torturae, vt tradunt *Ambroſ. in proc. informat. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 30. *& ſeq. Adden. ad Theſ. deciſ.* 42. *litt. A. Card. Tuſch. pract. concl. litt. I. concl.* 333. *in fin. Guazz. defen.* 19. *cap.* 4. *num.* 5. *& Caluin. de aequit. lib.* 2. *cap.* 179. *num.* 38. *& ſeq.* vbi dicit, ita ipſum pluriès in facto ſeruaſſe approbante Excellentiſſimo Mediolani Senatu, vt ibi per eſt

2 Amplia d. concluſionem, vt per iudicem cogi poſſint etiam haeredes interfecti ad detegendum delinquentes, ne illi occultentur, vt ſcribit idem *Caluin. de aequit. d. cap.* 179. *num.* 42. vbi dicit, ita fuiſſe reſolutum per Curiam Ciuitatis Cremonae.

3 Limita d. concluſionem, vt non habeat locum, quando in offenſo, ſeù vulnerato adeſſe poteſt veriſimilis ignorantia, vt quia offenſi facta fuerit de nocte, maximè valdè oſcura in multitudine perſonarum, in nundinis, & ſimilibus, quia tunc ad d. remedia deueniri non poſſe ſcripſit *Guazzin. defen.* 19. *cap.* 4. *num.* 5.

SVMMARIVM

1 *Offenſio facta in veſtibus non dicitur propriè offenſio.*

Ita vt non intret poena Statuti contra exonerantem archibuſium cum offenſione, n. 2.

Offendens tamen Clericum in veſtibus incurrit excommunicationem, n. 3.

RESOLVTIO II.

Offenſio facta in veſtibus an dicatur propriè offenſio.

1 Offenſio facta in veſtibus, licèt dici poſſit offenſio, perſonalis, non tamen eſt propria offenſio, & in potiori ſignificato, ſed eſt impropria, vt tradunt *Valpel. de promiſ. de non offen. quaeſt.* 91. *num.* 7. *Hond. conſ.* 103. *num.* 25. *& ſeq. lib.* 1. *Guazzin. de pace, par.* 1. *quaeſt.* 52. *num.* 4. *& def.* 29. *cap.* 2. *ſub num.* 12.

2 Amplia d. concluſionem illatiuè, vt ſtante Statuto, quod exonerans archibuſium contra aliquem cum offenſione incidat, puta, in poenam vitae, non comprehendat offendentem in veſtibus tantum non tacto corpore, cum dicta offenſio facta in veſtibus non dicatur propriè offenſio, qualis requiritur in Statutis, & in poenalibus, in quibus verba intelligi debet ſtrictè, & in propria ſignificatione, vt benè declarat *Guazzin. d. defen.* 29. *cap.* 2. *num.* 12 & ſentit etiam *Zuffi. de legit. proc. lib.* 1. *quaeſt.* 22. *num.* 13. & dixi latius infra in verb. *Statutum, Reſol.* 1. *per. tot.*

3 Limita d. concluſionem, vt non habeat locum in terminis *cap. ſi quis ſuadente* 17. *quaeſt.* 4. in quibus cum agatur de materia, & priuilegio fauorabili, & latè interpretando offendens Clericum in veſtibus incurrit excommunicationem, de qua *in d. c. ſi quis ſuadente,* licèt illius corpus nõ tangatur, vt tradunt *gloſ. Innoc. & alij in cap. nuper,* 29. *de ſent. excom.*

Nauar.

Nauar. in manual. confeſ. cap. 27. num. 77. vbi teſtatur de communi opinione, *Butur. ad Clar. §. fin. quaeſt. 77. num. 9. Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 19. num. 3. & 4. Card. Tolet. in ſumm. lib. 1. cap. 33. num. 4.* plenè *Illuſtriſs. Sperel. deciſ. 20. nu. 27.* vbi dicit, hanc opinionem eſſe ab omnibus receptam, *& deciſ. 45. n. 33. et 53. par. 1.* in quibus locis alios adducit ita ſentientes quamplures, *& Balth. Thomaſ. in ſuis tract. var. tom. 4. tract. 6. num. 156.*

OFFICIALIS.

SVMMARIVM.

1 *Officialis cognoſcens carnaliter mulierem carceratam punitur pœna extraordinaria.*

Et praecipuè cuſtos carceris, num. 2.

Licèt contrarium ſi mulier carcerata ſit meretrix teneant aliqui, num. 3.

Etiamſi nulla interuenerit violentia, num. 4.

Licèt contrarium, quoad cuſtodem carceris teneant Doctores, num. 5.

Si autē vis interuenerit, pœna venit augēda, n. 8.

6 *Carceratus cognoſcens carnaliter ancillam, vel vxorem cuſtodis carceris non punitur.*

Licèt illum eſſe puniendum extraordinariè voluerint alii, num. 7.

RESOLVTIO I.

Officialis cognoſcens carnaliter mulierem carceratam qua pœna puniatur.

1 OFficialis, Iudex, ſeù alius iuſtitiae Miniſter cognoſcens carnaliter mulierē carceratam ſiuè honeſtam ſiuè meretricem puniri debet pœna arbitraria, cum dicatur iniuriam inferre carceri, qui eſt locus publicus, & violari non debet, vt tradunt, *Boſſi. in pract. in tit. de coitus damn. num. 40. Menoch. de arbitr. caſu 292. num. 1. & ſeq. Caball. reſol. crim. caſu 283. nu. 8.* vbi dicit quoſdam Officiales rem habentes, cum carcerata honeſta fuiſſe damnatos ad triremes per quinquennium, *& num. 12. & 13. cent. 3.* vbi dicit pariter quoſdam Notarios, qui rem habuerunt cum muliere carcerata malae factae fuiſſe punitos arbitrariè, licèt mitius, vt ibi per eum, *Guazz. defen. 6. cap. 1. num. 58. & Giurb. conſ. crim. 37. num. 5. 6. & ſeq. & num. 10.* vbi alios dat concordantes, & dicens idem eſſe in cognoſcente mulierem non carceratam ratione Officij, vt ibi per eum.

Coitus enim Officialis cum muliere carcerata impunitus eſſe non debet, tum ob iniuriam illatam loco carceris, qui eſt publicus, & violari non debet, vt dixi, & not. *Cabal. d. caſu 283. num. 11.* ac etiam ob periculum, ne Officialis fugam carceratae permittat, vel illam impunitam, ſeù mitiùs quam par eſt caſtigatam dimittat, vt aduertunt *Grillan. de pœn. omniſ. coit. quaeſt. 13. nu. 2. Menoch. d. caſu 292. nu. 4. Caball. d. caſu 283. num. 11. Giurb. d. conſ. 37. num. 6.* & alij Doct. ſupra adducti.

2 Amplia primo d. concluſionem, vt eò magis habeat locum in Commentarienſe, ſeù Cuſtode carceris, quem habentem rem cum muliere carcerata, ſiuè honeſta, ſiuè meretrice puniendum eſſe pœna arbitraria voluerunt, *Iodoc. in pract. crimin. cap. 17. num. 15.* vbi de pœna capitis *Pluza in epit. delict. lib. 1. cap. 10. nu. 15. in fin. Ant. Gomez ad leg. 80. Taur. num. 25. Clar. in pract. §. fornicatio ver. non carcerata &c. Menoch. de arbitr. d. caſu 292. nu. 1. et 2. Farinac. de carcer. & carcer. quaeſt. 31. num. 123.* vbi dicit, hanc eſſe veritatem, & quod ſi cognita mulier eſt virgo intrat pœna ſtupri, ſi eſt maritata pœna adulterij, & ſimil. & etiam alia pœna ob violationem publici carceris, vt ibi per eum plenè, *Caball. reſol. crim. d. caſu 283. num. 5.* vbi alios dat concordantes quamplures *Guazz. d. defen. 6. cap. 1. num. 58. & Giurb. d. conſ. 37. num. 6. & ſeq.* vbi alios adducit ita ſentientes.

3 Licèt contrarium, imò cuſtodem carceris cognoſcentem meretricem carceratam ſiuè vi nulla pœna eſſe puniendum voluerit, *Boer. deciſ. 317. nu. 5. & plur. ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione, quam reprobat, *Farinac. vbi ſupra.*

4 Amplia ſecundo d. concluſionem, vna cum ampliatione ſequen. vt habeat locum etiam ſi nulla interuenerit vis in Officiali, ſeù Cuſtode carceris cognoſcente mulierem carceratam, etiam inhoneſtam, cum ſufficiat violatio publici carceris, & periculū permiſſionis fugae vel iniuſtè abſolutionis, vt adnotarunt, *Menoch. de arb. d. caſu. 292. n. 1. & ſeq. Farinac. de carcer. & carcer. d. quaeſt. 31. num. 120. & ſeq. Ant. Gomez ad leg. 80. Taur. num. 25. Caball. d. caſu 283. num. 10.* vbi dicit, quod iſta eſt veritas, & tutiſſima opinio, *Guazz. d. defen. 6. cap. 1. nu. 58. & Giurb. d. conſ. 37 nu. 6. ver. ſi verò nulla*, qui alios dant concordantes, & dicunt, ceſſante vi mitiorem intrare pœnam, vt ibi per eos.

5 Licèt contrarium, imò cuſtodem carceris cognoſcentem mulierem carceratam inhoneſtam ſiuè vi nulla pœna puniri voluerit, *Boer. d. deciſ. 317. nu. 5. & ſeq.* latè comprobans, & alij relati per *Caball. d. caſu 283. num. 9.* contra quos adeſt verior opinio, de qua ſupra.

6 Limita d. concluſionem, vt non habeat locum in carcerato cognoſcente carnaliter ancillam, vel vxorem cuſtodis carceris, quem nulla pœna eſſe puniendum voluit, *Boer. d. deciſ. 317. num. 10. & Clar. in d. §. Fornicatio ver. cum carcerata*, qui tamen loquitur in carcerato cognoſcente meretricē carceratam, vt ibi per eum in fine.

7 Licèt contrarium, imò carceratum cognoſcentē ancillam, ſeù vxorem cuſtodis eſſe puniendum arbitrariè, tum ob loci violationem, tum ob periculum, ne poſtea illa mulier curet illum aufugere tenuerit, *Menoch. de arbitr. d. caſu 292. in fin.* cum quo ego ſentio, vbi refert, ita euenisse in Ciuitate Papiae de anno 1557. in quodā carcerato, qui fuit è carcere dimiſſus ab vxore cuſtodis, quae d. carcerato ſui copiam fecerat, vt ibi latiùs per eum.

8 Declara

8 Declara d. concluſionem, vnà cum ampliationibus ſequen. vt pœna arbitraria, qua venit puniendus Officialis, ſeù cuſtos carceris ob rem habitã cum muliere carcerata veniat augenda, quando interuenit vis, cum violentia quodlibet delictum aggrauet, vt docent *Farinac. de carcer. & carcer. d.quæſt.31. num.123. in fin. Caball.d.caſu 283.num.12.* vbi dicit, omnes in hoc conuenire, *Decian. tract.crim.lib.8.cap.15.num.2.& Giurb.d. conſ.37. num.11.* qui *num.7.* dicit, vt coitus dicatur violentus, requiri violentiam factam perſonæ, licèt mulier non reſiſtat, & non ſufficere illam eſſe factam domui, vt ibi per eum.

SVMMARIVM

1 *Iudicem non ſalutans nudato capite punitur ratione irreuerentiæ.*

Quod habet locum etiam in Clerico non ſalutante Iudicem laicum, num. 3.

2 *Iudex ſiuè ordinarius, ſiuè delegatus repræſentat Principem.*

RESOLVTIO II.

Iudicem non ſalutans an puniatur ratione irreuerentiæ.

1 IVdicem, & Officialem non ſalutans nudato capite venit puniendus ratione irreuerentiæ pœna Iudicis arbitrio ſtatuenda, vt tradunt. *Neguſ. conſ.157. nu.10. Ruginell.pract.quæſt.cap.47. num 65. Caranit.Ritu.5.num.10.& ſeq. Muta Regn.pragm.tit.4.num.43. par.1.* quos refert, & ſequitur *Giurb.conſ.crim.38.num.15.*

2 Iudex enim, & Officialis ſiuè ordinarius, ſiuè delegatus Principem in illo actu repræſentat, *Caſtr.conſ.34.in primo dubio lib.2. Bran.conſ.105.nu.4. Manent.conſ 100.num.4.* & ideò ex omiſſa ſalutatione Princeps in eius perſona contemni dicitur, vt not. *Signorol.conſ.108.nu.1. Caſſan.in Catal. glor. Mund.par.7.conſider.24. Grego.de Repub.lib. 4. cap. 10.num.12. Gratian.diſcep.foren.cap.284.num.1.& 8.par.2. Giurb.d.conſ.38.ſub num 23.*

3 Amplia d. concluſionem, vt habeat locum etiam in Clerico, qui Iudici laico debitum honorem ex propoſito ſi non ſeruet illum ſalutando, pœnam pati debet, vt voluerunt *Bobad. in Polit.lib.2.cap.18.num.89. Seſſe de inhibit. cap.8.§.3.nu.189.* quos refert, & ſequitur *Giurba d.conſ.38.ſub num.15.*

SVMMARIVM.

1 *Offendens Officiales non ex cauſa officij, non incurrit pœnas læſæ Maieſtatis.*

Licèt aliqui contrarium teneant, num. 2.

Maximè ſi Officialis non ſit conſtitutus à Principe non recognoſcente Superiorem, num. 3.

Secùs tamen eſt in offendente ipſũ Principẽ, n. 4.

Ac etiam in offendente Cardinalem, num. 5.

Declara d. concluſionem, vt d. offendens Officialem grauius tamen ſit puniendus, num. 6.

Ex qua verò cauſa offenſio proceſſerit attenduntur coniectura, num. 7.

In dubio tamen præſumitur offenſionem non proceſſiſſe in odium Principis, num. 8.

9 *Tortus iniuſtè ſi occidat Iudicem, non punitur pœna mortis, ſed alia pœna mitiori.*

RESOLVTIO III.

Offendens Officiales non ex cauſa officij, non incurrit pœnas læſæ Maieſtatis.

1 OFfendens Officiales, birruarios, & ſimiles non ex cauſa Officij, nec in odium Principis, ſed ex priuata inimicitia, non incurrit pœnas læſæ Maieſtatis, & rebellionis contra d. offendentes ſtatutas, vt tradunt *Vulpel. conſ.21. num.5.* vbi teſtatur de receptiſſima opinione, *Baiar. ad Clar.§.læſæ Maieſtatis, num.2. ver. & hoc verum, &c. Decian. tract.crim. lib. 7. cap.5.num.25. & ſeq. Farinac.de homicid.quæſt.112. num.150.* vbi alios adducit ita ſentientes quamplures, *& quæſt.117. num.37.& conſ. 205. num. 21. & ſeq. lib. 3. & Andreol.contro.345. num.19.* vbi declarat.

Bannimenta enim, & aliæ leges punientes offendentes Officiales Principis intelliguntur, ſi offenſio fiat in odium Principis, & ratione officij, ſecus tamen ſi ex priuata inimicitia, vt benè probat *Farinac. in d. conſ. 205. num. 21. lib. 3.* Deficiente autem d. qualitate non eſt locus pœnis prædictis, vt poſt *Graſſ. Giurba Farinac. Cirlac. Maſſin. & Vermigl.* per me adductos probaui infra in verbo *Qualitas, Reſol. vnic. num.2. & allegat. foren.70. num.33.*

2 Quicquid contrarium tenuerint *Clar. in pract. §. læſæ Maieſt. num. 5.* & alij relati per *Farinac. in d. quæſt. 117. num.38.* contra quos adeſt verior, & communis Doct. opinio de qua ſupra.

3 Amplia primò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum in offendentem Officialem conſtitutum non ab ipſo Principe non recognoſcente Superiorem, ſed ab alio, qui vicem Principis gerit, puta à Gubernatore, à Legato à Latere, & ſimil. quia tunc non intrare pœnam læſæ Maieſtatis voluerunt *Crau. conſ. 759. num. 3. Rolan. conſ. 1. ſub nu.23. lib.3. & Reſtan.de Imper.quæſt.118.nu.4.* quos refert & ſequitur *Andreol.d.contro.345. num.13. & ſeq.*

4 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in offendente Principem, qui quomodocunq; offendatur etiã ex priuato odio, & inimicitia intrat pœna læſæ Maieſtatis, vt voluerunt *Capic.deciſ.130.num.15. Boſſi.in pract. in tit.de crim.læſæ Maieſt.num.41. Decian. tract.crim.lib.7. cap.4.num.2.in fin. & cap.49. num.34. in fin.* vbi declarat, niſi offenſio eſſet neceſſaria pro ſui tuitione, *Burſatt.conſ. 147. poſt num.15.* quos refert, & ſequi videtur *Farinac.de homic.quæſt.117.num. 44. & ſeq.* vbi aliquos contrarium tenentes refert.

5 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in offendente Cardinalem, contra quem intrat pœna læſæ Maieſtatis, etiam ſi id fiat ex priuata inimicitia, vt voluerunt *gloſ. in cap. fœlicis 5. in prin. de pœn. in 6.* quam ſequitur *Farinac.de homic.d.quæſt.112.nu. 102.* & offendentem Cardinalem incurrere in cenſuras Bullæ in Cena Domini etiam ſi id faciat ex priuata inimicitia, probat *Vgolin.ad d.Bullam, cap.11.§.1. ver. Quare, &c. num. 1.*

6 Declara primò d. concluſionem, quod licèt offendens Officialem Principis ex priuata inimicitia, non puniatur pœna læſæ Maieſtatis, puniri tamen debet grauius, quàm ſi alium priuatum offendiſſet, vt not. *Ariſt.lib.proble.19.*

cap.

cap. 14 quem refert, & ſequitur *Decian. tract. crim. lib.* 7. *cap.* 5. *nu.* 31. benè comprobans, & non diſſentit *Farinac. de homic. d. quæſt.* 112. *num.* 150. *circa medium*.

7 Declara ſecundò d. concluſionem, quod ad cognoſcendum, an aſſenſu Officiali facta ſit in odium Principis, vel ex priuata inimicitia, colligendum ſit ex coniecturis, vt docent *Capic. deciſ.* 130. *num.* 12. *Rolan. conſ.* 48. *num.* 11. *& ſeq. lib.* 2. *Rimi. Iun. conſ.* 704. *num.* 7. *& Farinac. de homic. in d. quæſt.* 112. *num.* 254. *& quæſt.* 117. *num.* 50. vbi plures recenſet coniecturas, cum quibus pertranſit *Decian. tract. crim. lib.* 7. *cap.* 5. *num.* 5. *&* 28.

8 Declara tertiò d. concluſionem, vt in dubio offenſio facta Officiali, non præſumatur facta in odium Principis, ſed potius ex priuata inimicitia, cum in dubio ſemper ſit facienda interpretatio, per quam excluditur grauius delictum, vt not. *Rolan. conſ.* 1. *num.* 36. *lib.* 3. *Menoch. conſ.* 99. *num.* 16. *li.* 2. *Decian. tract. crim. d. lib.* 7. *tit.* 5. *nu.* 5. cum quibus vti vltimo loco relatis videtur pertranſire *Farinac. de homic. d. quæſt.* 117. *num.* 54. licet aliquos contrarium tenentes referat, vt ibi per eum, *num.* 53.

9 Adde pro coronide illatiuè ex ſupradictis, quod tortus iniuſtè, ſi occidat Iudicem, qui poſuit illum iniuſtè in tormentis, non punitur pœna mortis, ſed alia mitiori, vt tradunt *Marſil. ſingul.* 455. *& in pract. criminale*, §. *diligenter*, *num.* 58. *Guazz. defenſ.* 30. *cap.* 42. *num.* 7. *Bonar. ad Clar.* §. *final. quæſt.* 64. *num.* 110. *Farinac. de indit. & tortu. quæſt.* 37. *num.* 118. *& Scalo. in prax. torq. reos*, *cap.* 12. *num.* 9. Si ſtatim illum occidat, vt ibi per eum.

OPERARII.

SVMMARIVM.

1 *Operarij laborando in fundo alieno, putando illum eſſe conducentis, excuſantur à pœna.*

Secùs tamen eſt, ſi ſciebant fundum eſſe alienum verè, vel præſumptiuè, num. 2.

Vel ſi eius fuit denunciatum, ne laborarent in d. fundo, num. 3.

Etiamſi denunciatio ſit facta poſt opus per eos inceptum, num. 4.

Contrarium, quod denunciatio facienda ſit re integra tenent aliqui, num. 5.

Neque excuſantur, quando illi agerent aliquid ſui natura illicitum, num. 6.

Vel ſi laborarent de nocte, cum armis, & ſimilibus, num. 7.

Cōpetit tamen eis actio contra conducentē, n. 8.

Quando credatur operarijs dicentibus laboraſſe de mandato alterius remiſſiuè, num. 9.

RESOLVTIO VNICA.

Operarij laborando in fundo alieno putando illum eſſe conducentis an excuſentur à pęna.

1 OPerarij, ſeù laboratores laborando in fundo alieno de mandato alterius, putando fundum eſſe illius, à quo conducti fuerunt ad laborandum, veniunt excuſandi à pœna indicta contra turbantes alienam poſſeſſionem, vt tradunt *Ant. Gomez var. reſol. tom.* 3. *cap.* 3. *num.* 24. vbi teſtatur de communi opinione, *Clar. in pract.* §. *fin. quæſt.* 60. *ver. ſolet dubitari & c*, vbi pariter hanc concluſionem dicit communiter receptam, *Rolan. conſ.* 54. *num.* 6. *& ſeq. lib.* 1. hanc concluſionem latè comprobans, & arreſtans de communi opinione, *Plot. de in lit. iuran.* §. 49. *ſub num.* 26. *Menoch. de arbitr. caſu* 154. *poſt num.* 15. *& caſu* 354. *num.* 39. *& ſeq. & de retin. poſſeſſ. remed.* 3. *num.* 314. *Farinac. de pœn. temp. quæſt.* 97. *nu.* 131. vbi alios dat concordantes quamplures, *Caroc. de locat. & condu. par.* 6. *excep.* 2. *per tot.* plenè *Illuſtriſſimus Sperell. deciſ.* 24. *num.* 7. *par.* 1.

Dicti enim operarij non tenentur perquirere, an illorum conductor rem poſſideat, nec ne, ne maius tempus conſumaret inueſtigatio, quam opera, vt dicit *Bald. in conſ.* 144. *lib.* 1. reperito *in conſ* 154. *lib.* 3. & poſt eum *Sperel. d. deciſ.* 24. *num.* 8. & ideò nil mirùm ſi ignorantia, dum crediderunt illi, qui eos conduxit, illos excuſat, vt argumentantur *Rolan. d. conſ.* 54. *num.* 6. *& ſeq. Sperell. d. deciſ.* 24. *num.* 8. *& alij Doct. ſupra adducti*.

2 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locum, quando operarij, ſeù laboratores laborauerunt in fundo alieno ignorando, fundum eſſe alienum, ſecùs tamen eſt, ſi id ſciebant verè, vel præſumptiuè vt quia ipſi habebant fundum vicinum, vel adeſſet fama, illum fundum eſſe alienum, & ſimilia, qui tunc illos non excuſari ſcripſerunt *Plot. de in lit. iur.* §. 49. *num.* 27. *ſub* 3. *limit. & in* 5. *limit. Alex. conſ.* 36. *num.* 3. *lib.* 1. *Rolan. d. conſ* 54. *num.* 2. *lib.* 1. *Ludon. deciſ. Peruſ.* 103. *num.* 10. *& ſeq. part.* 2. latè *Farinac. de pęn. temp. d. quæſt.* 97. *num.* 132. *& ſeq.* alios adducens concordantes quamplures, *Caroc. in d. except.* 2. *num.* 7. *& Illuſtriſs. Sperell. d. deciſ.* 24. *num.* 29. *& ſeq.* vbi dicit, non ſufficere ſcientiam præſumptam ex vicinitate, ſed requiri alias coniecturas, maximè, quando agitur de pœna incurrenda, quo caſu de ſcientia debere plenè conſtare, vt ibi per eum benè declarantem.

3 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando operarijs, & laboratoribus fuit denunciatum, aut proteſtatum, ne laborarent in illo fundo, ſed ab opere deſiſterent, quia tunc illos laborando non excuſari à pœna ob præſumptam ignorantiam voluerunt *Clar. in pract.* §. *fin. quæſt.* 60. *ver. ſolet dubitari & c. poſt prin.* vbi teſtatur de cōmuni opinione, *Menoch. de arbitr. d. caſu* 354. *num.* 40. vbi hanc dicit eſſe magis communem Doctorum opinionem, *Ludo. d. deciſ.* 103. *num.* 2. *Farinac. de pęn. temp. d. quæſt.* 97. *num.* 137. alios adducens concordantes, *Caroc. de locat. d. par.* 6. *excep.* 2. *n.* 3. *ver. limitatur primò, & c.* vbi pariter quamplures refert ita ſentientes, *Coſta de re integr. diſtin.* 62. *num.* 14. *& Illuſtriſs. Sperell. d. deciſ.* 24. *num.* 44. *&* 47. vbi teſtatur de communiſſima opinione, vbi reprobat *Magon. & Pinell.* contrarium tenentes, & reſpondet tex. *in l. ſi quis inficiatus* 13. *ff. de depoſ.* qui contrarium diſponere videtur, vt ibi per eum.

4 Amplia d. ſecundam limitationem, vt habeat locum, etiamſi denunciatio, & proteſtatio ſit facta operarijs poſt opus per eos cæptum, cum adhuc dicuntur in mala fide, & puniuntur, quia ſic ori faciles

ciles

ciles fuerunt in credendo conductori, quod ille fundus erat ſuus, ita debent contradicenti credere, & ab opere deſiſtere, vt voluerunt poſt *Angel. Imol. & Rom.* per eum adductos *Ladercb. conſ. 206. num. 3. & ſeq.* latè comprobans, & reprobans *Rolan. conſ. 54. num. 22. lib. 1. & Coſta de re integr. diſtin. 62. in fine.*

5 Contrarium tamen, imò denunciationem, & proteſtationem non afficere operarios, niſi illa facta fuerit re integra, & ante inceptum opus, vel illa ſit iudicialis, aliàs illi in mala fide non conſtituantur, niſi eis iura demonſtrentur, cum non teneantur credere proteſtanti magis, quam conducenti, vbi iam ſuſceperunt opus per ſe licitum, nec præſumere, quem eos conduxiſſe ad laborandum in re non ſua verius ſcripſerunt *Alex. in l. de pupillo 5. §. nunciatio n. 11. & ſeq. ff. de noui. oper. nunciat. Rolan. conſ. 54. num. 22. & ſeq. lib. 1. Plot. de in litem iuran. §. 49. nu. 26 ver. ſecundò limitatur &c. Farin. de pœn. temp. d. quæſt. 97. nu. 138.* vbi alios dat concordantes, *Caroc. d. par. 6. excep. 2. num. 5.* vbi dicit, contrarium procedere in denunciatione iudiciali, *Mazon. deciſ. Floren. vlt. num. 22.* quem refert, & ſequitur *Illuſtriſſimus Sperellus d. deciſ. 24. num. 48. et ſequen. par. 1.*

6 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando laboratores, & operarij aliquid agerent de ſui natura illicitum, & quod non eſt de natura operarum locatorum, vt ſi aliquem vulnerarent, verberarent, violentiam committerent, terminos amouerent, & ſimilia, quia tunc non excuſarent à pœna, vt docent *Plot. de in litem iur. §. 49. nu. 27. & ſeq.* vbi alia adducit exempla *Farin. de pœn. temp. d. quæſt. 97. num. 139. & ſeq. Caroc. de locat. & cond. d. par. 6. except. 2. num. 12. & Sperell. d. deciſ. 24. num. 37. & ſeq.*

7 Limita quartò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando operarij fuiſſent ad laborandum in fundo alieno de nocte, vel cum armis, vel aliàs fuiſſent in dolo, quia tunc pœnam non effugerent, vt not. *Ludou. d. deciſ. 103. num. 3. Clar. in pract. in d. quæſt. 60. ver ſolet dubitari, &c. Farinac. de pœn. temp. d. quæſt. 97. num. 144. & ſeq. Caroc. de locat. d. except. 2. num. 9. & ſeq.* vbi alios dat concordantes *& illuſtriſs. Sperell. d. deciſ. 24. num. 37. & plurib. ſeq.* vbi hoc benè declarat,

8 Declara d. limitationes, in quibus dixi operarios non excuſari laborando in fundo alieno, vt in d. caſu eis competat actio ſaltem ad damna, & intereſſe contra illum, de cuius mandato laborauerunt, vt voluerunt *Alex. in d. l. de pupillo 5. §. nunciationem num. 13. & ibi Iaſ. num. 7. ff. de oper. nou. nunciat. Plot. de litem iura. n. 27. in 3. limit. & Farinac. de pœn. temper. d. quæſt. 97. num. 148.* vbi alios adducit ita ſentientes.

9 Quando autem credatur operarijs dicentibus, laboraſſe de mandato Domini, ſeù domino dicenti, operarios laboraſſe de eius mandato tradit *Farin. in d. quæſt. 97. num. 146. et ſeq.* ipſos conſulas.

OSCVLVM.

S V M M A R I V M.

1 *Oſculans mulierem per vim puniri debet pœna extraordinaria.*

Licèt contrarium, quod imò puniatur pœna mortis teneant aliqui, num. 2.

Etiam quod oſculum ſit datum in platea, vel in via publica, num. 3.

Maximè in deoſculante ex magnitudine amoris, num. 4.

Et ſi oſculum datum ſit per vim ad effectum ducendi fœminam in vxorem, num. 5.

Si tamen magna concurrerent circumſtantiæ intrare poſſet pœna mortis, num. 6.

Et quando extaret Statutum imponens pœnam mortis, num. 7.

Pro oſculo verò dato ſinè vi muliere conſentiente non procedi criminaliter dicit Farinacc. *relatus, num. 8.*

R E S O L V T I O V N I C A.

Oſculans mulierem per vim qua pœna veniat puniendus.

1 DEoſculans mulierem per vim puniendus venit pœna extraordinaria tantùm, vt tradunt *Afflict. deciſ. 276.* vbi dicit, quòd ipſe, & Commiſſarij in Regno Neapolitano conſulti à Rege Federico, qua pœna eſſet condemnandus oſculans virginem ætate maturam ſine eius conſenſu reſponderunt illum eſſe condemnandum in relegationem per 30. milliaria à loco delicti, & ad pœnam pecuniariam pro modo facultatum, vt ibi per eum, *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 83. ver. oſculum inſerens &c. & ibi Baiar. num. 30. & ſeq. Vinc. de Franch. deciſ. 333. num. 4. Peguer. deciſ. crim. 7. per tot.* vbi dicit, ita fuiſſe iudicatū, *Decian tract. crim. lib. 8. cap. 15. num. 8. Vulpell. conſ. 31. num. 8. Menoch. de arbitr. caſu 287. num. 30. & ſeq. in addit. Farinac. de delict. carnis quæſt. 142. num. 160. & ſeq.* vbi dicit, ſtante vi, pœnam eſſe debere triremium, & ita vidiſſe pluriès ſeruari, & benè comprobat, & alios dat concordantes, *Caball. reſol. crim. caſu 96. per tot. cent. 1.* vbi teſtatur de communi opinione, ſiuè mulier ſit virgo, ſiuè nupta, ſiuè vidua, vt ibi per eum, *Giurb. conſ. 47. num. 16. in fin. & Ant. de Ball. tract. crim. lib. 3. caſu 13. num. 33.*

2 Licèt contrarium, imò in d. caſu eſſe locum pœnæ mortis voluerit *Boſſi. in pract. in tit. de extraor. crim. num. 3.* dicens, ita ſeruatum fuiſſe per Iacobum Triuultium in quodam Gallo, qui eius filiam deoſculauerat in Ciuitate Mediolani, & ita ſeruatum pariter fuiſſe in Alma Vrbe teſtatur *Farinac. in d. quæſt. 142. num. 162.* tempore Clementis Octaui in quodam nobili iuuene, qui deoſculauerat in via publica per vim nobilem puellam, vt eam in matrimo-

trimonium duceret, vt ibi per eum declarantem d. reſolutiones non nocere concluſioni ſupradictæ,

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam, quod oſculans mulierem per vim id fecerit in Placea, ſeu in via publica, quia adhuc nō intrare contra oſculantem niſi pænam extraordinariam voluerunt, *Afflict.in d. deciſ.276.num.6. Gram.conſ 48.ſub num.4. Peguer. d.deciſ. 7. in fin. Farinac.de pœn.temp.quaſt.98.num.84.& de delict. carn.d.quaſt.142.nu.161.Giurb.d. conſ.47. num.16. & Ant.de Ball.tract. crim. lib. 3. caſu 13. num.33.* vbi dicit, in d.caſu ratione maioris iniuriæ,& ignominiæ eſſe pœnam augendam, vt ibi per eum.

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt deoſculans mulierem, vt ſupra eò magis ſit puniendus pæna arbitraria tantùm, quando id fecit ex nimio amore, quo illam proſequebatur, qui ſolet eſſe cauſa minuendi pænam, vt tradunt *Menoch. de arbitr.d. caſu 287.num 2.in fine, & in addit.ibi nu.6.& ſeq. Peguer.d. deciſ.7. num.8. & ſeq. Farinac. de delict. carn.d.quaſt.142.num.170. Adden.ad Farinac.conſ. 33.litera L.lib.1.idem Farinac. de pœn temp.quaſt. 98.num.84.& Giurba d.conſ.47. num. 16.* exemplo Piſiſtrati Athenienſis Tiranni, qui hortatus ab vxore, quod capitale ſupplicium ſumeret de quodam iuuene, qui eius filiam amore accenſus in publico deoſculauerat, reſpondit, ſi eos, qui nos amant, interficiamus, quid faciemus ijs, quibus odio ſumus, refert *Valer.Maxi.rerum memorab.lib.5.cap. 1.et Giurb.vbi ſupra*,

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locū etiam in deoſculante mulierem per vim, vt illam duceret in vxorem contra illius parentum, ſeu cōſanguineorum voluntatem, quem eſſe pariter puniendum pœna arbitraria voluerunt *Caball. d. caſu 96.num.11.et ſeq.* vbi dicit, ita ipſum pluriès votaſſe, & quandoque vltra pœnam exilij, relegationis triremium iuxta facti qualitates, & ſimil. impoſuiſſe pœnam pecuniariam applicandam mulieri pauperi ob deterioratam eius conditionē ex oſculo illato, vt ibi per eum, & *Farinac.de delict.carn.d.quaſt.142.nu.168.& ſeq.* vbi dicit hanc ampliationem non habere locum, quando oſculum fuiſſet datum de conſenſu mulieris ob tractatum inter eos matrimonium, volens tunc nullam intrare pœnam, maximè matrimonio ſequuto, & quāplures adducit Doctores ita ſentientes.

6 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando in oſculo dato puellæ magnæ concurrerent circumſtantiæ aggrauantes, quia tunc poſſe pœnam extendi vſque ad mortem voluerunt *Clar.in pract.in d.quaſt.83.ver. oſculum inferens in fin.Menoch.de arbitr.d caſu 287.num.9. & ſeq. Caball. d. caſu 96.num.14. & Farinac.* licèt dubius *d. quaſt. 142. num. 167.*

7 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando extat Statutum, ſeu Conſtitutio imponens pro oſculo violento pænam mortis, quia illud eſſet ſeruandum, prout adeſt pragmatica in Regno, quam fuiſſe ſeruatam dixit *Vinc.de Franch. d. deciſ. 333. num. 6.* licèt illam ſeruari non vidiſſe dixerit *Baiar.ad Clar.d.quaſt.83.num. 31.* & in Statu Eccleſiaſtico habemus *Conſtitutionem March.lib. 4. cap.72.* imponentem pœnam oſculanti mulierem per vim, fuſtigationis, amiſſionis bonorum, & alias pænas, de quibus in ea, & Statutum imponens pœnam mortis eſſe ſeruandum dixit etiam *Farinac.de delict.carn.d. quaſt.142.num.171* pro vt aderant in Statu Vrbini Decreta Ducalia imponentia pœna vitæ, & confiſcationis bonorum, & hodiè adſunt Bannimenta generalia publicata de anno 1662. de mandato Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Domini mei Cardinalis Bichi d. Status Legati vigilantiſſimi, quæ Decreta Ducalia videntur moderari.

8 Addo pro coronide, quod licèt quamplures Doctores, quos refert *Farinac de delict. carn.d.quaſt. 142.num.154. & ſeq.* voluerint pœnam arbitrariā habere locum etiam contra deoſculantem ſinè vi mulierem honeſtam, & eò magis puerum libidinis cauſa *Farinac.* tamen *ibi num.156.* teſtatur, nunquam vidiſſe pro oſculo luxurioſo de conſenſu mulieris dato aliquem criminaliter fuiſſe moleſtatum, & idem teſtatur *Caball. reſol.crim. d.caſu 56. num. 11. cent. 1.*

ADDITIO.

N.2. VBi habetur, quod deoſculans mulierem per vim puniatur pœna mortis adde *Card.Tuſc.pract.concl. litera O. concluſ.207.num.2.* vbi loquitur Leſſ.. vbi ſupra, & quid in attentante oſculari vide eundem. *Card. Tuſch. vbi ſupra num. 3.*

PATER.

SVMMARIVM.

1 *Pater non tenetur ſoluere condemnationem fiſco pro filio delinquente.*

Cum pater non teneatur pro delicto filij, niſi iuſſus, mandatum, vel ratificatio interueniat, n.2.

Itaut non teneatur neque quatenus eſt in legitima, num. 3.

Etiamſi pater poſt commiſſum per filium delictum decedat, num. 4.

Niſi tamen adeſſet Statutum mandant patrem ſoluere legitimam pro filio condemnato, num. 5.

Neque tenetur ſoluere condemnationem pro filio de bonis aduentitijs illius, num. 6.

Quicquid contrarium tenuerint aliqui Doctores, num. 7.

Neque tenetur illam ſoluere de peculio profectitio, num. 8.

9 *Filius non tenetur ſoluere condemnationem fiſco pro patre.*

Neque de peculio profectitio. num.10.

11 *Filius ſi ſit carceratus pro delicto poteſt cogere patrem ad ei tradendum legitimam, vt ſe à carceribus poſſit liberare.*

RESO-

RESOLVTIO VNICA.

Pater an teneatur ſoluere condemnationem fiſco pro filio delinquente.

1 PAter non tenetur ſoluere condemnationem fiſco pro filio, qui delictum commiſit, vt tradunt *Couar. var. reſol. lib. 2. cap. 8. num. 7. ver. hinc apperet &c. Clar. in pract. §. fin. quaeſt. 86. ver. ſecundò infertur &c. Rolan. conſ. 97. num. 5. vol. 2.* latè *Farinac. de delict. & pœn. q. 24. n. 15. & ſeq.* vbi alios dat concordantes quamplures *Craſſ. de ſucceſſ. §. legitima quaeſt. 12. num. 2. Hond. conſ. 95. num. 34. lib. 1. & conſ. 74. nu. 13. lib. 2. Carp. ad Stat. Mediol. cap. 416. n. 237. lib. 1. et Balth. Tomaſ. in ſuis tract. var. tom. 1 de legit. tit. 9. nu. 36.*

2 Pater enim non tenetur pro delicto filij, niſi iuſſus, vel mandatum præcedat, vel ratificatio ſubſequatur, vt not. *Baiar. ad Clar. in d. quaeſt. 86. n. 11. Farinac. in d. quaeſt. 24. num. 2.* latè comprobans, *& de var. ac diu. crim. quaeſt. 110. num. 111. & ſeq. Gabr. conſ. 182. num. 1. vol. 1. & Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quaeſt. 33. in prin.* Cum nemo puniri debeat pro delicto alterius, ſed pœna ſuos tenere debeat authores *l. ſancimus 22. C. de pœn. l. ob maritorum 2. C. ne vxor. pro marito* cũ alijs relatis *per Farin. in d. q. 24. in prin. & per Hond. in d. conſ. 95. n. 28. & 33. lib. 1.*

3 Amplia primò d. concluſione, vt habeat locum etiam quatenus eſt in legitima, quia neque illam pater tenetur ſoluere pro delicto filij, cum illa patre viuente filio non debeatur, nec in ea filius vllũ ius habeat, vt voluerunt *Clar. in pract. d. quaeſt. 86. ver. ſecundò infertur &c. Thob. Noni. conſ. 94. nu. 1.* vbi hoc dicit notiſſimum *Farinac. de delict. & pœn. d. quaeſt. 24. num. 15. & ſeq.* latè comprobans, & dicens hoc habere locũ etiam in crimine læſæ maieſtatis *Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quaeſt. 33. num. 1. & ſeq. Peregr. de iure fiſc. lib. 5. tit. 1. num. 133. ver. & idem &c. Baiar. ad Clar. quaeſt. 78. num. num. 48. & Carpa. ad Stat. Mediol. d. cap. 416. num. 237. & ſeq.* vbi plures dat concordantes *lib. 1. & ad Nou. Conſtit. Mediol. in cap. omnium num. 245. lib. 3.*

4 Subamplia d. primam ampliationem, vt habeat locum etiamſi poſt delictum a filio commiſſum viuente patre contingat quandocunque patrem decedere, quia adhuc fiſcus non poteſt prætendere legitimam, cum illa filio patre viuente, non debeatur, nec in ea filius aliquod ius habeat, vt not. *Farinac. de delict. & pœn. d. quaeſt. 24. num. 19.* vbi alios dat concordantes quamplures, *Merlin. de legit. in d. quaeſt. 33. num. 4. Baiar. ad Clar. d. quaeſt. 78. num. 111. Peregr. de iure fiſc lib. 3. tit. 7. nu. 42. ver. ſecundò &c. & Carpan. ad Nou. Conſtit. Mediol. d cap. omnium num. 247.*

5 Limita d. primam ampliationem, quod pater non teneatur ſoluere legitimam fiſco pro delicto commiſſo à filio, vt non habeat locum ſtante Statuto, vel Conſtitutione, quod pater ad id teneatur, prout extant in quampluribus Italiæ Ciuitatibus, quia tunc pater ad illam ſoluendam pro delicto filij tenetur, vt tradunt *Clar. in pract. d. quaeſt. 86. ver. valebit igitur &c. Farinac. in d. quaeſt. 24. nu. 60. Peregr. de iure fiſc. lib. 5. tit. 1. num. 133. ver. & idem eſt &c. Merlin. de legit. d. quaeſt. 33. num. 7. & ſeq. Carpa. in d. cap. omnium num. 256. Balth. Tomaſ. in d. tract. de legit. tit. 9. num. 36.* & alij plures per me relati ſupra in ver. *Legitima Reſolut. 3. per tot.* vbi latè actum fuit de hac materia, videas igitur ibi, cum par non ſit iterum hic breuitatis ſtudio illam referre.

6 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt pater non teneatur ſoluere condemnationem fiſco pro filio delinquente, neque de bonis aduentitijs filij, quorum pater habet tantum vſumfructum, vt not. *Cla. in pract. §. fin. quaeſt. 78. ver. ſed quid in aduentitijs &c. et ibi Baiar. num. 49. et ſeq. Carpa. ad Nou. Conſtit. Mediol d cap. omnium num. 228. et ſeq. & quaeſt. 86. ver. ſecundò infertur &c. Vulpell. conſ. 15. per tot. Farinac. de delict. & pœn. quaeſt. 24. num. 5.* vbi teſtatur, hanc eſſe veriorem, & magis communem Doctorum opinionem, limitando illam non procedere in crimine læſæ Maieſtatis, vt ibi per eum *num. 9.* dicens, hanc ampliationem procedere etiam in peculio, in quo pater non habet vſumfructum *Hond. d. conſ 95. nu. 35. lib. 1. Peregr. de iure fiſci lib. 5. tit. 1. num. 12. et ſeq.* vbi affert limitationem, quando pater filio peculij adminiſtrationem conceſſit, & cum eo fuit lis conteſtata, & hanc opinionem magis communem, quam etiã à contrarijs defendit, dicit *Fachin. contr. iur. lib. 9. cap. 46. per tot.*

7 Quicquid contrarium tenuerint *Clu. Alberi. Salic. Silueſtr. Pacif.* & alij relati *per Farinac. in d. quaeſt. 24 num. 5. ver. et licet &c.* contra quos adeſt magis communis opinio, de qua ſupra.

8 Amplia tertiò d. concluſionem, vt pater non teneatur ſoluere condemnationem pro filio, neque de peculio profectitio filij, in quo pater ipſe habet proprietatem, & vſumfructum, vt voluerunt *Couar. var. reſol. lib. 2 cap. 8. ſub nu. 7. Clar. in pract. d. quaeſt. 78. ver. præterea quæro &c. et ibi Baiar. nu. 50.* vbi hoc limitat non habere locum in Statu Eccleſiaſtico vigore *Conſtit. Marcb lib. 4. cap. 18. Ant. Gomez var. reſol. tom. 2. cap. 15. num. 12. et ſeq. Farinac. de delict. et pœn. d quaeſt. 24. num. 3. et ſeq.* vbi ampliat, habere locum etiamſi pater, filio d. peculij liberam conceſſiſſet adminiſtrationem, *Carpa. in d. cap. omnium num 239. et ſeq. Hond. d. conſ. 95. num. 36. et Peregr. de iure fiſci d. tit 1. num. 125. et ſeq.* vbi dicit prædicta non habere locum, ſi filius fuiſſet in iudicio tempore litis conteſtatæ, quia tũc daretur actio iudicati in patrem, cum quo tenet *Mangil. de imput. quaeſt. 40. num. 21.*

9 Amplia quartò d. concluſionem, quod ſicut pater non tenetur ſoluere condemnationem fiſco pro filio, ità è contra neque filius tenetur illam ſoluere pro patre *l. 1. et tot. tit. C. ne filius pro patre, et poſt gloſ. Duen. Gigan. et Couar.* per eum relatos tradit *Farinac. de delict. et pœn. d. quaeſt. 24. nu. 25.* nec non *Gabr. conſ. 182. nu. 1. lib. 1.* & poſt *Clem. de patr. poteſt. effect. 2. num. 37.* & alios *Hond. conſ. 95. num. 33. vol. 1.*

10 Subam-

10 Subamplia d. ampliationem, vt habeat locum, etiam quoad peculium profectitium, in quo cum filius habeat adminiſtrationem ſibi a patre conceſſam; & ſpem in illo ſuccedendi, ſi pater committat delictum, propter quod eius bona veniant confiſcanda, non tamen confiſcabitur d. peculium profectitium in præiudicium filij, vt docet *Clar. in pract. d. quæſt. 78. verſ. quæro numquid, &c. & ibi Baiar. num. 49.* vbi dicit, hoc non procedere in Statu Eccleſiaſtico ob *Conſtitut. Marchia, lib. 4. cap. 18.* vt ibi per cum *Farin. de delict. & pæn. d. quæſt. 24. num. 26* & dixi latiùs ſupra de hac materia in verb. *Confiſcatio Reſol. 13. per tot.* videas ibi.

11 Addo pro coronide, quod licèt pater non teneatur ſoluere condemnationem fiſco pro filio delinquente, neque de legitima, poteſt tamen filius, ſi pro delicto detineatur in carceribus, ex quibus aliter euadere non valeat, cogere patrem Iudicis officio, vt ei legitimam aſſignet, & tradat, vt ſe ex carceribus redimere valeat, vt docent *Farin. de delict. et pæn. d. quæſt. 24. num. 21. et ſeq. et Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. quæſt. 25. num. 3 in fin.* & quando filius eſt condemnatus in pœnam vitæ, vel perpetui carceris, niſi ſoluat tot. *Cartar. de pæn. innoc. art. 2. limit. 1. au. 1.* & dixi etiam ſupra in verb. *Legitima, Reſol. 3. in 1. limit.*

ADDITIO.

N. 8. VBi habetur, quod pater non tenetur ſoluere condemnationem pro filio de peculio profectitio adde *Farinac. in addit. ad quæſt. 24. de carcer. & carc. num. 4. in fin.* volentem, filio condemnato in pœnam pecuniariam, & lite cum eo conteſtata poſſe exequi in peculio caſtrenſi vel quaſi in aduentitio, in quo pater filio adminiſtrationem conceſſit, & in profectitio ex *Peregr. de iure fiſc. lib. 5 tit. 1. num. 127.* hic allegato per errorem *num. 12. & ſeq.*

P A X.

SVMMARIVM.

1 *Pacis fractæ delictum eſt mixti fori.*

Et ut vterque Iudex poſſit procedere ſeruata inter eos præuentione, n. 2.

RESOLVTIO I.

Pacis fractæ delictum an ſit mixti fori.

1 PAcis fractæ delictum eſt mixti fori, vt tradunt *Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 26. num. 14. Card. Mant. de tacit. lib. 27. tit. 6. num. 46. Guazz. defen. 1. cap. 11. num. 4. Balth. Thom. in ſuis tract. var. tom. 4. in tit. de mixto foro n. 76. & in tit. de Eccleſ. in ſacul. cognoſc. num. 88. & num. 328. Illuſtriſs. Sperel. deciſ. 1. num. 16. par. 1.* & dixi ſupra in verb. *Delictum, Reſol. 2. num. 9.*

2 Amplia d. concluſionem illatiuè, vt pro delicto fractæ pacis vterque Iudex Eccleſiaſticus, & ſæcularis procedere poſſit ſeruata inter eos præuentione, vt not. *Guazzin. d. defen. 1. cap. 11. num. 4. & in tract. de pace par. 1. quæſt. 41. num. 3. & Balth. Thomaſ. in d. tit. de mixto foro, num. 76.* Illuſtr. *Sperell. d. deciſ. 1. num. 16.*

SVMMARIVM.

1 *Pax non dicitur rupta ex offenſione proueniente ex noua cauſa.*

Contractus enim pacis continet in ſe clauſulã, Niſi aliqua cauſa de nouo emerſerit, *n. 2.*

Et idem eſt in cautione de non offendendo, n. 3.

Et offenſus non dicitur rumpere pacem etiam ſi offendat offendentem ex interuallo, n. 4.

Tenetur tamen pæna Statuti, vel iuris communis, n. 5.

Et noua cauſa excuſat, etiamſi offenſio non proueniat ab ipſo primo offenſo, ſed ab alio in pace comprehenſo, n. 6.

Ac etiam ſi in Inſtrumento pacis adſit iuramentum, vel clauſula Rato manente pacto, *& alia de qua, n. 7.*

Author tamen rixæ, non poteſt allegare nouam cauſam, n. 8.

RESOLVTIO II.

Pax an dicatur rupta ex offenſione ſequuta ex noua cauſa.

1 PAx non dicitur rupta ex offenſione ſequuta, & proueniente non ex antiqua ſed ex noua cauſa, vt tradit *Thob. Non. conſ. 110. num. 8. & conſ. 111. num. 1. & 26. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 47. num. 9.* vbi teſtatur de communi opinione, *Maſcard. de probat. concluſ. 1131. num. 27 & concluſ. 1162. numer. 6 & ſequen* vbi hanc dicit receptiſſimam Doctorum opinionem *lib. 1 Euger. conſ. 82. num. 10. & ſeq. lib. 1 Hond. conſ. 97 num. 24. & ſeq. & conſ. 114. num. 31. lib. 1. & conſ. 89. n. 24. & ſeq. lib. 2.* plenè *Farin. de var. ac diu. crim. q. 107. n. 403.* vbi alios quamplures adducit de communi, & magis communi Doctorum opinione atteſtantes, & dicit ab ea non eſſe in iudicando, & conſulendo recedendum, *Card. Mant. de tacit. lib. 27 tit. 6. n. 16. & ſeq. Guazzin. de pace, par. 1. quæſt. 43. in prin.* vbi alios dat concordantes quamplures *Mar. Anton. var. reſ. lib. 3. reſol. 23. num. 3. Cabal. reſol. crim caſu 101. num. 11. & ſeq. cent. 2. Cancer. var. reſol. par. 2 cap. 11 num. 6. & ſeq. & Vermigl. conſ. 23. num. 11. & conſ. 225. num. 8.*

2 Contractus enim pacis, ſicut quælibet alia conuentio habet in ſe tacitam conditionem, *Niſi aliqua cauſa de nouo emerſerit,* & continet clauſulam *Rebus ſic ſtantibus,* vt not. *Card. Mant. de tacit. d. tit. 6. num. 18. Farinac. conſ. 62. in prin. lib. 1. Vulpel. de pace d. quæſt. 45. num. 4. Guazzin. de pace d. q. 43 n. 3.* vbi dat concordantes, *Cancer. var. reſ. d. par. 2.*

cap.11.num. 7. & dixi ſupra in verb. *Cautio de non offen.reſ.1. num.2. et ſeq.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in cautione de non offendendo, quam pariter non rumpi ex offenſione ſequuta ex noua cauſa tradunt *Eugen. conſ 90.num.88.& ſeq lib.1. Farinac.de var.ac.diuer.crim.d quaſt.107.n.403. et ſeq. Caball. reſolut.criminal.dict.caſu 101.num.63.* vbi teſtatur de veriori, & magis communi opinione, *Maſſin.de confiſc.bon.quaſt.15.nu.61.* & dixi latius ſupra in ver. *Caut.de non offenden, Reſolut.1, num. 1. et ſequen.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem illatiuè, quod offenſus ab eò, qui fecit pacem, poteſt illum reoffēdere,& vulnerare non ſolum in continenti, ſed etiā ex internallo, & non dicitur pacis fractor,nec pœnam fractæ pacis incurrit ob offenſionis præcedentiam, vt docent *Clar. in.pract.d.q 47.ver.ſed quoniam etc.* vbi dicit in hoc omnes concordare, *Moron.de treg. et pace quaſt.112.n.1.et ſeq.et q.119.n.92.et ſeq.et quaſt.126.n.1. et ſeq.Vlpell.conſ.8.num.1.et ſeq.et conſ 89. num.1.et in tract. de pace quaſt.103.num.1.Bertaz conſ.151.num.1.et conſ 245.nu.10.lib.2.Farinac.de var.ac diuer.crim.quaſt. 107.n.404.* vbi alios dat cōcordantes quamplures *Cabal. d.caſu 101.num.4.Scacc.de indic.lib,2.cap.2.n. 725, Guazz.de pace d.q 43.n.11.* vbi alios pariter refert ita ſentientes, *et Cancer. variar,reſolut, dict. par.2, cap. 11. num. 18. et ſeq,*

5 Declara d. ſecundam ampliationem, quod licèt ſecundus contrauenieos contractui pacis ob offenſionem præcedentem nō puniatur pœna fractæ pacis,puniri tamen poteſt pœna iuris communis, vel Statuti,quæ erit ordinaria,ſi offendit ex internallo, & extraordinaria, ſi offendit in continenti excedēdo modum neceſſariæ defenſionis, vt declarant *Hōd.d.conſ.89.n.10.et ſeq.et n.16.et 65.et n.72.lib, 2.Baiar.ad Clar. d. quaſt.47. nu.50. in fin. Farin. de var ac diu.crim.d.quaſt.107.num.427.Cabal.d.caſu 101.num.7. et ſeq.et Guazz.de pace d. quaſt.43. nu, 12.* vbi alios dant concordantes.

6 Amplia tertiò d.concluſionem, vt habeat locum, etiamſi offenſio proueniat non ab ipſo prius offenſo,ſed ab alio in pace comprehenſo,quia cum omnes ex vna parte pro vno corpore deſignentur adhuc ſecundus offendens non tenetur pœna pacis ruptæ, vt voluerunt *Thob. Non. conſ. 110. numer. 3. & ſeq. Honded. dict. conſ.89.num.18. & ſequen.et num. 60. & ſeq. lib. 2. Baiard. ad Clar. dict. quaſt. 47. num. 33. Bertazzol. conſ.271. numer. 4. & ſeq. lib. 2. Farinacc. de variar. ac diuerſ.crimin.d.quaſt. 107. num.405. & Guazzin.de pace, dict. quaſt. 43. numer. 15.*

7 Amplia quartò dict. concluſionem, vt habeat locum etiamſi in inſtrumento pacis adſit iuramentum, & clauſula, *Rato manente pacto, & quod toties pœna committatur, quoties contrafactum fuerit*, quia dictæ clauſulæ non operantur ad fauorem primi non obſeruantis, vt declarant *Clar. in pract. in dict. quaſt. 47. verſ. ſed quoniam, &c. in fine, & ibi Baiard. num. 56. Maſcard. de probat, concluſ. 1162.num.36. & ſequen.* vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione *lib. 3. Farinacc. de var. ac diuerſ. crimin. quaſt. 107. numer. 412. & ſequen.* vbi dat concordantes, & dicit, hanc eſſe magis communem Doctorum opinionem, *Cabal. dict. caſu 101. numer. 3.* qui pariter teſtatur de veriori, & magis communi opinione, *Scacc. de indic. lib. 2. cap.2. nu.727. & ſeq. Guazzin de pace d. quaſt. 43. num. 10.* vbi alios adducit ita ſentientes, & *Cancer, variar, reſol. dict. par. 2. cap. 11. num. 20. & ſeq.*

8 Limita dict. concluſionem, vt non habeat locum in eo, qui dedit cauſam nouæ rixæ, vtputa, qui deuenit ad verba altercatoria, ſeù iniurioſa, & ſic dedit cauſam fracturæ pacis quia ipſe non poteſt ſe iuuare ex noua cauſa, vt teſtantur *Moron. de treg. & pace, quaſt. 13. num. 1. & ſeq. & num.10. Clar. in pract. d. quaſt. 47. num. 9.* vbi dicit, ita vidiſſe pluriès iudicari, & ibi *Baiard. numer, 53. Farinac de var. ac diuerſ. crimin.d. quaſt. 107, num.475. & Guazzin.de pace par.1. quaſt.44. num. 14.* & dixi ſupra in verb. *Cautio de non offendendo, Reſolut. 1. num. 12.*

A D D I T I O.

N.1. VBi habetur, quod pax non dicitur rupta ex offenſione ſequuta ex noua cauſa adde Quod dict. concluſio habet locum etiam ſi in inſtrumento pacis adeſſet pactum, quod non poſſit allegari noua cauſa, quia adhuc allegatio nouæ cauſæ non diceretur excluſa, quæ non eſſet leuis, vel friuola, vel certa, vel probata, vt poſt *Hercul. & Bertaz.* per eos relatos probant nouiſſimè *Ab den.ad Guazz.de pace par.1. quaſt. 43. poſt princ.*

S V M M A R I V M.

1 *Cauſa qualibet noua excuſat a fractura pacis, etiam ſi ſit leuis, & iniuſta.*

Cum ad illam rumpendam requiratur dolus, num. 2.

Licèt cauſam iniuſtam non ſufficere teneant aliqui, num. 3.

Amplia vt ſufficiat solùm factum prouocatiuum ad iram, n. 4.

Licèt aliqui contrarium teneant, num. 5.

Et ſufficit ad excuſandum etiam cauſa erronea, num. 6.

Et etiam cauſa orta ex fama, vel ex rumore populi, n. 7.

Et plures cauſæ excuſantes recenſentur, num. 8.

Non tamen excuſat noua cauſa affectata, & procurata, n. 9.

Quod verò cauſa ſit affectata non præſumitur, num. 10.

Vtrum verò cauſa noua ſit ſufficiens ad excuſandum a fractura pacis multum tribuitur Iudicis arbitrio, n. 11.

RESOLVTIO III.

Noua cauſa an excuſet a fractura pacis etiam ſi ſit leuis, vel iniuſta.

1 QValibet noua cauſa offendendi excuſat à fractura pacis, etiamſi ſit leuis, & iniuſta, vt tradunt *Soc. Iun. conſ. 103 n.8. & ſeq. lib. 3. Thob. Non. conſ. 108. n.18. & conſ. 111. nu.10. & ſeq. & n. 17. & 27.* vbi reprobat *Rom.* contrarium tenentem. *Moron. de treg. & pace, q.18 n.1. et quaſt. 123. n.1 et ſeq. Eugen. conſ. 82. n.14. lib. 1. Batar. ad Clar. q.47. n.55. Maſc. de prob. concl. 1162 n.13. lib.3.* vbi quamplures dat concordantes *Hond. conſ. 97. num. 32. lib. 1.* & plures alij quos refert *Far. de var. ac diuer. crim. q.107. n.460. Cabal. reſ. crim. caſu 101. n. 17. et ſeq. cent. 2. Card. Tuſch. pract. concl. litt. P. concl. 183. n.9.* cum quibus perſeuerat *Gonz. de pace par. 1. quaſt. 44. n.1. et ſeq.* cum quibuſdam modificationibus per eum adductis, & illam tenet expreſſe *Cancer. var. reſ. par. 2. cap. 11. nu. 8. et ſeq.* vbi dicit nihil referre an cauſa ſit iuſta, vel non, ſed ſolum an cauſa fracturæ ſit noua, vel antiqua, vt ibi per eum, et *Card. Mant. de tacit. lib. 27. tit. 6. nu 23.* quam opinionem in terminis fracturæ cautionis de non offendendo dixi communiorem ſupra in ver. *Cautio de non offendendo, Reſol. 1. num. 5.*

2 Ad incurrendam enim pœnam fractionis pacis requiritur dolus. *Alex. conſ. 115. num. 15. lib. 4. Bero. conſ. 196. num. 131. & conſ. 198. nu. 9. lib. 3. & Bertaz. conſ. 4. num. 7. & 13. lib. 1.* quos refert, & ſequitur *Guazzin. d. quaſt. 44. nu. 3.* A dolo autem quælibet cauſa etiam leuis, leuiſſima, & iniuſta excuſat, vt not. *Soci. Iun. d. conſ. 103. num. 8. & ſeq. Maſc. d. concl. 1162. num. 23.* vbi teſtatur de communi opinione *Bertaz. d. conſ. 4. num. 7. Card. Tuſc. d. litt. P. concl. 182. num. 10.* vbi pariter hanc dicit communem opinionem, *Guazzin. de pace d. quaſt. 44. num. 4. & num. 30.* & dixi ego *alleg. foren. 95. n. 39. & alleg. 97. num. 16.* vbi retuli concordantes.

3 Contrariam tamen opinionem vti veriorē, quod cauſa iniuſta non excuſet à pœna pacis ruptæ tenuerunt *Clar. in pract. §. fin. quaſt. 47. in fin.* ne ſit in facultate cuiuslibet oriri facere nouam cauſam ad effectum offendendi illum, cum quo pacem fecit, *Colleg. Maceraten. conſ. 150. n. 45. & ſeq. inter conſ. cri. diuer. lib. 1. Vulpel. de pace q. 48. n. 2. & ſeq. Far. de var. ac diuer. crim. d. q. 107. num. 462. & ſeq.* vbi alios dat cōcordantes qui teſtantur de veriori opinione, *& conſ. 31. n. 12. lib. 1.* qui licèt negent, cauſam iniuſtam, ideſt tenuiſſimam, & inuerisimilem non excuſare à pœna fractæ pacis, admittunt autē offendentem ex noua cauſa excuſari, quando illa eſt veriſimilis, vel probabilis, vel procuratiua ad iram, vt præcipuè videre eſt ex *Colleg. Macerat. d. conſ. 150. n. 55.* & ego annotaui ſupra in d. ver. *Cautio de non off. Reſ. 1. n. 5.* vbi dixi cum *Farin. d. q. 107. n. 454.* in hoc plurimum deferendum eſſe prudentis Iudicis arbitrio, quo in dubio pro reo ſemper vtēdum ſuaderem, cum pax poſtquam eſt præſtita, & quæritur an dicatur rupta, dicatur odioſa, vt dicit *Guaz. de pace, par. 1 quaſt. 33. nu. 15.* qui in *d. quaſt. 44. nu. 6.* tranſit cum ſupradicta prima opinione cū quibuſdam modificationibus, de quibus ibi per eū *n. 7. & ſeq.* quas hic referre nimis longum eſſet.

4 Amplia primò d. concluſionem declaratiuè, vt ad excuſandum à fractura pacis ſufficiat cauſa, & factum ſolum prouocatiuum ad iram licèt illud non ſit punibile, quia licèt propriè non dicatur offenſio illa, quæ prouenit à facto ad iracundiam prouocantem, non tamen illicito, & punibili *Criſpol. caſ. milit. 27. n. 19.* largè tamen, & impropriè dicitur offenſio, etiam quod factum ad iram prouocans pœnam non mereatur, vt poſt *Corn. Bero. Claud. ad Bertaz. Hercul. & Thob. Non.* per eum relatos voluit *Farin. de var. ac diuer. crim. d. quaſt. 107. num. 145. & 146. & num. 461. & ſeq. Vulpel. de pace quaſt. 48 n. 2.* dummodo iracundia non ſit temeraria, ſed iuſta, vt ibi per eum, *& conſ. 3. n. 16. & conſ. 67. n. 20. Hond. conſ. 97. n. 33. lib. 1. Guazz. de pace, par. 1. d. qu. 44. nu. 22. & ſeq.* vbi dat concordantes, *& Vermigl. conſ. 226. num. 10.* & dixi ego ſupra in materia cautionis de non offen. in ver. *Cautio de non offend. Reſ. 2. per tot.* vbi probaui prouocantem ad iracundiam dici offendere ex *Surd. & Guazz.* ibi adductis.

5 Quicquid contrarium tenuerint *Colleg. Macerat. d. conſ. 150. num. 46. & ſeq. inter conſ. crim. diuerſ. tom. 1. Moron. de treg. & pace quaſt. 123. num. 3. & ſeq. & Criſpol. caſo milit. 27. num. 18. & 19.*

6 Amplia ſecundò d. concluſionem, pariter declaratiuè, vt habeat locum, etiamſi cauſa ſit erronea, vt quia offendens illam habuerit pro vera, vtputa, ſi quis Titio dixiſſet, quod Sempronius, cum quo Titius pacem habebat, offendit fratrem Titij comprehenſum in pace, cum verum non eſſet, quia ſi Titius Sempronium offendat, non dicitur rupta pax, vt voluerunt *Maſc. de prob. d. concl. 1162. nu. 32. & ſeq. lib. 3. Card. Tuſch. pract. concl. d. concl. 183. no. 6. Vulp. de pace, quaſt. 49. per tot.* vbi requirit, perſonam referentem non eſſe vulgarem, quod atteſtetur de viſu, & quod fuerit offenſus conſanguineus in primo, vel ſecundo gradu, *& conſ. 77. num. 13. Honded. conſ. 97. num 29. lib. 1. & conſ. 89. nu. 74. lib. 2. Criſpol. caſu milit. 27. num. 23. Farin. de var. ac diuer. crim. d. q. 107. n. 468. & ſeq. & Guaz. de pace d. q. 44. num. 16. & ſeq.* vbi declarat hoc procedere, ſi is, à quo audiuit, ſit fidedignus alias diceretur nimis credulus, & non excuſaretur, & quod cauſa ſit veriſimilis, vt ibi per eum, & dixi etiam ſupra in d. verb. *Cautio de non offend. Reſol. 1. num. 7.*

7 Subamplia d. ſecundam ampliationem, vt habeat locū, etiamſi noua cauſa orta fuerit ex rumore populi, vel ex publica fama, quod ille, cum quo pacē feci, intulerit aliquam iniuriam mihi, vel meis conſanguineis, quā etiā excuſare offendentem à pœna pacis fractæ, licèt vera non eſſet voluerunt *Alex. conſ. 115. n. 14. et ſeq. lib. 4. Pari. conſ. 165. n. 20. in fin. & n. 28. lib. 4. Hond. conſ. 97. ſub nu. 19. lib. 1. et conſ. 89. nu. 75. lib. 2. Volp. de pace quaſt. 49. n. 2. Farinac. de var. ac diuerſ. crim. d. quaſt. 107. num. 468. et ſeq. et Guazzin. de pace d. quaſt. 44. nu. 19.* vbi alias dant

concordantes,& declarant hoc non habere locum, quando rumor eſt vanus, inanis, & fatuus, cui quis non tenetur credere, ſed tenetur de eo ſe informare, maximè in re graui, dicentes ita intelligendos eſſe *Caph.conſ.35.num.3. & ſeq. lib.1. & Moron.de pace quæſt.11.num.3. & ſeq.*

8 Amplia tertiò d.concluſionem pariter declaratiuè, vt cauſa iuſta ad excuſandum offendentem a fractura pacis, ſit adulterium commiſſum cum vxore offendẽtis, offenſio verbalis, ſeu realis illata in vxorem, diſcipulos, famulos, & amicos offendentis, mẽtita offendenti data ad iniuriam inferendam, conductio maſſarij ad perquirendum furtum, ſeu bannitos in domo offendentis, offenſio facta in bonis etiam cum modica iactura, turbatio in poſſeſſione cum inciſione arborum, petitio debiti coram alijs indiſcretè, & verbis impertinentibus, deriſio, oculorum tortus aſpectus, verba iniurioſa, & diffamatoria, etiam abſente parte, vrtatio cubitalis, & aliæ plures, quæ recenſentur per *Maſc.d.concl.1162.per tot. per Card.Tuſch.pract.concl.litt.P.concl.182. & 183.per tot.per Far.de var.ac diu.crim.d.q. 107.per tot.per Cabal.reſol.crim. d.caſ 101. per tot. & per Guaz.de pace d.q.44. per tot.* & ſingnanter *num.24.*

9 Limita d.concluſionem, vt non habeat locũ in noua cauſa, quæ eſſet affectata, & procurata, quia illa non excuſat a fractura pacis cum dolo non careat vt adnotarunt *Clar.in pract.§.fin.q.47. n.9.* vbi dicit ita vidiſſe pluries ſeruari in practica, *Moron.de treg. & pac.q.183.n.10. Maſcar.de prob. d.concl.1162.n.20. Vulp.de pace.q.48.ſub n.4. Farin. de var. ac diu. crim.d.q.107.n.473.& ſeq.Hond.conſ.97.n.22.in fin. lib.1. & Guaz.de pace d.q.44.n.10.* vbi plures dant concordantes, nec non *Criſpol.caſu milit.27.nu.12.* & in materia fractionis cautionis de non offend.dixi ſupra in d.ver. *Cautio de non offend.Reſ.1.n.10.*

10 Declara d.limitationem, quod in dubio cauſa non præſumitur affectata, & procurata, ita vt quod illa ſit talis ſit probandum per fiſcum, vt docent *Hercul.de caut.de non offen.cap.47.num. 24. Farin. in d.q.107.n.474 & Guaz. de pace d.q.44. n.11.* & dixi ſupra in d.verb.*Cautio de non offen.Reſ 1.n.11.*

11 Declara concluſionem principalem, vnà cũ ampliationibus ſeq. quod an cauſa ſit ſufficiens, vel nõ ad excuſandum a fractura pacis multum ſit deferendum Iudicis prudentis arbitrio, cum id expreſsè in iure, non reperiatur deciſum, vt voluerunt *Hercula. de caut. de non offen. cap.13 num. 12.* latè *Maſcar. de prob. d. concl.1162.num.66. & ſeq.* vbi quamplures refert cauſas ad id ſufficientes, *Vulpel. de pace quæſt.47. in fin.* vbi multa per Iudicem cõſideranda proponit in hac materia, & dicit illum in humaniorem partem inclinare debere, *& Guaz. de pace par.1. d.q.44.n.29* vbi alios dat concord.

SVMMARIVM.

1 *Pax, vt non dicatur rupta præſumitur in dubio noua cauſa, & ex illa ſequutam fuiſſe offenſionem.*

Licèt contrarium teneat Colleg. Macerat. *relatum. num. 2.*

Maximè, quando facientes pacem poſtea amicabiliter ſe tractarunt, n.3.

Et quando offenſa ſequuta fuit poſt plures annos, num.4.

Et quando offenſa prouenit ab eo, qui primò offenderat, num.5

Et quando offenſa prouenit poſt paucos dies poſt ortam nouam cauſam; num.6.

Et quando offenſa reſpondet nouæ cauſæ, n.7.

Concluſio procedit ſi conſtat de noua cauſa; alias ſecùs, n.8.

Quicquid indiſtinctè aliquid dixerint, n.9.

Ad quam probãdam ſufficiunt coniecturæ, n.10.

Licèt aliqui ad probandam nouam cauſam plenas probationes requirant, n.11.

Quæ probatur etiam per ſemiplenam probationem, & per alios modos, n.12.

Multum tamen in hoc tribuitur Iudicis arbitrio, n.13.

14 *Cauſa noua non excuſat, quando illius allegatio prohibetur per Statutum.*

Niſi tamen de illa conſtet ex actis, & proceſſu informatiuo, n.15.

Plura ad declarationem Bullarum prohibentiũ nouam cauſam vide remiſſiuè, n.16.

RESOLVTIO IV.

Pax vt non dicatur rupta an præſumatur in dubio noua cauſa, & ex illa ſequutam fuiſſe offenſionem.

1 PAx, vt non dicatur rupta in dubio præſumitur noua cauſa, & ex illa præſumitur, ſequutam fuiſſe offenſionem ad excludendum delictum fracturæ pacis, vt tradunt *Eugen.conſ.82.n.15 lib.1.* vbi alios adducit ita ſentientes quamplures *Bertaz. conſ 85.num.26. & conſ.147. num.23. lib.1. Hond.conſ.97.num.30. lib.1. Maſc.de prob.concl.1162.num.9. & ſeq.lib.3. Balar.ad Clar. q.47.n.90. Vulp.conſ 3. nu.14.* vbi teſtatur de communi opinione. *Caph.conſ.587.nu.32 & ſeq.lib 4.* vbi dicit, ita fuiſſe iudicatum in Ciuitate Ferrariæ plenè *Farin. de var.ac diu.crim q.107.num.432.* vbi quamplures adducit ita ſentientes etiam de communi opinione, teſtantes *Cabal.reſ.crim. caſu 101. n.20. & 32.cent.2. Card Mant.de tacit. lib.27.tit.6. nu 22. Mari. Ant. var.reſ.lib.3. reſ 31. n.80. & ſeq.* vbi dat concordantes, & dicit, hãc præſumptionem deuoluere onus probandi contrarium in fiſcum. *Guazzin de pace par.1.quæſt.45.in prin. Cancer. var. reſ.par.2 cap.11.n.31.* & nouiſſimè *P.Graſſ.de nec. prodit. § 32. num.41. verſ. pax operatur &c.*

Semper enim illa eſt capienda interpretatio, per quã euitatur pœnæ commiſſio ad tex in *l. ſi præſes. 32. & l. interpretatione 42. ff.de pæn.* & in his terminis argumentatur *Eugen. d.conſ.82. num.15. Socc.Iun. conſ.103.num.14.lib.3. Maſc.de prob.d. concl.1162. num. 9. & ſeq. Guaz.de pace d.quæſt.45. ſub num.1. Cancer. d.par.2.cap.11. num. 33.* & alij Doctores ſupradducti.

2 Quic-

2 Quicquid contrarium conſuluiſſe videatur *Collegium Macerat.in conſ.* 150. *num.* 57. & 58 *iunĉto num.*47 *inter conſ.crim.diuer. lib.*1.

3 Amplia primò d.concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando facientes pacem poſt illam inſimul amicabiliter conuerſati fuerunt, quia ſequuta inter eos offenſione, illa præſumitur ex noua, non ex antiqua cauſa, vt voluerunt *Herc.de caut.de non offen.cap.*36.*num.*21. *Vulpel.de pace quaſt.*47.*nu.*5. & *conſ.*3.*num* 20. & *conſ.*67.*num.*9. & *conſ.*53. *n.* 7.*Eugen.d.conſ.*82.*num.*33. *lib.*1. *Bertaz. conſ* 147. *num.*21 *lib.*1. *Farinac.de var.ac.diuer.crim.d.quaſt.* 107.*num.*452. vbi videtur ſentire, hoc habere locum etiamſi non probetur factum aliquod, ex quo poſſit præſumi noua cauſa, & *Guazzin. de pace d. quaſt.*45.*num.*14. vbi alios adducit ita ſentientes.

4 Amplia ſecundò d.concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando offenſio fuit facta diu, & poſt multos annos, poſt initā pacem, quia tunc illa præſumitur facta ex noua, & non antiqua cauſa, ſicut ſcriptum reliquerunt *Herc.de caut.de non offen.cap.* 13.*n.*8. vbi de offenſione ſequuta poſt decem annos *Valp.conſ.*7.*in fin.* & *conſ* 53.*n.* 8 vbi de offenſione ſequuta poſt octo annos, & *in tract.de pace q.*47 *n* 3.*Maſc.de prob.concl.*1136.*n.*18. *lib.*3. vbi de offenſione poſt decenniū, *Hond.conſ* 97.*ſub n.*34.*lib.*1 vbi de offenſione ſequuta poſt tres annos, *Farin.de var.ac diuer.crim.d.q.*107.*n.*450. vbi dicit è contra offenſionem præſumi ex antiqua cauſa, quando illa fuit illata non diu poſt pacem factam, vt ibi per eum, & *Guazzin. de pace d. quaſt.* 45. *num.* 2. vbi alios dant concordantes.

5 Amplia tertio d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando offenſio prouenit ab eo, qui etiam primò offenderat, quia tunc offenſio præſumitur ex noua cauſa, cum non præſumatur, quod qui ſemel offendit, iterum offendere velit aliò non ſuperueniente, vt not. *Herc. de caut de non offend. cap.*13.*num.*9. & 10. *Valp.de pace quaſt.* 47. *nu.*6. *Honded.d.conſ.*97. *num.*33. & *ſeq. lib.*1. *Farinac.de variar. ac diuer. crim. d. quaſt.* 107. *num.* 453. & *Guazzin.de pace d.quaſt.*45.*num.*15.

6 Amplia quartò d.concluſionem, vt eò magis habeat locū, quādo offenſio ſequuta fuit poſt paucos dies poſt ortam nouam cauſam, quia tunc præſumitur illam ſequutam fuiſſe ex noua, non autem ex antiqua cauſa, cum potius ſit attendenda cauſa proxima, & immediata, quā antiquior, vt tradunt *Vulp. d.conſ.*3.*n.*14.*Thob.Non. conſ.*111.*nu.*28. *Baiar.ad Clar.q.*47.*n.*64. & *Rim.Iun.conſ.*300.*n.*50.*lib.*3. quē vna cum alijs pluribus per eum relatis ſequitur *Farin.de var.ac diuer.crim.d. qu.*107.*n.*449. cum quibus pertranſit *Guazz.de pace d. quaſt.*45. *num.*13.

7 Amplia quintò d.concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando offenſio ſequuta reſpondet nouæ cauſæ, quia tunc illa ſequuta præſumitur ex noua cauſa, ſecùs ſi reſpondeat antiquæ cauſæ, quia tunc præſumitur ſequuta ex antiqua cauſa, vt adnotarunt *Bald.in l ſi prædiū* 4.*n.*17.*C.de adilit.actio. Herc.de caut.de non offen.d.c.*13.*ſub n.*9.*Thob.Non. d.conſ.*111.*n.*15.*Baiar.ad Clar.d.q.*47.*n.*52. *Adden. ad Bert. conſ.* 185. *litt.C.* vbi teſtatur de communi opinione *lib.*1.*Farin.de var.ac diuer.crim.d.qu.*107 *num.*451. vbi quamplures dat concordantes, *Mar. Antoni.var.reſ.lib.*3.*reſ.*31. *num.* 12. *Guazz. de pace d. quaſt.*45. *num.*15. *verſ. ac etiam &c.* & *Card. Mantic.de tacit.lib.*27. *tit.*6. *ſub num.* 22.

8 Declara primò d.concluſionem principalem vna cum ampliationibus ſeq. vt habeat locum, quando conſtat de aliquo dicto, vel facto, ex quo offendens moueri potuerit offendendum, & ſic de noua cauſa, quia tunc noua cauſa præſumitur, & ex illa præſumitur ſubſequutam fuiſſe offenſionem ad effugiendam pœnam fractionis pacis, ſecùs tamen eſt, ſi nō conſtet de aliquo dicto, vel facto præcedenti, quia tunc ex noua cauſa, de qua non apparet offenſio ſubſequuta non præſumitur, vt declarant *Vulp. de pace quaſt.*4 . *nu.*1. *verſ.verum &c.* vbi teſtatur de communi opinione, & *conſ* 53.*n.*5 *Hond d.conſ.*97 *n.*30.*lib.* 1. & *conſ.*89.*num.*7 *lib.*2 *Adden.ad Rom. conſ.*83.*in fin.* vbi dicunt ita fuiſſe deciſum *per Rot.in vna Parmen.Cenſararum*, *Card.Tuſch. pract.concl. litt.P.concl.*183.*n.*66. *Maſc.d. concl* 1162 *num* 65. *lib* 3. *Morun.de treg.* & *pac.quaſt.*113.*num.*45 & *ſeq.* benè *Farin.de var.ac diu.crim.d.qu.*107. *n.*434. vbi dat concordantes, *et conſ.*36.*num.*9.*lib.*2.*Adden.ad Farin.conſ.*30.*litt H lib.*1. optimè *Guaz.de pace d quaſt.*45. *n.* 3.4. *et ſeq. et nu.* 15. *ver. et ideo etc* vbi dicit, quod priùs debet conſtare de vtraque cauſa antequam deueniatur ad declarandum, an ex veteri, vel ex noua cauſa ſequuta fuerit offenſio, cum quibus pertranſit *Vermigl conſ.*94. *nu.* 3. nec non *Criſpol caſ.a milit.*27 *num.*23.

9 Quicquid inextinctè præſumi nouam cauſā ſcripſerint *Cancer.var.reſ.par.*2.*cap.*11.*n.*31. vbi alios adducit, *et Mari. Ant.var. reſ lib* 3. *reſol.*41.*n.*10.

10 Declara ſecundò d.concluſionem, vt ad probandam nouam cauſam, maximè ſint attendendæ coniecturæ, & præſumptiones, ex quibus nouā cauſam probari voluerunt *Capb.conſ.*5 7 *n.*35.*et ſeq. lib.*5.*Card.Mant.de tacit.d lib.*27.*tit.*6.*n.*22.*Vulpel. conſ* 77.*n.*10.*et ſeq. Maſcar. de prob. concl.*1162. *n.* 71. *lib.*3.*Hond.conſ.*97.*num.*29. *lib.*1.*Farin.de var. ac.di .crim.d.quaſt.*107 *nu.* 435. *et ſeq Adden. ad Bertaz.conſ.*185.*lit.C.* vbi reprobata contraria opinione dicit, præſumptiuam probationem in hac materia haberi pro plena, & euidenti probatione, vt ibi per eos, *Cabal.reſol.crim.d.caſu* 101. *n.*26. *et* 32. *cent.*2. plenè *Guaz de pace d.par.*1.*quaſt.*45.*n.*6 vbi alios dat concordantes quamplures, *et Vermi. conſ.*94.*num.*8. & dixi ſupra in verb. *Cautio de non offend. Reſol.*1. *num.*13.

11 Quicquid contrarium imò ad probandam nouam cauſam requiri plenas probationes voluerint *Colleg. Macerat.conſ.*150.*num* 57.*in fin.inter conſ. crim.diuer.lib.*1.*Magon.deciſ Lucen.*100. *num.*8.

12 Amplia d. ſecundam declarationem, vt noua cauſa offendendi probetur etiam per ſemiplenam probationem, per vnum teſtē: per teſtes de auditu, per publicam vocē, & famam, per aſſertionē iuratā inquiſiti, ex qualitate perſonæ, per mulieres, de quibus, & alijs modis probandi nouā cauſam nguae

inter cætero *Maſc.d.concl.*1162.*nu.*71.*& ſeq. lib.* 3. *Farin.de var.ac diu. crim.d. quaſt.*107.*n.*437.*& plur.ſeq.& Guaz.de pace d.quaſt.*45.*n.*7.*& ſeq.* vbi quampluresadducunt ita ſentientes, quæ omnia, cum latis longum eſſet hic recenſere, ſufficiat mihi ad ſupradictos benignum lectorem remittere.

13 Declara tertiò d.concluſionem, quod an offenſio ex noua, vel veteri cauſa ſequuta ſit, vt includatur, vel excludatur fractura pacis multum Iudicis prudentis arbitrio tribuendum ſit, itaque illius arbitrio id relinquatur declarandum ſcripſerunt *Maſc.de prob.d.concl.*1162.*num.*66 *lib.*3.*Vulpel.de pace quaſt.*47.*num.*6.*in fin Baiar.ad Clar.d.quaſt.*47 *num.*52.*Eugen.conſ.*82.*num.*29.*&* 30.*lib.*1.*Adden. ad Bertaz.d.conſ.*185.*in vlt.addit.Farinac.de var.ac diuer.crim.d.quaſt.*107.*num.*454.*Card Tuſch.pract. concl.litt.P.concl.*183,*num.*17,idem *Vulpel.conſ.*77 *num* 17. vbi dicit, quod Iudex non ex quibuſcunque præſumptionibus, ſed ex ijs tantum, quæ ſunt à iure approbatæ ſe mouere debet,*& Guaz.de pace d.par.*1.*q.*45.*n.*15.*ver.Nono amplia &c.*vbi alios dat concordantes,& dicit, illum in dubio pro excluſione fracturæ pacis iudicare debere, vt ibi per eum,

14 Declara poſtremò d.concluſionem,vna cum Reſolutionibus præcedentibus, quod allegatio nouæ cauſæ ad effugiendam fracturam pacis nihil operatur,quãdo d.allegatio reperitur prohibita per Statutum, ſeù Conſtitutionem, prout reperitur prohibita in Statu Eccleſiaſtico per *Bullas Pij IV. & Pii V.* vt declarant *Baiar.ad Clar.quaſt.*47.*num.*55. *Eugen.conſ.*82.*per tot.lib.*1. *Cartar.de execut. ſent. capt. bann cap.*1.*n* 306.*Cabal.reſ.crim.d.caſu* 101. *num.*64.*Vulpel.de pace quaſt.* 45.*in fin.* vbi mentionem facit de *Conſtit.Morchia, Rim. Iun. conſ.* 300. *nu.*36 *& ſeq.lib.*3.plenè *Faria.de var ac diu. crim. d.quaſt.*107.*num.*499.*& Guazz.de pace d.par.*1.*qu.* 46.*in prin.* qui dant alios concordantes quamplures, nec non *Vermigl. conſ.*223.*num.*12. *& Mari. Anton.var.reſol. lib* 3.*reſol.* 31.*ſub num.* 12.

15 Limita primò d.declarationem, vt non habeat locum, quando de noua cauſa apparet ex proceſſu informatiuo per teſtes pro fiſco examinatos, quia tunc illa venit attendenda,non obſtante diſpoſitione ſupradictarum *Bullarum*, vt tradunt *Faria. de var.ac diuer.crim.d.quaſt.*107. *num.*507. vbi dicit, idem eſſe, quando quis vult probare nouam cauſam dependentem à neceſſaria defenſione, vt ibi per eum,*& conſ.*121 *num.*12, *lib.*2. *Guazzin. de pace d.quaſt* 46 *num.*6.*& de caut.de non offen. quaſt.* 46.*num.*19 *& Vermigl.conſ* 223.*num.*12.

16 Verum verò d. Conſtitutiones prohibentes allegationem nouæ cauſæ habeant locum ſolum,quando cauſa noua eſt friuola,& iniuſta,ſed etiam,quãdo eſt iuſta, & legitima, & alia ad declarationem dictarum Bullarum videas per *Mar.Anton.var reſ. lib.*3.*reſ* 31.*num.*13.*& ſeq.per Farin.de var. ac diu. crim.d.quaſt.*107.*nu.*499.*& plur.ſeq.& per Guaz. de pace d. quaſt.* 46, *per tot. et de caut. de non offen. quaſt.* 46 *per tot.* qui alios adducunt Doctores d. Bullas declarantes, cum non omnia in hoc libello ne nimium excreſca ſint referenda,

ADDITIO.

N.1. VBi habetur, quod vt pax non dicatur rupta in dubio præſumitur noua cauſa, & ex illa fuiſſe ſequutam offenſam adde *Adden.ad Guazz. de pace quaſt.*45. *num.*1.*& ſeq.* vbi adducunt *Card.Mantic.Galganet. & Caualcan.* & ſubiungunt, quod vigore dict. præſumptionis, quod præſumatur noua cauſa ſi cus contrarium allegans tenetur id probare per probationes hanc præſumptionem ſuperantes ex *Galganet. ad Stat.Vrb.* per eos adductum.

N.10. Vbi habetur, quod ad probandam nouam cauſam admittuntur coniecturæ adde *Adden.ad Guazzin.de pace d. quaſt.*45.*num.*6.

SVMMARIVM.

1 *Pœna conuentionalis, vt exigi poſſit ob fracturam pacis à fideiuſſore debet plenè probari,*

*Etiamſi principalis delinquens ſit ſoluendo,n.*2.

*Licèt contrarium tenuerint aliqui Doct n.*3.

*Et etiamſi ſententia lata contra principalem eſſet adminiculata, num.*4.

Ac etiamſi adeſſet confeſſio vera delinquentis, num. 5.

Licèt contrarium teneant aliqui Doct. n 6.

*In Statu tamen Eccleſiaſtico ſufficit ſententia contumacialis vigore Bullarum, n.*7.

*Si tamen principalis ſit validè in contumaciã damnatus, aliàs ſecùs, n.*8.

RESOLVTIO V.

Pœna conuentionalis vt exigi poſſit à fideiuſſore ob fracturam pacis, an debeat illa plenè probari.

1 POena conuentionalis, vt exigi poſſit ob fracturam pacis,ſeù cautionis de non offendendo contra fideiuſſorem debet de illius fractura plenè conſtare per teſtes citato fideiuſſore examinatos, & non ſufficit de illa conſtare per ſolam contumaciam, vt tradunt *Herculan.de caut. de non offend. cap.*29.*num.*1. *& ſeq. Moron, de treg. & pace, quaſt.*182. *num.*1. *& ſeq. Vulp.de promiſ. de non offen. q.* 104. *num.* 1. *& ſeq. Cartar.de exec.ſent.capt.bann.cap.*1.*nu.*304.*& ſeq.* plenè *Farin.de var.ac diu.crim.quaſt.*107.*num.*105 *& ſeq.*vbi teſtatur de communi opinione, & dicit ab illa non eſſe recedendum, & alios dat concordantes, *Guaz.de pace,par.*1 *quaſt.*42.*num.*8.*& ſeq. & num.*13.*& de caut.de non offen.quaſt.* 53.*n.*3.vbi dat concordantes, plenè *Cartar.de pæn.innoc. art.*3. *num.*682. *& plurib.ſeq & num.*698. *Vermigl.conſ.* 348.*num.*7. *& Maſſin.de confiſcat.bonor. quaſt.*15. *num.* 44.45. *& ſeq.*

Vnius enim contumacia, & ex ea reſultans ficta confeſſio tertio non præiudicat, *Boſſ.in pract in tit. de delict. num.*51.plenè *Farinac.de delict.& pœn.q* 24. *n.*176. vbi plures dat concordantes, *& de var. ac diuer.crim.d.q.*107.*n.*105.*Vermigl.conſ.*249.*n.*8.benè *Michal.de poſit.cap.*6. *n.*32. vbi dicit illã, neque

nocere

nocere hæredibus ipſius conſ. 115. *Guaz. d. quæſt. 42. num. 10. & Cartar. d. art. 3. num. 690. & 708.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum, etiamſi principalis delinquens ſit ſoluendo, ita vt poſſit fideiuſſorem releuare a ſolutione pœnæ, quia etiam tunc ſolam principalis contumaciam et non nocere, licèt ceſſet ratio præiudicij a Doctoribus conſiderata, cum remaneat altera, nempe litium ſumptus, an fractus, quibus pro indemnitate agendo fideiuſſor vexaretur, vt voluerunt *Vulpel. de promiſ. de non offend. quæſt. 104. in fin.* vbi hanc opinionem dicit veriorem, *& Farinac. in d. quæſt. 107. num. 110.* & ita ſentit *Guazz. d. quæſt. 42. num. 15. in fin.*

3 Licèt contrarium tenuerit *Bald. et Alciat. in l. 1. ff. ſi cert. pet. et Albert. de Statu. par. 1. quæſt. 180.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locũ etiam ſi ſententia contumacialis lata contra principalem, eſſet coadiuuata alijs indicijs, & præſumptionibus, & ex depoſitione vnius teſtis, quia adhuc non eſſet ſufficiens contra fideiuſſorem, vt tradunt *Plot. conſ. 130. num. 22. inter conſ. crim. diuer. tom. 1. Bero. conſ. 203. per tot. lib. 3.* cum quibus pertranſit *Baiar. ad Clar. quæſt. 47. num. 26.* licet poſtea contrarium ſentire videatur, *Farinac. de var. ac diu. crim. d. quæſt. 107. n. 106.* vbi reprehendit *Baiar.* malè fuiſſe poſtea loquutum, quos ſequitur etiam *Guazz. de pace d. quæſt. 42. num. 12.* & ſentit etiam *Curtar. de pœn. innoc. d. art. 1. nu. 685. in fin.*

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locũ, etiamſi adeſſet confeſſio vera delinquentis, quam non eſſe ſufficientem contra fideiuſſorem, niſi aliter per teſtes idoneos, & parte citata examinatos conſtet de fractura pacis, cum confeſſio vnius alteri noceat voluerunt *Hercul. de caut. de non offend. cap. 29. nu. 4. & ſeq. Vulpell. de promiſ. de non offen. quæſt. 104. num. 4. Foller. in pract. fragm. num. 263. Rim. Iun. conſ. 29. num. 17. lib. 3. Farinac. de var. ac diuer. crim. quæſt. 107. num. 107. & Guazzin. de pace d. quæſt. 42. num. 13.*

6 Licèt contrarium tenuerit *Rolan. conſ. 94. num. 23. & ſeq. lib. 3.* & ſenſerit *Curtar. de execut. ſent. capt. bann. cap. 1. num. 305.*

7 Limita d. concluſionem, vt non habeat locum in Statu Eccleſiaſtico, in quo vigore *Bullæ Pij IV. 128. in 1. par. Bullar.* fractio pacis, vel cautionis de non offendendo probatur ex contumaciali condẽnatione principalis delinquentis, etiam in præiudicium fideiuſſoris, vt aduertunt *Farinac. de var. ac diuer. crim. d. quæſt. 107. num. 111. & num. 113. Curtar. de execut. ſent. capt. bann. cap. 1. num. 308. & ſeq. et Maſſin. de confiſc. bon. quæſt. 15. num. 48.* & ante eum *Guazz. de pace d. quæſt. 42. num. 16. & ſeq.* vbi dicit d. *Bullam* habere locum etiam in fideiuſſore pacis, licèt aliàs in Curia Maceratenſi fuerit de hoc dubitatum, & ita vidiſſe in practica ſemper ſeruari etiam principali perſonaliter non citato, vt ibi per eum, & diſpoſitionem *d. Bullæ Pij IV.* refer etiam alter *Curtar. de pœnis innoc. d. art. 3. num. 721. & ſequen.*

8 Declara d. limitationem, vt diſpoſitio *d. Bullæ* habeat locum quando principalis validè in contumaciam fuit condemnatus, ſecùs autem ſi inualidè, & nulliter, cum lex loquens de bannitis, & cõdemnatis, intelligatur de ritè, & rectè bannitis, & condemnatis, vt not. *Thob. Noni. conſ. 94. nu. 12.* plene *Cartar. de execut. ſent. capt. bann. cap. fin. num. 148. et ſeq.* vbi dat concordantes, *et Mutius Curtar. de pœn. innoc. d. art. 3. num. 723. & ſeq. Bertaz. conſ. 14. num. 3. et conſ. 233. num. 2.*

S V M M A R I V M.

1 *Pœna fractæ pacis habet locum, etiamſi offenſio facta ſit extra territorium.*

Quod procedit etiam in frangente cautionem de non offendendo num 2.

In quibus caſibus frangens punitur duplici pœna, vt num. 3.

R E S O L V T I O VI.

Pœna pacis fractæ an habeat locum ſi offenſio facta ſit extra territorium.

1 POena fractæ pacis, habet locum etiamſi offenſio ſequuta fuerit extra territorium Iudicis, coram quo fuit facta pax, vt tradunt *Marſil. de bannit. in ver. Pace nu. 2. Caball. reſol. crim. caſu 35. in princ. cent. 1. Farinac. de var. ac diuer. crim. quæſt 107. num. 259. & ſeq. Guazz. de pace par. 1. quæſt. 59. in princ. & Cancer. var. reſol. par. 2. cap. 11. num. 59.*

Faciens enim pacem, & promittens non offendere cenſetur generaliter promittere, nec ſe ad vnum locum potiùs, quam ad alium ſe reſtrinxiſſe, ad tex. *in l. omnem 20 ff. de iudic. Farinac. d. quæſt. 107. ſub num. 259. Guazz. d. quæſt 59. ſub num. 1.* & cum d. promiſſio reſpiciat, & ſequatur perſonam, ita vt illam ſequatur, quocunque vadat *l. fin. C. de praeſcript. long. temp.* & not. *Vulpell. de promiſ. de non offen. d. quæſt 89. num. 9. Farinac. d. quæſt. 107. ſub num. 159. Guazz. d. quæſt. 59. ſub num. 1. & Caball. d. caſu 11. num. 1. & ſeq.*

2 Amplia d. concluſionem, vt habeat locum etiam in frangente cautionem de non offendendo extra territorium illius Iudicis, coram quo d. cautio fuit præſtita, & à quo paciſcentes de ſic promittendo de ſe inuicem non offendendo coacti fuerunt, quia adhuc pœna dicitur commiſſa, vt ſcripſerunt *Herculan. de caut. de non offen cap. 9. nu. 3. & ſeq. et cap. 47 in fin. Vulpell. de promiſ. de non offend. quæſt. 89. per tot.* vbi reſpondet omnibus in contrarium adductis *per Guglie. de Cuneo. Farinac. de var. ac diu. crim. d. quæſt. 107 num. 259. et ſeq.* vbi alios dat concordantes, *Canall. in ſpecul. comm. contra comm. quæſt. 34. in fin. Decian tract. crim lib 4. cap. 17. nu. 38. Guazz. de feu. 1. cap. 25. num. 23. & in tract. de pace 4. quæſt. 59. nu. 1. & ſeq.* vbi alios adducit ita ſentientes, *et Caser. var. reſol. par. 2. cap. 11. num. 59.*

3 Declara

8 Declara d. concluſionem, vnà cum ampliatione ſequen. vt in d. caſu frangens pacem, vel cautionem de non offendendo extra territorium duplici pœna puniri valeat, vna per Iudicem loci territorij, vbi offenſio fuit ſequuta nempè pœna iuris communis pro offenſione, & alia nempè pro pœna conuentionali per Iudicem loci, vbi fuit facta promiſſio, vt voluerunt *Alber. in l. illicitas 6. §. ne potentiores num. 10 ff. de offic. præſid. Fariaac. de var. ac diu. crim. d. quæſt. 107. num. 260. & Guazz. de pace d. q. 59. nu. 3.* vbi contrarijs reſpondet, & diſſerit an offendens extra territorium ſit remittendus ad Iudicem loci vbi fuit facta promiſſio, videas ibi per eum, ſi cupis.

A D D I T I O.

N. 1. VBi habetur, quod pax dicitur rupta etiam ſi offenſio ſequuta ſit extra territorium adde De iſta quæſtione vide *Decian. tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 17. num. 38. Caeuall. in tract. comm. contra comm. tom. 1. quæſt. 34. in fin.* vbi loquitur in fideiuſſione de non offendendo, quod rumpatur ex offenſione ſequuta extra territorium, & idem tenet *Ricc. deciſ. 154. lib. 2.* vbi dicit, ita fuiſſe reſolutum.

S V M M A R I V M.

1 *Filius non dicitur frangere pacem factam per patrem ſine eius conſenſu, vel ratificatione.*

Cum nemo ex aliena promiſſione obligetur, n. 2.

Quicquid contrarium tenuerint aliqui Doctores, num. 3.

Sufficit autem ad incurrendam pœnam ratificatio etiam tacita, num. 4.

Licèt quoad tacitam ratificationem contrarium teneant aliqui, num. 5.

Non ſufficit tamen ratificatio tacita deducta ex ſola ſcientia, num. 6.

Quicquid contrarium teneant aliqui Doctores, num. 7.

Pater tamen ob offenſam factam per filium tenetur ad pœnam conuentionalem, num. 8.

R E S O L V T I O VII.

Filius an dicatur frangere pacem factam per patrem ſine eius conſenſu, vel ratificatione.

1 FIlius non dicitur frangere pacem factam per patrem ſinè eius conſenſu, vel ratificatione, vt tradunt *Moron. de treg. & pace quæſt. 22. num 2. & quæſt. 132. nu. 1. & ſeq. et quæſt. 235. num. 1. & ſeq. Fariaac. de accuſ. quæſt. 14. nu. 37.* vbi dicit, quod ipſe nunquam condemnaret filium pro fractura pacis factæ per patrem ſinè eius conſenſu, licèt pœnam augeret, ſi filius de illa habuiſſet ſcientiam, vt ibi per eum, *& de var. ac diuer. crim. quæſt. 107. num. 275.* vbi teſtatur de magis communi Doct. opinione, & reprobat *Marſil,* & alios contrarium tenentes, *Vulpell. de pace quæſt. 9. per tot. Guazz. de pace par. 1. quæſt. 12. num. 36.* vbi alios dat concordantes, *& quæſt. 81. nu. 1. & 2* vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione, & dicit ab illa non eſſe recedendú, & hanc concluſionem extendit ad omnes abſentes, pro quibus fuit facta pax, & fuit proximum, quod non offenderit, vt ibi per eum, & hanc eſſe magis communem opinionem teſtatur etiam *Card. Taſc. pract. concl. litera P. concl. 184. in prin.*

2 Neminem enim ex alieno contractu, & ex aliena prouiſione obligari in confeſſo eſt apud omnes ad tex. in *l. ſi vnus 28. §. ante omnia ff. de pact. & in l. ſi quis in ſuo 33 § legiſ. C. de inoffic. teſtam. Capb. conſ. 334. num. 44. lib. 3. Michalor. de fratr. par. 2. cap. 48. num. 24. Cartar. de pœn. innoc. art. 1. num. 46. & ſeq.* in his terminis *Card Taſc. d. concl. 184. in prin.* & dixi ego *alleg. foren. 58. num. 11.*

3 Quicquid contrarium tenuerint *Marſil. conſ. 9. num. 47. & ſeq. Hiero de Monte quæſt. 25. num. 18. & ſeq. et num. 95. & quæſt. 27. num. 11.* dicens ita vidiſſe pluriès ſeruari, cum quibus pertranſit *Bertaz. conſ 149. n. 3. & 23 in fin. lib 1.* & videtur ſentire *Paſcal. de patr. poteſt. part. 4. cap. 7. num. 21.* quod referendo reijcit *Guazz. vbi ſupra*, & contra quos adeſt magis communis Doctorum opinio de qua ſupra.

4 Declara primò d. concluſionem, quod ad incurrendam per filium pœnam fractionis pacis factæ per patrem ſinè eius conſenſu ſufficiat non ſolùm ratificatio illius expreſſa verbis facta, ſed etiam tacita re, aut facto, vt voluerunt, *Hercula. de caut. de non offen. cap. 18. num. 8. Moron. de treg. & pace. quæſt. 132. num. 7. Maſc. de prob. concl. 1162. nu. 11. lib 3. Hond. conſ. 89. num. 2. & ſeq. in alio num. 57. lib. 2.* vbi vult cenſeri inductam ratificationem per aditionem hæreditatis patris factam per filium, quos ſequitur *Fariaac. in d. quæſt. 107. num. 290.* & ita ſentiunt *Card. Taſc. pract. concl. litera P. d. concl. 184. nu. 9. et Guazz. de pace par. 1. quæſt. 84. num. 2.*

5 Licèt contrariam opinionem, imò tacitam ratificationem non ſufficere ad effectum incurrendi pœnam fractionis pacis, ſeù cautionis de non offendendo poſt *Caſtr. Corn. & Pariſ.* per eum adductos tenuerit idem *Fariaac. in conſ. 144. num. 25. & in conſ. 150. num 10. & 17. lib 2.* in quibus dicit, ita in Camera Apoſtolica fuiſſe pluriès ipſo aduocante reſolutum, vna ſit contra regulas omnium Criminaliſtarum condemnare reos in tam graues pœnas ex tacita, ſeù præſumptiua probatione, vt ibi per eum.

6 Amplia d. contrariam opinionem æquiorem, vt eò magis habeat locum, quando ratificatio tacita deducitur ex ſimplici ſcientia factæ pacis cum taciturnitate, quam non eſſe ſufficientem ad incurrendam pœnam fractionis pacis ſcripſerunt *Corn. conſ. 243 num. 6 lib. 4. Pariſ. conſ. 109. num 17. lib. 1 Ludou. de Alpher. conſ. 147. num 2. inter conſ. crim. diuer. lib. 1.* quos refert, & ſequitur *Farinac. de var. ac diuer. crim. quæſt. 107. num. 293. & ſeq.* vbi dicit, ita ipſo aduocante fuiſſe deciſum in Camera Apoſtolica pacem non fuiſſe fractam ex offenſione fa-

cta per

cta per eum, qui fuerat præſens promiſſioni factæ per ſuum conſanguineum de non offendendo, vt ibi per eum benè comprobantem, quam opinionem ſequitur etiam *Guazz. de pace d. qu. 84. num. 8.*

7 Quicquid contrarium, imò pacem dici ratificatam per filium ex ſola ſcientia, quod pater fecit pacem pro eo, ſi non contradixit, vt voluerunt *Hercul. de caut. de non offen. cap. 15. ſub num. 8. Moron. de treg. & pace quæſt. 138. num. 9. & Maſc. de probat. concl. 1162. num. 115. lib. 2.* dantes cautelam, quod pax filio, ſeù abſentibus intimetur, vt ibi per eos, cum quibus pertranſit *Card. Tuſc. pract. concl. litera P. d. concl. 84. n. 20.* vbi alios dat concordantes.

8 Declara ſecundò d. concluſionem, quod licèt filius, qui non ratificauit pacem factam per patrem pro eo offendendo non teneatur de fractura pacis nec dicatur fractor pacis, nec proditor, pater tamen, qui pacem fecit tenetur ad pœnam conuentionalem per eum promiſſam, vt adnotarunt *Herculan. de caut. de non offen. cap. 15. num. 9. in fin. Vulpell. de pace quæſt. 9. per tot. & quæſt. 61. in princ. Moron. de treg. & pace quæſt. 135. nu. 1. & ſeq.* plenè *Farinac. conſ. 144. num. 17. lib. 2. & de var. ac diuer. crim. d. quæſt. 107. num. 293. & ſeq.* vbi plures accommodat ampliationes, & *Guazz. de pace d. qu. 32. num. 36.* & dixi etiam infra in hoc ver. *Pax. Reſol.* ... vbi alia ad materiam huius Reſolutionis appoſui, quæ videas ibi.

ADDITIO.

N. 1. & ſeq. VBi habetur, quod filius non dicitur frangere pacem factam per patrem ſine eius conſenſu, & ratificatione adde De qua materia vide plura adducta per *Adden. ad Guazzin. de pace quæſt. 21. num. 1. & plur. ſeq.* vbi plures referuntur Reſolutiones Sac. Conſultæ quando dicatur rupta pax ex offenſione ſequuta ante' illius ratificationem, *& quæſt. 84.*

SVMMARIVM.

1 *Pace ſequuta inter partes cautio de non offendendo non cenſetur caſſa.*

Cum per dictam cautionem cenſeatur ius quæſitum fiſco, quod ſinè eius conſenſu tolli non poteſt, num. 2.

Licèt contrarium teneant plures Doct. num. 3.

Poteſt tamen Iudex mandare, cautionem haberi pro caſſa, num. 4.

Si ambæ partes id petant, aliàs ſecùs, nu. 5.

Et d. cautio non cenſetur caſſa, etiamſi partes in pace id expreſſè dixerint, num. 6.

RESOLVTIO VIII.

Pace ſequuta inter partes cautio de non offendendo an dicatur caſſa.

1 PAcè ſequuta inter partes offenſas cautio de non offendendo prius præſtita inter eas non cenſetur ſublata, & caſſa, niſi fiſci conſenſu interueniente, vel Iudicis decreto mandante illam caſſari, vel haberi pro caſſa, vt tradunt *Herculan. de caut. de non offen. cap. 9. num. 9. & ſeq. Vulpel. de pace quæſt. 30. num. 2. Farinac. de var. ac diuer. crim. qu. 107. num. 123. & ſeq.* vbi hanc opinionem dicit, veriorem eſſe, & ita ipſum in contingentia facti dum erat Locumtenens A. C. pronunciaſſe, & rationibus contrarijs bene reſpondet, & *conſ. 31. num. 5. lib. 1. & ibi Adden. in prin.* vbi teſtatur hanc concluſionem eſſe veriorem, & illam benè comprobant, latè *Caball. reſol. crim. caſu 273. num. 11. & ſeq. cent. 3. & Pyr. Maur. de fideiuſ. par. 1. ſect. 2. cap. 4. num. 63. et 64.* vbi dicit, d. cautionem cenſeri caſſam per pacem ſubſequutam, ſi interuenit Iudicis conſenſus, & illius decretum, vt ibi per eum.

2 Per cautionis enim præſtationem dicitur ius quæſitum fiſco, quod ſinè illius conſenſu ab eo auferri non poteſt, ad tex. *in l. id quod noſtrum 11.* & ibi not. *Dec. Cagnol. & alij ff. de reg. iur.* & tradunt *Alex. Iaſ. Soci. & alij in l. qui Romæ 122. §. Flauius ff. de verb. oblig. & Farinac. in d. quæſt. 107. num. 125. & Adden. ad Farinac. in d. conſ. 31. in prin.* maximè cum per ſubſequentem contractum non cenſeatur nouatio primus, niſi fuerit expreſsè dictum *l. fin. C. de nouat.* & tradunt *Farinac.* & *Adden. ad d. conſ. 31.* & alij Doctores ſupra adducti.

3 Licèt contrariam opinionem, imò per pacem ſubſequutam cenſeri caſſam cautionem de non offendendo prius præſtitam tenuerint *Bero. conſ. 205. num. 13. lib. 4. Moron. de treg. & pace quæſt. vlt.* vbi in fine dicit, ita de conſuetudine ſeruari, *Hiero. de Monte quæſt. 189. per tot. Eugen. conſ. 82. num. 9. & 35. lib. 1.* & quod ab hac opinione recedere non auderet dicit *Guazz. de pace par. 1. quæſt. 34. num. 3.* vbi dicit, quod ita pronunciatum fuit in foro Epiſcopali Ciuitatis Veliternæ de anno 1609. vt ibi per eum, & hanc opinionem fortè magis communem dicunt *Adden. ad Farinac. in d. conſ. 31. in prin. lib. 1.* quorum rationibus reſpondet *Farinac. vbi ſupra.*

4 Declara d. concluſionem, quod licèt cautio de non offendendo non ſit ſublata per pacem poſtea ſubſequutam, poteſt tamen Iudex ſtante pace mandare, quod d. cautio caſſetur, vel habeatur pro caſſa, ſi ita ſibi videbitur, vt quia inimicitiæ rancorem caſſaſſe exiſtimauerit, alias ſecùs, ſenſit *Hercola. de caut. de non offen. d. cap. 9. no. 9. & ſeq. & no. 14. Farinac. de var. ac diu. crim. d. quæſt. 107. num. 135. Adden. ad Farinac. d. conſ. 31. ver. aduerte ſecundo lib. 1. & Guazz. de pace d. quæſt. 34. num. 8.*

5 Limita d. declarationem, vt habeat locum partibus ſimul petentibus per Iudicem caſſari cautionem de non offendendo, cum Iudex ex officio, & partibus non petentibus non poſſit d. cautionem caſſare, ſed requiritur vtriuſque partis conſenſus, vt tradunt *Herculan. de caut. de non offend. d. cap. 9. num. 11. & 14. Farinac. de var. ac diu. crimin. d. quæſt. 107. num. 137. Adden. ad Farinac. d. conſ. 31. in fin. & Guazzi. de pace d. quæſt. 34. num. 10.* benè comprobans, vbi dicunt, tutius eſſe à denegatione facta per Iudicem caſſationis d. cautionis appellare

quam

quam illam habere pro caſſa, vt tenuit *Herculan. d.cap.9.ſub.num.* 14. vt ibi per eos.

6 Addo prædicta pro coronide, quod cautio de non offendendo non dicitur caſſa per pacem ſubſequntam, etiam quod ipſe partes paciſcantes expreſſe in pace dixerint, cautiones præcedentes, velle haberi pro caſſis, cum partes ex eorum priuatis pactionibus non poſſint iuri per fiſcum acquiſito præiudicare, vt adnotarunt *Vulpell. de pace quæſt.30.n.3.Farinac.de var.ac diu.crim.quæſt.107. num.127.& Guazz.de pace d. quæſt.34. nu.5.* nec non *Cabal.d.caſu 272.23.& ſeq.* niſi quando cautio fuiſſet præſtita de voluntate partis, & non iuſſu Iudicis, vt ibi per eum.

S V M M A R I V M.

1 *Pactum poſitum in pace, quod vnus non poſſit ſtare in Ciuitate ſua, non valet.*

Quicquid contrarium teneat Giurb. *relatur, num. 2.*

Ita vt pœna in pace oppoſita exigi non valeat, num. 3.

Quicquid dicendum ſit in foro honoris, num.4.

Neque valeat pactum, quod quis non poſſit tranſire ante domum offenſi, num. 5.

Fallit concluſio in pacto reſtricto ad breue tempus, num. 6.

7 *Gratiam habens cum hoc, quod non accedat ad locum offenſi, non contrauenit per ſimplicem tranſitum.*

Neque dicitur contrauenire gratiæ, vel exilio permanendo in Eccleſia, num. 8.

Contrarium, num. 9.

R E S O L V T I O IX.

Pactum poſitum in pace, quod vnus non poſſit venire, & ſtare in Ciuitate ſua non valeat.

1 PActum appoſitum in pace, quod vnus ex paciſcentibus non poſſit venire, & ſtare in ſua Ciuitate, & Patria, alias contractus pacis ſit nullus non valet, & non eſt attendendum, vt tradunt *Vulpel. de pace quæſt. 55. num. 1. & ſeq.Vivi.opinio.574.per tot.* vbi dicit ita fuiſſe deciſum in Conſilio Neapolitano *Baiar.ad Clar.quæſt.58. num.19.& quæſt.66.nu.21. Ricc. collect.2080.in fin. Farinac.de var. ac diuer.crim. quæſt.107.num.262.* latè comprobans, & dicens per d.pactum non poſſe impedire gratiam Principis, quod quis redeat in patriam, *Guazz. de pace par.1. quæſt.62. num.5. & ſeq.* vbi alios dat concordantes *Gizzarel. deciſ. 11.& ibi Adden.Maſtril.deciſ.38.num.5.et ſeq.* vbi dicit, ita fuiſſe iudicatum, *et de indult.cap.24.num. 34.et ſeq.* quem refert, & ſequitur *Maſſin.de confiſc. bonor.quæſt.14.num.8.et ſeq.* vbi dicit, d.pactum poſſe confirmari per Principem, & quod tunc valebit, vt ibi per eum.

Priuare enim homines ſua Ciuitate non videtur pertinere ad priuatas pactiones, ſed ad habentes merum imperium ad tex. *in l. non diſtinguemus 37.§.deliberari ff.de arb.* & not. *Farin. in d.q.107. n.262.& Guazz. in d.quæſt. 62. nu.1.* vbi alias afferunt rationes.

2 Quicquid contrarium tenuerit *Giurba conſ. 74. num.1.& 2.* cum contra eum adſit communis opinio, de qua ſupra; & illum reprobet expreſſe *Maſſin. d. quæſt. 14. num. 10.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt ſtante nullitate d. pacti, ſi paciſcens contraueniat, pœna in pace appoſita nec ab eo, nec ab eius fideiuſſore peti poſſit, vt voluerunt *Anear. conſ.75. num.4.& ſeq. Moron. de treg. & pace quæſt. 178. num. 1. & ſeq. Farinac.de var.ac diuer.crim.d.quæſt.107.num.264. & ſeq.et Guazz.de pace d.quæſt.62. num.4.* vbi hoc ampliat etiam ſtante iuramento.

4 Licèt aliud dicendum eſſe in foro honoris voluerit *Vulpel. de pace quæſt. 55. in fin.* à quo diſſentire non videtur *Guazz.d. quæſt.62.num.9.*

5 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt neque valeat conditio appoſita in pace, quod quis non poſſit tranſire ante domum offenſi, licèt id poſſit præcipi per Iudicem ad tollanda ſcandala, vt not. *Moron.de treg.& pace d.quæſt.187.num.1.& 2.Farinac.in d.quæſt.107.num.265.et Guazz.d.quæſt.62. num.5.* vbi alios dat concordantes.

Licèt contrarium teneat *Corn.conſ.218.num.6. lib.2.*

6 Limita d. concluſionem, vt non habeat locum in pacto, quod non eſſet longi temporis, ſed ad breue tempus reſtrictum, puta, ad quinquennium ad ſummum, quia tunc illud valeret, & eſſet ſeruandum, vt tradunt *Maſtrill.deciſ.38. num. 14.& ſeq.* dicens ita fuiſſe iudicatum, *& de indult.d.cap.24. num.38.et ſeq.Adden.ad Gizzarel. deciſ.11.num.1. et ſeq.Paſcal. de patr. poteſt.part.2.cap.1.num.124.* vbi reprobat *Ameſcu. de poteſt.* in ſe ipſum tenentem d. pactum valere, etiamſi ſit perpetuum, & plures adducit concordantes, *& Maſſin.de confiſc. bonor.d.quæſt.14. num.7. & ſeq.*

7 Addo prædictis pro coronide, quod habens gratiam à Principe pro delicto cum clauſula, quod accedere non debeat ad locum, vbi habitant partes offenſæ, niſi ab eis pacem habuerit, ſi per d. locum tranſierit non dicitur contrauenisse gratiæ obtentæ, cum tranſiens nec ſtare, nec habitare dicatur, vt tradunt *Foller. in pragm.de exul. in prima, num.45.* quem referunt, & ſequuntur *Farinac.de var.ac diuer.crim. d.quæſt.107. num.268. & Guazz. de pace d. quæſt.62. num.6. & 7.* qui faciunt generalem concluſionem, quod pertranſitum non dicitur contrauentum prohibitioni de non permanendo in aliquo loco per regulam, quod non dicitur veniſſe, qui non ſtetit, etiamſi ibi per aliquod tempus permanſerit, vt ibi per eos, & dixi ego ſupra in ver. *Cautio de non ingrediendo in fin.*

8 Addo ſecundò pro complemento materiæ, & pro appendice ad ſcripta ſupra in ver. *Exilium Reſol.7. per tot.* quod prohibitus ex pacto, puta, in pace appoſita, ſeu ex condemnatione Iudicis, ne ſub

certa

certa pœna accedat ad aliquam Ciuitatem, Caſtrum, vel locum, vel exiliatus ab aliquo loco à Curia Sæculari, exiſtens in Eccleſia, non dicitur incurrere pœnam, nec frangere exilium ei iniunctum cum Eccleſia, licèt ſit in Territorio Principis Laici, non tamen eſt de illius Territorio, niſi quoad protectionem, & tuitionem, ſed eſt de Territorio Epiſcopi, & cum illa ſit exempta à iuriſdictione Iudicis Laici, quoad ipſum reputatur, ac ſi eſſet extra illius territorium, vt vltra *P. Sanch.* & *P. Diana* per me adductos *in d. Reſol. 7. in prin.* tenuerunt etiam *Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 33. nu. 4. Farinac. conſ. 214. num. 8. lib. 3. Caſtropalao oper. moral. tract. 11 reſol. 31. tom. 2. de Marin. reſol. quotid. cap. 116. num. 7. Delbene de immun. cap. 16. dub. 24 ſect. 17. nu. 13. par. 2. Ciarli. controu. foren. cap. 10. num. 15. Illuſtriſſ. Spereil. deciſ. 127. num. 18. & ſeq. et Pilata deciſ. Pontific. 4. num. 90. in fin. lib. 2.* quem vna cum alijs pluribus refert, & ſequitur nouiſſimè *Zuff. in annot. ad Conſtit. Barbar. inſer. in eius tract. de legit. proc. num. 61. et ſeq.* vbi hanc opinionem latè comprobat, & illam dicit communem, licèt aliqui Doct. per eum adducti illius intentionem non probent, & aliqui ſolum dicant, Eccleſiam non eſſe de territorio Principis laici, ſed de territorio Epiſcopi, vt ex eis eſt videre.

9 Licèt contrarium, imò exiſtentem in Eccleſia dici contrauenire pacto, & condemnationi de non accedendo, ſeù ſtando in aliquo loco, & frangere exilium vltra *Decian. et Paſcal.* qui hanc opinionẽ latè comprobat, & teſtatur, ita fuiſſe reſolutum in cauſa graui ex voto *Mag. Cur. Vic. et Celluzer. Conſ.* in loco adducto *in d. Reſol. 7. num. 3.* tenuerint *Nicol. Ant. Hiſpan in tract. de exil. lib. 2. cap. 14. num. 33. Sarp. de iur. Aſil. cap. 5. fol. 53. Capobla. de Baron. cap. 34. num. 6. tom. 2. Peguer. deciſ 260. nu. 3. Baron. de effect. inimic. 45. num. 5.* quos refert *Zuff. in d. annot. ad Conſtit. Barbar. num. 54.*

ADDITIO.

N. 7. VBi habetur, quod habens gratiam cum pacto, quod non accedat ad locum offenſi, ſi per d. locum tranſeat non dicitur contrauenire: adde *Gurb. conſ. 81. num. 13.* vbi dicit, quod per tranſitum non dicitur contrauentum prohibitioni de ſtando in loco, etiam ſi aliquantulum ibi moraretur, puta comedendo, dummodo ibi non pernoctet, vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Pax non dicitur rupta, niſi illa ſit ratificata, tàm ex parte offendentium, quàm offenſorum.*

Maximè quando offenſio facta fuit ab eo, qui pacem non ratificauit, num. 2.

Etiamſi Notarius ſtipulatus fuerit pro abſente offenſo, num. 3.

Et etiam ſi pacem faciens, offendat comprehenſum in pace antequam ratificet, num. 4.

Licèt contrarium teneant aliqui, num 5.

Ratificatio autem non retrotrahitur ad effectum, vt pax dicatur rupta, num. 6.

Pax tamen dicitur rupta quoad principales promittentes, quoad pœnam conuentionalem, num. 7.

Maximè ſi promiſerunt, quod abſentes pacem obſeruabunt, num. 8.

Declara concluſionem principalem, vt nu. 9.

Vtrum verò requiratur ratificatio expreſſa, vel tacita remiſſiuè, num. 10.

RESOLVTIO X.

Pax an dicatur rupta ſi illa non ſit ratificata tam ex parte offendentis, quam offenſorum.

1 PAx non dicitur rupta, niſi illa fuerit ratificata iàm ex parte offendentiũ, quam ex parte offenſorum, qui tẽpore pacis eorum nomine factæ, erant abſentes, cum principales paciſcentes, non poſſint abſentes, aut ignorantes inuitos obligare, vt tradunt *Merun. de treg. & pace quæſt. 132. num. 1. et ſeq. & quæſt. 135. num. 1. & ſeq. Vulpel de pace quæſt. 61. per tot. Baiur. ad Clar quæſt. 47. num. 37. Maſcar. de prob. concluſ. 1162. num. 104. et ſeq lib. 3 Farinac. de var. ac diu. crim. d. quæſt. 107. num. 274.* vbi alios dat concordantes, & *conſ. 28. num. 10. lib. 1.* vbi teſtatur de communi opinione, & *conſ. 144. num. 11. & 22. & conſ. 150. num. 1. & ſeq. lib. 2 Hond. conſ. 97. num. 1. & ſeq. vol. 1. et conſ 89. nu. 9. lib. 2 & Guazz. de pace par. 1. quæſt. 29. num. 8. & quæſt 81. in prin.*

Nemo enim ex aliena promiſſione, & contractu obligatur *l. ſi vnus 24. §. ante omnia ff. de pact. l. ſi quis in ſuo 33. §. legiſ. C. de ineff. teſtam. Card. Tuſc. pract. concl. litera P. concluſ. 184. in princ. Cartar. de pœn. tunc. art. 1. num. 46. & ſeq.* & alij per me adducti ſupra *Reſol. 7. num. 2. & alleg. foren. 58. num. 11.*

2 Amplia primò d. concluſionem illatiuè, quod illa habet locum, quando offenſio facta fuit ab eo, qui pacem non ratificauit, aut in aliquem ex principalibus paciſcentibus, ſeù pacem ratificantibus anteè magis in aliquem comprehenſum in pace abſentem, qui adhuc non ratificauit, cum principales paciſcentes non poſſint abſentes inuitos, ſeù ignorantes obligare, vt dixi, vt voluerunt *Rimin. Iun. conſ. 103. num. 1. 2. & plur ſeq. lib. 1 Moron de treg. & pace quæſt. 22. num. 2. et quæſt. 132. num. 1. & ſeq. & quæſt. 135. num. 1. & ſeq. Magon. deciſ. Lucen. 100. num. 1. iuncto num. 25. & ſeq. Hond. d. conſ 97. num. 1. & 9. lib 1. & conſ. 89. num. 9. lib. 2. Farinac. de var. ac diu crim. d. quæſt. 107. num 276.* vbi reprobat *Marſil.* & alios contrarium tenentes, & teſtatur hanc opinionem eſſe magis communiter receptam, & dicit ab ea in iudicando non eſſe recedendum, & *dict. conſ 144. num. 11. & ſeq. & d. conſ 150. num. 1. & ſeq.* cum quibus pertranſit *Guazz. de pace d. quæſt. 81. num 1. & ſeq.* vbi reprobando pariter *Marſil.* & alios contrarium tenentes dicit ab hac opinione vti magis communiter recepta non eſſe recedendum.

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum,

eum, etiamſi Notarius ſtipulatus fuerit pro abſente offenſo, quia adhuc pœna pacis ruptæ non incurritur ante ratificationem, vt not. *Marcubrun. conſ. 94. num. 3. & ſeq. inter conſ. crim. diuer. tom. 1.* latè comprobans, & contrarijs reſpondens, *Bertaz. inter eadem conſ. crim. diuer. conſ. 95. num. 3. et ſeq.* vbi teſtatur de magis communi Doct. opinione, *Maſc. de prob. d. concl. 1162. num. 108. et ſeq.* qui pariter reprobatis contrarijs hanc dicit magis communem opinionem, *Baiar. ad Clar. quæſt. 47. nu. 37. Farinac. de var. ac diu. crim. d. quæſt. 107. num. 297.* vbi alios dat concordantes, *et num. 288.* dicit hoc procedere etiamſi pax ſit facta in iudicio, & Iudex ſtipulauerit pro abſente, *et Guazz. de pace d. q. 81. num. 9. et ſeq.* vbi dicit, hoc procedere, etiamſi Notarius ſtipulatus fuerit pro fiſco Principis, quia adhuc requiritur ratificatio, vt ibi per eum.

4 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locú, etiam quod vnus ex paciſcentibus, ſeù pacem ratificantibus offendat alium abſentem comprehenſum in pace, antequam ratificet pacem, quia adhuc pax violata non dicitur, cum abſentes ante ratificationem non dicantur actualiter in pace cõprehenſi, ſed tantùm potentialiter, vt ſcriptum reliquerunt *Bero. conſ. 199. num. 2. et ſeq.* vbi hanc dicit magis communem Doctorum opinionem, & ab illa in iudicando, & conſulendo non eſſe recedendum, *et conſ. 209. nu. 14. & ſeq. lib. 3. Marcubr. d. conſ. 94. num. 18. et ſeq. int. conſ. crim. diu. tom. 2. et inter eadem conſ. Bertaz. conſ. 95. num. 4. Maſc. de prob. d. concl. 1162. num. 104. Baiar. ad Clar. quæſt. 47. num. 37. Hond. d. conſ. 97. num. 10. et ſeq. lib. 1.* & videtur ſentire *Moron. de treg. et pace quæſt. 132. n. 1. Card. Tuſc. praſt. concl. litera P. concl. 184. num. 4.* & alij plures relati *per Farinac. in d. quæſt. 107. nu. 281.* quos ſequitur *Guazz. de pace d. quæſt. 81. num. 6. et ſeq.* vbi dicit hanc opinionem eſſe magis communem, & ab illa non eſſe recedendum, & reſpondet rationibus *Farinac.* & aliorum contrarium tenentium, & ſolùm dicit in d. caſu intrare pœnam conuentionalem; vt ibi per eum.

5 Licèt contrariam opinionem imò principalem paciſcentem offendendo comprehenſum in pace, qui adhuc illam non ratificauit pacem rumpere, & puniri poſſe; cum licèt abſens pacem non ratificauerit, eius tamen ſtatus ſit implicitus in pace voluerint *Caſtr. in l. bonorum num. 9. et ſeq. ff. rem rat. habe. Petr. Bell. de re milit. part. 10. tit. 2. num. 55. & ſeq. Bertaz. conſ. 149. nu. 6. lib. 1. et Farinac. de var. ac diu. crim. d. quæſt. 107. num. 282.* vbi hanc opinionem dicit veriorem, & contrariam duram, & iniquam, vt ibi per eum contra quos adeſt magis communis opinio, de qua ſupra, licèt verè dura non parum etiam mihi videatur.

6 Amplia quartò d. concluſionem, quod ad effectum pœnæ incurrendæ pro fractione pacis requiratur ratificatio, vt ſi offenſus voluerit pacem ratificare, talis ratificatio non poteſt retrotrahi, vt offendens dicatur pacem, vel promiſſionem violaſſe, vt tradunt *Moron. de treg. et pace quæſt. 132. num. 3. et ſeq. Maſc. d. concl. 1162. nu. 11. et ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione, *Hond. d. conſ. 97. n. 11. lib. 1. Farinac. de var. ac diu. crim. d. quæſt. 107. num. 278.* vbi quamplures dat concordantes; *et Guazz. de pace d. quæſt. 81. num. 12.*

7 Declara d. concluſionem, quod licèt per offenſionem ſequutam inter abſentes comprehenſos in pace, qui pacem non ratificarunt, non dicatur rupta pax quo ad ipſos, ſecùs tamen eſt quo ad paciſcentes, qui pro eis promiſerunt, quia quoad eos pax dicitur rupta reſpectu pœnæ conuentionalis, & pœna debetur, ac ſi ipſi offendiſſent, vt voluerunt *Rimi. Iun. d. conſ. 103. num. 1. et ſeq. et num. 8. et ſeq. lib. 1. Herculan. de caut. de non offend. cap. 15. num. 9. in fin. et num. 13. Vulpel. de pace quæſt. 53. num. 2. et ſeq. Baiar. ad Clar. quæſt. 47. num. 37. Card. Mant. de tacit. lib. 27. tit. 5. num. 7.* latè *Farin. de var. ac diu. crim. d. quæſt. 107. num. 295. et ſeq.* vbi dicit, ab hac opinione non eſſe recedendum, quicquid aliqui contrarium teneant, & ſequitur, *Guazz. de pace d. par. 1. quæſt. 82. in prin.* vbi alios quamplures adducit ita ſentientes.

8 Amplia d. declarationem, vt eò magis habeat locum, quando principalis expreſsè promiſit, quod abſentes pacem obſeruabunt, & non contrauenirẽt, vel promiſit pro ais de rato, & ſ ſacturum, & curaturum, quod illi pacem ratificabunt, & ſimilia, quia tunc eò magis tenetur ad pœnam, vt ſupra ſequuta offenſione per abſentem, qui non ratificauit, vt latè comprobant *Farinac. de var. ac diuer. crim. d. quæſt. 107. num. 295. et ſeq.* vbi quamplures docet in hac materia, & præcipuè quando fuit promiſſum de rato cum clauſula *Alias de ſuo proprio*, & cum clauſula *Nolens excuſari &c. et Guaz. de pace d. quæſt. 82. per tot.* quæ omnia nimis longũ eſſet hic referre, ipſna conſulas.

9 Declara ſecundò d. concluſionem, quando abſentes pro quibus fuit promiſſum pacem ratificarunt, ſi contrauenerint, pacem rumpendo tenentur ad legalem, & conuentionalem pœnam, ac ſi ipſi a principio pacem feciſſent, principalis autem paciſcens, qui pro illis promiſit, non tenetur, niſi ad pœnam conuentionalem, vt declarant *Vulpell. de pace quæſt. 53. num. 3. & quæſt. 62. num 1. & ſeq. Hond. d. conſ. 97. num. 3. 5. & 14. lib. 1. Farin. de var. ac diu. crim. d. quæſt. 107. num. 316. & Guazz. de pace d. quæſt. 82. num. 14.*

10 Verùm verò ad incurrendam pœnam fractionis pacis per abſentes requiratur ratificatio expreſſa, vel ſufficiat tacita, vel ſufficiat ſimplex ſcientia pacis dixi ſupra in hoc ver. *Pax Reſolut. 7. num. 3. & ſeq.* videas ibi, cum eadem hic iterum referre breuitatis ſtudio non deceat.

ADDITIO.

N. 5. VBi habetur, quod principalis paciſcens offendens comprehenſum in pace, qui illam non ratificauit pacem frangit, adde *Farinac. in addit. ad quæſt. 107. de var. ac diu. crim. num. 282.* latè comprobantem, & impugnantem *Guazz. in.* qui tenuit contrarium, vt ibi per eum vide tamen *Adden. ad Guazz. de pace quæſt. 81. nu. 8.* dicentes obtinuiſſe contrarium in Sac. Conſulta.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Pax probari etiam poteſt per teſtes.*

2 *Cum contractus pacis non ſit de illis, qui requirunt ſcripturam, num. 2.*

3 *Si tamen agatur de pœna incurrenda, pax eſt probanda per inſtrumentum, num. 3.*

4 *Teſtes autem deponentes de pace debent illam concludenter probare, num. 4.*

5 *Et requiritur pax in ſcriptis, quando Statutum loquitur de pace producta, num. 5.*

6 *Si pax fuit recepta per Sacerdotem ſufficit illius atteſtatio, num. 6.*

R E S O L V T I O XI.

Pax an poſſit probari per teſtes.

1 PAx probari poteſt etiam per teſtes, vt tradunt *Catald. de ſindic. in prin. n. 90. Vulpell. de pace quaeſt. 66. num. 4. et 5. Caball. reſol. crim. caſu 141. num. 10.* vbi limitat, niſi Statutum eſſet in contrarium, *cent. 2. Grurbu conſ. 60. num. 16. et 21.* vbi loquitur ad effectum, ne offendens gaudeat immunitate Eccleſiæ *Farinac. conſ. 81. n. 1. & ſeq. lib. 1. et conſ. 168. in addit. litera D. lib. 2.* vbi dicit ita fuiſſe reſolutum per Sacr. Conſultam, *Guazz. de pace par. 1. quaeſt. 32 nu. 1. & ſeq.* vbi ampliat hoc procedere, etiamſi Statutum dicat, *Quod ſi inſtramento, vel ex inſtrumenta*, vt ibi per eum *Maſſin. de confiſc. ban. quaeſt. 14. num. 3. & Criſpol. caſu moliss. 27. num. 7.*

2 Contractus enim pacis non eſt de illis, qui neceſſario requirunt ſcripturam, vt aduertunt *Catald. de ſindic. d. num. 90. Vulpell. de pace d. quaeſt. 66. num. 5. Farinac. d. conſ. 81. in prin.* & alij Doct. ſupra adducti, & probatio per teſtes, & inſtrumenta eamdem vim habet ad tex. *in cap. cum Ioannes 10. & ibi gloſ. de fide inſtrum. & in l. exercendis 15. cum ibi not. per Doct. C. de probat. Farinac. d. conſ. 81. n. 1. Caball. d. caſu 141. num. 10. & Guazzin. d. quaeſt. 32. in prin.*

3 Declara d. concluſionem, vt non habeat locum, quando agitur de pœna incurrenda, quia tunc de conſuetudine pax non dicitur concludenter probata, niſi de illa adſit inſtrumentum, & non ſufficit probatio per teſtes, vt voluerunt *Clar. in pract. §. fin. quaeſt. 58. ver. ſciat etiam &c. et ibi Baiar. nu. 72. & ſeq. Vulpel. de pace d. quaeſt. 66. num. 5.* vbi dicit, ita ſeruari Romæ, Vrbini, Peruſiæ, & in Marchia Anconitana, *Farinac. d. conſ. 81. nu. 1. lib. 1. et conſ. 150. num. 10. lib. 2. Guazz. de pace d. quaeſt. 32. nu. 12.* vbi dicit, de hoc Sac. Conſultam dubitaſſe, quia volebat pacem probare per teſtes pro ſuo clientulo, & fuit ei neceſſe producere inſtrumentum, *Vermigl. conſ. 223. num. 8. & Maſſin. de confiſc. ban. d. quaeſt. 14. num. 4.*

4 Declara ſecundò d. concluſionem, quod teſtes probantes pacem, vbi ſeruaretur omninò ius commune, & non d. conſuetudo, debent illam probare concludenter per tactum palmarum, vel oſculum, ita vt verè inita ſit pax formalis, non autem per actus amicabiles, & ſociales, quia licet per illos dicatur remiſſa iniuria, & inducta reconciliatio, non tamen dicitur inita pax, quæ rupta dici poſſit ex offenſione ſubſequuta, vt declarant *Farinac. conſ. 98. num. 8. & ſeq. lib. 1. Guazz. de pace d. q. 32. n. 10. & q. 80. n. 9. Vermigl. d. conſ. 223. num. 9. & Maſſin. de confiſc. ban. d. quaeſt. 14. num. 5.*

5 Declara tertio d. concluſionem, vt non habeat locum quando Statutum loqueretur de pace producta, quia tunc requiritur pax in ſcriptis, & facta per teſtes non ſufficeret, vt voluerunt *Vulpell. de pace d. q. 66. nu. 4. et Guazz. de pace d. qu. 32. nu. 10.*

6 Declara quarto d. concluſionem, quod ſi pax fuerit recepta per Sacerdotem a mortiferè vulnerato in actu confeſſionis, qui de illa teſtetur, ſit admittenda in foro iudiciali, & etiam ſufficerat ſola ipſius Sacerdotis atteſtatio, niſi tamen Statutum requirat, illam probari per inſtrumentum, vt poſt *Guglìel. de Cuneo, Gandi. Bald. Ferret. & Gurzi. a Tolet.* per eum relatos hi mai *Caball. d. caſu 141. ferè per tot.* vbi hanc declarationem late comprobat, contrarijs reſpondet, & teſtatur de veriori, & magis communi opinione, cum quo pertranſit *Guazzin. de pace quaeſt. 11. num. 5.*

S V M M A R I V M.

1 *Stante Statuto minuente pœnam delinquenti confitenti delictum ſtante pace, negans delictum, et poſtea illud confitens, gaudet beneficio Statuti.*

R E S O L V T I O XII.

Stante Statuto minuente pœnam delinquenti confitenti delictum ſtante pace negans delictum, & poſtea illud confitens an gaudeat beneficio Statuti.

1 STante Statuto minuente pœnam delinquenti confitenti delictum, ſtante pace à parte obtenta, negans delictum, & poſtea illud cõfitens, gaudere debet beneficio d. Statuti negatione præcedenti non obſtante, vt tradunt *Clar. in pract. §. fin. quaeſt. 82. in 9. Statuto,* vbi hanc opinionem dicit æquiorem eſſe & magis communem, & quod ipſe ſecundum illã ſemper iudicaret, *Cauall in ſpec. comm. contra com. quaeſt. 416. ver. ſed contrarium &c.* vbi dicit, hanc opinionem eſſe communem contra *Bart. Caball. reſol. crim. caſu 56. nu. 5.* vbi alios dat concordantes, & dicit, hanc opinionem eſſe veriſſimam, & ſequendam *Card. Tuſc. pract. concl. litera S. concl. 614. num. 3. Guazz. defen. 32. cap. 36. num. 1. in fin.* & alij quos retuli ſupra in verb. *Homicidium Reſol. 8. num. 3. & ſequen.* vbi latiùs dixi de hac materia, videas ibi.

SVMMARIVM.

1 *Stante Statuto, ne remittatur delinquens non habita pace ab hæredibus occiſi, intelligitur de hæredibus ſanguinis, non bonorum.*

Licèt contrarium teneant aliqui Doct. num. 2.

Ita vt pax ſit habenda ab omnibus hæredibus, num. 3.

Licèt contrarium teneant aliqui, num. 4.

Etiamſi Statutum loquatur in numero ſingulari, num. 5.

Et maior pars hæredum intelligitur reſpectu quotæ hæreditatis, non perſonarum, num. 6.

RESOLVTIO XIII.

Stante Statuto ne remittatur delinquens non habita pace ab hæredibus occiſi an intelligatur de hæredibus ſanguinis, vel bonorum.

1 STante Statuto, ne remittatur delinquens niſi obtenta pace ab hæredibus occiſi, d. Statutum intelligendum eſt de hæredibus ſanguinis, non autem de hæredibus bonorum, vt tradunt *Bart. in l. ſi filius qui patri 12. num. 8. ff. de vulga. & pupill.* quem ſequuti ſunt *Bald. Imol. Alex. Iaſ.* qui teſtatur de communi, *Comen. Ruin. & alij in l. 4. §. Cato. ff. de verb. obligat. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 58. ver. quæro nunc, &c.* vbi teſtatur de communi opinione, licèt poſtea dicat, tutius eſſe illam habere ab vtroque *Vulpel. de pace quæſt. 11. num. 1. & ſeq.* latè comprobans, & contrarijs reſpondens *Farinac. de accuſat. quæſt. 14. num. 21. & ſeq.* vbi hanc opinionem dicit eſſe veriorem, & contrarijs rationibus benè reſpondet, niſi Statutum mandet contrarium, vel conſuetudo loci, vt ibi per eum, cum quibus pertranſeunt *Guazzin. de pace part. 1. quæſt. 13. num. 4. & quæſt. 16. num. 1. & ſeq. Vinc. de Franch. deciſ. 611. num. 3. part. 4. Paſchal. de patr. poteſt. par. 2. cap. 1. num. 5.* vbi teſtatur de communi opinione, *Buttiglier. de ſucceſ. cap. 1. theorem. 10. nu. 8.* vbi pariter teſtatur de communi opinione, & nouiſſimè *Zuff. in ſuo eleganti tract. de legit. proc. quæſt. 5. num. 5.*

Ius enim faciendi pacem non eſt quid hæreditarium, nec competit ratione hæreditatis, ſed ſanguinis *l. pro hærede. 20. §. fin. ff. de acqui. hæred. l. pen. ff. de ſepulc. viol. Clar. in pract. d. qu. 58. ver. quærò nunc &c. Farinac. in d. quæſt. 14. n. 20. & ſeq.* vbi aliter etiam comprobat, & dicit, quod vis ſanguinis filius non amittit ob repudiationem hæreditatis paternæ, plenè *Buttiglier. d. theorem. 10. num. 3. & ſeq.* vbi probat, filium facientem pacem non dici adire patris hæreditatem, vt ibi per eum, & eò magis cum Statutum videatur requirere pacem ob quietem Reipublicæ, vt inter ciues extinguantur odia, & euitentur cædes, & homicidia, quod magis adaptatur ad hæredes ſanguinis, quam bonorum, vt aduertunt *P. Sanch. in præcep. Decal. lib. 6. cap. 12. num. 40.* & nouiſſimè *Lucido. de allegat. cleric. & regul. cap. 5. num. 15.*

2 Licèt contrariam opinionem, imò pacem habendã eſſe ab hæredibus extraneis voluerint *Ripa in l. 4. §. Cato. n. 104. ff. de verb. oblig. Ant. Gomez var. reſ. tom. 3. cap. 3. n. 64.* et *Caual. in ſpecul. com. contra com. qu. 77. n. 2.* vbi dicit, credere hanc opinionem eſſe veriorem, contra quos adeſt verior, & cõmunis opinio, de qua ſupra, & quorum rationes refellit *Farin.* in loco ſupra adducto, & licèt pacem ab vtroq; eſſe habendam pro conſilio ſuadeat *Clar. in d. quæſt. 58. ver. quæro nunc*, & ſimpliciter admittat *Cancer. var. reſol. par. 2. cap. 11. num. 67.*

3 Declara d. concluſionem, quod ſi extent plures hæredes occiſi, non ſufficiat pacem habere ab vno tantum, nec à maiori illorum parte, ſed ab omnibus habenda ſit ad euitanda ſcãdala, ne minor pars hæredum videns homicidam ad patriam reſtitutũ contra eum inſidietur, & ſic quies publica perturbaretur, & cum quilibet hæres, vel pro ſua parte repræſentans defunctum ſuam ſatisfactionem habere debeat, vt tradunt *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 3. n. 63.* latè comprobans. *Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 13. n. 8.* vbi teſtatur de magis communi opinione, *Vulpell. de pace quæſt. 19. num. 5.* vbi hanc dicit crebriorem ſententiam, *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 58. n. 34.* vbi dicit, quod hæc opinio ei magis placeat *Guazz. de pace par. 1. q. 18. n. 4. Caual. in ſpec. comm. contra com. quæſt. 77.* vbi teſtatur de veriori *Cancer. var. reſol. par. 2. cap. 11. nu. 70.* vbi alios adducit de veriori, & magis communi atteſtantes, & illam benè confirmat, et *Buttiglier. de ſucceſ. cap. 1. theor. 10. num. 5.* vbi dicit, hanc eſſe veriorem opinionem, & alios dat concordantes.

4 Licèt contrariam opinionem, imò ſufficere pacẽ habere à maiori parte hæredum voluerint *Bart. in leg. 4. §. Cato. num. 33. ff. de verb. oblig. Puzu in epit. delict. lib. 1. cap. 46. nu. 7. Boſſi in pract. in tit. de pace num. 21. Decia. conſ. 38. nu. 13. lib. 1.* vbi teſtatur de æquiori, & magis communi Doctorum opinione, prout facit *Io. de Amic. conſ. 188. num. 6.* quem refert. & ſequitur *Farinac. de accuſ. d. quæſt. 14. nu. 15.* vbi hanc opinionem dicit eſſe æquiorem, & magis communem, & rationabiliorem, nec non *Fachin. contro. iur. lib. 10. cap. 58.* vbi in fine dicit *dict. Bart.* opinionem eſſe magis iuri, & æquitati conſonam.

5 Amplia d. declarationem, vt habeat locum etiã ſi Statutum de hærede loquatur in numero ſingulari, quia adhuc pax eſt habenda ab omnibus hæredibus, cum id magis congruat menti ſtatuentiũ ad tollendi ſcandala, quæ non ceſſarent, ſi pax haberetur ab vna tantùm parte hæredum, vt voluerunt *Vulpel. de pace quæſt. 20 per tot.* vbi hanc dicit veriorem opinionem, *Bata. ad Clar. in d. qu. 58. n. 5. & ſeq.* et *Guazz. de pace d. quæſt 18 nu. 6. et ſeq.* rejecto *Boer. deciſ. 128. nu 3.* vbi hoc ampliat, vt eò magis habeat locum quando à Statuto requireretur pax concorditer, ſeù vnanimiter ab hæredibus, vt ibi per eum.

6 Subdeclara d. declarationem, vt maior pars hæredum non intelligatur ratione perſonarũ, ſed reſpe-

ctu

ſtu quotæ hæreditatis in qua ſuccedunt, ita vt ſi duo hæredes ſuccedant in duabus tertiis partibus hæreditatis, quinque verò alij hæredes ſuccedant in alia tertia parte, pax habita ab illis duobus hæredibus diceretur habita à maiori parte, tunc enim numerus perſonarum attenditur, quando hæreditariæ partiones ſunt æquales, vt declarant *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. d. cap. 3. num. 63. Plaza in epit. delict. lib. 1. cap. 45. num. 7. Farinac. de accuſ. d. qu. 14. n. 17. et 18. et Guazz. de pace d. qu. 18. nu. 10.*

SVMMARIVM.

1 *Pax, ſeù cautio de non offendendo dicitur rupta exoneratione archibuſij etiam ſine offenſione.*

Amplia concluſionem, vt habeat locum etiam ex exoneratione rota, num. 2.

Et ex inclinatione canis archibuſij ſuper rotam, num. 3.

Quæ non habent locum, quando fuit promiſſum non offendere in perſonam, num. 4.

Offenſio dicitur facta in perſonam, quando tanguntur res corpori inſeparabiles, num. 5.

Quid ſit tactæ ſint res corpori cohærentes, putà, veſtes, num. 6.

Si tamen ſit promiſſum non offendere quomodocunque, ſufficit quælibet offenſio, num. 7.

RESOLVTIO XIV.

Pax ſeù cautio de non offendendo an dicatur rupta ex exoneratione archibuſij ſine offenſione.

1 PAx, ſiuè cautio de non offendendo dicitur rupta ex exoneratione archibuſij, quamuis aduerſarius ab illa vulneratus non remanſerit, cum delinquens fecerit quãtum in ſe fuit vt aduerſarium offenderet, ita vt nocendi potentia ad actum fuerit perducta, vt tradunt *Moron. de treg. & pace quæſt. 172. num. 3.* vbi dicit, ita ipſum iudicaſſe in Ciuitate Firmi, *Vulpel. conſ. 67. ſub nu. 5. et conſ. 82. per tot. et conſ. 88. nu. 5. & ſeq. et in tract. de pace quæſt. 91. num. 7. in fin. et num. 16. & quæſt. 101. num. 10.* vbi dicit, ita in facto obtinuiſſe in Ciuitate Piſauri, *Hond. conſ. 103. num. 8. lib. 1. Farinac. de var. ac diu. crim. quæſt. 107. num. 174. & ſeq. & conſ. 98. nu. 1. & ibi Adden. litera A. lib. 1. Caballi reſol. crim. caſu 152. ferè per tot. cent. 2. Guazz. de pace par. 1. quæſt. 50. num. 14. & q. 55. n. 4. & Cancer. var. reſ. par. 2. c. 11. n. 54. & 55.* Offenſio enim dicitur quicquid alium ad iuſtam turbationem prouocat, & quæ pœnam meretur, vt poſt *Bart. Floria.* & alios per eum adductos tradit *Marſil. de banno. in ver. ab offenſis num. 1. Vulpell. d. conſ. 82. num. 4. et 5. Guazz. d. quæſt. 55. num. 1. Hond. d. conſ. 103. num. 13.* & alij Doct. ſupra adducti, maximè cum delinquens nocendi potentiam ad actum perduxerit faciendo quantum potuit, vt aduerſarium offenderit, vt conſiderant *Vulpel. in d. qu. 91. num. 9. Farinac. in d. quæſt. 107. num. 175. in fin. & Cancer. d. cap. 11. num. 54. & ſeq.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum non ſolum in exonerante archibuſium contra illũ cum quo pacem habet, ſeù promiſit non offendere ſed etiam in exonerante contra eum rotam archibuſij abſque cannæ illius exoneratione, vt adnotarunt *Vulpell. de promiſ. de non offen. quæſt. 101. n. 9.* vbi dicit, ita obtinuiſſe in Ciuitate Piſauri *Farin. de var. ac diu. crim. d. quæſt. 107. num. 175.* & non diſſentit *Caball. reſol. crim. caſu 152. ſub nu. 18. cent. 2.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum, etiam in ſolùm declinante archibuſium contra eum, cum quo pacem fecerat cum inclinatione canis archibuſij ſuper rotam, quem dici pacem rumpere, cum illa frangatur etiam per minas, & illationem metus conſuluit latè comprobans, licèt aliquantulum dubius *Farinac. in conſ. 36. num. 5. & ſeq. lib. 1.* & tenuit etiã *Guaz. de pace par. 1. q. 50. n. 15*

4 Limita d. concluſionem, vt habeat locum, quando fuit promiſſum non offendere ſimpliciter, vel perſonaliter, ſecùs tamen eſt, ſi fuit promiſſum non offendere in perſonam, quia tunc pax, ſeù cautio de non offendendo non dicitur rupta per exonerationem archibuſij abſque offenſione perſonæ cum illa particula *In* adiecta perſonæ denotet offenſionem intrinſecam per tactum corporis, ita vt corpus ex offenſione patiatur dolorem, tumorem, liuorem, aut ſanguinis effuſionem, vt voluerunt *Vulpell. d. conſ. 82. per tot. & in tract. de pace quæſt. 101. num. 10. Gabr. conſ. 171. per tot. lib. 1. Ludercb. conſ. 200. num. 1. & ſeq.* quam limitationem, latè comprobat, & à contrarijs defendit *Hond. d. conſ. 103. per tot. lib. 1.* vbi agit de eo, qui cum archibuſio vulnerauit equum, ſed non equitantem, vt ibi per eum, & concordant *Farinac. de var. ac diuer. crim. d. quæſt. 107. num. 147. & num. 175. Cabal.* latè pariter comprobans *reſol. crim. d. caſu 152. per tot. Guazz. de pace d. quæſt. 50. num. 16. & d. qu. 55. nu. 5.* vbi alios dat concordantes quamplures, & ſentit etiam *Cancer. var. reſol. d. par. 2. cap. 11. num. 44. & Ant. de Ball.* dum ſe refert ad *Gabr. d. conſ. 171. prac. crim. lib. 5. prag. 5. tit. 27. num. 5.*

5 Declara d. primam limitationem, vt offenſio dicatur facta in perſonam, non ſolùm, quando corpus læditur, ita vt illud ſentiat dolorem tumorem, liuorem, aut ſanguinis effuſionem, ſed etiam quando tanguntur, & offenduntur res corpori cohærentes, & inſeparabiles, vt ſunt pili, vngues, & capilli, vt declarant *Herculan. de caut. de non offen. cap. 24. num. 8. & cap. 25. nu. 7. Vulpel. de pace quæſt. 91. num. 4. Viui. deciſ. 368. num. 1. ver. contraria ſententia &c. Farinac. de var. ac diu. crim. d. quæſt. 107. num. 149.* & ita ſentit *Gabr. d. conſ. 171. ferè per tot.* & hanc opinionem communiorem dicit *Caball. d. caſu 152. num. 1. & 14.* quam tenet etiam *Guazz. de pace d. quæſt. 55. num. 6.*

6 Quicquid ſit quando offenſio eſt facta in rebus corpori cohærentibus, vt in veſtibus, quia tunc omiſſis contrarijs Doct. opinionibus de quibus *Farinac. in d. quæſt. 107. n. 176. et plur. ſeq.* ſatis placet

ſtinctio *Bart. in l. locatio. 9. §. quod illicitè num. 5. & 6. ff. de public. & vectig.* quod aut agitur de exactione pœnæ ab ipſo offendente ob offenſionem ab eo factam, & tunc offenſio facta in veſtibus dicatur offenſio in perſonam, aut agitur de exactione pœnæ a non offendente, puta, quia promiſit pro aliis, & tunc non dicatur offenſio in perſonam, niſi corpus tangatur, cum tunc agatur de odio irrationabili, à quo non diſſentit *Vulpell. de pace quæſt. 91. num. 1. in fin. & nu. 9. & num. 13. & ſeq.* & tenent *Hend. d. conſ. 103. num. 26. & ſeq. Farinac. de var. ac diu. crim. d. quæſt. 107. num. 183.* vbi dicit d. *Bart.* diſtinctionem eſſe notandam, cum ſit magiſtralis, vt ibi per eum, *Card. Tuſc. pract. concl. lit. P. concl. 180. n. 19. & 20. & Guazz. de pace d. q. 55. n. 7.*

7 Declara ſecundò d. limitationem, quod quando quis promiſit non offendere per verba vniuerſalia, & prægnantia, vt puta, quocunque modo, qualitercunque, directè, vel indirectè, & ſimil. tunc dicitur contrauenium d. promiſſioni per quamcunq; offenſionem ſiuè perſonaliter, ſiuè perſonæ, ſiuè in perſonam illatam, & per omnem offenſionem prouenientem ex actu ad iracundiam prouocante, & punibili, cum d. verba importent omnes modos excogitabiles, vt declarant *Adden. ad Bertaz conſ. 147. litera B. ver. tertio, &c. lib. 1. Card. Tuſc. pract. concl. d. concl. 180. num. 38. Peguer. deciſ. 21. num. 6. Farinac. de var. ac diu. crim. d. quæſt. 107. num. 157. Caball. d. caſu 152. num. 17. & Guazzin. de pace d. quæſt. 50. num. 28. et d. quæſt. 55. num. 8.*

ADDITIO.

N. 1. ADde, Ad materiam huius Reſolutionis vide dicta ſupra in verbo *Cautio de non offendendo Reſolut. 8. per tot. & Adden. ad Guazz. de pace quæſt. 50. poſt prin.*

SVMMARIVM.

1 *Stante Statuto minuentè pœnam habenti pacem, ſi illa ab vno ſit producta in iudicio, non prodeſt alteri ad obtinendum beneficium Statuti.*

Cum ſocius in criminalibus non gaudeat beneficio ſocij, num. 2.

Licèt contrarium teneant aliqui Doct. num. 3.

RESOLVTIO XV.

Stante Statuto minuentè pœnam habenti pacem, ſi illa ab vno ſit producta in iudicio an proſit alteri ad obtinendum d. beneficium.

1 STante Statuto minuente pœnam delicti habenti pacem, ſi illa ab vno ex corrixantibus ſit producta in iudicio, non prodeſt alteri contumaci ad effectum obtinendi beneficium dict. Statuti, vt tradunt *Gandi. de maleſ. in tit. de trāſ. et pace in maleſ. ſub n. 17. Vulpel. de pace q. 65. n. 2. & ſeq.* vbi contrariis reſpondet, *Cabal. reſ. crim. caſu 75. n. 2. et ſeq.* vbi dicit, ipſum hanc concluſionem ſemper ſequutum fuiſſe, quam ibi latè comprobat *cent. 1. et Guazzin. de pace par. 1. q. 26. n. 2. & ſeq.* vbi pariter contrariis reſpondet.

2 Socius enim in criminalibus non non gaudet priuilegio, & beneficio ſocij ad tex. *in leg. ſi quis vxori 53. ff. de furt. Caball. d. caſu 75. num. 6. Guazz. d. quæſt. 26. num. 3.* maximè quando cauſa defenſionis non eſt indiuidua adnot. per *Vermigl. conſ. 109. in fine*, & in his, quæ ſuperueniunt poſt delictum, & extra illud, quo caſu ſingulæ perſonæ delinquentium, & ſingula eorum facta attenduntur, vt poſt *Bar. in l. libertis 18. §. poſthumis ff. de alimen. et cib. lega. et. in l. is qui opem 34. nu. 5. ff de furt.* per eum relatum not. *Cabal. d. caſu 75. num. 9.* & poſt eum benè declarat *Guazz. de pace d. quæſt. 26. num. 4.*

3 Licèt contrarium, imò d. beneficium pacis competere etiam cōtumaci teneat *Catald. de ſindic. qu. 187. ſub num. 127.* & cum eo de æquitate pertranſiſſe videatur *Gandin. de maleſ. in tit. de tranſa. & fract. in maleſ. ſub num. 17.* licet contrarium teneat de rigore iuris, vt ibi per eum, quorum rationibus reſpondet *Guazz. vbi ſupra.*

SVMMARIVM.

1 *Quando proceditur contra aliquem pro fractione pacis, poſſunt conſanguinei, & attinentes comparere pro eo, ne pingatur in loco publico.*

RESOLVTIO XVI.

Quando proceditur contra aliquem pro fractione pacis, an poſſint conſanguinei, & attinentes comparere pro eo, ne pingatur in loco publico.

1 QVando proceditur contra aliquem pro fractione pacis, poſſunt conſanguinei, & alij attinentes inſurgere pro honore familiæ, ne bannitus pro fractura pacis pingatur in loco publico vigore bannimentorum generalium, licèt contumax vigore Bullarum non poſſit audiri, vt poſt *Iaſ. conſ. 144. num. 2. vol. 2. et Ruin. conſ. 9. n. 9. lib. 5.* per eum relatos tradit *Guazz. defen. 33. cap. 26. num. 7.* vbi dicit, id paſſim in Sacra Conſulta obſeruari, & plures caſus refert, in quibus dicit, ipſum in facto ita obtinuiſſe in Alma Vrbe, & ita tenet etiam *Farinac. in conſ. 150. num. 4. & 5. vol. 2.* maximè quando de d. exceptione clarè conſtat, & non requirit altiorem indaginem, vt ibi per eum quamplures adducentem Doctorum authoritates, & dicam infra in verb. *Procurator Reſol. 1. num. ...*

SVMMARIVM.

1 *Pacis inſtrumentum extraiudicialiter confectum, non probat delictum.*

Licèt contrarium teneant aliqui Doctores, n. 2.

Maximè quando pax facta fuit in caſu de iure tranſigibili, num. 3.

Contrarium tamen tenent aliqui, num. 4.

Ac etiamſi pax ſit facta in caſu de iure non tranſigibili, num. 5.

Licèt contrarium teneant aliqui Doct. num. 6.

Quod de conſuetudine non eſſe attendendum volunt aliqui num. 7.

Ampliaconcluſionem, vt eò magis procedat in pace tractata, ſed non concluſa, num. 8.

Et quando pax facta fuit ad ſe redimendum à vexationibus, num. 9.

Et quando pax fuit recepta ab aliquo tertio non habente mandatum, num. 10.

Fallit concluſio, quando pax non fuit facta gratis, ſed aliquo dato, num. 11.

Licèt contrarium ſenſerint aliqui Doct. nu. 12.

Et quando non conſtat de corpore delicti, nu. 13.

Probaretur tamen delictū ex pace, quando pars produceret illius inſtrumentum in iudicio, nu. 14.

Contrarium tamen vti verius tenent plures Doctores, num. 15.

Tranſactio, quando ſit licita in delictis remiſſiuè, num. 16.

RESOLVTIO XVII.

Pacis Inſtrumentum extraiudicialiter confectum an probet delictum.

1 PEr Inſtrumentum pacis extraiudicialiter confectum nō probatur delictū, nec quis cenſetur fateri crimen, ſuper quo fuit facta pax, vt tradunt *Marſil. in pract. §. diligenter num. 178. & ſeq. Pute. de ſindic. in ver. Compoſitio cap. 10. ſub num. 2. Brun. de indic. & tort. in 3. qu. prin. num. 28. ver. pax, ſeù tranſactio &c. Carer. in pract. ver. trigeſimum primum indicium nu. 2. et ſeq.* quos refert, & ſequitur *Caball. reſol. crim. caſu 74. num. 3. & ſeq. cent. 1.* vbi hanc concluſionem dicit certiſſimam, & quotidie practicatam, cum quibus pertranſire videtur etiam *Guazzin. de pace par. 1. quæſt. 27. num. 2. Hercul. de caut. de non offen. cap. 36. nu. 25. & Farinac. de inquiſ. quæſt. 5. num. 18. et ſeq.* vbi loquitur in caſu tranſigibili, alias ſecùs, vt infra dicetur.

Confeſſio enim, quæ oritur ex pace prædicta vti facta extraiudicialiter per Inſtrumentum habet vim ſolius confeſſionis extraiudicialis, quæ non eſt ſufficiens ad condemnandum confitentem, quicquid ſit, quo ad torquendum, vt not. *Clar. in pract. § fin. quæſt. 55. in prin. Cabal. reſol. crim. caſu 288. num. 19. cent. 3. Vermigl. conſ. 304. num. 7. Farinac. in d. qu. 5. num. 19.* & alii adducti ſupra in ver. *Confeſſio Reſol. 12. in princ.*

2 Licèt contrarium, imò ex Inſtrumento pacis probari delictum, ſuper quo pax inita fuit tenuerint *Capoll. caut. 158. in prin. Vitali. de malef. in tit. de pace num. 12. Iodoc. in pract. cap. 14. num. 8. Maſcar. de prob. concl. 501. in prin. lib. 1. Ant. de Ball.* licèt confusè *tract. crim. lib. 1. quæſt. 18. num. 1. & Rota deciſ. 21. num. 3. poſt 1. vol. conſ. Farinac.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum quando pax facta fuit in caſu de iure tranſigibili, quia tunc ex Inſtrumento pacis extraiudicialiter facto nulla oritur confeſſio, nec probatio delicti, neque quo ad condemnationem, neque quo ad torturam, cum illa facta tunc dicatur iure permittente, vt voluerunt *Clar. in pract. § fin. quæſt. 21. ver. pax verò &c. Menoc. de præſump. lib. 1. q. 89. n. 85. Gabr. com. concl. de malef. concl. 23. num. 5.* vbi teſtatur de cōmuni opinione, *Maſc. de prob. d. concl. 501. n. 7 & 8. Farin. de inquiſ. d. qu. 5. n. 18.* vbi alios adducit concordantes, & dicit, hanc eſſe veram, & communem Doct. opinionem, *& n. 19. ver. ſublimita primò &c.* & eandem opinionem ſequitur *in conſ. 127. n. 34. lib. 2.* & ita tenent etiam *Hond. conſ. 96. nu. 49. lib. 2. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 3. ſub n. 54. Cabal. reſol. crim. d. caſu 74. n. 3. et ſeq. Guaz. de ſen. 32. n. 3. & in tract. de pace d. q. 27. nu. 3. et ſeq. & n. 10. et ſeq.* vbi reprobat *Vulpel.* contrarium tenentē in loco, de quo infra, *& Vermigl. conſ. 184. n. 14.* & ita ſenſit etiā *Ant. de Ball. tr. cr. lib. 1. q. 18 n. 2.*

4 Quicquid contrarium tenuerit *Vulpell. de pace q. 27. n. 7. & ſeq.* volens ex pace oriri indicium ad torturam etiamſi ſit facta in caſu de iure tranſigibili, cum quo ſentit *Farin. de inquiſ. d. q. 5. n. 19. ver. ſublimita* quando cum pace, vel compoſitione cōcurrit aliquod aliud adminiculum, quem ſimpliciter refert *Guazzin. d. quæſt. 27. num. 11. in fin.*

5 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum etiam, quando pax facta fuit cum parte etiam per publicum inſtrumentum in caſu de iure non tranſigibili, quia adhuc ex illo non inducitur probatio, nec confeſſio delicti ad effectum condemnādi facientem, pacem, ſeu componentem, ſed ſolū ad effectum illum torquendi, cum confeſſio, quæ oritur ex pace, vti facta extraiudicialiter per inſtrumentum habeat vim ſolius confeſſionis extra iudicialis, quæ non eſt ſufficiens ad condemnādum, ſed ſolùm ad torquendum, vt ſupra dixi, & tradunt *Villalob. in commun. opin. litera I. nu. 121. Clar. in pract. §. final. quæſt. 21. ver. Pax &c.* licèt dicat apud eos, ex inſtrumento pacis plenè probari delictum *Farin. de inquiſ. d. quæſt. 5. num. 19.* vbi teſtatur de communi opinione, cum quibus pertranſeunt *Hond. conſ. 96. num. 49. lib. 2. Moron. de pace quæſt. 24. nu 7.* dum refert ſe ad *Clar. in d. qu. 21. Novel. in tract. ad def. in tit. an indicta pro reo &c. n. 120. & Guaz. de pace d. q. 27 n. 4. verſ. aut verò &c.*

6 Quicquid contrariam opinionem, imò ex pace oriri confeſſionem ſufficientem ad condemnandū, quando pax facta fuit in caſu non tranſigibili voluerint *Blanc. de indic. n. 306. Menoch. de præſumpt. lib. 1. q. 89. n. 83. Maſc. de prob. d. concl. 501. in fin. & Vulpel. de pace d. q. 27. in fin.* vbi loquitur quando pax facta fuit ſuper certo delicto, vt ibi per eum.

7 Licèt d. ampliationem ſeù concordiam de pace facta ſuper caſu de iure permiſſo, ſeù reprobato de generali conſuetudine non eſſe attendendam, cum in quolibet delicto cuiuſcunque ſit qualitatis

licitum ſit pacem facere ſcripſerint Clar. in pract. §. fin. quæſt. 58. ver. ſecunda regula &c. num. 14. Caball. in d. caſu 74. nu. 9. & Guazz. de pace d. quæſt. 27. n. 8.

8 Amplia tertiò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum in pace, quæ ſuit per mediatores, & communes amicos inter partes tractata, ſed non concluſa, quia tunc ex illa nulla oritur confeſſio delicti, ſiue in caſu de iure tranſigibili, ſiuè non, vt voluerunt Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 89. num. 86. vbi alia requirit adminicula, & Farinacc. de inquiſ. d. quæſt. 5. num. 23. & ſeq. latè comprobans, cum quibus pertranſit Guazzin. de pace d. quæſt. 27. num. 5. in fin. maximè quando reus non conſentit d. tractui, vt ibi per eum, cum quo concordat Batar. ad Clar. §. fin. quæſt. 21. num. 146. & quando non concurrunt adminicula alias ſecùs Ant. de Ball tract. crim. lib. 1. quæſt. 18. num. 3.

9 Amplia quartò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando pax facta fuit ad ſe eximendum à vexationibus Curiæ, & fiſci, quia tunc ex illa nulla inſurgit confeſſio delicti, vt not. Gabr. com. concl. de maleſ. concl. 23. nu. 8. Maſc. de prob. d. concl. 501. num. 3. Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 5. nu. 21. vbi quamplures dat concordantes, & ampliat concluſionem habere locum, etiam in caſu non tranſigibili, et conſ. 88. in fin. lib. 1. cum quibus pertranſeunt Caball. reſol. crim. d. caſu 74. num. 6. vbi dicit in d. caſu indubitanter nullam oriri ex pace aliquā confeſſionem delicti. maximè quādo pax facta fuit generaliter de omnibus iniurijs inter partes ſequutis, vti hodiè partes facere ſolent, vt ibi per eū Guazz. def. 32. c. 15. n. 3. et de pace d. q. 27. n. 21. qui alios dat concordātes, et Ant. de Bal. tra. crim. lib. 1 q. 18. n. 6.

10 Amplia quintò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando pax non fuit recepta ab ipſo delinquente, ſed ab aliquo tertio non habente mādatum ad fauendum pacem, quia tunc ex d. pace nullam oriri confeſſionem delicti ſcripſerunt Gram. voto 40. in fin. vbi dicit, ita fuiſſe iudicatum in Mag. Cur. Vic. Clar. licèt dubitatiuè in pract. d. quæſt. 21. ver. pax in fin. Farinac. qui alios dat concordantes de inquiſ. d. quæſt. 5. num. 24. vbi dicit prædicta habere locum, etiamſi aliquid datum fuerit pro pace facienda, niſi tamen fuerit per eum in iudicio producta, quia tunc cenſeretur ratificata, vt ibi per eum, & d. declarationem ſequitur etiam Caball. d. d. caſu 74. num. 8. Cancer. var. reſol. par. 2. cap. 11. nu. 107. et Guazz. de pace d. quæſt. 27. num. 16. vbi loquitur de pace facta per patrem pro filio etiam mediante pecunia, & in iiſdem terminis loquitur Ant. de Ball. reſ. crim. lib. 1. d. q. 18. num. 4. & num. 8.

11 Declara primò d. concluſionem principalem, vt habeat locum in pace facta gratis, & amore Dei ex qua nulla oritur confeſſio delicti, etiam in caſu non tranſigibili, ſecùs tamen eſt, ſi illa facta fuerit aliquo accepto, ſeù mediante pecunia, quia ex tali pace reſultat confeſſio delicti, vt tradunt Bart. Bald. Salic. & Iaſ. in leg. tranſigere 18. C. de tranſa. Herculan. de caut. de non offen. cap. 36. num. 25. Gabr. commun. concl. de maleſ. d. concl. 23. num. 10. Menoc. de præſump. d. lib. 1. quæſt. 89. num. 83. Vulpel. conſ. 4. num. 4. et in tract. de pace d. quæſt. 27. nu. 1. 2. & ſeq. Maſc. de prob. d. concl. 501. num. 4. et ſeq. Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 5. num. 20. vbi alios dat concordantes quamplures, cum quibus tenent etiam Caball. reſol. crim. d. caſu 74. num. 3. & ſeq. licèt dicat aliquos contrarium tenere, Batar. ad Clar. d. quæſt. 21. num. 145. Guazz. de pace d. quæſt. 27. nu. 12. et Ant. de Ball. tract. crim. lib. 1. d. quæſt. 18. num. 5.

12 Licèt contrarium ſenſerit Bald. in l. furti 6. §. pactus ff. de his qui not. infam. cum quo aliquos Doctores tranſire dicit Caball. d. caſu 74. ſub num. 3.

13 Declara ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum quando non conſtaret de corpore delicti, quia tunc etiam ſi ex pace oriretur aliqua confeſſio delicti, ſeù iudicium, illa, ſeù illud non eſſet ſufficiens ad condemnandum, neque ad torquendum, imò neque ad inquirendum etiam in caſu non tranſigibili ne magis operetur confeſſio tacita, quam expreſſa, ſecundùm Gabr. com. concl. de maleſ. d. concl. 23. num. 33. & Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 5. num. 22. alios adducentem ita ſentientes, & ita voluit etiam Guazz. de pace d. quæſt. 27. num. 17.

14 Declara poſtremò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando pars produceret in iudicio Inſtrumentum pacis, quia tunc benè illud probaret delictum, ex regula, quod producens Inſtrumentum cenſetur fateri omnia in eo contenta ad tex. in l. cum precum 9. C. de liber. cauſ. vt tenet Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 5. num. 19. ver. ſublimita ſecund. & in conſ. 150. num. 7. lib. 2.

15 Contrarium tamen vti veriùs, imò d. productionem Inſtrumenti pacis non inducere probationem delicti. niſi in caſibus poſitis ſupra in declarationibus, cum Inſtrumentum pacis productum in iudicio ad effectum excludendi condemnationem non debeat contrarium effectum operari l. ſi reus paratus 73. ff. de proc. l. legata inutiliter 14. ff. de adim. lega. cum ſimul apud Barbo. axiom. 99. nu. 4. & cum producens ſcripturam non cenſeatur illam approbare, niſi quatenus illa probet Greg. XV. dec. 432. num. 4. & in terminis tradunt Bald. in d. §. pactus Cabal. in d. caſu 74. num. 4. & Guazz. de pace d. quæſt. 27 nu. 13. & 14. qui nu. 21. & ſeq. plures refert cautelas, per quas delinquens faciendo pacem non dicitur fateri delictum, & præcipuè ſi fiat pax de omnibus vulneribus, Iniurijs, & offenſionibus quæ dicuntur inuicem paciſcentes feciſſe, & intuliſſe, de quibus ibi per eum, quod eſt notandum, cum hodiè paces alio modo fieri non ſoleant.

16 Quando verè in delictis ſit licita tranſactio docent Doct. in l. tranſigere. C. de tranſ. Clar. in pract. §. fin. qu. 58. ver. ſucceſſiuè videamus &c. cum plu. ſeq. et Farbin. contr. iur. lib. 1. cap. 8. & ſeq. ipſos cōſulas

S V M M A R I V M.

1 *Pacem faciendi ius competit primò filijs ſuper morte defuncti.*

Et aſcendentibus, & deſcendentibus vſque in infinitum, num. 2.

Etiamſi

Etiamſi filij non ſint hæredes patris, n.3.

Ita vt filij legitimi, & naturales præferuntur naturalibus tantùm, n.4.

Et filij naturales, & ſpurij habentes certum patrem præferuntur conſanguineis, n.5.

Secùs tamen eſt, ſi certum patrem d. filij non agnoſcunt, num 6.

Licèt ſecùs ſit quo ad mortem matris, n.7.

Et concluſio procedit etiam in filijs exhæredatis, & emancipatis, num.8.

Filij verò minores non poſſunt pacem facere ſinè conſenſu tutorem, num 9.

Tutor verò, vel curator non poteſt pacem facere pro filio, qui eſt in vtero, n 10.

11 *Pax pro offenſione facta Monaco, an ſit facienda per filium, vel Monaſterium.*

12 *Pax an ſit habenda etiam a filiis fœminis exiſtentibus vna cum maſculis remiſſiuè.*

RESOLVTIO XVIII.

Ius faciendi pacem cui competat ſuper morte defuncti.

1 PAcem faciendi ius de nece defuncti competit primo loco filijs, & ab eis pax eſt habenda vti patri proximioribus, vt tradunt *Plaz. in epit. delict. lib. 1. cap. 40. num. 2. in fin. & cap. 45. numer. 2. Farinac. de accuſat. quæſt. 13. num. 3 Guazzin. de pace, par. 1. quæſt. 13 num. 1. Paſcal. de patr. poteſt. par. 2. cap. 1. num. 3. & Buttigl. de ſucceſſ. cap. 1. theorem. 10. num. 6.* qui alios dant concordantes, & ita ſentit etiam *Cancer. variar. reſol. par. 2. cap. 11. num 62. & ſeq.*

Ius enim accuſandi, & remittendi iniuriam pro nece defuncti naturalem obligationem reſpicit, & iure ſanguinis proximioribus defertur, itaut magis coniuncti remotioribus, præferantur *l. ſi plures 16. ff. de accuſat. l. 2. §. ſi ſimul* cum ibi not. per *Bart. & Angel. ff. de adult. Farinac. d. quæſt. 13. num 3. Paſcal. de patr. poteſt. d. par. 2. cap 1. num 1. Guazzin. de pace par. 1. quæſt. 11. in princ.* & alij Doctores ſupra adducti.

2 Amplia d. concluſionem, vt habeat locum etiam in aſcendentibus & deſcendentibus vſquè in infinitum, vt ſcripſerunt *Plaz. in epitom. delict. lib. 1. cap. 40. num. 2. & ſeq. & d. cap. 45. num. 2. & ſeq.* vbi de nepotibus, & alijs, *Farinac. de accuſat. d. quæſt. 13. num. 3. Guazzin. de pace d. quæſt. 13. num. 2. & 3. Paſcal. de patr. poteſt. d. par. 2. cap. 1. num. 1. 2. & ſeq. Cancer. var. reſol. par. 2. cap. 11. num. 62. & ſeq.* vbi dicit, præferendos eſſe proximiores, *& Buttigl. de ſucceſſ. d. cap. 1. theorem. 10. num. 3. in fin.* vbi pariter dicit, d. ius competere proximioribus defuncti data inter eos prælatione, vt ibi per eum.

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum, etiamſi filij non ſint hæredes patris, quia adhuc eis competit ius faciendi pacem de illius morte, cum ius faciendi pacem non ſit quid hæreditarium, nec competat ratione hæreditatis, ſed ſanguinis, vt voluerunt in fortioribus terminis *Vulpel. de pace quæſt. 11. num. 1. & ſeq. Farinac. de accuſat. quæſt. 14. num. 19.* vbi alios dat concordantes, quamplures, *Plaz. in d. cap. 45. num. 2.* & benè comprobat *Guazzin. de pace d. quæſt. 13. num. 4. Paſcul. de patr. poteſt. d. l. par. 2 cap. 1. num. 1. & ſeq. Buttigl. de ſucceſſ. cap 1. Theor. 10. num. 4. & 5.* & dixi latius ſupra *Reſol. 13. per tot.* vbi probaui, hoc habere locum etiam ſtantibus hæredibus extraneis videas ibi.

4 Amplia tertiò d. concluſionem, vt filij legitimi, & naturales præferantur in faciendo pacem de morte patris filijs naturalibus tantum, cum duo vincula magis ſtringant, quam vnum ad tex. *in l. re coniuncti 87. verſ. præfertur, & ibi Iaſ. num. 17. ff. de legat. 3. Vulpel. de pace quæſt. 16. num. 4. verſ. dummodo, &c. Farinac. de accuſat. quæſt. 13. ſub num. 69. verſ. primò quod &c.* vbi dicit, hanc ampliationem eſſe veriſſimam, *& Guazzin. de pace d. quæſt. 13. num. 23. & 25.*

5 Amplia quartò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in filijs naturalibus, & ſpurijs, qui certum tamen patrem agnoſcunt, qui ſicut in accuſando cæteris conſanguineis præferuntur, ita præferendi ſunt in iure faciendi pacem, cum pax, & accuſatio in iſta materia æquiparentur, vt declarant *Ant. Gomez var. reſ. l. tom. 3. cap. 3. num. 61. & ſeq. Clar. in pract. § fin. quæſt. 58. verſ. ſcias autem, &c. Farinac. de accuſ. d. quæſt. 13. num. 69.* benè comprobans, *& Guazzin. de pace, dict. quæſt. 13. num. 24.* qui reprobant *Petr. Bell. de re milit.* volentem eſſe præferendos conſanguineos honeſtos defuncti, & *num. 25.* vbi declarat, prædicta habere locum non extantibus filijs legitimis, & naturalibus, *& num. 31.* cum quibus pertranſit *Paſcul. de patr. poteſt. par. 2. cap. 1. num. 40.* & in terminis filiorum illegitimorum Presbyterorum, quod eis competat ius accuſandi, & faciendi pacem in defectum ſobolis legitimæ tenet optimè *Lucido. de illegit. Cleric. & Regul. cap. 5. num. 11. & ſeq.* vbi hoc extendit etiam ad filios equitum Regularium, vt ibi per eum.

6 Declara d. quartam ampliationem, vt habeat locum in filijs naturalibus, & ſpurijs, qui certum patrem agnoſcunt, vt ſupra, licet inter eorum parentes matrimonium adeſſe non potuerit, ſecùs tamen eſt in ſpurijs, qui certum patrem non agnoſcunt, quia illis nec ius accuſandi de morte patris, nec ius faciendi pacem de eiuſdem morte competit, vt tradunt *Farinac. de accuſat. d. quæſt. 13. num. 61. & 71. Guazzin. de pace d. quæſt. 13. num. 27. & ſeq.* qui alios adducunt ita ſentientes, *& Paſcul. de patr. poteſt. d. par. 2. cap. 1. num. 23.* vbi dicit, hoc certo certius eſſe, & alios pariter dat concordantes

7 Limita d. declarationem, vt non habeat locum quò ad mortem matris; quia cum illa certa ſemper ſit, ideò filius ex damnato coitu poteſt de illius morte accuſare, & pacem facere, vt voluerunt *Clar. in pract. d. quæſt 58. num. 25. in fin.* vbi teſtatur de communi opinione, licèt dicat contrarium ſeruari Mediolani de conſuetudine *Vulpel. de pace quæſt.*

quæſt.16.num.4.Farinac.de accuſat.d.quæſt.13.num.67. & Guazz. de pace, quæſt.13.num. 29.

8 Amplia quintò d.concluſionem, vt habeat locum etiam in filio exhæredato, vel emancipato, a quo habendam eſſe pacem, cum iura ſanguinis per exhæredationem, ſeù emancipationem non tollantur vt voluerunt *Baiar.ad Clar.quæſt.58 ſub num.24. & 56. & Guazzin.de pace d. quæſt.13.num.33. & ſeq.* vbi dicit, idem eſſe quò ad filios adoptiuos, qui tranſierunt in poteſtatem adoptantis, vt ibi per eu.

9 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in filijs minoribus, qui non poſſunt pacem facere de morte patris ſine conſenſu eorum tutorum vt tradunt *Farinac.de accuſat. d.quæſt. 13. num.47. & Guazzin.de pace d.quæſt, 13. num.36.* & ego dixi latiùs infra *Reſol. . . . per tot.*

10 Limita ſecundò d.concluſionem, vt non habeat locum in filio poſt humo, pro quo dũ eſt in vtero tutor, ſeù curator non poteſt pacem facere cum delinquentibus, cum ille dum eſt in vtero, in rerum natura eſſe non cenſeatur, vt not. *Plaza in epit. delict.lib.1. cap.42. num. 1. & ſeq. Farinac. de accuſat. d.quæſt.13. num.48. & ſeq.* vbi hanc limitationem benè comprobat, & contrarijs reſpondet, *& Guazzin.de pace d. quæſt. 13. num. 37.* vbi alios dat concordantes.

11 Addo pro coronide, quòd licèt diuerſæ ſint opiniones Doctorum, an pro offenſione facta Monaco profeſſo ius faciendi pacem competat Monaſterio, vel filijs, ſeù conſanguineis illius, vt videre eſt per *Farinac. de accuſat. d.quæſt.13. num. 19. et ſeq.per Guazzin.de pace d.quæſt.13.num.5.et ſeq. per P.Sanch.in præcep.Decal.lib.6.cap.12. num.39. et ſeq. et per Lucidor. de illegit.Clericor. et Regul. cap.5. num. 14.et ſeq.* quando tamen ratio legis, vel Statuti requirentis pacem fundatur in quiete Reipublicæ, vt inter Ciues odia, ac rixæ extinguantur, ac vt inter eoſdem euitentur cædes,& homicidia tunc ius faciendi pacem ad filios Profeſſi, & cæteros conſanguineos, non autem ad Monaſterium ſpectat, vt tradunt *Farinac. de accuſ. dict. quæſt. 13.num.26.verſ ſed certè &c. Guazz.de pace d. quæſt.13.num.7. P. Sanch.in præcep.Decal. d. lib.6.cap.12.num.40.et Lucidor.de illegit.Cleric.& Regul. d. cap.5. num 15.*

12 Verum verò pax ſit habenda etiam à filijs fæminis, quando illæ adſunt vnà cum maſculis præcipuè quando ſunt excluſæ ab hæreditate à Statuto ob exiſtentiam maſculorum latè tradunt *Ricc. collect. 2080.Sanfel.dec,27. tom. 1. et deciſ.401. tom. 3. Guazzin.de pace d. quæſt.13.num. 15. & ſeq.* & latiùs *Butigl.de ſucceſſ.cap.1.d.Theorem.10.per tot.* qui alios dant concordantes quamplures,& diuerſas referunt Doctorum authoritates *de Marin.quotidia.reſol.cap.2. num.14. & ſeq* videas ibi per eos addo *Card.Mant.de tacit. lib.27.tit.5. in fin.*

ADDITIO.

Nic. VBi habetur, quòd ius faciendi pacem competit etiam filijs ſpurijs deficientibus legitimis, & naturalibus ſi certum patrem agnoſcant adde, & ita ſentit etiam *Lucidor.de illegit.clerico.& regul.cap.5. numer.20. verſ.admoneo &c.*

SVMMARIVM.

1 *Pax eſt habenda ab vxore occiſi, quæ præfertur hæredibus, & conſanguineis.*

Quod habet locum etiam in ſponſa, n.2.

Et vxor in faciendo pacem præfertur etiam filijs, num 3

Contrarium vti verius tenent plures, n. 4.

Fallit concluſio in vxore, quæ tranſiuit ad ſecunda vota, num. 5.

Maritus verò præfertur etiam filiis in faciendo pacem de morte vxoris, n.6.

RESOLVTIO XIX.

Pax an ſit habenda ab vxore occiſi.

1 SI adſit vxor occiſi, ab illa pax eſt omninò habenda, ita vt illa præferenda veniat hæredibus, & conſanguineis occiſi, cum ipſa dicatur vna caro cum viro, & ideò in ea maior affectio concurrat, & propter necem viri principaliter dicatur offenſa, vt tradunt *Ant. Gomez var. reſol. tom.3. cap.3. num.36. Cauall.in ſpec. comm.contra commun.quæſt.77.in fin.Paſcal.de patr.poteſt.par.2 cap.1. num.13.* vbi teſtatur de communi opinione, *Vulpel.de pace, quæſt. 15. per tot.* qui loquitur in vxore hærede viri occiſi, *Farinac.de accuſat.quæſt. 13 num.15. Guazzin.de pace, par.1.quæſt.15.num. 5. & 6. Reg. Sanfelic.deciſ. 26.num.25.* vbi dicit ita in Sacr. Conſilio fuiſſe deciſum contra *Vinc. de Franch.deciſ.382.in fin.Cancer.var.reſol.par.2. cap. 11. num.71. et Buttigl. de ſucceſſ. cap.1. Theorem. 10. num. 24.*

Amplia primò d.concluſionem, vt habeat locum etiã in ſponſa, quia etiam ab ea, eſt habenda pax ſecundum *Baiar. ad Clar.quæſt.58. num. 61. Decian. tract. crim lib. 3 cap.7. num. 10.* quem referendo ſequitur *Paſcal.de patr.poteſt. d. par.2. cap.1. num. 14.* & ſentiunt *Guazzin. de pace d.quæſt. 15. num. 9. & Cancer.d.par.2. cap.11. num. 71.*

Amplia ſecundò d. concluſio, vt vxor in faciendo pacem de morte viri præferenda ſit etiam filijs, vt ſentit *Plaza in epit. delict. d.cap.45. numer. 1. & ſeq. & Flores de Mena var.quæſt.lib.1.cap. 7.per tot.*

Contrarium vero vti verius, quod vxor in faciẽdo pacem de morte viri, licet præferenda ſit hæredibus & conſanguineis, non tamen præferatur proprijs filiis tenent *Farinac.de accuſat. d. quæſt.13.num.15 Paſcal.de patr.poteſt. d. par.2. cap.1. n. 16. Vinc.de Franc.deciſ.382.in fin.* vbi dicit, ita fuiſſe deciſum in Sac. Conſilio *Guazzi.d. quæſt.15. num. 7.* vbi dicit, pacem eſſe ſimul habendam ab vxore, patre,& filiis ex *Vulpel.* in loco per eum adducto, *Gratia. diſcep. foren.*

foren. cap. 518. num. 3. par. 3. vbi alios dat concordantes, & *Merli. Pignatell. centron. foren. cap. 16. num. 4. cent. 1.*

Limita d. concluſionem, vt non habeat locum, ſi vxor ad ſecundas nuptias tranſierit poſt mortem viri, quia tunc amittit ius prælationis prædictæ, vt tradunt *Plaza in d. cap. 45. in princ. Farinac. de accuſ. d. quæſt. 13. num. 16.* vbi hanc limitationem benè comprobat, & illi tres accommodat ſublimitationes, nempè vt non amittat illud ius prælationis, quò ad alios conſanguineos, nec quando ſecundò nupſit de conſenſu viri, vel de conſenſu filiorum primi matrimonij, vt ibi per eum, & cum ſupradictis ſentiunt *Guazzin. d. quæſt. 15. num. 9. & Cancer. var. reſol. d. par. 2. cap. 11. num. 72.*

Declara d. concluſionem, quod quicquid ſit quò ad vxorem facientem pacem de morte viri, quo tamen ad virum facientem pacem de morte vxoris illum eſſe præferendum communibus filijs conſuluit *Decian. conſ. 35. num. 27. lib. 1.* cum quo ſentiunt *Ludou. in ſuis concl. concl. 41. in 3. ampl. Farinac. de accuſat. d. quæſt. 13. num. 15. in fin.* licèt *Valpel. in ſuo tract. de pace quæſt. 24.* teneat, quod occiſa vxore pax ſit habenda a marito, à patre, & filijs copulatiuè propter vnitatem perſonarum, & offenſæ, quæ omnibus pariformiter facta dicitur, cum quo tenet *Guazzin. de pace, par. 1. q. 13. n. 20*

SVMMARIVM.

1 *Pater poteſt pacem facere pro filio de iniuria ei illata.*

Iniuria enim facta filio, dicitur etiam facta patri, num. 2.

Etiam filio inuito, n. 3.

Licèt contrarium teneant Doct. n. 4.

Itaut vt pax facta à filio ſinè conſenſu patris non ſuffragetur, n. 5.

Limita concluſionem in iniuria facta filio leui, ſecùs in graui, n. 6.

Ita vt filius non dicatur frangere pacem factam per patrem ſinè eius conſenſu, n. 7.

Et quando Statutum requireret pacem ab offenſo, num. 8.

Et quando pater eſſet perſona vilis, & filius perſona honeſta, n. 9.

Et ſi filius non ſit in poteſtate patris, n. 10.

Et quando iniuria facta fuit filio a perſona coniuncta, n. 11.

RESOLVTIO XX.

Pater an poſſit facere pacem pro filio de iniuria ei illata.

1 PAter poteſt facere pacem pro filio de iniuria eidem illata, vt tradunt *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 6. num. 6. Clemen. de patr. poteſt. effect. 8. num. 1. & ſeq. Ludou. concl. 41. in princ. Boſſ. in pract. in tit. de pace, num. 16.* vbi teſtatur de communi opinione, *Plaza in epit. delict. lib. 1. cap. 6. num. 22. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 58. verſ. quæro non quid &c. Surd. deciſ. 89. num. 12.* cum quibus pertranſeunt *Farinac. de accuſ. quæſt. 14. num. 34.* vbi alios adducit ita ſentientes, *Guazzin. de pace par. 1. quæſt. 12. num. 2. & ſeq. & num. 33. & ſeq.* vbi dicit, prædicta procedere tàm de iure antiquo, quàm nouo, & *Paſcal. de patr. poteſt. par. 1. cap. 10. num. 5.* vbi teſtatur de communi opinione.

2 Cum enim iniuria facta filio dicatur facta patri, imò ex iniuria facta filio magis offendatur pater, quam filius, ad tex. *in l. in perſonam 31. & ibi gloſ. Bart. Caſtr. Angel. Iaſ. Fulgoſ. & alii Doct. communiter, ff de pact. Paſcal. de patr. poteſt. d. par. 1. cap. 10. num. 1. & ſeq.* latè *Farinac. de var. ac diuer. crim. quæſt. 105. num. 254.* Ita vt pater poſſit accuſare eum, qui filio iniuriam intulit, vt not. *Alberic. Iaco. de Aret. & alii Doct. communiter in l. ſed ſi vnius 17. §. filius familias, ff de iniur. Farinac. in d. quæſt. 14. num. 35. & d. quæſt. 105. nu. 255.* ergo poteſt etiam pacem facere, cum ius accuſandi, & tranſigendi æquiparentur *P. Sanch. in prac. Decal. lib. 6. cap. 12. num. 33.* & argumentatur *Farinac. de accuſ. d. quæſt. 14. num. 35.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt pater poſſit facere pacem pro iniuria facta filio etiam ipſo filio inuito, vt adnotarunt *Boſſ. in pract. in d. tit. de pace, num. 16. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 58. verſ. & hoc etiam &c.* vbi dicit, ita fuiſſe iudicatum in Curia Toloſana, *Clemen. de patr. poteſt. d. effect. 8. num. 1.* vbi dat concordantes quamplures, & teſtatur de communi opinione, *Pinel. in l. 1. par. 3. num. 105. C. de bon. mater. Farinac. de accuſat. d. quæſt. 14. num. 36.* vbi allegat alios ita ſentientes, licet dicat, nunquam vidiſſe in Romana Curia admitti pacem factam per patrem pro iniuria perſonali facta filio ipſo inuito, *Card. Tuſch. pract. concl. litt. P. concluſ. 174. num. 24.* vbi hanc dicit communem opinionem, *Guazzin. de pace, d. quæſt. 12. num. 4. & 10.* vbi infert filium non poſſe amplius agere contra iniuriantem pace facta per patrem, & *Paſcal. de patr. poteſt. d. par. 1. cap. 10. num. 6.* in delictis tamen leuibus, & non aliàs, vt ibi per eum declarantem quæ delicta dicantur grauia.

4 Licèt contrarium teneant Doct. adducti *per Clemen in d. effect. 8. num. 1 verſ contrarium &c. & per Farinacc. in dict. quæſt. 14. numer. 36. verſ contrarium, &c.* cum quibus in delictis grauibus tranſeunt *Farinacc. & Paſcal.* in locis proximè adductis.

5 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt pax habita a patre de iniuria facta filio non ſolum ſit validior, quam facta à filio, ſed etiam habita à filio ſine conſenſu patris non ſuffragetur offendenti in caſu Statuti minuentis pœnam propter pacem, cum iam actio iniuriarum quæſita fuerit patri, quàm filius eo inſcio auferre non poteſt, vt voluerunt *Petri. Bell. de re milit. par. 10. tit. 2. num. 59. Nouell. in pract. cap. ſia. num. 100. Farinac. de accuſat. d. quæſt. 14. nu. 38. & Guazz. de pace, d. quæſt. 12. n. 6. & 7.*

vbi

vbi dicit, ſecùs eſſe quò ad odium, & rancorem, quem filius ſolus poteſt remittere, vt ibi per eum.

6 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locum in iniuria leui, ex qua oritur actio prætoria, quam licet ſoli patri remittere, & pro ea pacem facere, ſecùs tamen eſt ſi iniuria ſit grauis ex lege Cornelia vel publico crimine deſcendens, quia illam non poteſt pater ſolus remittere, & pro ea pacem facere, niſi concurrat etiam conſenſus filij, qui fuit principaliter offenſus, vt declarant *Vulpel. de pace, quæſt. 8. per tot. ſentit Clar. in d. quæſt. 58. verſ. quæro numquid &c. Vinc. de Franch. deciſ. 715. ferè per tot. Pinell. in d. l. 1. par. 3. num. 105. C. de bon. mat. Farin. de accuſat. d. quæſt. 14. num. 37.* vbi dicit, patrem non poſſe remittere odium, & rancorem filio iniuſto, licèt poſſit facere pacem pro eo in leuibus, vt ſupra, & ita vidiſſe practicari in Alma Vrbe, cum quibus concordant *Guazzin. de pace, d. quæſt. 12. n. 29. & Paſcal. de patr. poteſt. d. par. 1. cap. 10. num. 6.* vbi declarat, iniuriam grauem eſſe illatam per coniunctum, violati thori, & ſimil.

7 Amplia d. limitationem adeo eſſe veram, vt filius non dicatur frangere pacem factam per patrem ſine eius conſenſu, vel ratificatione expreſſa, vel tacita, vt not. *Moron. Farin. Vulpel. Guazzin. & Card. Tuſch.* in locis relatis ſupra *Reſol. 7. in princ.*

8 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum quando Statutum minueret pœnam delicti ob pacem habitam ab offenſo, quia cum verba intelligi debeant in proprio ſignificatu, pax obtenta à patre non prodeſſet ei, qui filio iniuriam intulit, vt tradunt *Vulpel. de pace, d. quæſt. 8. n. 5. Vinc. de Franch. d. deciſ. 715. in fin. Farinac. de accuſat. d. quæſt. 14 num. 46.* vbi dicit, in d. caſu requiri pacem habitam à filio cum conſenſu tamen patris, vt ibi per eum, *Guazzin. de pace d. quæſt. 12. num. 32. & Paſcal. de patr. poteſt d. par. 1 cap. 10. num. 13.* vbi alios adducit ita ſentientes.

9 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando pater eſſet perſona vilis, & infimæ conditionis, & filius eſſet perſona honeſta, vel aliquo titulo decorata, quia tunc patrem non poſſe pacem facere pro filio voluerunt *Ludou. d. concluſ. 41. in 2. limit. Vulpel. de pace d. quæſt. 8. poſt princ. Plaza in epit. delict. lib. 1. cap. 6. num. 52. Farinac. de accuſat. d. quæſt. 14. num. 42. Guazzin. de pace d. qu. 12. num. 27.* vbi alios dat concordantes, *& Paſcal. de patr. poteſt. d. par. 1. cap. 10. num. 10. & ſeq.*

10 Limita quartò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando filius non eſt in poteſtate patris, ſed eſt emancipatus, pro quo non poſſe patrem pacem facere, & iniuriam filio illatam remittere dicunt *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 58. verſ. quæro numquid &c. in fin.* aſſerens ita fuiſſe ſeruatum in Ciuitate Mediolani, *Farinac. de accuſat. d. quæſt. 14. num. 40.* vbi infert, matrem non poſſe pro filio pacem facere, *Clemen. de patr. poteſt, d. effect. 8. in princip. Guazzin. de pace d. quæſt. 12. num. 25. & Paſcal. de patr. poteſt. d. par. 1. cap. 10. num. 14.* alios adducens ita ſentientes.

11 Limita quintò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando iniuria fuit illata filio à perſona coniuncta, cum illa dicatur grauis iniuria, vt tradunt *Clar. in d. quæſt. 58. verſ. hanc tamen concluſionem &c.* vbi teſtatur de communi opinione, *Farinac. de accuſat. d. quæſt. 14. num. 39. Guazzin. de pace, d. quæſt. 12. nu. 23. & ſeq. & Paſcal. de patr. poteſt. d. par. 1. cap. 10. num. 7. & ſeq.* vbi limitant idem eſſe ſi pater ſit furioſus, abſens, & ſimilia.

A D D I T I O.

N. 1. Vbi habetur, quod pater poteſt facere pacem de iniuria facta filio adde *Adden. ad Guazz. de pace, quæſt. 12. num. 4.* dicentes quod d. pax habita à patre iniuſto filio ſuffragatur ad diminutionem pœnæ, qui plures dant concordantes, & præcipue *Bonac. commun. opin. par. 1. fol. 129. col. 1.*

N. 6. Vbi habetur, quod pater poteſt remittere iniuriam leuem factam filio, non autem grauem adde *Fachin. controuer. lib. 9. cap. 42. per tot. et Adden. ad Guaz. de pace d. quæſt. 12. num. 5.*

S V M M A R I V M.

1 *Pacem non fuiſſe ruptam in dubio eſt iudicandum.*
Et idem eſt in cautione de non offendendo, n. 2.
Et quando agitur de fractura pacis verba ſtrictè ſunt ſumenda, n. 3.
4 *Argumentum à cautione de non offendendo ad pacem, quando valeat.*

R E S O L V T I O XXI.

Pacem non fuiſſe ruptam an in dubio ſit iudicandum.

1 QVando agitur de fractura pacis in dubio iudicandum eſt pacem non fuiſſe ruptam, vt tradunt *Vulpell. conſ. 2. num. 24. Thob. Non. conſ. 11. num. 25. Maſcar. de prob. concl. 1118 num. 51. & concluſ. 1162. num. 3. lib. 3. Hond. conſ. 103. num. 53. lib. 1. & conſ. 89. num. 63. & ſeq. lib. 2. Farinac. de var. ac diuer. crimin. quæſt. 107. nu. 398.* vbi alios adducit ita ſentientes, *& conſ. 98. num. 11. lib. 1.* plenè *Guazzin. de pace, par. 1. quæſt. 33. num. 14.*

4 Pax enim licèt à principio ſit fauorabilis antequam præſtetur, poſt quam verò eſt præſtita, & eſt ſequuta offenſio, reputatur odioſa, & ideò nec mirum, ſi in dubio non cenſeatur illi fuiſſe contrauentum, vt argumentantur *Vulpel. de pace quæſt. 56. num. 3. & ſeq. Hond. d. conſ. 103. num. 7. & 41. Farinac. in d. quæſt. 107. num. 397. & Guazzin. de pace d. quæſt. 33. num. 15.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in cautione de non offendendo, quam in dubio pariter iudicandum eſſe non fuiſſe ruptam, not. *Herculan. Moron. Hond. Farin. Maſc. & Guazzin.* in loc. relatis ſupra in verb. *Cautio de repræſentanda, Reſol. 7. num. 3.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt quando agitur de fractura pacis, & incurſu pœnæ verba pacis ſunt

ſint ſtrictè, propriè, & contra ſe fundantem in eis interpretanda, ita vt ad exclusionem pœnæ, & contrauentionis non latam, ſed ſtrictam interpretationem recipiant, vt docent *Moron. de treg. & pace, quæſt.129. num.1. & ſeq. Honded.d.conſ.103 num.38. & ſeq. Bertaz.conſ.245. num. 8. lib. 1. & conſ.282. num.4. lib.2. Petr.Bell.de re milit.par.10 tit.2.num.2.* & in ea maſculinum non concipere fœmininum dicit *Card.Mantic.de tacit.lib.27.tit.5. num.3.* plenè *Farinac.de var.ac diuer.crim.d.quæſt. 107. num. 399.* vbi quamplures adducit Doctorum authoritates, *& Guazzin. de pace d.quæſt.33. num.16. & ſeq.* benè declarans.

4 Declara d. concluſionem, quod in materia fractionis pacis valet argumentum à cautione de non offendendo ad pacem affirmatiuè, puta eſt rupta cautio de non offendendo, etiam eſt rupta pax, non tamen è contra, non eſt rupta cautio, ergo nec ipſa pax, cum facilius rumpatur pax, quam cautio, vt tradunt *Herculan.de caut. de non offend. cap.26. num. 14. Farinac. de var. ac diuer. crim. d. quæſt.107. num.402. & Guazzin. de pace d. quæſt. 33. num. 19.*

S V M M A R I V M.

1 *Minor quilibet maior infante poteſt facere pacem cum authoritate Tutoris, vel Curatoris.*

Etiam ſine Decreto Iudicis, vel alia ſolemnitate, num. 2.

Licèt contrariam teneant aliqui Doctores, n.3.

Etiam ſtante Statuto prohibente minorem contrahere ſinè decreto, & aliјs ſolemnitatibus, n.4.

Itaut minor teneatur ſeruare pacem per eum factam, vt ſupra, n. 5.

Si verò minor illam rumpat in minori ætate an ſit puniendus, n.6.

Et non punietur illam frangendo, quando pax eſt nulla, n.7.

Et minori aduerſus pacem factam non datur reſtitutio in integrum, num. 8.

Si verò interueniat Iudicis decretum pax valet ſine conſenſu Tutoris, num.9.

Infans verò pacem facere non poteſt, n.10.

Tutor etiam ſolus poteſt facere pro infante, & impubere, num.11.

12 *Maior annis 18. poteſt facere pacem ſolus abſque aliqua ſolemnitate.*

13 *Iuramentum an conualidet pacem factam per puberem, vel impuberem ſine authoritate Tutoris remiſſiuè.*

R E S O L V T I O XXII.

Minor maior infante an poſſit facere pacem cum authoritate Tutoris, vel Curatoris.

1 Minor quilibet maior infante poteſt facere pacem cum authoritate tutoris, vel curatoris, & non aliàs, vt tradunt *Ant.Gomez var. reſol.tom. 3. cap.3. num.66. Clar.in pract. §.fin.quæſt.58. verſ. quæro an tutor &c. Thob.Non.conſ.108. num.4. & 11. Farinac.de accuſat. quæſt.15.num.2. & ſeq.* vbi alios ita ſentientes adducit, & dicit, neque poſſe ſine d. authoritate alijs conſentire, *Farinac. de accuſ. quæſt. 15. num.2.* vbi alios dat concordantes quamplures, & *num.42.* vbi dicit d. concluſionem procedere in omni minore maiore infante, *Guazzin.de pace par.1.quæſt.14. nu.26. Gratian. diſcep. foren.cap.518. num.7. par.3.* plenè *Balth. Thomaſ. in ſuis tract. var. tom. 2. de tutor. & curat. tit.19. num. 3988.* vbi alios adducit ita ſentientes.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt minor maior infante poſſit pacem facere cum authoritate Tutoris, vel Curatoris etiam ſine Decreto Iudicis, vel alia ſolemnitate, vt voluerunt *Ant.Gomez var.reſ. tom.3. d.cap.3. nu.66. Colleg. Maceraten.conſ.150. num.6. & ſeq. inter conſ crim.diuer.tom.1.Clar.in pract.in d.quæſt.58.verſ.quæro an tutor &c.Fachin. controu.iur.lib.9.cap.43.Farinac.de accuſat.d.quæſt. 15. num.5. & ſeq.* vbi alios refert ita ſentientes, & dicit, ab hac opinione vti communi, veriori, & quieti Reipublicæ magis amica non eſſe recedendum, & contrarijs benè reſpondet, plenè *Guazz. de pace, d. quæſt.14.num.13. & ſeq.* vbi dicit, quod pax ſemper eſt vtilis pupillo, & ideò non requiritur Decretum, quod non adhibetur, niſi ad obuiandum fraudibus, & quod contraria opinio eſt contra Præceptum Euangelicum, vt ibi latiùs per eum, qui hanc ampliationem latè comprobat, *Gratian. diſcep. foren. d. cap. 518. num. 10. & ſeq.* latè comprobans, & dicens in iudicando, & conſulendo non eſſe à d. opinione vti veriori, & magis communi recedendum, *& Balth. Tomaſ.in d. tract.de tuto.& curato.tit. 19.nu. 3995.* alios adducens ita ſentientes quamplures, & atteſtans de magis communi Doctorum opinione.

3 Licèt contrarium, imò Decretum, Iudicis neceſſarium eſſe tenuerint, *Thobi.Noni.d.conſ.108. n. 4.* & alij plures, quos refert, & ſequitur *Simonell. de decret lib. 2.tit. 6.num.132.* vbi dicit, hanc eſſe veriorem, & rationabiliorem opinionem, & alij Doctores relati per *Guazzin.d.quæſt.14.num.14.& Guttier.de tutel.cap.7.par.2.num.6.*

4 Sub amplia d. primam ampliationem, vt habeat locum etiam ſtante Statuto mandante minorem non poſſe contrahere ſine Decreto Iudicis, & conſenſu tutoris, ſeù curatoris, vel conſanguineorum, quia illud non habet locum in contractu pacis, vt voluerunt *Colleg.Macerat.in d.conſ.150.nu.9. Lambertang.de contrac.eorum gloſ.1.nu.341.& 346. Farinac.de accuſ.d.quæſt.15.num. 15.& ſeq.* vbi dicit hanc ſubampliationem habere locum quomodocunque Statutum loquatur, & maximè ſtante iuramento, niſi tamen Statutum illud præſumeret dolo extortum, vt ibi per eum, & concordat *Guazz. de pace d.quæſt.14.nu.16. & ſeq.* qui pariter dicit, hoc non habere difficultatem ſtante iuramento, niſi Statutum illud præſumeret dolo extortum, vt ſupra bene declarantem, & quamplures adducentem Doctorum authoritates, *& n.41.* quibus addo *Balt.Tom.in d.tract.de tuto. & cur.d.tit.19.n.3997.*

5 Amplia ſecundò d. concluſionem adeo eſſe veram, vt minor teneatur ſeruare pacem legitimè ab eò, vt ſupra ſactam, vel etiam ab eius tutore, in caſu quo tutor ſolus pacem facare poteſt, de quo infra *num.* 11. itaut ſi illam frangat puniri debeat pœna pacis fractæ, vt conſuluit *Colleg. Macerat. d. conſ* 150 *ferè per tot.* & præcipuè *nu.* 41. & 42. reprobando *Caſtr.* & *Marſil.* contrarium tenentes, & dicens, illum puniri pœna impoſita *a Conſtitutione Marchiæ Farinac. de accuſat. d. quæſt.* 15. *n.* 43. & *Guazzin. de pace d. quæſt.* 14. *num.* 36.

6 Declara primò d. ſecundam ampliationem, vt habeat locum in minore rumpente pacem ab eò factam, vel eius tutore, poſtquam fuit maior, quia tunc venit puniendus vti pacis fractor, ſecùs tamen eſt, ſi illam rumpat dum eſt in minori ætate, quia tunc quo ad pœnam conuentionalem vel quodamodo in damnum ipſius minoris appoſitam an minor teneatur Doctores inter ſe maximè certant, vt videre eſt *per Farinac. de accuſ. d. quæſt* 15. *num.* 53. & *ſeq.* & *per Guazzin. de pace d. quæſt.* 14. *num.* 39. & *ſeq.* Quò verò ad pœnas corporales, & ignominioſas impoſitas, *per Conſtitutionem Marchiæ*, & alias conſtitutiones ab eis vti exorbitantibus non comprehendi minores voluerunt, *Simon. de Prat. conſ.* 64. *fere per tot. lib.* 1. *Farin. d. quæſt.* 15. *num.* 50. & *Guazzin. d. quæſt.* 14. *num.* 39. *ver. Farin. autem &c.* Pœnam verò legalem eſſe minori ex capite minoris ætatis temperandam voluit idem *Farinac. in d. quæſt.* 15. *num.* 49. cum quo ſentit *Guazz. de pace d. quæſt.* 14. *nu.* 39. *ver. aut loquimur &c.* qui alias recenſent opiniones, de quibus ibi per eos.

7 . Declara ſecundo d. ſecundam ampliationem, vt non habeat locum, quando pax inita per minorem, vel eius tutorem, vt ſupra eſſet nulla, quia tunc minor non tenetur d. pacem ſeruare, cum pax nulla nomen pacis non mereatur, & quod nullum eſt rumpi non valeat, & tradunt *Thob. Noni. Philip. de Vbal. Lud. Lenſ.* & *Ridolph. conſ.* 152. 153. 155. & *conſ.* 156. *inter conſ. crimin. diuerſ. lib.* 1. quos ſequuntur, *Farinac. de accuſ. d. quæſt.* 15. *num.* 44. & *Guazzin. de pace d. quæſt.* 14. *num.* 37.

8 Amplia tertiò d. concluſionem adeò eſſe veram, vt minori aduerſus pacem a ſe factam cum conſenſu Tutoris, vel Curatoris non detur reſtitutio in integrum, cum minor faciendo pacem non dicatur læſus, & ſine læſione non detur reſtitutio, vt adnotarunt *Ant. Gomez. var. reſol. tom.* 3. *cap.* 3. *num.* 66. *Colleg. Macerat. d. conſ.* 150. *nu.* 10. & 15. vbi teſtatur de communi opinione, *Moron. de treg. & pace quæſt.* 177. *num.* 4. latè *Odd. de reſtit. in integ. par.* 2. *quæſt.* 85. *num.* 41. & *ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione, & reſpondet contrarijs, *Farinac. de accuſ. d. quæſt.* 15. *nu.* 29. vbi quamplures dat concordantes, etiam de communi opinione, & magis communi atteſtantes, & *Guazzin. de pace d. quæſt.* 14. *nu.* 10. qui volunt minorem neque reſtitui, quò ad remiſſionem damnorum, & intereſſe, licèt aliquos Doctores contrarium tenentes referant, cum quibus pertranſit, *Caball. reſol. crim. caſu* 58. *num.* 9. *cent.* 1. & *Card. Tuſc. pract. concl. litera P. concl.* 175. *num.* 35. vbi hanc dicit communem opinionem.

9 Amplia quartò d. concluſionem, vt pax facta a minore valida ſit etiam ſine authoritate Tutoris, vel Curatoris, ſi in illa interuenerit Iudicis decretum, quod ſupplere in d. caſu deficientiam authoritatis Tutoris, & Curatoris voluerunt, *Farinacc. de accuſ. d. quæſt.* 15. *num.* 36. & *ſeq.* & *Guazzin. de pace d. quæſt.* 14. *num.* 32. & *ſeq.* vbi non indicat neceſſariam expreſſionem requiſitam *per Farin. vbi ſupra*, quod Iudex interponit Decretum ad ſupplendum deficientiam Tutoris, vel Curatoris, vt ibi per eum,

10 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in infanin, qui neque cum tutoris authoritate pacem facere poteſt, cum illius nullus ſit conſenſus, vt tradunt *Clar. in pract. §. fin. quæſt.* 58. *ver. quæro an tutor &c.* vbi dicit quod hoc eſt clarum in iure, *Simoncell. de decret. lib.* 2. *tit.* 6. *nu.* 135. *Farinac. de accuſ. d. quæſt.* 15. *in prin.* vbi dicit, hoc eſſe communiter receptum, *Guazzin de pace d. quæſt.* 14. *num.* 25. qui alios dant concordantes, prout facit *Balth. Tomaſ. in d. tract. de tuta. et curat. tit.* 19. *num.* 4023

11 Declara primò d. principalem concluſionem, quod licèt ſolus tutor non poſſit pacem facere pro minore adulto, ſi tamen minor ſit infans, ſeù etiam ſit impubes pote[illegible] ſolus tutor pro eò pacem facere cum poſſit in d. caſu accuſare, & ius accuſandi, & faciendi pacem à pace procedant, vt voluerunt, *Ant. Gomez var. reſol. tom* 3. *cap.* 3. *nu.* 66. *Farinac. de accuſ. d. quæſt.* 15. *num.* 42. vbi hoc benè comprobat, & alios dat concordantes, *Guazzin. de pace d. quæſt.* 14 *num.* 35. vbi dicunt, conſuetudinem contrariam Senatus Mediolani relatam *per Clar. in d. quæſt.* 58. *ſub. num.* 26. eſſe localem, & vtilem, ſed non neceſſariam, & *Balth Tomaſ. in d. tract. de tuto. et curat. tit.* 19. *num.* 4002. vbi alios adducunt ita ſentientes, & ampliant d. declarationem, vt habeat locum etiamſi tutor non fecerit ſolemnia, & etiamſi ſit tutor ſpec. alis ad hunc actum, & ceſſante cauſæ cognitione, an pax impuberi ſit vtilis, nec ne, de quibus vide ibi per eum, cum ex alienis ſcriptis, ſcripta conficienda non ſint, vt alias dixi.

12 Declara ſecundò d. concluſionem, vt maior annorum 18. poſſit pacem facere ſolus ſine authoritate curatoris, cum dicatur habere legitimam perſonam ineundi pacem, ad tex. *l. hac adictalis* 1. §. 1. *in fin. de pace iura. firma.* qui loquitur adhibito iuramento, & tradunt *Moron. de treg. et pace quæſt.* 177. *num.* 2. *Simon. de Prat. d. conſ.* 64. *num.* 6. quem vna cum alijs refert, & ſequitur *Guazzin. de pace d. quæſt.* 14. *in princ.*

13 Vtrum verò pax facta à pubere, vel etiam ab impubere doli tamen capace ſinè authoritate Tutoris, vel Curatoris, ſed mediante iuramento ſit valida valde inter ſe certant Doctores, vide pro reſolutione *Farinac. de accuſ. d. quæſt.* 15. *num.* 31. *et ſeq.* *et Guazzin. de pace d. quæſt.* 14. *num.* 16. *et ſeq.* & latius *num.* 28. *et ſeq.*

SVM;

SVMMARIVM.

1 *Pax ſi ſit facta inter aliquot non tamen per illam cenſentur remiſſa damna, & intereſſe.*

Cum illa non cenſeantur remiſſa, niſi dicatur expreſſè, num. 2.

Etiamſi iniuria pretio ſit remiſſa, num. 3.

Et ſit remiſſa omnis iniuria, num. 4.

Fallit concluſio, quando fuit facta pleniſſima pax, & verba ſunt lata, num. 5.

Et quando facta fuit plena pax, & remiſſio, n. 6.

Licèt contrarium teneant aliqui Doctores, n. 7.

RESOLVTIO XXIII.

Per pacem an cenſeantur remiſſa damna, & intereſſe.

1 PAx ſi ſit facta ſimpliciter inter aliquos ſuper vulnere homicidio, & ſimil. licèt per illam cenſeantur remiſſa odia, & rancores, non tamen cenſentur remiſſa damna, & intereſſe 2 quæ debentur ob vulnera, percuſſiones, & homicidium, ſed adhuc illa peti poſſunt, vt tradunt *Boſſ. in pract. in tit. de pace num. 9. & ſeq. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 58. verb. quæro modo &c. Ant. Gomez. var. reſol. tom. 3. cap. 6. num. 13. Farin. de accuſ. quæſt. 15 num. 13.* & latius *de var. ac diuer. crim. quæſt. 105. num. 305. & ſeq.* vbi quamplures adducit ita ſentientes, *Vulpell. de pace quæſt. 29. per tot. Guazzin. defen. 34. cap. 4. num. 11. et in tract. de pace par. 1. quæſt. 9. nu. 48. et 49.* vbi dicit, damna, & intereſſe non cenſeri remiſſa etiamſi in pace ſit remiſſa omnis iniuria, vt ibi per eum, & dicam infra *num. 4 Gratian. diſcep. foren. cap. 518. num. 14 par. 3. Cancer. var. reſolut. par 2. cap. 11. num. 91. & Balth. Tomaſ. in ſuis tract. var. tom. 3. tract. 4. num. 685. et 702. & ſeq.*

2 Damna enim, expenſæ, & intereſſe nunquam cenſentur remiſſa, niſi de eis fuerit facta expreſſa mentio, vt docent *Boer decis. 52. num. 6. Plaza in epit. delict. lib. 1. cap. 6. num. 40. Farinac. de inquiſ. quæſt. 5. num. 11. amol. 2. Cancer. var. reſolut. cap. 11. num. 32. & ſeq. & Guazzin. de pace d. quæſt. 9. n. 48.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiamſi iniuria pretio ſit remiſſa, quia adhuc non cenſerentur remiſſa damna, & intereſſe, vt not. *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 6. num. 13. Baiard. ad Clar. quæſt. 58. num. 68. Rimin. Iun. conſ. 134. num. 48 int. conſ. crim. diuerſ. lib. 1. & Guazzin. de pace d. quæſt. 9. num. 50* & non diſſentit *Farinac. de var. ac diuer crim. quæſt. 105. num. 366.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locũ etiamſi in pace ſit dictum, quod remittebatur omnis iniuria, quia adhuc damna, & intereſſe non cenſentur remiſſa, vt not. *Vulpel. de pace, d. quæſt. 29. in princ.* benè comprobans, *Baiard. ad Clar. d. quæſt. 58. num. 67. in fin. & Guaz. de pace d. q. 9. n. 49.*

5 Limita d. concluſionem, vt non habeat locum, quando per partes facta fuit pleniſſima pax, & remiſſio, & verba pacis ſunt multum lata, & prægnantia, quia tunc per illam cenſentur remiſſa etiam damna, & intereſſe, vt voluerunt *Plaza in epitom. delict. cap. 6. num. 40. Menoch. de præſump. lib. 3. præſum. 114. num. 6. Maſcar. de prob. concluſ. 902. num. 31. lib. 1.* qui loquitur in plenaria remiſſione, *Baiar. ad Clar. d. quæſt. 58. num. 70. & Guaz. de pace d. quæſt. 9. num. 52.* vbi prædicta ampliat cò magis habere locum ſtante probitate, & clementia facientis pacem, vt ibi per eum.

6 Amplia d. limitationem, vt habeat locum non ſolum, quando fuit facta pleniſſima pax, & remiſſio, vt ſupra, ſed etiam quando fuit facta plena pax, & remiſſio, quia etiam tunc cenſeri remiſſa damna, & intereſſe voluerunt *Alex.* qui loquitur, quando fuerunt remiſſæ expulſiones, & deuaſtationes, & *Iaſ. in l. ſi tibi 18. §. quædam ff. de pact. Roman. in l. 1 n. 7. ff. ad Sill. Bertaz. conſ. 503. n. 6. & ſeq. lib. 2.* qui loquitur, quando remiſſio non eſt ſimplex, & declarat quando remiſſio non eſt ſimplex, cum quibus pertranſit *Far. de var. ac diuer. crim. d. q. 105 n. 370* licet Doctores ab eo adducti eius intentionem nõ probent, & videtur etiam ſentire *Balth. Thom. in ſuis tract. var tom. 3. tract. 4. tit. 12. num. 702. & 703.*

7 Contrarium tamen, & fortè verius, imò plenam remiſſionem, & pacem non importare remiſſionem damnorum, & intereſſe, quæ requirunt expreſſam mentionem tenuerunt *Rimin. Iun. conſ. 103 n. 41. lib. 1. & conſ. 134. n. 47. & ſeq. int. conſ. crim. diuer. lib. 1.* vbi reprehendit *Alex. vbi ſupra, Baiar. ad Clar. d. quæſt. 58. num. 67. in fin.* & cum eis ſentire videtur *Guazzin. de pace d. quæſt. 9. num. 54.*

SVMMARIVM.

1 *Pacem facientes ſi ſe percutiant, & non conſtet quis fuerit primus nemo tenetur de pace rupta.*

Ne propter incertitudinem innocens damnetur, num. 2.

Tam quo ad pœnam applicatam parti, quam quo ad applicatam fiſco, num. 3.

Licèt, quo ad pœnam applicatam fiſco contrarium teneant aliqui, n. 4.

Quod declaratur, n. 5.

Limita concluſionem, vt non procedat quando ex coniecturis conſtat quis fuerit aggreſſor, n. 6.

Coniectura autem recenſent Doct. adducti, n. 7.

Limita ſecundò quo ad pœnam iuris communis pro percuſſionibus, n. 8.

RESOLVTIO XXIV.

Pacem facientes ſi ſe percutiant, & non conſtet quis fuerit primus an teneantur de pace rupta.

1 QVi fecerunt inter ſe pacem, ſi inuicẽ ſe percutiant, & non appareat, quiſnam ex eis fuerit primus ad percutiendum, nemo condemnari poteſt de pace rupta, vt tradunt *gloſ. & Bart. in leg. 1. §. cum arietes, ff. ſi quadrup. paup. feciſ. dica. Marcelan. de cautiõ. de non offendend.*

cap.30.nu.1.& ſeq.Clar.in pract.§.fin. quæſt.47.nu.10.Vulpel.de pace quæſt.106.in prin.Hond.conſ.89.num.11.& ſeq.lib.2 plenè *Farinac.de var.ac diuer.crim.quæſt.107.num.* 456. vbi quamplures adducit concordantes de communi, & magis communi opinione atteſtantes, cum quibus concordant, *Caball.reſol.crim.caſu 102.num.1.cent.2 Guazz.de pace par.1.quæſt.53.in prin.* qui pariter teſtatur de communi opinione, & alios adducit ita ſentientes quamplures, prout facit *Cane.var.reſ.par.2.c.11.n.15.*

2 Ratio eſt, ne propter incertitudinem innocens damnetur ad tex. *in l.abſentem 5.ff. de pęn. Guazz.d.quæſt.53.num.3.* & cum ex præſumptionibus quis non ſit ſeueriſſimè iudicandus *Rim.Iun.conſ.361.n.21.& ſeq.lib.4.Cabal.d.caſu 102.num.2.& ſeq.* vbi dicit, in d.caſu offenſam, & pęnarum exactionem inuicem compenſari, & *Guazz.d.quæſt.53 num.3.*

3 Amplia d. concluſionem, vt habeat locum, non ſolum, quo ad pœnam applicatam parti, in quo non cadit difficultas, ſed etiam, quo ad pœnam applicatam fiſco, ad quam nemo ex rixantibus ratione incertitudinis tenetur, cum fiſcus non cenſeatur priuilegiatus, quia teneatur probare fundamentum ſuæ intentionis, vt tenuerunt *Herculan.de caut.de non offen.cap.10.num.10. Moran. de tregu.& pace quæſt.168.num.1.2.& ſeq.Rimin.Iun.conſ 361.num.21.& ſeq.lib.4.Bertaz.conſ.48.num.7. & ſeq.lib.1.Card.Tuſc.pract.concl.litera P.concl.182.nu.45.Beiard.ad Clar.quæſt.47.nu.56.in fin.& in §.homicidium num.132.* vbi dicit, hanc opinionem eſſe veriſſimam, & ſequendam, quam vti veriorem tenet etiam, *Farinac.de var. ac diuer.crim.quæſt.107.num.459.* vbi illam comprobat, & dicit contrarias rationes *Vulpell.* non multum ſtringere, vt ibi per eum, cum quibus pertranſeunt, *Guazz. de pace d.quæſt.53.num.7.* vbi declarat, in quibus terminis loquantur Doctores contrarium tenentes, & *Cancer.var.reſol.par.2 cap.11.num.38.& ſeq.*

4 Licèt contrarium, imò quò ad pœnam etiam fiſco applicandam vtrumque eſſe condemnandum, cum dederint operam rei illicitæ, & nihil cum fiſco ſit compenſandum tenuerint *Clar.* licèt dubius *in pract.quæſt.47.num. 10.Vulpell.de pace quæſt. 106. in prin.* vbi dicit, ita pluries fuiſſe iudicatum in Auditorio Ducali Vrbini, & *conſ.50.num.1.& ſeq.& conſ.86.nu.2.& conſ.118.in prin.Hond conſ.89.nu.12.lib.2.* latè *Caball.reſol. crim.caſu 102.num.4.& ſeq.cent.2.* vbi hanc opinionem plenè tuetur, & *Vrſell.in exam.apum.concl.80.num.4.*

5 Declara d. contrariam opinionem; quatenus tibi placeat, quia alia opinio de qua ſupra eſt verior, vt habeat locum in pœna pecuniaria applicata fiſco, non autem in corporali, vt loquuntur Doctores d. opinionem ſequentes, & præcipuè *Farinac.in d.quæſt.107.nu 458.et Cabal.d. caſu 102.num.4.et ſeq.* & ab vno tantum in d.caſu pęnam exigi poſſe dicit, *Guazz.in d.quæſt.53.in fine.*

6 Limita d. concluſionem, vt non habeat locum quando ex coniecturis conſtaret, quis nam ex rixantibus fuerit aggreſſor, quia tunc illum teneri ad pœnam pecuniariam fractæ pacis voluerunt, *Vulpell.de pace d.quæſt.106 ſub num.1.& conſ.114.nu.9.& conſ.118 per tot.Farinac.de var.ac diuer.crim.d.quæſt.107.num.457.Guazzin.de pace d. quæſt.53.n.4.& Cabal.in d.caſu 102.n. 21.* vbi alios dat concordantes, & *Menoc.de arbitr.caſu 363.ferè per tot.*

7 Coniecturas verò ſuadentes, quis nam fuerit aggreſſor latè recenſent, *Vulpell.d.conſ.118.per tot. Farinac.de homic.quæſt.125.num. 436. & pluribus ſeq.Vrſell.in exam.apum.concl.80.per tot. Vermigl.conſ 73.per tot.& Ant.de Ball.tract.var.lib.3.caſu 1.q.2.n 73.& ſeq.* ipſos conſulas. & aliquas coniecturas retuli ego ſupra in ver. *Aggreſſor.Reſolut. 1. per totum.*

8 Declara d. concluſionem, vt habeat locum, quo ad pęnam conuentionalem pro fractura pacis promiſſa, ſecus tamen eſt, quo ad pœnam iuris communis pro vulneribus, & percuſſionibus hinc inde illatis, in quibus non ſit compenſatio, ſed ſi illa adſint ab vtraque parte, ambo puniuntur, & ſi ab vna parte tantum, ille ſolus punitur, vt declarant *Herculan.de caut.de non offen. d.cap.30.ſub nu.11.Maran.de tregu.& pace quæſt.168.num.6.& ſeq. Bertaz.d.conſ.48.num.8.Farinac.d.quæſt. 107. num. 459.Caball.d.caſu 102.num.23.& Guazzin.d.quæſt.53.n.7.& 8.* & ego dixi ſupra in ver. *Aggreſſ. Reſol. 1.n.1.& ſeq.* vbi etiam contrarium tenentes retuli.

S V M M A R I V M.

1 *Ebrius offendens eum, cum quo pacem fecit, ſeu promiſit non offendere, pacem non rumpit.*

Cum ebrius careat recto ſenſu, & ſic conſenſu, num.2.

Idem eſt in amore capto adulterante vxorem illius, cum quo pacem fecit, num.3.

Quicquid aliqui contrarium teneant, num.4.

Limita habere locum in penitus ebrio, aliàs ſecus, num.5.

6 *Ebrietas non præſumitur, ſed illa eſt probanda.*

R E S O L V T I O XXV.

Ebrius offendens eum, cum quo pacem fecit, ſeu promiſit non offendere, an pacem rumpat.

1 EBrius ſi offendat illum, cum quo pacem fecerat, non incidit in pœnam fractionis pacis, ſeu cautionis de non offendendo, cum ratione ebrietatis non dicatur eſſe in plenitudine intellectus, & ſic non dicatur pacem, ſeu cautionem de non offendendo rumpere, vt tradunt *Herculan.de caut.de non offen.cap.34.nu.19.& ſeq.Tiraq.d.pœn.temp.cauſa 6.nu.2.Maſcard.de prob.concl.1 1 1 2 num.21.lib. 3. Farinac. de pęn.temper.quæſt.95.num.10.Guazzin de cautione.de non offen.quæſt 37.num.11.Adden ad Rot.deciſ.28.num.107. part.3.recen.* & dixi etiam ſupra in ver. *Ebrietas Reſolut.3.per tot.* vbi per errorem impreſſoris fuit adductus *Guaz.quæſt.38.* dum debebat dici 37.

& etiam

& etiam ſuit allegata *Reſol.* 8. dum debebat dici *Reſol.* 23. quæ aſt præſens Reſolutio.

2 Ebrius enim, vt dixi caret recto ſenſu, & ſit conſenſu, vt dicit *D. Thom. 2.2. quæſt. 150. art* 1. quem ſequuntur, *Adden. ad Rot. d. deciſ. 28. num.* 103. *& Bonac. de præcep. eccl. diſput. vlt. quæſt. 1. num. 3.* ita vt parum diſtet ab inſano, de mente, & furioſo, vt not. *Tiraq. de pæn. temp. d. cauſa. 6. nu.* 1. *Adden. ad Rot. d. deciſ. 28. nu. 99. &* 153. *& Nauar. de elect. fori. ſect. 2. quæſt.* 41. *numer. 1. & Criſpol. caſu milit. 19. nu. 17. &* 18. & ideò non mirum ſi offendendo eum, cum quo pacem fecerat, non dicitur pacē rūpere, vt argumentantur Doctores ſupra adducti.

3 Amplia d. concluſionem, vt habeat locum etiam in amore capto, qui ſi adulterium committat cum vxore illius, cum quo pacem fecerat in crimen violatæ pacis non incidit, cum potius ex cauſa amoris, & libidinis explendæ cauſa id egiſſe videatur, quam vt iniuriam inferret, vt tradunt *Vulpel. de pace quæſt. 43. num. 1. & ſeq. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 47. num. 12. & ibi Baiard. num.* 65. vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione, *& in §. adulterium num. 74. Maſcar. de prob. concl.* 1162. *num. 132. lib. 3. Ladercb. conſ. 200. num. 1. Farinac. de var. ac diuer. crim. quæſt. 107. num. 227. & ſeq.* vbi hanc concluſionem latè comprobat, & quamplures adducit ita ſentientes de communi, & magis communi Doctorum opinione teſtantes, maximè ſi mulier erat pulchra, & contrarijs reſpondet, vt ibi per eum latè *Guazz. de pace par. 1. q. 56. per tot.* vbi teſtatur de magis communi opinione, & dicit eſſe attendendas coniecturas an id ſit factum animo iniuriandi, nec ne, & præcipuè an mulier ſit pulchra, vel vetula, vt ibi per eum, & ſequitur hanc opinionem etiam *Giurb. conſ. crim. 47. nu.* 13.

4 Quicquid contrarium tenuerint, imò pacem cenſeri ruptam per adulterium commiſſum cum vxore illius, cum quo pax inita fuerit *Luc. de Penna, Io. Fabr. Auguſt. Arimin. & Plaza.* in locis relatis *per Guazzin. de pace in d. quæſt. 56. num.* 3. contra quos adeſt verior, & magis recepta Doctorum opinione de qua ſupra.

5 Declara primò d. concluſionem, vt habeat locum in penitus ebrio, ſecus in parum ebrio, ſeù in vino tantum exhilarato iuſta diſtinctionem adductam ſupra in ver. *Blaſphemia Reſol.* 1. *num.* 11. & in ver. *Ebrietas Reſolut.* 1. *per tot.* in quibus locis declaraui, quænam ſit maxima, magna, & leuis ebrietas, & qui ſint illarum effectus, & ſecundum ibi dicta declara, & limita ſupradictam concluſionem, ne hic iterum ibi ſcripta inutiliter repetantur.

6 Declara ſecundo d. concluſionem, quod ebrietas non præſumitur, cum quilibet ex hominis natura præſumatur ſanæ mentis, ita vt volens ſe ſub prætexto ebrietatis excuſare à delicto, teneatur illam probare, vt tradunt *Menoch. Maſcard. Herculan. Farinac. Criſpol. Guazzin. Adden. ad Rot. & P. Graſſet* in locis relatis ſupra in ver. *Ebrietas Reſolut. 2. nu. 1. & ſeq.* vbi poſui quomodo illa ſit probanda, & de quo tempore, videas ibi, cum, vt dixi, eadem non ſint inutiliter replicanda.

POENA.

SVMMARIVM.

1 *Pœna impoſita à Statuto tollit pœnam impoſitam à iure communi.*

Quicquid aliqui contrarium teneant, num. 2.

Siuè expreſſe Statutum deroget iuri communi, ſiuè non, num. 3.

Et licèt pœna impoſita à Statuto ſit mitior, n. 4.

Seù imponat Statutum maiorem pœnam, quam ius commune, num. 5.

Et licèt pœna iuris communis ſit corporalis, & pœna Statuti pecuniaria, num. 6.

Quæ vero pœna ſit imponenda, quando ſunt diuerſa remiſſiuè, num. 7.

RESOLVTIO I.

Pœna impoſita à Statuto an tollat pœnam impoſitam à iure communi.

1 POEna impoſita à Statuto tollit pœnam impoſitam à iure communi, vt tradunt *Alba. conſ* 646. *num.* 8. *&* 9. *par* 4. vbi hanc opinionem dicit veriorem, & magis vſu receptam, *Rolan. conſ. 35. nu. 48. lib. 2. Ladercb. conſ. 195. num. 3. Ant. Gomez. var. reſol. tom. 3. cap. 1. num. 38. Clar. in pract. § fin. quæſt. 85. nu. 5. Facbin. contr. iur. lib. 9. cap. 1. Farinac. de var. ac diuer. crim. quæſt. 107. num. 76. & quæſt. 111. num.* 97. vbi loquendo in terminis barattariæ hanc opinionem dicit veriorem eſſe, & rationabiliorem, *& conſ. 106. nu. 4. lib. 2. Cabal. reſol. crim. caſu 2. num. 3. cent.* 1. vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione, *Canal. in ſpec. commu. contra commu. quæſt. 626. ver. ſed contrariam, &c.* vbi hanc opinionem dicit æquam eſſe, & magis communem, *Guazzin. defen. 33. cap. 19. num.* 1. vbi quamplures refert de magis communi, veriori, & practicata opinione teſtantes, *& de pace quæſt. 35. nu.* 4. vbi dicit, quod ita totus mundus ſeruat, *Giurb. conſ. crim. 25. nu.* 5. vbi pariter hac opinionem veriorem appellat, & quamplures adducit Doctorum authoritates, *Ciriac. contr. 506. num. 39. & Vermigl. conſ. 227. nu.* 1. vbi teſtatur pariter de veriori, & magis communi Doctorum opinione.

Vbi enim pœna iuris communis à Statuto aucta, vel diminuta eſt, nouatam eſſe pœnam iuris communis tradunt, *Bero. in cap. de cauſis 4. num. 76. de Offic. deleg. Canale. deciſ. 15. n. 6. par. 5. Menoc. de recup. poſſeſ. remed. 9. n. 393. & Giurb. d. conſ. 25. num.* 6.

2 Quicquid contrarium imò pœnam Statuti non tollere pœnam iuris communis voluerint, *Bart. Angel. Salic. Iaſ. Abb. Bero. Affl. Oldra. Roſent. Maſc.* & alij quos refert, *Giurb. d. conſ. 25. num. 4. Guazz. d. cap. 19. in prin.* contra quos adeſt verior, & magis communis Doctorum opinio, de qua ſupra.

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum ſiuè expreſſe Statutum deroget iuri communi, ſiuè non, quia adhuc pœna Statuti attendi debet in

vtroque caſu, vt poſt, *Gram.conſ 35.num.56. & 57. & Ludon.dec ſ.Lucen.51.num.17.* per eum relatos not *Giurb.d.conſ.25.n.5.in fin.* & ſentiunt omnes ferè *Doctores* ſupra in principali cōcluſione adducti,

4 Amplia ſecundò d.concluſionem, vt habeat locum licet pœna à Statuto impoſita ſit minor, vel mitior pœna, quæ eſt impoſita à iure communi, vt voluerunt *Balth.conſ.415.num.1.in fin.lib.4.Crauet.conſ.157.num 7.Bertaz.conſ.55.nu.14.lib.1. Rimin.Iun.conſ.758.num.25.* quem vnà cum alijs pluribus refert, & ſequitur *Giurb.d.conſ.25.num.6.* cum quibus pertranſit, *Guazzin.d.defen.3.cap.19.nu.2.* vbi alios dat concordantes, *& de pace d.quæſt.35.nu.7.& Vermigl.d conſ.227 num. 1.* vbi hanc opinionē appellat veriorē, & magis communē eſſe, quibus addo *Far. de var.ac diuer.crim q.107.n 76.* vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione.

Amplia tertiò d.concluſionem, vt habeat locum etiam ſi Statutum imponat maiorem pœnam, quā ius commune, vt in terminis pacis tradunt, *Vulpel, de pace q.52.circa finem, Card.Tuſc.pract.concl.litera P.concl.189.n.2.& Guazz.de pace.d.q.35.n.9,*

6 Amplia quartò d.concluſionem, vt habeat locū, licèt pœna iuris communis ſit corporalis, & pœna Statuti ſit pecuniaria, quia adhuc pœnam, Statuti tollere pœnam iuris communis voluerunt poſt *Barſatt.conſ.94.num.4.lib.1.* per eum relatum, *Baiar. ad Clar.in quæſt.85.in verb.adde quod &c.* vbi teſtatur de magis communi opinione, *Guazzin.de pace d.quæſt.35.num.8.& d.defen.33.cap. 19. num. 2.* adducens rationem quia æquitas ſcripta præfertur rigori ſcripto, vt ibi per eum, & ita ſentit, *Caball. d.caſu 2.num.1.& ſeq.& Giurb.d.conſ.25.nu.6.* vbi alios dat concordantes,

7 Quando verò pœnæ impoſitæ à Statuto nouo, vel lege noua ſunt diuerſæ pro eodem delicto, quæ nā ex eis ſit imponenda, maximè quando vna pœna eſt magis congrua, quam alia diſſerit, *Guazz. defen.33.cap.20.* per tot ipſum conſulas, cum non omnia ſint hic referenda.

SVMMARIVM.

1 *Pœna conuentionalis ex contractu pacis, ſeù cautionis de non offendendo tranſit ad hæredes.*
Ratio affertur, num.2.
Tam ad fauorem partis offenſæ, quam fiſci, n.3,

RESOLVTIO II.

Pœna conuentionalis ex contractu pacis, ſeù cautionis de non offendendo an tranſeat ad hæredes.

1 POEna conuentionalis ex contractu pacis, ſeù cautionis de non offendendo tranſit ad hæredes, licèt defunctus, qui viuens offendit, non fuerit conuentus, vt tradunt *Herculan de caut de non offenden.cap 40 num.7.& ſeq.Farin.de var.ac diuer.crim.quæſt.107.num.318. Guazzin.de pace par.1.quæſt.69.nu. 5. & de caut.de non offen.par 3.§ 3.nu.54.per tot.* & latiſſimè comprobat contra Anonimum ſcriptorem modernos, *Maſſin.de confiſc.bonor.quæſt.15.num.24.& ſeq.*

2 Incontinenti enim quod facta fuit offenſa, fuit factus locus pœnæ conuentæ, vt in ſimili de omni alio contractu poſt impletam conditionem not. *Maſſin.d quæſt.15.n.27.& Rota poſt Zachi.de oblig.camer.deciſ.150 num.2.* & ſit eo ipſo quod illud ius paſſiuum fuit formatum in vita defuncti intelligitur etiam tranſmiſſum ad hæredes, vt poſt *Cagnol. Surd.& Gratian,* per eum relatos tradit, *Maſſin.d. quæſt.15,num.28.* in quos quælibet defuncti obligatio tranſit de ſui natura tam actiuè, quam paſſiuè ad tex. *in l.1.C.vt actio.ab hæred.&c. Guazzin.de pace d.quæſt.69 num.5.Maſſin.d.quæſt. 15. num. 26. Ciriac contr.24.num 22.& contr.327.num.56.Rotæ deciſ.206.n.2.apud Cenc.de cenſ.& deciſ.270 n.11. apud Zachi.de oblig.camer.& deciſ.669. numer. 3. par.2.recen.*

3 Amplia d.concluſionem, vt habeat locum non ſolum ad fauorem partis offenſæ, ſed etiam ad fauorem fiſci, vt latiſſimè non minus, quam doctè comprobat, *Maſſin.de confiſc.bonor.d.quæſt. 15.num. 30.& ſeq.* illum conſulas, cum ex alienis ſcriptis, ſcripta, vt in adagio eſt, conficienda non ſint.

SVMMARIVM.

1 *Pœna pecuniaria impoſitæ contra contumaces non exiguntur in ſtatu eccleſiaſtico.*

2 *Pœna quando ſunt communes priuatus debet illius partem accipere de manu fiſci.*

RESOLVTIO III.

Pœnæ pecuniariæ impoſitæ contra contumaces an exigantur in Statu Eccleſiaſtico.

1 POEnæ pecuniariæ impoſitæ pro delictis contra reo, contumaces de ſtilo *Sac.Conſultæ* non exiguntur in Statu Eccleſiaſtico, contra quem ſtilum nihil innouandum eſſe ſtatuit eadem, *Sacra Conſulta* ſcribendo Eminent.Cardinali Legato Emiliæ 8.Martij 1623. vt de ſtylo Ciuitatis Peruſiæ teſtatur, *Giglia.ad Stat. Peruſiæ §. pœna num.3. & ſeq.* & de generali ſtylo ſtatus Eccleſiaſtici teſtatur, *Maſſin.de confiſc.bonor. quæſt. 22.num 23.*

Addo prædictis, quod quando pœnæ ſunt communes inter fiſcum, & priuatum, fiſcus integre illas exigit, & priuatus, cui illarum pars debetur, debet illas de manu eiuſdem fiſci accipere, vt docent, *Conſtant.in l.1 num.75.76.& ſeq.C.de vendit.verb. fiſcal.lib.10.Carpan.ad Stat.Mediol.cap.31.nu.101.& ſeq.tom.1.& cap.89 litera A.tom.2.Cancer.var.reſol.par.2.cap.11.num.43.* vbi dicit, quod ſi priuatus recipiat partem ad eum ſpectantem ſoluens liberatur. & poſt eos not. *Maſſin. de confiſc. bonor. d.quæſt.22. num.25. & ſeq.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Pœna appoſita in compromiſſo exigi poteſt in caſu non obſeruantiæ.*

Ratio affertur, num. 2.

Maximè ſtante iuramento in compromiſſo, appoſito num. 3.

Fallit concluſio quando appellans à laudo appellationi renunciauit, num. 4.

Item fallit de conſuetudine, num. 5.

Contrarium tamen tenent plures Doctores, n. 6.

Quæ conſuetudo non extenditur de loco ad locum, num. 7.

Verum verò pro exactione pœnæ ſit expectanda confirmatio laudi remiſſiuè, num. 8.

RESOLVTIO IV.

Pœna appoſita in compromiſſo, an poſſit exigi in caſu non obſeruantiæ.

1 POEna appoſita in compromiſſo debetur, & exigi poteſt in caſu, in quo quis arbitris parere noluit per partem obſeruantem, ſiue parti interſit, ſiuè non ad tex. *in l. cum pœna 43. ff. de recep. arbitr. & in cap. dilecti 4. de arbitr.* & tradunt *Pariſ. conſ. 29. ſub n. 15. vol. 1. Borgn. deciſ. 25. num. 32. part. 2.* vbi teſtatur de communi opinione, *Menoch. de arbitr. caſu 260. ſub num. 43. Fachin. contr. iur. lib. 10. cap. 93. in fin. Cancer. var. reſol. par. 1. cap. 27. ſub nu. 4. Gratian. diſcep. foren. cap. 721. num. 25. & ſeq. par. 4. Caren. reſol. 92. nu. 10. & ſeq.* vbi hanc concluſionem benè comprobat, & dicit, ita fuiſſe iudicatum. *Maſſia. de confiſc. bonor. quæſt. 22. nu. 76. Balth. Tomaſ. in ſuis tract. var. tom. 2. tit. 19. num. 1570* alios adducens concordantes, *& Leotar. de vſur. quæſt. 38. num. 8.*

2 Certum eſt enim licere contrahentibus conuentiones, & promiſſa, quò ſincerius, meliuſque ſeruentur pœnæ ſtipulatione munire ad tex. *in §. alteri inſt. de inutil. ſtipul. in l. ſi pœnam 68. & in leg. ad diem 77. ff. de ver. obligat. in l. ſi pacto 14. C. de pact.* & not. *Menoch. de arbitr. d. caſu 200. num. 1.* & latè comprobat. *Leotar. de vſur. d. quæſt. 38. in prin.* vbi dat concordantes, maximè cum d. pœnæ in compromiſſo apponantur ob contemptum, non autem ob intereſſe, vt declarant *Borgn. Menoch. Gratian. & Leotar.* in loc. ſupra adduct. *& Altograd. conſ. 27. n. 42. lib. 1.* vnde non mirū ſi illæ exigi poſſint etiā ſecluſo intereſſe, vt dicit *Leot. in d. q. 38. n. 1. & 8. Caren. in d. reſ. 92. n. 12.* & alij Doctores ſupra adducti.

3 Amplia d. concluſionem, vt eò magis habeat locum ſtante iuramento in inſtrumento compromiſſi appoſito, quod facit, quod tota pœna exigi poſſit, non habita ratione ad intereſſe, vt poſt *Faria. de carc. & carc. quæſt. 30. n. 16.* per eum celatum ſcribit *Caren. d. reſol. 92. nu. 13.* & tradit etiam *Manci. de iur. par. 4. effect. 227. nu. 10.* & ſentit *Altrog. d. conſ. 27. n. 40.* vbi quærit an pœna debeatur quando eſt adiecta compromiſſo nullo, vt ibi per eum.

4 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, & pœnam peti non poſſe quando appellans à laudo prolato per arbitros appellationi renunciauit ſec. *Marta. deciſ. 7. num. 10.* quem referendo ſequitur *Balth. Tomaſ. in d. tract. var. tom. 2. tit. 19. n. 1794. limit. 67. in fin.*

5 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum de conſuetudine, ex qua pœnæ conuentionales de facto exigi non poſſunt, niſi probato intereſſe, & ad illius metam, vt not. *Gipſi. ad deciſ. Bonon. diuer. 148. ver. primo caſu &c.* vbi plures Doctores refert, qui de conſuetudine plurium locorum teſtantur, cum quibus pertranſit *Montan. contr. 57. nu. 5.* quem referendo ſequi videtur, *Maſſin. de confiſc. bonor. d. quæſt. 22. num. 77. & 78.*

6 Contrarium tamen imò pœnam conuentionalem in compromiſſo appoſitam exigi poſſe ob contrauentionem, etiam non probato intereſſe quicquid dicant Doctores ſupradicti circa d. conſuetudinem tenet *Caren. in d. reſolut. 92. n. 15.* vbi dicit Doctores adductos *per Gipſi. vbi ſupra* non loqui de pœna adiecta facto, nec de pœna conuentionali arbitrali, & quod in Ciuitate Cremonæ paſſim condemnari ſolent non parentes ſententijs arbitrorum, vt ibi per eum.

7 Declara d. ſecundam limitationem, vt quatenus credendum ſit d. Doctoribus de d. conſuetudine atteſtantibus, vt illa habeat locum tantum in locis vbi adeſt, non autem in alijs locis, cum conſuetudo vti ſtricti iuris non extendatur de loco, ad locum, nec de caſu ad caſum, vt tradunt *Surd. conſ. 323. num. 13. lib. 3. Ciriac. contr. 271. num. 11. Caren. reſol 82. num. 6. Capic. Latro deciſ. 181. nu. 43. lib. 2. Rota deciſ. 27. num. 10. par. 8. recen. & deciſ. 214. nu. 19. par. 7.* & alibi paſſim.

8 Pœna verò ſupradicta an poſſit exigi pendente reclamatione a laudo, vel expectari debeat ſententia cōfirmatoria laudi vide *Caren. d. reſ. 92. n. 21.* qui tenet, quod non quando compromiſſum eſt vallatum pactis executiuis, *& Balth. Tomaſ. in ſuis tract. var. tom. 2. de tut. & curat. tit. 19. n. 1794. limit. 67.*

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod pœna appoſita in compromiſſo exigi poteſt in caſu inobſeruantiæ adde *Scacc. de appell. quæſt. 15. num. 120.* volentes d. pœnam eſſe ſoluendā etiam ſi pars velit pendente compromiſſo redire ad iudicem ordinarium, *& Theod. Rube. in ſingul. Rotæ Roman. tom. 2. ad Stat. Vrb. cap. 136. num. 5.* tranſeuntem cum d. concluſione, tamen laudum ſit validum, vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Pœna contra alienantes bona in forenſes non habet locum, niſi ſequuta traditione.*

Et non ſufficere traditio per clauſulā cōſtituti, n. 2.

Maximè quādo alienatio fit ex cauſa dotis, n. 3.

Et in alienatione rei paruæ, num. 4.

Nec non in alienatione facta in Eccleſiam, ſiuè in locum pium, num. 5.

Licèt contrarium tenuerint aliqui, num. 6.
Et in alienatione bonorum facta ab ipſis forenſibus, num. 7.

RESOLVTIO V.

Pœna contra alienantes bona in forenſes an habeat locum non ſequuta traditione.

1 POEna impoſita à Statuto contra alienantes bona in forenſes non habet locum, niſi illorum traditione ſequuta, & poſſeſſione appreheñſa, ad tex. in l. *alienatum* 67. *ff. de verb. ſignif.* & tradunt *Tiraq. de retra. lign. §. 1. gloſ. 2. nu. 44 & ſeq. Card. Mant. de tacit. lib. 22. tit. 28. num. 19. & ſeq. Gratian. diſcep. foren. cap. 236. num. 45. & ſeq. par. 2. Ciurl. contr. 37. nu. 81. & ſeq.* quem refert, & ſequitur *Maſſin. de confiſc. bon. quæſt. 24. num. 32. Vrſell. in exam. apum concl. 84. num. 24. Vermigl. conſ. 361. nu. 2.* & nouiſſimè *Alph. ab Olea. de ceſſio. iur. tit. 1. quæſt. 6. num. 44* vbi alios dat concordantes, & plures facit illationes,

Pœna enim, à Statuto indicta delictum conſummatum expoſcit, *Gram. deciſ. 2. num. 13. 15. & 18. & deciſ. 74. num. 5. Gabr. comm. concl. de malef. concl. 12. num. 39. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 92. ver. & licèt &c. Andr. Gail. de pace pub. lib. 1. cap. 14. nu. 29. Adden. ad Bertaz. conſ. 123. ver. 1.* qui teſtantur de communi opinione *lib. 1.* plenè *Farin. de homic. quæſt. 24. num. 137.* vbi quamplures dat concordantes, & *conſ. 28. num. 2. et conſ. 36. num. 1. lib. 1. Giurb. conſ. 46. num. 37. in fin. et num. 38. et Vrſell. d. concl. 84. nu. 24.* benè comprobans, & plures adducens *Rota Roman.* deciſiones.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam, quod in contractu alienationis adeſſet clauſula conſtituti, per quam vera poſſeſſio transfertur, quia adhuc alienans non incurreret in pœnam, quia vbi vera, & actualis poſſeſſio requiritur, nunquam conſtituturarius dicitur eadem perſona cum actuali poſſeſſore, vt notant *Alex. conſ. 28. num. 7. lib. 2. Vrſell. d. concl. 84. num. 25.* vbi teſtatur de communi opinione, *Seſſe. deciſ. 234. per tot. tom. 3.* vbi dicit ita fuiſſe deciſum, quem refert, & ſequitur *Alph. Olea. de ceſſio. iur. d. tit. 1. quæſt. 6. num. 45. & ſeq.* vbi alios dat concordantes quamplures, & tenuit *Rot. in Beneuent. pecuniaria 16. Iunij 1616. coram Card. Sacr.* quã refert *Vrſel. vbi ſupra*.

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando alienatio in forenſem fit ex cauſa dotis, quam d. Statutum prohibens alienari bona in forenſem non comprehendit, niſi expreſsè diſponat, vt docent *Ptol. conſ. 19. num. 21.* vbi teſtatur de communi opinione, *et Vermigl.* qui illum referendo ſequitur *conſ. 21. num. 12. et 13.* vbi dicit expreſsè cauſam dotis excipi, *in Bullis Pontificum* alienationẽ bonorũ in forẽſes prohibentibus,

4 Amplia tertiò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum in alienatione alicuius rei parui valoris, puta, paruæ domunculæ, vel agri, quam d. Statutum non comprehendit ex reg. quod parum, & nihil æquiparantur, & quod de minimis non curat prætor ad tex. *l. ſenatus 45. §. Marcellus ff. de legat. 1.* & tradunt *Alex. Imol. et Iaſ. in l. ſciendum 15. ff. qui ſatiſd. cogat. Roman. Singul. 334. Maſtr. de gener. Stat. interp. concl. 5. num. 50.* & nouiſſimè *Paul. Rube. de valid. legal. cap. 34. num. 10.*

5 Amplia quartò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum in alienatione facta in Eccleſiam, vel alium locum pium, quam d. Statutum non comprehendit ex defectu poteſtatis, vt adnotarunt Doct. communiter in *l. filius familias* 118. *§. Diui, & ibi Iaſ. num. 82.* qui teſtatur de magis communi opinione *ff. de legat. 1. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 82. in 5. Stat. num. 16. et 17. Menoch. conſ. 878. num. 10.* vbi dicit, non comprehendi Clericos in d. Statuto, *Carol. de Graſſ. de effect. cleric. effect. 2. num. 340.* latè comprobans, & hanc opinionem dicens magis communem, plenè *Maſc. de gener. Stat. interpr. concl. 1. num. 2. et 3.* vbi quamplures dat concordantes de magis communi opinione teſtantes, & pleniſſimè *Redenaſc. conſi. 69. per tot.* vbi hanc opinionem dicit eſſe veriorem, & magis communem apud Legiſtas, Canoniſtas, & Theologos etiam ſi Statutum loquatur in rem, & idem firmat *in conſ. 70. per tot.* in quibus contrarijs benè reſpondet, quamplures adducit Doctorum authoritates, & Doctores contrarium tenentes reijcit, *et P. Dian. in ſumm. in ver. Statutum Laicale ſub num. 7.*

6 Quicquid contrarium tenuerint *Abb. Felin. Gram. Maran. Surd. Caph. Hond.* & alij relati per *Redenaſc. d. conſ. 69. num. 7.* quos ipſe ſingulariter reprobat, & declarat, & contra quos adeſt verior, & magis communis opinio, de qua ſupra.

7 Amplia quintò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum quando alienatio facta fuit ab ipſis forenſibus de bonis, quæ habent in territorio, quos d. Statutum non ligare, quia de eorum bonis poſſint ad eorum libitum diſponere tenuerunt, *Alex. conſ. 44. num. 15. lib. 5. Ruin. conſ. 195. col. 2. & in fin. lib. 2. & conſ. 48. n. 4. & cõſ. 49. col. 2. lib. 3. & Caph. conſ. 161. n. 11 lib. 2.* quos vnà cũ alijs pluribus refert, & ſequitur *Maſ. de gener. Stat. interp. cõcl. 6. n. 8.*

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod pœna contra alienantes bona in forenſes non habet locum niſi ſequuta traditione adde *Ciriac. contro. 529. n. 52. & n. 31.* vbi dicit, d. Statutum non ligare forenſes poſſidentes bona in loco quando illud loquitur in rem, non in perſonam, vt ibi per eum.

N. 3. Vbi habetur, quod d. Statutum non habet locum in cauſa dotis adde *Andreol. cont. 392. in prin.* latè comprobantem, de qua materia vide benè diſtinguentem inter dotem datam inæſtimatam ſeù æſtimatam, & dotem neceſſariam, vel non *Illuſtriſs. D. meum Deluca in Theat. verit. & iuſt. tom. 6. in tract. de dote diſcur. 149. nu. 3. & ſeq.* vbi dat concordantes.

N. 5. Vbi habetur d. Statutum non comprehendere alienationem factam in Eccleſia adde *Ciriac. d. contro. 529. num. 28. & ſeq.* dicentem illud non comprehendere nec Eccleſiam, nec Eccleſiaſticos, vbi teſtatur de veriori, & magis communi opinione, *& contro. 513. num. 30.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Pœna impoſita per Statutū requirens certam qualitatem non habet locum, niſi probata d. qualitate.*

RESOLVTIO VI.

Pœna impoſita per Statutum requirens certam qualitatem, an habeat locum non concurrente d. qualitate.

1 POena impoſita per legem, vel Statutū requirens certam qualitatem non habet locum, niſi probata illa qualitate, vt tradunt *Andr. Gail. de pace publ. lib. 1. cap. 13. nu. 6. & ſeq. Giurb. conſ. 10. num. 24. & conſ. 63. num. 12. & conſ. 99. n. 8. Merlin. Pignatel. contr. foren. cap. 47. n. 12. cent. 1. Vermigl. conſ. 305. n. 9. & conſ. 397. n. 7.* & dixi latiùs infra in ver. *Qualitas Reſol. 1. per tot.*

SVMMARIVM.

1 *Pœna debeatur domino, cuius tempore fuit commiſſum delictum, non ſecundo domino, qui ſucceſſit in Principatu.*

Licèt contrariam teneant aliqui, num. 2.

Maximè ſi pœna ſit impoſita ipſo iure, n. 3.

Et quando tempore primi domini fuit lata ſententia, num. 4.

Etiamſi fuerit appellatum, & ſententia fuerit confirmata tempore ſecundi Domini, nu. 5.

Secus tamen eſt ſi ſententia fuit lata tempore ſecundi Domini, num. 7.

6 *Pœna debetur Officiali qui condemnauit non autem ei qui illam exegit.*

Et quid in Theſaurario, vel fiſcali remiſſiuè, n. 8

RESOLVTIO VII.

Pœna an debeatur domino cuius tempore fuit commiſſum delictum, vel domino qui ſucceſſit in Principatu.

1 POena debeatur domino, cuius tempore fuit commiſſum delictum, non autem ſecundo Domino, qui poſt mortem primi ſucceſſit in Principatu, cum ſtatim ſequuto delicto ius ſit quæſitum primo Domino, vt tradunt *Tiraq. de retract. conuent. §. 5. glo. 4. num. 18.* vbi teſtatur de magis cōmuni opinione, *Vinc. de Franch. deciſ. 86. num. 12. Baiar. ad Clar. quæſt. 78. num. 144.* vbi dicit, hanc eſſe veram, & communem opinionem, *Guazz. de confiſc. bono. concl. 21. num. 51.* qui pariter teſtatur de communi opinione, quam concluſionem latè comprobat *Roſental. de feud. cap. 10. concl. 42. nu. 64. ver. verum generaliter, &c.* vbi contrarijs reſpondet, & plures adducit Doct. authoritates in *litera KKK.* & teſtatur hanc eſſe receptam Doctorum ſententiam, cum quibus pertranſit etiam *Grat. diſcep. foren. cap. 642. n. 19. par. 4. & Caball. reſol. crim. caſu 267. num. 15. cent. 1. & Vermigl. conſ. 440. nu. 5. & ſeq.* & ita ſentit etiam *Maſſia. de confiſc. bonor. quæſt. 43. nu. 51.* plenè *Maſtrill. deciſ. 12. num. 1. & ſeq.*

Non ſolum quia ſtatim ſequuto delicto, vt dixi, eſt ius acquiſitum primo Domino, ſed etiam, quia ſinis condēnationis pendet à cauſa delicti, & ideò ad illud principium reduci debet, vt not. *Roſental. d. concl. 42. n. 64. Grat. d. cap. 642. nu. 19. Maſtril. d. deciſ. 12. num. 5.* & alij Doctores ſupra adducti.

2 Licèt contrarium opinionem, imò d. pœnas deberi ſecundo domino, quia pœna ante ſententiam fiſco non debetur, itaut pœnæ ante ſententiam dicantur fructus pendentes tenuerint *Bald. in l. 2. col. 2. C. de fruct. & lit. expen. Guid. Pap. deciſ. 535.* vbi dicit, ita ſeruari in Delphinatu, *Peregr. de iure fiſc. lib. 6. tit. 5. num. 44.* vbi hanc opinionem dicit eſſe veriorem, licet aliam dicat eſſe communem, & alij relati per *Maſtr. d. deciſ. 12. n. 8.* quos ſequitur nouiſſimè *Antonel. de temp. leg. lib. 1. cap. 64. n. 37.*

3 Amplia primò d. concluſionem, communiter receptam, vt eò magis habeat locum, quando pœna eſt impoſita ipſo iure, quia tunc omninò illa debetur primo domino, non autem ſecundo, vt docent *Carpa. ad Stat. Mediol. lib. 3. in cap. Omnium ſub nu. 500.* vbi dicit, ita in contingentia facti fuiſſe iudicatum *Guazzi. de confiſc. d. concl. 21. num. 52. Pract. Archiep. Neap. c. 55. in fin. Roſental. de feud. d. concl. 42. ſub n. 64.* & ſentit *Maſtril. d. deciſ. 12. n. 13.*

4 Amplia ſecundo d. concluſionem, vt indubitanter habeat locum, quando tempore primi domini fuit lata etiam ſentētia contra reum delinquentem, licet executio facta fuerit tempore ſecundi, quia tunc pœna debetur primo domino, non autē ſecundo vt not. *Pract. Archiep. d. cap. 55. ver. niſi condemnatio &c. Pereg. de iure fiſc. lib. 6. tit. 5. num. 44. in fin.* vbi dicit, idem eſſe, quando proceſſus contra reum eſſet completus, *Roſental. de feud. d. concl. 42. ſub n. 64. Cabal. d. caſu 257. num. 15. & ſeq. Maſtril d. deciſ. 12. num 13. & ſeq.* & videtur ſentire *Rot. apud. Comitol. deciſ. 13. num. 28.*

5 Subamplia d. ſecundam ampliationem, vt habeat locum etiam, quando ſententia lata fuit tempore primi domini, à qua non fuerit appellatum, fuit poſtea ſententia confirmata tempore ſecundi domini, quia adhuc pœna debetur primo domino vt voluerunt *Gratian. diſcep. for. cap. 642. n. 18. par. 4. & Pract. Archiep. Neap. d. cap. 55. circa medium.*

6 Subamplia ſecundò d. ſecundam ampliationem, quod ſi pœna, vel pars illius debeatur Officiali, debeatur illi, qui reum condemnauit, non autem illi, qui in officio ſuccedens illam exegit, vt tradunt *Farinac. conſ. 107. per tot. & conſ. 148. per tot. lib. 2. & Maſſia. de confiſc. bono. quæſt. 43. num. 50.* vbi alios adducit ita ſentientes.

7 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando ſententia contra reum delinquentem fuit lata tempore ſecundi domini, quia tunc pœna debetur omninò ſecundo domino, non autem primo, cuius tempore fuit commiſſum delictum, vt voluerunt *Guid. Papa deciſ. 535. num. 1.* &

alij

alij plures, quos referunt, & ſequuntur *Pract. Archiep. d. cap. 55 per tot. Cabal. d. caſu 257. num. 4. & ſeq. & num. 15. & ſeq. & Peregr. de iure fiſc. d. lib. 6. tit. 5 num. 44. ver. contra vera &c.*

8 Quando verò pœnæ, & compoſitiones ſpectare debeant ad Theſaurarium eccleſiaſticum, ſed ad fiſcales, vel conductores ſi tempore vnius factæ fuerint, & tempore alterius fuerint exactæ vltra dicta ſupra nu. 6. vide *Farin. d. conſ. 148. per tot. lib. 2. Vermigl. conſ. 437. & conſ 138. & conſ. 440. per tot.* & aliqua *per Caball. d. caſu 357. cent. 3.* & alij ad quos ſe referunt *Adden. ad Cantuol. decif. 13. in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Mandatum ſpeciale requiritur ad faciendum dominum incidere in pœnam.*

2 *Mandatum enim generale non extenditur ad ea quæ important pœnam. num. 2.*

3 *Declara d. concluſionem, vt num. 3*

RESOLVTIO VIII.

Mandatum ſpeciale an requiratur ad faciendum cadere dominum in pœnam.

1 MAndatum ſpeciale requiritur ad faciendum incidere dominum in pœnam, & nō ſufficit mandatum generale etiam cum libera *l. ſi procurator. 6. ff. de condit. indeb. l. 3 §. ſi procurator. & ibi gloſ & Bart. ff. quod quiſq; iur. &c* & tradunt *Rolan. conſ. 71. nu. 42. lib. 1. Menoch. de arbitr. caſu 316. num. 32. & ſeq. Farin. conſ. 89. nu. 7.* alios adducens concordantes, *Cartar. decif. Genuen. 92. n. 1. & 2. Lancell. de attent. par. 1. cap. 1. num. 17. Barbo. de clau. clauſ. 35. nu. 42. Card. Manti. de tacit. lib. 7. tit. 16. nu. 8. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 3. caſu 12. num. 25. Giurb. conſ. 5. num. 9. & Vermigl. conſ. 240. num. 13.*

2 Mandatum enim quantumcumq; generale non extenditur ad ea, per quæ Dominus poteſt incidere in pœnam *Surd. conſ. 28. num. 80. lib. 1. & conſ. 328. nu. 6. lib. 3. Barbo. d. clau. 35. nu. 43. Card. Manti. d. tit. 16. num. 8. & ſeq.* benè declarans, *Hond. conſ. 96. num. 12. & ſeq. lib 2. Vermigl. conſ. 100. nu. 7. & conſ. 215. num. 10. & conſ. 346. nu. 10. Rota poſt ſec. vol. conſil. Farinac. decif. 19. ſub num. 2.*

3 Declara d. concluſionē, vt ſufficiat ſpeciale mandatum ad actum per procuratorem faciendum, vt dominus cadere poſſit in pœnā, nec opus ſit, quod expreſsè dicatur, quod procurator Dominum in pœnam cadere facere valeat, vt declarant *Beanſ. decif 94. nu. 1.* vbi habetur hoc eſſe notabile, cum quotidie eueniat in facto, & quod ita fuit deciſum, prout fuit etiam deciſum *in Rota Genuen. decif. 100. num. 5.* quas refert, & ſequitur *Cartar. d. decif. Genuen. 92. num. 3.*

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod Procurator non poteſt facere cadere dominum in pœnam ſine mandato ſpeciali adde *Bath. Tomaſ. in ſuis tract. var. tom. 2. in tract. de tuto. & curat. tit. 19. cap. 44. num. 4272.* vbi dicit, quod tutor, vel curator non poteſt pupillum facere cadere in pœnam, *Rota apud Card. Seraph. decif. 421. num. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Pœna ordinaria non imponitur, ſed extraordinaria, quando ex coniecturis proceditur.*

2 *In pœnalibus enim probationes requiruntur ad condemnandum, non præſumptiones, num. 2.*

3 *Procedit quando agitur de condemnatione rei præſentis in Statu Eccleſiaſtico. num. 3.*

4 *Reus quando condemnatur ex indicijs pœna an eſſe debeat corporalis, vel pecuniaria.*

RESOLVTIO IX.

Pœna ordinaria an imponatur quando proceditur ex coniecturis.

1 POena delicti ordinaria non imponitur, ſed extraordinaria, & mitior, quando ex coniecturis, & præſumptionibus in eo proceditur, vt tradunt *Pegaer. decif. 14. num. 19. Cabal. reſol. crim. caſu 129. nu. 18. cent. 2. Clar. in pract. § fin. quaſt. 20. num. 6. & quaſt. 55. nu. 16. Hond. conſ. 106. nu. 63. lib 1. Farin. de pœn. temp. quaſt. 86. num. 110 & ſeq. & conſ. 33. num. 26. lib. 1. Scac. de iudic. lib. 1. cap. 97. nu. 1.* plenè *Giurb. conſ. 2. num. 31. & conſ 4 num. 19. & conſ. 82. num. 27.* vbi alios dat concordantes, & alij plures, quos ego retuli, & ſequutus ſum *in allegat. foren. 86. num. 27.*

2 In pœnalibus enim ad condemnandum reum probationes requiri, non præſumptiones ſcripſerunt *Paris conſ 89. num. 38. lib. 2. Hond conſ 72. n. 26. lib. 1. Riml. iun. conſ. 424. num. 31. & 32.* quos vna cum alijs pluribus refert, & ſequitur *Giurb. d. conſ. 2. nu. 31. & conſ. 58. num. 9.* & dixi *ego d. allegat. foren. 86. num. 28.* Ità vt Iudex debeat multum temperare ſententiam ſuam, quando condemnat reum ex præſumptiuis probationibus, vt poſt *Marſil. Cagno. Gram. Tlaz. & Ant. Gomez* per eum relatos pro regula tradit *Farin. de indic. & tortu. quaſt. 52. nu. 66. & de pœn. temper. d. quaſt. 86. nu. 110. & ſeq.*

3 Declara d. concluſionem vt habeat locum quando Iudex vult venire ad condemnationem rei præſentis, in quibus terminis loquuntur Doctores ſupradicti, ſecus tamen eſt, quando agitur de condemnatione rei contumacis, contra quem quicquid ſit de iure communi, cuius vigore requiri plenas probationes dixit *Farin. de inqu. quaſt. 11. n. 16 & 19.* in ſtatu tamen eccleſiaſtico vigore *Bullæ Pij V.* deueniri poteſt ad illius condemnationem etiam in pœnam ordinariam ex indicijs ſufficientibus ad tranſmittendam inquiſitionem, vt docent

Farinac.

Farinac.de inqui.quæſt.11.num.16.ver.à quibus omnibus &c & num.79.& Cartar de execut.ſent.cap. bann.,cap.fin.n.58.& ſeq & dixi ego d. *alleg.foren. 86.n.29.ver.verũ quia &c.*& ita poſſim practicatur

4 Quando verò reus condemnatur ex indicijs præcipuè indubitatis, in pœna debeat eſſe corporalis, vel pecuniaria, latè tradunt *Farin.de reo confeſ.& conui.quæſt.86.num.110.& ſeq. & Guazzin.deſen. 33.cap.14.num.13.& ſeq. & ego dixi ſupra in ver. Iudicium Reſol.3.per tot.* videas ibi.

A D D I T I O.

N.1. VBi habetur, quod pœna ordinaria non imponitur quando proceditur ex coniecturis, ſed extraordinaria adde *Sclalo. in pract.torq.reos cap.4.num.3.*

S V M M A R I V M.

1 *Multitudini in delictis præcipuè capitalibus eſt parcendum.*

Quicquid aliàs ſeruauerit Roſus Florentinus in Ciuitate Verona, num.2.

Etiamſi delictum fuerit deliberatè commiſſum, num.3.

Licèt aliqui contrarium teneant, num.4.

Amplia in populo, vel Vniuerſitate delinquentibus num.5.

Ac etiã ceſſante timore ſcandali in populi n.6.

Licèt contrarium tenent aliqui Doctores, n.7.

Amplia vltimò, quando aliàs etiam innocentes punirentur, num.8.

Multi verò qui dicantur, remittitur arbitrio Iudicis, num.9.

R E S O L V T I O X.

Multitudini delinquentium an ſit parcendum in pœnalibus.

1 SI in homicidio, vel alio delicto per quo præſertim imponitur pœna mortis per multi interuenerint in magno numero attenta æquitate, ne multorum ſequatur ſtrages non omnes pœna mortis plectendi ſunt, ſed tantum qui occiderunt, ſeù delicti authores fuerunt, vel principaliores extiterunt, reliqui verò puniendi ſunt pœna extraordinaria modo corporali, & modo pecuniaria pro modo culpæ, & attentis circumſtantijs delicti commiſſi, vt tradunt *Tiraq.de pœn.temp. cauſa 47.nu.1. & ſeq.* latè comprobans *Clar. in pract.§. fin.quæſt.60.ver. allegatur etiam,* vbi dicit, hoc quotidie ſeruari, *Eugen.conſ.45.num.20 lib.1.* plenè *Farinac.de pœn. temp.quæſt.96.n.1.& ſeq.* vbi alios dat concordantes quãplures, & ampliat etiamſi delictum ſit maximum, contra, *Tiraq.* ibi relatum, *& de conſul.& manda.qu.131.nu.5.* vbi loquitur de pluribus auxiliatoribus, *Giurb.conſ.crim.2.num.33.* vbi alios adducit ita ſentientes, *Cartar.de pœn.innoc.in præfat. n.50.& ſeq.* benè comprobans benè, *Illuſtr. Sperell.deciſ.109.num.27 par.2.*

Ad obuiandum enim ſtragi populorum detrahendum eſſe aliquid ſeueritati, vt maioribus ſanandis malis caritas ſincera ſubueniat habetur *in cap.conſtitueretur in fin.50.diſti.& in cap.ordinationes in fine, & in cap. ipſa pietas ante fin. & in cap. non poteſt, & ibi glo. & in cap. quiſq 23.quæſt.4.& in l. Cicero 39.ff. de pœn.* & latè comprobant *Tiraq.in d.cauſa 47.n.1.et ſeq.Farin.in d.qu.96 nu.1. & Sperell.de deciſ* 109.*num.27.*& facit vulgare Carmen, *Os,populum crimen permanſit inultum.*

2 Quicquid alias fecerit D.Roſus Florentinus, qui in Ciuitate Veronæ inquiſiuit fratres S. Franciſci eo quòd ob auaritiam interfecerãt quendam Cremonenſem eorum hoſpitem, & omnes alios numero quinquaginta ſuſpendi iuſſit ab eorum Olitore minus culpabili, vt refert *Boſſi.in pract.in tit. de Oficial.corrup.per num.36.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum, non ſolùm ſi homicidium,ſeu delictum fuerit commiſſum in rixa, ſed etiam ſi illud fuerit commiſſum deliberatè, & conſultò, quia pro diminutione pœnæ in d.caſu attenditur, ne ſequatur ſtrages multorum, non autem calor rixæ, ſeù ceſſantis propoſiti, vel tractatus, vt benè conſiderat, *Farinac.de pœn.temper. d.quæſt.96.num.10.*

4 Quicquid contrarium tenuerit, *Foller.in pract.in ver.pœna debi.feri.num.35.* cum quo videtur pertranſire, *Giurb.d.conſ.2.num.64.*

5 Amplia ſecundò d.concluſionem,vt eo magis habeat locum in populo, ſe Vniuerſitate aliquem occidente, ſeù aliud delictum committente, quia licèt de rigore iuris omnes eſſent decapitandi, de æquitate tamen, ne turbetur pax, & ne ſequatur magna ſtrages ſoli principales, & commiſſi homicidij, ſeditionis, ſeù delicti authores puniri debent parcendo multitudini, vt not.*Gallin.de verb. ſignif.lib.10.cap.19.n.5.Menoch.de arbitr.caſu 598. num.40.Decian.tract.crim.lib.7.cap.19.num.7.Sola ad Decret. Sabaud. tit.22.de blaſph.glo.3.num.22. Card. Tuſc.pract.concl. litera M. concl.428.num.1.* quos referendo ſequitur, *Giurb.d.conſ.2.num.65.*

6 Amplia tertiò d.concluſionem, vt habeat locum etiam non exiſtente aliquo timore ſcandali in populo, ſi multitudo decapitaretur, vt fuit de mente *glo.in cap.deniq.Sacerdotes in verb.Venia.4.diſti.* nec diſſentit *Clar. in pract.in d.quæſt.60.ver.allegatur etiã.etc.* & aduocatur expreſsè,*Tiraq.d.cauſa 47.n.14.* benè comprobans *et Farin.in d.q.96.n.4.*

7 Licèt contrarium, imò ob multitudem delinquentium pœnam non eſſe minuendam, niſi timeatur ſcandalum tenuerint *glo.Abb.igne Felin.et Carrer.* in locis relatis *per Farin.in d.quæſt.96.n.5.* cum quibus pertranſeunt *Giurb.d.conſ.2.num 63.* & nouiſſimè, *Cobel.ad Bull. bon.Regim.cap.14.num.67.*

8 Amplia quartò d.concluſionem, vt eò magis habeat locum quando, niſi multitudini parceretur, etiam boni in pœna inuoluerentur, & innocentes punirentur, ita *Card.Turrecrem. in cap.infidelis §.*

hinc

bine etiam num. 4. 24. quæſt. 4. D. Thom. 2. 2. quæſt. 108. art. 1. quos refert, & ſequitur, *Cartar. de pæn. innoc. in præfa. num. 53.* & facit præceptum Domini de non extirpando zizanio, ne extirpetur ſimul, & triticum, vt habetur, *Matth. cap. 13*

9 Declara d. concluſionem, quod licet multi in his terminis dicantur, qui ſunt vltra quadraginta ad tex. *in cap. latores, & ibi gloſ. de cler. excom. miniſtr. & in cap. condemnationes in ver. multitudine 44. diſt.* verius eſt tamen id relinqui Iudicis arbitrio ſtatuendum ſecundum, *Felin. in cap. dilectus 30. num. 3. de Simo. Molin. de iuſt. tract. 3. diſp. 34. num. 3. Farinac. de pæn. temp. d. quæſt. 96. num. 12. & Giurb. d. conſ. 2. num. 66.* qui ſe fundat in executione facta per D. Rolum Florentinum, de quo ſupra *n. 2.* & licèt multitudinem facere mille viros dixerit, *Caln. in lexi. iur. in ver. Multitudinem in princ.*

S V M M A R I V M.

1 *Pœna ob frequentiam delictorum per Iudicem debet augeri.*

Ita vt bene faciant Principes in d. caſu pœnam augentes, num. 2.

Pœna autem pecuniaria in d. caſu non euadit corporalis niſi in furto, num. 3.

Contrarium tenet Farinac. *relatus, num. 4.*

Quando verò pœna ſit augenda ob conſuetudinem delinquendi vide Reſol. 13.

R E S O L V T I O XI.

Pœna ob frequentiam delictorum an per Iudicem augeri debeat.

1 POena ob frequentiam delictorum per Iudicem maximè ſi ſupremus ſit augeri debet, vt metu maioris pœnæ, delinquentes ab ipſis delictis faciliùs ſe abſtineant, vt tradunt *Gram. deciſ. 36. num. 7. et ſeq. Menoch. de arbitr. caſu 575. num. 1. et ſeq.* benè comprobans, *Cabal. reſol. crim. et caſu 19. in fin. et caſu 99. num. 60. cent. 1. Feder. Reſol. 44. in fin.* & nouiſſimè *Paul. Rube. de validit. legal. cap. 35. num. 56.*

Iudicem enim in imponendis pœnis habere facultatem, & arbitrium illas augendi, & minuendi iuxta delictorum qualitates, & circumſtantias pro regula dat. *Farinac. de delict. et pœn. quæſt. 17. num. 10.* & not. etiam *Giurba conſ. 12. num. 9.* & dicam latiùs infra *Reſolut. 13. per tot.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt rectè, & ſanctè dicatur facere Principes dum ob alicuius delicti frequentiam grauiores imponunt pœnas, vt eos commendat, *Menoch. de arbitr. caſu 575. num. 3.* vbi exemplificat præſertim in delicto ſtriſandi in facie, vt ibi per eum.

3 Declara d. concluſionem, vt pœna pecuniaria non euadat corporalis ex iteratione delicti, niſi in crimine furti, & quando magnus inſurgeret contemptus Principis, vt voluerunt, *Caball. reſol. crim. caſu 9. num. 53. in fin. cent. 1. & Fachin. contro. iur. lib. 1. cap. 1. in fin.* quos refert, & ſequitur, *Vermigl. conſ. 466. num. 31.* vbi dicit ita ſeruari de conſuetudine tàm quo ad pœnam corporalem, quàm capitalem, vt ibi per eum, & ita de conſuetudine ſeruari quo ad pœnam capitalem dicit etiam, *Farin. de delict. & pœn. quæſt. 23. num. 7.*

4 Licèt contrarium de iure, quod pœna pecuniaria euadere poſſit corporalis propter iterationem delicti, ac etiam capitalis tenuerit idem *Farinac. in d. quæſt. 23. num. 2. & in conſ. 15. num. 9. lib. 1.* vbi alios dat concordantes.

5 Quando verò pœna ſit augenda ob conſuetudinem delinquendi habes infra *Reſol. 13. num....*

S V M M A R I V M.

1 *Pœna locus non eſt, niſi expreſſe in iure ſit cautum.*

Si verò à Statuto non ſit expreſſa Iudicis arbitrio imponitur, num. 2.

Quomodo Iudex in d. caſu debeat arbitrari vide num. 3.

Et ceſſante conſuetudine, pœna infertur de ſimilibus an ſimilia, num. 4.

Et ſi Statutum imponat pœnam pecuniariam puta centum, & vltra.

Iudicis arbitrio, quomodo Iudex tunc ſe gerere debeat, num. 5. 6. & 7.

Et Iudex habens arbitrium, quando illud extendere valeat vſque ad mortem remiſſiuè, nu. 8.

R E S O L V T I O XII.

Pœna an locus ſit, ſi id expreſſe in iure cautum non ſit.

1 POenæ locus non eſt, niſi expreſsè in iure ſit cautum ad tex. *in §. ſin autem Auth. de non elig. ſec. nuben.* & tradunt *Menoch. conſ. 1128. n. 2. & conſ. 1132. num. 19. Barbo. axiom. 181. nu. 7. Card. Tuſc. pract. concl. litera P. concl. 216. num. 1. & ſeq. Giurb. conſ. 16. num. 37. Odd. conſ. 53. num. 17. Farinac. de delict. & pœn. quæſt. 18. num. 7. & conſ. 144. num. 12. lib. 2. Vermigl. conſ. 170. num. 3. Rot. apud Card. Seraph. deciſ. 286. num. 6.* & dixi ego *allegat. foren. 92. num. 4. et allegat. 99. num. 18.*

Faciens enim actum a lege non prohibitum pœnam non meretur *l. gracchus 4. C. ad leg. iul. de adult. Caball. reſol. crim. caſu 1. num. 12. cent. 1. Guazzin. defen. 2. cap. 1. in prin. Giurb. conſ. 32. num. 12. Ciriac. contro. 169. num. 33. Mart. Ant. reſol. 42. n. 2. lib. 3. & Farinac. conſ. 13. num. 18. & conſ. 49. num. 2. lib. 1.*

2 Declara d. concluſionem, quod ſi pœna à Statuto, vel lege non ſit expreſſa, Iudicis arbitrio illa veniat imponenda ad tex. *in l. 1. §. expilatores ff. de effract. et in l. hodie 13. ff. de pœn. & in l. nemo 2. & ibi gloſ. C. de ſacroſ. Eccleſ.* & docent *Pegner. dec. 1. nu. 3. Farinac. de delict. & pœn. quæſt. 18. num. 7. in fin. Giurb. conſ. 69. num. 2. Menoch. de arb. lib. 1. quæſt. 83.*

in

in prin. Ant. de Ball. trac crim. lib. 4. quæſt. 5. in prin. Card. Tuſc. pract. concl. lit. P. concl. 217. n. 1. & ſeq. et concl. 218. n. 7. & Calu. de æquit. lib. 2. cap 196. n. 17.

3 Subdeclara d. declarationem quod quando pœna eſt arbitraria, Iudex debeat habere rationem ad qualitatem delicti, & perſonarum, conſiderando ſenectutem, iuuentutem, furorem, iram, ebrietatem, ignorantiam, magnam virtutem, excellentiam, vtilitatem Reipublicæ, an ſit ſolitus quis delinquere, & ſimilia, vt docent *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 6. n. 4. & Canalc. de Brach. Reg. par. 4. n. 35.* quos referedo ſequitur *Guazz. def. 33. c. 4. n. 7.* & admittit etiã *Farin. conſ 32. n. 7. et ſeq. lib. 1.*

4 Subdeclara ſecundò d. declarationem, quod quãdo pœna eſt remiſſa Iudicis arbitrio, ſi non conſtat de conſuetudine, quam aliàs attendendam dixi ſupra in ver. *Iudex Reſol. 1. num. 4.* illa inferatur de ſimilibus ad ſimilia, vt not. *Gram. conſ. 39. num. 9. Natt. conſ. 666. nu. 16. par. 4.* qui alios dat concordantes, & *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 4. q. 5. nu. 11.*

5 Subdeclara tertiò d. declarationem, quod ſi Statutum imponat pro aliquo delicto pœnam pecuniariam, puta, centum, & vltra Iudicis arbitrio, Iudex non poteſt arbitrari, niſi pœnam maiorem pecuniariam, non autem corporalem, ſeù exilij, cum in pœnis detur poſitiuum, comparatiuum, & ſuperlatiuum, & comparatiuum non poſſit excludere qualitatem poſitiui, nec ſuperlatiua qualitatem vtriuſque, vt declarant *Bald. in l. 2. num. 9. C. de prob. Canalc. de Brach. Regi. par. 4. num. 94. & ſeq. Farinac. de delict. & pœn. quæſt. 17. num. 50. Caball. reſol. crim. caſu 246. num. 2. et ſeq.* vbi dicit, ita in facto fuiſſe ſeruatum, *et Guazz. defen. 33. c. 13. nu. 1.*

6 Amplia primò d. ſubdeclarationem, vt eò magis habeat locum quando Statutum vtitur verbis, *& alijs pœnis*, cum dictio *alius* ſit repetitiua ſimilium, & ideò Iudex non poteſt variare ſpeciem pœnæ, cum intelligatur de ſimili, vt not. *Farinac. in dict. quæſt. 17. num. 50. & ſeq. Canalc. d. par. 4. num. 66. Caball. d. caſu 249. num. 3. & Guazz. d. defen. 33. cap. 13. num. 3. & 4.* vbi dat concordantes.

7 Amplia ſecundò d. ſubdeclarationem, vt habeat locum etiam ſi Statutum diceret, quod Iudex *plus, vel minus* poſſit pœnam arbitrari, quia intelligi debet, vt ſi eadem ſpecies pluris, ita vt ſi pœna ſit pecuniaria, non debeat eſſe corporalis, alias non eſſet per modum pluris, ſed diuerſi, vt docent *Farinac. de delict. & pœn. d. quæſt. 17. num. 52. Canalc. de Brach. Reg. d. par. 4. num. 64. Caball. d. caſu 249. num. 3. et ſeq. et Guazz. d. defe. 33. c. 13. n. 2.* vbi ſubiungit, d. dictionem plus reduci debere ad aliquam paruam ſummam vltra illam centum impoſitam à Statuto, puta, ad medietatem, & ſic ad 150. non autem ad alia centum, vt ibi per eum, & d. dictionem *Plus* eſſe aduerbium comparatiuum, & de modica quantitate intelligi tradunt *Barboſ. dictio. 264. in prin. & Angel. Grat. dictio. 176. in prin.* vbi dant concordantes quam plures.

8 Quando verò Iudex habeat arbitrium in pœnalibus illud valeat extendere præcipuè vſq; ad mortẽ dixi ſupra in ver. *Iudex Reſolut. 1. per tot.* ibi vide.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex non poteſt ſine cauſa pœnas augere, vel minuere, ſecùs cum cauſa.*

Amplia tàm in pœnis legalibus, quam ſtatutarijs, num. 2.

Etiamſi iudex procedat per accuſationem, n. 3.

Licèt contrarium teneant aliqui, num. 4.

Amplia in Principe, cui omnes pœnæ ſunt arbitraria, num. 5.

Et ob conſuetudinem delinquendi, ob quam pœna augentur, num. 6.

Subamplia pluribus modis, vt num. 7.

Non tamen ob d. conſuetudinem pœna extenditur vſque ad mortem, num. 8.

Contrarium tenet Ant. de Ball. *relatus, nu. 9.*

Pœna autem augeri non poteſt poſt ſententiam, num. 10.

Neque poteſt augeri per Iudices minores, ſed per ſupremos tantum, num. 11.

12 *Iudex an poſſit pœnam commutare in aliam minus ignominioſam remiſſiuè.*

RESOLVTIO XIII.

Iudex an poſſit ſine cauſa pœnas augere, vel minuere.

1 IVdex non poteſt ſinè cauſa pœnas à iure, vel Statuto impoſitas augere, vel minuere, cum non debeat eſſe ſeuerior, vel clementior lege, ſecùs tamen eſt, ſi adſit cauſa, quia tunc poteſt pœnam augere, vel minuere, ita vt hodie omnes pœnæ iuxta facti, & perſonarum, qualitates ſint Iudici arbitrariæ, vt tradunt *Tiraq. de pœn. temp. in præfat. num. 1. 2. & ſeq. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 83. ver. vlterius quæro &c. Andr. Gail. de pace publ. lib. 2. cap. 9. nu. 22.* latè *Farinac. de delict. & pœn. quæſt. 17. n. 5. 6. & ſeq.* vbi quamplures adducit Doctorum authoritates, & teſtatur de vera, & communi opinione, & *conſ. 121. num. 13. lib. 2.* quam concluſionem firmat etiam *Guazzi. defen. 33 cap. 17. num. 1. & ſeq. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 4. quæſt. 5. num. 24. & ſeq. & lib. 5. ad Pragm. Regn. prælud. 1. num. 114. & ſeq. Giurb. conſ. 12. num. 9. & Capic. Latro deciſ. 177. num. 30. & deciſ. 192. num. 31. tom. 2.*

Delicta enim ex qualitatibus, & circumſtantijs concurrentibus modo ſunt grauiora, modo leuiora, quas cum omnes leges non potuerint exprimere, ſequitur quod dederint Iudici arbitrium delicta puniendi modò grauius, & modò leuius, pro vt illorum qualitates, & circumſtantiæ requirunt, vt benè declarat *Farin. de delict. & pœn. d. q. 17. n. 8. & n. 12. & Ant. de Ball. d. lib. 5. prælud. 1. num. 114. & ſeq.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum, tàm in pœnis legalibus, quam in ſtatutarijs, quas Iudicem ex cauſa poſſe minuere, vel augere voluerunt *Tiraq. de pœn. temp. in præfat. nu. 22.* vbi pluplures dat concordantes, & teſtatur de veriori, & magis communi Doctorum opinione, *Clar. in pract.*

pract. in d. quæſt. 85. ver. vlterius quæro &c. Andr. Gail. de pace publ. d. cap. 9. num. 22 Farinac. de delict. & pœn. d quæſt. 17. nu. 11. & ſeq. vbi plures adducit ita ſentientes, & hãc ampliationem benè comprobat, & contrarijs reſpondet, & dicit, ab hac opinione vti veriori, & magis communi non eſſe recedendũ, & illam extendit etiam ad pœnas conſuetudinarias, vt ibi per eum, *& conſ. 121 nu. 13 lib. 2. & Ant. de Ball. tract. crim. d. lib. 5. præl. ud. 1. num. 114. & ſeq.* qui ampliant hoc habere locum etiam ſtante iuramento præſtito per Iudicem de ſeruando Statuta, vt ibi per eos.

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum non ſolùm in Iudice procedente per inquiſitionem, ſed etiam in Iudice procedente per accuſationem, quem etiam poſſe ex cauſa pœnas augere, vel minuere voluerunt *Bar. Bald. Butrig. & Salic. in l. & ſi ſeuerior. 3. C. ex quibus cauſ. infam. irrog. Blanc. in pract. crim. §. poſt quam vidimus num. 90. & ſeq. Mianſing. obſer. 30. cent. 2. Vaſq. quæſt. ill. cap. 35. num. 4.* vbi dicit contrariam opinionem eſſe ſuſpectam, *& Farin. de delict. et pœn. d. qu. 17. nu. 26.*

4 Licèt contrarium in Iudice procedente per accuſationem tenuerint *Abb. Hoſt. Card. Soci. Carer. Marſil.* & alij relati *per Farinac d. quæſt. 17. nu. 26.* quorum rationibus reſpondet *Blanc. vbi ſupra.*

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum in Principe, cui omnes pœnæ ſunt arbitrariæ, & illas ideò poteſt ex cauſa augere, & minuere ſuo arbitrio, vt not. *Bal.* per illum tex, *in l. 1. num. 48. C. de Sum. Trin. & fide Cath. Gram. vot. 10. num. 41. Bertaz. conſ. 321. num. 8. lib. 2. Farinac. de delict. & pœn. d. quæſt. 17. num. 60. Ciriac. contro. 66. in prin.* & Barones poſſe pœnas augere pro maiori obſeruatione legis ſuperioris dixit *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 4. quæſt. 2 num. 76.* & cum d. ampliatione pertranſeunt *Cabali. reſol. crim. caſu 294. nu. 282. & num. 293. & ſeq. cent. 3. Guazz. defen. 33. cap. 16. in fin.* plenè *Giurb. conſ. 6. num. 12. & 25.*

6 Amplia quartò d. concluſionem, quod licèt plures ſint cauſæ, ob quas Iudex poteſt pœnas augere, vel minuere, quas recenſent Doctores relati *per Farinac. de pœn. temp. d. quæſt. 17. num. 10. & per Ant. de Ball. tract. crim. lib. 5. prælud. 1. num. 122.* vna tamen præcipua eſt conſuetudo delinquendi, ob quam Iudicem poſſe pœnam augere in confeſſo eſt apud omnes cum geminatio delicti, licèt leuis faciat illud magnum reputari, vt tradunt *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 3. num. 60. et in cap. 5. num. 5. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 21. ver. fama ſola &c.* vbi teſtatur de communi opinione, *Maſc. de prob. concl. 838. in prin. lib. 2 Farinac. de delict. et pœn. quæſt. 23. num. 1. et ſeq.* vbi dicit ab hac ampliatione neminem diſſentire, vt ibi per eum alios adducentem concordantes, *et conſ. 41. num. 4. lib. 1. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 4. quæſt. 5. n. 25.* plenè *Giurba conſ. 47. num. 3. & ſeq.*

7 Subamplia d. quartam ampliationem, vt habeat locum etiamſi delinquens de alijs delictis fuerit cõdamnatus, & punitus, & etiamſi de eis fuerit aggratiatus à Principe, & etiamſi delicta ſint commiſſa in alijs territorijs, vt prædicta, & alia plura ad materiam proſequitur *Farinac. de delict. et pœn. d. quæſt 23. num. 8. et plur. ſeq.* quæ videas ibi per eum, cum non deceat hic illius ſcripta ſinè aliqua vtilitate tranſcribere, & aliqua ad materiam tradit *Vermigl. conſ. 3. num. 37. et conſ. 8. num. 13.* & aliqua addixi ſupra in verb. *Furtum Reſolut. 6. per tot.* videas ibi.

8 Declara d. quartam ampliationem, quod licèt velint Doctores propter reiterationẽ delicti poſſe augeri pœnam etiam vſque ad mortem, vt de communi opinione teſtatur *Farin. de delict. et pœn. d. quæſt 23. nu. 2. 3. et ſeq.* hoc tamen de conſuetudine non ſeruari teſtantur *Gram. decif 16. num. 5. et ſeq. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 84. ver. ſed hic &c. et Farinac in d. quæſt. 23 num. 7.* dicentes, nunquam vidiſſe, pœnam ob iterationem, & conſuetudinem delinquendi fuiſſe extenſam vſque ad mortem.

9 Contrarium tamen, imò de conſuetudine ſeruari d. pœnam ob iterationem delictorum extendi poſſe vſque ad mortem, reprobatis *Gram. Clar. et Farin.* in loc. ſupra adductis, & ex eorumdemmet authoritatibus poſt *Capoll. Caſſan. Paul. Meren. Vitali. Capb. Simon de Prat.* & alios per eum adductos latè comprobat *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 4. quæſt. 5. num 26. et ſeq.* vbi teſtatur de veriori opinione, & ita Romæ, & Neapoli fuiſſe pluries ſeruatum, vt ibi per eum, vbi ampliat contra *Farinac.* etiamſi delicta iterata ſint minima, vt ibi per eum.

10 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locum ante ſententiam, ſecùs verò poſt illam, quia tũc cũ Iudex dicatur functus officio ſuo nõ poteſt amplius pœnam in ſententia appoſitam augere, vel minuere, vt not. *Plaza in epit. delict. lib. 1. cap. 33. nu. 5 in fin. Clar. in pract d. quæſt. 85. ver. vlterius quæro &c. Couar. var. reſol. lib 2. cap. 9. num. 8.* & alij plures, quos refert, & ſequitur *Farinac. de delict. et pœn. quæſt. 17. num. 61.*

11 Limita ſecundo d concluſionem, vt habeat locum in Magiſtratibus, & Iudicibus maioribus, ſecùs autem in minoribus, quibus neque ex cauſa eſt permiſſu pœnas augere, vel minuere, niſi Principe conſulto, vel niſi cauſa adhæreat delicto, vt declarant *Clar. in pract. d. quæſt. 85 ver. vlterius quæro etc. Rolan. conſ. 70. num. 26. lib. 1. Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæſt. 96. num. 18. et 19. Farinac. de delict. et pœn. d. quæſt. 17. num. 67.* vbi alios dat concordantes, & contra *Menoch.* dicit, vnum ex d. requiſitis ſufficere, vel quod Princeps conſulatur, vel quod cauſa adhæreat delicto, *et Ant. de Ball. tract. crim. lib. 4. quæſt. 5. nu. 14. et lib. 5. prælud. 1 n. 124. et ſeq.*

12 Verum verò Iudex poſſit ex cauſa pœnam mortis in aliam pœnam mortis commutare minus ignominioſam, vel in aliam corporalem, ſeù debeat aliam pœnam pecuniariam, & corporis non afflictiuam imponere tradunt, *Farinac. de delict. et pœn. d. quæſt. 17. num. 72 et ſeq. Guazzin. d. defen. 33. cap. 17. num. 4. et ſeq. et Ant. de Ball. d. lib. 5. prælud. 1. num. 125.* plena conſulas.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Pœna maior non debet imponi reo contumaci, quam illa, quæ imponitur ſi eſſet præſens.*

Pœna enim non debet eſſe maior delicto, nu. 2.

Et pœna conſulentis, & hortantis non debet eſſe maior illa, quam incurreret ipſe faciens, n. 3.

RESOLVTIO XIV.

Pœna maior an poſſit imponi reo contumaci, quam illa quæ eſſet imponenda reo præſenti.

1 POena maior non debet apponi per Iudicem in ſententia contumaciali illa, quæ delinquenti eſſet imponenda, ſi fuiſſet præſens in iudicio, vt tradunt *Thob. Non. conſ. 104 num 7. 8. & 18. Caph. conſ. 79. num. 11. lib. 1. Cartar. de execut. ſent. capt bann. cap. 1. num. 417. Farinac. de inquiſ. quæſt. 11. nu. 62.* benè comprobans, *& conſ. 14. num. 4. in fin lib. 1. Giurba conſ. 83. num. 18.*

2 Pœna enim non debet eſſe maior delicto, ad tex. *in l. reſcriptum, 6. ff. de his quibus vt indig. Giurba d. conſ. 83, in fin. Card. Tuſch. prac. concl. litera P. concl. 211. in prin. Guazz. defen. 33. cap. 4 num. 3.* vbi plures facit illationes, *& Vermigl. conſ. 68. num. 1.* plenè *Barboſ. axiom. t. 81. num. 3.*

3 Amplia d. concluſionem, quod ſimiliter pœna hortantis, conſulentis, vel inducentis quemquam ad aliquid faciendum non poteſt eſſe maior illa, quam incurreret ipſe faciens delictum, cum minus ſit conſulere, & hortari, quam facere, vt voluerunt *Bertaz. conſ. 356 num. 52. lib. 2. Farinac. conſ. 8. nu. 1. lib. 1. Ciriac.* qui illos referendo ſequitur *contr. 487. num. 15.* & loquendo in auxiliatore dixit *Farinac. de conſult. & mand. quæſt. 131. nu. 43.* & in mandante *in eodem tit. quæſt. 135. num 41.* vbi alios adducit ita ſentientes quamplures, illum conſulas.

ADDITIO.

N. 2. VBi habetur, quod pœna maior non eſt imponenda reo contumaci, quam quæ imponitur reo præſenti adde *Farinac. conſ. 208. num. 8. & conſ. 214. nu. 9. lib. 3. et Giouagn. conſ. 87. ſub num. 8. lib. 1.*

S V M M A R I V M.

1 *Pœna indignationis Principis eſt arbitraria.*

Quod verò d. pœna ſit, quod Princeps non ſe exhibebit gratioſum delinquenti, num. 3.

Quæ pœna arbitraria quandoque eſt exilij, & etiam mortis pro qualitate facti, num. 4.

2 *Pœnæ omnes ſunt arbitrariæ Principi.*

RESOLVTIO XV.

Pœna indignationis Principis an ſit arbitraria.

1 POena indignationis Principis eſt arbitraria pro indignati Principis voluntate, vt verius tradunt *Bald. in auth. ſtatuimus num. 2. C. de Epiſc. & Cler. Menoch. de arbitr. caſu 365. nu. 3. Farinac. de delict. et pœn. quæſt. 19. nu. 32.* vbi alios dat concordantes, quamplures, *Caball. reſol. crim. caſu 30. num. 2. cent. 1. Guazz. defen. 33. cap. 8. num. 1. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 5. ad pragm. Regn. prælud. 1. num. 141. & lib. 6 qu. 5. num. 13. & Giurb. conſ. 32. num. 1.* vbi hanc concluſionem dicit veriorem, & quamplures adducit ita ſentientes.

2 Cum omnes pœnæ in Principe ſint arbitrariæ *l. 1. & ibi Bald. C. de Sum. Trin. Oſaſc. deciſ. Pedem. 80. n. 18. Scac. de iudic. lib. 1. cap. 12. n. 94 Farin. de delic. & pœn. qu. 17. n. 65. Pereg. de iur. fiſc. lib 4. tit. 8. n. 15.* plenè *Giurba d. conſ. 32. num. 2.* vbi dat concordantes, & dixi ſupra *Reſolut. 13. in 3 ampliat.*

3 Quicquid contrarium imò pœnam indignationis Principis eſſe, quod Princeps indignatus nõ ſe exhibebit gratioſum inobedienti dixerit *Bart. in extra. Qui ſint rebell. in ver. Indignationem,* cum quo pertranſeunt *Iaſ. in l. 1. n. 2. ff. ſi quis iuſ. iuc. non obtemp. Ruin. conſ. 30. n. 9. lib. 5. & Alex. conſ. 103. n. 14. lib. 1.* nec non *Card. Tuſc. prac. concl. lit. I. concl. 91. n. 3.* contra quos adeſt verior, & communis Doctorum opinio de qua ſupra.

4 Declara d. concluſionem, vt pœna prædicta arbitraria indignationis Principis aliquando ſit pœna exilij, & quandoq; grauior, & etiam grauiſſima etiã mortis, attenta qualitate facti, & inobedientiæ, & importantia negocij, cum omnes pœnæ ſint Principi arbitrariæ vt dixi, vt tradunt *Menoc. d. caſu 365 n. 14. et ſeq Farin. de delic et pœn. d. qu. 19. n. 32. Canale. de Bruch. Reg. par. 2. n. 255. & ſeq. Cabal. d. caſu 30. n. 3. et Guazz. d. defen. 33. c. 8. n. 2.* nec non *Giurb. d. conſ. 32. n. 2. in fin.* vbi dicit poſſe imponi etiam feudi priuationem, vt ibi per eum.

S V M M A R I V M.

1 *Pœnæ impoſita contra non accurrentes cum armis ad ſonum campanæ, non ligat ſenes.*

Nec eos qui non habent arma, num. 3.

Neque eos, qui in d. tempore ſunt occupati in aliquo opere neceſſario, num. 4.

Neque illos, qui ex aliqua iuſta cauſa non potuerunt accurrere, num. 5.

2 *Statuta interpretanda ſunt, ne contineant abſurdum.*

RESOLVTIO XVI.

Pœna impoſita contra non accurrentes cum armis ad ſonum campanæ non ligat ſenes.

1 POena impoſita per Statutum contra non accurrentes cum armis ad ſonum campanæ, puta ad capiendos bannitos, non comprehendit ſenes, qui excuſantur ab vſu armorum, vt tradunt *Cabed. deciſ. 29. nu. 3. Petr. Bell. de re milit. par. 1. cap. 7. Aiala de iure & offic. bell. lib. 3. cap. 4. num. 14.* qui loquuntur de ſenibus ſexagenarijs, quos refert, & ſequitur *Ciriac. contro. 487. num. 14. & Carauit. in pragm. Regn. de exul. num. 64. & ſeq.* vbi dicit, d. Statutum com-

prehendere ſolum perſonas habiles, non autem ſenes minores 18. annos Doctores, infirmos, & ſimiles.

2 Statuta enim interpretanda ſunt, ne contineant abſurdum, *Menoc. conſ. 247. n. 17. Ciria. contr. 370. n. 55. & contro. 703. n. 8.* & quod non mereantur à ſapientibus reprehendi, *Menoch. conſ. 133. n. 6. Ciriac. d. contro. 370. num. 56. Rota apud Merlin. deciſ. 564. num. 14. tom. 2.* Itaut non comprahendat perſonas inhabiles, vt dicit *Carauit. vbi ſupra.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in eo, qui non habet arma, qui non tenetur accurrere, dum qualitas ab eo requiſita in eo non concurrit, vt probat *idem Ciriac. d. contro. 487. num. 26.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in iis, qui tempore ſonitus Campanæ reperiuntur occupati circa aliquod opus neceſſarium, quod non poterat omitti, vt not. *Bart. conſ. 102. num. 5. lib. 1. & Ciriac. d. contro. 487. num. 20. & 21. & num. 25.* vbi exemplificat in eo, qui tenebatur aliquod opus complere de mandato Principis, vt ibi per eum.

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in iis, qui ad ſonum campanæ non potuerunt accurrere, vt quia banniti, & malefactores erant potentiores, itaut illos proſequendo eſſent in magno periculo, vel quia impediebantur alia de cauſa, vt docent *Bart. in l. 1. §. occiſſorum, ff. ad Sillan. in leg. ne quidem 7. ſub n. 2. ff. de incend. ruin. & naufrag. & in l. in delictis 4. in princ. ff. de noxal. & in d. conſ. 102. ſub num. 5.* vbi alias affert excuſationes, *Bertaz. conſ. crim. 45. num. 11. & Ciriac. d. controu. 487. num. 28. 29. & ſeq.* cum quibus pertranſit etiam *Caball. reſol. crim. caſu 287. num. 13. cent. 3.*

PERIVRIVM.

S V M M A R I V M.

1 *Periurus in iuramento litis deciſiuo, poteſt puniri criminaliter.*

Contrarium tamen plures Doctores, num. 2.

Maximè qui doloſè d. iuramentum deciſiuum ſuſcepit, num. 3.

Quæ habent locum etiam in periurio commiſſo in iuramento in litem, num. 4.

Et in iuramento ſuppletorio, num. 5.

Pœna tamen in d. caſibus extraordinaria tantum, num 6.

Et quid in iuramento calumniæ, vide ibi, n. 7.

R E S O L V T I O V N I C A

Periurus in iuramento litis deciſiuo, poteſt puniri criminaliter.

1 PEriurius in iuramento litis deciſiuo poteſt puniri criminaliter, *l. final. ff de crim. Stellion. l. 2. C. de indic. vidu. tollen. l. nam ſufficit 23. ff. de dolo malo, l. ſi duo 13. §. final. ff. de iureiur.* & tradunt decem, & octo Doct. relati per *Farinac. de falſitat. & ſimul. quæſt. 160. num. 52. & alii citati à Cartar. deciſ. 67. num. 25.* qui tenendo hanc opinionem dicit, ita fuiſſe iudicatum in Curia Archiep. Mediolani, & in Ciuitate Bononiæ, *Piccar. in §. item ſi quis poſtulante, num. 118. Inſt. de action. Papon. arreſt. Franc. lib. 2. tit. 12. arreſt. 10. in add.* vbi dicit, ita fuiſſe iudicatum, *Portoles ad Molin. ſuper Ritu, & obſeru. Reg. Arragon. tom. 3. in ver. Periurium, num. 12. & 13.* vbi dicit, hanc opinionem eſſe veriorem, & in iudicando ſequendam, & ſecùdum illam fuiſſe pluries iudicatum in Curia Archiepiſc. Cæſaraugust. & in Curia Regia dict. Ciuitatis, quam opinionem ſequitur, & latè comprobat *Caren. reſolut. 247. nu. 1. & ſeq.* dicens, illam eſſe veriorem, tutiorem, & in iudiciis practicatam, & contrariis reſpondet, & per Iudicem eſſe ſequendam, ſiuè Iudex ex officio, ſiuè ad inſtantiam partis procedat, & ſiuè periurium probetur ex actis, ſiuè ex nouis probationibus, vt ibi per eum.

Si enim falſum iurans per Principem punitur per Iudicem huius ſæculi, *dicta leg. ſi duo 13. §. final. ff. de iureiur.* quando magis puniendus erit iurans falſum per Deum, vt argumentantur *Menoch. de arbitrar. caſu 319. num. 15. & 16. Cartar. d. deciſ. 67. num. 11. & 12. & Caren. d. reſol. 247. num. 1.*

2 Licet contrarium tenuerint *gloſ. Butrig. Cin. Albert. Bar. Bald. Fulgo. & Salicet. in l. 2. C. de rebus credit. Boer. dec. 305. per tot.* vbi teſtatur de communi opinione, & contrariis reſpondet, & alii plures, quos refert, & ſequitur *Farinac. de falſitat. & ſimul. d. quæſt. 160. num. 55. & 56.* de communi, & magis communi opinione teſtantes vbi poſtea diſtinguit, vt ibi per eum, & idem ſentit *Mantic. de iurament. part. 5. ſub num. 8. & par. 2. art. 5. num. 45. Nigr. de excep. cap. 15. §. 9. num. 6. & ſeq.*

3 Amplia primò dictam concluſionem, vt eo magis habeat locum in eo, qui ſcienter, & doloſè iuramentum prædictum ſuſcepit, qui non euitat pœnam criminalem, vt voluerunt *Coſta remed. ſubſid. 96. nu. 2. in fin. Flau. Tort. ad Statut. Papi. rubric. 14. num. 77.* quos refert, & ſequitur *Caren. d. reſolut. 247. num. 7.*

4 Amplia ſecundò dictam concluſionem, vt habeat locum etiam in periurio commiſſo in iuramento in litem à Iudice delato, quod pariter eſſe puniendum voluerunt poſt *Bald. Aret. Rip. & Alexand.* per eum relatos *Phanuc. de in litem iuran. par. 3. mēbr. 5. in princ. cum n. ſeq.* latè comprobans, *Decian. tract. crimin. lib. 6. cap. 10. num. 12.* vbi requirit magnam cauſam, & *Paul. Gram. theor. 3. num. 16.* quos referendo ſequitur *Farinac. de ſimulat. & falſitat. d. quæſt. 160. num. 60.* qui *num. ſeq.* declarat, hanc ampliationem non habere locum in iuramento in litem affectionis, vt ibi per eum.

5 Amplia tertiò dictam concluſionem, vt habeat locum etiam in periurio commiſſo in iuramento ſuppletorio, vt docent *Decian. tract. crimin. lib. 6. cap. 10. num. 27. & Farinac. de falſit. et ſimul. d. quæſt. 160. num. 59.*

Amplia quartò dictam concluſionem, vt eo magis habeat locum ſi iurans confiteretur falſum iuraſſe *Nigr. d. §. 9. num. 11. vbi concordantes.*

6 Declara dict. concluſionem vnà cum ſupradictis ampliationibus, vt dictum periurium puniendum ſit non quidem pœna ordinaria, ſed extraordinaria tantum, vt tradunt *Cagnol. in leg. ſi quis maior 41. num. 126. & ſeq. C. de tranſ. Menoch. de arbitr. d. caſu 319. num. 9. & 10. Couar. in cap. quamquis .. par. 1. §. 7. num. 4. in fine, de pact. in 6. Piccar. in d. §. item ſi quis poſtulante, num. 118. Inſt. de actio. & admittit Caren. in d. reſol. 247. num. 6.*

7 Vtrum verò puniri valeat periurium commiſſum in iuramento calumniæ, maximè inter Doctores reperitur controuerſum, vt videre eſt ex *Farinac. de falſitat. & ſimul. d. quæſt. 160. num. 62. & ſeq.* vbi inter ſe contrarias refert Doctorum authoritates, & poſtea diſtinguit, vt ibi per eum ipſum conſulas, non enim ex alienis ſcriptis ſcripta conficienda ſunt, vt pluries dixi.

PERQVISITIO.

S V M M A R I V M.

1 *Perquiſitio in domo aliena pro re furata, & ſimil. non eſt concedenda.*

Fallit

Fallit quando adeſt ſuſpicio, vel indicium de exiſtentia illius in domo aliena, num. 2.

Sufficiunt tamen indicia leuia, num. 3.

Iudex tamen non debet perquiſitionem concedere ipſis partibus, num. 4.

Neque d. perquiſitio fieri poteſt propria authoritate, num 5.

Si verò res furata, vel ſimiles reperiuntur debent diligenter annotari, num. 6.

Et ſi non inueniantur res furata, et ſimil. id ſatis iuuat imputatos, num. 7.

RESOLVTIO VNICA.

Perquiſitio in domo aliena pro re furata, & ſimil. an ſit concedenda.

1 PErquiſitio in domo aliena pro re ſurata, moneta falſa, libello famoſo, armis prohibitis, & ſimil. non eſt concedenda, cum non ſint ſumenda arma de domo rei ad tex. *in l. nimis graue, C. de teſt.* & tradunt *Abb. in cap. qui cum fure 4. num. 6 de furt.* vbi hanc dicit communem opinionem, *Iaco. de Rauen. Petr. Bart. Bald. et Angel.* quos refert, & ſequi videtur *Auguſt. ad Ang. de malef. in ver. etiam veſtem cultellum &c num. 43. Guazz. defen 17. cap. 1. in princ.* cum quibus pertranſire videntur *Alden. ad Ambr. in proc. inform. lib. 1. cap. 5. in prin. & Illuſtriſs. Sperell. deciſ 49. num 19. par. 1.*

2 Limita d. concluſionem, vt habeat locum, quando nulla adeſt ſuſpicio, neque indicium, quod bona furata, moneta falſa, & ſimilia ſint in domo aliena, ſecùs tamen eſt ſi d. ſuſpicio adſit, vel aliud indicium de d. aſſiſtentia, quia tunc benè Iudex poteſt pro complemento iuſtitiæ d. perquiſitionem concedere, & fieri facere, vt adnotarunt *Corrad. in pract. in tit. de furibus num. 13.* vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione, *Iodoc. in pract. cap. 116. num. 6. Bonif. de furt. §. contrectatio, num. 83. & ſeq. Farinac. de furt. quaſt. 165. num. 31.* vbi dicit ita quotidie practicari, *Clar. in pract. §. furtum, num. 3. Guazz. d. defen. 17. cap. 1. num. 3.* & ita ſeruari in practica dicit *Ambroſ. in proc. inform. lib. 1. cap. 5. per tot. et Vermigl. conſ. 358. num. 3. & Rota apud Cocci n. deciſ. 9. num. 1.*

3 Declara primò d. limitationem, vt ad d. perquiſitionem concedendam non requirantur indicia grauia, ſed cum non agatur de magno præiudicio, ſufficiant leuia, ex quibus oriatur ſuſpicio, quod res furata, moneta falſa, & ſimilia reperiantur in domo, in qua petitur fieri perquiſitio, vt tradunt *Auguſt. ad Ang. in d. ver. etiam veſtem cultellum nu. 43. Iodoc. in pract. in d. cap. 116. num. 6.* qui volunt etiam ſufficere iuramentum partis, *Farinac. de furt. d. quaſt. 165. num. 31.* vbi admonet Iudicem, vt benè aduertat in concedendo perquiſitionem contra perſonam integræ famæ, cuius honor læderetur, & quod illam petens non ſit inimicus, qui id faciat ad denigrandam famam inimici, vt ibi per eum, & concordant *Guazz. d. defen. 17. cap. 1. nu. 3. et Bonif. de furt. in d. §. Contrectatio, num. 83. et ſeq.*

4 Declara ſecundò d. limitationem, vt Iudex nunquam debeat committere d. perquiſitionem ipſis partibus, ne ſequantur ſcandala, ſed debeat illam committere executoribus, & Iuſtitiæ miniſtris; & quandoq; cum interuentu dominorum ceſſante timore ſcandali, vt declarant *Clar. in d. §. furtum n. 3.* vbi dicit ita ſeruari in Stato Mediolani, *Bonif. de furt. in d. §. Contrectatio n. 83. et ſeq. Card. Tuſc. prac. concl. lit. P. concl. 559. n. 13. & Guazz. in d. defen. 33. c. 1. n. 4.* & tradit etiam *Farin. de furt. d. q. 165. n. 32.*

5 Declara tertiò d. limitationem, quod nunquam liceat d. perquiſitionem facere propria authoritate, ſed illa facienda ſit de mandato Iudicis; vt docent *Petr. Greg. Tholoſ. in ſintag. iur. vni. lib. 37. c. 1. nu. 20. Farin. de furt. d. q. 165. n. 31.* circa medium, *Guaz. d. defen. 33. cap. 1. nu. 4 in fin.* & ita ſentit *Sperell. in d. dec 49. n. 19 par. 1.* & ante eos *Clar. in d. § furtum n. 3.*

6 Declara quartò d. limitationem, quod ſi facta perquiſitione in domo per executores reperiantur res furatæ, arma prohibita, moneta falſa, vel illius Inſtrumenta, & ſimilia, Notarius, & executores debent illa diligenter adnotare cum omnibus eorum qualitatibus, & circumſtantijs ita vt dubitari non valeat de d. inuentione, vt docent *Guazz. d. def. 17. cap. 1. n. 5.* nec non *Ambr. in proc. infor. d. lib. 1. cap. 5. per tot.* vbi ponit formam d. annotationis, quam vide, & ſerua, vt ibi per eum.

7 Addo pro coronide, quod ſi facta perquiſitione in domo alienius de re furata, moneta falſa, & ſimilibus, ſi nihil fuerit inuentum, id maximè fauet imputatis, quia ſicut eis valdè nocuiſſet illorum inuentio, ita prodeſſe debet non inuentio, vt contrariorum eadem ſit diſciplina, vt docet *Caball. reſol. crim. caſu 199. num. 23. et 24. cent. 2.*

PRÆCEPTVM DE NON OFFENDENDO.

SVMMARIVM.

1 *Præceptum factum partis de non offendendo, & quod interim cautiones habeantur pro præſtitis, eſt validum, itaut pœna exigi poſſit.*

RESOLVTIO VNICA.

Præceptum factum partis de non offendendo, & quod interim cautiones habeantur pro præſtitis an valeat, vt pœna exigi poſſit.

1 PRæceptum factũ per Iudicẽ partibus, vt cõpareant ad præſtandam cautionem de ſe inuicem non offendendo, ſub certa pœna, & quod interim cautionis habeãtur pro præſtitis ad remouẽda ſcãdala, & offenſiones inter partes eſt validũ, itaut in caſu cõtrauẽtionis pœna exigi valeat, vt

tradunt *Herculan.de caut.de non offen.cap.5.num.5. & ſeq.& cap.9.num.21. Valpell. de promiſſ. de non offen. quaeſt.81.in fin.* vbi dicit, ita ſeruari in Statu Vrbini ex particulari Decreto, *Batar.ad Clar.q.47. num.21. Farinac.de var.ac diu.crim.quaeſt.107.num. 83.Caball.reſol.crim caſu 319.in fin. cent.2.* vbi dicit, ita ſeruari in Statu Serenis.Magni Ducis Etruriæ, & hanc eſſe optimam cautelam ad euitanda ſcandala, vt ibi per eum, *& Guazz.de caut.de non offen.§.3.quaeſt.3.num.21.& ſeq.* de qua materia ego dixi latiùs ſupra in verb. *Cautio de non offend. Reſolut. 7. per tot.* videas ibi.

PRÆVENTIO.

SVMMARIVM.

1 *Præuentio habet locum inter plures Iudices, qui de eodem delicto cognoſcere poſſunt.*

Et inter Iudicem Eccleſiaſticum, & ſæcularem, num. 2.

Et inter Iudicem maiorem, & inferiorem, n.3.

Fallit in crimine hæreſis, in quo non datur præuentio, num. 4.

Et quādo Iudex præueniens non eſt Iudex competens, num. 5.

Et quando Iudex præueniens procedit per Inquiſitionem, num. 6.

Et quando Iudex procedit cum maiori qualitate, num. 7.

Nec in Iudice nulliter procedente, num. 8.

RESOLVTIO I.

Præuentio quando habeat locum inter plures Iudices, qui de eodem delicto cognoſcere poſſunt.

1 PRæuentio habet locum inter plures Iudices, qui de eodem delicto cognoſcere poſſunt, vt tradunt *Decian. tract.crim.lib.4.cap.20.num.3. Scacc. de iudic.lib.1.cap.12. num.57. Boſſi.in pract.in tit.de foro competen.num.79. Farinac.de inquiſ.quaeſt.7. num.52.* plenè *Guazzin. defen.1.cap.10.num.1.Vermigl.conſ.173.n.3.Giurba conſ.62.num.2.& conſ.59.n.94.& Carleual de iudic. lib.1.tit.1.diſp.2.quaeſt.7.ſect.2.num 872.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt præuentio habeat locum non ſolùm inter Iudices ſæculares inter ſe, & Eccleſiaſticos inter ſe, ſed etiam inter Eccleſiaſticum, & ſæcularem in cauſis mixti fori, vt not. *Decian.tract.crim.d.cap.20.num.4.& lib.6. cap.36.num.7.Scac de iudic.d.lib.1.cap.12.num.57. Caball.reſol.crim.caſu 162.num.8.& caſu 194.n.7. 8.& ſeq.cent.2.Guazz.d.defen.1.cap.10.nu.2.*plenè *Giurb.conſ.48.num.28.* vbi alios dat concordantes, *Farinac.de inquiſ.quaeſt.7.num.52.& quaeſt.8.num. 129.et 134.Illuſtriſs. Sperell.deciſ.1.num.3.part.1. & deciſ.134.num.24.& 39.par.2.P. Diana in ſum. in ver. Crimina mixti fori in princ. et Carleual.de iudic.lib.1.tit.1.diſput.2.num.763.& ſeq.* & dixi etiam ſupra in ver. *Delictum Reſol.2. nu.1.& ſeq.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum non ſolùm inter Iudices æquales, ſed etiam inter maiorem, & inferiorem, dummodo inferior à maiore iuriſdictionem non recognoſcat, vt voluerunt *Decia.tract.crim.d.cap.20.num.7.Scac.*licèt dubius *de iudic. d.lib.1.cap.12.num.57.Farinac.d. quaeſt.7.num.52.et Marta de præuen. cap.1.num.3. et 4.* quem refert, & ſequitur *Guazz.d.defen.1.cap. 10.num.6.et ſeq.* vbi alias refert ad d. concluſionem ampliationes, *& Giurb. conſ. 48.num.41.*

4 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in crimine hæreſis, in quo non eſt locus præuentioni, ſed plures Iudices, & Inquiſitores poſſunt procedere *cap.per hoc 17. §. 1.de hæreti.in 6.* & not. *Mari.Soci.in cap.pen.nu.29. de foro compet. Decian. tract.crim.d.lib.4.cap.20.num. 26.& lib.5. cap.21 num.18. & cap. 29. num.9.* vbi dicit, quod plures Iudices in d. caſu tenentur communicare proceſſum, & vnicam proferre ſententiam, vt ibi per eum, *Guazz.d.defen.1.cap.8.nu.17.& cap.10. num. 15. & Farinac de hæreſi.quaeſt. 185. num.47.* vbi dicit, eſſe attendendam ſententiam Inquiſitoris, qui præuenit, vt ibi per eum *Carleual. de iudic. d.quaeſt.7.ſect.3.num.903.*& in quibus caſibus Epiſcopus ſine Inquiſitore, & Inquiſitor ſine Epiſcopo procedere valeat in cauſa hæreſis recenſet *Carena de Offic S.Inquiſ.par.1.tit.4 num.7.& ſeq.*

5 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando Iudex, qui vult præuenire eſſet incompetens, cum, vt ſit locus præuentioni, requiratur habilitas iuriſdictionis, ad tex. *in l. 1. & 2. C.ſi a non compet.iudi. cap.ea quæ fiunt 26. de reg. iur. in 6.clem.fin. vt lite penden.* & tradunt *Decian. tract.crim.d.lib.4.cap.20.num.19. Guazz.d.defen. 1. cap.10.num.21.Ciriac. contro.383. nu.28.& Giurb. conſ.15.num.36.& conſ 48.num.36.et 37.* vbi hanc limitationem benè comprobat, & plures adducit ita ſentientes.

6 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum quando Iudex procedit per Inquiſitionem, qui non præfertur Iudici procedenti per accuſationem etiam poſteriori loco porrectam, cum accuſatio ſuperueniens vti remedium ordinarium, faciat ceſſare inquiſitionem vti remedium extraordinarium, vt poſt *Innoc.Bart. & Bald.* per eum adductos firmat *Decia.tract.crim.d.lib.4.cap.20.num. 22.Marta de præuen. d.cap.1. num.34.in fin.* quem allegat, & ſequitur *Guazz.d.defen.1.cap.10.nu.16. & 18.* vbi limitat non habere locum, quando reus procurauit malitiosè, ſe accuſari coram alio Iudice, vt mitius puniri valeat, vt ibi per eum. *Carleu. de iudic. d quaeſt.7.ſect.3. num 891. et Giurba conſ. 48.num.43.* vbi dat concordantes.

7 Limita quartò d. concluſionem, vt non habeat locum in Iudice procedente cum maiori qualitate puta, de homicidio cum animo deliberato, qui præfertur Iudici procedenti cum maiori qualitate, puta de ſimplici homicidio, licèt Iudex fuerit primus, vt ſcripſerunt *Scac.de iudi.d.lib.1.cap.12.n.77.*

Farinac.

Farinac.de inquiſ.d.quæſt.7.nu.65. Mari.Ant.reſol.38.num 7.lib.3. Guazz.d defen.1.cap 10 num.28. Vermigl.conſ.52.num 10. et Carleual.de iudic.dict.ſect.3.num.887.et num.895.

8 Limita quartò d. concluſionem, vt non habeat locum in Iudice nulliter procedente, cum per actū nullum præuentio non inducatur, vt tradunt *Decia.tract.crim.lib.4 cap.21.num.4 & 19. Farinac.de inquiſ.d.quæſt.7.num.61.Giurba conſ.48.num.35.et ſeq.* plenè *Guazz.d.defen.1.cap.9.num.2. & nu.30.* vbi plures dat concordantes, *Scac.de iudic.d.lib.1.cap.12.nu 60.in fin.& Vermigl.conſ.296. num.4.*

S V M M A R I V M.

1 *Præuentio facta ab vno Iudice aufert iuriſdictionem ab alio, ita vt illi præferatur.*

Nemò enim debet coram pluribus Iudicibus vexari pro eadem cauſa, num. 2.

Ita vt Iudex præueniens poſſit alteri inhibere, num. 3.

Et præuentio de vno correa proſit etiam quo ad alios, num. 4.

Licèt contrarium teneant aliqui Doct. nu. 5.

Et præuentia facta ab accuſatore alios Iudices reijciat, num. 6.

Qui tamen non poteſt poſtea variare ad alios Iudices, num. 7.

Amplia, vt pars citata non poſſit mutare forum in præiudicium præuentionis, num. 8.

9 *Præuentio elidit iuriſdictionem aliorum Iudicum ſed non tollit illam in totum.*

Ita vt non ſolùm inquiſitus debeat dare de præuentione, ſed etiam appellare, num. 10.

Contumax verò non poteſt dare de præuentione, num. 11.

12 *Præuentio affectata à reo non eſt ſufficiens ad præuentionem inducendam.*

Et quando præuentio dicatur affectata, nu. 13.

14 *Præuentione facta reus non tenetur comparere corā Iudice præuento licet citatus.*

Quis verò Iudex ſit præferendus facta citatione ſub eadem hora remiſſiuè, num. 15.

R E S O L V T I O II.

Præuentio facta ab vno Iudice, an auferat iuriſdictionem ab alio, ita vt illi præferatur.

1 PRæuentio facta ab vno Iudice aufert iuriſdictionem ab alio Iudice, ita vt illi præferatur in procedendo, & eum ſilere faciat ad tex. *in l. ſi quis poſtea 7 ff.de iudic.in cap.pen.de foro compe. & in cap.cum plures 8 de offic.deleg. in 6.* & tradunt *Decia.tract.crim.lib.4. cap.20.n.1. & ſeq.Thoſ.deciſ.90.num.6.Farinac.de inquiſ.qu.7. num.52.* vbi alios dat concordantes, *Scacc.de iudi. lib.1.cap.12.nu.57.Coſta remed.ſubſid.126.in prin. Guazz.defen.1.cap.8.in prin.Giurba conſ.48. nu.34 & conſ.70.num.1.Carleual. de iudic.lib.1.tit.1.diſp.2.quæſt.7 ſect.3.num.899.et ſeq.* latè comprobans *& Vermigl. conſ.102. num.3.* & dixi ſupra in verb. *Delictum Reſol. 2. num. 2*

2 Nemò enim debet coram pluribus Iudicibus pro eadē cauſa vexari *d. cap.pen. de foro compet. l. qui de crimine 9.in prin.& ibi gloſ.C.de accuſ. l.ſepulcri 6.ff.de ſepulc.viol. Farinac.de inquiſ.d.quæſt.7.n.52. in fin. Scac.de iudic.d cap.12.nu.57.in fin. Carleual. de iudic.d.quæſt.7 ſect.3.ſub num. 899.* & Iudicium vbi fuit inceptum ibi finiri debet *leg.vbi ceptum 30.& ibi not.Doct.ff de iudic. Farinac.d. quæſt.7.nu. 52.in fin.Giurba deciſ.23.in prin. Carleual.d.quæſt.7. ſect. 3. ſub num. 899.* plenè *Barboſ axiom. 132. in princ.*

3 Amplia primò d.concluſionem illatiuè quod Iudex præueniens poteſt ſuam iuriſdictionem tueri, & defendere etiam alteri Iudici inhibendo, vt non procedat in cauſa, vt voluerunt *Maria. Soci.in d. cap. pen.n.35.et ſeq. de foro compet. Ang.de maleſ. in ver Iudex commiſit num.13. Decian.tract.crim. lib.4. cap.22.num.2.* vbi dicit hanc ampliationem procedere quando Iudices ſunt ſub eodem Principe, alias ſecùs, vt ibi per eum, *Guazz d.defen.1.cap. 8.num.4.et cap.9.num 21.* & admittit *Scacc. d. cap. 12.num.61.* nec non *Carleual. de iudic.d.quæſt.7.ſect. 3.num. 905.* vbi dicit, quod ſi Iudex inhibitus non obediat, eſt recurrendum ad Superiorem.

4 Amplia ſecundò d. concluſionem illatiuè, quod ſi plures ſint correi eiuſdem delicti præuentio facta de vno per citationem, per alio modo inducat præuentionem etiam quo ad alios, ne inſtantia cauſæ diuidatur, & ſuper eodem delicto ſequi poſſint contrariæ ſententiæ, vt docent *Mari. Soc.in d.cap. pen.num.37. de foro compet.Decia tract.crim.lib.4. cap.22.num 4.et lib.5.cap.21.nu. 6.* vbi de mandante, & mandatario, *Scac. de iudic. d. lib. 1.cap. 12.nu.78.in fin.Guazz.defen 1. cap 8.num.6. Giurb. conſ.59.n.126.* vbi hoc admittit in indiuiduis, alias ſecùs, *& conſ.70.num. 14.et 15.Carleual. de iudic. d.quæſt. 7.ſect.3.num.894.& Capic. Latro.deciſ.18. num.15.& ſeq.par.2.* benè declarans.

5 Quicquid contrarium teneat *Farinac.de inquiſ. d.quæſt.7.num.62.* vbi dicit, Ita fuiſſe reſolutum in ſignatura Iuſtitiæ, quem vna cum Doctoribus per eum allatis reprobant *Guazz. Scac. & Giurba* in loc. proximè adductis, & ipſemet *Farinac.* hanc veritatem agnoſcit *d.num.62.in fin.* dum dicit d. reſolutionem factam fuiſſe, quia ille captus per Vitarium habebat ſuſpectum A. C. vt ibi per eum.

6 Amplia tertiò d. concluſionem, quod ex ipſa præuentione facta ad inſtantiam accuſatoris alij Iudices cenſeantur ab eo recuſati ſecundum *Iaſ. in l.& ſi 3.num 8.ff. de offic.eius Decia.tract.crim.lib.4.cap. 22.num.7.Guazz.d.defen.1.cap.8. num.9. & Giurb. conſ. 48. num. 5.*

6 Subamplia d. tertiam ampliationem, vt accuſator poſt præuentionem non poſſit mutare forum, nec coram alio Iudice accuſare, vt not. *Mari.Soc. in d.cap. pen. num.38.de foro compet. Decia. tract. crim.lib.4.cap.22.num.5.Vinc.de Franch.deciſ.417. num.1.*

num. 1. *Marta de præuen. cap.* 1. *num.* 9. *& ſeq.* vbi limitat, niſi reus eſſet contumax quem refert, & ſequitur *Guazz. d. defen.* 1. *cap.* 8. *num.* 7. *et Carleual. de iudic. d. quæſt.* 7. *ſect.* 3. *num.* 906.

8 Amplia quartò d. concluſionem illatiuè, vt pars citata poſtquam fuit in cauſa præuenta non poſſit mutare forum in præiudicium præuentionis, vt tradunt *Mari. Soc. in d. cap. pen. n.* 36 *de foro compet. Decia tract. crim. lib.* 4. *cap.* 22. *num.* 3. vbi dat concordantes, *Guazz. d. defen.* 1. *cap.* 8. *num.* 5. *Giurba conſ.* 15. *num.* 38. *et conſ.* 48. *num.* 41. *et conſ.* 70. *num.* 31. *Cancer. var. reſol. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 225. plenè *Carleual. de iudic. d. quæſt.* 7. *ſect.* 3. *n.* 906. vbi alios dat concordantes quamplures.

9 Declara primò d. concluſionem, vt præuentio eludat tantum iuriſdictionem aliorum Iudicum, non autem illam tollat in totum, ita vt ſi nõ opponatur de nullitate proceſſus ob præuentionẽ contra alios Iudices præuentos illorum proceſſus valebit, vt declarant *Boſſi. in pract. in tit. de foro compet. num.* 81. *Decian. tract. crim. lib.* 4. *cap.* 22. *num.* 9. *& ſeq. Lanfel. de atten. par.* 2. *cap.* 4. *limit.* 2. *num.* 59. *et ſeq.* vbi dicit, ita fuiſſe reſolutum in Rota *Farinac. de inquiſ. quæſt.* 7. *nu.* 54. *Scac. de iudic. d. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 67. vbi teſtatur de communi opinione, plenè *Guazz. d. defen.* 1. *cap.* 8. *nu.* 14. *et ſeq.* vbi plures dat concordantes, *Giurba d. conſ.* 48. *nu.* 34. *& conſ.* 70. *num.* 11. *& Carleual. de iudi. d. quæſt.* 7. *ſect.* 3. *n.* 900. vbi alios dat concordantes quamplures.

10 Amplia d. declarationem, vt non ſolùm inquiſitus debeat opponere de præuentione coram Iudice præuento, ſed ſi ille non obſtante oppoſitione facta ad vlteriora procedat debeat appellare, vt tradunt *Vrſell. ad Affl. deciſ.* 354. *num.* 6. niſi tamen Iudex eſſet penitus incompetens, vt ibi per eum, *Farinac. de inquiſ. d. quæſt.* 7. *num.* 54. *in fin.* & benè declarat *Scac. de iudic. d. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 61. *et in tract. de appell. quæſt.* 17. *limit.* 47. *memb.* 1. *nu.* 103. *& Guazz. d. defen.* 1. *cap.* 8. *num.* 15. *et ſeq.* vbi dat concordantes.

11 Declara ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum quando reus eſt contumax, quia ipſe non poteſt dare de præuentione, nec forum declinare, ſed tunc vterq; Iudex procedit, ne ſit in facultate inquiſiti eludendi ambos Iudices, præuenientem in non comparendo, & præuentum per oppoſitione præuentionis, vt declarant *Mari Soci. in d. cap. pen. nu.* 31. *de foro compet. Boſſi in pract. in tit. de foro compet. num.* 82. *Gabr. comm. cancl. de iudic. concl.* 1. *num.* 16. vbi dat concordantes, *Farinac. de inquiſ. d. quæſt.* 7. *num.* 55. qui pariter alios adducit, ita ſentientes, *Scacc. de iudic. d. lib.* 1. *cap.* 12. *nu.* 68. *Vinc. de Franch. d. deciſ.* 417. *in prin. Mari. Ant. Reſol.* 38. *num.* 3. *lib.* 3. *Guazz. d. defen.* 1. *cap.* 8. *nu.* 18. plenè *Giurb. conſ.* 48. *num.* 10 *Carleual. de iudic. d. quæſt.* 7. *ſect.* 3. *num.* 901. latè comprobans, & quod quando reus eſt contumax vterquè Iudex procedat, ſcribit etiam *Illuſtriſs. Sperel. deciſ.* 92. *num.* 11. *par* 1. *et deciſ.* 134. *num.* 72. *par.* 2. qui hanc declarationem dicunt non habere locum in contumace comparente coram primo Iudice, & reficiente expenſas, qui poteſt poſtea dare de præuentione contra alium Iudicem, vt ibi per eos.

12 Declara tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum quando præuentio fuit procurata, & affectata à reo, quia illa non prodeſt ad præuentionem, ſicuti nec cætera beneficia affectata prodeſſe ſolent ad tex. *in l. qui data opera* 5. *ff. ex quibus cau. maior.* & tradunt *Boſſi. in pract. in tit. de foro compet. num.* 98. *Farinac. de inquiſ. d. quæſt.* 7. *num.* 53. *&* 64. *Scac. de iudic. d. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 62. *& ſeq. Cancer. var. reſol. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 209. *Decia. tract. crim. lib.* 4. *cap.* 20. *num.* 34. *Guazz. d. defen.* 1. *cap.* 8. *num.* 21. *& cap.* 9. *n.* 31. vbi de præuentione fraudulenta, *Giurb. conſ.* 48. *num.* 46. *et ſeq.* latè *Carleual. de iudic. d. q.* 7. *ſect.* 3. *num.* 888. vbi alios dat concordantes quamplures, *& Paul. Rube. de validit. legal. cap.* 14. *num.* 12. *& ſequen.*

13 Subdeclara d. tertiam declarationem, quod præuentio dicitur procurata, & affectata quando reus procurauit, contra eum inquiri à Curia, in qua minor pœna imponitur, vel quando ſponte ſe conſtituit coram vno Iudice, maximè poſt citationem verbalem alterius, vel ſi ſtante præuentione in loco delicti reus vult ſe conſtituere in loco domicilij, & ſimil. vt declarant *Farin. de inquiſ. d. q.* 7. *num.* 64. *Guazz. d. defen.* 1. *cap.* 8. *num.* 28. *et Carleual. de iudic. d. quæſt.* 7. *ſect.* 3. *num.* 888. & alij Doctores, ab eis adducti.

14 Addo prædictis alium effectum præuentionis, quod illa ſtante, ſi Iudex præuentus citet inquiſitum, citatus non teneatur comparere *d. cap. pen. de foro compet.* & tradunt *Marſil. in l. fin. num.* 204. *ff. de iuriſd. omn. iudic. Decian. tract. crim. lib.* 4. *cap.* 22. *num.* 12. *& Guazz. d. defen.* 1. *cap.* 8. *num.* 11.

15 Quid verò ſtatuendum ſit, quando duo Iudices in eadem hora formauerunt inquiſitionem, vel citauerunt reum, quis nam ex eis ſit præferendus, & an ſtandum ſit aſſertioni ipſius citati quo ad prioritatem citationis tradunt *Mari. Soc. in d. cap. pen. num.* 22. *de foro compet. Baiar. ad Clar. quæſt.* 38. *nu.* 86. *& ſeq. Decia. tract. crim. d. lib.* 4. *cap.* 21. *num.* 10. *Scac. de iudic. d. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 79. *Farinac. de inquiſ. d. quæſt.* 7 *num.* 63. *Guazz. d. defen.* 1. *cap.* 8. *num.* 24. *et ſeq.* qui plures faciunt diſtinctiones *& Paul. Rub. de valid. leg. cap.* 14. *nu.* 9. *& ſeq.* ipſius conſulas.

S V M M A R I V M.

1 *Præuentio inducitur per citationem verbalem, & quò ad partem, & quò ad Iudicem.*

Etiamſi d. citatio non ſit trina, cum ſufficiat vnica citatio, num. 2.

Et Iudex qui citauit prius præfertur Iudici, qui primò ſententiauit, num. 3.

Procedit concluſio, ſi citatio eſt legitima, aliàs ſecùs, num. 4.

Et ſi citatio fuit executa, cum non ſufficiat, quod fuerit tantùm decreta, num. 5.

6 *Præuentio eò magis inducitur per citationem realem, & per capturam.*

Quæ

Quia præfertur præuentioni facta per citationem verbalem, num.7.

Licèt contrarium tenuerint aliqui, num.8.

Niſi tamen præuentio realis fuiſſet facta in fraudem, num.9.

Licèt contrarium, quod per ſpontaneam comparitionem inducatur præuentio, ſi non conſtet de fraude voluerint aliqui, num.10.

Declara, quæ dicta ſunt de ſpontanea comparitione, vt num.11.

12 *Præuentio per citationem realem præfertur verbali anteriori, quando Iudices ſunt ſub eodem Principe, aliàs ſecùs.*

Et quando reus captus conſentit in Iudicem capientem, alias ſecùs, num.13.

14 *Præuentio inducitur per præceptum factum alicui, ne diſcedat de Palatio.*

Et inducitur per Iudicem, qui incapit proceſſum, licèt alius ſententiam tulerit, num.15.

Contrarium tamen tenēt plures Doctores, n.16.

Si tamen vnus ex reis captus ſit ab Eccleſiaſtico, & alius à laico, Eccleſiaſticus præfertur, n.17.

18 *Præuentio in pluribus alijs caſibus inducitur remiſſiuè.*

RESOLVTIO III.

Præuentio an inducatur per citationem verbalem, & quò ad partem, & quò ad Iudicem.

1 PRæuentio inducitur per citationem verbalem, & quo ad partem, & quò ad Iudicem ad tex. *in l. cum quædam 19. ff. de iuriſd. omn. iud. & in l. ſi quis poſtea 7. ff. de iud. & in cap. pen. de foro compet.* & tradunt *Decian. tract. crim. lib.4. cap.21. num.3. Maſcar. de probat. concl. 1232. num.6. lib.3.* vbi dat concordantes, & teſtatur de communi opinione, *Farinac. de inquiſ. quæſt.7. num.56. Scace. de iudic. lib.1. cap.12. num. 58. & ſeq. Vincen. de Franch. deciſ.505. num.15. Maſtrill. deciſ.210. in prin. Giurb. conſ.48. num. 38. & conſ.59. num.102. & ſeq. Guazzin. defen.1. cap.9. nu. 6. Caball. reſol. crim. caſu 117. num.7. cent. 2.* plenè *Carleual. de iudic. lib.1. tit.1. diſput.2. quæſt. 7. ſect.3 nu. 879.* vbi alios dat concordantes, quamplures. Poſt enim citationem lis dicitur pendere *Barboſ. in d. l. ſi quis poſtea 7. num.24 ff. de iudic. Carleual. dict. quæſt.7. ſect.3. num.879. ante medium* latè *Lancell. de attent. par.2. cap.4. in præfat. num.30. & ſeq.* & citatio eſt fundamentum iuriſdictionis contentioſæ, vt tradunt *Maſcard. d. concl. 1232. num. 6. Barboſ. & Carleual.* in loc. proximè adductis, & alij Doctores ſupra relati.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiamſi d. citatio non ſit trina, nec peremptoria, ſed ſufficiat vnica citatio ad inducendam præuentionem, vt poſt *Io. Andr. Butr. & Abb.* per eum relatos not. *Mar. Soc. in d. cap. pen. n.18. de for. compet. Decian. tract. crim. lib.4. cap.21. num.5. Scace. de iudic. d. lib.1. cap.12. num.64. Maſc. de prob. concl. 1232. num.7.* vbi teſtatur de communi opinione *lib.3. Guazzin. d. defen.1. cap.9. num 7. & Carleual. de iudic. d. quæſt.7. ſect.3. num. 880.* vbi alios dat concordantes.

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt Iudex, qui primò citauit, & proceſſum inchoauit præferendus ſit ſecundo, qui primò ſententiauit, vt not. *Ang. de maleſ. in ver. Iudex commiſit &c. num. 15. Farinac. de inquiſ. d. quæſt.7. num.58. & Guazzin. d. defen. 1. cap.9. num.8.* cum quibus pertranſit etiam *Decian. tract. crim. lib.4 cap.21. nu.15.* vbi dat concordantes, & vide infra *num. 15. & ſeq.*

4 Declara primò d. concluſionem, vt habeat locum, quando citatio eſt legitima, quia per citationem illegitimam non inducitur præuentio ex regula quod nullum eſt, nullum operatur iuris effectum *l.4. §. condemnatum, ff. de re iudic. cum ſimil.* vt eſt tex. *in d. cap. pen. de foro compet.* & tradunt *Mari. Soci. in d. cap. pen. num. 20. Barboſ in d. l. ſi quis poſtea 7 num.60. & ſeq.* vbi declarat, quando citatio dicatur legitima, *ff. de iudic. Boſſ in pract. in tit. de foro compet. num. 105. Farinac. de inquiſ. d. quæſt.7. num.61. Decian. tract. crim. d. lib.4. cap.21. num.4.* latè comprobans *Scac. de iudic. d. lib.1. cap. 12. num 60 & 65. Guazzin. d. defen. 1. cap.9. num. 10. Giurb. conſ.48. num.35. & Carleual. de iudic. d. quæſt.7. ſect.3. num 879. ver. dixi legitimam &c.* vbi alios dat concordantes.

5 Declara ſecundò d. concluſionem, quod, vt per citationem verbalem inducatur præuentio, requiritur, quod illa fuerit executa, & non ſufficit, quod fuerit tantum decreta, cum illa debeat deueniſſe ad notitiam citati, prout neque ſufficit, quod fuerit porrecta accuſatio, ſeù quod Iudex mandauerit fieri inquiſitionem, vt dicatur inducta præuentio, vt declarant *Decian. tract. crim. lib.4. cap.21. num.2 & 7. Farinat. de inquiſ. d. quæſt.7. num.60.* vbi teſtatur de communi opinione, *Scac. de iudic. d. lib.1. cap.12. num. 58. Guazzin d. defen.1. cap.9. num.9. & 10.* vbi requirit, quod appareat, illam factam fuiſſe ad inſtantiam accuſatoris, ſi procedatur per accuſationem, *& Carleual de iudic. d. quæſt.7. ſect. 3. num.879.* vbi dicit, ſufficere citationem fuiſſe decretam, quando reus latitando facit, ne citatio ipſi valeat præſentari, vt ibi per eum dicentem ita in facto obtinuiſſe *Capic. Latro deciſ. 180. num. 13. part. 2.*

6 Amplia tertiò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum in citatione reali, ſeù in captura perſonæ, per quam inducitur præuentio, cum fortior ſit actus facti, quam verbi, vt tradunt *Marian. Soc. in d. cap. pen. num 21. de foro compet. Decian. tract. crim. d. lib.4. cap.21. num.8. Muſcard. de probat. d. concl. 1232. num 8. Farinac. de inquiſ. d. quæſt.7. nu. 53. Scacc. de iudic. d. lib.1. cap.12. num. 61. Vinc. de Franch. deciſ 505. num.12. Guazzin. d. defen.1. cap.9 num.13. & Carleual de iudic. d. quæſt.7. ſect.3. num. 881.* vbi alios dat concordantes, & limitat hanc ampliationem, vt non habeat locum in captura facta propria authoritate, vt ibi per eum.

7 Subamplia d. tertiam ampliationem, vt præuentio

tio facta per citationem realem, & per capturam præferatur præuentioni factæ per citationem verbalem, non ſolum quando facta fuit ante citationem verbalem, ſeù eodem tempore, ſed etiam ſi ſit facta poſt illam, quia adhuc dicitur fortior, & efficacior, & illi venit præferenda, cum factum verbo præferatur, & effectus facti validior eſſe debeat, vt adnotarunt *Foller. in pract. crim. in ver. Audiantur excuſatores num. 76. & 151. Gram. conſ. 28. nu. 12. Boſſi. in pract. in tit de foro. compet. nu. 97. & ſeq. Maſca. de prob. d. concl. 1232. nu. 8 Maſtrill. deciſ. 210. nu. 8. Caual. in ſpec. comm. contra commun. quæſt. 678. num. 24. Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 7. num. 53.* vbi teſtatur de vera, & communi opinione, & dicit illam procedere etiamſi primus Iudex reum in contumaciam condemnaſſet *Cancer. var. reſol. par. 2. cap. 2. num. 208. Capibl. de Baron. pragm. 8. par. 2. n. 214.* vbi dicit, in praxi hanc opinionem eſſe magis receptam, *Guazzin. d. defen. 1. cap. 9. nu. 14. Mari. Anton. reſol. 38 num. 5. lib. 3.* plenè *Carleual. de iudic. d. quæſt. 7. ſect. 3. num. 884.* vbi alios dat concordantes quàm plures, contrarijs reſpondet, & dicit, ab hac opinione, vti magis communi, & vſu recepta non eſſe recedendum, cum quibus pertranſit *Vermiglio. conſ. 212. num. 1. & 5.* vbi hanc dicit indubitatam concluſionem.

8 Licèt contrariam opinionem, imò præuentionem per citationem verbalem præcedentem præferendam eſſe præuentioni factę per citationem realem poſteriorem tenuerint *Mari. Soc. in d. cap. pen. n. 23. de foro comp. Decia. tract. crim. d. lib. 4. cap. 21. num. 9. Scacc. de iudic. d. lib. 1. cap. 12. num. 63. Giurba conſ. 48. num. 38. & ſeq.* & ita fuiſſe deciſum in Sacr. Conſilio dicit *Gallup. in pract. par. 2. cap. 6. num 98.* contra quos adeſt magis communis, & vſu recepta opinio de qua ſupra.

9 Declara d. tertiam ampliationem cum ſubampliat. ſequen. quod citatio realis, ſeù captura poſterior citatione verbali non ſit præferenda citationi verbali anteriori, quando illa fit in fraudem d. citationis verbalis, vt quia citatus verbaliter ab vno Iudice ſponte ſe conſtituat coram alio Iudice, ſeù ab eo ſe carcerari faciat ad effugiendum iudicium primi Iudicis, quia tunc eſt remittendus ad d. Iudicem, qui citauit, cum captura, ſeù comparitio affectata non iuuet ad præuentionem inducendam, vt declarant *Boſſ. in pract. in tit. de foro compet. num. 98. Scacc. de iudic. d. lib. 1 cap. 12. num. 62. & 63. Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 7. num. 53. verſ. ſublimita primo, & num 64. Decian. tract. crimin. lib. 4. cap. 20. num. 24. Cancer. var. reſol. par. 2. cap. 2 num. 209. Guazzin. d. defen. 1. cap. 9. num. 15. & ſeq. & Carleual. de indic. d. quæſt. 7. ſect. 3. num. 888.* vbi alios dat concordantes quamplures nec non *Vermigliol. conſ. 212. num. 5. Illuſtriſs. Sperell. deciſ. 134. num. 74. par. 2. & Tondut de præuent. iudicial. par. 2. cap. 50. num. 5. & 16.* quem refert, & ſequitur *Paul. Rub. de valid. legal. cap. 14. num. 13. & ſeq.*

10 Licèt contrarium quod ſi non conſtet de fraude per ſpontaneam comparitionem inducatur præuentio dixerint *Scacc. de iudic. d. lib. 1. cap. 12. num. 36. & Card. Tuſch. pract. concluſ. litt. M. concluſ. 293 num. 38.* & hoc eſſe colligendum ex præſumptionibus, & coniecturis, illaſque eſſe attendendas voluit *Carleual. de iudic. dict. quæſt. 7. ſect. 3. num. 888. in fin.*

11 Limita d. declarationem, vt non habeat locum, quando reus ſe conſtituit coram alio Iudice, qui etiam ipſum citauit verbaliter, licèt poſterius, quia tunc d. comparitio, & conſtitutio non videtur facta in fraudem, cum etiam coram eo fuerit citatus, & ſic d. Iudex ſit præferendus in cognitione cauſæ, cum tunc concurrat duplex præuentio verbalis nempè, licèt poſterior, & realis per comparitionem, vt declarat *Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 7. num. 53. verſ. in quo aduertas &c.* & ita ſentit etiam *Guazzin. d. defen. 1. cap. 9. n. 16. in fin.*

12 Declara ſecundò d. tertiam ampliationem vna cum ſubampliatione ſeq. vt præuentio per citationem realem præferatur præuentioni per citationem verbalem anteriorem, vt habeat locum in pluribus Iudicibus, qui ſunt ſub eodem Principe, ſecus ſi ſint ſuper diuerſis Principibus, vt tradunt *Scacc. de iudic. d. cap. 12. num. 62. Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 7. num. 53. verſ. ſecundo ſublimita, & Guazzin. d. defenſ. 1. cap. 9. num. 17.* qui alios dant concordantes.

13 Declara tertiò d. tertiam ampliationem cum ſubampliatione ſeq. vt habeat locum quando reus captus conſentit in ipſum Iudicem capientem, ſecùs tamen eſt, ſi opponat de verbali præuentione coram alio Iudice, quia tunc ad eum erit remittendus, vt declarant *Mari. Soccin. in d. cap. pen. num. 22. de foro compet. Foller. in pract. in ver. Audiantur excuſatores, ſub num. 159.* quos refert, & ſequitur *Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 7. num. 53. ver. ſublimita 3.* & not. etiam *Guazzin. d. defen. 1. cap. 9. n. 18.*

14 Amplia tertiò principalem concluſionem, quod præuentio inducitur etiam per præceptum factum per Iudicem inquiſito, quod non recedat de domo, de palatio ſeù de alio loco, quia vult inquirere contra eum, cum tale præceptum habeat vim citationis, vt voluerunt *Mari. Soccin. in d. cap. pen. num. 25.* & ibi *Butri. Abb. & Felin. de foro compet. Decian. tract. crim. d. lib. 4. cap. 20. num. 14. & cap. 21. num. 17. Guazzin. d. defen. 1. cap 9. num. 22.* vbi dicit, idem eſſe ſi Iudex adſtrinxerit reum ad ſe præſentandum coram eo, *& Carleual. de iudic. d. q. 7. ſect. 3. n. 892.* vbi alios adducit ita ſentientes.

15 Amplia quartò d. concluſionem, quod præuentio dicatur inducta per Iudicem, qui incæpit proceſſum contra reum, licèt alius ſententiam tulerit vt ſcripſerunt *Mari. Soc. in d. cap. pen. num. 15. de foro compet. & Ang. de maleſ. in ver. & Iudex commiſit, num. 15.* qui alios dant concordantes *Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 21. num. 2. Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 7. num. 58. in fin. Maſtrill. deciſ. 210. in prin. & Giurb. d. conſ. 48. num. 39.* vbi dat concordantes,

16 Contrarium tamen opinionem vti veriorem, imò præuentionem non induci ex incæptione proceſſus, cum nullus actus ante citationem inducat præ-

præuentionem tenuerant *Butr. in d. cap. pen. num. 6 de foro compet. Farinac. ſibi contr. conſ. 114. num. 4 lib. 3.* vbi refert Rotæ deciſ. & alios Doctores ita ſentientes *Barboſ. in d. l. ſi quis poſtea 7. num. 43. & 51.* vbi alios dat concordantes, in quam opinionem inclinant *Vinc. de Franch. d. deciſ. 505. num. 14. & ſeq. Scacc. de iudic. d. cap. 12. num. 75. & Guazz. d. defen. 1. cap. 9. num. 20. verſ. ſed contra &c.* & illam tenuerunt *Arned. in l. 10. num. 61. tit. 13. lib. 8. Recopi. & Carleual. de iudic. d. quæſt. 7. ſect. 3. num. 874* vbi hanc opinionem dicit veriſſimam.

17 Alios caſus plures, in quibus inducitur præuentio, referunt *Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 7. num. 52. & ſeq. Decian. tract. crim. d. lib. 4 cap. 20. & 21. per tot. Guazzin d. defen. 1. cap. 9. per tot. & Carleual. de iudic. d. quæſt. 7. ſect. 3. num. 867. & plurib. ſeq.* ipſos conſulas, cum noluerim hic totam præuentionis materiam, ſed ſolum principaliora, vt mei eſt inſtituti referre.

18 Addo tamen pro coronide, quod quando præuentio aſſet ancepa, erpuia, quia vnus ex ſocijs criminis fuerit captus à Curia Eccleſiaſtica, & alter à Curia ſeculari, tunc Eccleſiaſticus Iudex cognoſcit, & laicus remittit, cum Iudex maior præferatur minori, vt tradunt *Butri. in cap. cæterum, 5. num. 9. de iudic. Felin. in cap. paſtoralis 14. nu. 4.* vbi dicit hoc eſſe menti tenendum *de reſcrip.* quos referendo ſequitur *Illuſt. Sperell. deciſ. 134. num. 26 par. 2.* vbi dicit in dubio eſſe præferendum, qui maiorem habet iuriſdictionem, et ibi per eum.

PRINCEPS.

SVMMARIVM.

1 *Princeps non poteſt facere gratiam delinquenti, niſi concordata parte.*

Ita vt aliter faciens dicatur facere contra conſcientiam, & peccet num. 2.

Neque poteſt facere gratiam, niſi obtenta pace vltra partis concordiam. n. 3.

Fallit quando partes non degunt in eadem regione, vel in iuſto exilio, n. 4.

Limita concluſionem non procedere in caſibus velatis, num. 5.

Et quando offenſus eſt incognitus, vel forenſis cum cautione de qua, num. 6.

Ac etiam quando offenſus dedit cauſam offenſionis, num. 7.

Et ſtante iuſta cauſa & pro bono pacis, n. 8.

Licèt contrarium teneant aliqui, n. 9.

Et quando offendens vult dare ſatisfactionem, & offenſus illam recuſat. n. 10.

Si tamen reus ſit captus cum d. gratia nulla, non poteſt puniri, n. 12.

11 *Princeps non poteſt gratiam facere etiam concordata parte quando illa eſt allatura nocumentum publicæ vtilitati.*

13 *Princeps ſi faciat gratiam concordata parte, damna probantur iuramento partis præuia taxatione Iudicis.*

RESOLVTIO I.

Princeps an poſſit facere gratiam delinquenti non concordata parte.

1 PRinceps non poteſt facere gratiam delinquenti, niſi pars ſit concordata, ita vt ſi aliter illam faciat non valeat, nec delinquenti ſuffragetur *ad tex. in l. fin. C. de abolit. & in l. 2. C. de prec. Impe. offeren.* & tradunt *Grama. vot. 35. num. 7. & ſeq.* vbi dicit fuiſſe vltimo ſupplicio affectum quendam Eliſeum, qui parte non concordata homicidij gratiam obtinuerat, *Batar. ad Clar. quæſt. 59. num. 38. & ſeq.* quam concluſionem veriorem, & generali conſuetudine Vrbis, & Orbis approbatam dicit, & tuetur *Plot. conſ. 73. num. 51. & ſeq. inter conſ. crim. diuer. lib. 2* quam late etiam comprobat, & contrarijs reſpondet *Farinac. de inquiſ. quæſt. 6. num. 18. & conſ. 3. num. 2.* licèt contrarium tenuerit *conſ. 40. num. 16. lib. 1. Guazzin. defen. 34. cap. 3. num. 1. & 2.* vbi loquitur etiam in compoſitione, *& in tract. de pace, par. 1. quæſt. 38. in princ. num. 2 & Ciriac. controu. 20. in princ. & controu. 341. num. 2. & controu. 343. num. 2.* quamplures adducens Doct. authoritates, & *num. 5.* ſubiungit, neque poſſe Principem commutare pœnam ſine concordia partis, & teſtatur de veriori opinione, vt ibi per eum.

Partis enim, & offenſi intereſt vltra punitionem delicti, quod ei ſatisfiat per offendentem, & quod ille condemnetur in damnis, & intereſſe paſſis, & patiendis, vt not. *Farinac. in d. quæſt. 6. num. 18. Theſ. deciſ. Pedem 21. num. 3. Caball. reſol. crim. caſu 58 num. 15. cent. 1. Guazzin. de pace d. quæſt. 38. num. 8.* plenè *Ciriac. d. controu. 29. in princ.* vbi adducit *Diu. Thom.* & alios Theologos quamplures, Princeps verò neque de plenitudine poteſtatis poteſt tollere ius tertij ſinè cauſa, & ſic remittere d. intereſſe, vt poſt *Cravet. Rolan. Gabr. Sarmien. & Menoch.* per eum relatos tradit *Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 6. num. 18.* vbi teſtatur de communi opinione, *Batard. d. quæſt. 50. num. 43. Ciriac. d. controu. 341. num. 32. & Merlin Pignatel. controu. foren. cap. 68. num. 2. cent. 1.* nec non *Paul. Rub. de valid. legal. lib. 10. n. 27.*

2 Amplia primò d. concluſionem illatque, quod Princeps faciendo gratiam de delicto teneatur reſcribere *Concordata parte*, alias dicatur facere contra conſcientiam, & peccet mortaliter, vt tradunt *D. Thom. 2. ſecunda quæſt. 63. art. 4. Batard. ad Clar. d. quæſt. 59. num. 43 Theſaur. deciſ. 21 num. 3.* & ita reſponderunt Duci Mediolani *Bald. & Plot. conſ. 6 inter conſ. crim. diuer. lib. 2. Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 6. num. 18. & ſeq.* vbi dicit, ita ſeruari in Alma Vrbe, & in allijs Italiæ partibus, *Guazzin. de pace, d. quæſt. 38. poſt princ. & num. 4. Caball. reſol. crim. caſu 58. num. 4. cent. 1.* & non diſſentit *Ciriac. d. contr. 241. num. 3.* licèt hoc controuertere contra Principum authoritatem ad inſtar ſacrilegij eſſe dicit *Caball. d. caſu 58. num. 5.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, quod Princeps

non

non ſolum non poſſit facere gratiam delinquenti parte non concordata, verum etiam non habita pace ab offenſo, vt euitentur ſcandala, neces, & vulnera, quæ de facili contingere poſſent vbi obuiam fierent pars offenſa, & quæ offendit, vt not. *Clar. in Pract. §. fin. quæſt. 59. verſ. adde quod &c. & ibi Baiar. num. 43. Caball. reſol. crim. d. caſu 58. num. 16. Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 6. nu. 20. & ſeq. Guazzin. de pace d. quæſt. 38. num. 8. & Ciriac. d. contr. 20 num. 2.* licèt cum d. ſola clauſula vel fortè continente virtualiter clauſula *Concordata parte* gratiam ſoleant banniti, & alij delinquentes in Statu Eccleſiaſtico, & præcipuè in legatione Vrbini per Eminentiſs. & Reuerendiſs. illius Cardinales Legatos, vt ego teſtari poſſum, qui poſt geſta in d. legatione quamplura officia per annos quatuor Auditoris officio in eadem legatione perfunctus fui ſub Eminentiſs. & Reuerendiſs. Domino meo D. Cardinal. Delcio Legato Principe verè integerrimo, ſapientiſſimo, & omnium heroicarum virtutum ornatiſſimo.

4 Limita primò d. ſecundam ampliationem, vt non habeat locum quando offendens, & offenſus non degunt in eadem regione, ita vt ceſſet periculum mutuæ obuiationis, & ſic ſcandali, & homicidij, vel quando Princeps iubet offendentem exulare, donec pacem habuerit ab offenſo, quia tunc Princeps poteſt gratiam facere delinquenti etiam pace non habita cum ſola clauſula *concordate parte* quò ad intereſſe, vt docent *Clar. in d. quæſt. 59. ver. adde quod &c. & ibi Baiar. num. 53. Thaſ. d. quæſt. 21. in fin. Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 6. num. 20. & ſeq. Caball. d. caſu 58. num. 16. & Ciriac. d. controu. 20. nu. 4. & ſeq.* vbi dicit, Principem gratiam etiam facere poſſe quando offenſus forenſis recuſat pacem facere cum debita ſatisfactione inhibendo offenſo forenſi, ne accedat ad d. regionem, donec pacem non fecerit, vt ibi per eum.

5 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locum in delictis, in quibus pars fuit læſa principaliter, vt in vulnerato præcipuè in aliquo membro debilitato, in filijs, & vxore, quibus fuit occiſus pater, & maritus, qui eis alimenta parabant, in eo cui factum fuit furtum, vel rapina, vel infamis illata per iniuriam, & ſimilibus, ſecùs tamen eſt in ijs delictis in quibus pars non fuit verè læſa, vtputa in ſimplici inſultu, in prima armorum euaginatione ſinè vulnere, in prouocatione, in delatione armorum prohibitorum, in ictu ſinè vulnere, ſi in ijs animus deliberatus non præceſſerit, & ſimil. in quibus Princeps gratiam facere poteſt etiam ſine partis concordia, licèt crediderim illam ſine pace non eſſe faciendam, vt ſentit etiam *Guazzin. de pace quæſt. 38. num. 14.* licèt aliud dixerit *num. 27.* & malè iudicio meo, cum Doct. per eum adducti non loquantur de pace, ſed de concordia, vt tenent *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 59. verſ. adde quod, &c. Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 6. num. 21.* vbi dicit elapſum mandatum de occidendo, & exonerationem arcħibuſij requirere partis concordiam, vt ibi per eum, *& Ciriac. d. controu. 341. num. 24.*

6 Amplia primò d. primam limitationem, vt gratia concedi poſſit per Principem delinquenti etiã ſine concordia partis, quando offenſus fuit incognitus, vel forenſis, ita vt neſciatur, in quo loco degat, vel quando nullus adſit hæres, facta tamen per gratiatum obligatione, vel data per eum cautione de illo concordando, ſeù pacem ab eo obtinendi, quatenus redeat ad locum delicti, vel in dominium, vel quando aliquis hæres apparuerit, puta, infra menſem, alias gratia nulla ſit, vt docent *Carauit. ritu 728. nu. 18. Caualc. de Brach. Reg. par. 4. num. 208.* quos refert, & ſequitur *Guazzin. de pace par. 1. quæſt. 21. num. 4. & ſeq. & defen. 34. cap. 3. num. 5.* vbi extendit hanc ampliationem, vt habeat locum, etiam quando delictum fuit commiſſum caſualiter, & pars requiſita recuſat præſtare conſenſum, vt ibi per eum, cum quibus pertranſit etiam *Clar. in pract. §. final. quæſt. 58. verſ. ſed quid &c.*

7 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando offenſus dedit cauſam offenſæ, & prouocauit offendentem, quia tunc Princeps poteſt facere gratiam delinquenti etiam non concordata parte, cum in d. caſu offenſo prouocanti non debeantur damna, & intereſſe *Farinac. de homic. quæſt. 119. num. 121. Paitel. expedit. 88. & ibi Adden. num. 17. &* dixi ſupra in verb. Occiſio, *Reſol. 2. num. 9.* ad tex. *in l. qui occidit 30. §. fin. ff. ad leg. aquil. & in cap. damnum 86. de reg. iur. in 6. Caualc. de Brach. Reg. num. 208. in fin. Guazzin. d. defen. 34. cap. 4. num. 10.* & dixi ſupra in d. verb. *Occiſio, Reſol. 2. num. 9.*

8 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum ſtante iuſta cauſa, & pro bono pacis, quia tunc Princeps poteſt facere gratiam delinquenti, non ſolùm quo ad pœnam, ſed etiam quo ad intereſſe partis, & ipſa inuita, & non concordata, vt voluerunt *Vaſq. quæſt. illuſtr. cap. 4. num. 11. Clar. in pract. d. quæſt. 59. verſ. adde quod &c. Ludou. deciſ. Lucen. 13. num. 72. & ſeq. Peguer. deciſ. crim. 39. num. 11. & ſeq.* & alij quos referunt *Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 6. num. 22.* vbi teſtatur de communi opinione, & a qua neminem dicit diſcedere, *& Guazzin. de pace d. quæſt. 38. num. 28.* cum quibus pertranſit etiam *Ciriac. d. controu. 341. num. 2. & d. controu. 343. num. 2.*

9 Licèt contrariam opinionem teneant *Plot. conſ. 78. num. 75. & ſeq. & Farinac. in d. quæſt. 6. num. 25. verſ. ego autem &c.* vbi dicit, ita fuiſſe ſuo tempore Romæ ſeruatum, & nunquam fuiſſe factam gratiam delinquenti etiam ſtante iuſta cauſa, niſi concordata parte, vel ſaltem ſeruato exilio a loco delicti, donec delinquens pacem habuerit, vt ibi per eum, cum quo pertranſire videtur etiam *Guazzin. de pace, d. quæſt. 38. num. 30.*

10 Limita quartò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando offendens paratus eſt dare congruam ſatisfactionem Iudicis arbitrio, & illam offenſus recuſat recipere, quia tunc eum id dicatur facere per calumniam, & ſic indirectè impediretur authoritas Principis, poteſt ipſe Princeps offen-

dentem

dicitem gratiare, etiamſi offenſus nolit pacem facere, & ſe concordare, vt dicit *Theſaur.d.deciſ.*21 *in fin.* vbi dicit, ita fuiſſe iudicatum per illum Senatum Pedemontanum ſeruato exilio a loco delicti, donec pacem habuerit, quem ſequitur *Ciriac. d.contrau.*20. *num.*3.

11 Declara primò d.concluſionem, vt Princeps non valeat gratiam facere delinquenti, nec pœnam cõmutare, neque concordata parte, ſi gratia eſſet allatura nocumentum publicæ vtilitati ſecundum *Diu. Thomam* 2.*ſecunda quæſt.*67. *art.* 4. *Plot. d. conſ.* 78. *num.* 32. *Pat. de ſindic. in ver. Compoſitio cap.*1. *num.*7. quos referendo ſequitur *Ciriac. dict. controu.*341. *num.*6.

12 Declara ſecundò d. concluſionem, quod licèt Princeps non poſſit gratiam facere delinquenti ſinè concordia partis, & talis gratia ſit nulla, reus tamen cum d. gratia inuentus, & carceratus decapitari, ſeù aliàs puniri non debet, ſed eſt relaxandus ſubiectus condemnationibus prioribus cũ turpe eſſet illum ſub fide publica decipere, vt tradunt *Boſſ in pract. in titul. de remed. ex ſola clem. Princ. ſub num.*42. *Clar. in pract. in d. quæſt.*59. *d. vers. adde quod &c. & ibi Baiar. in princ. Vulpell. conſ.* 19. *num.*12. & 13. vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione, *Peguer. deciſ. crim.*39. *per tot.* plenè *Farinac. de inquiſ. d. quæſt.*6. *num.*27. vbi dicit, ita pluries in Alma Vrbe fuiſſe ſequutum, *& conſ.*53. *num.*1 *lib.*1. *Guazzin. de pace d. quæſt.*38 *num.* 17. *& ſeq.* benè *Vermigl. conſ.* 387. *num.* 5. alios adducens concordantes, & vide adducta ſupra in verb. *Gratia, Reſol.*1. & 2.

13 Declara tertiò d. concluſionem, quod ſi Princeps faciat gratiam delinquenti cum clauſula *Concordata parte*, quo ad quantitatem damnorum ſtari debet iuramento partis, præuia tamen taxatione Iudicis, vt tradunt *Farinac. de homic. quæſt.* 119. *num.* 11. *& ſeq. Paitell. expedit.* 88. *num.* 3. *Guazzin. defen* 34. *cap.*4. *num.*9. *Balth. Thomaſ. in ſuis tract. var tom.*3 *tract.*4. *num.*673 & dixi latiùs ſupra in verb. *Occiſio, Reſol.*2. *num.*11.

ADDITIO.

N.1. Vbi habetur, quod Princeps non poteſt facere gratiam delinquenti, niſi concordata parte adde, *Ricc. prax. reſol. par.*4. *reſol.*121. *num.* 1. & 2. & *Marchett. de Vic. Capitul. par.*2. *tit.*23. *num.* 4. vbi dicunt per Vicarium Capitularem non eſſe deueniendum ad compoſitiones ſuper delictis, niſi concordata parte, vt ibi per eos.

SVMMARIVM.

1 *Princeps non poteſt generaliter ſtatuere, quod vnius dicto ſtandum ſit.*

*Cum de iure Diuino in omni negocio duo teſtes requirantur, num.*2.

*Licèt contrarium teneant aliqui, n.*3.

*Neque poteſt ſtatuere, quod teſtibus ſingularibus ſit credendum, num.*4.

*Poteſt tamen id ſtatuere concurrente coniectura cum dicto teſtis, num.*5.

*Et quando non agitur de præiudicio tertij, num.*6.

Et quando ita ſtatuit in aliqua cauſa particulari ex iuſta cauſa, & ob publicam vtilitatem, num. 7.

RESOLVTIO II.

Princeps an poſſit ſtatuere, quod vnius dicto ſtandum ſit.

1 Princeps non poteſt generaliter ſtatuere, quod vnius teſtis dicto ſtandum ſit in alterius præiudicium, vt tradunt *Iaſ. in l. admonendi* 31. *num.* 191. *ff. de iureiur. Canoniſt. in cap. nuper* 51. *de teſt. Felic. alleg.* 46. *num.*16 *par.*1 quem vna cum alijs refert, & ſequitur *Giurb. conſ.*90. *num* 20. *Magdal. de num. teſt. cap.*1. *num.*38 *par.*1. plenè *Farinac. de teſt. quæſt.* 63. *num.* 8. vbi quamplures dat concordantes, & dicit hoc fieri non poſſe nec per Statutum, nec per Principem, neque per Papam, & hanc opinionem eſſe magis communem, veriſſimam, & ab ea non eſſe in iudicando recedendum, *Leotar. de vſur. quæſt.*93. *num.* 30. *Rodulph. de Super. Princ. poteſt. cap.*6. *num.* 24. *& ſeq.* quem referendo ſequitur nouiſſimè *Paul. Rub. de valid. legal. cap.*18. *num.*108. *& ſeq.* vbi pariter dicit, hoc neque fieri poſſe per Papam, vt ibi per eum, nec per Teſtatorem *Ciriac. controu.*444. *num* 30. *& ſeq.* vbi declarat.

2 Eſt enim de iure diuino, quod in omni negocio duo teſtes requirantur, *cap. in omni negocio* 4. *de teſt. cap. nouit.* 13. *de iudic. Surd. conſ.*12. *num.* 6. *lib.*1. *Giurb. d. conſ.*90. *num.* 20. *Paul. Rub. d. cap.*18 *num.* 108. *& ſeq.* & habetur *Deutero. cap.* 19. & *Matth. cap.* 18. & latè comprobant *Magdal. de num. teſt. d. cap.*1. *num.*2. cui per Principem generaliter derogari non valeat, vt declarant Doctor. ſupra adducti.

3 Quicquid contrarium tenuerint *Aret. Felin. & Campeg.* in locis relatis per *Farinac. de teſt. dict. quæſt.*63 *num.*9. contra quos adeſt magis communis opinio, de qua ſupra.

4 Amplia d. concluſionem, vt Princeps neque ſtatuere poſſit, quod teſtibus ſingularibus ſit plenè credendum, vt poſt *Iaſ. in l. admonendi* 31. *in* 2. *lect. num.* 191. *ff. de iureiur. Feder. de Sen. conſ.*16. *Roma. ſingul.*361. *Crot. de teſt. num.*219. & 221. *Bardell. conſ.* 182. *num.* 10. *Gabr. commun. concluſ. de teſt. concl.* 1. *num.*11 & alios per eum relatos not. *Giurb. d. conſ.* 90. *num.* 19. & non valere Conſtitutionem Epiſcopi, quod vſura probetur per teſtes ſingulares poſt *Feder. de Sen. Foller. Abb. Conar. Lambert. Clar. Maſcar.* & alios per eum relatos firmat *Farinac. de teſtibus quæſt.*64. *num.*197. & in his terminis loquitur *Leotar. de vſur. d. quæſt.*93. *num.* 30.

5 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando Princeps mandat, & ſtatuit, vnius dicto ſtandum eſſe concurrente coniectura, vt not. *Decian. conſ.*62. *num.*94. *lib.* 3. *Menoch. de arbitr.*

caſu

caſu 99.num.10. Felic.d.allegat.46.num.23 Petra. de Princ poteſt.cap.31. num. 1. quos refert, & ſequitur *Giurb. d.conſ.90.ſub num. 21.* vbi ampliat, quod Princeps valeat etiam ſtatuere, quod adhibeatur fides probationis minus legitimæ, ſi alia concurrant, quæ rectam Iudicis conſcientiam informare poſſint, vt ibi per eum.

6 Limita ſecundò d.concluſionem, vt habeat locum quando agitur de præiudicio tertij prout loquitur, alias ſecus, quia tunc Princeps, & ſtatuentes poſſunt ſtatuere, vt vnico teſti plenè credatur, maximè ſi ſit perſona grauis, vel in dignitate conſtituta, vt tradunt *Tiraq.de iudic. in rebus exig. in prin.* vbi hoc extendit in leuibus, & quando præiudicium eſt modicum, *Gabr.comm.concl. de teſt. concluſ.1. num.7.*, vbi alios dat concordantes, & *Farinac.de teſt.d.quaſt.63. num.11* & faciunt notata per eum in eadem *quaſt.63. num. 26.*

7 Limita tertiò d. concluſionem, vt habeat locum generaliter, & in omnibus cauſis, in quibus Princeps non poteſt ſtatuere, quod credatur vnico teſti, ſecùs tamen eſt, ſi id faciat in aliqua cauſa particulari, & ex iuſta cauſa, puta, ob publicam vtilitatem, quia tunc id licèt ei facere, quia d. regula in ore duorum, vel trium &c. procedit, niſi ex cauſa aliud inducatur, vt adnotarunt *Iaſ. in l. admonendi 31.num.191. ff.de iureiur.Tiraq.in d.tract. de iudic. in rebus exig. poſt princ.* vbi exemplificat in caſu neceſſitatis vel euidentis vtilitatis, *Crus. de teſtib. ſub.num.19. Giurb.d.conſ.90. num.21. Farinac. de teſt.d.quaſt.63. num.12.* vbi alios dat concordantes, *Magdal.de num. teſt.par.1.cap.1.num. 38. & ſeq. Ant.de Ball.tract. crim. lib.5. pragm. 3. tit.32. num.1. Leotard.de vſur. d. quaſt.93. num.30* dummodo teſtis ſit idoneus, & probatæ vitæ, vt ibi per eum, & *Paul.Rub. de valid. legal.d.cap.18. num.107. & ſeq.* cum quibus pertranſit etiam *Capic. Latro deciſ.132. num 7. par.2.*

S V M M A R I V M.

1 *Princeps poteſt ſubditus mala vita à Statu eijcere, & ad confinia ponere etiam ſub pœna corporali.*

R E S O L V T I O III.

Princeps an poſſit ſubditos malæ vitæ à Statu eijcere, & ad confinia ponere.

1 PRinceps poteſt ſubditos malæ vitæ, puta, rixoſos ſcandaloſos, & ſeditioſos iuſtis de cauſis maximè Reipublicæ neceſſarijs à Regno, & Statu eijcere, exiliare, & ad confinia ponere etiam ſub pœna corporali, ad tex. *in l.certa forma, 4. & ibi Rebuff. C de iure fiſc.lib.10.* & tradunt *Bouadill.in polit.lib.2.cap.13 num.46. Ricc. deciſ.184. num.2.par.1. Ponte de poteſt. Proreg. in tit.de promiſ.fieri ſolit.in princ.n.11. Maſtril.de Mag. lib.5. cap 6. n.218. Auendan. de mandat Reg lib.2. cap.7. num.13.* quos vna cum alijs pluribus refert, & ſequitur *Giurb. conſ.35.nu. 7 & conſ.49. num.7. Baiar. ad Clar. quaſt. 71. nu. 5.* & dixi latius ſupra in verb. *Exilium, Reſol. 9. per tot.* vbi quamplures appoſui ad d. concluſionem ampliationes, & limitationes, quas hic iterum referre non decet, videas ibi ſi placet.

A D D I T I O.

N.1. VBi habetur, quod Princeps poteſt ſubditos malæ vitæ à Statu eijcere, & ad confinia ponere adde *Giurb.in d.conſ.crimin.49.num.16.* vbi dicit, Principem coërtione œconomica, & politica non autem contentioſa poſſe etiam Milites Hieroſolimitanus vulgo Cauallieri di Malta cuſ ſtatus, & pacem publicam turbantes à Statu eijcere, vt ibi per eum.

P R O B A T I O.

S V M M A R I V M.

1 *Probationes rei in criminalibus confundunt probationes actoris.*

Cum ſit facienda interpretatio, quod probatio excluſiua delicti confundat probationem actoris, num. 2.

Maximè quando probationes rei ſunt fortiores, quam probationes fiſci, num.3.

Et quando probationes rei ſunt claræ tollunt præſumptiones fiſci, num.4.

Et licèt probationes rei, & fiſci ſint pares, num. 5.

Et præſumptio excluſiua delicti præfertur præſumptioni incluſiuæ, num. 6.

Imò probatio excluſiva delicti præſumptiua tollit veram probationem fiſci, n.7.

Et probatio ſemiplena habetur pro plena defenſam, n.8.

Declara, vt n.9.

R E S O L V T I O I.

Probationes rei in criminalibus an confundant probationes actoris.

1 PRobationes rei in criminalibus confundunt probationes actoris magis, quam in ciuilibus, vt tradunt *Boſſ.in pract.in tit.de conuic. num.50. & ſeq. Gram. conſ.31. num.12. Honded.conſ. 102. num.40. lib.1. Rimin. Iun. conſ. 554. num.75. lib.5. Farinac.conſ.78.num.28.in fin. lib.1.* plenè *Guazzin. defen. 29. cap. 2. num.1.* qui plures dat concordantes, & *Ant.de Bal.tract.crim. lib.1. caſu 1. quaſt. 2. num. 77.* & ante eum *Gerar. Mazzol.conſ.52.num.18.& ſeq. Paul.Rub.de valid. legal.cap.24. num.27. & Rota in Roman. ſeu Hiſpalen.Simoniæ 7 Februar.1596.coram Blanchetto.*

2 Cum omnis ſit facienda interpretatio, vt probatio

rei

rei excluſiua delicti confundat probationem actoris, & delicti, vt poſt *Burſat. conſ. 389 num. 11 lib. 4. Rimin. Iun. conſ. 683. num. 29 lib. 6. & Gabr. com. concl. de maleſ. concl 2. per tot.* per eum relatos firmat *Guazzin. d. defen. 29. cap. 2. num. 2.* & cum regulare ſit, quod in omni materia vna præſumptio elidit aliam, *Crau. conſ. 6. num. 70. Rimin. Iun. conſ. 289. num. 2. lib. 3.* plenè *Guazzin. d. cap. 2. num. 3.* vbi alios adducit ita ſentientes, & latè comprobat.)

3 Amplia primò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando probationes pro reo ſunt fortiores, & validiores probationibus fiſci, quia ſinè dubio elidunt probationes fiſci minus validas, ita *Gram. conſ. 13. num 7. Crau. d. conſ. 6. nu. 50. Soci. Iun. conſ 36. num. 7. lib. 1. Rim. Iun. conſ 372. num. 19. lib. 4.* quos refert, & ſequitur *Guazzin. d. defen. 29. cap. 2. num. 5 & num. 7. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 3. caſu 1 quaſt. 2. nu. 77.* & generaliter ſcripſit, *Card. Tuſc. pract. concl. lit. P. concl. 798. n. 1. & ferè per tot.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt probatio clara inquiſiti ſinè dubio tollat præſumptiones, & alia indicia fiſci, cum præſumptio cedat veritati, vt not. *Crau. conſ. 6. num. 7. & conſ. 15. nu 5. & conſ. 346. num. 7. Rim. Iun. conſ. 372. num. 21. lib. 3. Hond. conſ. 102. num. 17. in fin Farinac. conſ. 11. num 35. in fin. lib. 1. Guazzin. d. defen. 29. cap. 2. num. 9.* vbi alios dat concordantes, *Vermigl. conſ. 130. num. 3.*

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum etiamſi probationes rei & fiſci ſint pares, quia adhuc debent præualere probationes rei, cum ſemper militet præſumptio pro reo, quod non deliquerit, vt adnotarunt *Maſc. de prob. conſ. 36. num. 26 lib. 1. Surd. conſ. 173. nu. 57. lib. 2. Rimi. Iun. conſ. 359. num. 39. lib. 4.* quem vna cum alijs pluribus refert, & ſequitur *Guazzin. d. defen. 29. cap. 1. num. 2.* vbi alios dat concordantes, & dicit, hanc ampliationem habere locum, etiamſi probationes fiſci in aliquo excederent probationes rei, cum quo concordant *Camer., Andreol. contr. 66. num. 12. & Ciriac. contr. 340. num. 39. & cap. 2. num. 6.* vbi alios dat concordantes, *Ant. de Ball. tract. crim. d. lib. 3. caſu 1. quaſt. 2. num. 77.* & loquendo in ciuilibus, quod quando inter actorem, & reum probationes ſunt pares, præferantur probationes rei tradunt, *Gratian. diſcept. foren. cap. 193 num. 10. par. 1. & Illuſtriſs. Sperell. deciſ. 178. num. 97. par. 2.* vbi alios dat concordantes.

6 Amplia quartò d. concluſionem, quod præſumptio excluſiua delicti præfertur alijs præſumptionibus delicti incluſiuis, vt tradunt *Vulpell. conſ. 24. num. 2. Surd. conſ. 132. num. 55. vol. 1. Eugen. conſ. 76. num. 51. lib. 1. Hond. conſ 88. num. 20. lib. 2 Peguer. deciſ 14. num. 20. Guazzin. d. defen. 29. cap 1. num. 5.* vbi alios dat concordantes, & *Vermigl. conſ. 16. num. 8. & conſ. 34. num. 9. & conſ. 198. nu 8. & conſ. 275. n. 14. & conſ. 430. n. 9.* addo *Giurb. conſ. 64. n. 30.*

7 Amplia quintò d. concluſionem, vt probatio rei præſumptiua, & dubia tollat veram probationem fiſci, ita vt illa ſufficiat reo ad abſolutionem obtinendam, cum ſufficiat reo offuſcare probationem fiſci, cum indecens ſit in re dubia certam ferre

ſententiam, ne offendatur veritas, vt voluerunt *Surd. d. conſ. 173. nu. 59. lib. 2. Farin. conſ. 78. n. 28. lib. 1. Hond. conſ. 100. n. 36. lib. 1 idem Farin. de reo conf. & conuic. quaſt. 85. n. 8. in prin. & quaſt. 86. num. 76.* vbi quamplures dat concordantes, *Eugen. conſ. 31. num. 70. lib. 1. Maſc. de prob. concl. 904. nu. 16. lib. 2. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 3. caſu 1. quaſt. 2. num. 77. & Vermigl conſ. 16. num. 22. & 23.* & faciunt adducta ſupra in verb. *Defenſio Reſol. 2. num. 5.*

8 Amplia ſextò d. concluſionem, vt probatio ſemiplena habeatur pro plena, & ſufficienti probatione ad defenſam, vt not. *Maſc. de prob. concl. 491. num. 17. & ſeq. lib. 1. & concl. 904. nu. 10. lib. 2. Hond. conſ. 87 num 33. lib. 2 Ciriac. contr. 150. num. 120. Menoch. de præſump. lib. 5. præſump. 48. num. 8. Farinac. de teſt. quaſt. 63. nu. 42.* vbi teſtatur de communi opinione, & *conſ. 79. num. 25 lib. 1.* vbi alios dat concordantes, *Vermigl. conſ. 263. num. 6. Ant. de Ball tract. crim. lib. 3. caſu 1. quaſt. 2. num. 79. & Pi Graſſet. de nece prodit. §. 34. num. 11.* & dixi ſupra in ver. *Defenſio Reſol. 2. n. 6. & alleg. foren. 86. num. 23.*

9 Declara d. ſextam ampliationem, vt habeat locum, quando probatio ſemiplena rei non eſt contrària probationi fiſci, vel accuſatoris, ſed cum ea ſe compatitur; vt quia fiſcus probauit per duos teſtes, quod Meuius occidit Titium, Meuius probat quod occidit ad defenſam, vel quod occiſus mortuus eſt ex malo regimine, & tunc d. probatio vti compatibilis cum probatione fiſci probat eius innocentiam, & ſufficit ad reum liberandum à pœna licèt fortaſſe non à tortura, ſecus tamen eſt, ſi probatio ſit incompatibilis, vt quia fiſcus probauit per duos teſtes, quod Meuius occidit Titium, Titius verò probat contrarium per vnum teſtem, vel ſemiplenam probationem, quia tunc probatio fiſci vti plenior præfertur probationi rei, vt declarant *Bart in l. admonendi 31. num. 50. & ibi Iaſ. nu. 267. ff de iureiur. Boſſi. in pract in tit. de defen reorum 10. & ſeq. & in tit. de oppo. contra teſtes num. 72. & in tit. de conuic. num 61 & ſeq. Farinac. de teſt. dict. quaſt. 63. num. 43. & ſeq.* vbi dicit in d caſu ſaltem excuſari reum à pœna ordinaria, *Bertaz. conſ. 439. num 33. lib. 2* quem refert, & ſequitur *Ant. de Bal. tract. crim. lib. 3. caſu 1. quaſt. 2 nu. 79.* vbi alios adducit concordantes, & dicit, quod hæc eſt vera declaratio, *Com. Andreal. contr. 66. num. 11.*

ADDITIO.

N. c. VBi habetur, quod probationes in criminalibus ad condemnandum debent eſſe luce meridiana clariores adde *Zuffi. de legit. proc. quaſt. 28. num. 5.* vbi dicit, quod probatio in criminalibus debet excedere probationem in ciuili in triplici qualitate, nempe in qualitate receptiua, demoſtratiua, & approbatiua, declarandum, vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Carceratus poteſt facere probationes ſibi fauorabiles, etiamſi illa inueni abſentes puta, correos, mandantes, & ſimiles, alias & tolleretur defenſio, quæ ei competit de iure natura.*

RESOLVTIO II.

Carceratus an poſſit facere probationes ſibi fauorabiles etiamſi iuuent abſentes, puta correus, mandantes, et ſimiles.

1 Carceratus poteſt facere probationes ſibi fauorabiles, etiamſi illæ iuuent abſentes, puta, correos, mandantes, & ſimiles, aliàs ei tolleretur defenſio, quæ ei competit de iure naturæ, quod nullo modo eſt dicendum, vt tradunt *Farin. de var. ac diuer. quaſt. quaſt. 99. num. 132. et ſeq.* vbi dicit, ita obtinuiſſe in Alma Vrbe, *et conſ. 16. num. 26. et conſ. 73. num. 5. lib. 1.* vbi dicit, ita fuiſſe reſolutum, *Guazz. defen. 28. cap. 4. num. 2.* vbi dicit, ita ipſum iudicaſſe in Alma Vrbe in cauſa graui facto verbo cum Sanctiſſimo, *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3 tit. 9. nu. 96. et Vermigl. conſ. 19. num. 1. et ſeq.* & dixi latiùs ſupra de hac materia in ver. *Articul. Reſol. 1. per tot.* ibi videas.

SVMMARIVM.

1 *Probationes in criminalibus ad condemnandum debent eſſe luce meridiana clariores.*
Siuè iudex procedat per accuſationem, ſiuè per inquiſitionem, num. 2.
Et præcipuè d. concluſio procedit in ſindicatu, n. 3.
Et etiamſi pœna eſſet tantum pecuniaria, nu. 4.
Licèt contrarium teneant aliqui, num. 5.
Ita vt probationes dicantur claræ, requirantur ſaltem duo teſtes, num. 6.
Qui ſint omni exceptione maiores, num. 7.
Non ſolum quò ad perſonam, ſed etiam quò ad dictum, num. 8.
Et d. probationes debent concludere per neceſſe, non autem per poſſibilia, num. 9.
Fallit in delictis occultis, in quibus ſufficiunt leniores probationes, num. 10.
Delicta difficilis probationis, quæ ſint habes, num. 11.

RESOLVTIO III.

Probationes in criminalibus ad condemnandum an eſſe debeant luce meridiana clariores.

1 Probationes in criminalibus ad effectum condemnandi reum requiruntur non ſolum concludentes, ſed etiam luce meridiana clariores, *leg. ſciant cuncti, quæ eſt lex fin. C. de prob. cap. ſciant cuncti 2. & ibi glo. & Canoniſtæ communiter 2. q. vlt.* & tradunt *Boſſi. in pract. in tit. de conuic. num. 9. & 13. Ant. Gomez. var. reſol. tom. 3. cap. 12. nu. 25.* vbi teſtatur de communi opinione, *Menoch. de arbitr. caſu 279. num. 2. & caſu 491. num. 1. Maſcar. de prob. concl. 459. n. 2. & concl. 496. num. 1. lib. 1. Giurb. conſ. 72. nu. 15. Cabal. reſol. crim. caſu 230. num. 24. cent. 3. Theſaur. deciſ. Pedem. 25. num. 6.* latè *Farin. de reo confeſ. & conuic. quaſt. 86. num. 6.* vbi alios dat concordantes, plenè *Guazzin. defen. 33. cap. 14 in prin. Ciriac. contr. 109. nu. 4. Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 3. num. 1. Vermig. conſ. 179. num. 2. & conſ. 263. num. 5.* vbi dicit, probationes in criminalibus requiri magis claras, quam in ciuilibus, *& conſ. 431. in prin.* & dixi etiam ſupra in ver. *Delictum Reſol. 1. nu. 7. & allegat. foren. 88. num. 60.*

Cum enim in criminalibus, & plurimum de hominis ſalute tractetur, nil mirum ſi exactior requiratur probatio ad tex. *in l. 1. §. ſed & ſi quis ff. de carbo. edict. & in l. manifeſtiſſimi 22. C. de furt. & in cap. vbi periculum 3. de elect. in 6.* & aduertunt *glo. & Doct. in d. cap. ſciant cuncti. 2. quaſt. vlt. Farinac. in d. quaſt. 86. num. 6 & alij Doct. ſupra adducti*, & cum probatio in criminalibus habeat præſumptionem contra ſe, ideò exactior requiritur probatio, *Card. Tuſc. pract. concl. lit. P. concl. 789. n. 12.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum ſiuè iudex procedat per inquiſitionem, ſiuè per accuſationem, vt voluerunt *Anani. conſ. 59. num. 1. in fin. Boſſi. in pract. in d. tit. de conuict. num. 10. Farin. de reo confeſ. & conuic. quaſt. 86. n. 8. Simon. de Prat. conſ. 188. num. 14.* quem referendo ſequi videtur *Guazzin d. defen. 33. cap. 14. ſub num. 1.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt præcipuè habeat locum in ſindicatu, in quo probationes requiri luce meridiana clariores voluerunt, *Put. de Sindic. in prin. num. 186. Maſcar. de prob. concl. 165. num. 4. lib. 1. Baiar. ad Clar. quaſt. 73. num. 17. Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 38. in prin. Menoch. de arbitr. caſu 116. num. 23. & 24. Farin. de var. ac diuer. crim. quaſt. 111 num. 264. & Giurb. conſ. 72 num. 15.* qui alios dant concordantes quamplures.

4 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum etiamſi pœna eſſet pecuniaria, quia adhuc requiruntur probationes clariſſimæ, vt adnotarunt *Surd. conſ. 132. num 77. lib. 1. & conſ. 328. num. 8. vol. 3.* vbi dicit hoc habere locum, etiamſi de crimine ciuiliter agatur, cum quo ſentire videtur, *Guazzin. d. defen 33. cap. 14. ſub num. 1.* vbi hoc extendit procedere tam in pœnis legalibus, quàm conuentionalibus, vt ibi per eum, & d. concluſionem habere locum tàm ſi cauſa ſit magna, quàm minima dixerunt, *Boſſi. in pract. in d. tit. de conuic. num. 10. & Farinac. in d. quaſt 86. num. 9.*

5 Licèt contrarium, imò non requiri probationes ita claras quàdo agitur de pœna pecuniaria tenuerint, *Alci. de præſūp. reg. 2. præſūp. 9. n. 4. Caph. conſ. 141. n. 18. & ſeq. vol. 1. & Baiar. ad Clar. q. 66 n. 12.*

6 Amplia quartò d. concluſionem declaratiuè, quod ad conſtituendam d. probationem luce meridiana clariorem ad effectum condẽnandi reum requirantur depoſitiones ſaltem duorũ teſtiũ ad tex. *in l. vbi numerus 12. ff. de teſt. & in c. in omni neg. 4. de teſt.* & declarāt *Ant. Gom. var. reſ. tō. 3. c. 12. n. 9.* vbi teſtatur de communi opinione, *Clar. in pract. §. fin. q. 66. verſ. pen. & fin. Maſ. de prob. l. 1. q. 5. n. 117. Surd. conſ. 328.*

num.

num.21 lib.3.plenè *Farinac.de teſti.quaſt.63.num.233.& ſeq.* vbi plures facit illationes, *& conſ.29 num 9 & conſ.41 num.5.lib.1.& conſ.139. nu.14. & conſ.182.num.1.lib.2.Guazzin.d.defen.33.cap.14.num.5.* qui alios dant concordantes quamplures, *Giurb.conſ.71.num.2.Criſpol.caſu milit 14.num.2.Caball.reſol.crim.caſu 288.num.4.Vermigl. conſ.250.num.4 Zuffi.de legit.proceſ.quaſt.3.n.3.* & dixi infra in ver.*Teſtis Reſol..& allegat.foren.97.n.21.*

7 Declara d. quartam ampliationem, vt habeat locum dummodo d.duo teſtes ſint fide digni, probatæ fidei, & omni exceptione maiores, ita contra eorum perſonas nihil opponi poſſit; vt not. *Ant.Gomez.var.reſol.tom.3.d.cap.12.nu.12. Maſc. de prob.concl.460.num 6.& concl.497.nu.9. vol.1. Farinac.conſ.61.num.17.& conſ 78.num.15. lib.1. Surd.conſ.121.num.42.lib.1.& d.conſ.328.num.22. lib.3.Rimin.iun.conſ.704.num.4.& 16.lib. 6.* plenè *Guazzin d.defen.33.cap.14.num.5.ver.qui duo.&c.* vbi alios dat concordantes quamplures, *Giurb.d.conſ.71.num 2 Criſpol.d.caſu milit.14.num.2.Vermigl.conſ.381.n.2.* & nouiſſime *Zuffi de legit proc.crim.quaſt.30.num.3.* & dixi ego *d.alleg.97.n.21.*

8 Amplia d.declarationem, vt teſtes ad effectum condemnandi reum non ſolùm debeant eſſe idonei, & omni exceptione maiores, quo ad perſonam, ſed etiam quò ad eorum dicta, contra quæ nihil opponi poſſit, alias non ſufficiunt, vt declarant *Boſſ.Follin.Carr.Bertaz.Decia.Sard.Soc.Sen.Hond.Grauet.Canale*,& alij quos refert, & ſequitur *Guazzin.d.defen.33.cap.14.nu.2.& nu.5.ver qui duo &c.*

9 Amplia quintò d.concluſionem illatiuè, vt probationes contra reum ad illum condemnandum debeant eſſe concludentes per neceſſe, non autem per poſſibile, ita vt probationes dubiæ, & æquiuocæ non ſufficiant, nec reum grauent, vt tradunt *Crau conſ.201.ſub num.29. Andr.Gail.pract.obſeru.lib.2.obſeru.13.nu.5. Aldon.conſ.18. nu.24. & conſ.70.nu.29.& ſeq.Ciriac.contr.75.n.18. Mar. Antonin. Reſol.46.nu.6.lib.1.& Reſol.34.n.8. lib.2.Guazzin.d.defen.33.cap.14.num.2.ver. Nec non &c. Carena de Offic.S.Inquiſ.par.3.tit.6.num.1.& 2. Card.Tuſc.pract.concl.litera P.concl.789.num.17. Vermigliol.conſ 11.num.12.& conſ.159.num.36.& conſ.411.num.12.& 14.& conſ.286.num.8.& conſ. 319. nu.13.* & dixi ſupra in ver.Delictũ *Reſ.1.n.7.* vbi alios retuli ita ſentientes, *& alleg foren.93.n.12.& 13.*

10 Limita d.concluſionem, vt non habeat locum in delictis occultis, & difficilis probationis, in quibus non requiruntur tàm exactæ probationes, ſed in eis poteſt ſequi condemnatio ex præſumptionibus, & coniecturis, cùm in ijs, quæ ſunt difficilis probationis recedatur à regulis ordinarijs, & recipiantur probationes eo modo quo haberi poſſunt, vt tradunt *Capb.conſ.652.num.5.& ſeq.lib.5. Eugen.conſ.76.nu.40.lib.1.Hond.conſ 87.in prin.& conſ.88 in prin.lib.2.Farin.de inquiſ.quaſt.2. nu.12.& 31.& de reo confeſ.& conuic.quaſt.86.num.29.& num.36.et ſeq.et conſ.25.nu.56.lib.1.Giurb.conſ.2.num.44.et conſ.13.num.1.et conſ.37. num 12. et conſ.43.n.22.Ripa.de noctur.tēp.c.16.n.16.P.Delri. diſquiſ.magic lib 5.ſect.3.in fin. P. Laym. in Theol. moral. lib.3.tract.6 cap.2.ſub nu.6.*plenè *P.Graſſet. de nece prodit.§.29 num. 245.et ſeq.* vbi alios dat concordantes; *at Rot.deciſ 9.nu.1. poſt 2.vol. conſ. Farinac.* & dixi ſupra in verbo *delictum Reſolut.1. per tot.et in ver.Indicium Reſol,3.per tot.* vbi materiam huius limitationis declaraui, videas ibi cum noluerim ibi dicta, hic iterum inutiliter referre.

11 Declara d. limitationem, vt delicta occulta, & difficilis probationis dicantur delicta commiſſa de nocte, in nemore, in campeſtri, & ſunt regulariter furtum, partus ſuppoſitus, adulterium, conſſio, & fabricatio monetæ, venenatio, & alia relata *per Farinac.de reo confeſ.et conuic.quaſt.86.num.35.et ſeq. et de teſti.quaſt.62.nu 28. et per P.Graſſ. de nece prodit.§.29.num.245.et ſeq.* & dixi ſupra in d.verb. *Delictum Reſol.11.in prin.*

PROCVRATOR.

S V M M A R I V M.

1 *Procurator in pœnis capitalibus, et à relegatione ſupra, non admittitur pro reo.*

Ita vt neque admittatur Tutor, nec Curator pro minore ætatis, num.2.

Etiamſi agatur de pœna corporali leui, num.3.

Et etiam in criminalibus priuatis, quando pœna eſt à relegatione ſupra, num.4.

Ac etiamſi pœna poſſit eſſe corporalis ex Iudicis arbitrio, num.5.

Admittitur tamen procurator in pœnis à relegatione infra num.6.

Licèt contrarium tenuerint aliqui, num.7.

Et quando agitur de pœna pecuniaria, nu.8.

Et in delictis leuibus, in quibus procurator admittitur, num 9.

Et pro perſonis Illuſtribus, num.10.

Et admittitur pro bannito petente cancellari bannum ob occiſum alium bannitum, nu.11.

Et quando procurator proponit exceptiones crimen non tangentes, num.12.

Et quando proponit exceptiones declinatorias, ſeù dilatorias, num.13.

Admittitur etiam in caſibus, in quibus reus abſens poteſt condemnari, num.14.

Contrariũ tamen tenent plures Doctores, n.15.

Admittitur tamen defenſor, inſtructor innocentia, et excuſator, num 16

Licèt contrarium teneant aliqui, num.17.

Qui poteſt ad aures nominare teſtes de veritate informatos ad rei innocentiam detegendam, quas Iudex debet examinare, num.18.

Item admittuntur conſanguinei pro abſente quando agitur de delicto, quod affert dedecus toti familia, num.19.

20 *Procurator non admittitur, quando ſtatutum mandat illum non admitti.*

Licèt hoc non videatur habere locum in defenſore, et inſtructore innocentia, num 21.

Contrarium tamen tenent aliqui, num.21.

Procurator nunquam admittitur in tribus caſibus, de quibus, num.23.

Quando verò admittatur pater pro filio, & alij pro eorum intereſſe remiſſiuè, num.24.

RESOLVTIO I.

Procurator in pœnis capitalibus, & à relegatione ſupra admittitur pro reo.

1 PRocurator in publicis iudicijs, & pœnis capitalibus, & corporalibus à relegatione ſupra non admittitur pro reo ad tex. *in l. 1. ff. an per aliam cau. appell. & in l. pœn. §. à crimen,* & ibi not. *gloſ. Bar. Albert. Ang. Imol. Rub. Alex. & alij ff. de publ. iudic. & in cap. veniens* 15. & ibi not *glo. Hoſt. Zab. Butr. Abb. & alij de accuſ. & in c. in criminalibus. 5. quaſt. 3. & in c. ſi quando 2 q. 6.* & tradunt *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 1. n. 22.* vbi teſtatur de communi opinione, *Clar. in pract. §. fin. quaſt. 32. in prin. Andr. Gail. de pace publ. lib. 1. c. 10. n. 1.* qui pariter teſtatur de communi opinione *Scacc. de iudic. lib. 1. c. 101. n. 44.* plenè *Farin. de var. ac diuer. q. q. 99. n. 1.* vbi quamplures adducit ita ſentientes *& conſ. 17. n. 22. & conſ. 85. n. 62. & ſeq. lib. 1. Card. Tuſc. pract. concl. lit. P. concl. 818 n. 3. & ſeq.* latè *Pereg. Ianni. inter conſ. Farin. conſ. 85. nu. 63. & pluribus ſeq. lib. 1. Mar. Anton. reſol. 3. nu. 4. lib. 3. & Caran. de O ſic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 11. num. 50.*

Licèt enim plures afferantur rationes per Doctores concluſionis ſupradictæ, illa tamen magis communiter recepta eſt, ne iudicia reddantur eluſoria, dum abſentes condemnantur, & contra eos non poteſt fieri executio ſententiæ, ſi enim abſens per procuratorem audiretur, vnuſquiſque eo vteretur abſque eo, quod perſonaliter compareret dubitans de executione ſententiæ, & ſic iudicia redderentur eluſoria, & delicta remanerent impunita, vt aducrtunt *Andr. Gail. de pace publ. lib. 1. cap. 10. num. 2. & ſeq. Farinac. d. quaſt. 99. nu. 2. in fin. & alij Doctores ſupra adducti.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt in cauſis capitalibus, neque Tutor, neque Curator admittatur pro minore abſente citato, ſed vna cum ipſo Tutore, ſeù Curatore debet etiam comparere ipſe minor, vt not. *Menoch. de arbitr. lib. 1. quaſt. 80. nu. 66. Bertaz. conſ. 422. n. 11. lib. 2. Baiar. ad Clar. quaſt. 32. n. 3. Farin. de var. ac diuer. quaſt. d. quaſt. 99. n. 15. & ſeq.* vbi alios dat cōcordantes, teſtatur de communi opinione, & dicit hanc ampliationem procedere in minore pubere, ſecùs in infāte, & nō prohiberi Tutorem comparere ad allegādum cauſam abſentiæ pro ſuo minore inquiſito, vt ibi per eum.

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum etiamſi agatur de pœna corporali leui, prout eſt ictus fuſtium, ſeù fuſtigatio, quia adhuc procurator pro reo non admittitur, vt not *Butr. Ancar. Abb. Maria. & Anani. in cap. veniens 15. de accuſa. Clar. in pract. d. quaſt. 32. num. 3. Gabr. comm. concl. de malef. concl. 9. num. 8. Farinac. de var. ac diuer. quaſt. d. quaſt. 99. nu. 21. & ſeq.* vbi alios dat concordantes, & hoc extendit etiamſi eſſet impoſita pœna mitis, *& num. 44. & ſeq.* etiamſi agatur de pœna deportationis, damnationis in metallum, & perpetui carceris, vt ibi per eum *& Peregr. Ianni. inter conſ. Farinac. conſ. 85. n. 63. & ſeq. lib. 1.* nec non *Card. Tuſc. pract. concl. d. litera P. concl. 818. num. 6.*

4 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum non ſolum in criminibus publicis, ſed etiam in priuatis, quando illorum pœna eſt à relegatione ſupra, quia neque in eis procurator admittitur vt voluerunt *Boſſ. in pract. in tit. An in crim. iud. n. 1.* vbi teſtatur de communi opinione, *Clar. in pract. d. q. 32. num. 2.* vbi pariter hanc dicit communem opinionem, *Ant. Gomez. var. reſol. tom. 3. cap. 1. nu. 12. Menoch. de arbit. lib. 1. quaſt. 80. num. 11. Andr. Gail. de pace pub. lib. 1. cap. 10. ſub nu. 7. Farinac.* qui alios dat concordantes quamplures *in d. quaſt. 99. nu. 20. & Card. Tuſc. d. concl. 818. num. 4.*

5 Amplia quartò d. concluſionem, vt habeat locum non ſolum quando agitur de pœna corporali abſolutè, ſed etiam, quando illa poteſt eſſe corporalis ex iudicis arbitrio, in quibus procuratorem non admitti ſcripſerunt, *Ang. Bald. Maran. Nauel. Ciril. Gabr. Menoch. Baiar.* & alij plures, quos refert, & ſequitur *Farinacc. de var. ac diuer. quaſt. d. quaſt. 99. num. 23. & ſeq.* vbi materiam huius ampliationem bene declarat *& nu. ſeq.* dicit hoc procedere etiam quando pœna imponitur alternatiuè corporalis, ſeu pecuniaria, & quando imponitur copulatiuè pœna corporalis, & pecuniaria, in quibus non admittitur procurator, nec vt talem admitti ad proponendum quaſcunque exceptiones notorias, nec exceptiones rei iudicatæ, nec præſcriptionis delicti, neque reſtitutionem in integrū, neque ad probandam negatiuam coarctatam, vt ibi per eum benè declarantem, cuius ſcripta de carta in papirum, vt dicitur, hic transferre conſilij non eſt.

6 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locum quando agitur de pœna à relegatione ſupra ſecùs verò ſi agatur de pœna à relegatione infra, vt ſi agatur de pœna relegationis, & exilij, quia tunc procurator admittitur, vt tradunt *gla. Zaba. Ancar. Io. Andr. Anani. Mari. Soc. & Bero in d. cap. veniens 15 de accuſat.* qui teſtantur de communi opinione, *Boſſi. in pract. in tit. An in crim. iudic. num. 5.* vbi teſtatur pariter de communi opinione, prout facit *Clar. in pract. d. quaſt. 32. num. 5. Ant. Gomez. var. reſol. tom. 3 cap. 1. num. 1.* & hanc opinionem eſſe magis communem dicit etiam, *Gabr. comm. concl. de malef. concl. 9. nu. 9. Menoch. de arbitr. d. lib. 1. quaſt. 80. num. 86 & ſeq* vbi plures refert concordantes de communi opinione teſtantes, & illam à contrarijs defendit *Viui. apia. 649. num. 4. Farinac. de var. ac diuer. q. d. q. 99. nu. 66. & ſeq.* vbi dicit hanc opinionem magis communiter receptam eſſe, *Cardin. Tuſc. d. concl. 818. n. 45. & Ciriac. contr. 488. num. 47.*

7 Licèt contrarium imò procuratorem non admitti tenuerint *Butr. Abb. & Aret. in d. c. veniens 15. de accuſa.*

de accuſ. Fachin. controu.iur.lib.1.cap.26. & alij relati per *Farinac.in d.quaſt.99.num.68.*

8 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando agitur non de pœna corporali, ſed tantum de pœna pecuniaria, quia tunc procuratorem admitti pro abſente citato eſt tex. *in l.1.ff.an per alium cauſ.appell.* & aduocarunt *Boſſ. in pract. in tit. An in crim.iudic.num.1. Clar. in pract. in dict. quaſt.32.num.4.* vbi teſtatur de communi opinione *Menoch.de arbitr.d.li.1.cap.80.nu.82.& ſeq. Scacc. de iudic.lib.1.cap.101.num.34.* vbi hanc dicit communem opinionem, & quod ita vbique ſeruatur, *Andr.Gail.de pace pub.lib.1.cap.10.num.18.* plenè *Farinac.de var. ac diuer.quaſt.d.quaſt.99.nu.76. & ſeq.* vbi quamplures dat concordantes, & pluribus modis ampliat d.ſecundam limitationem, quas longum eſſet recenſere *& conſ.133.num.6.& num. 11.& ſeq.lib.2. Peregr. Ianni.inter.conſ.Farinac.d. conſ.85.n.3.& nu.63.lib.1. Card. Tuſc.pract.concl.d. littera P.concl.818.n.73.& Verm.conſ.117.num.7.*

9 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum in delictis leuibus, in quibus procurator pro reo citato admittitur, vt voluerunt *glo. Hoſtien. Abb. antiq.& Butr. in d.cap.veniens 15.de accuſ. Iodoc. in pract.cap.24.num.2. Menoch.de arbitr.in d.lib.1. quaſt.80.num.118.& ſeq.& num.191.* vbi hanc limitationem ampliat, vt ibi per eum, *& Farinac. de var.ac diuer.quaſt.d.quaſt.99.num.101.* vbi alios dat concordantes.

10 Limita quartò in perſonis Illuſtribus, puta Epiſcopis & ſimilibus, quos audiri per procuratorem ſiue accuſent, ſiue accuſentur ſuadetur ex tex. *in l. fin.C.de iniur.* tradunt *glo. Zaba. Aret. Abb. Mari. Suec.& Bern. in d.cap.veniens 15.de accuſ. Ant.Gomez.var.reſol. tom.3.cap.1.num.15. Gabr.commun. concl.de maleſ.concl.9.num.52. Andr. Gail. de pace pub.d.cap.10.num.14. Peregr. Ianni.inter conſ.Farinac.conſ.83.num.4.lib.1.& Farinacc.* qui alios dat concordantes quamplures, *de var. ac diuer. quaſt. d.quaſt.99.num.105.& ſeq* vbi ſubiungit quod d. priuilegium Illuſtrium Perſonarum receſſit ab aula, pro vt dicit etiam *Canal.in ſpec.comm.contra comm.quaſt.237.num.2.*

11 Limita quintò d. concluſionem, vt non habeat locum in procuratore comparente pro aliquo bannito, qui vult ſibi cancellari bannum, ſeù condemnationem, eò quia occidit alium bannitum, ſeù habet nominationem ab aliquo, qui occidit bannitum, ſeù quia habebat gratiam ei conceſſam à Principe, quia tunc bannitus non tenetur perſonaliter comparere, ſed id poteſt facere per procuratorem, cum id concernat publicam vtilitatem, vt banniti extirpentur, vt tradunt *Nell.de bann.in 2.par.2.temp.quaſt.68. Caph. conſ.73.num.71 & ſeq.lib.1. Farinacc.de var.ac diuer.quaſt.d. quaſt. 99.num.129.& ſeq.* vbi dicit, ſecùs eſſe in Statu Eccleſiaſtico in eo qui vult cancellari bannum vigore gratiæ, quem dicit nõ audiri, niſi ſit in carceribus conſtitutus vigore Bullæ Pij IV. cum quibus pertranſeunt *Clar.in pra S.§.fin.q.32.n.19.* vbi dicit hoc non ſeruari Mediolani, & *Baiar. ad Clar.d.q.32.nu. 52. Engen.conſ.22.n.87.lib.1. Berbaz.conſ.223.n.10 lib.2. Vinc.de Franch.deciſ.276.n.2.& P.Graſſet.de nece prodit.in addit.num.57.* vbi dicit, ita conſuluiſſe *D. Petrum Franc. Paſſerini Parmen. in ſuo reſp.impreſſo Placentiæ de anno 1660.* vbi plures dat concordantes, & quod admittatur procurator ad allegandum occiſum potuiſſe impunè occidi, vti bannitum, quando de banno conſtat notoriè alias ſecùs latè ſcribit idem, *Farinac.in d.quaſt.99. num.190.& ſeq.*

12 Limita ſextò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando procurator comparet ad allegandum exceptiones crimen non tangentes, quia tunc venit admittendus, ſecùs ſi proponat exceptiones delictum tangentes, vt voluerunt *Zaba. Abb. Aret. & Maria.Soc.in d.cap. veniens 15.de accuſat. Boſſ. in pract.in tit. An in crim.iudic.nu.16. Clar. in dict. quaſt.32.ver. pariter etiam &c. Andr. Gail. de pace publ.lib.1.cap.10.num.56. Farinacc.de var.ac diuer. crim.d.quaſt.99.num.211.& ſeq.* vbi plures ſubnectit limitationes.

13 Limita ſeptimò d. concluſionem, vt non habeat locum in procuratore opponente exceptiones declinatorias ſeù dilatorias, quas vti crimen non tangentes procuratorem allegare poſſe voluerunt, *glo. Hoſti. Zaba. Ioan. Butr. Ancar. Abb. Anan.& Mari. Soc.in d.cap.veniens 15.de accuſ. Boſſ. in pract. in d. tit. An in crim.iudic.nu.16. Clar. in pract.in d.quaſt. 32.num.18. Andr.Gail.de pace pub.d.cap.10.nu.16. Menoch.de arbitr.lib.1.quaſt.80.num. 75.* latè *Farinac.de var.ac diuer.quaſt.d.quaſt.99.num.214.& ſeq.* vbi alios dat concordantes, quamplures, & extendit, vt per procuratorem poſſit dari de incompetentia iudicis, & de illius inhabilitate, vt ibi per eum benè declarantem, *& Card. Tuſc. pract. concl.litera P.d.concl.818.num.65.& ſeq.*

14 Limita octauò d. concluſionem, vt non habeat locum in caſibus in quibus de iure communi, vel vigore Statuti abſens poteſt condemnari, in quibus poſſe interuenire procuratorem, licèt cauſa eſſet capitalis voluerunt ex modernioribus, *Boſſ. in pract.in d.tit. An in crim.iudic.num.8. in fin.* vbi de communi, *Vivi. opin.649.num.3.* vbi pariter de communi, *Menoch.de arbitr.d.lib.1.quaſt.80.num. 90.& 96.* qui tamen intelligit, quando pœna eſt à relegatione infra *Andr.Gail.de pace publ.d.cap.10. num.15. Fachin.contr.iur.lib.1.cap.24.* & alij plures quos refert *Farinac.de var.ac diuer. quaſt. d.quaſt. 99.nu.223.& 224.* & in hanc opinionem inclinat, *Caſtac.d.contr.488.num.1.& ſeq.*

15 Contrariam tamen opinionem, imò procuratorem non admitti, etiamſi reus vigore ſtatuti, vel iuris communis abſens poſſit damnari tenuerunt *Gabr.com.concl.de maleſ.concl.9.n.34.& ſeq.* vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione, *Alex.conſ.116.num.1.et 18.lib.2.* qui pariter hanc dicit magis communem opinionem, *Clar.in pract.d.q.32.n.11.* vbi dicit, hanc opinionem magis communem eſſe, & in pratica ſeruatam, & quod alias deſtrueretur concluſio ſupradicta, & quod ita eſt tenendum *Scacc.de iudic.lib.1.cap.101. num.44.*

num. 4. vbi dicit, quod ita ſemper ſeruauit, & ſeruari vidit, *Bertaz. conſ.* 422. *num.* 12. *lib.* 2. vbi de communi, & hanc opinionem vt in practica ſeruatam eſſe ſequendam dicit *Farin. de var. ac diuer. quæſt. d. quæſt.* 99. *num.* 225. *& ſeq.* vbi quamplures adducit ita ſententiam, & *Adden. ad conſ. Ayolæ int. conſ. Far. conſ.* 35. *litt. A. lib.* 1. *ver. Contrarium &c.*

16 Limita nono d. concluſionem, quod licèt in cauſis capitalibus, & relegatione ſupra non admittatur procurator, admittitur tamen defenſor, inſtructor innocentiæ, & excuſator maximè quando reus potest, vel de iure, vel ex Statuto abſens condemnari, ſic Iudex nedum parte inſtante, ſed etiam ex officio teneatur rei innocentiam perquirere, vt docuerunt *Mari. Soc. in conſ. poſitu poſt Ant. de Conarida excuſat. per tot.* vbi dicit, ita obtinuiſſe in quatuor cauſis capitalibus, vt ibi per eum, *Conrad. in pract. in tit. de comparit. inquiſ. num.* 6. *ſimil.* 2. vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione, plenè *Rolan. conſ.* 47. *per tot. lib.* 3. vbi hanc opinionem comprobat, & adducit quamplures concordantes de magis communi opinione teſtantes, & contrarijs reſpondet, *Bertaz. conſ.* 303. *num.* 1. *& ſeq. lib.* 2. vbi teſtatur de communiori ſententia, *Vulpel. conſ.* 57. *num.* 1. vbi pariter teſtatur de magis communi opinione, *Cauall. in ſpecul. comm. contra comm. quæſt.* 237. *num.* 1. *&* 6. *& quæſt.* 289. vbi dicit ab hac opinione vt communi in practica non eſſe recedendum, plenè *Farin. conſ.* 35. *num.* 4. *&* 5. *lib.* 1. *& ibi Adden. & de var. ac diuer. quæſt. d. quæſt.* 99. *num.* 230. *& ſeq.* vbi quamplures adducit concordantes, & dicit hanc opinionem rationabiliorem, & magis communem eſſe, & quemlibet admitti etiam ſinè mandato & ſatiſdatione, vt ibi per eum, quam opinionem tenent etiam *Cartar. de execut. ſent. capt. bann. in præfat. num.* 36. *& ſeq. Adden. ad d. conſ. Ayolæ* 35. *litt. C.* vbi plenè *Ciriac. d. contron.* 488. *num.* 1. *& ſeq.* latè comprobans, *& Vermigl. conſ.* 26. *num.* 3.

17 Licèt contrarium, imò neque defenſorem, nec inſtructorem innocentiæ eſſe admittendum pro reo citato in publicis, & capitalibus iudicijs tenuerint *Blanc. in pract. §. verum quia &c. num.* 56. *& ſeq.* latè comprobans *Clar. in pract. § fin. quæſt.* 39. *num.* 2. *ante fin.* vbi dicit contrariam opinionem receſſiſſe ab aula, & quod Mediolani non ſeruatur, *& Montical. reg. crim.* 13. *num.* 42. *& ſeq.* contra quos adeſt magis communis, & practicata opinio, de qua ſupra excepta cauſa hæreſis, in qua nemò admittitur *Far. de hæreſi q.* 185. *n.* 99. *Carrer. d. p.* 3. *tit.* 11. *n.* 58.

18 Amplia d. nonam limitationem adeò eſſe veram quod ſi excuſator, vel inſtructor, ſeu defenſor ad aures Iudicis, ſeu in cedula nominauerit teſtes de facti veritate informatos ad rei abſentis innocentiam detegendam cum inſtructione, ſuper quibus illi examinandi ſint, Iudex debeat illos examinare, & rei veritatem perquirere, ad quod tenetur etiam ex officio, alias teneatur in ſindicatu, niſi tamen adeſſet aliqua ſuſpicio fraudis, vel colluſionis inter comparentem, & citatum, vel alias aſſiſtes, vt examinarentur teſtes ſuſpecti, quod Iudicis arbitrio remittitur, quia tunc excuſator eſſet reijciendus, vt declarant *Boſſ. in pract. in d. tit. An in crim. iudic. num.* 8. *Adden. ad d. conſ. Ayolæ* 35. *litt. D. Farinac. in d. quæſt.* 99. *num.* 231. *& ſeq.* vbi dat concordantes, & præcipuè *num.* 238. *& ſeq. & Ciriac. d. contron.* 488. *num.* 18. *& ſeq.*

19 Limita decimò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando agitur de delicto, quod affert dedecorem familiæ, vt ſi agatur de pingendo aliquem capite inuerſo ob fracturam pacis in loco publico, quia tunc non prohibentur conſanguinei, & alij de familia comparere, & pro abſente citato d. de cauſa exceptiones proponere, & illum tueri à d. pœna etiam Statuto cõtrarium mandante vt poſt *Iaſ. conſ.* 144. *num.* 2. *lib.* 2. *& Ruin. conſ.* 9. *num.* 9. *lib.* 5. per eum relatos tradit *Guazzin. defen.* 33. *cap.* 26. *num.* 7. vbi dicit ita paſſim in *Sacra Conſulta* obſeruari, & ita ipſum pluriès obtinuiſſe, & poſt *Bertaz. conſ.* 208. *&* 216. *lib.* 2. per eum pariter relatos idem tenet *Farinac. conſ.* 150. *num.* 4. *&* 5. *lib.* 2 maximè quando exceptiones propoſitæ nõ requirunt altiorem indaginem, vt ibi per eum, & dixi etiam ſupra in verb. *Pax Reſolut.* 16. *per tot.*

20 Sublimita primò d. limitationes, vt non habeant locum quando Statutum, ſeu Conſtitutio mandaret expreſsè inquiſitum non audiri per extraneum comparentem etiam in caſibus à iure permiſſis niſi reo in carceribus conſtituto, cum d. Statuta ſint valida, & impediunt procuratorem admitti, vt not. *Menoch. de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 80. *per tot. Bertaz. ad Clar. quæſt.* 33. *num.* 2. *& Farinac. de var. ac diuer. quæſt. d. quæſt.* 99. *num.* 261. vbi dicit, ſimilia Statuta adeſſe Ferrariæ, Bononiæ, Florentiæ, Statu Mediolani, in Regno Franciæ, & Neapolis, & Statu Eccleſiaſtico adeſſe *Bullam Iulij II.* confirmatum *per Pium IV.* vt ibi per eum.

21 Declara d. ſublimitationem, vt non habeat locum in defenſore, & inſtructore innocentiæ, qui non videtur repellendus, etiam ſtante d. Statuto, & Conſtitutionem prohibentem procuratorem admitti in criminalibus, vt voluerunt *Boſſ. in pract. in d. tit. An in crim. iudon.* 8. *ver. & ſi caſus &c.* benè comprobans *Rolan. d. conſ.* 47. *per tot. lib.* 3. *Menoc. de arbitr. d. lib.* 1. *quæſt.* 80. *num.* 58. *in fin. Bertaz. d. conſ.* 303. *num.* 5. *& ſeq. & conſ.* 314. *num.* 4. *lib.* 2. vbi dicit, ita vidiſſe quandoque practicari, *Cartar. de execut. ſent. capt. bann. in præfat. nu.* 41. *& Farinac. de var. ac diuer. quæſt. d. quæſt.* 99. *num.* 262. *& ſeq. & num.* 265. *&* 267. vbi dicit, quod ipſe ſemper admitteret excuſatorem ceſſante fraude, iuxta dicta *ſupra num.* 16. non obſtante Statuto contrarium mandante, & alias dat limitationes, quod adhuc procurator dare poſſit de incompetentia Iudicis, quod non repellatur pater pro filio comparens pro ſuo intereſſe *vt num.* 163. neque allegans cauſas abſentiæ, & impedimenti inquiſiti, & alias, quas vide ibi per eum.

22 Licèt contrarium tenuerint, *Dec. Gabr. Montic.* & alij relati *per Farin. in d. quæſt.* 99. *n.* 263. *&* 266.

23 Sublimita ſecundò d. limitationes, vt procurator nunquam admittatur pro reo ſinè præſente

ſinè

ſiuè abſente in tribus caſibus, nempè ad conteſtationem litis ſeù ad alium actum, in quo reus reſpondere debet, ad actum torturæ, & ad ſententiã, quæ non contra procuratorem, ſed contra reum dirigetur, vt declarant *Bald. in l. reos 3. num. 17. & 21.* & ibi etiam *Ang. C. de accuſ. Boſſ. in pract. in d. tit. An in crim. iud. n. 9. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 32. num. 15. Scac. de iudic. lib. 1. cap. 101. num. 34. in prin. & Farinac. de var. ac diu. quæſt. d. quæſt. 99. nu. 139.* vbi alios dat concordantes quamplures, & dicit ab hac opinione, vti magis communiter receptà non eſſe recedendum, *& num. 167.* vbi loquitur etiam in patre comparente pro filio, vt ibi per eum.

24 Quando verò admittentur pro reo citato abſente comparentes pro eorum intereſſe, puta, pater pro filio, dominus pro ſeruo, maritus pro vxore, Abbas pro Monaco, Epiſcopus pro Clerico, Dominus pro vaſallo, Vniuerſitas pro Ciue, & ſimile latè differit *Farinac. de var. ac diu. quæſt. d. quæſt. 99. num. 154. & ſeq. et num. 163.* vbi plura ponit in hac materia, quæ longum eſſet recenſere, *Mari. Ant. reſ. 3 n. 3. lib. 1. Allen ad d. conſ. Ayola 15. litera E. Cartar. de pœn. innoc. art. 7. nu. 1. & ſeq.* & dixi ego ſupra in ver. *Legitima Reſolut. 2. per tot.* vbi vide.

SVMMARIVM.

1 *Procurator, ſiuè alias admittitur ad allegandam cauſam abſentia, vel alterius impedimenti rei inquiſiti.*

Etiam ſtante ſtatuto, quod poſt bannum non admittatur aliqua defenſio, num. 2.

Ac etiam ſine mandato, num. 3.

Declara, vt num. 4. et 5.

Et abſque vlla ſatiſdatione, num. 6.

Ita vt Iudex debeat ſuperſedere aſſignando terminum ad perquirendum, certiorandum, & conducendum, num. 7.

Quod habet locum ſi cauſa allegata ſunt iuſta, alias ſecùs, num. 8.

Si tamen impedimentum non fuit allegatum proceſſus valebit, ſecùs ſi illud fuit allegatũ, n. 9.

Licet contrarium teneant aliqui, num. 10.

Allegans verò abſentiam, tenetur illam probare, ſeù offerre illam, vel aliud impedimentum probaturum, num. 11.

Licèt aliud ſeruetur in practica, num. 12.

13 *Cauſa excuſantes reum ad comparendum in iudicio plures recenſentur.*

14 *Procurator, quando admittatur ad dicendum de nullitate ſententiæ remiſſiuè.*

RESOLVTIO II.

Procurator, ſiue illius an admittatur ad allegandam cauſam abſentia, vel alterius impedimenti rei inquiſiti.

1 PRocurator, ſeù quilibet alius admittitur ad allegandum abſentiæ cauſam, vel alterius impedimenti rei inquiſiti etiam quod cauſa ſit capitalis, & abſens poſſit damnari, & ſic ad reum à contumacia excuſandum *l. pen. §. ad crimen, & ibi gloſ. Bart. Albert. Ang. Imol. Rub. Alex. & alij ff. de pub. iudi. gloſ. Innoc. Hoſti. Zabar. Ancar. Abb. Anan. Mari. Socc. & Bero. in cap. veniens 15. de accuſ. Nouell. ad deſen. in prin. num. 9. & 10. Corrad. in pract. in tit. de compar. inqui. nu. 6. in 5. limit. Clar. in prac. §. fin. quæſt. 32. num. 11.* vbi dicit, hanc eſſe receptiſſimam opinionem *et nu. 16 Menoch. de arb. lib. 1. quæſt. 80. num. 48. et ſeq. & num. 98. Vulpell. conſ. 57. num. 2.* planè *Farinac. de inquiſ. quæſt. 11. num. 50. & ſeq.* vbi refert cauſas, & impedimenta excuſantia reum ad comparendum, *& num. 59.* & latiùs *de var. ac diu. quæſt. quæſt. 99. num. 276. & ſeq.* vbi alios dat concordantes quamplures, *& in tract. de hæreſi quæſt. 185. num. 101. Guazz. deſen. 12 cap. 1. num. 6. et Ciriac. d. contro. 488. num. 27. et ſeq.* nec non *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit 9. num. 70. & ſeq. et tit. 11. num. 53.* vbi alios addncit ita ſentientes, & loquitur in cauſa hæreſis.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locũ etiam ſi ſtatutum diceret, quod lapſo termino banni non recipiatur aliqua defenſio, vt poſt *Rube. Alex. Mari. Soc. Menoch. e Baiar.* per eum adductos firmat *Farinac. de var. ac diu. quæſt. d. quæſt. 99. num. 289. & ſeq.* vbi refert *Monticel.* contrarium ſentientem, & idem tenet *Guazz. d. deſen. 12. cap. 1. num. 10. ver. ſi verò per Statutum &c.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt quilibet admittetur ad allegandum cauſam abſentiæ, vel alterius impedimenti pro reo abſente citato etiam ſinè mandato, vt voluerunt *Innoc. Henr. Butch. Anan. et Zaber. in d. cap. veniens 15 de accuſ. Clar. in prac. in d. quæſt. 33. num. 4. Menoch. de arbitr. d. lib. 1. quæſt. 80. num. 52.* vbi teſtatur de receptiſſima opinione, *Cartar. de execut. ſent. capt. bann. in præfat. num. 37.* qui loquitur in excuſatore, *Farinac. de inquiſ. dict. quæſt. 11 num. 52.* vbi hanc dicit communem opinionem, *& de var. ac diu. quæſt. d. quæſt. 99. nu. 278.* vbi dat concordantes. *Coſta remed. ſubſid. 79. nu. 4. Mari. Ant. reſol. 3. num. 1. lib. 3. Guazz. in d. deſenſ. 12. cap. 1. num. 6. Calui de aquit. lib. 1. cap. 60. num. 8. & ſeq. & Zuff. ad Conſtit. Barbar. num. 190.*

4 Declara d. ſecundam ampliationem, vt habeat locum in comparente ad allegandum cauſas abſentiæ neceſſarias, quæ impediunt reum venire ſiue velit, ſiuè nolit, pro vt eſt longinqua abſentia, infirmitas, carceratio & ſimil. ſecùs tamen eſt quò ad cauſas abſentiæ probabiles, puta, ſuſpecti itineris, loci non tuti, inſidiarum inimicorum, & ſimil. quibus reus poteſt renunciare, & non vti, quas comparens pro reo non poteſt allegare ſinè mandato, maximè ſi cauſæ ſint non facti, ſed iuris, puta, quod Iudex non eſt competens, niſi tamen d. cauſæ paterent ex actis, & eſſent notoriæ, vel illas allegans vellet ſatiſdare, quia illas Iudex tenetur admittere ex officio, vt declarant *Mari. Soc. in d. cap. veniens num. 158 & ſeq. Corrad. in pract. de comparit. inqui. nu. 6. limit. 12. Menoch. de arbitr. d. lib. 1. quæſt. 80. num. 49. 50. & ſeq. Farinac. de var. ac*

diuer.

diuer.quaſt.d.quaſt.99.nu.280. & *ſeq* vbi alios dat concordantes, *Guazz.d.defen 12. cap.1. num.7.* & *ſequen.* qui benè decclarant, & *Htero, de Feder, reſol, 34. num. 6,*

5 Licèt contrarium, quod imò etiam cauſas abſentiæ probabiles poſſit comparens deducere ſinè mandato voluerunt *Bald.in l.pen §.ad crimen num, 25.ff.de pub.iudic.* benè comprobans, *Clar.in prac. d.quaſt.33.num,3.* & *4.* vbi dicit, hanc opinionem ei magis placere, vti magis æquam, *Coſta d.remed. 79.num.4.* concurrentibus aliquibus requiſitis, de quibus ibi per eum, à qua opinione non videtur diſſentire *Farinac.d.quaſt.99.num.281.* & *Guazz.d. defen.12. cap.1. num.7. ver, ſed circa* &*c.* vbi decit hanc opinionem veram, & magis æquam, vt ibi per eum alios, ita ſentientes adducentem.

6 Amplia tertiè d.concluſionem, vt allegans cauſas abſentiæ, & impedimenti neceſſarij non teneatur ſatiſdare, nec de rato, nec de iudicio ſiſti, nec de iudicatum ſoluendo, neque de repræſentando, vt tradunt *Boſſ.in pract.in tit. An in crimen indic, num.11.in fin.Clar.in pract.in d.quaſt.13.num.4.Farinac.de var.ac diuer.quaſt.d.quaſt.99. num.285.* & *ſeq.* vbi alios dat concordantes, qui teſtatur de cõmuni opinione, & dicit, ad allegandum d. cauſas admitti etiam eos, qui non poſſunt eſſe procuratores, puta, minores, mulieres, infames, & ſimiles, cum quibus pertranſeunt *Coſta d. remed. ſubſid.79. num.2.Guazz. d. defen.12. cap.1.num,9.* & *10.* vbi alios adducit ita ſentientes quamplures, *et Adden. ad Farinac.conſ.86, litera C. lib.1.* vbi plenè.

7 Amplia quartò d. concluſionem, vt ſtante allegatione abſentiæ, ſeù alterius impedimenti Iudex debeat in cauſa ſuperſedere, & proceſſum, ac ſententiam differre aſſignando terminum competentem ad perquirendum, certiorandum, & præſentandum abſentem, præcipuè ſi petatur, aliàs proceſſus eſt nullus, vel ſaltem ope reſtitutionis reſcindendus *d.l.pen. §.ad crimen, et ibi not. Ang. Imol. Fulgo.Rube. Alex.et alij ff.de publ.iudi.Clar.in prac. § fin.quaſt.34.nu.1.et ſeq. Bajar. ad Clar.in d.quaſt, 34.num.2.* plenè *Farinac.de inquiſ. quaſt.11.nu.52. et ſeq.et de var. ac diu.quaſt.d.quaſt.99.num.292.* & *ſeq.* vbi quamplures adducit ita ſentientes, & dicit, d. terminum eſſe aſſignandum longiorem, ſeù breuiorem Iudicis arbitrio attenta diſtantia inquiſiti, & regulariter ad rationem 20. milliarij pro qualibet die, vt ibi per eum, *Coſta d.remed.ſubſid. 79.num.6,* vbi dicit, quod ſi fuit allegatum impedimentum proceſſus eſt nullus, ſi vero non eſt allegatum datur reſtitutio in integrum, vt ibi per eũ, & *Guazz.d.defen.12.cap.1.num.11.* & d.terminum eſſe aſſignandum comparenti pro reo citato voluit etiam *Zuff.ad Conſtit.Barbar. num.189.*

8 Declara d. quartam ampliationem, vt habeat locum, quando cauſæ abſentiæ, & impedimenti ſunt iuſtæ, quia tunc oppoſitæ operantur d. effectum nullitatis proceſſus, ſeù reſtitutionis in integrum, alias secùs, vt not. *Ant. de Ceuar.de excuſ. part.2. num.7.Maſc.de prob. concl.8.num. 7. et ſeq. lib.1. Farinac.de inquiſ.d.quaſt.11.num.50.et ſeq.* & *de var.ac diu.quaſt.d.quaſt.99.num. 295.* vbi alios dat concordantes, & *num. 296* vbi ampliat, hoc eò magis procedere, quando cauſa eſſet procurata, vt ibi per eum docentem, quando cauſa dicatur procurata, & *Guazz.d.defen.12. cap.1.num. 14. et ſeq.* vbi dicit, quænam ſint iuſtæ cauſæ remitti arbitrio Iudicis, vt ibi per eum.

9 Declara ſecundò dict. quartam ampliationem, vt habeat locum, quando abſentia rei citati, ſeù aliud illius impedimentum fuit Iudici allegatum, & deductum, ſeù illud erat notorium, quia tunc ſi Iudex eo non attento ad vlteriora procedat, proceſſus eſt nullus, ſecùs tamen eſt ſi illud non fuit allegatum quia tunc Iudex de illo potuerit prætendere ignorantiam, proceſſus valebit, cum vt impedito iùs ſaluum ſit requiratur proteſtatio, vt voluerunt *Pariſ.conſ.124.num.9. lib.1.Soc.Iun.conſ.104.n.26. lib.3. Menoch.conſ.100.nu.118.lib.1.Suarez in com. opin.in ver.Impeditus num.14.Vant.de nullit. in tit. de nullit. ex defect.iuriſd.nu.161. et ſeq. Rolan.conſ. 68.num.21.lib.2.* & ita ſupponit *Clar.in pract.§.fin. quaſt. 34.per tot.Farinac. conſ.17. nu.29.* vbi teſtatur de communi opinione *lib.1. Cartar. de execut. ſent.cap.bann.cap fin. num.266. et ſeq.* vbi requirit allegationem impedimenti, & oblationem ad illud probandum, *et Ciriac.contro.214. num.21.*

10 Contrarium tamen, quod etiamſi non fuerit allegatum impedimentum, ſi reus fuerit captus, conſtito de illo, quod ſit in executione ſententiæ ſuperſedendum, & reum reſtituendum ſaltem conſulto Principe tenet, & latè comprobat idem *Farinac. de inquiſ.d quaſt 11.num.60 ver.quibus tamen* &*c.* vbi dicit, ita per Iudicem eſſe omninò ſeruandum, quem ſequitur *Guazz.d.def.12. cap.1.n.20.ver.ſed modernas* &*c.* & in impedimento proueniente aliter, quam ex perſona Iudicis, quod non ſit neceſſaria proteſtatio ex *Caph.conſ.708.num 51.lib.3.* per eum adducto firmat *Ill.Sperel.deciſ.85.n.22.par.1.*

11 Declara tertiò d. quartam ampliationem, vt allegans abſentiam inquiſiti, vel aliud impedimentũ ad effectum impediendi proceſſum ad vlteriora, & obtinendi terminum ad perquirendum, certiorandum, & conducendum teneatur illam probare, vel ſaltem offerre, ſe probaturum, vt tradunt *Ant. de Ceuar.de excuſ. par.2. num.14.* vbi puro Impreſſoris vitio ſunt appoſita verba, *faciendo fidem de citatione,* dum debet dicere *faciendo fidem de abſentia,* vt clarè colligitur ex dictis per eum ſupra, *n.12.* ad quæ ſe refert, *Clar. in pract.§.fin.quaſt.34. num 2.et 3.Menoch.de arbitr.lib.1 quaſt.80. nu.49. Cartar.de execut ſent capt.bann.cap.fin.num.266.et ſeq.Guazz.defen.12.cap.1.nu.12.et Farinac.de var. ac diu.quaſt.d.quaſt.99.num.299* vbi dicit idem eſſe quò ad effectum annullandi proceſſum, vel obtinendi reſtitutionem contra ſententiam latam, & plures dat concordantes, & dicit abſentiam probari per famam, per diligentias faciendas per Nuncium, & quandoque requiri plenam, & quandoque ſemiplenam illius probationem Iudicis arbitrio, vt ibi per eum, à quo non diſcedit *Guazz. d.cap.1.nu. 13.* benè declarans.

12 Licèt

12 Licèt in practica ſeruari, quod allegata ſimpliciter abſentia per quemcumq; abſq; alia probatione illius, Iudex concedat terminum ad perquirendum, certiorandum, & conducendum reliquum *Bajar. ad Clar. d. quaſt. 34. num. 8.* a quo non recedit *Farinac.* maximè præſtito iuramento per allegantem *in d. quaſt. 99. nu. 299. ver. Imò ſecundum*, pro vt etiam ego pluriés ita ſeruaui, & ſeruari vidi in pluribus Ciuitatibus Status Vrbini in cauſis grauibus, & capitalibus.

13 Declara poſtremò d. quartam ampliationem, quod plures ſunt cauſæ, & impedimenta, quæ excuſant reum citatum a comparendo in iudicio, & quæ poſſunt pro eo ab excuſatore allegari, & præcipue ſunt abſentia inquiſiti, infirmitas eiuſdem, quam aliqui extendunt etiam ad infirmitatem parentum, vxoris, & filiorum, carceratio, locus non tutus, præcipuè ob inimicitias, vel ob malam aeris intemperiem, incompetentiæ Iudicis, minæ Iudicis nimis ſeueri, & ſoliti de facto procedere, & aliæ, quæ recenſentur *per Farinac. de inquiſ. d. qu. 11. num. 52. & ſeq. per Guazz. defen. 6. cap. 1. num. 7. et ſeq. et d. defen. 12. cap. 1. per tot. per Ciriac. d. contro. 488. nu. 27. & ſeq.* & ante eos *per Clar. in pract. d. quaſt. 32. et 34.* qui plura tradunt de hac materia, cum nobis ſufficiant principaliora, & frequentiora iudicaſſe.

14 Quando verò procurator admittatur ad dicendum de nullitate ſententiæ, ſcribunt *Farin. & alij apud eum conſ. 85. & conſ. 86. ferè per tot. & ibi Adden lib. 1.* vbi plenè *Guazz. & Doct. ab eo citati d. defen. 12. cap. 1. num. 51. & Ciriac. d. contro. 488. num. 37. & pluribus ſequen.*

PROVOCATIO.

SVMMARIVM.

1 *Procatio facit, quod offendens, ſeù occidens prouocantem, non puniatur pœna ordinaria.*

2 *Cum prouocatus delinquendo non dicatur in culpa, ſed in dolo, num. 2.*

3 *Et in dubio præſumatur feciſſe animo ſe defendendi, num. 3.*

4 *Etiamſi non occidat prouocantē, ſed tertium, n. 4.*

5 *Et ſufficit omnis leuis prouocatio ad illum excuſandum, num. 5.*

6 *Ac etiamſi prouocatus offendat, ſeù occidat ex interuallo, num. 6.*

7 *Quod declara, vt num. 7.*

8 *Prouocatus dicitur offendere ex noua cauſa, non ex antiqua, num. 8.*

9 *Prouocator ſi occidat prouocatum ab eo in rixa poſitus in periculo, non excuſatur.*

RESOLVTIO I.

Prouocatio an excuſet occidentem prouocantem a pœna ordinaria.

1 PRouocatio operatur, quod offendens, ſeù occidens prouocantem non puniatur pœna ordinaria homicidij, ſed extraordinaria tantùm, & mitiori Iudicis arbitrio, etiam quod non feceris ad neceſſariam defenſionem, ad tex. *in l. qui cum maior. 14. §. ſi libertus in fin. ff. de bon. liber.* & tradunt *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 3. num. 33. Boſſi. in pract. in tit. de homic. num. 58. & ſeq. Clar. in pract. §. fin. quaſt. 60. num. 14. Bertaz. conſ. 413. num. 1. & conſ. 434. num. 1. et ſeq. lib. 2.* vbi dicit, quod in d. caſu non imponatur pœna corporalis, *Ciriac. contro. 136. num. 40. Farinac. de pœn. temp. quaſt. 91. num. 7.* vbi dat concordantes, *& de homic. quaſt. 125. num. 399. & 400.* vbi dicit ab hac opinione vt communiter recepta non eſſe recedendum in practica reprobando *Bajar.* contrarium tenentem in loco per eum adducto, *& conſ. 2. ferè per tot. lib. 1. & conſ. 187. num. 4. lib. 2. Caball. reſol. crim. caſu 144. nu. 19. cent. 2. et de omn. gen. homic. num. 105. 111. 127. & 136. Guazz. defen. 29. cap. 4. num. 33.* plenè *Adden. ad Farinac. conſ. 07. litera D. lib. 1. et Com. Andreol. contro. 434. num. 7.* vbi dat concordantes, & dixi ſupra in ver. Iracundia, *Reſol. vni. num. 4.*

2 Prouocatus enim delinquendo non dicitur in dolo, ſed in culpa, *Crispol. caſu mihi 19. num. 28.* & ſic non de dolo pœna ordinaria, ſed de culpa pœna extraordinaria puniri debet *Marſil. in pract. §. Quoniam num. 6. & ſeq. Tiraq. de pœn. temp. cauſa 1. num. 6. Nouell. ad defen. in princ. num. 29. Maſc. de probat. concl. 467. num. 19. lib. 1. et Farinac. de pœn. temp. d. q. 91. n. 8.* vbi alias adducit rationes, *et d. conſ. 2. nu. 10.* & dixi ſupra in ver. *Homicidium Reſolut. 3. num. 3.* & prouocantem cum armis ſi remaneat occiſus à ſua temeritate dici occiſum, dicit nouiſſimè doctiſſimus I. C. *Paul. Rube. de valid. legal. cap. 41. num. 86.*

3 Amplia primò d. concluſionem, quod prouocatus, ſi prouocatem percutiat, vel occidat in dubio præſumitur id feciſſe animo ſe defendendi, non autem ad vindictam, vt not. *Marſil. in pract. §. quoniam num. 70. Clar. in pract. §. fin. quaſt. 60. num. 14. Rim. iun. conſ. 360. num. 60. lib. 4. Mago. deciſ. Lucen. 56. num. 5.* quos vnà cum alijs pluribus refert, & ſequitur *Farinac. de homic. d. quaſt. 125. num. 434. et conſ. 2. num. 7. et conſ. 35. n. 21. lib. 1. Adden. ad Farin. conſ. 35. litera H.* vbi teſtatur de communi opinione, licèt poſtea diſtinguant, vt ibi per eos, *Caball. de omn. gen. homicid. num. 105. in fin. & Vermigl. conſ. 126. num. 2.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt prouocatus excuſetur a pœna ordinaria homicidij non ſolùm, quando occidit prouocantem, ſed etiam ſi occidat tertium, qui eum non offendit, nec rixæ cauſam dedit, cum delictum commiſſum calore iracundiæ, quæ etiam ortum habuit aliundè, quam ab eo, quem offendit, ſi iuſta cauſa, quod mitius puniatur ad tex. *in l. lex iulia. 7. in fin. ff. ad leg. iul. repet.* & tradunt *Marſil. in pract. §. quoniam nu. 64. Tiraq. de pœn. temper. cauſ. 1. num. 10. Boſſi. in prac. in tit. de homic. num. 58. et ſeq. Thob. Noni. conſ. 309. nu. 1.* quos vnà cum alijs pluribus refert, & ſequitur *Farinac. in conſ. 2. num. 5. et num. 18. Merlin. Pignatell. contron. forenſ. cap. 66. num. 24. cent. 1.*

5 Amplia

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt omnis leuis prouocatio excuſet à dolo, & ſic à pœna ordinaria ad tex. *in leg. igitur 12. §. 1. ff de liber. cau.* & not. *Marſil. in conſ. 2. num. 14. & conſ. 21. num. 5. et conſ. 51. num. 28. & conſ. 128. nu. 33.* latè *Caball. de omn. gen. homic. n. 110. & Guazz. d. defen. 29. cap. 4. nu. 33. ver. et omnis &c.*

6 Amplia quartò d. concluſionem, vt habeat locum non ſolùm in prouocato offendente, ſeù occidente prouocantem in continenti, ſed etiam ſi id faciat ex interuallo, qui adhuc excuſari debet ratione præcedentis prouocationis à pœna ordinaria; vt voluerunt *Gram. deciſ. 5. per tot.* vbi dicit, ita in illo Senatu fuiſſe deciſum, *& deciſ. 21. per tot. Bertaz. conſ. 206. nu. 1. et ſeq. & ibi Adden. et conſ. 356. num. 9. et conſ. 433. et conſ. 434.* vbi alios dat concordantes *lib. 2. Baiar. ad Clar. in §. homicidium num. 112. et quæſt. 60. num. 69.* in quibus locis ſequitur *Gram. & Bertaz.* in locis proximè adductis, quam ampliationem ſequuntur alij Doctores quos refert *Farinac. conſ. 141. num. 18. lib. 2.*

7 Declara d. quartam ampliationem, vt habeat locum, quando prouocatus offendit prouocantem ex interuallo poſt prouocationem durante tamen dolore, & ira cauſata ex offenſione antequam diuertat ad extranea actus, quia tunc prouocato offendenti etiam ex interuallo pœna eſt minuenda, ſecùs tamen eſt ſi prouocatus offendat ex interuallo poſt prouocationem, poſtquam ceſſauit ira, & dolor, & ipſe ad extraneos diuertit actus, quia tunc à pœna ordinaria non eſt recedendum, alias daretur via offenſis ſe vlciſcendi propria authoritate, & homicidia ſic remanerent impunita, cum nullum ferè detur homicidium, quod aliquam cauſam prouocationis non habeat, vt declarat, & probat *Farinac. de homic. d. quæſt. 125. num. 403.* vbi dicit, quod ita practicatur, & reprobat *Bertaz.* contrarium tenentem in loco ſupra adducto dicens Doctores ab eo adductos non facere ad propoſitum, de cuius opinione dubitat etiam *Baiar. ad Clar. d. quæſt. 60. num 69.* & idem tradit ipſemet *Farinac. in conſ. 141. num. 19. & ſeq.* vbi reſpondet Doctoribus contrarium tenentibus *lib. 2.* & dicit, contrariam opinionem non eſſe veram, & ita eſſe tenendum, prout tenet etiam *Franc. Corona in voto inſerto poſt caſu milit. 12. Criſpol. num. 16. ver. contraria &c.* & dixi ſupra in ver. *Iracundia Reſol. vni num. 11. et 12.* vbi addidi, ad hoc cognoſcendum plurimum poſſe Iudicis prudentis arbitrium.

8 Amplia quintò d. concluſionem, vt prouocatus offendendo prouocantem dicatur offendiſſe ex noua cauſa, & non ex antiqua, ita vt dici non poſſit fractor pacis, vt not. *Herculan. de caut. de non offend. cap. 34. num. 18. Vulpell. de pace quæſt. 48. num. 2. & 7. Philip. de Vbal. conſ. 153. num. 2. inter conſ. crim. diuer. lib. 1. Surd. deciſ. 79. in princ. Farin. conſ. 67. num. 5. lib 1.* & admittit *Guazz. de pace par. 1. quæſt. 43. num. 9.* vbi plures dat concordantes;

9 Declara principalem concluſionem, quod prouocator ſi in rixa poſitus poſtea ſit in diſcrimine vitæ à prouocato, & illum occidat, non poteſt excuſari à pœna ordinaria, dicendo id feciſſe ex cauſa defenſionis, cum ipſe vti prouocator dederit cauſam rixæ, & fuerit cauſa delicti ſubſequuti, itaut non poſſit allegare occidiſſe ex cauſa defenſionis ad tex. *in l. quoniam multa 6. C. ad leg. Iul. de vi publ.* & tradunt *Boſſi. in pract. in tit. de homic. nu. 74. et num. 92. et ſeq. Baiar. ad Clar. in §. homicidium nu. 78. Vulpell. conſ. 119. in prin.* latè *Caball. de omn. gen. homic. num. 112 et ſeq. Farinac. de homic. quæſt. 125. num. 118.* vbi quamplures dat concordantes; *Andr. Gail. de pace publ. lib. 1. cap. 16. num. 17.* plenè *Guazz. defen. 29. cap. 4. num. 34.* qui pariter plures adducit, ita ſententes, & benè comprobat, & dixi latius infra in ver. *Rixa Reſol. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Prouocatio probatur præſumptionibus, & coniecturis.*

Et prouocator dicitur, qui alium, tàm facto, quàm verbis ad iram incitat, num. 2.

Et qui primò incipit verbis, ex quibus deuenitur ad rixam, num. 3.

Et qui in alium profert verba minatoria, nu. 4.

Et qui profert verba, ſuperba, & inurbana, num. 5.

Et qui primò rixam incipit, num. 6.

Nec non, qui prius arma capit, et illa euaginat, num 7.

Et qui prius admenauit, & percutit, num. 8.

RESOLVTIO II.

Prouocatio an probetur præſumptionibus, & coniecturis.

1 PRouocatio probatur præſumptionibus, & coniecturis, vt tradunt *Alber. in l. 1. §. cum arietes num. 5. ff ſi quadr. paup feciſ. dica. Boer. deciſ. 237. nu. 1. Vulpel. conſ 7. num. 12. & conſ. 86. n. 1. & conſ. 112. num. 24. Menoch. de arbit. caſu 336. num. 1. Maſc. de prob. concl. 1251. num. 1. lib. 3. et Farinac. de homic. quæſt. 125. num. 503. & conſ. 121. num. 32. et conſ. 142 num. 6. lib. 2.*

2 Amplia primò d. concluſionem declaratiuè, vt prouocator dicatur qui alium nedum facto, ſed etiam verbis ad iram incitat, vt not. *Aret. conſ 33. in fin. Cran. conſ. 119. num. 11. Farinac. conſ. 35. n. 14. & 24. & conſ. 67. num. 4. in fin. lib. 1. & de homic. quæſt. 123. num. 408.* vbi declarat, dummodo ira ſit iuſta, alias ſecùs, *Maſc. de prob. concl. 1251. n. 4. lib. 3 & Giurba conſ. 63. num. 6.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt prouocator eò magis dicatur, qui primò incipit verbis ex quibus deuenitur ad rixam, quæ ſunt iniurioſa, & punibilia, vt tradunt *Maſc. de prob. d. concl. 1251. n. 2. et num. 5.* vbi requirit verba offenſiua, *Gram. deciſ. 37. num. 5. Bertaz. conſ. 1. num. 4. & ſeq. & conſ. 201 num. 1. & 2. et conſ. 88. num. 1. & ſeq. & conſ. 135. num. 1.*

num.1.et ſeq.lib.1 et conſ.307.in prin.et conſ 349. num 1.et conſ.307 in prin.& conſ 358 nu 2.lib.2. Rimin.Iun.conſ.359.num.12.lib 4.Nouel.ad defen.in prin num. 20 quos referendo ſequitur *Farinac. de homic d quaeſt 125.num.508.et 510.*vbi videtur requirere quod verba prolata ſint punibilia, quod eſt contra primam ampliationem, in quibus dicitur ſufficere, illa eſſe prouocatiua ad iram, & contra dicta in ſubampliat. ſeq.

4 Subamplia primò d. ſecundam ampliationem, vt prouocator dicatur, qui profert in alium verba minatoria, vt voluerunt *Aug. ad Ang.de maleſ.in ver.et d.Titius ſe defendendo nu.27. et ſeq. Bertaz. d.conſ.1 num.4.et ſeq. Maſc.de probat. d.conſ.1251. num 2.et Farinac.de homic. d. quaeſt.125. num.459.* vbi plures dat concordantes, *et num.* 512. & ante eum *Vulpell conſ.118 num.20.*

5 Subamplia ſecundò d.ſecundam ampliationem, vt habeat locum etiã in eo qui in alium profert verba, ſuperba quia is dicitur prouocator, vt tradũt *Crau. d. conſ.119.num.12.Vulpell. conſ.56.num.6.* vbi de proferente verba inurbana, videlicet interroganti de nocte *Chi vala*, reſpondeat, *Che hai tu che fare chi ia mi ſia? Rim Iun.conſ.359.num.31.lib.4.*vbi de eo, qui dixit, *Cha guardi tù? et Farin.de homic. d.quaeſt. 125. nu. 511.* & faciunt notata *per Guazz. de pace par.1 quaeſt 44. num.25.*

6 Amplia tertiò generaliter, vt prouocator dicatur, qui primò rixam incipit, & à quo incipit malitia, vt docent *Bald.in l.1.num.15.in fin.C.vnde vi Crau.conſ 11.num.12.Nouell.ad defen.in prin.num.* 20 *Ludou.deciſ Lucen.16.num.3. Farinac.de homic. d.quaeſt.125.num.104.& ſeq.* vbi alios dat concordantes *et num 522.et ſeq.* vbi dicit, quod prouocator dicitur, qui rixae cauſam dat, & qui fuit cauſa rixae, vt ibi per eum.

7 Subamplia primò d.tertiam ampliationem declaratiuè, quod qui prius arma capit, & eò magis, qui illa euaginat dicatur rixae author, & prouocator, vt not. *Capoll.conſ crim.28.num 8.et conſ 29. num.4.& 16.Io.de Amic.conſ.23.ſub num.1.Vulpell. conſ.36.num.2. Bertaz.d. conſ.1. num.5. et ſeq.et d. conſ.307.num 4 et d.conſ.350.num.5.et 8.et d.conſ. 358..num.2.Rim Iun.d.conſ.359.num.30.* vbi de capiente lapides, *Nouel. ad defen. in princ.num.20. Maſc.de probat.concl.1131. num.27.et concl.1133. in fin.lib.3 et Farinac.de homic.d.quaeſt.125.n.514.* vbi alios adducit ita ſentientes, & dicit, contrariam *Bologn.* opinionem non eſſe veram.

8 Subamplia ſecundò d. tertiam ampliationem, vt eò magis habeat locum in eo qui prius admenauit, & percuſſit, quem alio non apparente praeſumi prouocatorem tradunt *Marſil.in pract.§ quoniam num.70.Bertaz.conſ.125.num.4.et d.conſ.307.nu.4. et 5.Hond conſ.99.num.30.lib.1. et Farinac. conſ.6. num.26.lib.1.& de homic.* reprobans pariter *Bolognet.* in loco per eum adducto *d.quaeſt.125.nu.519. et ſeq.* vbi dat concordantes, & facit generalem concluſionem quod prouocator dicitur qui dat operam rei illicitae, vt ibi per eum.

ADDITIO.

N.2. VBi habetur, quod prouocatio probatur praeſumptionibus, & coniecturis adde *Vermigl.conſ.126. num.6.* Et prouocationem probari ex eo, quod quis vtitur verbis iniurioſis idem *Vermigl. conſ.67.nu.8. & conſ. 71. num.3. & conſ.126.num.1.* & prouocator praeſumitur qui erat magis aſſociatus idem *Vermigl.d. conſ.126.nu.8.* qui *num. 7.* dicit prouocationem praeſumi ratione loci, vt ibi per eum.

QVALITAS.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas paenam inducens eſt probanda per fiſcum, vt ſequi poſſit condemnatio.*

Ita vt ſi Statutum imponat paenam cum aliqua qualitate pena non eſt locus, niſi probata qualitate, num. 2.

Et idem eſt in qualitate tribuente iuriſdictionem. quae eſt probanda, num. 3.

Et non ſufficit ad probandam qualitatem ficta rei confeſſio, num. 4.

Et eò magis eſt probanda, quando illa delictum aggrauat, num. 5.

Et ſi plures requirantur qualitates omnes ſunt probandae, num 6.

Et ſunt probandae planè, & non praeſumptiuè, num. 7.

Exemplifica in pena delationis piſtolarũ, in quo debet conſtare de breuitate menſura, num. 8.

RESOLVTIO VNICA

Qualitas paenam inducens an ſit probanda per fiſcum, vt ſequi poſſit condemnatio.

1 QValitas poenam inducens pro parte fiſci, vel accuſatoris debet probari, vt poſſit ſequi condemnatio, ad tex. *in l 1. §. quod autem, & ibi Bart.ff. ne quid in flum.publ.* & tradunt *Ant. Gomez var. reſol.tom 3. cap.9.nu.12* circa medium, late comprobans, *Caball.reſol.crim. caſu 121.num.2. cent 2.* vbi plures dat concordantes, *Felic. allegat.169.nu.3.par.2. Farinac.conſ 81. num.1.in fin.& conſ.89.num.7. lib.1.Graſſ.de except. except.2.nu.3.& ſeq.Guazz.defenſ.4.cap.8.num.3. Gimba conſ.10.num.24.et conſ.63.num.12.*vbi plures adducit ita ſentientes, *Merlin.Pignatell.contr. foren. cap.47.num.12.cent.1.Maſſin.de confiſc.bono. quaeſt.31.num.139.*

Quando enim qualitas eſt cauſa alicuius effectus non ſufficit adeſſe factum, niſi adſit illa qualitas, *gloſ. et Ang in l.cum actum 18.ff.de negot. geſt.Bald.in l. matrem 17.num.2.& ibi Adden.C.de prob.Hier. de Tort.conſ vnic.poſt conſ.Butr.num.2.Graſſ.de except. 2 num. 6.* qui alios dat concordantes, nouiſſimè *Paul.Rub.de validit. legal.cap.46.num.40*

2 Amplia primò d. concluſionem illatiuè, quod ſi

Statu-

Statutum, vel Coſtitutio imponat aliquam pœnã in aliquo caſu cum aliqua qualitate, condemnatio ſequi non poſſit, niſi probata, & verificata prius d. qualitate à Statuto requiſita, vt not. *Graſſ. de except. d. except. 2. num. 3. & ſeq. Giurb. d. conſ. 10. nu. 23. & ſeq. & d. conſ. 63. num. 12. et conſ. 93. num 11. et conſ 99. num. 8. Farinac. conſ. 10. num. 23. & ſeq. et conſ. 24. num. 14. et conſ. 37. num. 2 & conſ. 62. n. 7. et conſ. 65. num. 4. et conſ. 102. num. 31. lib. 1. Cyriac. contro. 216. num. 17. et contro. 313. num. 4. & contro. 356. num. 9. Domin. Philippuc. Aduoc. Macerat. apud Maſſin. de confiſc. bon. quæſt. 31. nu. 139. & Vermigl. conſ. 115. num. 5. et conſ 270. num. 8.* & generaliter dixi ego *allegat. foren. 37 num. 28. et alleg. 70. n. 33.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem pariter illatiuè, vt habeat etiam in qualitate tribuente iuriſdictionem, de qua antequam Iudex procedat conſtare debet, vt tradunt *Card. Alban. conſ. 14. num. 13. Ludo. deciſ. Lucen. 52. num. 27 par. 1. Auguſt. Lazari. inter conſ. Farinac. conſ. 10. num. 26.* idem *Farinac. conſ. 37. num. 1. & num. 11. et conſ. 76. num. 4. conſ. 89. ſub num. 7.* vbi dat concordantes *lib. 1. et conſ. 125. num 18. & conſ. 168. num. 8.* vbi dicit illam eſſe concludenter probandam, *& num. 14. et ſeq. lib. 2. Illuſtris. Sperell. deciſ. 101. num. 13.* vbi diſtinguit quo ad modum probandi in iudicio præparatorio, & in iudicio principali, *et num. 21. & deciſ. 149. num. 3. part. 2.*

4 Amplia tertiò d. concluſionem, vt ad probandã d. qualitatem non ſufficiat ficta inquiſiti confeſſio, vt poſt *Foller. in pract. in 4. par. 3. par. prin. in gloſ & ſi confitebuntur, num. 9. & 62. & Grat. diſcep. foren. cap. 619. num. 18. & ſeq. par. 4.* per eum relatos ſcribit *Giurba d. conſ. 10. ſub num. 24.* nec non *Guazzin. d. defen. 4. cap. 8. num. 3.*

5 Amplia quartò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum quando qualitas delictum aggrauat illudque in aliam ſpeciem atrociorem mutat, vt voluerunt *Bart. in l. ſi quis poſthumos 9. §. 1. & ibi Iaſ. num. 51. ff. de libe. & poſth. Menoch. conſ. 35. num. 13. lib. 1. Surd. conſ. 33. num. 3. et conſ. 131. num. 25. lib. 1. et conſ. 179. num. 40. lib. 2. Bertaz. conſ. 50. num. 5. & 6. et conſ. 196. num. 2. lib 1.* quos refert, & ſequitur *Giurb. d. conſ. 10. ſub num. 24.* & ſcripſit etiam *Illu. Sperell. deciſ. 102. n. 11. par. 2 & Merlin. Pignatell. contro. foren. d. cap. 47. num. 11. cent. 1.*

6 Amplia quintò d. concluſionem, quod ſi plures requirantur à Statuto qualitates omnes ſint probandæ, ita vt vna non probata Statuti diſpoſitioni non ſit locus, ad tex. *in l. 4. §. prætor ait ff. de damn. infect. et in l. ſi heredi plures 5. ff. de condit. Inſtit.* & tradunt *Decia conſ. 70. num. 20. lib. 2. Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ 8. par. 9. n 25. Surd. conſ. 499. in prin. lib. 4. Rim. iun. conſ. 600. num. 10. lib. 5.* plenè *Giurb. conſ. 77 in prin.* vbi alios dat concordantes; *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 85. ver. vbi ergitur &c. Farinac. conſ. 65. num. 4. et conſ. 81. num. 16. in fin. lib. 1.*

7 Amplia ſextò d. concluſionem, vt qualitates à Statuto, ſeù Conſtitutione requiſitæ, vt ſit locus Statuto ſint plenè, & concludenter probandæ, non autem per præſumptiones, & coniecturas, vt docent *Auguſt. Lazari. inter conſ. Farinac. conſ 10. nu. 23. & 24. lib. 1.* idem *Farinac. conſ. 37. num. 10. & conſ. 33. num. 13. & 14. & conſ. 76. num. 4. et conſ. 89. ſub num. 7. lib. 1.* plenè *Illuſtriſs Sperell. deciſ. 101. num. 21. et ſeq. par. 2.* vbi alios dat concordantes quamplures *Cyriac. contro. 345. num 5. Rota deciſ. 469. n. 2. par. 3. & deciſ. 128. n. 49. par. 4. rec. tom. 2.*

8 Amplia ſeptimò d. concluſionem illatiuè, quod vt ſit locus pœnæ delationis paruorum archibuſiorum, quæ dicuntur *Piſtole corte* ſeù *Mazzagatti* requiritur, quod pro parte fiſci ſit concludenter probata paruitas menſuræ à Bullis Summ. Pontificum requiſita, hoc eſt illa eſſe breuiora duorum palmorum de canna, vti qualitas à Bullis requiſita, vt probant *Guazz. de conſ. bon. concl. 13. ampl. 88. n. 15. & ſeq et deſen. 4. cap. 8. num. 3.* vbi dicit idem eſſe in cultello breuiori tribus palmis, *Farinac. de var. ac diuer. crim. quæſt. 108. num. 54. et ſeq. Maſſin. de confiſc. bonor. quæſt. 8. num. 18. & ſeq. et Com. Andreol. contro. 426. num. 2. &* ego dixi latiùs ſupra in ver. *Arma Reſolut. 13. per tot.*

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod qualitates aggrauantes delictum debent probari plenè, non autem per præſumptiones adde. Quæ concluſio non procedit in ſtatu eccleſiaſtico, in quo vigore *Bullarum Apoſtolicarum* ſufficit, conſtare de d. qualitatibus per coniecturas ad condemnãdum reum in contumacia, vt declarat *Farinac. de inquiſ. quæſt. 11. ſub num. 63. & conſ. 205. num. 35. lib. 3.*

RECOGNITIO.

SVMMARIVM.

1 *Recognitio rei furatæ, & ſimilis eſt facienda re poſita inter plures.*

Inquiſita etiam recognitio eſt facienda eo poſito inter plures, num 2.

Et teſtes facientes recognitionem examinandi ſunt ſeparatè, num. 3.

Et inquiſitus recognoſcendus, è eum qualitatibus, quas habent alij ſimiles, num. 4.

Si vero teſtis in recognitione tangat alium Inquiſito prodeſt, num. 5.

6 *Cadauer non eſt recognoſcendum inter plura.*

7 *Recognitio perſonarum quomodo facienda ſit in ciuilibus remiſſiuè.*

RESOLVTIO I.

Recognitio rei furatæ, & ſimilis an ſit facienda inter plures.

1 REcognitio rei furatæ, ſcripturarum, & ſimilium non debet fieri per teſtes, vt dicitur ad oculum, ſed eſt facienda repoſita inter plura ſimiles ad fugiendum periculum ſubornationis, & ſuggeſtionis, ita vt aliter facta non va-
2 leat, vt tradunt *Guazz. defenſ. 17. cap. vlt. num. 21.*

Vermigl.

Vermigl. conſ. 234. num 7. & Poſti, de manuten. obſeru. 94. num. 14. et Doctores in ſeq. ampliatione adducti.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locũ etiam in recognitione inquiſiti, quando teſtes dicunt illum non cognoſcere, niſi de facie, de veſtimentis, & ſimilibus, quæ non eſt facienda ad oculum, vt ſupra, ſed eo poſito inter plures veſtitu, ſtatura, & facie magis ſimiles, qui haberi poſſint, vt cū tetur ſuſpicio ſubornationis, & ſuggeſtionis, alias eſt nulla, & inquiſito non præiudicat, vt docent *Clar. in pract. § fin. quaſt. 45. ver. ſed in propoſito & c. Folier. in pract. crim. in ver. cupiat informationē num. 46 Farinat. de inquiſ. quaſt. 11. num. 25. Guazz. defen. 20 cap. 21. n. 9. et in tract. de pace par. 1. q. 23. in fin. Scac. de iudic. lib. 1. cap. 86. n. 59. et ſeq. Ambr. in pror. inſor. lib. 2. cap. 9. nu.* 28 vbi docet modum faciendi d. recognitionem, *Cartar. in pract. inter. reo lib. 3. cap. 3. num. 33. et de execut. ſent. capt. bann. cap. 2. nu. 39.* vbi loquitur de recognitione banniti, *Criſpol. caſu milit. 14. num. 18.* & d. recognitionem facienda eſſe per ſimulam oſtij reo poſito inter plures m . . officio dicit *Curena de Offic. S. Inquiſ. part. 3. tit. 7. auher* 31., & nouiſſime ſcripſit *Zuff. ne legitim. proceſ. quaſt. 133. numer. 3. & quaſt. 135. num. 4.*

3 Declara primò d. concluſionem, vnà cum ampliatione ſeq. quod teſtes vocare pro recognitione facienda non ſint examinandi in ſimul, ſed ſeparatè quilibet de per ſe, & vnus poſt alium, cum teſtes debeant ſecretò deponere, ita vt nemo ſciat depoſitionem alterius, vt declarant *Scac. de iudic. d. lib. 1. cap. 86. num. 60. Guazz. defen. 20. cap. 20. n. 4. Caball. reſol. crim. caſu 270. num. 4. cent. 3. & Zuff. de legit. proc. quaſt. 33. per totam*, & in materia confrontationem tradunt *Cartar. idem Scac. Guazz. et Ambr.* relati ſupra in ver. *Confrontatio, Reſol. 2. num. 4.* & de teſtibus examinatis turmatim dicam infra in ver. *Teſtis Reſolut. . . per tot.*

4 Declara ſecundò d. concluſionem, vna pariter cum ampliatione ſeq. quod in d. recognitione inquiſiti facienda non eſt, adducendus ipſe inquiſitus cum compedibus, & manicis ferreis; & alij cum ipſo adducti, & appoſiti diſſoluti, & ſine illis quia ſic daretur teſtibus occaſio diuinandi, quis nam ex eis eſſet reus, & eſſet quædam tacita ſuggeſtio, & ideò tam inquiſitus, quàm d. ſimiles, inter quos reus eſt appoſitus debent ſtare omnes cum manicis ferreis, & compedibus, vel omnes ſine illis, vt benè declarat *Scac. de iudic. d. lib. 1. cap. 85. n. 59.* cum quo ſentit etiam *Guazz. defen. 20. cap. 20. nu* 2. vbi ſubiungit, quod d. apponendi cum reo non debent eſſe noti teſtibus reum recognoſcentibus, vt ibi per eum, & ſecundum prædicta ego pluriès ſeruaui, & à practicis Iudicibus ſeruari vidi.

5 Declara tertiò d. concluſionem vnà cum d. ampliatione ſeq. quod ſi teſtis pro recognitione vocatus tangat alium, quam ipſum reum, vel alium dicat eſſe qui delinquit, & non ipſum reum, eius depoſitio non ſolùm non afficit ipſum reum, ſed potius illum excuſat, cum appareat inquiſitum non eſſe illum, qui imputatur de delicto, vt aduertunt *Scac. de iudic. d. lib. 1. cap. 86. nu. 67. ver. ex hoc &c. et Guazz. d. defen. 20. cap. 20. nu. 3.* vbi dicunt, quod Iudex debet curare d. teſtem varijs interrogatorijs inuoluere ad conijciendum, an ſit ſubornatus, cum quibus pertranſit *Zuff. de legit. proc. d. quaſt. 135. nu. 5. & 6.* vbi dicit, quod ſi reus inſtet, quod Iudex teſtibus oſtendat alium, ſed non ipſum reum, ad fallendum teſtes, Iudex id non debeat facere per r . tionem per eum adductam.

6 Declara poſtremò d. concluſionem cum d. ampliat. ſeq. vt non habeat locum in recognitione cadaueris, quod non eſt neceſſe, quod ponatur inter alia cadauera, & ſine oſtenſione ad oculum, cum in ea non procedatur, ita cautè, ſicut in recognitione inquiſiti, vel banniti, vt docent *Scac. de iudic. d. lib. 1. cap. 97 num. 175. in fin. & Adden. ad Ambr. in proc. inform. lib. 6 cap. 2 in fine.*

7 Quomodo verò ſit facienda recognitio perſonarum litigantium in ciuilibus docet *Farinac. de teſti. quaſt. 71. num. 38.* ipſum conſulas.

ADDITIO.

N. 2. VBi habetur, quod recognitio rei eſt facienda inter plures adde *Scialo.* qui loquitur in confrontatione *in prax. torq. reor. cap. 6 num. 32. et ſeq.* vbi benè docet modum practicandi d. recognitionem admonendo Iudicem, ne permittat ante recognitionem oſtendi Teſti reum, quem debet recognoſcere ad fugiendam ſuggeſtionem, prout loquitur etiam *Zuff. in loco hic addu in.*

SVMMARIVM.

1 *Recognitio cadaueris facienda eſt per teſtes aſſerentes vidiſſe hominem mortuum, cum deſcriptione vulnerum, & alijs de quibus ibi.*

Ita vt ſi cadauer ſit ſepultum Iudex poſſit illud effodi facere, num. 2.

Epiſcopus verò non tenetur licentia exhumandi concedere niſi ſuo arbitrio, num 3.

Quicquid contrarium tenuerit Genuen. *relatus num. 4.*

Quæ recognitio non eſt facienda in Eccleſia, nec in Cameterio, ſed cadauer eſt aliò exportandum, num. 5.

RESOLVTIO II.

Recognitio cadaueris an ſit facienda per teſtes aſſerentes vidiſſe hominem mortuum cum deſcriptione vulnerum.

1 REcognitio cadaueris, vt Iudex valeat procedere contra delinquentem, eſt facienda per teſtes, qui deponant vidiſſe hominem mortuum cum deſcriptione vulnerum illatorum, & cum ſpecificatione nominis, & cognominis illius, ſi mortuus erat in loco notus, ita vt non ſufficiat ſola recognitio facta per

per Notarium quod appellatur *Viſum*, *& repertum*, vt tradunt *Follor, in pract. in ver. capiat informationem num. 3 et 4. Scac. de iudic. lib. 1. cap. 83. num. 14.* vbi dicit, quod ita ſeruatur in practica, *Farinac. de inquiſ. quaeſt. 2. num. 4. Guazzin. defen. 4. cap. 2 num. 11 et num. 21. in fin. Vermigl. conſ. 11. nu. 16. & 20.* & dixi latiùs ſupra in ver. *Corpus delicti Reſol. 3. num 2. & Reſol. 4. per tot.*

De corpore enim delicti ante omnia cōſtare debere, vt Iudex procedere valeat cōtra aliquem ſuper crimine, eſt vulgatum axioma ad tex. *in l. 1. §. item illud ff. ad Sillan.* & tradunt *Clar, Farinac, Guazzin, Giurba Caball. Ambr. Caren, Vermigl. Ciriac. et Illuſtriſſ. Sperell,* in locis relati ſupra in ver. *Corpus delicti Reſolut. 1. in prin.*

2 Amplia primò d. concluſionem, adeò eſſe verā, vt ſi cadauer fuerit ſepultum, Iudex pro habenda illius recognitione poſſit cum licentia Epiſcopi illud effodi facere, vt docent *Clar in pract. §. fin. qu. 55. ver. quomodo autem &c. Baiar. ad Clar. q. 4. num. 4.* vbi dicit vidiſſe pluriès fieri ſimiles exhumationes, maximè in Alma Vrbe, *Farinac. de inquiſ. q. 2 nu. 5. Scac. de iudic. lib. 1. cap. 83. n. 11. & ſeq. Guazz. defen. 4. cap. 2. num. 9. et Ambr. in proc. inform. lib. 1. cap. 1. num. 27.* & admittit *Genuen. in pract. Archiep. Neapol. cap. 42. num. 10.* vbi dicit, Iudicem laicum facientem exhumari cadauer ſinè licentia Epiſcopi, vti exercentem iuriſdictionem in Eccleſia debere excommunicari, vt ibi per eum, nec non *Mari. Ant. var reſol. lib. 1. Reſol. vlt. caſu 23. num. 1. in fin.* vbi dicit, ſecùs fuiſſe reſolutum quò ad faciendam anotomiam, vt ibi per eum.

3 Declara d. ampliationem, quod Epiſcopus requiſitus pro conceſſione licentiæ exhumandi cadauer non teneatur illam concedere, ſed id ſit remiſſum eius arbitrio, cum ex eius paſtorali arbitrio cognoſcere poſſit, aliquando id non expedire, vt tradit *Illuſtriſ. Sperell. deciſ. 51 num. 17. par. 1.* & fuit reſolutum *in Sac. Congregat. 2. Maij 1629.* quam reſolutionem refert ipſemet *Sperell. in* loco proximè adducto.

4 Licèt contrarium, imò teneri Epiſcopum d. licentiam neceſſariò concedere ſcripſerit *Genuen. in pract. Archiep. Neapol. cap. 42. num. 10.* quem cautè legendum dicit *Sperell.* vbi ſupra.

5 Declara ſecundò d. ampliationem, quod recognitio cadaueris exhumati non ſit facienda in Eccleſia, nec in Cæmeterio, ſed illud ſit aliò exportandum, cum ea, quæ ad cædis cognitionem pertinent, à ſacris locis reijciantur, vt ſtatuit *S. Carolus Boromeus in Conſil. Prouinc. Mediol. tit. 5. de Eccleſ. et eorum cult.* quod refert *Genuen. in d. prac. cap. 42. num. 10.* & illud ſequitur *Illuſtriſſ. Sperel. d. deciſ 51. num. 17. par. 1.* volens neque id fieri poſſe de licentia Epiſcopi, quicquid ſit quò ad alia loca non ſacra, ſed immunia, vt ibi per eum, & ita ſenſit *Sac. Congreg.* relata per eum *in d. deciſ. 51. n. 18.* addo *Zuffi. ad Conſtit. Barbar, n. 48.* & ſi facies ſit deuaſtata, ita vt non poſſit recognoſci, quomodo ſit agendum docet *Caball. reſ. crim. caſu 270. n. 7. cent. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Bannitus in contumacia, ſi ad manus Curiæ perueniat, antequam ſententia contra eum exequatur debet eius perſona recognoſci.*

Maximè ſi in loco reperiantur plures eiuſdem nominis, & cognominis, num. 2.

Et quando in banno fuit erratum in nomine, cognomine, vel patria, num. 3.

Et quando bannitus non fuit condemnatus nominatim, ſed per ſigna, num. 4.

Quæ recognitio eſt facienda per banniti confeſſionem dicētis eſſe illū, qui eſt nominatus in ſententia, n. 5.

Sufficere tamen conſtare de nomine, & cognomine tenent alij, num. 6.

7 *Recognitio banniti negantis eſſe illum comprahenſum in ſententia, eſt facienda per teſtes idoneos,*

Qui debent deponere, eſſe illum, qui eſt nominatus in ſententia, num. 8.

Et ſunt examinandi ſeparatè, & reo poſito inter plures, num. 9.

Et ſi reus neget, & teſtes non adſint, deueniatur contra eum ad torturam, num. 10.

Præcedentibus tamen indicijs, de quibus ibi, & non aliter, num. 11.

12 *Recognitione facta de bannito, Iudex pronunciat eſſe illum comprahenſum in ſententia.*

13 *Recognitionis banniti practica recēſetur remiſſiuè.*

RESOLVTIO III.

Bannitus in contumacia ſi ad manus Curiæ deueniat, an debeat prius recognoſci ante ſententiæ executionem.

1 BAnnitus in contumaciam in pœnam vitæ, ſeù in aliam pœnam citra mortē, ſi ad ad manus Curiæ peruenerit ſinè intra annum, ſiuè poſt annum condemnationis, non poteſt ſtatim morti tradi, neq; alia pena poteſt contra eū exequi, niſi prius facta fuerit per Iudicem recognitio perſonæ illius, ad hoc vt conſtet quod ſit ilemet, qui in ſententia eſt nominatus, vt tradunt *Clar. in prac. § fin. q. 96. ver. quæro nunquid &c. Farinac. de inqui. q 11. n. 21.* vbi alios dat concordantes, & dicit, hanc eſſe antiquam, & modernam obſeruantiā Tribunalium, *Cartar. de exec. ſent. capt. bann. cap. 2. n. 2 et ſeq.* vbi quamplures adducit ita ſentientes, & diſſerit quid dicendū, quando reus traditur Curiæ ſæculari ob crimen hæreſis *Cabal. reſ crim. caſu 270. n. 1. & ſeq. cent. 3.* latè comprobans, *Scac. de iudic. lib. 1. cap. 97. n. 163. et ſeq.* vbi dicit, bannitum captum non poſſe retardare d. recognitionem ſub prætextu, quod prius cognoſcatur, an adſint indicia, nec ne, vt ibi per eum, qui plures allegat concordantes, *Ambr. in proc. infor. lib. 6. cap. 1. in prin.* & admittit *Zuff. de legit. proc. crim. quaeſt. 149. in prin, & quaeſt. 159. pariter in princ.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando in eodem loco, in quo bannitus, ſeù condemnatus ortus eſt, ſeù domicilium cōtraxit, vel deliquit aderant plures eiuſdem nominis, & cognominis, quò vocatur condemnatus,

quia

quia tunc eò magis, vt dixi requiritur ipſius banniti, ſeu condemnati recognitio, vt recipietur Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 11. num. 23. vbi dicit non requiri in d. caſu, quod bannitus in recognitione fateatur delictum commiſiſſe, ſed tantùm illum eſſe in ſententia nominatum, vt ibi per eum teſtatur de veriori opinione, Scac. de iudic. lib. 1. cap. 97. nu. 167. Cartar. de execut. ſent. capt. bann. cap. 2. nu. 10. & ſeq. & Ambr. in proc. inform. lib. 6. cap. 1. num. 8. qui alios dat concordantes.

8 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt pariter eò magis habeat locum, & recognitio banniti, ſeu condemnati ſit neceſſaria, quando in inquiſitione, ſeu banno contra bannitum fuit erratum in nomine, cognomine, patria, & ſimilibus, vt not. Farin. de inquiſ. d. quæſt. 11. num. 22. Clar. in pract. § fin. q. 31. ver. contra, & adverſus &c. Cartar. de execut. ſent. capt. bann. d. cap. 2. nu. 7. & ſeq. vbi plures adducit ita ſentientes, Scac. de iudic. d. lib. 1. quæſt. 97. n. 166. & num. 171. qui pariter alios plures dat concordantes, et Ambr. in proc. inform. d. lib. 1. cap. 1. num. 7.

9 Amplia tertiò d. concluſionem, vt pariter eò magis recognitio banniti, ſeu condemnati neceſſaria ſit, quando ille non fuit condemnatus nominatim, ſed per ſignà, puta, cum deſcriptione ſtaturæ, barbæ, capillorum, veſtimentorum, & ſimilium, vt tradunt Farinac. de inquiſ. quæſt. 2. num. 10. ver ſublimitando &c. Cartar. de execut. ſent. cap. ban. d. cap. 2 nu. 4. & 5. Scac. de iudic. d. lib. 1 cap. 97. nu. 165. et nu. 172. ver. contrarium, & Ambroſ. in proc. inform. d. lib. 6. cap. 1. num. 6 & dixi ſupra in ver. Confrontatio Reſolut. 1. num. 4.

5 Amplia quartò d. concluſionem declaratiuè, quod d. recognitio banniti, ſeu condemnati facienda ſit per eiuſdem banniti, ſeu condemnati confeſſionem dicentis ſe eſſe eiuſdem nominis, & cognominis, prout eſt ille nominatus in ſententia, & quod in loco nemo aliùs eſt, qui noceret d. nomine, & cognomine, & pariter, quod eſt ille idem, qui de delicto arguitur, & qui eſt deſcriptus in banno, vt declarant Boſſi. in pract. in tit. banni, quid amit. num. 18. vbi dicit quod illa eſt veritas, Clar. in pract. §. final. quæſt. 96. ver. quæro nunc quid Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 11. num. 21. vbi quamplures adducit ita ſentientes, & dicit, hanc eſſe antiquam, & modernam Tribunalium practicam, & num. 24. ver. imò &c. vbi teſtatur de cõmuni opinione Cartar. de execut. ſent. capt. bann. d. cap. 2. num. 15. & plur. ſeq. Rolan. conſ. 60. nu. 26 lib 2. vbi dicit, ita pluriès practicaſſe, & ita ſeruari à bonis Aſſeſſoribus, vt ibi per eũ, Caball. reſol crim. caſu 170. in prin. cent. 3. & Ambr. in proc. inform. d. lib. 6. cap. 1. num. 2. & ſeq.

6 Quicquid contrarium, imò ſufficere apparere eum vocari eodem nomine, & cognomine, & non conſtare, alium reperiri eiuſdem nominis, & cognominis voluerint Alex. ad Bart. in l. Diuus 6. nu. 5. ff. de cuſto. reo. & Falin. in cap. cum Ioannes 10. num. 9. de fide inſtr. cum quibus pertranſit Scac. de iudic. d. cap. 97. num. 170. & ſeq. vbi diſtinguit duos caſus, et num. 175. quos reprobat Farinac. vbi ſupra, d. num. 24. vbi dicit à contraria opinione non eſſe recedendum, & docet, in d. caſu eſſe condemnatiorem bannitum capto exhibendam, & ei legendam, & poſtea eſſe interrogandum, an ſit ille met, qui eſt deſcriptus in ea, vt ibi per eum.

7 Declara d. quartam ampliationem, quod ſi bannitus, vel condemnatus neget eſſe illum, qui eſt deſcriptus in banno, vel condemnatione, vt ſententia contra illum exequi valeat, eſt omnino facienda recognitio de illius perſona per teſtes idoneos, & omni exceptione maiores, cum agatur de vita hominis, vt tradunt Foller. in pract. in ver. Capitis ſori iudicatis ſub n. 1. Farinac. de inquiſ. d. quæſt. 11. num 25. vbi alios plures adducit ita ſentientes, Cartar. de execut ſent. capt. bann. cap. 2. num. 34. & ſeq. Scac. de iudic. lib. 1. cap. 97. nu. 168. & ſeq. et nu. 175 ante fin. Ambr. in proc infor. lib. 6. cap. 2. in prin. & Adden. ad eundem lib. 6 cap. 1. num. 4. ver. quarta concluſio &c. addo Caball. reſol. crim. caſu 270. n. 2. cent. 3 vbi alios adducit ita ſentientes.

8 Subdeclara d. declarationem, vt teſtes recognoſcentes bannitum, ſeu condemnatum, vt ſupra non ſolum debeant eſſe idonei, & omni exceptione maiores, ſed etiam debent illum recognoſcere per nomen, & cognomen, & vlterius addere, eſſe illum met, qui de delicto arguitur, & qui eſt nominatus in ſententia, cum poſſent eſſe alij eiuſdem nominis, & cognominis, vt docent Cartar. de execut ſent. capt. bann. d. cap 2. num. 34. et ſeq. Farin. de inquiſ. d. quæſt. 11. num. 25. in fin. & Ambroſ. in proc. inform. d. lib. 6. cap. 2. num. 1. et 2. nec non Caball. reſol. crim. d. caſu 270. num. 2. & 3. & ſenſit etiam Scac. de iudic. d. cap. 97. ſub num. 175.

9 Subdeclara ſecundo d. declarationem, vt teſtes recognoſcentes bannitum, ſeu condemnatum, examinari debeant non ſummatim, & infimul, ſed ſingulariter vnu poſt alium, & poſito bannito inter plures magis ſimiles, qui haberi poſſit, non autem ad occulos, vt euitetur periculum fabricandi falſum, vt not. Caball. reſol. crim. d. caſu 270. num. 4. & dixi latius ſupra Reſol. 1. num. 2. & 3. quæ hic breuitatis gratia non repeto.

10 Subdeclara tertio d. declarationem, quod ſi bannitus, vel condemnatus neget eſſe illum, qui eſt deſcriptus in banno, & ſententia, & deficiant teſtes, qui illum recognoſcant, poteſt Iudex contra illum deuenire ad torturam ad effectum habendi confeſſionem ſuper identitate perſonæ, & pro illius recognitione, vt not. Rolan. conſ. 60. num. 27. lib. 2. Clar. in pract. §. fin d. quæſt. 96. ver. quæro nunquid &c. Cartar. de execut. ſent. capt. bann. d. cap. 2. num. 32. vbi quamplures refert de communi practicata teſtantes Farinac. de inquiſ. quæſt. 11 nu. 25. ver. amplia rurſus &c. Ambro. in proc. inform. lib. 6. cap. 2. num. 7. et Scac. de iudic. d. lib. 1. cap. 97. n. 172. in fin & num. 175. ver. ſi non poſſint &c.

11 Limita d. tertiam ſubdeclarationem, vt habeat locum præcedentibus indicijs, quod bannitus, vel condemnatus ſit illemet, puta, quia ſit recognitus per vnum teſtem tantum, vel alia concurrant indicia ſorte acquiſita ex eiuſdem confeſſione, vel alio modo, quia tunc poteſt deueniri contra eum ad

torturam, aliàs ſecùs, cum torturæ non ſit locus ſine indicijs, & in ſubſidium tantum, vt declarant *Farinac. de inquiſ. d. quaſt. 11. nu. 15. ver. amplia rurſus, Scac. de iudi. d. lib. 1. cap 97. num. 175. ver. ſi non poſſunt* vbi dicit, quod ſi bannitus ſubſtineat, vel nulla extant indicia, eſt relaxandus ſub fideiuſſione, vt ibi per eum, & ita voluit etiam *Farinac. 161. & Ambroſ. in proc. inform. d. lib. 6. cap. 2. num. 7. & Adden. ad Ambroſ. d. lib 6. cap. 1. ver. Tertia concluſio &c. et ver. quinta concluſio*, vbi dicunt, quod ſi reus ſubſtineat, vel non ſit recognitus ſic abſoluendus, vt ibi per eos.

12 Declara principalem concluſionem vnà cum ampliatione, & declaratione ſequen. quod facta recognitione perſonæ banniti, ſeu condemnati per teſtes, vel confeſſionem rei Iudex debeat interloqui, illam eſſe ritè, & rectè factam, & bannitum eſſe illum, qui eſt in ſententia nominatus, & d. ſententiam ſuis loco, & tempore fore exequendam, vt not. *Ang. Felin. Bertaz. & Rolan.* relati *per Farinac. de inquiſ. d. quaſt. 11. num. 25 ver. ampl. 5. &c.* quos ipſe ſequitur ibi *Cartar de exec. ſen. capt. bann. d. cap. 2. num. 20. et num. 86. Ambroſ. in proc. inform. d. lib. 6. cap. 1. num. 14 & ſeq.* vbi dicit, quod ſi d. decretum non fiat per Iudicem illum non malè facere, vt ibi per eum, & illud potius ad cautelam, quam pro neceſſitate eſſe faciendum dicit *Scac. de iudic. d. lib. 1. quaſt. 97. num. 177. Zuff. de legit. proc quaſt. 149. num. 16.*

13 Practicam verò, & formam d. recognitionis condemnati faciendam tam per confeſſionem illius, quàm per teſtes habes *per Cartar. de execut. ſent. capt. bann. num. 80* & latiùs *per Ambr. in proc. inform. d. lib. 6. cap. 1. 2. & 3. per tot.* vbi plura habebis in hac materia, & præcipuè quomodo ſit facienda recognitio perſonæ muti, & ſurdi, & habentis aliam linguam, puta, Theutonici, ipsū conſulas.

REPVLSA.

SVMMARIVM.

1 *Repulſa conceditur inquiſito contra teſtes per fiſcum examinatos.*

Etiamſi teſtes ſint confrontati, & reus ſit citatus ad videndum illos iurare, num. 2.

Fallit in crimine læſæ maieſtatis Diuinæ, & humanæ, num. 3.

Licèt in d. crimine non ſint negandæ reo defenſiones, num. 4.

Fallit etiam in crimine blaſphemiæ, num. 5.

Licèt aliqui contrarium ſentient, num. 6.

Itē non datur repulſa in cauſa attentatorū, n. 7.

8 *Fiſco non datur repulſa contra teſtes examinatos per reum ad defenſam.*

Fallit quando cum fiſco adeſſet inſtigator, n. 9.

10 *Repulſa non datur contra teſtes à ſe productos, cum cenſeantur approbati.*

Quod procedit quo ad perſonas, non autem quo ad dicta, num. 11.

12 *Repulſa ad euitandā infinitatem non datur, niſi bis.*

13 *Repulſa non debet eſſe generalis, ſed ſpecialis.*

14 *Teſtes reprobatorij repelluntur qualibet leui exceptione.*

RESOLVTIO I.

Repulſa an concedatur inquiſito contra teſtes per fiſcum examinatos.

1 Repulſam concedi inquiſito contra teſtes per fiſcum examinatos expeditū eſt apud omnes, cum ſit ſpecies defenſionis, vt tradunt *Foller. in pract. in ver. concedatur repulſa num. 1. et 2. Clar. in pract. §. fin. quaſt. 53. in princ. Menoch. de arb. lib. 1. quaſt. 32. in princ. Hond. conſ. 100. num. 36 lib. 1. Scac. de iudic. lib. 1. cap. 97. n. 91. Guazz. defen. 28. cap. 7. nu. 3. et cap 8. in prin. Baiar. ad Clar. quaſt. 49. nu. 39. et ſeq. & Zuff. de legit. proc. quaſt. 115. num. 10.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum, etiamſi reus fuerit citatus ad videndum iurare teſtes, & etiamſi teſtes ſint cum reo confrontati, & reus contra illos non oppoſuerit, quia adhuc illi cōpetit repulſa contra teſtes, vt reprobando *Foller.* in loco per eum adducto ſcribit *Baiar. ad Clar. d. quaſt. 49. nu. 42. & ſeq.* quem ſequitur *Guazz. d. def. 28. cap. 7. nu. 7.* & confrontationem non impedire repetitionem teſtium dicit *Zuff. de legit. proc. quaſt. 138. num. 2. & ſeq.* & dixi ſupra in ver. *Confrontatio Reſolut. 4. num 4.*

3 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locū in cauſis læſæ Maieſtatis humanæ, & Diuinæ, in quibus cum ob criminis atrocitatem admittantur teſtes inhabiles, ideò in eis non datur reo repulſa contra teſtes examinatos, niſi ex cauſa inimicitiæ capitalis, vt voluerunt *Mars. in pract. par. 6. nūm. 13 nu. 17. Foller. in pract. in ver. concedatur repulſa, nu. 5* declarando iuxta dicta per eum in ver. *idem commiſit crimen læſæ maieſt. Baiar. ad Clar. §. læſæ maieſt. n. 25. in 2. ſpecial. Farin. de hereſi q. 188. n. 82.* vbi generaliter loquitur in crimine hæreſis, vbi dicit hoc procedere contra perſonas, non autem contra dicta, & *Guazz. defen 28. cap. 8. nu. 9.*

4 Licèt in d. delictis non eſſe reo denegandas defenſiones generaliter dixerint *Bald. Boſſi. Clar. Viui. Rola. Pariſ Vulpel. Decia.* & alij quos refert, & ſequitur *Farinac. de indic. & tortur. quaſt. 39. num. 44. & 45. & de crim. læſæ maieſt. quaſt. 118. num. 3.*

5 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in crimine blaſphemiæ, quod cum aſſimiliter crimini læſæ maieſtatis, ideo in eo non admitti repulſam contra teſtes, niſi ex cauſa inimicitiæ capitalis voluerunt *Pute. de ſindic. in ver. condemnatio cap 4. n. 5.* vbi dicit ita ipſum ſeruaſſe in quodā Factore, quem audiuit blaſphemantem, cui linguā amputari, inſiſt, & arbori affigi *Gram. conſ 15. n. 12.* vbi dicit, blaſphemantem non prohiberi aliàs facere defenſiones, vt ibi per eum, *Maran. in pract. in d. actu 13. nu 18. Foller. in pract. in d. ver. concedatur repulſa, n. 4. et Guazz. d. defen 28 cap. 8. num. 9.*

6 Licèt

6 Licèt hæc limitatio non multum placeat *Boer. deciſ.* 301. *num.* 12. & ita ſentiat etiam *Lazari. de blaſph. quæſt.* 9. *nu.* 17. cum quibus ego etiam libenter pertranſirem, cum ita viderim plures ſeruari in practica.

7 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum in cauſa attentatorum, in qua non dari repulſam voluerunt *Grauat. nd Veſtr. in pract. lib.* 5. *cap. fin. num.* 34. *Maran. in pract. in d. par.* 6. *actu* 13. *num.* 14. *Menoch. de arbit. lib.* 1. *q.* 32. *n.* 4. *Lancell. de attent. par.* 2. *cap.* 26. *num.* 115. & *Guazz. d. defen.* 28. *cap.* 8. *num.* 9. *ver. quarto limita* &c.

8 Limita quartò d. concluſionem, vt nõ habeat locũ in fiſco, cui non conceditur repulſa contra teſtes examinatos pro reum ad ſuam defenſionem, cum fauorabilior ſit cauſa rei, & defenſionis, quã offenſionis, vt tradunt *Foller. in pract. in ver. concedatur repulſa num.* 2. *Pute. de ſindic. in ver. inquiſitio cap.* 2 *ſub num.* 1. *Clar. in pract.* § *fin. quæſt.* 23. *num.* 3. *Hond. conſ.* 101. *n.* 41. *lib.* 1. *et Guazz. d. defen.* 28. *cap.* 7. *in prin.* vbi alios dat concordantes.

9 Sublimita d. quartam limitationem, vt non habeat locum, quando cum fiſco adeſſet inſtigator, quia tunc eis cum teſtium ad repulſandum teſtes rei voluerunt *Foller. in d. ver. Concedatur repulſa num.* 2. qui loquitur in accuſatore, *Pute. de ſind. in d. cap.* 2. *num.* 1. *Clar. in pract. in d. quæſt.* 23. *num.* 3. *Hond. conſ.* 101. *n.* 4. *lib.* 1. *et Guazz. d. deſ.* 28. *c.* 7. *n.* 2.

10 Limita quintò d. concluſionem, vt non habeat locum contra teſtes a ſe productos, quia cum cenſeantur per productionem approbari, ideò contra eos non datur repulſa, vt ſcripſerunt *Foller. in prae. in d. ver. Concedatur repulſa n.* 14. vbi dicit hoc non procedere, quando cauſa tempore productionis eſſet incognita, vel exceptio ſuperueniret poſt productionem, vt ibi per eum *Maran. in pract. d. par.* 6. *actu* 13. *num.* 10. *Guazz. d. defen.* 28. *cap.* 8. *num.* 7. *Farinac. de teſti. quæſt.* 62. *num.* 211. *et num.* 282. vbi quamplures dat concordantes, *et Caren. de Offic. S. inquiſ. part.* 3. *tit.* 5. *num.* 79. & tenuit *Rota apud Greg. XV. deciſ.* 355. *num.* 5. & *ibi Addem. litera D. et deciſ.* 182. *ſub num.* 7. *par.* 1. *recen.*

11 Declara d. quintam limitationem, vt habeat locum quò ad perſonas, non autem quo ad dicta, contra quæ non prohibentur teſtes producens excipere, puta, quod ſint contrarij, vacillantes, varij, & ſimil. cum per productionem teſtium cenſeatur approbata perſona, ſed non dictum ad tex. *in l. ſi quis teſtibus* 13. *et ibi gloſ. Cin. Bar. Ang. Caſtr. Salic. et aly C. de teſti.* & declarant *Maſc. de prob. concl.* 1242. *num.* 26. *et ſeq. lib.* 3. *Menoch. conſ.* 249. *nu.* 25. *lib.* 3. *Farinac. de teſti. quæſt.* 62. *num.* 241. *et in tract. de hæreſi quæſt.* 188. *num.* 82. vbi dat concordantes quamplures, *Guazz. d. defen.* 28. *cap.* 8. *nu.* 6. *Caren. de Offic. S. Inquiſ. d. par.* 1. *tit.* 5. *n.* 79. *Addea. ad Greg. XV. d. deciſ.* 455. *num.* 17. benè *Toſti. de manut. obſer.* 89. *nu.* 13. *Cancer. var. reſol. part.* 1. *cap.* 20. *ſub n.* 47. *Rot. deciſ.* 283. *num.* 2. *et deciſ.* 464. *num.* 5. *part.* 3. *et deciſ.* 90. *num.* 2. *et* 3. *par.* 4. *rec.* qui declarant prædicta non habere locum quando inducens teſtes illorum examen in actis exhiberet, vt ibi per eos, *Reſol. Centum.*

dixi ego *allegat. foren.* 24. *num.* 45. *et alleg.* 60. *num.* 19 *et alleg.* 63. *num.* 1. *et alibi.*

12 Declara primò concluſionem principalẽ, quod repulſa ad euitandam infinitatem non conceditur, niſi bis, hoc eſt reprobare reprobatorios reprobatoriorum, & non vltra ad tex. *in cap. licèt dilectus* 49. & *ibi not. Abb. in princ. Felin. pariter in prin. et aly Canoniſtæ de teſtibus Marun. in pract. d. part.* 6. *actu* 13. *num.* 3. *Foller. in pract. in d. ver. concedatur repulſa num.* 21. *et Burſatt. conſ.* 358. *num.* 21. *lib.* 4. quem refert, & ſequitur *Guazz. d. def.* 28. *cap.* 7. *nu.* 1.

13 Declara ſecundò d. concluſionem, quod repulſa, vt repellat teſtes non ſufficit, quod ſit generalis, puta, quod illi ſunt inimici, fures, falſarij, criminoſi, & ſimiles, ſed debet eſſe ſpecialis, puta, quod fecerint tale furtum vel delictum, quod probatur inimicitia in ſpecie, & ſimil. alias non relevat, vt dixi, vt tradunt *Foller. in pract. in d. ver. concedatur repulſa num.* 22. *Clar. in prac.* § *fin. quæſt.* 53. *ver. in hoc autem* & *Caualc. de teſti. par.* 4. *nu.* 225. *Caual. in ſpec. commun. contra commu. quæſt.* 162. qui teſtatur de magis communi, & practicata opinione *Martabrun. conſ.* 45. *per tot.* quem ipſe cum alijs pluribus refert, & ſequitur *Guazz. d. defen.* 28. *cap.* 8. *num.* 2. plen. *Farinac. de teſti. quæſt.* 56. *num.* 142. vbi alios d. t concordantes quamplures, & *qu.* 62. *num.* 371. vbi pariter alios adducit ita ſentientes,

14 Declara poſtremò d. concluſionem quod teſtes reprobatorij repelluntur non ſolùm per legitimas exceptiones, ſed etiam qualibet leui exceptione, & defectu, ita vt eſſe debeant ſine vlla prorſus macula, vt adnotarunt *Gram. conſ.* 12. *num.* 31. *et conſ.* 32. *num* 10 *Farinac. conſ.* 44 *num.* 8. *lib* 1. vbi plures dat concordantes, *Sord. conſ.* 132. *num.* 44. *lib.* 1. *Guazz. d. defen.* 28. *cap* 9. *num.* 2. *Rim. i un. conſ.* 809. *num.* 70. *lib* 7. & teſtes extraneos reprobantes inſtrumentum debere omni exceptione maiores ſcripſit *Vermigl. conſ.* 411. *num.* 2. vbi alios adducit ita ſentientes quamplures, & etiam ſi ſint inſtrumentarij quando agitur contra notarium, vt probaui ego *allegat. foren.* 89. *num.* 7. & *ſeq.* vbi dedi concordantes quamplures.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtes non repulſati in prima inſtantia non poſſunt repulſari in cauſa appellationis.*

Licèt aliqui contrarium teneant, num. 2.

Limita quando repulſa in prima inſtantia fuit petita, & non conceſſa, num. 3.

Et quando falſitas oppoſita in prima inſtantia non fuit probata, num. 4.

Et neque procedit in minore, qui reſtituitur ad repulſandum, num. 5.

RESOLVTIO II.

Teſtes non repulſati in prima inſtantia an poſſint repulſari in cauſa appellationis.

1 TEſtes non repulſati in prima inſtãtia non poſſunt amplius repulſari in cauſa appellationis, cum imputandum ſit illi, qui in prima

inſtantia illos repulſare poterat, & id facere non curauit, vt tradit *Granat. ad Veſtr. in prac. lib. 5 cap. fin. n. 32. & ſeq.* nec non *Affl. deciſ. 266. per tot.* vbi dicit, ita fuiſſe iudicatum, *& ibi Vrſill. in addit. nu. 1. & ſeq. Maran. in pract. par. 6. actu 13. n. 13. Conar. pract. quaſt. cap. 28. num. 5. Baiard. ad Clar. quaſt. 53. num. 5. & 6. Farinac. de teſt. quaſt. 75. n. 134. Guazz. defen. 28. cap. 8. num. 9. ver. ſextò limita & c. Theſa. deciſ. 259. num. 4.* vbi dicit, ita per Senatum fuiſſe iudicatum, *Maſtrill. deciſ. 97. num. 2. & ſeq.* vbi pariter dicit, ita fuiſſe declaratum *& Cancer. var. reſ. par. 1. cap. 20. num. 48. ver. ſi verò & c.*

2 Quicquid contrarium, imò in cauſa appellationis poſſe teſtes repulſari per regulam non deducta deducam, &c. ſeruari de conſuetudine in Curia Gratianopolitana dixerit *Guid. Papa deciſ. 500. circa medium*, dicens, aliud eſſe de iure, & videtur ſenſiſſe *Oſaſch. deciſ. Pedem. 14. num. 1. & ſeq.* qui in opinionem poſt *Alb. et Felin.* per eum adductos forte veriorem dicit *Menoch. de arbitr. caſu 219. num. 16.* contra quos adeſt magis practicata opinio de qua ſupra.

3 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando repulſa contra teſtes in prima inſtantia fuit petita, & non fuit conceſſa, quia tunc in cauſa appellationis eſſa concedenda voluerunt *Afflict. d. deciſ. 266. num. 3. Baiar. ad Clar. quaſt. 53. num. 5. et 6. & Guazz. d. defen. 28 cap. 8 num. 9. ver. ſextò limita & c. Theſ. d. deciſ 259. num. 6.* vbi loquitur, quando in prima inſtantia fuerunt oppoſitæ obiectiones, & non fuerunt probatæ, *et Cancer. var. reſ. d. par. 1. c. 20. ſub n. 48.* dicens ita fuiſſe deciſum.

4 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando in prima inſtantia fuit datum contra teſtes de falſitate, & falſitas non fuit probata; quia tunc illā probari poſſe in cauſa appellationis voluerūt *Baiar. ad Clar. d. quaſt. 53. n. 5. et 6 Guazz. defen. 28. cap. 8. n. 9. ver. ſextò limita & c.* & repulſam ex cauſa falſitatis in cauſa appellationis admitti voluit *Maſtr. d. deciſ. 97. n. 3. & 4. Cancer. var. reſol. par. 1. c. 20. n. 48. in princ.* bene declarās.

5 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum in minore, qui prævia reſtitutione non integrum venit admittendus ad repulſandos teſtes in cauſa appellationis non repulſatos in prima inſtātia, *Boer. deciſ. 246. num. 6. Odd. de reſtit. quaſt. 65. nu. 95.* vbi dicit, hoc procedere, quando minor id facit pro ſuo intereſſe, non autem in iniuriam teſtium, *et Cancer. var. reſol. d par. 1. cap. 20. num. 48 in fin.* vbi dicit, ita obtinuiſſe, & idem dicit atteſtare *Mich. Ferr. 3. par. obſer. cap. 486.*

REVS.

SVMMARIVM.

1 *Reo admiſſo ad nouas defenſiones fiſcus non poteſt aliud contra eum probare.*

Contrarium tenent plures Doctores, num. 2.

Declara concluſionem, vt num. 3.

RESOLVTIO I.

Reo admiſſo ad nouas defenſiones, an fiſcus poſſit aliud contra eum probare.

1 Reus condemnatus, ſi ſit admiſſus ad nouas defenſiones faciēdas aduerſus ſententiam contumacialem contra eum lata, fiſcus non poteſt aliud contra eum probare puta melius, quam fecerit à principio, nec ſententiam contra eum latam corroborare, & coadiuuare, vt ſcripſerunt *Odd.* latè com probans, & in cauſa conſultus *a Betar. in conſ. 35. per tot. idē Baiar. ad Clar. quaſt. 44. num 26. & ſeq. & Guazzin. de confiſc. bon. concl 30 num. 21.*

2 Contrariam tamen opinionem, imò licere fiſco reo admiſſo ad nouas defenſiones alias probationes facere ad confirmationem ſententiæ contumacialis tenent *Gandi. de maleſ. in tit. de pœn. reo. ſub num. 21. Farinac. de inquiſ. quaſt. 11. num. 105. ver. limita ſextò, & c.* vbi dicit, ita ſeruari in Alma Vrbe, *& Caball. reſol. crim. caſu 110. num. 35. cent. 2.* vbi dicit, ita ipſo votante fuiſſe ſeruatum.

3 Declara d. concluſionem, vt non habeat locum, quando fiſcus volt nouas probationes facere ad eludendas probationes factas per condemnatum, puta conuincere teſtes reos de mendacio, & ſimul, quia id facere poteſt, vt declarant *Odd. d. conſ 35. nu. 9. & Baiar.* qui illum ſequitur in *d. quaſt. 44. n. 26. & ſeq. & Guazzi. de confiſc. bono. d. concl. 30. nu. 21.*

SVMMARIVM.

1 *Reus ſi dicat habere aliquem pro viro probo non poteſt illū reprobare, licèt poſſit improbare dictū.*

Amplius idem eſſe ſi reus aſſerat non habere inimicitiam cum aliquo, qui non poteſt inimicitiam allegare, num. 2.

Iudex tamen debet à dict. interrogatorijs ſe abſtinere, num. 3.

RESOLVTIO II.

Reus ſi dicat habere aliquem pro viro probo, an poſſit illum, ſeu eius dictum reprobare.

1 Reus interrogatus per Iudicem in eius conſtituto, an habeat aliquem pro homine probo, ſi reſpondeat, quod ſic, licèt poſſit illius dictum improbare, non poteſt tamen improbare illius perſonam cum videatur illam approbaſſe, vt tradunt *Vulpell. conſ 11. num. 6. et 7. Scac. de iudic. lib. 1 cap 86. num 52. et Adden. ad Ambroſ. in prac. in for. lib. 2. cap. 8. num. 8.*

Per d. enim aſſertionem videtur reus illius perſonam approbaſſe, vt dixi, & ideò nil mirum, ſi contra illum opponere amplius non poteſt ex regula *l. Pōponius 10. ff. de negoc. geſt.* quam exornant *Gurba deciſ.*

deciſ.24.num.29 Gratian.diſcep.foren.cap.941.nu.20.par.5.& Barb.axiom 31.num.3.& tradunt in his terminis *Vulpell. Scacc.& Adden.ad Ambroſin. in locis ſupra adductis*.

2 Amplia d. concluſionem, quod ſi reus interrogatus à Iudice, an habeat inimicitiã cum aliqua perſona reſpondeat, quod non, non poterit amplius exceptionem inimicitiæ contra illum opponere, ad tex.in *l.Iulianus 62.ff.de lega.2.& in cap. ſolitæ 6.de maior.& obed.Natt.conſ.341.nu.8.lib.3.Foller.in pract.in ver.& ſi comparant num.10.Ambroſ.in proceſ.inform.lib.2 cap.8 num.6.*

3 Licèt *Adden.ad Ambr.in d cap 8.* ſuadeant, quod Iudex quatenus fieri poteſt ſe abſtineat a d.interrogationibus, & permittat, eſſe locum defenſionibus, quas tantum leges amplectuntur bonas rationes adducentes, vt ibi per eos.

S V M M A R I V M.

1 *Reus poteſt docere de ſua innocentia in qualibet parte iudicii, etiam poſt concluſum in cauſa.*

2 *Et poteſt teſtes examinare etiam poſt didicita teſtificata, num.2.*

Licèt contrarium tenuerint aliqui Doct.nu.3.

Concorda d.opiniones, vt num.4.

Maximè ſuper nouis articulis, num 5.

Et poteſt docere de ſua innocentia etiam poſt ſententiam, num.6.

Licèt contrarium de conſuetudine teneant aliqui Doctores, num.7.

Contra quos tenent alii Doctores, num.8.

Et poteſt reus nominare alios teſtes ſuper iiſdem articulis ante didicita teſtificata, num.9.

Et poteſt teſtes fiſci repetere etiam poſt concluſum in cauſa,& in gradu appellationis, n.10.

RESOLVTIO III.

Reus an poſſit docere de ſua innocentia in qualibet parte iudicii etiam poſt delictum in cauſa.

1 Reus poteſt docere de ſua innocentia, in qualibet parte iudicij etiam poſt concluſum in cauſa, licèt in criminalibus non concludatur, ad tex.in *l.vnius 18.§.cognitarum,& ibi Bart.ff.de quaſt.*& tradunt *Ant.Gomez.var.reſol.tom.3.cap.13.n.73.* vbi ampliat hanc concluſionem, vt habeat locum, etiamſi reus renunciauerit termino probatorio, & defenſionibus ſuis, vt ibi per eum, *Farinac.de indic.& tort.quaſt.39.nu.80.& ſeq.* vbi dat concordantes, *Cartar.in pract.inter.reo.lib.4.cap.1.num.170.Mari.Anton.reſol.25.num.16.lib.3.* vbi alios adducit ita ſentientes, *Guazzin.defen 28.cap.2.nu.5.& 6.*cum quibus pertranſit, *Garzia.Iun.conſ.25.nu.15.lib.2.Capic. Latro deciſ 178.num.8.& ſeq.par.2.Antonel.de temp.legal.lib.1.capit.16.num.8.*& poſt eum *Zuffi.de leg.proc.quaſt.113.num.15.*

Rei enim nulla temporis præſcriptione ſubmoueri poteſt ad non probandam ſuam defenſionem, & innocentiam, *l.1.pen.& fin.ff.de requi.reiſ.l.1.& 2.C.eod.tit.Ripa.reſp.1.nu.1.in tit.de requi.reiſ.Guazzin.d.defen.28.cap.2.num.6.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt reus poſſit teſtes examinare ad ſuam innocentiam probandam poſt publicationem proceſſus, & didicita teſtificata etiam ſuper iiſdem articulis, vel directè contrarijs, vt voluerunt *Felin.in cap.cum clamor 53.num.5.de teſti.Angel.de maleſ.in ver.comparuerunt dicti inquiſiti num.19.& ibi Adden.litera D.& in verb: Qui Iudex d.proceſſum &c.num.2.Ant. Gomez var.reſol.tom.3.cap.13.nu.33.Perſonal.de indic.& tort.quaſt.11.num.28.* vbi dicit, ita plurièS obtinuiſſe, *Viui.opin 896.*vbi teſtatur de communi opinione, *Andr.Gail.obſeru 107 num.11.lib.1.& de pace publ.lib.1.cap.18.num.2.& ſeq.*bene comprobans, & declarans, *Theſa.deciſ.226.num.2.Farinac.de teſt.quaſt.75.num.420.* vbi alios dat concordantes, & teſtatur hanc eſſe magis communem opinionem Doct. & etiam æquiorem, *& conſ.73.nu.12.lib.1.* quam opinionem ſequitur, *Guazzin.d.defen.28.cap.2.num.11.* vbi plures adducit ita ſentientes, & ante eum, *Conſt.a de ſcien.& ignor.cent.1.diſt.72.num.9.& Capic. Latro d.deciſ.178.num.8.& ſeq.* vbi dicit, ita fuiſſe reſolutum per M. Cur. Vicariæ.

3 Licèt contrariam opinionem teneant, *Natt.conſ.359.num.4.& ſeq.lib 2.*vbi dicit, quod pro contraria parte, quod poſſint examinari teſtes ad inſtantiam rei ad eius defenſionem, probandam ſuper iiſdem, vel directè contrarijs noluit ſcribere *Boſſi.in pract.in tit de public.proc.num.3.* vbi teſtatur de communi opinione, *Clar.in pract.§.final.quaſt 61.ver.ſed quarò &c.Gabr.comm.concl.de teſti concl.21.num.96.Vulpel conſ.136.nu.25.Adden.Bertaz.conſ.529.litera A.lib.2 & Surd. conſ.118.num.1.& ſeq lib.1.*

4 Concorda d. contrarias Doct. opiniones, vt prima opinio habeat locum, quando agitur de pœna corporali imponenda, ſecunda verò, quando agitur de pœna pecuniaria tantùm, vt tradunt *Surd.d.conſ 118.num.7.& ſeq.Theſa.d.deciſ.262.num.3.& 4.* vbi dicit, ita ſeruare Senatum, *Farinac.de teſt.d.quaſt.75.num.422.Guazzin.d.defen.28 cap.2.num 11 ver.pro concordia &c.* vbi dicit, quod in dubio eſt pronunciandum pro noua admiſſione articulorum vti minus præiudiciali partibus, vt ibi per eum *& Capic.Latro d.deciſ.178.num.22.par.2.*

5 Subamplia d. primam ampliationem magis communem, vt eò magis habeat locum, quando reus teſtes inducit ſuper nouis articulis ad defenſam, quia tunc ſine difficultate id facere poteſt etiam didicitis teſtificatis, vt not, *Clar.in pract.d.quaſt.61.ver ſed hæc quidem in fin.And.Gail.de pace publ.lib.1.cap 18 num.10.Farinac.de teſt.d.quaſt.75.n.425.& Guazzin.d.defen.28.cap.2.num.10.*qui alios dant concordantes quamplures.

6 Amplia ſecundo d. concluſiones, vt reus admitti debeat ad probandam ſuam innocentiam etiam poſt ſententiam ſaltem officio Iudicis ad tex. *in*

l.1.

l.1.§.ſi quis vltro,& ibi not.Bart.Alber.& alij Doct. communiter ff.de quæſt.Ant.Gomez.var.reſol.tom. 3.cap.13 nu.33.Corad.in pract.in tit. de modo proc. ante ſent.num.4.Farinac.de indic.& tort. d.quæſt. 39 num.83.& Guazzin.d.defen.2.num 7. vbi declarant hanc ampliationem habere locum, quando teſtes poſt ſententiam recipiuntur officio Iudicis, vel ſi ad inſtantiam partis defenſio probetur per negatiuam, vel aliter per euidentiam facti, & quod Iudex poteſt teſtes recipere etiam ſuper iiſdem, vel directè contrarijs, vt ibi per eos.

7 Licet de conſuetudine Iudicem non poſſe recipere teſtes pro defenſione rei præſentis, alias fatuus reputaretur teſtantur, *Clar.in pract.d.quæſt.61.ver. ſed hæc quidem &c..Adden.ad Bertaz. d. conſ.529. litera A.& Farinac.de teſt.d.quæſt.75.num.423.* vbi dicit, ita in practica obſeruari, & ego memini, quendam Iudicem, qui ita ſeruauit in Statu Vrbini fuiſſe per Ducem officio priuatum.

8 Quicquid contrarium inſurgens contra, *Clar.* voluerit *Surd d.conſ.118.ſub numer.1.* cum quo ſentit, *Guazzin.d.defen.28.cap.2.num 9.in fin.*

9 Amplia tertiò d. concluſionem, vt reo liceat nominare, & ſpecificare alios teſtes ſuper alijs articulis datis, & ſuper eiſdem vltra iam examinatos ante dicta teſtificata, ad tex. *in cap.conſtitutis 46.in fin & ibi Bellam.n.4.de teſt..Andr.Gail.pract. obſer.lib 1.obſeru 105.num.2.* vbi dicit, ita apud eos ſeruari, *Surd.deciſ.153.num.1. et 2.* quem vnà cum alijs pluribus refert, *Guazzin. defen. 28. cap. 3.in prin.* cum quibus pertranſit, *Farinac.conſ.73. num.10.et 12 lib.1.*

10 Amplia poſtremò d.concluſionem, quod reus poſſit teſtes per fiſcum examinatos repetere non ſolum poſt examen ad defenſam, ſed etiam poſt concluſum in cauſa, ac etiam poſt ſententiam, & in gradu appellationis, vt tradit *Muſcat.de prob.et cognit.delict.in gen.in tit.de iniur.et famo.libel.nu. 36.et ſeq.* quem refert, & ſequitur nouiſſimè *Zuffi. de legit.proceſ.crim.quæſt.113 num.13.et ſeq.lib.1.* vbi reſpondet, *Guazzin.* & alijs contrarium tenentibus, quod loquantur in diuerſis terminis, vt ibi per eum, licèt *Guazzin.* videatur cum d.opinione pertranſire *defen.15.cap.1.num.18.*

S V M M A R I V M.

1 *Reo ſunt edenda nomina teſtium pro Curia informatione examinatorum.*

2 *Fallit quando adeſſet periculum ne inquiſitus teſtes offendi faceret, num. 2.*

3 *Contrarium tenēt aliqui de conſuetudine, n. 3.*

4 *Fallit ſecundò in cauſa hæreſis, in qua non eduntur nomina teſtium, num.4.*

5 *Reus tamen non tenetur edere nomina fiſco, niſi poſt publicationem, num 5.*

6 *Licèt contrarium teneant aliqui Doctores, n.6.*

7 *Maximè, quando adeſt accuſator, vel inſtigator, num.7.*

8 *Et præcipuè, quando accuſator eſt potens qui valet teſtes inductos impedire, vel ſubornare, nu.8.*

RESOLVTIO IV.

Reo an ſint edenda nomina teſtium pro Curia informatione examinatorum.

1 REo ſunt edenda nomina teſtium pro Curiæ informatione examinatorum ad hoc, vt contra iſtorum perſonas excipiendo poſſit ſuam innocentiam demonſtrare, & ſuas facere defenſiones ad tex. *in cap. qualiter, et quando 24.§.debet igitur, et ibi not.Hoſtien. Aret. Felin.Io..Andr.Imol.et communiter alij Canoniſtæ de accuſat..Andr.Gail.de pace public.lib.2.cap.7. num. 6.et 7.Clar.in pract.§.fin.quæſt.49. ver. et hæc quidem etc. Farinac.de indic.et tort.quæſt.39.num.85.* vbi alios adducit ita ſentientes, etiam de communi opinione teſtantes, *Scacc.de iudic.lib.1.cap.100. num.11.ver.ſi loquimur poſtquam etc et lib.2.cap.9. n.935.* vbi dicit, id fieri debere poſt publicationem proceſſus, *Cartar.in pract.inter reo lib.3.cap. 1.num.101.* latè *Guazzin defen.24.cap.3.nu.8.* vbi alios dat concordantes quamplures, & ita tenuit etiam *Caren.de Offic.S.Inquiſ.par.3.tit.7.nu.65.circa medium*, & in Statu Eccleſiaſtico adeſt *Bulla Pauli Tertij*, mandans dari copias cum expreſſione nominum teſtium examinatorum, præterquam in crimine hæreſis, de qua mentionem facit, *Guazz. vbi ſupra, & Reformatio Pauli Quinti in rub. de indic.crim.§.26.* diſponens, quod teſtium nomina exprimantur, quæ habetur apud, *Pract.Rodolph.in fin fol.669.*

2 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando inquiſitus, & proceſſatus eſſet vir potens, ita vt adeſſet periculum, ne offenderet, vel offendi faceret teſtes contra eum pro Curiæ informatione examinatos, quia tunc ad euitandum dictum periculum non eſſent exponenda nomina teſtium, vel ſaltem danda eſſent nomina teſtium in confuſo, & ſeparata ab eorum depoſitionibus, ita vt ſciri non poſſit quid ab vnoquoque fuerit depoſitum, vt voluerunt *Pariſ conſ.2.nu.164.lib.4.* vbi teſtatur de communi, *Clar.in pract.§.fin. quæſt. 49.ver.habetque locum &c.Cartar.in practic.inter. reo.lib.3.cap.1.num.98.& ſeq.Scacc.de iudic.d.libr. 1.cap.120.n.12.* licet loquatur in ciuilibus, *Triuiſa. deciſ.44.num.2.& ſeq.lib.2.* quem referendo ſequitur *Guazzin.d.defen.24.cap.3.num.7.* vbi alios adducit ita ſentientes.

3 Contra tamen d. limitationem ſeruari in Statu Mediolani de conſuetudine dicit, *Clar.in d.quæſt.49. ver.habetque locum &c.* præter quam in cauſa quadam, de qua per eum ibi, & pariter d.ampliationem nunquam vidiſſe ſeruari in Alma Vrbe ob quamcunque potentiam præter delictum hæreſis teſtatur, *Farinac.de indic.& tortur.dict.q.39.n.87.*

4 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in cauſa hæreſis, in qua tam ob periculum teſtibus imminens, ſeù potius, vt facilius teſtes deponant in fidei fauorem, dum ſciunt non eſſe publicandos reo, non eduntur reo nomina teſtium,

nec

nec aliæ circumſtantiæ delicti, ex quibus reus poſſit venire in cognitionem teſtium, vel accuſatorum ad tex. *in cap fin. §. iubemus de hæret. in 6.* & tradunt *Clar. in pract. d. q. 49 ver. habetq; locum &c. in fin. Farinac. de indic. & tortu. d. quæſt. 39. num. 88. & in tract. de hæreſi quæſt. 183. §. 1. num. 7. & ſeq.* vbi alios dat concordantes quamplures, *Souſa in Aphoriſ. Inquiſ. lib. 2. cap 6. num. 74 Guazzin. defen. 24. cap. 3. num. 8. Cartar. in pract. interro. reo. lib. 3. cap. 1. nu. 98.* plenè *Carcn. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 7. num. 65.* vbi plures dat concordantes, & dicit, quod ita paſſim ſeruatur in tribunali S. Officij, *Caſtro. Palao. in opere moral. par. 1 tract. 4. diſput. 8. punct. 15. §. 3. num. 7. & P. Diana in ſummatu ver. Inquiſitores num. 237.*

5 Declara d. concluſionem, vt non habeat locum in reo inducente teſtes pro eius defenſione, qui non tenetur edere eorum nomina fiſco, niſi poſt illorum publicationem, vt tenet *Bald. in l. fin. num. 36. C. de eden. Alex. in l. 1. §. editiones num. 20. & 21. ff. eod. tit. Maran. in pract. par. 6. actu. 10. nu. 60. Campeg. de teſti. reg. 300. in prin.* vbi hoc dat pro regula *Hond. conſ. 101. num. 40. & ſeq. lib. 1.* qui benè comprobat, & contrarijs reſpondet, *Farinac.* qui illos refert *conſ. 73. num. 10. lib. 1.* & non diſſentit, *Guazzin. defen. 24. cap. 3. num. 9.*

6 Licet contrarium imò reum teneri edere fiſco nomina teſtium, cum in eo ceſſet timor ſubornationis voluerint, *gloſ in d. leg. 1. §. editiones ff. de eden. Felin. in cap. 1. nu. 9. de probat. Bald. in cap. per tuas 48. num. 12 & ibi Felin. n. 3. de teſt. & Campeg. de teſt. d. reg. 300. num. 5.*

7 Limita d. declarationem, quod quicquid ſit quoad fiſcum, in quo ceſſat timor ſubornationis, vt dixi quo caſu aliqui ex Doctoribus ſupra in contrarium adductis ſentiunt pro editione, quando tamen inſtigator adeſt, vel accuſator, reus non tenetur edere nomina teſtium, quia quo ad eos non ceſſet periculum ſubornationis, vt bene declarat, *Hond. d. conſ. 101. num. 47. & ſeq.* & poſt eum *Guazzin. de defen. 24 cap. 3. num. 9.*

8 Amplia d. limitationem, vt habeat locum, eò magis, quando accuſator, vel inſtigator eſt potens, ita vt poſſit teſtes ad defenſam examinandos ſubornare, vel impedire, quia tunc omnino reus ob d. timorem non tenetur edere nomina teſtium, vt admittunt, *idem Felin. in d. cap. 1. num. 9. de probat. Bald. & campeg in loc. ſupra.* in contrarium adducti, bene *Hond. d. conſ. 101. num. 48. & 49.* vbi dicit, ita omnes tenere, & quod ob d. timorem, quando nomina teſtium, eduntur fiſco, non ſunt edenda quærelanti, vt ibi per eum, cum quibus pertranſit, *Guazzin. d. defen. 24. cap. 3 nu. 9. & cap. 5. num. 2.* vbi dicit, editionem nunquam eſſe, faciendam neque fiſco, niſi petatur, vt ibi per eum.

S V M M A R I V M.

1 *Reus, qui ſubſtinuit negatiuam in tortura eſt abſoluendus.*

Cum tortura ſit ſpecies probationis, num 2.

Etiam in fauorem illorum, qui ſunt imputati de auxilio, vel fauore, num. 3.

Et etiamſi indicia ſint vrgentia, num. 4.

Et ſi ſint violenta, & indubitata, num. 5.

Contrarium tamen tenent plures Doctores, volentes tum intrare pœnam extraordinariam, dummodo non ſit corporalis, num. 6.

Licèt aliqui teneant poſſe imponi etiam pœnam corporalem, num. 7.

Amplia, vt reus negatiuus ſit abſoluendus, etiamſi eſſet conuictus num. 8.

Quod tamen in d. caſu reus ſit condemnandus in pœnam extraordinariam corporalem tenent alij, num. 9.

Et alij tenent pœnam eſſe ordinariam, num 10.

11 *Reus tortus, & negatiuus quomodo ſit abſoluendus remiſſiuè.*

12 *Iudex, quando torquet reum conuictum, & illum interrogat ſuper facto principali proteſtatio per eum facta nihil operatur.*

RESOLVTIO V.

Reus, qui ſubſtinuit negatiuam in tortura an ſit abſoluendus.

1 REus, qui ſubſtinuit in tortura negatiuam eſt abſoluendus, ac ſi puram veritatem dixiſſet, cum per illam dicantur extincta omnia indicia contra eum laborantia, vt tradunt, *Clar. in pract. § fin. quæſt. 64. ver. illato reo, &c. Menoch. de arbitr. caſu 273. num. 1. in addit. Farinac. de inquiſ. quæſt. 4. num 26.* vbi plures dat concordantes, *& conſ. 10. num 18. lib. 1. Cæſar. Lucian. inter conſ Farinac. conſ. 25. num. 45. d. lib. 1. Caball. reſol. crim. caſu 288. nu. 22. 28. & 29. cent. 3 Cartor. in pract. inter. reo. lib. 4 cap. 1 nu. 133.* vbi alios adducit ita ſentientes, *& de execut. ſent. capt. banni cap. 2. num. 60. Guazzin. defen. 30. cap. 40. num. 1. & num. 11. Fachin. contr iur. lib. 1. cap. 33. circa medium* & latè comprobant, *Giurba conſ 43. num. 9.* vbi alios dat concordantes quamplures, *Ciriac. contr. 106. num 11. & 12.*

2 Cum tortura ſit ſpecies probationis, *Crauet. conſ. 35. num. 20. Giurb. d. conſ. 43. nu. 9. Guazzin. d. defen. 30. cap. 40. ſub num. 1. Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 10. num 180.* & ſuccedat loco teſtium, & probationum, *Boſſi in pract. in tit. de confeſ. nu. 56. Farinac. conſ 6. num. 28. & conſ. 60. num. 26. Guazzin. d. cap. 40. ſub num. 1. & Carena in dict. tit. 10. n. 180.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in fauorem aliorum, qui eſſent imputati de auxilio, ope, vel fauore præſtito, quia ſi per torturam ſint purgata indicia principalis, cenſentur etiam purgata indicia circa acceſſoria ad aliorum fauorem, vt voluerunt *Menoch. de arbitr. caſu 351. num. 1. 2 & ſeq. Baiar. ad Clar. quæſt. 88. nu. 6. Decian. conſ 93. nu. 117. lib. 2.* quos vna cum alijs refert, & ſequitur, *Guazzin. d. defen. 30. cap. 40. num. 1. ver.*

Qua

Qua opinio &c. Giurb. conſ. 87. num. 4. & quod tortura illata mandatarijs iuuet mandantem, ſi in illa ſint negatiui tenent, *Farinac. conſ. 130. num. 14. lib. 2. & Vermigl. conſ. 97. num. 10.* & data actio iuuat eius complices, *Farinac. conſ. 161. num. 1. & 2. lib. 2. & de indic. & tort. quæſt. 43. num. 10. Giurba d. conſ. 87. num. 4.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum etiam ſi indicia ſint vrgentia, quia etiam illa dicuntur purgata per torturam, & reus tortus, & negatiuus venit abſoluendus, vt voluerunt *Alberi. & Marſil. in l. edictum 8. ff. de quæſt. Deci. conſ. 363. in fin.* qui alios dat concordantes, & fortioribus, *Craue. conſ. 287. num. 4.* & alij relati per *Menoch. de arbitr. d. caſu 271. num. 3. in addit.* vbi relatis contrarium ſentientibus, quod in d. caſu ſit locus repetitioni torturæ concordat id totum remitti Iudicis arbitrio, vbi quamplures adducit Doctores ita ſentientes, ipſum conſulas.

5 Amplia tertio d. concluſionem, vt habeat locum etiam ſi indicia ſint violenta, & indubitata, quia adhuc illa cenſeri purgata per torturam, & reum eſſe abſoluendum voluerunt Doctores relati, per *Guazzin. d. defen. 30. cap. 40 num. 2.* qui tamen videntur loqui in fortioribus, nempè, quando reus eſt plenè conuictus, prout loquuntur Doct. relati per *Farinac. de indic. & tort. quæſt. 40. num. 6.* & voluit expreſsè, *Cartar. de execut. ſent. cap. bann. cap. 2. num. 60. in fin.*

6 Contrariam tamen opinionem, imò quod tortus ſufficienter ob violenta, & indubitata indicia, licèt fuerit negatiuus condemnari poſſit in pœnam extraordinariam, quæ tamen non debet eſſe corporalis, ſed ad ſummum exilij, quia ſi non fuiſſet tortus non poterat condemnari, niſi in pœnam extraordinariam corporalem, ideò grauis tortura ei illata debet in aliquo reo prodeſſe, & debet operari extinctionem d. inditiorum, ita vt condemnari non debeat in eadem pœna corporali, ſed alia mitior, vt declarant, *Theſaur. quæſt. foren. 45 in fin lib. 1.* vbi dicit, hanc opinionem ei magis placere, licet *num. 7.* dicat, vidiſſe diuerſimode ſeruari, plenè *Farinac. de indic. & tortur. quæſt. 40. num. 13.* vbi dicit, ita ſeruari vidiſſe in Alma Vrbe, & hanc opinionem benè comprobat, & dicit ab ea in iudicando, & conſulendo non eſſe recedendum, quam amplectitur, & in practica ſeruandam dicit etiam *Guazzin. d. defen. 30. cap. 9 num. 11. verſ. vera autem &c. & cap. 40. num. 2. verſ. ſed moderniis &c. Giurb. d. conſ. 43. ſub num. 30.* & ita ſeruari vidi pluries in Statu Vrbini, & ego ſeruaui in vna Vaden. homicidij mihi commiſſa per Eminentiſſimum, & Reuerendiſſimum Principem Cardinalem Lybo tunc temporis dict. Status Legatum vigilantiſſimum, dum eram Locumtenens Ciuitatis Vrbini, in qua reo bis illata tortura ob grauitatem indiciorum, & eo exiſtente negatiuo, illum condemnaui in pœnam exilij, & ſententia fuit laudata ab Excellentiſſimis Auditoribus Status prædicti.

7 Licèt quamplures Doctores voluerint pœnam in d. caſu eſſe poſſe etiam corporalem triremium, præcipuè *Cartar. de execut. ſent. cap. bann. cap. 2. num. 65. Menoch. d. caſu 273. in fin. in addit. Ambroſ. in proc. inform. lib. 4. cap. 4. in fin. Cabal. reſol. crim. caſu 93. num. 29. cent. 1. & caſu 288. num. 28 & ſeq. cent. 3.* & alij per eos relati, *& per Farinac. d. quæſt. 40. num. 11.*

8 Amplia quartò d. concluſionem, vt habeat locũ etiamſi reus tortus de facto tamen, cum conuictus non ſit torquendus, & negatiuus ſit conuictus per plenas probationes, quia adhuc dicitur per torturam d. probationes purgare, & ſic veniat abſoluendus, vt voluerunt originaliter *Alberi. in l. edictum 8. num. 2.* vbi teſtatur de communi opinione, *ff. de quæſt. Gram. voto 2. num. 7. & ſeq. & conſ. 64. num. 10. & deciſ. 8. num. 1. & num. 6.* & alij plures relati *per Menoch. de arbitr. d. caſu 273. num. 12. in addit. & per Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 40. num. 6.* quos longum eſſet recenſere.

9 Contrariam tamen opinionem, imò in d. caſu reum ſubſtinentem in tortura negatiuam eſſe condemnandum in pœnam extraordinariam corporalem etiam triremium perpetuarum, vel ad tempus quando agitur de pœna capitali tenuerunt verius, *Menoch. de arbitr. dict. caſu 273 num. 14. in addit Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 40. num. 13.* vbi dicit ita recipi in practica *Guazzin. d. defen. 30. cap. 9. num. 11. ver. veram &c. & cap. 40. num. 2. verſ. ſed moderamus &c. Cabal. reſoluc. crim. caſu 288. num. 34. in fin.* dicens ita vidiſſe ſeruari *cent. 3.* & in d. caſu eſſe locum pœnæ extraordinariæ late probant *Giurb. d. conſ. 43 num. 31.* vbi *num. 30. in fin.* hoc limitat, non procedere quando tortura fuiſſet ita acriter illata, vt ſubſtulerit omnia indicia, *& Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 10. num. 180.*

10 Quicquid ſit in d. caſu locum eſſe pœnæ ordinariæ, voluerunt *Marſil. Grama. Couar. Foller. Ant. Gomez* & alij relati per *Farinac. de indic. & tortur. d. quæſt. 40. num. 7. & per Menoch. de arbitr. d. caſu 273. num. 12. verſ. ſecunda opinio &c.* quam opinionem ipſe dicit probabiliorem eſſe, quam tenet etiam *Baiar. ad Clar. §. fin quæſt. 64 num. 116. & ſeq. & Caual. in ſpecul. comm. contra comm. quæſt. 375. num. 1.* vbi illam dicit veriorem, quam reprobat vt nimis rigidam & non veram *Farinac. in d. quæſt. 40. num. 8.* vbi dicit, nunquam vidiſſe illam ſeruari, vt ibi per eum, cum quo pertranſit *Fachin. contro. iur. lib. 9. cap. 6. per tot.* vbi fundamentis d. opinionis rigidæ benè reſpondet.

11 Declara d. concluſionem principalem quod licet plures ſint opiniones inter Doctores quomodo reus tortus, & negatiuus ſit abſoluendus, an ſcilicet ſit abſoluendus liberè, vel cum clauſula *ex hactenus deductis*, vel præſtita fideiuſſione de ſe repræſentando, vt videre eſt per *Clar. in pract. §. fin. d. quæſt. 64. num. 37. per Ambroſ. in proc. inform. lib. 4. cap. 4. num. 8. & ſeq. per Farinac. de inquiſ. dict. quæſt. 4 nu. 26. & ſeq. per Guazzin. d. defen. 30. cap. 40. num. 11. & ſeq. & per Antonel. de tempor. legal. lib. 4. cap. 20. in fin.* hoc tamen remitti Iudicis arbitrio, qui attenta qualitate cauſæ, indiciorum, & ſi reus eſt ſufficienter tortus, illum abſoluet ex

hacte-

hactenus deductis, vel ſi ſperat alia indicia cum cautione de ſe repræſentando, & ſi fideiuſſionem non habeat cum cautione iuratoria, & quandoque ſine abſolutione declarant *Farin. de inquiſ. d. quæſt. 4. num. 26. verſ. ego autem &c. Guazzin. d. cap. 40. num. 11. & cap. 44. num. 4. et Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 95. num. 1. et ſeq.* vbi agit præcipue de torto in cauſa hæreſis, vt ibi per eum, nec non *Antonell. d. cap. 20. in fin.*

12 Addo pro coronide, quod quando Iudex torquet reum ſuper plenè probatis, & illum interrogat ſuper ijs, in quibus eſt conuictus nihil operatur proteſtatio *ſine præiudicio probatorum*, vti contraria facto, vt docent *Boſſ. in pract. in tit. de confeſſ. num. 29. Bertaz. conſ. 266. num. 2. lib. 2. Cartar. de execut. ſent. capt. bann. cap. 2. num. 70. et ſeq. Farinac. de indic. et tort. d. quæſt. 40. num. 16. 17. et ſeq.* vbi loquitur quando infertur tortura reo ſuper alijs, & complicibus, *Guazzin. d. defen. 30. cap. 9. num. 4. 5. et ſeq. et 40. num. 6. idem Farinac. conſ. 11 num. 46. et conſ 60. num. 31. lib. 1.* plenè *Giurb. d. conſ. 43. ſub num. 9.* vbi alios dat concordantes, *Carena de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 10. ſub num. 180. et Ambroſ. in proc. inform. lib. 6. cap. 4. num. 6. et ſeq.* & ita ſentit etiam *Caball. reſol. crim. caſu 288. num. 31. et 32. cent. 3.*

ADDITIO.

N. 6. VBi habetur, quod reus tortus, & negatiuus ex indicijs indubitatis poteſt condemnari in pœnam extraordinariam adde *Scialo. in prax. torq. reos, cap. 4. nu. 24. et 25.* vbi dicit, illum condemnari poſſe in pœnam exilij, & quandoque ad triremes.

N. 11. Vbi habetur, quod ſit abſoluendus reus tortus, & negatiuus adde *Scialo. in prax. torq. reos cap. 4. num. 26.* vbi dicit, reum tortum ex indicijs ordinarijs, & negatiuum non eſſe abſoluendum, ſed relaxandum ſub fideiuſſione de ſe repræſentando, & hanc eſſe veram, & practicatam opinionem.

SVMMARIVM.

1 *Reus non poteſt renunciare defenſionibus, ita ut renunciatio non valeat.*

Cum defenſiones ſint de iure naturæ, n. 2.

Quicquid contrarium tenuerint aliqui Doctores, num. 3.

Amplia, vt neque renunciare valeat appellationi, num 4.

Quod non habet locum in renunciatione appellationis tacita, n. 5.

Neque quando renuncians eſſet notorius delinquens, num. 6.

Amplia ſecundò, vt renuncians defenſionibus poſſit renunciationem reuocare, n. 7.

Amplia tertiò, etiamſi renuncians aſſerat nullam ei competere defenſionem. n. 8.

Licèt aliqui contrarium teneant, n 9.

Secus ſi notoriè conſtet nullam renuncianti competere defenſionem. n. 10.

Valet tamen renunciatio defenſionibus in delictis, in quibus non imponitur pœna corporalis, nec infamia. n. 11.

Et quando reus eſt confeſſus, n. 12.

Et quando reus eſt captus in fragranti, in pluribus caſibus, de quibus, n. 13.

RESOLVTIO VI.

Reus an poſſit renunciare defenſionibus.

1 REus non poteſt renunciare defenſionibus, & ſi illis renunciat, dicta renunciatio non valet, vt tradunt *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 13 num. 33.* vbi plures dat concordantes, & teſtatur de communi opinione, & dat conſilium Iudicibus, quod aſſignent reo terminum ad faciendum defenſiones, & ſi illi reus renunciet, renunciationem non admittat, ſed permittat labi tempus aſſignatum, vt reus d. defenſiones facere valeat, ſi vult, vt ibi per eum, *Menoch. de arbitr. lib. 1. quæſt. 7. num. 9. Clar. in pract. § fin. quæſt. 49. num. 19.* qui teſtatur de communi, & ibi *Baiar. num. 38. Farinac. de indic. & tortur. quæſt. 39 num. 51.* vbi plures adducit concordantes, & teſtatur hanc eſſe magis communem Doctorum opinionem, & ab ea non eſſe recedendum etiam in criminibus enormibus, & ſtante iuramento, vt ibi per eum, *Guazzin. defen. 27. cap. 1. in princ. & defen. 31 cap. 1. num. 7.* qui idem teſtatur, *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 9. num. 90.* vbi dicit, quod licèt defenſionibus renunciari non valeat, renunciari tamen poteſt termino aſſignato a Iudice ad faciendum defenſiones, licèt conſulat, Iudicem debere ſinere labi terminum aſſignatum, vt ibi per eum, *Guilerm. de renunciat. tom. 2. renunc. 34. num. 14. & ſeq. Vermiglioli. conſ. 97. num. 18.* qui loquitur in aſſaſſino, *& conſ. 432. num. 9. & Capic. Latr. deciſ. 178. num. 10. par. 2.*

2 Defenſiones enim ſunt de iure naturæ ad tex. in cap. ius naturale 1. diſtin. *Guazzin. defenſ. 29. cap. 4. num 1. Carena d. par. 3. tit. 9. num. 91. Ambroſ. in proceſſ. inform lib. 3. cap. 1. nu. 9. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 3. caſu 1. num. 120. P. Gruſſet de nece prod. § 1. num. 0. & § 28 num 12.* vbi alios dat concordantes, & nemo eſt dominus membrorum ſuorum *l. liber homo 13. ff. ad L. aquil. cap. ſi non licet 23. qu. 5. Bellett. diſquiſ. cleric. par. 1. in ti. de ſauo. cler. Canon. § 1. num. 15. Barboſ axiom. 147. num. 1.*

3 Quicquid contrarium præcipuè in enormibus tenuerint Doct. relati per *Ang. de maleſ. in verb. Qui Iudex d. inquiſitis &c. poſt num. 3. & num. 14. per Duen. reg. 140. in 4. limit. Rolan. conſ. 12. num. 12. lib. 3. & Bonacoſ.* relatus per *Farinac. vbi ſupra, num. 52.* qui videtur teſtari de communi opinione, cum contra eos adſit magis communis opinio, de qua teſtantur Doctores in concluſione adducti.

4 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in appellatione, cui reus in criminalibus non poteſt renunciare, vt not. *Baiar. ad Clar. d. quæſt. 49. num. 57. Ruginel. de appell. § 9. gloſ. 1.*

cap.

cap.1.nu.14.Lancell de attent. par.2. cap.12. ampl. 2.prin. num.8. Farinac.de var.ac diuer. quaſt.quæſt. 101.num.20 vbi plures dat concordantes, & teſtatur de communi opinione, *Guazzin.d.defen.27.cap. 1. num.5. & Scacc.de appell.quæſt.17. limit.2.num. 91.* vbi quamplures adducit ita ſentientes, & dicit, id fieri non poſſe ſiue agatur de morte ciuili, ſiuè naturali, vel de membri abſciſſione, vt ibi per eum.

5 Limita primò d.primam ampliationem, vt non habeat locum in renunciatione appellationis tacita, quæ inducitur ex deſertione appellationis in non appellando, vel non proſequendo intra legitima tempora, vt poſt *gloſ. Bald. & Salic.* per eum adductos tradit *Franc.in cap. interpoſita 70. §. ille denique, num.23. de appell.* quem ſequitur *Scac. de appel.d.quæſt.17. limit.2. num.23. verſ. reſtringe ſecundo* benè comprobans, & reprobans *Lancell.* contrarium ſentientem, dicens, illum inaduertenter fuiſſe locutum, vt ibi per eum.

6 Limita ſecundò d.primam ampliationem, vt non habeat locum, quando delinquens eſſet notorius, vel eſſet confeſſus, vel conuictus, ita vt delictum negare non poſſet, quia tunc denunciationem appellationis valere voluerunt *Adden.ad Ang.de malef.in ver.præſente d.Caio, num.11. Farinac.de var. ac diuer quæſt.d.quæſt.101.num.22. & Scacc.de Appell.d.quæſt.17. lim.2. num.93.*

7 Amplia ſecundò d.concluſionem adeò eſſe veram vt ſi reus defenſionibus renunciauerit, poſſit d. renunciationem reuocare, & ſe defendere, vt adnotarunt *Angel.de malef in d. verb.Qui Iudex d.inquiſitis &c. num.8. Franc.Marc.deciſ.60. num.8.par.2 Batar.ad Clar.d.quæſt.49.num.62. Farinac.de indic. & tort. quæſt.39. num.57. & Guazzin. d. defen.27. cap.1. num.4.* qui alios dant concordantes quamplures, *& num.8. verſ.quæ prima &c. & defen.31 cap.1. num.7. verſ. & ſi fuerit &c.* vbi dicit, ita plures obtinuiſſe.

8 Amplia tertiò d.concluſionem, vt habeat locum etiamſi reus renunciet defenſionibus adiecta cauſa quia certò ſcit, nullam ſibi competere defenſionem, quia adhuc d.renunciationem non valere, nec renuncianti nocere ſcripſerunt *Ant. Gom var. reſol. tom.3.cap.13.ſub num.33. Clar.in pract.in d. quæſt. 49. verſ. quæro nunc &c.* vbi dicit per Iudices id non eſſe faciendum *Menoch. de arbitr.lib.1. quæſt.7. num.10. Farinac.de indic. & tort. d. quæſt. 39. num.56.* vbi plures dat concordantes, & teſtatur de veriori opinione, *& Guazzin.d.defen.27.cap. 1. num. 7.* qui pariter alios adducit ita ſentientes, & dicit, hanc ampliationem eò magis procedere, quando reus d. renunciationem reuocauit, vt ibi per eũ, *& def.31.c.1.n.7.verſ.caueantq; Iudices &c.*

9 Licèt contrarium imò licere reo renunciare defenſionibus cum aſſertione, quia certo ſcit nullam ei competere defenſionem tenueſit *Bald.in l.raptores 42. num.4. C.de Epiſcop. & Cleric. Ang. de malef.in d.verb.Qui Iudex d. Inquiſitis &c. nu.5. & 8.* vbi dicit, ita ſemper ſeruaſſe *Foller.in pract.in ver. detur copia capitulorum num. 8.* & ſentire videtur *Clar.in d.quæſt.49. num. 10. circa medium*, et ibi *Batar.num.61*, & alij relati per *Farinac.d.quæſt.39. n.55. et per Guaz. d.def 27. cap.1. n.8.* contra quos adeſt verior opinio, & magis recepta de qua ſupra.

10 Limita d.tertiam ampliationem, vt non habeat locum, quando conſtat notoriè reo nullam competere defenſionem, quia tunc valet renunciatio facta cum d.aſſertione, alias ſecùs, vt declarant *Ang.de malef.in d.verb.Qui Iudex d. Inquiſitis &c. num.6. & 8. Pute.de ſindic.in ver.condemnatio cap. 4. num.6. Foller.in pract.in ver.facta litis, conteſtatione, num.8. & in ver. & ſi confitebuntur num. 57. Farinac.de indic. & tort.d. quæſt.39.num.58. & Caualc.de Brach. Reg.per.1.num.180.* quem referendo ſequitur *Guaz.d.def 27.cap.1.n.9.* vbi alios dat concordantes & ſentit etiam *Ludoreb.conſ 184.ſub n.8.*

11 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in delictis in quibus non imponitur pœna capitalis, vel corporalis, ſeu infamia, quia in eis reus poteſt renunciare defenſionibus, & renunciatio, eſt valida, vt tradunt *Foller.in pract.in ver. & ſi confitebuntur, num.57. Ant.Gomez var.reſol.tom. 3, cap.13.ſub num.33. Farinac. de indic. & tort. d. quæſt.39.n.65. et Guazzin.d.defen.27.cap.1. nu.10. ver.quarto limita &c.* vbi alios dant concordantes.

12 Limita ſecundò d.concluſionem, vt non habeat locum in reo confeſſo, quem poſſe renunciare defenſionibus voluerunt *Foller.in pract.in ver.et ſi cõfitebuntur, num.57. Farinac.de indic. et tort.d.quæſt. 39. num. 62.* vbi quamplures dat concordantes etiam de communi, & practicata opinione teſtantes, licèt ſuadeat Iudices, quod non permittant d. renunciationes fieri, & ante eum *Clar.in pract.§ fin. quæſt.49. verſ.quæro nunc &c. & Guazzin. d.defen. 27. cap.1. n.10. verſ. ſextò limita* vbi pariter alios adducit ita ſentientes, vbi videtur hoc admittere, quando conſtaret, reo confeſſo nullam competere defenſionem, aliàs ſecùs, vt ibi per eum.

13 Limita poſtremò d.concluſionem, vt non habeat locum in reperto in fragranti criminè, in latrone famoſo, in aſſaſſino, in renunciante defenſionibus, vt citiùs abſoluatur in renunciante defenſionibus introductis de iure naturali, vel gentium, ſecùs in introductis de iure municipali, vel quæ ſint de apicibus iuris, quia in d.caſibus poteſt reus defenſionibus renunciare, quos eum recenſeant *Farin. de Indic. & tort. d.quæſt.39.nu.61. & ſeq. & Guaz. d.defen.27. cap.1. num.10. & ſeq. & defen.31.cap. 1.ſub n.7.* qui alios dant concordantes quamplures ad illos Lectorem remittendum cenſui, ne videar illorum ſcripta purè hic tranſcribere.

SVMMARIVM.

1 *Reo admiſſo ad nouas defenſiones teſtes contra eum examinati non ſunt ampliùs repetendi.*

Licèt aliqui contrarium ſentiant, n.2.

Amplia concluſionem, vt neque ſit facienda confrontatio teſtium, n.3.

Limita quando reus fuit admiſſus in primis terminis, n.4.

Limita ſecundò concluſionem, quando condemnatio eſt nulla, n.5.

RESO-

RESOLVTIO VII.

Reo admiſſo ad nouas defenſiones, an teſtes contra eum examinati ſint repetendi.

1 REus ſequuta contra eum ſententia contumaciali, ſi fuerit admiſſus ad nouas defenſiones, teſtes contra eum examinati in proceſſu informatiuo non ſunt amplius repetendi, cum ob ipſius rei contumaciam, & condemnationem habeantur pro rite, & rectè examinatis, ita vt proceſſus non indigeat alia legitimatione, vt tradunt *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 45. ver. ceterum &c. in fin.* vbi dicit per Senatum Mediolani grauiter fuiſſe reprehenſum Prætorem Valentiæ, qui contrarium ſeruauerat, *Adden. ad Ambroſ. lib. 3. cap. 1. nu. 29. verſ ſecundò &c. Schc. de iudic. lib. 1. cap. 98. num. 7.* dicens prædicta non procedere reo comparente ante ſententiam, vt ibi per eum *Farinac. de inquiſ. quæſt. 11. num. 105. & in tract. de teſt. quæſt. 72. num. 100. Cartar. de execut. ſent. capt. bann. cap. fin. num. 175.* vbi dicit, quod ita communiter ſeruatur, *Cabal. reſol. crim. caſu 110. num. 37. Ciriac. controu. 150. num. 89. Guazzin. def. 25. cap. 1. num. 27. & cap. 24. cap. 9. num. 14. verſ. licèt &c. Caluin. de æquit. lib. 2. cap. 197. num. 92.* & nouiſſimè *Zuffi. de legit. proc. crim. quæſt. 60. num. 28. & quæſt. 186. num 1. & ſeq.* late comprobans, *& num. 10.* clare ſentiens teſtes neque eſſe repetendos ſuper interrogatorijs, ipſius rei, *& quæſt. 159. num. 4. & quæſt. 196. num. 8.* & dixi etiam infra in verb. *Teſtis, Reſol. 6. num.* . . .

2 Licèt de veritate ſupradict. concluſionis dubitauerint *Boer. deciſ. 163. num. 5. Foller. in pract. in verſ. & ſi confitebuntur, num. 15.* & idem *Clar. in pract. §. fin. qu. 50. verſ. item quia in fin.* cum quibus per eum relatis pertranſit *Farin. conſ. 22. n. 25. lib. 1.*

3 Amplia d. concluſionem, vt reo admiſſo ad nouas defenſiones, neque ſit facienda confrontatio teſtium, vt voluerunt *Cabal. reſol. crim. caſu 269. nu. 22. cent. 3.* qui loquitur de repetitione, *Guazzin. defen. 20. cap. 21. num. 8. Farinac. de teſt. quæſt. 72. n. 101. & ſeq.* vbi dicit, *Boer. Foller. & Clar.* contrarium ſentientes intelligendos eſſe, quando reus comparet ante condemnationem ſequutam, aliàs ſecùs, vt ibi per eum, cum quibus pertranſit *Zuffi. de legit. proceſ. quæſt. 159. num. 5. & ſeq.* niſi tamen reus ſit admiſſus ad nouas defenſiones in primis terminis, vt ibi per eum.

4 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando reus fuit admiſſus à Principe ad nouas defenſiones in primis terminis non obſtante condemnatione, quia tunc cum effectus contumaciæ, & condemnationis fuerit ſublatus per Principem, teſtes ſunt repetendi, & proceſſus eſt legitimandus, vt declarant *Farin. conſ. 22. num. 25. lib. 1. Cirine. controu. 150. num. 96. & Zuffi. de legit. proc. d. quæſt. 159. num. 8.*

5 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando condemnatio eſt nulla, quia tunc cum cauſa ſit agitanda de nouo, & teſtes redacti ſint ad ſtatum proceſſus informatiui, ideo illi ſunt repetendi, & proceſſus eſt legitimandus, vt not. *Farin. de inquiſ. d. quæſt. 11. num. 105. in fin. & conſ 205 num. 12. Merlin. Pignatell. controuer. foren. lib. 1. cap. 42. num. 10.* vbi alios dat concordantes, *& Zuffi. de de legit. proc. d. quæſt. 159. num 9.*

ADDITIO.

N. 5. VBi habetur, quod quando ſententia eſt nulla teſtes vt redacti ad ſtatum proceſſus informatiui ſunt repetendi adde *Farinac. conſ. 202. num. 22. lib. 3.* vbi dicit, quod teſtes examinati in contumacia, ſi ſententia eſt nulla, non probant, & ſunt de nouo examinandi, vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Reus admiſſus ad nouas defenſiones poteſt ex ſola contumacia, & banno torqueri.*

Quod procedit, tam in vero, quàm in ficto contumace, n. 2.

Limita, vt non habeant locum in reo bonæ conditionis, & famæ, n. 3.

Neque in reo minore, n. 4.

Neque in reo, cui à Principe fuit remiſſa contumacia, n. 5.

Neque in reo, qui non comparuit ex aliqua legitima cauſa, n. 6.

Et quando reus fuit nulliter bannitus, n. 7.

Limita iterum in alijs caſibus relatis, n. 8.

RESOLVTIO VIII.

Reus admiſſus ad nouas defenſiones an poſſit ex ſola contumacia, & banno torqueri.

1 REus admiſſus ad nouas defenſiones poteſt ex ſola contumacia, & banno etiam purgatis indicijs torqueri, cũ illa faciant contra eum indicium ad torturam, vt tradunt *Clar. in pract. §. fin. qu. 64. verſ. ſed nunquid bannitus, &c.* vbi reſtatur de communi opinione, & quod ita vidit pluries practicari *Maſcar. de prob. concl. 162. n. 17. lib. 1. & concl. 1392. n. 8. lib 3. Cartar. de exec. ſent. capt. bann. cap. 1. n. 225. & num 275. & n. 452* latè *Farin. de inquiſ. quæſt. 11. num. 70.* vbi plures dat concordantes, *& conſ. 22. n. 1. lib. 1. Cabal. reſ. crim. caſu 110. num. 26. Giurb. conſ. 13. num. 23. & 24.* qui pariter alios adducit ita ſentientes, *Caren. de Offic. S. Inqu. par. 3. tit. 10. n. 115.* & nouiſſimè *Zuff. de legit. proc. quæſt. 60. num. 24. & quæſt. 159. n. 8.* Contumacia enim, bannum, & ſententia condemnatoria ſubſequuta faciunt contra reum indicium ad torturam, vt dixi, & not. *Giurb. d. conſ. 13. num. 23. & ſeq. Muta. deciſ. Sicil. 80. n. 8. Cabal. d. caſ. 110 n. 26 & Praſes Abauo in pract. & Theor. crim. verſ. Contumax, n. 15. & Caren.* qui illos referendo ſequitur *de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 10. nu. 110.* vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione.

2 Amplia primò d.concluſionem, vt habeat locum non ſolum in reo vero contumace, & ſic citato perſonaliter, ſed etiam in contumace ficto, & ſic in citato domi, vt contra *Gram in conſ.45.* latè comprobat *Cartar.de execut.ſent.capt.bann.cap.fin.nu.180.& ſeq.* vbi teſtatur de communi, & practicata opinione, quem ſequitur *Farinac. de inquiſ. d. quæſt.11.num.70.verſ.& licet &c. & Peregr. laun. inter conſ.Farinac.conſ.85. num.90. lib.1.*

3 Limita primò d.concluſionem, vt non habeat locum in reo bonæ conditionis, & famæ, quem ex ſolo banno, & contumacia torqueri non poſſe, ſed ſolùm reum diffamatum, & malæ vitæ voluerunt *Cotta.in memorab.in ver. Bannitus in contumacia &c.* vbi dicit, ita ſeruari in Statu Mediolani, cum quo pertranſire videtur *Cartar.de execut.ſen.capt.bann.cap.1.num.277.Blanch.de indic.num.293.Eugen.conſ.31.num.60.lib.1.* plenè *Farinac. in d. conſ.22. num.2.lib.1. & de inquiſ.d.quæſt.11.nu.76.* vbi alios dat concordantes, & hanc limitationem benè comprobat, & illam declarat habere locum, quando nulla alia remanent indicia, niſi ſolùm bannum, & contumacia, non autem quando alia adſunt indicia in quibus terminis dicit procedere doctrinam *Baiar. ad Clar.in quæſt.64.num.34. & ſeq.* neque illam habere locum in reo capto, ſeù comparente poſt terminum anni ei concaſſo ad comparendum, vt ibi per eum.

4 Limita ſecundò d.concluſionem, vt non habeat locum in minore contumace, & bannito ſecundum *Foller. in pract.in ver. & ſi confitebuntur, nu.31 in 14. limit.* quem referendo ſequitur *Farinac. de inquiſ.d. quæſt. 11. num.74.*

5 Limita tertiò d.concluſionem, vt non habeat locum in reo admiſſo ad nouas defenſiones, cui a Principe fuit remiſſa contumacia, vel bannum, quia iam non poteſt ex ſolo banno, & contumacia torqueri, cum ceſſante indicio, & cauſa tortura ceſſare debeat ipſa tortura, vt voluerunt *Afflic.Carer. & Baiar.* quos refert, & ſequitur *Farinac de inqu. d.quæſt.11, num.82.verſ.limita octauo,* vbi requirit expreſſam remiſſionem contumaciæ, & dicit ſignaturam ſolere reſcribere *ſine præiudicio indiciorum ex contumacia reſultantium, & in conſ.22.nu.3. lib.1.* benè comprobans & videtur ſentire *Zuffi. de legit.proc.crim. d.quæſt. 159. ſub num.8.*

6 Limita quartò d.concluſionem, vt non habeat locum in reo, qui non comparuit non ex metu delicti, ſed ex aliqua neceſſaria, vel iuſta cauſa, puta in Mercatore, qui acceſſit ad nundinas in partes longinquas, in ſcholare, qui receſſit à Studio, vt domum rediret, & ſimil. quem ſicut abſentia excuſat à contumacia, & ab executione ſententiæ, ita illum excuſare debet à tortura, vt annotarunt *Foller in pract.in verb.et ſi confitebuntur, par.3. nu.29 & 30.* vbi de eo, qui timuit ſeueritatem Iudicis *Menoch.de præſ. lib.1. quæſt.89. num.41. Eugen. d.conſ. 31. num.60. lib.1. Farinac.de inquiſ d.quæſt. 11. num.81. & d. conſ. 22. num. 4.* & tradit etiam *Zuffi.de legit.proc.crim quæſt.60.n.25.*

7 Limita quintò d.concluſionem, vt non habeat locum, quando reus admiſſus ad nouas defenſiones eſſet nulliter bannitus, & condemnatus, quia tunc non poterit Iudex contra eum deuenire ad torturam, vt tradunt *Matth Brun.conſ.crim. diuer. 116. n.51.& ſeq.lib.2.Rolan.conſ.94.nu.31. lib.4.Foller. in pract.in d.ver. Et ſi confitebuntur,par.3.n.18.Maſcar.de prob. d.concl.162. ſub n.17.lib.1.& Farin. de inquiſ. d.q.11.n.80.* vbi dicit idem eſſe, quando non conſtat de corpore delicti, & *num 78.* ampliat hoc habere locum etiam quando reus fuit condẽnatus nullis indicijs præcedentibus, vt ibi per eum videndum *Gabr.conſ.167. num.60. lib.2.* & faciunt adducta in *Reſolut. præced.in fin.*

8 Limita ſextò d.concluſionem, vt non habeat locum in pluribus alijs caſibus, puta, quando ſententia condemnatoria lata fuit nullis præcedentibus indicijs, quando reus docuit plenè de ſua innocentia, ita vt eliſerit non ſolum indicia contra eum exiſtentia, ſed etiam ipſam contumaciam, & quando reus comparuit poſt bannum, ſed ante condemnationem, & in alijs caſibus, qui recenſentur per Doctores relati per *Cartar. de execut. ſent. capt.bann.cap.1.nu.277. per Gabr. conſ 167. num.60 lib.2 et per Farinac.de inquiſ. d. quæſt.11. num.78. & ſeq.* ipſos conſulas, cum nobis ſufficiat tantum frequentiora retuliſſe.

SVMMARIVM.

1 *Reus confeſſus delictum non poteſt interrogari, nec torqueri ſuper alijs delictis.*

Ita vt confeſſio ſequuta ſuper alijs delictis, ei non noceret ad condemnandum, n.2.

Limita concluſionem, vt non habeat locum de generali conſuetudine, n.3.

Licèt d.conſuetudinem non valere teneant aliqui, n.4.

Quæ conſuetudo eò magis locum habet in fure, num. 5.

Procedit tamen d.conſuetudo in reo diffamato, aliàs ſecus, n.6.

Et in d.caſibus tortura debet eſſe moderata, n.7

Dicta tamen conſuetudo non viget in Statu Eccleſiaſtico, n. 8.

Iudex autem non debet reum interrogare in ſpecie, ſed in genere, n. 9

Et debet proteſtari, illum non torquere ſuper confeſſis, & conuictis, n. 10

RESOLVTIO IX.

Reus confeſſus delictum an poſſit interrogari, & torqueri ſuper alijs delictis.

1 REus confeſſus delictum non poteſt interrogari, & eò minus torqueri ſuper alijs delictis, quorum non præcedunt indicia, vt tradunt *Clar. in pract.§.fin.quæſt.64.verſ.ſucceſſiuè quæro &c.* vbi alios dat concordantes, *Menoch.de arbitr. caſu 523. n. 1. 2. & ſeq.* vbi limitat, niſi delictum confeſſatum faciat de ſui

natu-

natoria ad aliud, & niſi delictum non confeſſatum ſit circumſtantia delicti confeſſati, vt ibi per eum, *Farin. de indic. & tort. quaeſt. 37. num. 169.* vbi dicit, hanc concluſionem de iure nullam habere difficultatem *Adden. ad Ambroſ. in proc. inform. lib. 4. cap. 2. num. 5.* plenè *Guazzin. defen. 30. cap. 8. in princ.* vbi alios refert ita ſentientes, *& cap. 9. num. 1. & Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 10. num. 122.*

Licèt enim quis ſit infamatus, vel conuictus de vno delicto, habet tamen bonam famam reſpectu alterius, *Menoch. de arbitr. d. caſu 523. num. 4. Guazzin. d. defen. 30. cap. 8. num. 1.* & neminem torturæ ſubijci poſſe nõ præcedentibus legitimis indicijs notum eſt apud omnes *l. 1. in prin. & ibi Marſil. ff. de quaeſt. l. milites 8. §. 1. C. de quaeſt. Clar. in pract. §. fin. quaeſt. 64. ver. dixi etiam,* latè *Farinac. de indic. & tort. quaeſt. 37. nu. 1. & ſeq. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 1. quaeſt. 4. in princ.* & dicam latius infra in verb. *Tortura, reſol. . . in princ.*

2 Amplia d. concluſionem, quod ſi confeſſio emanaret ſuper alijs delictis confitenti non noceret quo ad condemnandũ, ſed ſolum quo ad inchoandum nouum proceſſum, vt notat *Boſſ. in pract. in tit. de indic. num. 137. Faller. in pract. in ver. Rei indurati torqueantur, num. 33. in fin.* quem vna cum alijs pluribus refert, & ſequitur *Farinac. de indic. et tort. quaeſt. 37. num. 166. & Guazzin. d. defenſ. 30. cap. 8. num. 1. ver. et ſi confeſſiu &c.*

3 Limita d. concluſionem, vt non habeat locum de generali conſuetudine, ex qua reus confeſſus vnum delictum poteſt de alij delictis etiam abſque alijs indicijs interrogari, & torqueri, vt teſtantur *Boſſ. in pract. in tit. de indic. num. 136. & ſeq. Faller. in pract. in d. verb. Rei indurati &c. num. 6. & in ver. & ſi confitebuntur, num. 33. Clar. in pract. in d. quaeſt. 64. num. 44. & ibi Baiar. num. 147. Franc. Perſonal. de indic. num. 100.* vbi alios dat concordantes, & hanc conſuetudinem benè comprobat, *Cartar. in pract. inter reo. lib. 4. cap. 1. num. 84. Bertaz. conſ. 341. nu. 8. lib. 2.* vbi hanc opinionem dicit communem, & ſequendam, *Farin. de indic. et tort. d. quaeſt. 37. num. 164. et ſeq.* vbi plures dat concordantes, & admittit *in conſ. 33. num. 23. lib. 1. Guazzin. d. defen. 30. cap. 8. num. 2.* qui pariter alios adducit ita ſentientes, & dicit hoc procedere etiam quod ad delicta diſſimilia, & ſiuè de eis conſtet de corpore delicti, ſiue non, vt ibi per eum, *et Anton. de Ball. tract. crim. lib. 2. quaeſt. 15. ferè per tot.*

4 Licet d. conſuetudinem vti irrationabilem, & iuri communi contrariam non valere tenuerint *Adden. ad Ang. de malef. in ver. Quod fama publica nu. 120. Marſil. in pract. §. conſtante, num. 13. et ſeq.* & alij relati per *Farinac. in d. quaeſt. 37. nu. 165. et per Guazzin. d. defen. 30. cap. 8. num. 1. ver. et in tantum &c.* volentes d. conſuetudinem non probari per aſſertionem Doctorum, ſed aliter eſſe probandum, vt per eos.

5 Amplia d. limitationem, vt d. conſuetudo magis habeat locum in fure, qui confeſſus vnum furtum poteſt ſuper alijs furtis interrogari, & torqueri etiam ſine alijs indicijs, ſecundum *Gram. deciſ. 34 num. 34. & deciſ. 48. num. 1. et ſeq. Clar. in pract. d. quaeſt. 64. num. 44. Cartar. in pract. inter reo. lib. 4. cap. 1. num. 84. Farinac. de indic. et tort. d. quaeſt. 37 num. 163.* vbi plures dat concordantes, *et Guazz. d. defen. 30. cap. 8. num. 2.* vbi quamplures refert de d. conſuetudine, & generali obſeruantia teſtantes, cum quibus pertranſit *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 2. quaeſt. 15. num. 8.*

6 Declara d. limitationem, vt conſuetudo prædicta habeat tantum locum in reo malæ famæ, & diffamato, quod alia commiſerit delicta, vt quia ſit fur, ſeù latro inſignis, graſſator viarum, vel aliàs ſit magnus facinoroſus, ſecùs verò ſi nulla contra eum vigeat diffamatio, vt declarant *Boſſ. in pract. in d. tit. de indic. n. 138. Menoch. de arb. lib. 1. q. 84. n. 8 et d. caſ. 523. n. 6 Clar. in pract. d. q. 64. verſ. ſucceſſiuè &c. Bert. conſ. 356. n. 10. et ſeq. lib. 2. Farin. de indic. et tort. d. q. 37 n. 167. et n. 171.* benè *Guaz. d. def. 30. cap. 8. n. 5.* vbi dicit, ita ſeruari in Alma Vrbe in ſimplici furе, in ſimplici aſſaſſinio, & in alio ſimplici delinquente, contra quos non deuenitur ad torturam ſuper alijs delictis, quorum non extant indicia, & hoc æquius, & laudabilius eſſe, neque d. conſuetudinem habere locum quo ad Clericos, *et c. 9. n. 1.* vt ibi per eum, & ita videtur ſentire etiã *Ambr. in proc. infor. lib. 4. c. 2. n. 5. & 6. et ibi Adden.*

7 Declara ſecundò d. limitationem, vt tortura adhibenda pro alijs delictis debeat eſſe non acris ſed moderata, vt docent *Cartar. de execut. ſent. capt. bann. cap. 2. n. 68. & n. 90. in fin.* vbi d. moderamen intelligit de dimidio horæ tantum, *Clar. in pract. d. q. 64. n. 8. in fin. Farin. de indic. et tort. d. q. 37. n. 173.* vbi valde exclamat contra Iudices contrarium facientes, *et conſ. 10 n. 21. lib 1. Mar. Burg. de modo proc. ex abrup. quaeſt. 42. nu. 17. & Guaz. d. def. 30. cap. . num. 1. et cap. 9. n. 3.* vbi alios dat concordantes quamplures, *et num. 6.*

8 Declara tertiò d. limitationem, quod d. conſuetudo interrogandi confeſſum ſuper alijs delictis, de quibus non præcedunt indicia non vigeat in Statu Eccleſiaſtico, cũ illa ſit ſublata per *Bullã Pauli III. in 1. par. Bull. Conſt. 58.* id expreſsè prohibentem, vt not. *Cartar. in pract. inter reo. lib 4. cap. 1 num. 95. Farinac. de indic et tort. d. quaeſt. 37. nu. 172.* vbi dicit d. *Bullam* non habere locum in reis diffamatis, famoſis latronibus, & ſimil. cum diffamatio ſit loco indiciorum, ita vt rei prædicti non dicantur torqueri ſine indicijs requiſitis per *d. Bullam*, vt ibi per eum, *et Guazzin. d. defen. 30. cap. 8. in fin.* vbi reprobat *Baiar.* aſſerentem *d. Bullam* extra Vrbem in Statu Eccleſiaſtico non ſeruari in practica, vt ibi per eos.

9 Declara poſtremò d. limitationem, quod Iudex interrogando reum etiam in tortura ſuper alijs delictis non debet illum interrogare de aliquo delicto in ſpecie, de quo non conſtat ad euitandam ſuggeſtionem, ſed debet illum interrogare in genere, an alia delicta commiſerit, vt docent *Bertaz. conſ. 58 in fin. lib. 1.* quem referendo ſequitur *Cartar. de execut. ſent. capt. bannit d. cap. 2. num. 84. et Ambroſ. in proc. inform. lib. 4. cap. 2. num. 8.* & quando Iudex inter-

interrogat de ſocijs, & complicibus, quod debeat reum interrogare in genere, non autem in ſpecie de aliqua perſona ad fugiendam ſuggeſtionem, niſi adſit ſpecialis præſumptio, quod aliqua perſona interuenerit latè docent, *Guazzin. defenſ. 20. cap. 13. num. 9.* vbi alios dat concordantes, *& Adden. ad Ambroſ. in proc. inform. lib. 4. cap. 2. num. 8.*

10 Addo pro complemento materiæ, quod Iudex torquendo reum ſuper alijs delictis debet adhibere proteſtationem, quod non intendit illum torquere ſuper confeſſis, & conuictis, & ſinè præiudicio condemnationis, ſi eſt condemnatus, ſed tantùm ſuper alijs delictis, quia ſine d. proteſtatione reus tortus ſi ſubſtineat d. tortura ei prodeſſet quoad delictum principale, vt declarant *Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 40. num. 16. 17. & plur. ſeq. & conſ. 4. num. 5. & conſ. 10. num. 10. & conſ. 43. in fin. lib. 1. Ant. de Bal. tract. crim. lib. 1. quæſt. 6 nu. 2. & ſeq. & quæſt. 7. num 7. Cartar. de execut. ſent. cap. 1. num. 58.* vbi ponit formam d. proteſtationis, *& in pract. inter reo. lib. 4. cap. 1. num. 92. Coſta remed. ſubſid. 26. num. 27. Maur. Burg. de modo proced. ex abrup. quæſt. 100. num. 38.* plenè *Guazzin. d. defen. 30. cap. 9. num. 4. 5. & ſeq. & Ambroſ. in proc. inform. lib. 4. cap. 2. num. 10. & lib. 6. cap. 4. num. 3 et ſeq.* vbi docent d. reum non eſſe interrogandum de delicto principali, quia diceretur a d. proteſtatione receſſum, & illum eſſe contrarium facto, vt ibi per eos, qui bene hanc materiam declarant, ad quos lectorem remitto, cũ nobis ſufficiat principaliore retuliſſe, vt aliàs diximus,

A D D I T I O.

in fin. VBi habetur, quod Iudex torquendo reos ſuper alijs delictis debet proteſtari, quod non intendit illum torquere ſuper confeſſis, & conuictis adde *Scialo. in prax. torq. reos, cap. 1. num. 11,*

S V M M A R I V M.

1 *Reus confeſſus delictum non poteſt interrogari, nec torqueri ſuper ſocijs complicibus, & auxiliatorib.*

Niſi contra illos adeſſent indicia, quia tunc poteſt interrogari, n. 2.

Limita de generali conſuetudine, n. 3.

Contra quam tenent aliqui Doct. n. 4.

Declara d. conſuetudinem procedere in reis diffamatis, furibus, & alijs, n 5.

Limita ſecundò d. concluſionem non habere locum in crimine hæreſis, n. 6.

Limita tertiò in occidente ſine cauſa, qui poteſt de mandante interrogari, n. 7.

Dicta tamen tortura debet eſſe moderata remiſſiuè, num. 8.

R E S O L V T I O X.

Reus confeſſus delictum an poſſit interrogari, vel torqueri ſuper ſocijs, complicibus, & auxiliatoribus.

1 REus confeſſus delictum, vel plenè de eo conuictus non poteſt interrogari, & eò minus torqueri ſuper ſocijs complicibus auxiliatoribus, & ſimil. non præcedentibus indicijs, quod in delicto ſocijs, & ſimiles adfuerint, vt tradunt *Caſon. de indic. & tortur. cap. 16. in princip. Gram. deciſ. 28. num. 9. in fin.* plenè *Cartar. in pract. inter reor. lib. 4. cap. 1. num. 91.* vbi plures dat concordantes, *& de execut. ſent. capt. bannit. cap. 2. num. 74. Bertaz. conſ. 27. num. 10. lib. 1.* quem vna cum alijs pluribus refert, & ſequitur *Farinac. de indic. & tort. quæſt. 40 num. 26. & conſ. 10. num. 22. & conſ. 55. num 4. lib. 1. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 2. quæſt. 15. in princ.* vbi id admittit in criminibus exceptis, *& Adden. ad Ambroſ. in proc. inform. lib. 4. cap. 2. nu. 6.* & dixi etiam infra in verb. *Socius, Reſ. 1. in prin.*

2 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando adſint indicia contra ſocium, auxiliatorem, & ſimil. vel delictum eſt tale, quod non eſt veriſimile, illud ſine ſocijs potuiſſe committi, quia tunc poteſt delinquens de illis interrogari, & torqueri, vt voluerunt *Salic. in l. fin. C. de accuſat. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 12. num. 16. in fin. & num. 17. in fin. Clar. in pract. §. fin. qu. 21. num. 4. Boſſ. in pract. in tit. de indic. nu. 145. Cartar. in pract. inter reo d. lib. 4. cap. 1. num. 90. Farin. de indic. & tort. d. quæſt. 40. num. 26. Caball. reſol. crim. caſu 200. num. 126. cant. 2. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 2. quæſt. 15. num. 3. & Ambroſ. in proc. inform. lib. 4. cap. 2. num. 6. & 7.*

3 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum de generali conſuetudine, quæ admittit, quod in omni delicto delinquens poſſit de ſocijs, & mandatoribus, & alijs complicibus interrogari, & torqueri, vt teſtantur in Dominio Mediolani *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 64. verſ. veritas eſt, & verſ. ſucceſſiuè quæro &c. in fin. Cartar. de execut. ſenten. capt. bann. cap. 2. num. 59. & in pract. inter reo. lib. 4. cap. 1. num. 86.* vbi plures dat concordantes, *Guazzin defen. 30. cap. 9. num. 2.* vbi pariter alios adducit ita ſentientes, *Vulpel. conſ. 52. num. 2.* vbi teſtatur de generali conſuetudine totius Italiæ, *Maſcar. de prob. concl. 318. num. 51. in fin. lib. 3.* plenè *Ant. de Bal. tract. crim. lib. 2. quæſt. 15. poſt princ.* vbi plures dat concordantes, & alij relati per *Farinac. de indic. & tort. quæſt. 43. num. 123.* & de dicta conſuetudine Status Mediolani teſtatur etiam *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 2. tit. 1. num. 118.*

4 Licèt d. conſuetudinem, vel non eſſe ſeruandam, vel non eſſe ſeruendam, niſi in locis, vbi illa viget dixerint idem *Clar. Ant. Gomez, & Bertaz. in locis relatis per Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 43. num. 124.* cum quibus ipſe pertranſit, dicens tam in Vrbe, quàm in pluribus locis Status Eccleſiaſtici vidiſſe ſeruari ius commune, & idem dicit *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 10. num 122.* aſſerens, d. conſuetudinem vti ſtricti iuris non eſſe extendendam ad alios caſus, vt ibi per eum.

5 Reſtringe d. limitationem, vt conſuetudo prædicta habeat locum in reis diffamatis, furibus, aſſaſſinis, graſſatoribus viarum, fraudatoribus annonæ, ſalis, & in reliquis ſeruandum ſit ius commune, vt notat *Sot. de ration. tegen. ſecre. quæſt. 6. concluſ. 1. dubit. vltim. & concl. 3.* quem refert, & ſequitur *Cartar. in pract. inter reo. lib. 4. capit. 1. ſub num. 86. Bertaz. conſ. 556. num. 10. & ſeq.*

& ſeq. lib. 2. quem refert *Farin. de indic. & tort d. quaſt. 43. num. 124 in fin Clar. in pract. §. fin. quaſt. 21. ver. Dictum Socy &c. & Ant. de Ball. tract. crim. lib. 2. d. quaſt. 15. num. 6. 7. & ſeq.* & ſentiunt *Adden. ad Ambroſ. lib 4. cap. 2. num. 6.*

6 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in crimine hæreſis, in quo hæreticos, vel confeſſos, vel conuictos interrogari poſſe, & quandoque etiam torqueri ſuper complicibus, ſocijs, & magiſtris ſuis arbitrio DD. Iudicum voluerunt *Farinac. de hæreſi quaſt. 185. num. 113.* vbi alios dat concordantes, *Ludo. à Paramo de orig. S. Inquiſ. lib. 3. quaſt. 9. num. 182.* latè *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 2. tit. 1. num. 116. & ſeq.* vbi quamplures adducit ita ſentientes, & adeſt Decretum S. *M. Pij V*, id expreſſe mandans, quod refert *Caren. d. tit. 1. nu. 116. & ſeq.* vbi vult, hoc habere locum, licet non adſint indicia, quod reus habuerit ſocios, vt ibi per eum.

7 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum in reo, qui vulnerauerit, vel occidit aliquem, & non apparet de cauſa, qui cum præſumatur id feciſſe de mandato alterius, poteſt ideò per Iudicem interrogari de mandante etiam mediante tortura, licèt non adſint indicia, cum ſufficiat inueriſimilitudo, quod delictum non committitur ſine cauſa, vt tradunt *Boſſi. Peguer. Clar. Rolan. Farinac. Cartar. & Zuffi.* in locis relatis ſupra in verb. *Mandatum, Reſol. 4. num. 3. & per tot.* vbi latiùs egi da hac materia.

8 Reliqua quò ad torturam, quæ in hoc caſu debet eſſe moderata, & quò ad proteſtationem adhibendam ſine præiudicio probatorum, conuictorum, & condemnationis ſequutæ in tortura in hoc caſu inferenda ſuppleas ex dictis in *Reſolut. praced.* quæ etiam huic conueniunt, cum ſuperfluum eſſet illa iterum repetere.

ADDITIO.

N. 3. Vbi habetur, quod reus confeſſus delictum poteſt interrogari, & torqueri de conſuetudine de ſocijs & complicibus adde *Scialo. in prax. torq. reos cap. 1. num. 8. et seq.* vbi dicit ex *Foller.* d. torturam dari in ſubſidium, vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Reus inquiſitus in partibus poteſt habere recurſum ad Papam, & ſe conſtituere in Curia.*

2 *Reus condemnatus in contumacia non poteſt ſe conſtituere, niſi coram Iudice, qui condemnauit, vel in Curia generali Prouinciæ.*

RESOLVTIO XI.

Reus inquiſitus in partibus an poſſit habere recurſum ad Papam, & ſe conſtituere in Curia.

1 Reus inquiſitus in partibus poteſt habere recurſum ad Papam, & ſe conſtituere in Curia in carceribus, cum ſuperius Princeps nunquam cenſeatur excluſus in cognitione cauſarum, ita vt Reſol. Crim,

ſtatim, quod ille incipit cognoſcere de cauſa inceptata per inferiorem cenſeatur iuriſdictio ab eo abdicata, vt tradunt *Vermigliol. conſ. 352. num. 1. & 5. Guazzin. defen. 1. cap. 14 num. 16. & Rota decis 27. num. 22. & 24. poſt ſac. vol. conſ. Farinac. & ibi Adden. in ver. A. C.* volentes hoc habere locum etiam quo ad ſubditos Baronum, & feudatariorum habentes ſuſpectos eorum dominos, & dicentes ita pluries vidiſſe practicari in Alma Vrbe.

2 Addo prædictis, quod reus condemnatus in contumacia non poteſt ſe conſtituere coram alio Iudice, quam coram eo qui tulit ſententiam, vel in Curia generali eiuſdem Prouinciæ ita mandante *Bulla Pii IV*, quam referunt *Farinac. de inquiſ. qu. 7 n. 26. in fin. & Guazzin. defen. 1. cap. 14. n. 16.*

SVMMARIVM.

1 *Reo capto poſt condemnationem eſt dandus terminus ad dicendum contra ſententiam, & dari debet copia terminorū ſubſtantialium, & indiciorū.*

RESOLVTIO XII.

Reo capto poſt condemnationem an ſit dandus terminus ad dicendum contra ſententia, & dari copia terminorum ſubſtantialium, & inditiorum.

1 Reo capto poſt condemnationem dari debet terminus ad dicēdum contra ſententiam, & debet audiri cum ſuis Aduocatis, & Procuratoribus, dando eis copias terminorum ſubſtantialium, & indiciorum contra eum exiſtentium, ad hoc, vt ipſe videre poſſit, an ſententia contra eum lata fuerit cum legitimis indicijs, & an proceſſus ſit validus, vt tradunt *Foller. Baiar. Sencc. Farinac. Guazzin. Eugen Vermigl.* & alij per me relati ſupra in verb. *Confeſſio, Reſol. 6 num. 3. 4. & ſeq.* quorum aliqui reprobant *Cartar.* contrarium ſentientem, & dicunt ita ſeruari in Statu Eccleſiaſtico non obſtantibus *Bullis Pii IV. & Pii V.* vt ibi per eos, videas ibi, vbi latiùs explicatur, cum ſufficiat prædicta pro faciliori iuuenum intelligentia tantùm indicaſſe, abſque eo, quod hic iterum inutiliter referantur.

SVMMARIVM.

1 *Reus carceratus, publicato proceſſu eſt relaxandus fideiuſſoribus, quando delictum eſt leue, & eſt locus ſolum pœna pecuniaria,*

Etiamſi non habeat fideiuſſorem ſi offerat pignora, num. 2.

Maximè ſi reus carceratus ſit Clericus, n. 3.

Itaut alias Iudex teneatur in ſindicatu actione iniuriarum, num. 4.

Limita non procedere, quando in ſubſidium pœnæ pecuniaria poteſt eſſe locus pœna corporali, n. 5.

Limita ſecundò quando reus eſt confeſſus, vel conuictus, n. 6.

Limita tertiò quando reus eſt iam condemnatus, n. 7.

Vel ſi ſit in calculo ferenda ſententia, n. 8.

Limita quartò in reo reperto in fragranti crimine, n. 9.

Limita quinto quando reus eſt Inquiſitus pro delicto graui, pro quo intrat pœna ſanguinis, n. 10

Procedit ſi conſtet de delicto. vel adſint indicia ad torturam, aliàs ſecus, n. 11.

12 *Exilij pœna, non dicitur pœna corporalis.*

RESOLVTIO XIII.

Reus carceratus, publicato proceſſu eſt relaxandus fideiuſſoribus, quando delictum eſt leue, & eſt locus ſolum pœna pecuniaria.

1 REus carceratus, publicato proceſſu eſt relaxandus fideiuſſoribus, quando delictum eſt leue, & eſt locus ſoli pœnæ pecuniariæ, *l. prima, & ibi gloſ. & Bart. & l. diuus 3. ff. de cuſto. reor.* & tradunt *Ghirla. de relax. carcer. in tit. de fideiuſs. reor. num. 1. & 7. Iodoc. in pract. crim. cap. 19. num. 5. & cap. 20. sub num. 1.* latè *Farin. de carcer. & carcer. quæſt. 33. in princ. & num. 3.* vbi dicit, ſufficere fideiuſſionem de repræſentando, de ſtando iuri, & de iudicatum ſoluendo, *Ant. Gomez var. reſ. de delict. cap. 9. n. 8.* vbi teſtatur de cõmuni opinione *Guazz. defen. 26. cap. 2. n. 3. Pyr. Maur. de fideiuſſ. part. 1. sect. 2. cap. 3. num. 7. Bello. Iun. cons. 98. nu. 7. Nouar. de grauam. vaſſall. tom. 1. grauam. 403. nu. 5. & Scialoja in prax. torq. reos, cap. 5. num. 9. & 10.* vbi dicit hanc, concluſionem habere loco in omnibus delictis, in quibus pœna imponitur minus relegatione.

De pœna enim non minus poteſt ſatisfieri fiſco per fideiuſſorem, quam per ipſum principalem, vt not. *Iodoc. in pract. criminal. d. cap. 20. num. 1. in fine, Farinac. in d. quæſt. 33. num. 1. & Guazzin. d. defen. 26. cap. 2. num. 3.*

2 Amplia primò dictam concluſionem, vt dictus carceratus, vt ſupra relaxari debeat etiam ſi non habeat fideiuſſorem, ſi tamen offerat pignora, cum magis conſultum ſit fiſco incumbere rei, quam obligationi, vt ſcripſerunt *Marſil. in pract. §. attingam, num. 11. Baiar. ad Clar. §. final. quæſt. 46. num. 43. Farinac. de carcer. & carcer. d. quæſt. 33. num. 6.* vbi dicit, Iudicem recuſantem accipere pignora, & reum relaxare teneri actione iniuriarum; *& Guazzin. defen. 26. cap. 2. num. 11.*

3 Amplia ſecundò dictam concluſionem, vt eo magis habeat locum, quando reus carceratus eſt Clericus, qui inquiſitus pro delicto, pro quo non venit imponenda pœna corporis afflictiua, offerendo fideiuſſorem debet à Iudice habilitari, vt adnotarunt *Foller. in pract. crimin. ca. in ver. & in carceribus mancipatis, cap. 12. num. 6. Farin. in d. quæſt. 33. num. 2.* vbi dicit, quod hoc non habet difficultatem, *Guazz. d. defen. 26. cap. 2. num. 4. & Carol. de Graſſ. de effection. clerical. effection. 7. num. 73. & seq.*

4 Amplia tertiò dictam concluſionem illatiuè, quod ſi Iudex non relaxet reum carceratum in caſu, in quo tenetur illum relaxare, tenebitur in Sindicatu actione iniuriarum, vt docent *Ant. Gomez var. reſol. de delict. cap. 9. sub num. 8. vers. & in tantum hoc eſſe verum, etc. Clar. in pract. §. final. quæſt. 46. vers. plerumque vero, & c. Farinac. de carc. et carcer. d. quæſt. 33. num. 7. et 8. Guazzi. d. defens. 26. cap. 2. num. 7. et 8.* vbi dicit, Iudicem in d. caſu dici grauare partem, & poſſe ab eo appellari, *Bello. Iun. d. cons. 98. num. 8. et Scialo. in prax. torq. reos cap. 5. num. 18.* vbi docet Aduocatum, quod offerat fideiuſſorem in actis, vt poſſit agere contra Iudicem, vt ibi per eum.

5 Limita primò dictam concluſionem, vt non habeat locum, quando reus carceratus eſt Inquiſitus de delicto, pro quo imponitur pœna pecuniaria, & in defectum pœna corporalis, quia tunc non eſt à carceribus per fideiuſſionem liberandus, vt tradunt *Plaza in pract. crim. cap. 2. sub num. 16. lib. 1. Menoch. de arbitr. caſu 303. nu. 31. et seq. Adden. ad Bertazol. cons. 52. litera A. lib. 1.* plenè *Farinac. de carcer. et carcer. d. quæſt. 33. num. 51.* vbi teſtatur de communi opinione; & ponit ad prædicta declarationem circa verba ſtatuti de pœna ſoluenda loquentis, quam videas ibi per eum, *Ciriac. controu. 66. nu. 6. et Scialo. in prax. torq. reos, cap. 5. nu. 29. et seq.* vbi dicit, idem eſſe quando carceratus ſi non poſſet ſoluere pœnam pecuniariam, veniret puniendus pœna relegationis, vt ibi per eum.

6 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in reo carcerato confeſſo, vel conuicto, quia is licet de pœna pecuniaria agatur, ſolutione opus eſt, vt relaxetur, non autem fideiuſſione, vt eſt tex. *in l. ſi confeſſus 5. ff. de cuſto. reor.* & docent *Pet. de Sindic. in verb. fideiuſſor officialium, cap. 3. num. 11. Iodoc. in pract. crim. d. cap. 20. n. 1. et 10.* & ab hac opinione non diſſentit *Menoch. de arbitr. d. caſu 303. num. 5. et seq.* vt ponderat *Farinac.* qui dicit ab hac limitatione non eſſe recedendum *in d. quæſt. 33. n. 9. et seq.* vbi illam ampliat etiam ſi reus det de errore confeſſionis, & limitat non habere locum in confeſſione extraiudiciali, vt ibi per eum.

7 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando reus carceratus eſt iam condemnatus, quia tunc fideiuſſoribus non liberatur, cum ſolutione, non autem fideiuſſione opus ſit, *leg. quarta, §. ait prætor, ff. de re iudic. cap. cum aliquis 6. de re iudic.* & ſentiunt *Plaza in pract. crimin. lib. 1. cap. 2. sub num. 18. et Farinac. de carc. et carc. d. quæſt. 33. num. 19. qui num. seq.* dicit, hoc non procedere ſi reus à dicta condemnatione appellet, ſeruata tamen in Statu Eccleſiaſtico diſpoſitione *Bullæ Pij V. 180.* circa appellationes reorum, de qua ibi per eum.

8 Amplia d. tertiò limitationem, vt habeat locum non ſolum quando reus eſt condemnatus, ſed etiam quando eſt in calculo ferendæ ſententiæ, quia ſi reus diſtulit fideiuſſorem offerre vſque ad ſententiam, non eſt amplius locus illius receptioni, vt not. *Marſil. in pract. crim. §. attingam, num. 3. Auguſt. ad Ang. de malef. in ver. Pro quibus Antonius fideiuſſit in prima addit. Menoch. de arbitr. d. caſu 303. num. 8. et Farinac. de carc. et carc. d. quæſt. 33. num. 25.* vbi alios dat concordantes.

9 Limita quartò d. concluſionem, vt non habeat locum in reo reperto in fragranti crimine, vt puta cum delatione armorum, vel quando alias delictum eſt notorium, & manifeſtum, quia tunc reus non relaxatur fideiuſſoribus, etiam ſi agatur de pœna pecuniaria, vt not. *Caren. quæſt. 9. num. 11. poſt tract. de indic. et tort. Foller. in pract. crim. in verb. examinati liberentur, num. 7. et seq. Menoch. de arbit. d. caſu 303. num. 12. et 13.* benè *Farinac. de carcer. et carc. d. quæſt. 33. num. 36. et Guazzin. d. defen. 26. cap. 2. numer. 12. vers. Quinto etc.*

10 Limita quintò d. concluſionem, vt habeat locum prout loquitur, quando pœna eſt pecuniaria, & leuis, ſecus tamen eſt quando illa eſt grauis, puta ſanguinis, vel alia corporalis, quia tunc reus carceratus fideiuſſoribus non relaxatur, vt eſt text. *in d. l. Diuus 3. ff. de cuſto. reor.* & tradunt *Ant. Gomez var. reſol. de delict. cap. 9. num. 8. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 46. vers. in hac autem, etc. Menoch. de arbitr. d. caſu 303. nu. 15. et seq.* plenè *Farinac. de carc et carc. d. quæſt. 33. num. 28. et seq.* vbi quamplures adducit ita ſentientes, & relatis contrarium tenentibus, dicit ab hac limitatione non eſſe recedendum, cum qua concordare etiam dicit *Bullam Pij Quinti 184.* de qua ibi per eum. *Guazzin. d. defen. 26. cap. 2. ſ. rè per tot. Nouarr. de grauam. vaſſall. tom. 1. grauam. 403. num. 5. et tom. 2. grauam. 112. et Scialo. in prax. torq. reos, d. cap. 5. per tot.* vbi plura po-

nit

nis ad hanc materiam ſcitu digna, quæ videas ibi per eum ne agrum noſtrum aliena ſegete feruliorem, vt alias dixi, reddere videamur.

11 Sublimita d. quintam limitationem, vt habeat locum quando conſtat de delicto, vel talem contra reum adſunt indicia ad torturam, ſecus ſi de delicto non conſtet vel ſi non adſunt contra eum indicia ad tortura, quia tunc ille eſt fideiuſſoribus relaxandus, licet agatur de pœna corporis afflictiua, cum non debeamus attendere titulum delicti, ſed probationes vt voluerunt *Ghirlan. de relax. carcer. in tit. de fideius. reo quæſt. 2. per tot. Boſſi. in pract. crim in tit. de carcer. fideius. etc num. 15. Farinac. de carcer. et carcer. d. quæſt 33. poſt num. 39.* & benè declarat *Scialo. in prax. torq. reos, cap 5. num. 13. et 14.* niſi tamen noua quærentur indicia, vt ibi per eum.

12 Addo pro coronide, quod pœna exilij non dicitur pœna corporalis; vt latè contra *Boſſ.* comprobat *Bello. Iun. conſ. 98 num. 17. et plurib. seq.*

RIXA.

SVMMARIVM.

1 *Rixa eſt duorum, vel plurium contentio, quæ ex improuiſo procedit.*

2 *Rixa autor dicitur, qui dixit, aut fecit, aut tentauit facere aliquid illicitum, ex quo veriſimiliter fuit ſubſequutum delictum, num. 2.*

Et qui alium ne dum facto, ſed etiam verbis ad iram incitat, num. 3.

4 *Rixa in dubio potius ſimplex, quam præuio tractatu ſequuta cenſetur.*

RESOLVTIO I.

Rixa quæ non dicatur,

1 Rixa eſt duorum, ſeu plurium vi contentio, quæ ex improuiſo procedit ad tex. *in l. fin. ff. de vi bon. rapt. & in l. 1. §. diuus ff. ad leg. Corn. de ſicar. & in l. 3. ff de vi priu,* & tradunt *Baiar. ad Clar. in §. homicidium nu. 124. Caraſa. de duello tract. 1. ſect. 3. quæſt. 7. num. 1. et P. Graſſet. de nece prodit §. 2. num. 7.* dicentes rixam eſſe pugnam priuatarum perſonarum ex mutua excandeſcentia, & ira concitata, vt ibi per eos.

2 Declara d. concluſionem, quod author rixæ dicitur ille, qui dixit, aut fecit, ſeu tentauit facere aliquid illicitum, ex quo veriſimiliter ſequi potuit delictum ſubſequutum, vt not. *Bart. in l. diuus 14. ff. ad leg. Corn. de ſicar. et Baiar. ad Clar. in d. §. homicidium nu. 125. Bertaz. conſ. 75. n. 1. et conſ. 111. n. 17. lib 1. Adden ad eundem Bertaz. conſ. 299. ver. ſed caſus in fin. lib. 2* quos referendo ſequitur *Calui. de æquit. lib. 2. cap. 130. num. 36.* vbi facit generalem concluſionem, quod author rixæ dicitur, qui dat operam rei illicitæ, vt ibi per eum, & dixi etiam ſupra in ver. *Prouocatio Reſol. 2. num ...*

3 Declara ſecundò d. concluſionem, vt author rixæ dicatur qui alium ne dum facto, ſed etiam verbis ad iram incitat, vt docent *Crauet conſ 119. nu. 11. Farinac. conſ. 35. num. 14. et 24. & conſ. 67. nu. 4. in fin. lib. 1. & de homic. quæſt. 125. num. 50.* vbi declarat, dummodo ira ſit iuſta, alias ſecus, *Maſc. de prob. concl. 1251. nu 4. lib. 3. & Giurba conſ. 63. nu. 6.* & dixi ſupra in d. ver. *Prouocatio Reſol. 2. num. 2. & ſeq.* vbi declaraui quis dicatur prouocator, & quomodo prouocatio probetur, quæ cum ſit eadem materia, illam hic repetere non conuenit, videas ibi ſi libet.

4 Addo pro coronide quod rixa in dubio potius ſimplex, quam præuio tractatu ſequuta cenſetur, vt tradunt *Alba. conſ 46. num. 12. & conſ. 47. num. 6. Burſat. conſ. 316. num. 34. Mari Ant. reſol. 10. num. 4. lib. 3.* quos referendo ſequuntur *Giurb. conſ. 2. nu. 14. ver. rixa enim &c. Ant. de Ball. tract crim. lib. 3. caſu 1. num. 82. & d. caſu 1. quæſt 2. num. 60.* vbi ampliat etiamſi rixa ſit geminata quando prima fuit inopinata, & ſecunda eadem die, vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Rixæ author, prouocator, ſeu aggreſſor ſi occidat, vel vulneret non poteſt allegare ſe feciſſe ad propriam defenſionem.*

Neque poteſt allegare offenſionem ſequutam ex noua cauſa, num. 2.

Neque excuſatur ob multitudinem delinquentium, num 3.

Neque ob incertitudinem delinquentium ei eſt minuenda pœna, num. 4.

Licèt tantùm locum eſſe debere pœna extraordinaria voluerint plures Doctores, num. 5.

RESOLVTIO II.

Rixæ author, prouocator, ſeu aggreſſor ſi occidat, vel vulneret an poſſit allegare ſe feciſſe ad ſuam defenſionem.

1 Rixæ author, prouocator, vel aggreſſor ſi occidat, vel vulneret aduerſarium, vel excedat modum in ſe defendendo non poteſt allegare, ſe id feciſſe ad propriam defenſionem, ſed puniri debet pœna ordinaria, vt tradunt *Iodoc. in pract. cap. 36. num. 3. Boſſi. in pract. in tit. de homic. num. 74. in fin. & num. 92. Vulpell. conſ. 119. num. 1. Baiar. ad Clar. §. homicidium num. 78.* late *Farinac. de homic. quæſt. 125. num. 118.* vbi quamplures adducit Doctorum authoritates, *Andr. Gail. de pace publ. lib. 1. cap 16. nu. 17. Guazz. defen.*
2 *29. cap. 4. num 34 & defen. 33. cap. 22. num. 8. in fin. & Cabal. de omn. gen. homic. num. 112. & ſeq.* & dixi ſupra in ver. *Prouocatio Reſol 1. in fin.* vbi probaui, hoc habere locum etiamſi author rixæ, ſeu prouocator occidat prouocatum ab eo poſitum in diſcrimine vitæ.

Cum enim ipſe a principio dederit operam rei illicitæ & ex propoſito, & fuerit cauſa mali non poteſt dici offendiſſe ex cauſa defenſionis, vnde non ſolùm punitur de eo, in quo ex propoſito deliquit

ſed

ſed etiam de eo, in quo deliquit præter intentionem, etiamſi deinde delinquat calore iracundiæ; cum debuerit conſiderare id, quod accidere poterat, vt not. *Baiar. in d. §. homicidium num. 78. Boſſi. in d. tit. de homic. nu. 74. & 92 et ſeq. Farinac. in d. quæſt. 125. num. 118. Caball. de omn. gen. homic. num. 112. & ſeq. & Guazz. d. cap. 4. num. 34.*

2 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt author rixæ, & prouocator non poſſit allegare offenſionem factam fuiſſe ex noua cauſa, vt voluerunt *Clar. in prac. § fin. quæſt. 47. ver. quæro nunc &c.* vbi dicit, ita vidiſſe pluries iudicari, & ibi *Baiar. num. 53. Hercul. de caut. de non offen. cap. 47. num. 26. Moran. de treg. & pace quæſt. 116. num. 3. & quæſt. 122. nu. 1. & ſeq. Farinac. de var. ac diu. crim. quæſt. 107. num. 475.* & dixi ſupra in ver. *Cautio de non offend. Reſol. 1. nu. 12.* quibus nunc addo *Guazz. de pace quæſt. 44. num. 14.* vbi dat concordantia.

3 Amplia tertiò d. concluſionem, quod licèt pœna minuenda veniat propter multitudinem delinquentium, vt dixi ſupra in ver. *Pœna Reſol. 10. num. 1.* id tamen non habet locum in eo, qui fuit author rixæ, qui propter multitudinem delinquentium non excuſatur, ſed in eum ſine venia eſt animaduertendum, vt tradunt *Tiraq. de pœn. temp. cauſa 47. num. 8.* vbi alios adducit concordantes, *Crauet. conſ. 24. num. 9. Clar. in pract. § fin. quæſt. 60. ver. allegatur etiam &c. Andr. Gail. de pace publ. lib. 2. cap. 9. num. 38. Farinac. de pœn. temp. quæſt. 96. num. 8.* vbi pariter alios adducit ita ſentientes, & alij relati ſupra in d. ver. *Pœna Reſol. 10. in prin.*

4 Amplia quartò d. concluſionem, quod licèt propter incertitudinem delinquentium, qui aliquem in rixa occiderunt pœna veniat minuenda, ita vt omnes teneantur pœna extraordinaria tantum, id tamen non habet locum in authore rixæ, qui licèt non appareat ipſum occidiſſe, adhuc tamen pœna ordinaria venit puniendus, cum præſumptio ſit, quod ipſe occiderit, vel tanquam dans operam rei illicitæ teneatur de omni eo, quod ſequitur, & fuit commiſſum tàm a ſe, quam ab alijs, vt voluerunt *Marſil. ſingul. 403. per tot.* vbi dicit, hoc eſſe memoria dignum, *Vital. de maleſ. in tit. de inſul. & percuſ. ſub num. 30. Angel. de maleſ. in ver. & Andream num. 21. Plaza in epit. delict. cap. 12. numer. 3. Rolan. conſ. 163. num. 3. & ſeq. lib. 2.* vbi teſtatur de communi opinione *Andr. Gail. pract. obſeru. lib. 2. obſeru. 109. num. 2. & 3. Menoch. de arbitr. caſu 362. num. 23. & ſeq. Eugen. conſ. 22. nu. 64. lib. 1. Cartar. de execut. ſent. capt. bann. cap. fin. num. 250. Farinac. de pœn. temp. quæſt. 96. num. 63. & ſeq.* vbi dicit, hanc ampliationem habere locum ſiuè quia fuerit occiſus vnico vulnere, ſiuè pluribus, vt ibi per eum, qui teſtatur de veriori, & magis recepta opinione, & ita teſtatur fuiſſe iudicatum *per Bertaz. Claud. ad eundem conſ. 299. ver. ſed caſus &c. lib. 2.* quem refert *Calu. de æquit. lib. 2. cap. 110. num 27. & ſeq.* vbi dicit ita tenendum eſſe de rigore iuris, & ita fuiſſe reſolutum in contingentia facti per Senatum Mediolani, vt ibi per eum.

5 Licèt contrarium, imò in d. caſu authorem rixæ condemnandum eſſe in pœnam extraordinariam, teneant *Cabal. reſol. crim. caſu 192. num 12. & ſeq. cent. 2. Vermigl. conſ 39. nu. 9.* vbi malè pro ſua opinione allegat *Farinac. in d. quæſt. 96.* qui tenet contrarium, vt ſupra cum quibus pertranſit *Giurb. conſ. 2. num. 2. ver. Quarta eorum &c. in fin. Guazzin. defen. 33. cap. 22. nu 8.* plures adducens Doctorum authoritates, quarum maior pars illius intentionem non probat, vt ex eis eſt videre, & ita ſeruari in Dominio Mediolani de æquitate teſtatur *Calui. in d. cap. 130. num. 37. & ſeq.* niſi tamen præceſſerit collectio hominum ab authore rixæ facta, & author rixæ aliquod illicitum fecerit, ex quo mors, ſeù vulnera ſequi poſſent, quo caſu vult locum eſſe pœnæ ordinariæ, vt ibi per eum, & authorem rixæ, qui occidit non eſſe condemnandum in pœnam ordinariam, niſi etiam conſtet, illum habuiſſe animum occidendi poſt *Farin. Ciriac. et Vermigl.* per me adductos dixi ſupra in verbo *Homicidium, Reſol. 2. num. 5.* ibi videas.

SALVVS CONDVCTVS.

SVMMARIVM.

1 *Saluum conductum concedere ſpectat ad Principem, ita vt Iudex non poſſit illum concedere.*
Maximè Statu Eccleſiaſtico ob ſpeciales Conſtitutiones, num. 2.
Iudex tamen poteſt ſaluum conductum concedere ex cauſa, num. 3.
Si illum concedat ad tempus, ſecùs ſi in perpetuum, num. 4.
Et dummodo, ille cui conceditur non ſit condemnatus a Superiore, num. 5.
Si tamen ſaluus conductus ſit de facto conceſſus ille eſt ſeruandus, num. 6.
Licèt aliqui contrarium teneant, num. 7.
Etiamſi ſit conceſſus contra legem, vel Statutum prohibens illum concedi, num. 8.
Dummodo illum concedens aliquam habeat iuriſdictionem, aliàs ſecùs, num. 9.
10 *Saluũ conductũ concedere poſſunt concedere Principes, Duces, Barones, et alij de quibus ibi.*

RESOLVTIO I.

Saluus conductus an poſſit concedi a Iudice, vel ſpectet ad Principem.

1 Conceſſio ſalui conductus ſpectat ad Principem, ita vt Iudex inferior non poſſit illud concedere bannitis, exulibus, nec confinatis, vt tradunt *Menoch. de arbitr. caſu 336. num. 22. ver. cum ſolus &c. Capb. conſ. 304. nu. 103. lib. 3. Decia. conſ. 18. num. 120. lib. 1. & conſ. 96. nu. 1. lib. 3.* quos vnà cum alijs pluribus refert, & ſequitur *Farinac. de carcer. & carcer. quæſt. 29. num. 79. et ſeq.* benè comprobans, & *num. 102. Guazz. def. 12. cap. 1.*

cap. 1. num. 58. ver. ſed ſolus &c. licèt *ver. ſeq.* id in dubium reuocet, *Caball. reſol. crim. caſu 50. in prin. cent. 1. Giurb. conſ. 80. nu. 15. et n. 3. Maſſin. de confiſc. bon. quaeſt. 5. n. 23. Calui. de aquit. lib. 2. cap. 106. n. 7. & ſeq. et Capic. Latro deciſ. 105. num. 6. per t.*

2 Amplia d. concluſionē, vt eò magis habeat locū in Statu Eccleſiaſtico, in quo per ſpeciales Conſtitutiones Summorum Pontificum Iudices ſunt pro libito concedere ſaluos conductos bannitis, & capitaliter condemnatis inconſulto Principe, vt not. *Farinac. de carcer. et carc. d. quaeſt. 29. num. 84.* vbi allegat *Bullas Clementis VII. Pij IV. & Pij V.* id Iudicibus prohibentes, *Guazz. defen. 12. cap. 1. num. 58. et Maſſin. de confiſc. bon. quaeſt. 5. num. 29.*

3 Limita d. concluſionem, vt non habeat locum, quando Iudex concedit ſaluum conductum ex cauſa, puta ad effectum, vt quis valeat comparere ad ſe defendendum ſuper aliquo crimine, de quo inquiritur, vel ſi Iudex velit confrontare bannitum in faciem rei vel ſi velit propalare alios delinquentes, & ad effectum occidendi alios bannitos, & ſimil. quia tunc Iudicem id facere poſſe voluerunt *Herculan. de caut. de non offen. cap. 37. num. 17.* vbi teſtatur de veriori, & magis communi opinione, *Menoch. de arbitr. lib. 2. quaeſt. 81. num. 11. et caſu 337. num. 2 et conſ. 100. nu. 198. in fin. lib. 1.* vbi hanc opinionem dicit magis receptam, quam communem, & ab ea non eſſe recedendum ceſſante conſuetudine, & contraria Conſtitutione dicit *Farin. conſ. 131. num. 3. lib. 2. et de carc. et carc. d. quaeſt. 29. num. 82. et ſeq.* vbi alios dat concordantes, licèt dicat, in Alma Vrbe ob *Bullas Pontificias* id non ſeruari, vt ibi per eum, prout neque id ſeruari Mediolani teſtatur *Clar. in pract. d. quaeſt. 32. ver. ſed hic quaero &c.* & cum d. limitatione pertranſeunt etiā *Guazz. d. defen. 12. cap. 1. ſub num. 58. Vermigl. conſ. 444. num. 5.* vbi teſtatur de communi opinione, *Giurb. conſ. 80. ſub num. 15. Merlin. Pignatel. contro. foren. lib. 1. cap. 53. num. 14. & Maſſin. de confiſc. bon. quaeſt. 5. num. 25. & num. 27.* vbi alios dat concordantes.

4 Declara dict. limitationem, vt habeat locum, quando Iudex concedit ſaluum conductum ad tēpus, ſecùs ſi in perpetuum, quia id non poteſt facere, cum conceſſio ſalui conductus perpetui ſit remiſſio banni, quae à Iudice concedi non poteſt, vt not. *Menoch. de arbitr. d. quaeſt. 81. num. 13.* plenè *Farinac. de carc. et carcer. d. quaeſt. 29. nu. 90. & ſeq.* vbi dicit, tempus debere eſſe breue, & alios adducit ita ſentientes quamplures, *& conſ. 53. nu. 22. lib. 1. Caball. reſol. crim. caſu 50. num. 2. Merlin Pignatell. d. cap. 53. num. 14. et Maſſin. de confiſc. bonor. d. quaeſt. 5. num. 26.*

5 Declara ſecundò d. limitationem, vt habeat locum, quando petens ſaluum conductum eſt bannitus, ſeù condemnatus ab eodem Iudice, vel ab eius anteceſſore, ſecùs tamen eſt ſi à Iudice Superiore, quia tunc illum concedere non valet neque ex cauſa, cum inferior non poſſit contra factum Superioris diſpenſare, vt tradunt *Herculan. de caut. de non offen. d. cap. 37. num. 8.* vbi teſtatur de magis communi opinione, *Menoch. de arbitr. d. caſu 337. num. 11. et d. conſ. 100. num. 227. lib. 1. Farin. de carc. et carc. d. quaeſt. 29. num. 88.* vbi dicit, idem eſſe in condemnato ab aequali de mandato Superioris, & in condemnato pro rebellione, ſeù pro crimine laeſae maieſtatis, vt ibi per eum, *Giurb. d. conſ. 80. ſub nu. 15.* & idem tenent *Cabal. d. caſu 50. num. 3. & ſeq. Guazz. d. defen. 12. cap. 1. ſub num. 58. et Maſſin. de confiſc. bonor. d. quaeſt. 5. num. 30.*

6 Declara primò concluſionem principalem, quod licèt Iudex non poſſit concedere ſaluum conductum, ſi tamen illum de facto conceſſerit, debet ille omninò ſeruari, ne quis ſub fide publica decipiatur, vt declarant *Menoch. de arb. lib. 1. quaeſt. 81. num. 12 et caſu 336. num. 27 et 33. et caſu 337. nu. 5. & 6. Vinc. de Franch. deciſ. 258. num. 1. in fin. Fachin. contro. iur. lib. 9. cap. 63. Farinac. de carcer. & carcer. d. quaeſt. 29. nu. 95. et ſeq.* vbi teſtatur de magis communi, & aequiori opinione, *& conſ. 131. num. 6. lib. 2. Vulpell. conſ. 19. num. 12. et 13. Cabal. d. caſu 50. num. 5. & 6. Guazz. d. defen. 12. cap. 1. n. 58. ver.* benè verum &c. *Cancer. var. reſol. par. 2. cap. 2. num. 314. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 4. quaeſt. 10. nu. 26.* plenè *Giurb. conſ. 80. num. 10. & ſeq. et num. 16. Merlin. Pignatell. contro. foren. cent. 1. cap. 53. nu. 10.* vbi plures dat concordantes, & dicit ita fuiſſe deciſum, *Vermigl. conſ. 246. ferè per tot. Maſſin. de conf. bonor. d. quaeſt. 5. nu. 31. Calui. de aquit. lib. 2. cap. 106. num. 12. et ſeq.* vbi hanc declarationem latè comprobat, & teſtatur, ita pluriès in contingentia facti fuiſſe deciſum, vt ibi per eum, *et Capic. Latro d. deciſ. 105. num. 27 & ſeq.* vbi dicit hoc non procedere ſi ſaluus conductus fuerit doloſè impetratus, vt ibi per eum.

7 Quicquid contrarium, imò ſaluum conductum nulliter conceſſum non eſſe ſeruandum tenuerint *Ang. Iodoc. Foller.* & alii quos refert *Farin. d. quaeſt. 29. num. 96.* cum quibus pertranſit *Cartar. in pract. inter. reo. lib. 2. cap. 1. num. 34.* & alij relati per *Capic. Latro d. deciſ. 105. nu. 55.* contra quos adeſt aequior, & magis communis opinio, de qua ſupra.

8 Amplia d. declarationem, vt habeat locum etiam ſi conductus contra legem, vel Statutum illum prohibens concedi datus ſit, quia adhuc ſeruari debet, nec illum obtinens moleſtandus eſt etiam ſi lex, vel Statutum habeat decretum irritans, vt latè comprobat *Peguer. deciſ. 39. ferè per tot.* vbi dicit, pluriès in illo Senatu ita fuiſſe deciſū, *Baia. ad Clar. quaeſt. 49 in prin. Farinac. de carc. et carc. d. quaeſt. 29 num. 97.* vbi aliquos contrarium tenentes refert, *& conſ. 111. num. 6. lib. 2. Giurb. conſ. 80. ſub num. 14.* licèt contrarium ſentire videatur *ſub nu. 16. Merl. Pignatel contro. forenſ. d. cap. 53. num. 11. et Maſſin. de confiſc. bon. d. quaeſt. 5. num. 33. et ſeq.*

9 Limita d. declarationem, vt non habeat locum ſi ſaluus conductus datus ſit à non habente aliquam iuriſdictionem, puta à Notario, à Bariſello, ab Aduocato fiſcali, & ſimil. quia tunc illum non eſſe ſeruandum, voluerunt *Farinac. de carc. et carcer. d. quaeſt. 29. nu. 98.* benè comprobans, *Vbert. de citat. cap. 9. ſub n. 471. et Maſſin. de confiſc. bon. d. q. 5. n. 34.*

10 Declara

10 Declara ſecundò d. concluſionem, quod ſaluum conductum concedere poſſunt, non ſolùm Principes ſupremi, ſed etiam Duces, Marchiones, Barones, & Comites, qui in eorum Ciuitatibus, & locis habent merum, & mixtum imperium, & gratiandi facultatem, & alii plures, quos recenſent *Farinac. de carcer. et carcer. d. quaeſt. 29. num. 102. et plur. ſeq. et Guazz. d. defen. 12. cap. 1. ſub n. 58* vbi hoc extendit ad Gubernatorem, & Locũtenentem repræſentantem vicem Principis ipſos conſulas.

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod conceſſio ſalui conductus ſpectat ad Principem, & quod Iudex non poteſt illum concedere adde *Sperell. deciſ. 148. num. 48. par. 2.* vbi hanc concluſionem latè comprobat, & *num. 49.* probat, Iudicem poſſe illum concedere ex cauſa, vt habetur etiam *hic num. 3.*

N. 6. Vbi habetur, quod ſi Iudex ſaluum conductum de facto conceſſit ille ſeruandus eſt adde, & idem firmat *Sperell.* ne quis ſub fide publica decipiatur *d. deciſ. 148. nu. 50.* vbi quamplures adducit de magis communi opinionem teſtantes & ita tenendum eſſe ſubiungit in iudicando, & conſulendo, vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Saluus conductus ad ſe conferendum ad certum locum cenſetur conceſſus tàm pro eundo, quam redeundo.*

Procedit in dubio, ſecùs eſt ſi ex confeſſione conſtet de contrario, num. 3.

2 *Securitas conceſſa a gabellis pro eundo ad nundinas cenſetur etiam conceſſa pro redeundo.*

RESOLVTIO II.

Saluus conductus conceſſus ad ſe conferendum ad certum locum an habeat locum tam in eundo, quam in redeundo.

1 SAluus conductus conceſſus ad effectum ſe conferendi ad aliquem locum cenſetur conceſſus tàm pro eundo ad dict. locum, quàm pro redeundo a d. loco, licèt id non ſit expreſſum, vt tradunt *Herculan. de cant. de non offen. cap. 35. nu. 14.* latè *Brun. de ceſſio. bonor. in 11. quaeſt. 4. quaeſt. prin. ſub num. 34. Menoch. de arbitr. caſu 336. num. 11. & ſeq. Bertaz. conſ. 359. num. 10. lib. 2. Farinac. de carcer. et carcer. quaeſt. 29. num. 53.* vbi alios adducit concordantes, & teſtatur de communi opinione, *et conſ. 131. n. 4. lib. 2 Guazz. defen. 12. cap. 1. ſub num. 58. ver. et ſaluus conductus &c. Vbert. de citat. cap. 9. ſub nu. 471. et Maſſin. de confiſc. bon. quaeſt. 5. num. 9.*

Non enim dicitur quis securè venire, qui securè non poteſt recedere, vt poſt *Iac. de Aren. & Bart.* per eum adductos ſcribit *Brun. de ceſſio. bon. d. quaeſt. 11. num. 34.* quem ſequitur *Farinac. in d. quaeſt. 29. num. 53.* maximè cum ſaluus conductus, vti beneficiũ, & non priuilegium ſit latè, & fauorabiliter interpretandus *Menoch. de arbitr. caſu 336. num. 24. & 25.* plenè *Farinac. de carc. et carc. d. quaeſt. 29. n. 39. et Merlin Pignatel contro foren. cap. 54. n. 3. cent. 1.*

2 Amplia d. concluſionem, vt priuilegium conceſſum Mercatoribus eundi ad nundinas abſque ſolutione gabellæ intelligi etiam debet pro redeundo ad d. nundinis, vt voluerunt *Alex. conſ. 46. num. 1. lib. 2.* vbi limitat in caſu, de quo ibi per eũ, *Gozad. conſ. 29. num. 23. Ferett. de gabell. et publ. num. 95.* quos referendo ſequitur *Menoch. de arbitr. d. caſu 336. num. 11. et ſeq. et Farinac. de carcer. et carcer. d. quaeſt. 29. ſub num. 53.*

3 Declara d. concluſionem, vt habeat locum in dubio, ſecùs tamen eſt quando ex ſubiecta materia apparet, quod ſaluus conductus non fuit conceſſus pro redeundo, quia tunc ad reditum non extenditur, vt voluerunt *Menoch. de arb. d. caſu 336. n. 11. et ſeq.* vbi latiùs declarat, *et Farinac. d. q. 29. nu. 54.*

SVMMARIVM.

1 *Bannitus, ſeù condemnatus ſi citetur pro alio delicto non tenetur comparere, niſi ei oblato ſaluo conductu.*

Licèt contrarium teneant, aliqui Doct. num. 2

Ita vt ſi ſaluus conductus non offeratur, ſententia, et proceſſus ſit nulli, num. 3.

Et ſaluus conductus per Iudicem inſeri debet in prima citatione, num. 4.

Et concluſio eò magis procedit ſi ſaluus conductus per eum petitus ſit, num. 5.

RESOLVTIO III.

Bannitus, ſeù condemnatus ſi citetur pro alio delicto an teneatur comparere ſi ei non offeratur ſaluus conductus.

1 BAnnitus, ſeù condemnatus pro aliquo crimine ſi ratione noui delicti contra eum prætenſi citetur, non tenetur comparere ad locum, in quo reperitur condemnatus, vti non tutum, niſi oblato ei ſaluo cõducto ratione banni præcedentis, aliàs illum non afficit contumacia, neque ſententia contra eum ſuperueniens eſt exequibilis, vt tradunt *Boſſ. in prac. in tit. de citat. num. 35. et in tit. de bann. nullit. nu. 9. Rolan. conſ. 68. num. 18. & ſeq. lib. 2. Clar. in pract. §. fin. quaeſt. 16. ver. ſed nunquid bannitus &c. et qu. 32. ver. tu ſcis quod bannitus &c. et quaeſt. 34. in princ.* plenè *Farinac. de inquiſ. quaeſt. 11. nu. 58. et de carc. et carc. quaeſt. 29. nu. 85. et ſeq. et conſ. 59. nu. 5. lib. 1. Guazz. defen. 2. cap. 1. nu. 44. et 58.* alios adducens ita ſentientes, cum quibus pertranſeunt *Vermigl. conſ. 187. num. 3. et ſeq. et conſ. 246. nu. 10.* vbi alios adducit ſectatores, *et Maſſin. de confiſcat. bonor. quaeſt. 5. num. 27.*

2 Quicquid contrariũ voluerint *Nel. Viui. Bonacoſ.*

Gail.

Gail & alij relati per *Farinac.in d.quæſt.*11. *nu* 58. *circa medium* fundantes ſe, quod primum bannum fuit cauſatum culpa ipſius banniti, quæ ei non debet ſauere, cum magis attendenda ſit iuſtitia, & æquitas in reddendo locum tutum bannito pro nouo delicto vocato, ne fortè innocens damnetur, quam culpa ex primo banno proueniens, vt benè reſpondet *Farinac.et Vermigl.in loc. ſupra proximè adductis*.

3 Amplia primò d. concluſionem, vt ſi ſaluus conductus bannito non offeratur, vt ſupra, proceſſus, & ſententia cõtra eum lata ſint nulli ope exceptionis ſi ſaluus conductus non ſit petitus, ſi vero ſit petitus, & denegatus, vel de primo banno conſtet Curiæ ex eiſdem actis proceſſus, & ſententia ſint nulli ipſo iure, vt declarant *Farinac. de inquiſ. d. quæſt.* 11. *num.* 59. *et ſeq. et num.* 45. *in princ. & num.* 55 *ver. quæ quidem concluſio &c. et de carcer. & carcer. d. quæſt.* 29. *num.* 85. *& Vermigl. d. conſ.* 187. *num.* 4. *et ſeq & d. conſ* 246. *num.* 10. *& ſeq.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt d. ſaluus conductus a Iudice inſeri debeat in prima citatione, quæ fit ad valuas Curiæ, vt ab omnibus legi poſſit, vt tradunt *Rolan. dict. conſ.* 68. *num.* 8. *lib.* 2. *Farinac. de inquiſ. d. quæſt* 11. *num.* 58. *in fin.* vbi dicit, ita pluriès practicaſſe, & facta d. oblatione ſalui conductus reum teneri comparere, nec poſſe excipere de non tuto acceſſu, *& Guazz. d. defen.* 12. *cap.* 1. *num.* 44. *in fin*, vbi dicit, ita vidiſſe in Curiæ pluriès practicari.

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum ſi reus citatus pro alio delicto petat ſaluum conductum pro alijs delictis, quia illum Iudex debet omninò concedere, aliàs non tenetur comparere, vt not. *Boſſi. in pract. in tit. de citat. num.* 35. *et ſeq.* vbi dicit, quod impium eſſet aliter dicere, *Clar in pract. §. fin. quæſt.* 32. *ver. ſi ſcis &c. Decia. conſ.* 96. *per tot. lib.* 3. *Farinac. de carc. et carc. d. quæſt.* 29. *num.* 86. *et conſ.* 59. *n.* 5. *lib.* 1. *& Vermigl. d. conſ.* 246. *num.* 12. qui alios dant concordantes quamplures.

ADDITIO.

N.1. VBi habetur, quod bannitus, ſeu condemnatus ſi inquiratur pro nouo delicto non tenetur comparere, niſi oblato ei ſaluo conductu adde *Farinac. in addit. ad quæſt.* 11. *de inquiſ. n.* 58. dicentem ab hac opinione non eſſe recedendum in iudicando etiam reo illum non petente, *Scac. de iudic. lib.* 1. *cap.* 22. *num.* 27. *iunctio num.* 29. *et lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 1774. maximè quando locus manifeſtè non eſt tutus, & *Zuffi. ad Conſtit. Barbar. num.* 192. *& ſeq.* vbi dicit, idem eſſe ſi reus contumax ſit ſolum de alio delicto accuſatus, quia eſt offerendus ſaluus conductus, dummodo non pro leui cauſa, & quando reus in inquiſitione enunciatur criminoſus, vt ibi per eum videndum.

N.3. Vbi habetur, quod ſi ſaluus conductus non offeratur ſententia, & proceſſus ſunt nulli adde ſupradicta eo magis procedunt ſi Iudex habuit ſcientiam de ſententia lata contra bannitum, vt quia ipſe tulit primam ſententiam, vel alio modo habuit de illa ſcientiam, quia tunc ſecunda ſententia non oblato ſaluo conductu eſt nulla etiam ſi illud non ſit petitum, ſi vero Iudex illam ignorauit ſecunda ſententia eſt valida, cum Iudex ritè proceſſerit, ſed ope reſtitutionis illa eſſet reſcindenda, vt poſt *Aſſli. Marſil. Caph.* & alios per eum adductos ſirmat *Farinac. de inquiſ. d. quæſt.* 11. *num.* 60. *ver. mouet me &c.*

SVMMARIVM.

1 *Saluus conductus à Principe conceſſus eſt punctualiter reo ſeruandus.*

Cum turpe ſit fidem fallere, num. 2.

Licèt aliqui contrarium teneant, num. 3.

Ita ut captus ſub ſaluo conductu ita debeat relaxari, vt iterum capi non poſſit, num. 4.

Et ſaluus conductus latè ſit interpretandus, n. 5.

Fallit concluſio ſi ſuperueniat noua cauſa, n. 6.

Et pro delictis futuris, ad quæ ſaluus conductus non extenditur, num. 7.

Imò ex nouo delicto infringitur ſaluus conductus etiam quoad præterita, num. 8.

Et pro ſaluo conductu conditionali non impleta conditione, num. 9.

Et quando ſaluus conductus eſt ſubreptitius, num. 10.

Et poſt lapſum tempus in ſaluo conductu appoſito, num. 11.

12 *Saluus conductus extenditur ad delicta non expreſſa, quando ſunt minora expreſſis.*

RESOLVTIO IV.

Saluus conductus à Principe conceſſus an ſit reo omnino ſeruandus.

1 SAluus conductus reo, vel delinquenti à Principe conceſſus eſt ei punctualiter ſeruandus, ita vt ſub d. ſaluo conductu, & ſecuritate à Principe conceſſa nemo carcerari, moleſtari, nec offendi poſſit, vt tradunt *Bertaz. conſ.* 359. *num* 1. *& ſeq. lib.* 2. *Decian. tract. crim. lib.* 7. *cap* 16. *num* 3. *Herculan. de cant. de non offend. cap.* 37. *num.* 6. *et num* 11. vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione *Vinc. de Franch decis.* 258. *in pri. a Giurba conſ.* 80. *n.* 10. *& ſeq.* plenè *Farinac. de carc. et carc. quæſt.* 29. *num.* 1. *et ſeq.* vbi quamplures dat concordantes, & dicit ab hac opinione vti magis communi, magis æqua, & magis ſeruata non eſſe recedendum vllo pacto in conſulendo, & iudicando, & quod monſtruoſum eſſet videre contrarium, vt ibi per eum, *Maſſin. de confiſc. bonor. quæſt* 5. *num.* 2. *Caplc. Latro decis.* 103. *nu.* 27. *part.* 1. *Calui. de æquit. lib.* 2. *cap.* 106. *num.* 12. *et P. Graſſet. de nece prodit. §.* 12. *num* 16. *ver. vel niſi &c.*

2 Cum turpe ſit fidem fallere, *l.* 1. *ff. de conſtit. pecu. cap.* 1. *de dolo, et contum. l. conuentionum* 5. *et ibi communiter Doct. ff. de pact. Menoch. conſ.* 156. *num.* 22. *lib.* 2. *Farinac. d. quæſt* 29. *num.* 5. plenè *Barboſ. axiom* 98. *in pri.* vbi dat concordantes quamplures, & turpius ſit ſub fide publica quem deceptum remanere *l.* 1. *C. de his qui ven. ætat. impetr.* not. *Decian. et Cagnol. in l. ea eſt natura* 66. *ff. de regul. iur.*

Farinac.

Farinac. in d. quaeſt. 29. num. 5. circa medium. Capic. Latro d. deciſ. 105. num. 28. part. 1 & turpiſſime id accideret in Principe, cui nihil magis conuenit, quam recta fides *epiſt. inter claras C. de Sum. Trin. & fide Cathol. Rolan. conſ. 1. num. 32. lib. 2. Farinac. in d. quaeſt. 29. ſub nu. 5. Rodolphi. de abſolu. Princip. poteſt. cap. 10. num. 183. Barboſ. d. axiom. 98. num. 4. & 5.* vbi dat concordantes.

3 Quicquid contrarium imò ſaluum conductum non eſſe ſeruandum precipuè in atrocioribus delictis, cum liceat delinquentes, & facinoroſos dolis, & cauillationibus fallere tenuerint *Enge. conſ. 67. num. 11. et ſeq. et conſ. 68. num. 30. lib. 1.* & alij relati *per Farinac. de carc. et carc. d. quaeſt. 29. nu. 4.* contra quos adeſt magis communis, magis aequa, & practicata opinio de qua ſupra.

4 Amplia primò d. concluſionem, vt captus ſub ſaluo conductu non ſolum debeat relaxari, & in priſtinam libertatem reduci, ſed taliter debeat relaxari, vt iterum capi non poſſit, alias non diceretur liberatus, vt ſcripſerunt *Farinac. de carcer. et carcer. d. quaeſt. 29. num. 11.* vbi alios adducit ita ſententia, *Salgad. de reg. protect. par. 2. cap. 4. num. 52. et ſeq. Fontanel. de pact. nupt. clau. 4. gloſ. 18. part. 4. nu. 33. Maſſin. de confiſc. bon. qu. 5. nu. 4.* & generaliter dixi ſupra latiùs in ver. *Captura Reſol. 8. n. 1. & ſeq.*

5 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt ſaluus conductus non ſolum ſeruandus ſit, ſed, vt ſeruetur, & & vices habeat latè, & fauorabiliter ſit interpretandus, cum dicatur potius beneficium, quàm priuilegium, vt docent *Menoch. de arb. caſu 336. num. 24. et 25.* latè *Farinac. de carc. et carc. d. quaeſt. 29 num. 39. et ſeq.* vbi alios dat concordantes, & benè materiam declarat, *et conſ. 131. num. 1. lib. 2. Merlin. Pignatel. contro. foren. lib. 1. cap. 54. num. 3.* plenè *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 4. q. 10. nu. 2.* vbi alios dat concordantes, & dixi etiam ſupra *Reſol. 2. poſt prin.*

6 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum ſuperueniente noua cauſa, ob quam ſaluus conductus poteſt reuocari, & non eſt ſeruandus, cum ob nouam cauſam liceat a pactis, & conuentionibus recedere, vt tradunt *Menoch. conſ. 244. nu. 29. et ſeq. lib. 3. Burſatt. conſ. 345. nu. 34. et 44. lib. 4. Rim. iun. conſ. 450. n. 24. & ſeq. lib. 5.* quos vnà cum aliis pluribus refert, & ſequitur *Farinac. de carcer. et carc. d. quaeſt. 29. num. 62. & ſeq.* vbi bene declarat, ſaluum conductum non eſſe ſeruandum, quando cauſa ſuperueniens procedit ex facto, & delicto illius, cui fuit conceſſus ſaluus conductus, ſecùs tamen eſt ſi cauſa ſuperueniat aliundè, quia tùc licèt poſſit ſaluus conductus ei reuocari, non poteſt tamen ille capi, & carcerari, vt ibi per eum.

7 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum pro delictis futuris, ad quae cum ſaluus cõductus non extendatur, neq; illa comprehendat, ideò pro illis Principis non tenetur ſaluum conductum ſeruare, ſed poteſt pro eis vti non comprehenſis delinquentem punire, vt ſcripſerunt *Menoc. de arb. caſu 337. n. 13. Baiar. ad Clar. quaeſt. 59. nu. 94. Farinac. de carc. & carc. d. quaeſt. 29. num. 58.* vbi plures adducit ita ſententia more ſuo, *& conſ. 131. num. 15. lib. 2. Roait. in Rub. de exul. num. 15. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 4. quaeſt. 10. nu. 17. & 36. Maſſin. de confiſc. bonor. queſt. 5. n. 16. & Capic. Latro deciſ. 105. num. 30. & ſeq. par. 1.*

8 Amplia d. limitationem, vt non ſolùm ſaluus cõductus non comprehendat delicta futura, ſed ex nouo delicto ita infringatur ſaluus conductus, vt neq; ille ſeruandus ſit quoad delicta antiqua, vt not. *Farinac. de carc. & carc. d. quaeſt. 29. num. 59. et ſeq.* & dicam infra latius in *Reſol. ſeq.*

9 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum in ſaluo conducto conditionali, in quo non purificata conditione, vel illa non impleta non poteſt illum obtinens eo vti, & ſic Princeps non tenetur illum ſeruare vt adnotarunt *Rim. iun. conſ. 490. nu. 16 & ſeq. lib. 5. Farinac. de carc. & carc. d. quaeſt. 29. num. 25.* vbi loquitur in aſſicurato, qui non impleuit promiſſa in conceſſione ſalui conductus appoſita, *et nu. 78. Rouit. in pragm. 1. de guidat. ſub n. 3. et Capic. Latro d. deciſ 105. n. 41. et plur. ſeq.* vbi teſtatur ita in Sacro Conſilio fuiſſe deciſum.

10 Limita quartò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando ſaluus conductus fuit obtentus per ſubreptionem, quia tunc ille non eſt ſeruandus, vt poſt *Soc. Sen. & Ian. Felin. et Crau.* per eum relatos tradit *Surd. deciſ 307. nu. 17. Menoch. de arb. d. caſu 337. n. 7. Valenz. conſ. 59. nu. 44. et Capibl. de Baron. tom. 2. cap. 31. n. 19.* quos refert, & ſequitur *Capic. Latro d. deciſ. 105. num. 58. & ſeq.* vbi benè declarat & praecipuè *num. 63.*

11 Limita quintò d. concluſionem, vt ſaluus conductus ſeruari non debeat poſt tẽpus lapſum quod eſt continuum, & currit de momento ad momentum à die datae etiamſi bannitus, cui fuit ſaluus cõductus conceſſus non habuerit illius notitiam, ita vt ille ſeruandus ſit ſolùm per illud tempus, quod ſupereſt poſt notitiam, vt tenent *Cabal. reſol. crim. caſu 248. ferè per tot. cent. 3. Guazz. de fen. 12. cap. 1. ſub num. 58. et Maſſi. de confiſc. bon. d. qu. 5. nu. 35.* & faciunt adducta *per Genua de ſcrip. priu. lib. 3. in tit. de liter. inducial. qu. 5. per Graſſ. de except. excep. 32. num. 127.* volentes tempus moratoriae currere à die datae, vt ibi per eos.

12 Addo pro coronide, quod ſaluus conductus cõceſſus delinquenti extenditur etiam, & ſeruandus eſt quoad delicta in ſaluo conductu non expreſſa, quando ſunt minora expreſſis, vt adnotarunt *Nouell. reg. 48. in 6. ampl. Farin. de carc. et carc. d. qu. 29. nu. 57.* vbi dicit quod quando generaliter eſt conceſſus comprehendit etiam delicta occulta, pro quibus non eſt delinquens condemnatur, vt ibi per eum, *Guazz. de fen. 12. cap. 1. num. 58. & Maſſin. de confiſc. bonor. d. quaeſt. 5. num. 17.*

SVMMARIVM.

1 *Habens ſaluum conductum ſi poſt illud delictum committit, ſaluum conductum amittit.*

Licèt contrarium teneant, aliqui num. 3.

Fallit tamen concluſio ſi delictum poſtea commiſſum ſit leue, num. 4.

Et ſi

Et ſi ſit commiſſum ex improuiſo, & non ex propoſito, num. 5.

3 *Saluus continet conditionem, niſi aſſecuratus concedentem offendat.*

RESOLVTIO V.

Habens ſaluum conductum ſi poſt illum delinquat an illum amittat.

1 Habens ſaluum conductum ſi poſt illũ obtentum committat aliud delictũ illius priuilegium amittit, ita vt ille ſeruari non debeat etiam quoad delicta antiqua, cum delinquendo dicatur abuti d. ſaluo conductu, vt tradunt *Iodoc. in pract. cap. 29 nu. 7* vbi refert Paduæ quendam habentem ſaluum conductum ob nouum commiſſum delictum fuiſſe ſuſpenſum, *Herculan. de caut. de non offen. cap. 37. num. 2. Menoch. de arb. caſu 337. num 15. et conſ. 244. num. 32. et ſeq. lib. 3. Farinac. de carc. et carc. quaſt. 29. nu. 60.* vbi plures dat concordantes, & dicit ab hac opinione vti communi, & melioribus rationibus fulcitam non eſſe recedendum, *& conſ. 231. num. 51. lib. 2. Caball. reſol. crim caſu 118. n. 1. 2. et ſeq. cent. 2. Guazz. defen. 12. cap. 1. num. 58. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 4. quaſt. 10. nu. 39. Salgad. de Regia protect. par. 2. cap. 4. num. 56. et ſeq. & Maſſin. de confiscat. bonor. quaſt. 5. num. 18. & ſeq.*

2 Saluus conductus enim continet tacitam conditionem, niſi aſſecuratus concedẽtem offenderit, vel alias offenſionis cauſam præbuerit *l. quaro 56 §. inter locatorem, ff. loca. l. quid ergo 56. §. ſi hæres ff. de lega. 1. Magalo. de ſaluo condu. par. 2. col. 4. ver ſed hac &c. Menoch d. conſ 244. n. 31. et 38. et ſeq. lib 3.* ſatis autem offendi dicitur concedens per delictum ab aſſecurato commiſſum, cum per illud offendatur Reſpublica, & ſic Princeps concedens *l. ſi quis ingenuam 21. §. in ciuilibus ff. de capt. et poſt limi. reuer. l. ita vulneratus 52. ff. ad leg. acquil.* & not. *Farinac. in d. quaſt. 29. nu 60*, & cum delinquendo iterum, dicatur abuti ſaluo conducto, vt dixi ita vt ipſo iure ſit eo priuatus, vt tradunt *Nell. de banni. in 1. par. 2. tempor. quaſt. 16. per tot. & Farinac. d. quaſt. 29. ſub num. 60.*

3 Quicquid contrarium tenuerint *Decian. in cap. conſtitutus, nu. 7. de appel.* dicens pro hac parte conſuluiſſe aliquos Doctores Florentinos, *et Cancer. var. reſol. par. 2. cap. 2. ſub nu. 314.* contra quos adeſt verior, & communis opinio de qua ſupra.

4 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locum in delicto graui poſtea commiſſo, non autem in leui, quia per illud non amittitur priuilegium ſalui conductus ſecundum *Guazz. d. defen. 12. cap. 1. n. 58. ver. habens autem, &c. Salgad. de Reg. protec. part. 2. cap. 4 n. 56. et ſeq et Maſſin. de confiſc. bon. d. q. 5. n. 19*

5 Limita ſecundò d. concluſionem, quando delictũ fuit commiſſum per habentem ſaluum conductum appenſatè, & ex propoſito, ſecus tamen eſt ſi illud fuit commiſſum ex improuiſo, vel prouocatus ad propriam defenſionem etiamſi excedatur modus inculpatæ tutelæ, quia tunc delinquens ſub ſaluo conductu punitur tantùm de eo, in quo deliquit, non tamen amittit priuilegium ſalui conductus ei conceſſi pro delictis præteritis, vt tradunt *Menoch. de arbitr. d. caſu 337. nu. 15. Ludoui. deciſ. Lucen. 11. nu. 31. Farinac. de carc. & carcer. d. quaſt. 29. nu 61.* vbi alios adducit ita ſentientes, *Caball reſol. crim. caſu 118. n. 8. & ſeq. cent. 2. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 4. quaſt. 10. num. 39. & Maſſin. de confiſc. bonor. d. quaſt. 5. num. 20 & ſeq.*

SVMMARIVM.

1 *Saluus conductus concedi debet accuſato, vel inquiſito de pluribus delictis volenti ſe purgare non ſolùm, quando delicta ſunt ſeparata; ſed etiam, quando non ſunt ſeparata.*

2 *In contrarium adeſt votum R. P. D. de Rubeis Fiſci Apoſt. Aduocati, num. 2*

RESOLVTIO VI.

Saluus conductus an concedendus ſit accuſato, vel Inquiſito de pluribus delictis volenti ſe purgare tam de delictis ſeparatis, quam de non ſeparatis.

1 Saluus conductus concedi debet accuſato, vel Inquiſito de pluribus delictis volenti ſe purgare ab aliquo ipſorum non ſolùm, quando delicta ſunt penitus ſeparata, ſed etiam, quando non ſunt ſeparata, vt puta ſi reus inquiratur de homicidio appenſato, qui ſi velit fateri homicidium, poteſt petere ſaluum conductum ſibi concedi ſuper appenſamento, vt tradunt *Decia. conſ. 96. ſub nu. 8. lib. 3. Guazz. defen. 1. cap. 1. n. 58. ver. & conceditur &c.* & ſecundum prædicta mihi renunciatum fuit fuiſſe aliquando reſolutum *in Sacr. Conſulta* in homicidio commiſſo cum fractura pacis.

2 In contrarium tamen adeſt votum *R. P. D. de Rubeis Fiſci Apoſtolici Aduocati* celeberrimi, in vna *Peruſina ſalui conductus*, qui declarat *d. conſ. 96. Decia.* & ſecundum d. votum fuit iudicatum in Auditorio Legationis Vrbini dum ego eram vnus ex Auditoribus d. Legationis ſub Eminentiſs. & Reuerendiſs. Principe, & Domino meo Cardinali Delcio Legato vigilantiſſimo, & integerrimo, in vna *Piſaurea.* Illuſtriſſimorum DD. Comitum de Montania, qui petebant ſaluum conductum ob exploſionem archibuſiatæ, pro qua prætendebatur fracta cautione de non offendendo ſcutorum quatuorum millium. quod quidem votũ mihi traditum ab Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Angelo Rantio Nobili Bononien. tunc temporis Vrbini Prolegato digniſſimo cum ſit maxima eruditione plenum, & optimis doctrinis comprobatum volui in fine harum Reſolutionum in gratiam iudicum, & Aduocatorum per extenſum referre, vidas ibi benignè lector ſi libet.

SEQVESTRATIO.

S V M M A R I V M.

1 *Sequeſtrari nemò poteſt in domo ob timorem ſcandali, ſed ſolùm ob delictum commiſſum,*

R E S O L V T I O I.

Sequeſtrari an quis poſſit in domo ob timorem ſcandali ſeù ob delictum commiſſum,

1 SEqueſtratio nemo poteſt in domo ob puras rixas, & timorem ſcandali, ſed tantùm ob aliquod delictum commiſſum, cum d. ſequeſtratio ſit ſpecies ſeruitutis, quæ ceſſante delicto iniungi non poteſt cum alio modo prouideri poſſit, ne ſequantur rixæ, per diuiſionem contrariarum, & Ciuitatis, vt not. *Bald. in cap. quintauallis* 23. *ſub num.* 2. *de iureiur. Iaſ in l. quod iuſſit* 14 *ſub. nu.* 19. *& ibi Ripa, num.* 4. *ff. de re iudic, Bertaz. conſ.* 485. *nu.* 5. *& conſ.* 416. *num.* 10. *& conſ.* 417. *nu.* 24. *&* 25. *lib.* 1. *Baiar. ad Clar. quæſt.* 31. *ſub nu.* 18. *Aldoni, conſ.* 20. per totum primum dubium, & præcipuè *num.* 60. quos refert, & ſequitur *Ciriac, contro.* 101. *num.* 54.

S V M M A R I V M.

1 *Creditores ſequeſtrantes cadauera debitorum puniuntur pœnis hic recenſitis.*

Et appellatio creditorum, ne cadauer ſepeliatur non eſt recipienda, num. 2

Etiamſi creditores habeant Inſtrumentum guarantigiatum, num. 3.

Amplia d. concluſionem, vt num. 4.

R E S O L V T I O II.

Sequeſtrari an poſſint cadauera debitorum per creditores, & ſub qua pœna,

1 CReditores ſequeſtrantes cadauera debitorum, & impedientes illorum ſepulturam donec de eorum creditis ſatisfiant hodie incurrunt pœnã amiſſionis crediti, confiſcationis tertiæ partis bonorum, infamiæ, & tenentur tantundem defuncti hæredibus erogare ad tex. *in auth. item qui domum. & in corpore, vndè ſumitur C de ſepulc. viola.* & tradunt *Ripa de peſte in* 1. *remed. præſeru. nu.* 101. *Menoch de arbitr. caſu* 387. *num.* 16. vbi recenſet pœnas in d. caſu impoſitas de iure Codicis. nempè pœnam quinquaginta librarum auri, quam ſi ſequeſtrans cadauer exſoluere non poſſit pœna corporali ſit puniendus plenè *Bruno, a ſele quæſt.* 29. *num.* 1. *& ſeq.* vbi ampliat etiam cadauere Iudæi, *Farinac. de delict. & pœn. quæſt.* 20. *num.* 139. *& ſeq.* vbi alios dat concordantes, *Mari. Antonar. reſol. lib.* 1. *reſol.* 112. *caſu* 7. *in fin. Iuli. Lauor. var. lucubr. tit.* 2. *cap.* 1. *num.* 123. & corpora defunctorum ſequeſtrari non poſſe ſcribit etiam *Gratian. diſcep. foren. cap.* 243. *num.* 19. *&* 20. *par.* 2. benè *Cobel. Bell. bon. regim. cap.* 13. *num.* 52. Cum ſatis inhumanum ſit, & à Chriſtiana charitate alienum, imò etiam inconueniens, & impium apud ethnicos cadauer inopia debitoris inſepultũ derinere, etenim ſi per mortem etiam capitale crimen extinguitur, quid iniuſtius, quam debitorum corpora pignori ſubiacere, dum viuorum ſolum membra diſtrahi lex 12. *tabularum* olim permiſiſſet, vt aduertunt latè *Couar. var. reſol. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 10 *Iul. Lauor. d. tit.* 2. *cap.* 1. *num.* 123. & ante eum *Farinac. in d. quæſt.* 20. *num.* 139. *& Cobel. d. cap.* 13. *num.* 47. *& ſeq.*

2 Amplia primò d. concluſionem adeo eſſe veram, vt appellatio creditorum, ne debitoris cadauer ſepeliatur, non ſit recipienda ad tex. *in l. fin. ff. de appell. recip. & in cap. ex parte* 5. *& ibi gloſ de ſepult, Duen. reg.* 399. *ver. et primò &c. Couar. var. reſ. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 10. *et Farin. de delic. et pœn. d. q.* 20. *n.* 139.

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum etiamſi creditores habeant inſtrumentũ guarantigiatum, quia adhuc non poſſunt ſepulturam debitoris impedire, vt voluerunt *Couar. var. reſol. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 10. *Menoch. de arb. d caſu* 387. *nu.* 20. *Sebaſt. Medic. de ſepult. part* 4 *qu.* 14. *nu.* 9. *Brun. à ſale d. quæſt.* 29. *num.* 3. *et ſeq. & Farin. de delic. et pœn. d. qu.* 20. *num.* 142. vbi alios dat concordantes, & dicit ab hac opinione non eſſe recedendum vti communi, & in practica ſeruata reprobando *Ang.* contrarium tenentem, vt ibi per eum, cum quibus pertranſeunt *Grat. diſcept. foren. d. cap.* 243. *num.* 19. qui pariter reprobat *Ang.* contrarium tenentem, addo *Cobel d. cap.* 13. *num.* 51. vbi dicit neque valere pactum, per quod ſepultura impediatur.

4 Amplia tertiò d. concluſionem in tantum eſſe veram, vt ſi creditor exequias prohibeat excommunicando infirmum, aut alio modo, ſit puniendus in amiſſione crediti, & alia, vt ſupra d *auth. idem qui damum, & in corpore, vndè ſumitur C. de ſepulc. viol. Duen d. reg.* 397. *ver. quintò qui exequias, &c. Farinac. de delict. & pœn. d. quæſt.* 20. *num.* 143. vbi alios dat concordantes.

A D D I T I O.

N. 1. VBi habetur, quod cadauera non poſſunt per creditores ſequeſtrari, alias contra eos intrat pœna, de qua ibi adde *Paul. Rub. de validit. legal. cap.* 53. *nu.* 146. *& ſeq. & Marchet. de ſepult. tit.* 40. *num.* 36. *& ſeq.* late comprobantem, & limitantem non habere locum, quando præceſſit ſententia, qua prohibetur Eccleſiaſtica ſepultura, quia tunc niſi ſatisfactum ſit debitum, cadauer debitoris non ſepelitur, exemplificando in debitore obligato in forma Cameræ, cuius vigore debitor declaratur excommunicatus, de quo vide *Marchet. vbi ſupra num.* 41. 42. *& ſeq.* vbi declarat.

SINDICATVS.

S V M M A R I V M.

1 *Offendens Iudicem tempore ſindicatus ratione officij punitur, ac ſi durante officio illum offendiſſet.*

Licèt

2 *Licèt illum eſſe puniendum pœna extraordinaria voluerint alij, num. 2*

Fallit quando officialis offendentem iniuriaſſet, num. 3.

Et quando offenſa non fuit facta ratione officij, num. 4

5 *Offenſa, quando cenſeatur facta ratione officij nec ne remiſſiuè.*

RESOLVTIO I.

Offendens Iudicem tempore Sindicatus an puniatur, ac ſi durante officio illum offendiſſet.

1 OFfendens Iudicem tempore ſindicatus ratione officij ita debet puniri, ac ſi durante officio illum offendiſſet propter reliquias priſtinæ dignitatis, vt tradunt *Bald. in l. obſeruare 4 §. proficiſci, num. 6. ver. ſeptimò quæritur, ff. de offic. proconſ. & lega. Iaſ. in l ſi ita ſtipulatus 126. §. Griſogonus in 5. not ff. de ver. oblig. Tiraq. de nobilit. cap. 28. num. 7. Amad de ſindic. num. 257.* licèt dicat de hac concluſione dubitaſſe *Ludo. Roman.* in loco per eum adducto, & illam habere locum etiam in offendente officialem poſt ſindicatū intra tempus, quod datur pro ſatciniolis componendis vt ibi per eum, *Pute. de ſindic. in tit. Iudic. ad ſindic. qui ſint cap. 2. num. 16. Catald. de ſindic. nu. 185.* cum quibus pertranſit *Clar. in pract. §. fin. qu. 68. ver iniuriam &c. Iac. Ben. de priuil. Doct. quæſt. 47. num. 5. ver. quinimo &c.* licèt *Menoch.* contrarium tenentem referat, plenè *Farinac. de delict. & pœn. d. quæſt. 17. num. 38. ver. contrarium &c.* vbi teſtatur de veriori, & magis recepta opinione, & plures dat concordantes, & tenet etiam *Decian. tract. crim. lib. 7 cap. 5. num. 31. in fin.*

Iudex enim poſt finitum officium dum eſt in ſindicatu ab omnibus eſt honorandus, cum adhuc in eò durare dicatur ſplendor priſtinæ dignitatis, ad tex. *in l. vni. C. de quæſt.* & not. *Pute. de ſindic in ver. durante offic. cap 1. num. 2. Paul. Beni. in d. cap. 47. nu 5. Maſtrill. de magiſtr. lib. 1. cap. 24. n. 29.* plenè *Alph. Olea de ceſſio. iur. tit. 3. qu. 3. num. 27.* & faciunt notata per *Ciriac. contro. 202 num. 14. et 15.*

2 Licèt contrarium imò offendentem Iudicem tempore ſindicatus grauiter eſſe puniendum, ſed tamen pœna extraordinaria voluerint *Menoch. de arbitr. caſu 263. num. 10. et ſeq.* per tex. *in l iudici. 42. ff. de iureiur. et in l. illud 8. et ibi Bart. ff. de appel.* & ante eum *Ioãe Aron. ſingul. 13. per tot.* vbi hoc dicit verus eſſe, & notandum, vt ibi per eum *Bello. de his quæ fiunt in continen. lib. 2. cap. 7. per tot. Bouadil. in ſua polit. lib. 5. cap. 1. num. 50.* cum quibus vti per eum relatis pertranſire videtur *Alpho. Olea. de ceſſio iur. d. tit. 3. quæſt. 3. num. 27.*

3 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando officialis prius offendentem iniuria affeciſſet, quia tunc contra offendentem illum d. pœna non haberet locum, vt declarat *Clar. in prac. §. fin. d. quæſt. 68. ver. iniuriam faciens &c.* allegans *Pute. de ſindic. fol. 137. ſub n. 3* dicentem ita ipſum practicaſſe in quodam officiali, qui iniuriabatur querelantes. vt ibi per eum, & idem ſentit idem *Pute. in ver. Officialis offenſa cap 1. in prin.*

4 Limita ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum in offendente Iudicem tempore ſindicatus ratione officij, ſecùs tamen eſt ſi id faciat ex odio, & particulari inimicitia, quia tunc non intrat d. pœna ordinaria, vt limitant *Bald. in d. l. obſeruare 4. §. proficiſci ſub nu. 6. ver ſeptimò quæritur, &c. ff. de offic. proconſ. & lega.* licèt *Farinac.* infra citandus dicat id in ſuo libro non inueniſſe *Menoch de arb. d. caſu 26 n. 10. & 11. Pute. de ſindic. in tit. Iudic. ad ſindic. qui ſint nu. 16. & Farinac. de delict. & pœn. d. quæſt. 17. num. 38 ver. contrarium, &c. & nu. ſeq.*

5 Quando verò offenſa cenſeatur facta Iudici ratione officij, vel vt priuato dixi ſupra in verbo *Iudex Reſolut. 7. in fin.*

ADDITIO.

In fin. VBi quæritur, quando offenſa dicatur facta ratione officij adde, & vide ſupra in verbo *Iudex Reſol. 7.* & in verbo *Officialis Reſol. 2. in additio.*

SVMMARIVM.

1 *Barattaria, & concuſſio eſt plenè probanda, vt poſſit puniri criminaliter.*

Cum lex ſemper præſumat pro Iudice, num. 2.

Et teſtes probantes barattariam debent eſſe idonei, num. 3.

Ita vt non admittantur teſtes aliàs à Iudice carcerati. num. 4.

Nec teſtes qui dederunt petitiones contra Iudicem in ſindicatu, num 5.

Licèt aliqui contrarium ſentiant, num. 6.

Neque in d. caſu ad probandam barattariam admittuntur mediatores, num 7.

Illa tamen probatur per teſtes domeſticos Iudicis, num. 8.

RESOLVTIO II.

Barattaria, & concuſſio an ſit plenè probanda vt poſſit puniri criminaliter.

1 QVando agitur contra officialem de barattaria, extorſione, ſeù concuſſione criminaliter, vt ſit locus condemnationi requiritur plena, & concludens probatio, quicquid ſit, quando contra eum agitur ciuiliter ad tex. *in l. quod euitandi. C. de condit. ob turp. cauſ. Amad. de ſindic. num. 168* latè *Gram. conſ 35. n 16. et ferè per tot. Batar. ad Clar. q. 73 n. 16. Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 18. n. 1. et ſeq.* plenè *Farin. de var. ac diu. crim. q. 111. n 264* vbi quamplures adducit concordantes volentes probationes in d. caſu eſſe debere luce meridiana clariores, & dicit hanc eſſe cõmunẽ

Doctorum opinionem, & ab ea non eſſe recedendum, & contrarium tenentibus reſpondet, *Hiero. Giacc. in conſ. vni. de ſindic. inter opera Clar. n. 107. & nu. 152. et Maſſin. de coſiſc. bon. quaſt. 11. num. 16.*

2 Ratio eſt, quia lex ſemper præſumit pro Iudice *l. 2. C. de Offic. ciu. iud. l. 1. C. de præd. curi. lib. 10. l. ſi quos 39. C. de decur. lib. 10.* cum alijs adductis per *Gram. d. conſ. 35. num. 36.* & tradit etiam *Decian. d. lib. 8. cap. 38. nu. 5.* plenè *Barb. axiom. 131. num. 4.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt teſtes probantes barattariam contra Iudicem debeant eſſe idonei, & omni exceptione maiores, *Grama. d. conſ. 35. num. 37. Baiar. ad Clar. d. quaſt. 73. nu. 16. Maſc. de prob. concl. 165. num. 5. lib. 1. Decia tract. crim lib. 8. cap. 38. num. 3. & 4 Farinac. de var. ac diuer. crim. d. quaſt. 111. num. 268.* vbi reprobat *Franc. Marc. deciſ. 685. num. 6.* contrarium tenentem, quibus addo *Hier. Giacch. in d. conſ. vni. de ſindic. num. 140. Vermigl. conſ. 179. num. 8. & Rota apud Zuffi. de legit. proceſ. deciſ. 88. num. 8.*

4 Subamplia primò d. primam ampliationem illatiuè, vt ad probandam barattariam non admittantur contra Iudicem teſtes, quos idem Iudex carcerari fecerat vti ſuſpectos, vt not. *Baiar. ad Clar. d. quaſt. 73. num. 1. Caualc. de Brach. Reg. par. 5. num. 110. & de teſti. par. 4. nu. 117. ver. idem de quarelantibus &c. Farinac. de var. ac diuer. crim. d. quaſt. 111. num. 269. Hier. Giacc. d. conſ. vni. num. 136. Maſſin. de confiſc. bon. d. qu. 11. num. 19. et Rot. d. deciſ. 88. nu. 8.*

5 Subamplia ſecundò pariter illatiuè d. primam ampliationem, vt contra Iudicem ad probandam barattariam pro alijs neque admittuntur teſtes, qui in ſindicatu dederunt petitiones contra Iudicem pro ſe ipſis, cum reputentur ſuſpecti, vt tradunt *Maſcar. d. concl. 165. num. 6. Caualc. de brac. Reg. d. par. 5. num. 110. et de teſti. part. 4. num. 117. Decian. tract. crim. d. lib. 8. cap. 38. num. 6. Bertaz. conſ. 75. num. 25. lib. 1. Farinac. de var. ad diu. crim. d. quaſt. 111. num. 273.* vbi alios adducit ita ſentientes, & teſtatur de communi opinione, *et Maſſin. de confiſc. bon. d. qu. 11. num. 18.* & ſentit *Rot. d. deciſ. 88. num. 8.*

6 Quicquid aliqui contrarium ſenſerint, quos refert *Farinac. d. quaſt. 111. num. 274.* volentes barattariam probari per iuramentum actoris, quorum opinio fortaſſe procedere poſſet, quando contra Iudicem ageretur ciuiliter, quia quando proceditur criminaliter probatio non poteſt fieri per iuramentum, vt dicit *Farinac. in d. quaſt. 111. nu. 265.* vel quando Iudex eſt malæ famæ, vt ſentit idem *Farinac. ibi num. 167.*

7 Subamplia tertiò d. primam ampliationem, vt ad probandam barattariam contra Iudicem quando agitur criminaliter neq; admittantur mediatores, licèt ſecùs ſit, quando agitur ciuiliter, vt voluerunt *Amad. de ſindic. num. 168. Decia. tract. crim. d. lib. 8. cap. 38. nu. 2. Gram. d. conſ. 35. num. 15 & ſeq. et ferè per tot.* latè comprobans, *Farinac.* alios referens ita ſentientes *de var. ac diu. crim. d. quaſt. 111. num. 271. et ſeq. et num. 275.* vbi de teſte, qui deponit, dediſſe pecuniam Iudici; *Giurb. conſ. 72. nu. 16. propè finem, Maſſin. de confiſc. bon. d. quaſt. 11. num. 15. Vermigl. conſ. 179. nu. 9.* cum quibus pertranſit *Ciriac. contro. 486. nu. 18.* vbi loquitur de teſte mediatore in crimine concuſſionis, vt ibi per eum.

8 Declara d. concluſionem, quod barattaria benè comprobatur per teſtes domeſticos, & familiares Iudicis, vt tradunt *Maſc. de prob. concl. 166. num. 3. lib. 1. Franc. Marc. deciſ. 648. num. 3. & deciſ. 685. ſub num. 6. lib. 1. Farinac. de var. ac diuer. criminu. dict. quaſt. 111. num. 276.*

S V M M A R I V M.

1 *Iudices hodie non ſindicantur niſi de dolo, et barattaria de conſuetudine.*

Quando verò dicantur committere barattariam, num. 2.

Fallit in Vicarijs Epiſcoporum, qui non ſindicatur, num. 3.

4 *Iudex committens barattariam, qua pæna puniatur remiſſiuè.*

R E S O L V T I O III.

Iudices hodie de conſuetudine, de quibus ſindicentur.

1 IVdices hodie de generali conſuetudine non ſindicantur, niſi de dolo, & barattaria, non autem de ſententijs per imperitiam latis, nec de lata culpa, vt teſtantur *Amad. de ſindic. num. 136. in fin. Clar. in pract. §. final. quaſt. 73. ver. item. Iudex &c. et ibi Baiar. num. 75. & ſeq. Ludo. concl. 38. ver. inſertur 102.* vbi teſtatur de communi obſeruantia Vrbis, Status Eccleſiaſtici, & totiùs Italiæ, *Gram. theor. 11. num. 8. et ſeq.* vbi dicit, hanc conſuetudinem non habere locum, quando iniuſtitia eſſet notoria, *Hiero. Giacc. in ſua conſ. vni. de ſindic. inter opera Clar. num 46. Farinac. de var. ac diuer. crim. quaſt. 111. nu. 572. Giurb. conſ. 72. num. 2. ver. ſindicari itaque &c. Scac. de appell. quaſt. 19. remed. 4. num. 4. et ſeq. Guazz. defen. 1. cap. 23. num. 8 Giglia. ad Stat. Peruſ. §. ſindicatur ver. cum quidam &c. et in annot. num. 6.* vbi dicit, ita mandaſſe *Sac. Conſultam*, quem refert, & ſequitur *Maſſin. de confiſc. bonor. quaſt. 11. num. 5.* & in Regno Iudices in quatuor caſibus tantùm ſindicari ex particulari Conſtitutione dicit, *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 6. quaſt. 4. in princ.* addo *Antonell. de tempor. legal. lib. 2 cap. 51. num. 15.*

2 Declara d. concluſionem, quod Iudex dicitur cõmittere barattariam dum aliquid accipit, vt non facienda faciat, vel faciẽda ommittat, ita vt iniuſtitia diſtrahatur, vel cum pecunia officium Iudicis permutetur, vt tradunt *Pute. de ſindic. in ver. Barattaria n. 8. Maſc. de prob. concl. 165. n. 1. lib. 1. Paſcal. de patr. poteſt. par. 4. cap. 5. n. 68. Maſtril. de magiſtr. lib. 6. cap. 8. num. 25. et ſeq. Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 33. num. 9. Farinac. de var. ad diuer. crimin. dict. quaſt. 111. in princip.* vbi alios adducit concordantes, & latè de huius criminis grauitate verba

facit,

ſacti, & n.148.et ſeq. Ant. de Ball. tract. crim. lib.6. quæſt.4.n.6. vbi dicit, quod barattaria eſt commutatio iuſtitiæ cum pecunia, *Maſſin. de confiſc. bonor. d. quæſt. 11. n.3 & Paul. Rub. de teſt. in præfat. n.196.*

3 Declara ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in Vicarijs Epiſcoporum, qui cum corruſcent radijs dignitatis Epiſcopalis; & propter dignitatem Eccleſiaſticam non tenentur ſtare ſindicatui, nec finito eorum officio ſindicantur, vt latè comprobat ſaltem attenta conſuetudine *Practic. Archiep. Neap. cap.73. per tot.* & adeſt *Bulla Greg. XIII.* directa Clero, & Communitati Iouentinæ de anno 1578. id expreſsè mandans, quam refert *Prac. Archie. vbi ſupra,* & ſcribit etiam *Barboſ. de Epiſc. alleg.54 num.183.* qui *num.181.* contrarium ſentit in Vicario Capituli ſede vacante, vt ibi per eum licèt contrarium ceſſante conſuetudine tenet *Abraz. de offic. Vicar. lib.3. quæſt.52. per tot.* dicens illum ſindicandum eſſe non ab Epiſcopo, ſed à ſede Apoſtolica, ſeù Metropolitano in additione.

4 Quæ autem pœna teneatur Iudex committens barattariam late tradit *Farinac. de var. ac diu. crim. quæſt.111. num.14. et plur. ſeq.* vbi quam plures pœnas recenſet, *Clar. in pract. §. fin. quæſt.73. ver. Iudex committens &c. Menoch. de arbitr. caſu 342. et 343. per tot. Maſſin. de confiſc. bon. quæſt.11. nu.1. & Paul. Rub. de teſta. in præfat. n.193. et ſeq.* ipſos conſulas.

ADDITIO.

N.1 VBi habetur, quod hodie de conſuetudine non ſindicantur Iudices, niſi de dolo, & barattaria adde *Farinac. conſ.207. num.7. lib.3. et Gramagn. conſ.43. num.10 lib.2.* qui dant concordantes.

SVMMARIVM.

1 *Iudex durãte officio non poteſt accuſari, et ſindicari.*
Fallit concluſi pro crimine barattariæ. num.2.
Et pro delictis cõmiſſis circa officium ſuum. n.3.
Maximè pro furtu commiſſo ratione officij, n.4.
5 *Iudex conuictus de dolo, & barattaria, ſiue de alio delicto commiſſo ratione officij non appellat.*

RESOLVTIO IV.

Iudex durante officio an poſſit accuſari, & ſindicari.

1 IVdex durante officio non poteſt accuſari, & ſindicari, ad tex. *in l. nec magiſtratibus 32. ff. de iniur.* & tradunt *Pute. de ſindic. in ver. Barattaria num.5. in fin. Farinac. de var. ac diu. crim. quæſt.111. nu.185. Maſſin. de confiſc. bon. qu.11. n.26. et Cancer. var. reſol. par.3. cap.12. nu.149. Cumi. de ſindic. cap.17. num.8. Ant. de Ball. tract. crim. lib.6. quæſt.3. n.8.* & generaliter, Iudicem non poſſe conueniri durãte officio ſcripſit *Scac. de iudic. lib.2. cap.9. nu.977. et ſeq.* vbi declarat, & dat concordantes quamplurea, & eam d. concluſione pertranſit etiam *Cobel, ad Bullam bon. regimen. capit. 19. numer. 39.*

2 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in crimine barattariæ, quia pro illo durante etiam officio poteſt Iudex conueniri, accuſari, ſindicari, & puniri, vt not. *Capic. deciſ.121. nu.16. & ſeq. & ibi Maſſul. in addit. Decian. tract. crim. lib.8. cap.37. num.7. Farinac. de var. ac diuer. crim. d. quæſt.111. num.185.* alios adducens concordantes, *Maſtrill. deciſ.188. num.13. 14. & ſeq. Scac. de iudic. lib.2. d. cap.9. num.988.* vbi refert ita pluries fuiſſe iudicatum, *Sanfelic. deciſ.61. num.1. et ſeq. et deciſ.62. num.56. Cancer. var. reſol. part.3. d. cap.12. num.100. & Maſſin. confiſc. bonor. d. quæſt.11. num.27.* vbi quamplures refert ita ſentientes.

3 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum pro delictis per Iudicem commiſſis circa officium ſuum, quia ſuper illis conueniri poteſt etiam durante officio ad tex. *in l. iubemus 4. & ibi gloſ. & Salic. in ſumm. C. ad leg. Iul. repetun. gloſ. in l. nec magiſtratibus 32. et ibi Bart. num.1. ff. de iniur. Felin. in cap. legebatur 3. ſub num.3. de maior. & obedi. Roman. conſ.415. num.3. & 4.* quos refert, & ſequitur *Scac. de iudic. d. lib.2 cap.9. num.985.*

4 Amplia d. ſecundam limitationem, vt habeat locum præcipuè in furto per officialem commiſſo occaſione officij, pro quo conueniri poſſe etiam durante officio voluerunt *Put. de ſindic. in ver. officialis durante officio ſub n.1. nu.3. et nu.6. Amod. de ſindic. in ver. alim. Poteſtatem d. Ciuitatis num.42. in fin. Boſſi. in pract. in tit. de official. corrup. pecu. num.34.* vbi teſtatur de communi opinione, *Clar. in pract. §. fin. quæſt.16. ver. præterea quæro, &c. & Scacc. de iudic. d. lib.2. cap.9. num.986.* vbi alios refert ita ſentientes.

5 Addo pro coronide, quod Iudex conuictus de dolo, & barattaria, ſiuè de alio delicto commiſſo in officio, vt quia non habuit manus mundas, ſi ſit condemnatus non appellat, ſiuè ciuiliter ſiuè criminaliter ſit conuentus, vt tradunt *Scac. de appel. quæſt.17. limit.16. nu.3. Vrſell. in exam. apum concl. 828. num.475 & Adden. ad Rota deciſ.27. poſt conſ. Farinac. lib.2 litera A. ver. & facit &c.*

SVMMARIVM.

1 *Querela contra Iudicem in ſindicatu non admittitur elapſo termino ad querelandum.*
Etiamſi querelans allegaret abſentiam, & ignorantiam proclamatum, num.3.
Contrarium tamen tenent plures Doctores, n.4.
Et eò magis, quando Iudex fuit à ſindicatoribus abſolutus. num.5
Ita vt neque poſſit in alio Iudicio poſtea officialem conuenire, num.6
Quod procedit pro geſtis per Iudicem durante officio, aliàs ſecùs, num.7
8 *Sindicatus an poſſit per ſindicatores expediri elapſo anno remiſſiuè*
2 *Sindicatus terminus currit de momento ad momentum.*

RESOLVTIO V.

Quarela contra Iudicem in Sindicatu an admittatur elapſo termino ad quarelandum.

1 ELapſo termino ad porrigendum querelas contra Iudicem in ſindicatu, ſi aliæ poſtea porrigantur non ſunt per ſindicatores admittendæ, & ſuper eis ſententia amplius ferri non poteſt, cũ lapſus termini ſit fortior defectus, quam renunciatio expreſſa, vel tacita, vt tradunt *Boſſ. in pract. in tit. de officia. corrup. pecu. n. 32. Clar. in pract. §. fin. quaſt. 51. num. 6.* vbi teſtatur de communi opinione *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 1. num. 23.* vbi dicit, ita quotidie practicari, *Hiero. Giaccar. in tract. vni. de ſindic. inter opera Clar. n. 55. & 54. Guazz. defen. 1. cap. 23. nu. 10 Thomat. decis. March. 25. per tot.* vbi habetur ita fuiſſe iudicatum, *Giurb. conſ. 53. nu. 1. et ſeq. et n. 18. Cancer. var. reſol. par. 3. cap. 12. num. 01. et ſeq. et n. 43. Cami. de ſindic. cap. 17. num. 18. et Maſſia. de confiſc. bonor. quaſt. 18. num. 11.* qui alios dat concordantes.

2 Terminus enim ſindicatus currit de momento ad momentum *Roui. de ſindic. pragm. 1. num. 8. Aules de ſindic. cap. 2. num. 14. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 6. qu. 1 num. 4. Giurba d. conſ 53. nu 2. & 3.* vbi dicit illum neque per partes prorogari poſſe, perempta autem cauſæ criminalis inſtantia perit ius accuſatoris, ita vt audiendus ipſe amplius non ſit, licèt accuſationem velit reiterare, & expenſas ſoluere; vt not. *Vinc. de Franc. decis. 250. nu. 2. et decis. 653. num. 2. et ſeq. & decis. 654. in princ. Surd. conſ. 199. n. 1 lib. 2. Guazz. defen. 2. cap. 6. num. 12. et 21.* quos vnà cum alijs pluribus refert, & ſequitur *Giurba d. conſ. 53. nu. 18. circa medium Ant. de Ball. trac. crim. lib. 6. quaſt. 1. num. 3. & Antonell. de tempor. legal. lib. 2. cap. 51. num. 23.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiamſi volens porrigere quærelas contra Iudicem poſt lapſum termini allegaret abſentiã, & ſic ignorantiam proclamatum, quia adhuc illum non eſſe admittendum ad quærelandum voluerunt *Caualc. de Brach. Reg. par. 5 nu. 11. Thoma d. decis. March. 25. num. 11. & Guazz. defen. 1. cap. 23. num. 10. verſ. nec in practica &c.*

4 Contrarium tamen, quod imò comparens poſt elapſum terminum ad quærelandum, & medio iuramento allegans abſentiam, vel aliud impedimentum, & ſic ignorantiam bannimentorum debeat audiri, & admitti ad quærelandum cum impedito tempus proclamationum non currat voluerunt *Cumi. de ſindic. cap. 17. nu. 20. Giurb. d. conſ. 53. nu 9.* latè comprobans, & contrarijs reſpondens, quos ſequitur *Maſſin. de confiſc. bon. d. cap. 18. num. 12.* vbi dicit hanc opinionem fuiſſe approbatam per *Sac. Conſultam* de anno 1653. in cauſa ſindicatus Nobili in Ciuitate Fulginij, & quod eadem *Sac. Conſulta* approbauit, poſſe terminum ſindicatus prorogari, vt ibi per eum, & idem tenet *Cancer. var. reſolut. part. 3. cap. 12. num. 29. & ſeq.* tàm in minore, quàm in maiore impedito, vt ibi per eum.

5 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando Iudex fuit abſolutus per ſindicatores, quia tunc amplius moleſtari non poteſt, cum rei iudicatæ obſtet exceptio *Putc. de ſindic. §. officialis. cap. 1. nu. 2. Rimin. iun. conſ 495. num. 13. Tarret. conſ. 4. nu. 7. lib. 1. Maſtril. de magiſtr. lib. 6. cap. 6. n. 29.* quos vnà cum alijs pluribus refert, & ſequitur *Giurb. d. conſ. 53. num. 18.* & dixi ego generaliter ſupra in princ. in ver. *Abſolutio Reſol. 1. per tot.*

6 Amplia tertiò d. concluſionem, vt ille, qui non obtulit quærelam contra officialem tempore ſui ſindicatus, neque valeat poſtea in alio iudicio pro his quæ extorſit, vel male geſſit in eius præiudiciũ d. officialem conuenire, vt not. *Granat. theor. 23. num. 28. Clar. in pract. §. fin. quaſt. 51. nu. 6. et Cancer. var. reſol. par. 3. d. cap. 12. num. 42.*

7 Declara d. ampliationem, vt habeat locum circa ea, quæ ratione, ſiuè contemplatione officij per Iudicem geſta fuerunt, ſecùs tamen eſt ſi agatur de obligationibus, quas durante officio contraxit vti priuatus, & de delictis non ratione officij commiſſis, quia pro illis poteſt conueniri etiam finito officio in alio iudicio, vt poſt *Bald. in l. obſeruare 4. §. proficiſci nu. 9. ff de offic. procon. et lega. et Aules in cap. 3. indi. ſindic. num. 12. ver. ſecùs dicit &c.* per eum relatos tradit *Cancer. var. reſol. d. cap. 12. n. 44.*

8 Verum verò cauſa ſindicatus expediri poſſit per ſindicatores elapſo termino præfixo, latè tradunt *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 6. quaſt. 2. ferè per tot. & Antonel. de temp. legal. lib. 2. cap. 55. num. 16. et ſeq.* vbi tenet pro affirmatiua, & an ſi reus in termino non ſit abſolutus, nec condemnatus, habeatur pro abſoluto, ita vt non poſſit amplius moleſtari diſſerit *Guazzin. dict. defen. 1. cap. 23. num. 10.* cum nobis ſufficiat principaliora tantùm retuliſſe, vt alias dixi.

SVMMARIVM.

1 *Miſerabiles perſonæ in cauſa Sindicatus non poſſunt declinare forum.*

Licèt contrarium tenuerint aliqui, num. 2.

Amplia d. concluſionem, vt num. 3.

RESOLVTIO VI.

Miſerabiles perſonæ in cauſa Sindicatus an poſſint declinare forum.

1 IN cauſa Sindicatus Officialium miſerabilibus perſonis non datur ius declinandi forum, & diſcedendi à foro Sindicatorum, vt tradunt *Carrab. ſing. 119. & Nouar.* qui illum referendo ſequitur *de var. fori. tom. 2. ſect. 3. qu. 10. in prin.* Sindicatores enim in d. caſu dicuntur conſtituti in ſpecie ad cauſas contra Officiales cognoſcendas, vt not. *Maxill. ad Conſuet. Baren. tit. de immun. in Conſuet. incipien. Ne à Comitibus, &c. num. 29. & Nouar. in d. quaſt. 10. num. 2. & ſeq.* In cauſis verò, in quibus reperitur Iudex ſpecialiter deputatus, ceſſat

Priui-

Priuilegium fori, vt latè comprobat *Gratian. diſcept. foren. cap. 182. num. 14. & 15. par. 1. Ciarli controu. foren. cap. 102. num. 15. & Nouar. de variat. fori. tom. 1. ſect. 4. quæſt. 64. num. 1. & d. tom. 2. quæſt. 10. num. 7. & ſeq.*

2 Licet cōtrarium quod ſit locus variationi ad inſtantiam perſonæ miſerabilis querelantis concurrentibus aliquibus requiſitis non autem ad inſtantiam Officialis querelati tenuerit *Meier. in cap. 8. num. 36. par. 2. colla. 6. & cap. 7. tit. de tabula, num. 70. colla. 4. in Cur. 3. Barcin.* quem refert *Cancer. variar. Reſol. par. 3. cap. 12. num. 87. & ſeq.* in quibus locis aſſerunt in hoc puncto diuerſimode vidiſſe obſeruari, vt ibi per eos.

3 Amplia dictam conclusionem, quod ſi dictæ miſerabiles perſonæ accuſauerunt Officialem coram Regio Tribunali poſſint variare forum, & illum conuenire coram Sindicatoribus electis ad Sindicandum Officiales, vt not. *Faler. decis. 39. poſt Nouar. de variat. fori. tom. 1. per tot.* vbi dicit, ita fuiſſe iudicatum reuocatis duabus ſententijs contrarijs, vt ibi per eum, quem refert, & ſequitur *Nouar. in d. tom. 2. quæſt. 10. num. 9.*

SOCIVS CRIMINIS.

SVMMARIVM.

1 *Socius criminis non poteſt regulariter de ſocijs interrogari.*

Neque in crimine furti, niſi ſit fur famoſus, num. 2.

Fallit in criminibus exceptis, de quibus, n. 3.

Et quando adſunt indicia contra ſocium, n. 4.

Debet tamen ſocius in d. caſibus interrogari in genere, non autem in ſpecie, n. 5.

Itaut illius depoſitio interrogatus in genere nominato non noceat, n. 6.

7 *Socius de generali conſuetudine poteſt de ſocijs interrogari.*

Declara, vt num. 8.

RESOLVTIO I.

Socius criminis an poſſit de ſocijs interrogari.

1 SOcius confeſſus crimen a ſe commiſſum non poteſt regulariter de ſocijs interrogari *l. fin. & ibi Gotofred. in ſuis not. C. de accuſ. cap. veniens 10. de teſt.* & tradunt *Rolan. conſ. 73. num. 6. lib. 1. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 12. num. 14.* vbi teſtatur de communi opinione, *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 21. verſ. dictum ſocij criminis &c. Maſcar. de prob. concl. 1318. nu. 1. lib. 3. Cartar. de exec. ſent. capt. bann. cap. 2. num 59. in fin. Peguer. deciſ. crim. 5. num. 1. & ſeq. Vulpell. conſ. 52. num. 1.* latè *Farinac. de indic. & tort. quæſt. 43. num. 3.* vbi alios adducit concordantes, & dicit, dictum ſocij, qui non poterat interrogari non facere indicium contra inculpatum, vt ibi per eum, *Quenado de indic. & tort. par. 2 cap. 5. per tot.* quem refert, & ſequitur *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 10. num. 33. & ſeq.* & dixi etiam ſupra in verb. *Reus, Reſ. 1. in prin.*

2 Amplia d. concluſionem, vt habeat locum etiam in crimine furti, in quo ſocius non poteſt de ſocijs interrogari, niſi fur ſit inſignis, & famoſus, ita vt alia furta commiſerit, vel niſi furtum ſit tale, vt illud ſine ſocijs committi non potuerit, alias ſecus, vt poſtquam plures per eum adductos declarat *Peguer. deciſ. crim. 37. per totam,* vbi dicit, ita in illo ſenatu fuiſſe reſolutum, & poſt eum *Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 43. num. 45.*

3 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in criminibus exceptis, puta læſæ Maieſtatis humanæ, & Diuinæ, aſſaſinij, falſæ monetæ, graſſationis viarum, ſacrilegij, maleficij, & aliorum criminum, quæ ſine ſocijs committi non ſolent quia in eis ſocius poteſt de ſocijs interrogari, vt voluerunt *Clar. in pract. in d. quæſt. 21. ver. dictum ſocij &c. Peguer. in d. deciſ. crim. 5. num. 12. & ſeq. Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 43. num. 56. & ſeq.* vbi docet, quænam crimina dicantur excepta *Honded. conſ. 100. num. 1. lib. 1. & Carena de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 10. num. 35.* qui alios adducit ita ſentientes.

4 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando adſunt indicia contra ſocium, quia tunc poteſt delinquens de ſocijs interrogari, vt voluerunt *Salic. Ant. Gomez, Boſſ. Clar. Cartar. Farinac. Cabal. Ant. de Ball. & Ambroſ.* in locis relatis ſupra in verb. *Reus, Reſ. 10. limit. 1.* videas ibi.

5 Declara d. primam, & ſecundam limitationem, vt in caſis, in quibus reus poteſt de ſocijs interrogari, non ſit tamen interrogandus delinquens in ſpecie de aliqua certa perſona, ſed tantùm in genere an aliquem habuerit ſocium &c. niſi adſit ſpecialis præſumptio, quod certa perſona interuenerit, aliter enim eſſet potius ſuggerere, quam interrogare, vt docent *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 12. num. 17 in fin.* vbi teſtatur de communi opinione, *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 21. verſ. retenta igitur &c.* vbi dicit, quod alias proceſſus eſſet nullus, *Cartar. d. execut. ſent. capt. bann. cap. 2. nu. 83. & in pract. inter reo. lib. 2. cap. 1. num. 69. & ſeq. & lib. 4 cap. 1. num. 94.* & benè declarat *Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 43 nu. 132. & ſeq.* vbi alios adducit ita ſentientes.

6 Amplia primò illatiuè d. declarationem, vt depoſitio ſocij criminis facta ad ſuggeſtionem Iudicis vt quia Iudex in ſpecie interrogauit de ſocio, dum tamen illum in genere debeat interrogare, vt ſupra nominato in aliquo non noceat, niſi tamen contra eum adeſſent ſpecialia indicia, vt tradunt *Clar. in pract. d. quæſt. 21. verſ. retenta &c. Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 43. num. 132. Caren. de Off. S. Inquiſ. par. 3. tit. 10. num. 53.* qui alios adducunt concordantes, & *Vermigl. conſ. 15. num. 22.*

7 Declara primò d. concluſionem, vt quicquid ſit de iure, de generali tamen conſuetudine reus de ſe confeſſus poſſit in omnibus delictis de ſocijs interrogari, & ex illius nominatione contra nominatum poſſit deueniri ad torturam, vt tradunt *Cabal. reſol. crim. caſu 185. in fin. cent. 2. Vulpel. conſ. 52. num. 2. Maſc. de prob. concl. 1318. num. 51. lib. 3. Cartar. de execut. ſent. capt. bann. cap. 2. num. 59. & in*

pract.

pract. inter reo. lib. 4. cap. 1. num. 86. & ſeq. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 81. num. 4. & alij plures per me relati ſupra in verb. *Reus, Reſol. 10. limit. 2.*

8 Contra tamen d. conſuetudinem, quod illa non ſit ſeruanda, vel ſaltem quod illa non ſit ſeruanda, niſi vbi viget tradunt *Bertaz. conſ. 39. num. 16. & conſ. 40. num. 10. & conſ. 225. num. 19. lib. 1. & conſ. 556. num. 10. in fin. lib. 2. Clar. in pract. in d. qu. 21. verſ. dictum ſocij &c. in fin.* vbi laudat, eſſe iuri communi adhærendum vbi non viget d. conſuetudo, & *Farinac. de indic. et tort. d. quaeſt. 43. num. 124* vbi dicit in Statu Eccleſiaſtico d. conſuetudinem non adeſſe, & ideò eſſe ſeruandum ius commune, et *Caren. de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 10. num. 122.* & dixi ſupra in d. verb. *Reus, Reſol. 10. limit. 2. verſ. licèt &c.* vbi etiam probaui illam non habere locum, niſi in reis diffamatis, furibus, aſſaſſiniis, graſſatoribus viarum, & alijs de quibus ibi, quæ hic breuitatis gratia non repeto, videas ibi ſi placet.

SVMMARIVM.

1 *Socius criminis nominando alium non facit contra eum indicium ad torturam.*

Imò neque facit indicium ad inquirendum, n. 2

Licèt contrarium teneant plures Doctores, n. 3.

Concorda d. opiniones, vt n. 4.

Neque facit indicium ſocius contra hominem mala fama, n. 5.

Neque facit indicium in criminibus exceptis, niſi concurrant adminicula, n. 6.

Et etiamſi ſocij criminis eſſent duo, vel plures, num. 7.

Contrarium tamen tenent aliqui Doct. n. 8.

Concorda d. contrarias opiniones, vt n. 9.

Quod ea magis procedit, quando ſocij eſſent ſingulares ſinè adminiculis, n. 10.

Licèt contrarium teneant aliqui, n. 11.

12 *Socij dictum non facit indicium ad torturam, etiam cum adminiculis.*

Fallit in criminibus exceptis ſi concurrant adminicula, n. 13.

Iam ſi ſocius nominet alium ex ſe, quam ad interrogationem iudicis, n. 14.

Dummodo nominatio ſit facta in tortura, aliàs ſecùs, num. 15.

Qua tortura debet eſſe ſpecialis, n. 16.

Et dummodo ſit facta cum iuramento, aliàs ſecùs, n. 17.

Et dummodo non ſit facta animo gaudendi impunitate ſibi promiſſa, n. 18.

Licèt tunc ſocium aliqualiter probare voluerit Caball. *num. 19.*

20 *Socius criminis alias patiens defectus non facit indicium ad torturam neque in criminibus exceptis.*

Maximè ſi ſocius criminis ſit periurus, n. 21

22 *Socij criminis exculpatio vincat ſocium fauore defenſionis.*

Licèt contrarium teneant aliqui, num 23.

24 *Socij criminis dictum non facit indicium contra hominem bona fama.*

Licèt de hoc dubitet Farinac. *relatus, n. 25.*

26 *Socij criminis dictum, quando faciat indicium in delictis occultis, et alia ad materiam remiſſiuè.*

RESOLVTIO II.

Socius criminis nominando alium an faciat contra eum indicium ad torturam.

1 SOcius criminis nominando alium non facit contra eum indicium ad torturam, cum eo ipſo, quod facit ſe ſocium criminis reddat ſe infamem, & ſic non dicatur teſtis omni exceptione maior, vt tradunt *Clar. in pract. § fin. quaeſt. 21. verſ. ſucceſſiuè quæro &c. Maſcar. de prob. concl. 1318. num. 1. & ſeq. lib. 3.* vbi plures refert concordantes, & teſtatur de communi opinione, *Peguer. deciſ. crim. 5. num. 2. & 3. & deciſ. 37. num. 2.* plenè *Farinac. de indic. & tort. quaeſt. 43. num. 4. & ſeq. & num. 8.* alios adducens concordantes quamplures, *& conſ. 192. num. 9. lib. 2. Hond. conſ. 100. num. 1. lib. 1. Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 10. num. 36. Caball. reſol. crim. caſu 200. num. 127. cent. 2. Vermigliol. conſ. 231. num. 23.* qui alios recenſet ſectatores, & *Paul. Rub. de valid. legal. cap. 21. num. 3.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt depoſitio ſocij criminis non ſolum non faciat indicium ad torturam contra nominatum, imò neque faciat indicium ad inquirendum, vt voluerunt *Rolan. conſ. 16 num. 4. & ſeq.* vbi hanc ampliationem latè cum probat, & teſtatur de veriori, & receptiori opinione, *& conſ. 73. num. 8. & ſeq. lib. 1. Menoch. de arbitr. caſu 474. num. 24. Maſcar. de prob. d. concl. 1318. num. 9.* vbi alios adducit ita ſentientes, & de communi opinione teſtatur, *Cartar. de execut. ſent. capt. bann. cap. fin. num. 74. & ſeq. Oſaſc. conſ. 64. num. 4.* vbi hanc opinionem dicit veriorem, & magis receptam per Doctores, cum qua ſe tranſit *Fachin. contron. iur. lib. 9. cap. 88.* & ita tenere videtur *Scac. de indic. lib. 1 cap. 81. num. 4.* addo *Paul. Rub. de valid. legal. d. cap. 21. num. 4.*

3 Contrariam tamen opinionē tenuerunt *Ant. Gomez var. reſ. tom. 3. c. 12. ſub n. 17.* vbi dicit ita teneri per Doctores communiter, *Boſſ. in pract. in tit. de inquiſ. num. 43. & 44. & in tit. de indic. num. 182. Clar. in pract. § fin. quaeſt. 21. ver. retenta igitur* vbi pariter teſtatur de communi opinione, *Decian. conſ. 18. num. 60. & ſeq. lib. 1.* vbi hanc dicit veriorem, & communem opinionem, *Peguer. d. deciſ. crim. 5. num. 30.* de magis communi opinione, & apud eum ſeruata in practica fidem faciens.

4 Concorda d. contrarias Doctorum opiniones, quod ſi depoſitio ſocij criminis eſt adminiculata, ſemper faciat indicium ad inquirendum ſpecialiter tàm in criminibus exceptis, quàm in non exceptis, ſi verò non eſt adminiculata, & tunc quo ad

inqui-

inquirendum generaliter hoc eſt ad aſſumendum informationes ſuper delicto illa ſemper faciat indicium ſiue agatur de criminibus exceptis, ſiuè de non exceptis, quo verò ad inquirendum ſpecialiter, & ad tranſmittendum reo inquiſitionem, ſeù illum conſtituendum inter reos faciat indicium in criminibus exceptis, in alijs verò non exceptis ſecus, vt poſt *Rolan. Farin. Menoch. Clar. Decian. Maſcar. & Cartar* per eum relatos magiſtraliter declarat *Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 43. num. 127 & ſeq.* vbi dicit hanc concordiam eſſe per Doctores magis communiter receptam, & in practica ſeruandam, maximè in Statu Eccleſiaſtico vigore motus proprij Pij V. vt ibi per eum, & ita voluit etiam *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 10. n. 49.*

5 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum etiamſi agatur contra hominem malæ famæ, contra quem ſocius criminis nec facit indicium ad torturam in criminibus non exceptis, ſecùs tamen in exceptis cum in eis mala fama ſufficiat pro adminiculo, vt tradunt *Ang. de maleſ. in ver. quod fama publica poſt num. 31. & ibi Adden. Carer. in pract. in 2. tract. de indic. & tort. §. octauam indicium ſub num. 13. Corrad. in pract. inſtit. de negat. crim. ſub num. 24. Monticell. reg. crim. 4. num. 49. in fin.* quos refert, & ſequitur ita declarando *Farinac. de indic. et tort. d. quæſt. 43. num. 27. et conſ. 55. num. 4. lib. 1.*

6 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in criminibus exceptis in quibus ſocius poteſt de ſocijs interrogari, quia neque in illis ſola nominatio ſocij facit indicium ad torturam, ſi non concurrant adminicula, vt tradunt *Boſſ. in pract. in tit. de indic. num. 149. et ſeq.* vbi dicit quod ita tenent Doctores, & quotidiè practicatur, *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 21. verſ. ſed quid in criminibus exceptis etc.* vbi teſtatur de communi opinione, *Maſc. de prob. concl. 463. num. 26. lib. 1. et concl. 1318. nu. 52. lib. 3. Menoch. de arbitr. d. caſu 474. num. 43.* vbi teſtatur de communi opinione, & *in tract. de præſump. lib. 1. quæſt. 89. num. 73. Valpel. conſ. 30. num. 8. Peguer. d. deciſ. 5. num. 32.* vbi hanc dicit receptam opinionem, *Hond. conſ. 100. num. 16. lib. 1. & conſ. 93. nu. 35. & ſeq. lib. 2. Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 14. num. 9.* plenè *Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 43. nu. 147 & ſeq.* quamplures adducens concordantes, & dicens ab hac opinione vti communi, & practicata non eſſe recedendum, & *Ant. Gomez*, & alios contrarium tenentes non benè fuiſſe locutos, vt ibi per eum, quibus addo *P. Dian. in ſumm. in verb. Inquiſitores, num. 117.*

7 Amplia quartò d. concluſionem, vt habeat locum etiamſi ſocij criminis eſſent duo, vel plures contrà eandem perſonam deponentes, quia cum ipſi vti infames repellantur omninò à teſtificando, numerus non ſupplet illorum inhabilitatem, vt tenent *Bald. in l. quoniam liberi, 10. nu. 2. C. de teſt. Blanc. ad l. fin. num. 385. ff. de quæſt. Gram. conſ. 21. poſt num. 10 & conſ. 44. num. 4. & conſ. 59. num. 6. & conſ. 64. ſub num. 1. Natt. conſ. 298. num. 9. & 10. lib. 2.* quos refert, & ſequitur *Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 43. num. 34.* vbi teſtatur de communi opinione, & quando ſunt ſingulares *conſ. 156. num. 12. lib. 1. Rolan. conſ. 16. num. 5. & conſ. 73. num. 6. lib. 1. Maſcar. de prob. d. concluſ. 1318. num. 18.* quamplures adducens ita ſentientes cum quibus pertranſit *Guazzin. defen. 32. cap. 8. num. 3. verſ. ſi verò &c.* nec non *Capic. Latr. n. ſi concurrant adminicula deciſ. 132. n. 13. par. 2.* vbi alios dat concordantes,

8 Licet contrarium teneant *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 21. verſ. ſed poſſe &c.* vbi alios adducit ita ſentientes dicentes ita fuiſſe ſeruatum, *Boſſ. in pract. in tit. de inquiſ. num. 51. Simo. de Prat. conſ. 198. num. 17.* & alij quos refert *Farinac. d. quæſt. 43. num. 38. & P. Diana in ſumm. in ver. inquiſitores, num. 119.* niſi agatur de viro ſummæ bonitatis, vt ibi per eum.

9 Concorda d. contrarias Doctorum opiniones, vt prima opinio procedat, quando ſumus in caſibus, in quibus ſocius non poteſt de ſocijs interrogari, & ſic in criminibus non exceptis, quo caſu plures ſocij non faciunt indicium ad torturam contra ſocium, ſi verò ſumus in criminibus exceptis, in quibus ſocius poteſt de ſocijs interrogari, & tunc plures ſocij faciunt indicium contra ſocium per rationem adductam per *Farin. in d. quæſt. 43. num. 41. & 42.* & idem dicit *in conſ. num. 11. ex Gram.* per eum adducto, *lib. 1.* & ita voluerunt etiam *Boſſ. in d. tit. de inquiſ. num. 41. Rolan. d. conſ. 16. num. 18. & Guazzin. d. defen. 32. cap. 8. num. 3. verſ. item iſta &c.*

10 Subamplia d. quartam ampliationem, vt habeat locum eò magis, quando plures ſocij ſunt ſingulares in eorum dictis, quia eò minus faciunt contra nominatum indicium ad torturam niſi adſint adminicula, vt docent *Decian. conſ. 189. num. 8. Natt. conſ. 298. num. 9. Gram. conſ. 65. nu. 2. in fin.* & ſentit *Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 43. num. 35. & conſ. 156. num. 12. lib. 2. Guazzin. d. defen. 32. cap. 8. num. 3. verſ. ac etiam magis &c.* & latè comprobat *Carena de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 10. num. 41. & ſeq.* vbi contrarium tenentes reijcit.

11 Quicquid contrarium teneant *Clar. in pract. d. q. 21. ver. ſed poſſe &c. Souſa. Binsfel. & P. Diana* quos refert, & reprobat *Carena. vbi ſupra*.

12 Amplia quintò d. cõcluſionem, vt habeat locum etiamſi cum nominatione ſocij concurrant adminicula, quia adhuc illa non facit contra ſocium nominatum indicium ad torturam, vt not. *Bertaz. conſ. 70. nu. 24. inter conſ. crim. diuer. lib. 2. Menoch. de arbitr. d. caſu 474. num. 25. & 26. Maſcar. de prob. d. concl. 1318. ſub num. 13. Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 43. num. 152. & Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 10. num. 49.*

13 Declara d. quintam ampliationem, vt habeat locum in criminibus non exceptis, in quibus ſocius non poteſt de ſocijs interrogari, ſecus tamen eſt in criminibus exceptis, in quibus ſocius poteſt de ſocijs interrogari, quia in eis ſi vltra nominationem ſocij concurrant adminicula, d. nominatio facit contra ſocium indicium ad torturam, vt tradunt *Bian. de indic. & tort. par. 1. quæſt. 3. num. 24. & ſeq. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 21. verſ. ſed quid in cri-*

criminibus exceptis &c. Decian.conſ. 18. num. 64. et ſeq. lib. 1. vbi dicit, hanc eſſe communem omnium opinionem, *Maſcar. de prob. concluſ. 1318 n. 12. lib. 3. Honded. conſ. 100. num. 4 lib. 1 & d. conſ. 93 num. 37. lib. 2. Farin. de indic. et tort. d. quæſt. 43. num. 145. et ſeq. Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 10. num. 37.* vbi docent adminicula eſſe teſtes de auditu, famam, fugam ſocij, ſtrictam cum nominato amicitiam, & alia de quibus ibi per eos, *Caball. reſol. crim. caſu 200. num. 12. cent. 2. Guazz. defen. 32. cap. 8. num. 2. et P. Diana in ſumm. in verb. Inquiſitores, num. 117.* vbi pariter recenſet adminicula ad id ſufficientia.

14 Amplia primò d. declarationem, vt habeat locum tàm ſi ſocius criminis nominet ſocium ex ſe ipſo, quam ſi id faciat ad interrogationem Iudicis vt ſentit *Clar. in pract. d. quæſt. 21. ver. retenta igitur &c* quem ſequitur *Decian d. conſ. 18 ſub num. 63. lib. 1.* & non diſſentit *Peguer. d. deciſ. 5. ſub num 30* quos refert, & ſequitur *Farinac. de indic. et tort. d. quæſt. 43. num. 190.* vbi hanc ampliationem benè comprobat, & dicit, contrariam opinionem Doctorum non eſſe veram, nec in practica ſeruari, niſi, quando ſocius ſponte nominaret ſocium ad effectum gaudendi impunitate, vt ibi per eum.

15 Limita primò d. declarationem, quod ſi ſocii criminis dictum faciat indicium ad torturam in criminibus exceptis concurrentibus adminiculis, vt habeat locum ſi d. nominationem in tortura confirmet, alias ſecùs, quia cum ex confeſſione delicti reddat ſe infamem, infamia non admittitur ad teſtificandum ſine tortura, vt tradunt *Clar. in pract. d. quæſt 21. ver. ſcias etiam &c. Vulpell. conſ. 27. num. 2. & conſ. 30. num. 7. & conſ. 34. num. 4. Maſc. de prob. concl. 463. num. 28. & ſeq. lib. 1. & concl. 857. num. 14. lib. 2. & concl. 1318. num. 38. lib. 3. Peguer d. deciſ. 5. num. 36. Hond. d. conſ. 100. num. 2. & 16. lib. 1.* plenè *Farinac de indic. & tortur. d. quæſt. 43. num. 134. & ſeq.* vbi dicit, hanc eſſe magis receptam opinionem, & in practica ſeruatam, & contrariam opinionem habere locum quoad inquirendum generaliter tantùm, & non alias, vt ibi per eum, *& conſ. 28. num. 10. & conſ. 86. num. 8. lib. 1.* vbi dicit, ſocium criminis non facere indicium, niſi eius dictum confirmet in tortura, & in faciem inculpati, *& conſ. 55. num 41. & conſ. 156. num. 12. lib. 2.* benè *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit 10. num. 38. & ſeq. Caball. reſol. crim caſu 85. num. 11. cent. 1.* vbi dicit, prædicta in aliquibus locis de conſuetudine non ſeruari, *Guazzin. d. defen. 32. cap. 8. num. 3. verſ. quæro contrarium &c.* & quod ſocius criminis debeat ſuam depoſitionem confirmare in tortura in faciem inculpati, alias nullum faciat indicium, tradit *Vermigl. conſ. 20. num. 83. & conſ. 267. num. 8. & conſ. 270. num. 7. & conſ 342. num. 6.* & nouiſſimè *Zuffi. de legit. proceſſ. quæſt. 108. num. 7. 11. & 12. & quæſt. 152 num. 3. & ſeq.* vbi dicit, torturam in d. caſu eſſe adhibendam, vel in faciem ſocii præſentis, vel, ſi abſens, eo legitime citato, alias non ſuffragetur, vt ibi per eum, & *quæſt. 153.* vbi quærit, an ſocius tortus ſit iterum torquendus reo comparente poſt contumaciam.

16 Amplia d. declarationem, vt tortura debeat eſſe ſpecialis pro confirmatione depoſitionis ſocij criminis, ita vt non ſufficiat illa prima tortura, in qua confeſſus eſt delictum, vt not. *Scacc. de indic. lib. 1. cap. 86. num. 56. Cartar. in pract. inter. rei lib. 4. cap. 1. num. 14. Farin. de indic. & tortu. d. quæſt. 43. num. 136. & ſeq.* vbi dicit, ſocium debere deponere in ipſa tortura, non autem poſt illam, & *Ambroſ. in proceſſ. inform. lib. 2. cap. 9. per tot.* vbi declarat, quomodo d. tortura ſit practicanda, vt ſocium afficiat *et Zuffi. de leg. proc. crim. quæſt. 152. et 153. per tot.* ipſos conſulas.

17 Limita ſecundò d. declarationem, vt nunquam nominatio ſocii criminis faciat indicium, neque in criminibus exceptis, niſi illa medio iuramento facta fuerit, vt tradunt *Clar. in pract. d. quæſt. 21. ver. quæro nunquid etc Menoch. de arbitr. caſu 474 num. 60. Maſc. de prob. diſt. concl. 1318 num. 47 et ſeq* & benè declarat *Farinac. de indic et tortu. d. quæſt. 43. num. 141 et ſeq.* nec non *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 10. num. 8. et ſeq.* vbi dicit, ita vidiſſe in facto pluriès ſeruari, quibus addo *Caball reſol. crim caſu 185. num. 3. cent. 2.*

18 Limita tertiò d. declarationem, vt non habeat locum, quando nominatio ſocij criminis facta fuit ſub ſpe gaudendi impunitate ſibi à lege, ſeù Principe promiſſa, quia tunc, cum ipſe habeatur loco denunciatoris, ideò ſocio nominato non nocet, vt tradunt *Farinac. de indic. et tortu. d. quæſt. 43. num. 192. Ginob. conſ. crim. 22. num. 29. Ricc. coll. deciſ. 1562 verſ dùm ergo etc. Giriac. controu. 88. num. 47. et ſeq. Guazzin. d. defen. 32. cap. 8. num. 4. in fin. Caren. de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 10. num. 55. Vermigl. conſ. 3. num. 14. et conſ. 15. num. 20. et conſ. 273. num. 11.*

19 Licèt, ſocium criminis, vel teſtem deponentem cum tortura in d. caſu facere aliquam probationem contra nominatum, ſentiat *Cabal. reſolut. crim. caſu 29. per tot. cent. 1.*

20 Limita quartò d. declarationem, vt non habeat locum, quando ſocius criminis alium patitur defectum, puta quia ſit inimicus, periurus, varius, contrarius, criminoſus, & ſimil. quia tunc nullum facit indicium ad torturam, neque in criminibus exceptis, vt voluerunt *Menoch. de arbitr. d. caſu 474 num 54. Maſcar. de prob. d. concluſ. 423. num. 35. lib. 1. et d. concl. 1318. num. 15. et 41 lib. 3. Honded. d. conſ 10. num. 22 et ſeq. lib. 1.* vbi dicit, hoc procedere etiam ſtante tortura, quæ non ſupplet, niſi vnum defectum, & teſtatur de communi opinione, *et conſ. 93. num. 38. lib 2.* & benè comprobat *Farinac. de indic. et tort. d. quæſt. 43. num. 178.* vbi reprobat *Buiar.* contrarium tenentem, & dicit, nunquam vidiſſe à bonis Iudicibus fuiſſe ad torturam deuentum ex depoſitione ſocij criminis patientis plures defectus, niſi alia concurrant, quæ de ſe ſola indicium facerent, vt ibi per eum *et conſ. 80. num. 23 et conſ. 99. num. 65. et ſeq. lib. 1. et conſ. 192. num. 8. lib. 2. Caren. de Offic. S. Inquiſ.*

d. par.

d. par.3.tit.10.num.51.& 52.Ciriac.contr.80.nu.9. & contr.150.num.78 & ſeq.Vermigl.conſ 15.num. 19.& conſ. 184.num.16.P.Diana. in ſumma in ver. Inquiſitores nu. 120. vbi teſtatur de communi opinione, & dixi ego alleg. foren.98.num.16.& ſeq.

21 Amplia d.quartam limitationem, vt habeat locum etiam in ſocio criminis periuro.vt dixi ſupra, quem non facere indicium ad torturam, imò neque ad inquirendum ſpecialiter contra ſocium, neque in criminibus exceptis, voluerunt Hond.d. conſ.100.num.29.& 38.lib.1.& conſ. 93. num. 41. lib.2. latè comprobat, Farinac.de indic. & tort.d. quæſt 43.num.180. & ſeq vbi quamplures adducit ſectatores de communi, & magis communi opinione teſtatur, licèt dicat, ſecùs eſſe, quando adminicula eſſent admodum grauia,quia tunc poſſet ad torturam deueniri, vt ibi per eum, & dicit, contrariam conſuetudinem eſſe ſolùm ſeruandam vbi illa viget, & non eſſe extendendam ad alia loca, quod ſecundum d. ampliationem ſeruatur in Statu Eccleſiaſtico, & in Regno Neapolitano, & idem tradit in conſ.99.num.65.lib.1.& conſ. 216. nu.21.lib.3.vbi impugnat Baiar. ad Clar.q. 21.contrarium tenentem, & contra d. conſuetudinem inſurgit, Vermigl.conſ.272.num.3.nec non Ciazzi. diſcept foren.ad reo. defen.diſcept.8.num.66.& Ciriac.contr.150.nu.83. & ſocium periurum nullum facere iudicium etiam ſtantibus adminiculis, & tortura dicit idem, Ciriac.d.contr.150.n.79 & ſeq.

22 Declara ſupradictam concluſionem, quod nominatio ſocij criminis licèt non faciat indicium ad torturam contra ſocium, illius tamen exculpatio ſocio proſit fauore defenſionis, vt tradunt Ceph. conſ.75.num.46.& ſeq.lib.1.Maſcar. de prob.concl. 1135 num.4.iuncto.nu.15.lib.3.Carer in pra. in 2. tract.de indic.& tort.§. octauum indicium num. 19. quam declarationem quando ſocius eſt carceratus quod omninò proſit ſocio latè comprobat, Farinac.de indic.& tort.d.quæſt.43.num. 11. & ſeq. vbi dicit, illam apud ſe eſſe indubitatam, & rationibus contrarium tenentium benè reſpondet, & declarat quatenus proſit d.exculpatio, & an tollat plenam probationem, & confeſſionem ſocij, & idem ſcripſit in conſ.66.num. 15. lib. 1. vbi dicit d. exculpationem non tollere plenam probationem, nec confeſſionem, illam tamen debilitare, & conſ. 138.num.32.& conſ.161.nu.1.et ſeq.lib.2.cum quibus pertranſeunt, Guazzin.defen.33.cap.14.nu. 11. ver imò ſi ipſi etc.et Vermigl.conſ.25. nu. 16. et nu. 20.in prin.vbi agit an illa tollat priorem inculpationem, & dixi latius ſupra in verbo exculpatio, Reſol.2.per tot.

23 Quicquid contrarium tenuerint, Menoch.de arbitr.d.cap.474.num. 13. Maſc. ſibi contrarius de prob.concl.1318.in prin lib.3. & alij relati per Farinac. d.quæſt.43 num.10.

24 Limita quintò d. declarationem, vt non habeat locum contra hominem bonæ vitæ, & famæ, contra quem nominatio ſocij criminis non facit indicium ad torturam, neque in criminibus exceptis, vt voluerunt Pariſ.conſ.153.num.13. lib. 4. Rolan. conſ.16.num.24 et ſeq.et conſ.71.num.35.et ſeq.lib. 1.Menoch.de arbitr.d.caſu 474.num.42. Maſc.de prob.d.concl.1318.num.16.et ſeq.Peguer.d.deciſ.5. num.31.Hond.d.conſ.100. num.4.iuncto num.20. lib. 1. Farinac.conſ.79.nu 23 lib.1.vbi teſtatur de communi opinione, & in homine ſummæ bonitatis etiamſi ſocij eſſent plures P. Diana in ſumma in ver. Inquiſitores num.119.& dixi latius ſupra in ver.Fama.Reſol 6.num. 6.vbi videas.

25 Licèt de d. opinione valdè dubitet Farinac.per rationem quam adducit de indic.et tort.d.quæſt 43. num.188.& id eſſe remittendum arbitrio Iudicis dicit P Diana in ſumma in d.verb. Inquiſitores, nu. 119.vbi dicit eſſe locum torturæ, quando adeſſent contra nominatum tot adminicula, quæ ſuperarent bonam famam, vt ibi per eum.

26 Quando verò nominatio ſocii criminis faciat iudicium contra ſocium in delictis occultis, & difficilis probationis,& quando depoſitiones plurium ſociorum ſufficiant ad condemnandum nominatum.& in quam pœnam tradunt, Farinac.de.indic. et tort.d.quæſt.43.nu.68.et ſeq.et num.39.40.et nu. 72.et ſeq et nu.165.et conſ.25.num.53 lib 1.et conſ. 156 per tot.lib.2.Guazzin.defen.32 cap.8.nu.5.Vermigl.conſ.273.num 1.et Capic. Latro deciſ.132. per tot.lib 1. ipſos conſulas, cum noſtræ intentionis fuerit principaliora præcipuè pro iuuenum inſtructione, non omnia hic referre, vt alias dixi.

ADDITIO.

N.1. VBi habetur, quod ſocius criminis non facit indicium ad torturam contra ſocium adde Quicquid generaliter dixerit Zuff.de legit proc.crim.quæſt.211.num. 13. quod Socius criminis quando contra eum nihil aliud opponitur eſt idoneus teſtis ex Hond.conſ.105. num.31.lib. 1.Quia Hond.dicit, quod in aliquibus caſibus ſocius contra ſocium admittitur, niſi alias patiatur exceptiones, non autem id generaliter admittit, vt ex eo eſt videre.

N.2. Vbi habetur, quod Socius criminis neque facit indicium ad inquirendum adde Farinacc.conſ.221.n.20.lib.3.

N.20 Vbi habetur, quod Socius criminis non facit indicium contra reum etiam in criminibus exceptis quando alius patitur defectus adde Farinac. conſ. 216. numer. 2. & 8. lib. 3. negantem in Tribunali D.Gubernatoris Vrbis ſeruari contrarium, & dicentem ſufficere duos defectus, vt ibi per eum.

N.21. Vbi habetur,quod ſocius criminis non facit indicium contra ſocium etiam in criminibus exceptis neque ad inquirendum ſi eſt periurus adde Farinac. conſ. 516. num.5. & conſ.221.num.20.lib.3.

N.22. Vbi habetur, quod exculpatio Socij criminis prodeſt exculpato adde Farinac.conſ.221.num. 7. vbi dicit, quod d.exculpatio Socij confeſſionē erroneā demonſtrat, lib.3.

SVMMARIVM.

1 *Socij criminis fuga non facit indiciū contra ſocium*
Cum fuga vnius tertium non afficiat num.2.
Licèt contrarium teneant aliqui, num.3.
Et fuga mandatarij non facit indicium contra mandantem, num.4.
Facit tamen indicium, quando fuga eſt adminiculata alijs indicijs, num.5.

RESO-

RESOLVTIO II.

Socij criminis fuga an faciat inditium contra ſocium.

1 Fuga ſocij criminis non facit indicium contra ſocium, vt tradunt *Ducn.reg.390.in 3.limit. Adden.ad Bertaz.conſ. 133.litera B. ver. vltimum eſt caput &c.lib.1. Eugen.conſ.63.num.9.iuncto num.66.lib.1. Hond conſ 87.num.148.& conſ.97.n. 30.& ſeq.lib.2.* vbi dicit contrariam opinionem eſſe communiter reprobatam, *Boer.deciſ.215.nu. 25.& deciſ.255.num.13, Giurb.conſ.91.num.30. & ſeq* benè comprobans, *Farinac. de indic. & tort. quaeſt.48.num.22.& ſeq.* vbi teſtatur hanc opinionem eſſe magis communiter receptam, & dicit illam ſolùm facere aliquam ſuſpicionem coniunctã cum alijs indicijs, vt ibi per eũ *Maſc.de prob.concl. 819.n.6.coln.2. Ant.de Bal.tract.crim.lib.1.quaeſt.15. nu.13.& ſeq.* qui concurrit cum *Farinac.* in loco ſupra adducto, *& Sperell.deciſ.136.num.30.par.2.*

2 Fuga enim nunquam operatur in praeiudicium tertij, vt not. *Cort.Seni.in l.admovendi 31.nu.104. & ibi Ripa num.174.ff.de iureiur. Maſc.de prob.d.concl. 819.num.30.& Farinac.in d.quaeſt.48.num.22.in fin. & Ant.de Ball.d.quaeſt.15.num.13.* alias ſequeretur, quod quilibet fugiendo poſſet alteri nocere, quod non eſt dicendum, vt aduertit *Pacia. conſ. 119. nu.51.* quem refert, & ſequitur *Giurb.d.conſ.91.n.31.*

3 Quicquid contrarium, imò fugam ſocij criminis nocere alteri ſocio, & facere indicium contra tertium, voluerint *Alex. conſ. 65.nu.10.lib. 1. Gram. conſ.14.num.4.& conſ.17.num.19.& conſ 57.num. 20. Menoch.de arbitr.caſu 474.num.48.* & alij relati per *Farinac.de indic.& tort.d.quaeſt.48.nu.21.* contra quos adeſt magis cõmunis opinio, de qua ſupra.

4 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in fuga mandatarij, quam non facere indicium contra mandantem, cum illa nihil commune habeat cum mandato, ſcripſerunt, *Hond. d. conſ. 87.num.151.lib.2. Farinac de indic.& tort.d. quaeſt. 48.num.22. Pacia.d.conſ.119.nu.50.* quem referendo ſequitur *Giurb.d.conſ.91.num.30.& conſ. 97.ſub num 7.& Vermigl.conſ.35.num.25.*

5 Declara d. concluſionem, quòd licèt fuga ſocij non faciat indicium ad torturam contra ſocium, ſi tamen illa ſit adminiculata cum alijs indicijs, non ſolum inducit aliquam ſuſpicionem contra conſocium, ſed etiam contra eum facit indicium, vt tradunt *Hond.d.conſ.87.num.148.lib.2. Farinacc.de indic.& tort.d.quaeſt.48.num.23. 24.& ſeq.* vbi dicit hoc eò magis procedere in delictis indiuiduis, vt ibi per eum, & ita ſentiunt *Adden. ad Bertaz. d. conſ. 133.litera B.ver.vltimum eſt &c.in quarto caſu lib. 3.& Ant.de Ball.* dum ſe refert ad *Farinacc.* vbi ſupra *tract.crim.lib.1.quaeſt.15.num.14.*

SVMMARIVM.

1 *Socius criminis confrontatus cum ſocio eſt repetendus, ſocio petente, ſuper interrogatoriis.*

Contrarium fuit reſolutum in Sac.Conſ. vt n.2.

RESOLVTIO IV.

Socius criminis confrontatus cum ſocio an ſit repetendus ſocio petente ſuper interrogatoriis.

1 Socium criminis confrontatus in faciem ſocij eſt repetendus, ipſo ſocio petente, ſuper ſuis interrogatorijs, d. confrontatione non obſtante, cum d. repetitio concernat defenſionem rei, vt ſcripſit *Cavalc. de Brach.reg.in tit.de teſti.par.5.num.200.* quem nouiſſime ſequitur, *Zuffi.de legit.proc. crim. lib. 3. quaeſt.108.num.14.* & latiùs *quaeſt.211.nu. 4. & pluribus ſeq.* vbi hanc concluſionem latè comprobat, & dicit, illam eſſe veriorem, & aequiorem, vt ibi per eum.

2 Contrarium tamen, imò d. repetionem, ſuper interrogatoriis ſocii non eſſe concedendam, ſtante confrontatione facta, propter timorem, nè ſocius recedat ab eius dicto in tortura, & in faciem conſocii legitimato, reſcripſit *Sacra. Conſulta*, vt teſtatur *R.P.D. Caſtell.in ſuo memor.fol.58.* quẽ refert *Zuffi. d.quaeſt.108.num.13.& d.quaeſt.211.num. 3. ver. & nouiſſimè &c.* dicens ſecundum d. reſolutionem fuiſſe datas litteras Gubernatoribus Status Eccleſiaſtici, quam tamen duram appellat *Zuffi.loc. cit.*

SODOMIA.

SVMMARIVM.

1 *Sodomia in crimine ſufficit, conſtare de corpore delicti per indicia, & praeſumptiones.*

Licèt in d. crimine non eſſe neceſſariam probationem corporis delicti, num.2.

Fallit, quando d. delictum commiſſum fuit cum fractura, num.3.

Non probatur tamen per depoſitionem pueri ſtuprati, num. 4.

Cuius depoſitio non facit indicium ad torturam ſine adminiculis, num.5.

RESOLVTIO I.

In crimine ſodomia an ſufficiat conſtare de corpore delicti per inditia, & praeſumptiones.

1 In crimine ſodomiae, quod dicitur facti tranſeuntis, & difficilis probationis ſufficit conſtare de corpore delicti per indicia, & praeſumptiones, vt tradunt *Boſſi.in pract.in tit.de ſtupr.deteſta. in maſcul.in fin.& in tit.de delict.num.19. Plot. conſ.132 n.22 inter conſ.crim.diu.lib.1. Foller. in pract in ver.capiat informationem num.20. Farinac.de inquiſ.quaeſt 2.num.24.& conſ.25.num.68.lib. 1. Sanfelic. deciſ.28.num.2.& 4.* quem refert, & ſequitur *Maſſin.de confiſc.bonor.quaeſt.9.num.18.* qui loquitur

loquitur in ſodomia commiſſa in adoleſcente provectæ ætatis, cuius veſtigia cognoſci non poſſe, Medici atteſtantur, *Guazzin.deſen.4.cap.6. nu. 13. circa fin.& Capic.Latro deciſ.163.num.8.par.2.*

2 Licèt in crimine ſodomiæ procedi poſſe, etiam non conſtito de corpore delicti, propter illius immanitatem, dixerint *Plot.in d.conſ. 132. num. 22. Baiar.ad Clar.§ ſodomia numer. 12. Armendar. in addit.ad recopil.leg. Nauar.lib.2.tit.21. lege vni. nu. 26.* quos referendo ſequitur, *Barbo.de Epiſc.alleg. 44.num.10.& Maſſin.de confiſ.bon.d.quæſt.9.nu.18.*

3 Limita d.concluſionem, vt non habeat locum, quando crimen ſodomiæ prætenderetur; fuiſſe commiſſum cum fractura, quia tunc qualitas fracturæ inſpicienda eſſet per Chirurgos, & peritos, ita vt, ſi periti referrent, nullam adeſſe fracturam præſumeretur, quod puer, qui id forte aſſeruit, vti falſus in d. qualitate, præſumeretur falſus etiam in dicto principali, vt advertit *Trauiſa deciſ.13.nu. 4.& ſeq.* & poſt eum, *Farinac.de inquiſ.d.quæſt. 2. num.24.* vbi ſubiungit, in hoc crimine poſſe probari corpus delicti per dictum obſtetricum, vt ibi per eum, *& conſ.156.num. 30. lib. 2. & de delict. carn.quæſt.148.num.74.Guazzin.d.deſen.4.cap.6. num.12.& 13.& Scacc.de iudic.lib.1.cap.83. num. 3.veritatem ſi in ano &c.* vbi admonet, plura animadvertenda per Chirurgos in d. inſpectione faciendα, vt ibi per eum.

4 Declara d. concluſionem, vt corpus delicti in d. crimine ſodomiæ non probetur per depoſitionem pueri aſſerentis, fuiſſe ab aliquo ſtupratum, etiamſi dicat, vim interveniſſe, vt probant *Hond. conſ. 98.num.15.lib.1.& Guazzin.d.deſen.4.cap.6.nu.17.* vbi alios dat concordantes, & teſtatur de communi opinione, & indebitè reprobat *Caball.reſol.crim. caſu 8.num.5.* quia ibi *Caball.* non dicit, quod aſſertio pueri probet corpus delicti, ſed ſolum quod facit indicium ad torturam, vt ibi per eum.

5 Addo pro coronide, quod aſſertio pueri ſodomiam paſſi non facit contra ſtuprantem, indicium ad torturam ſine adminiculis, ſiuè ſit minor, ſiuè maior, ſiuè ſit maſculus, ſiuè femina, & ſiuè interuenerit vis, ſiuè non, vt relatis contrarijs opinionibus, concludit *Farinac.de indic.& tort.tit.d. quæſt.43.num.99.* & tradunt etiam *Hond.conſ.100. num.16.lib.1.* vbi dicit, hanc eſſe claram concluſionem, quam intelligit adhibita tortura, vt ibi per eum, *Peguer.deciſ. 76.per tot. Caball.reſolut. crim.caſu 84.num.9.cent.1.* vbi teſtatur de communi opinione; *Gargiur.Ian conſ.67.num.2.lib.2.Sperell.deciſ.38.num.7.par.1.& Capic.Latro deciſ.163. num.9.& num.13.& in fine,* & alij per me adducti, *allegat.foren.98.in prin.* & dixi latius ſupra in ver. *Socius criminis Reſolut.2.per totam* ibi videas; addo *Barbo.de poteſt.Epiſ.d.alleg.44.nu.15.& 16.*

ADDITIO.

N.5. VBi habetur, quod aſſertio pueri ſodomiam paſſiuam facit indicium ad torturam contra ſocium ſine adminiculis adde, *Farinac.conſil.216.num.1.lib.2.* vbi *num.2.* ampliat, hoc eò magis procedere ſi d.ſocius aliqui patiatur defectum, vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Sodomia crimen eſt atrociſſimum, & de exceptis.*
Ita vt in eo procedi poſſit per inquiſitionẽ, n.2.
Et ſit crimen mixti fori, num.3.
Et illud, vti difficilis probationis, probetur ex præſumptionibus, & coniecturis, num.4.
Et propter illud cõcedatur ſeparatio vxori, n.5.

RESOLVTIO II.

Sodomia crimen an ſit atrociſſimum, & de exceptis.

1 SOdomiæ crimen eſt atrociſſimum, & de exceptis, vt tradunt *Farinac. de indic.& tort.quæſt. 43. num. 57. iunct.* **** *cto.89* & latius *de delict. carn. quæſt. 148.num.5.& 13. Caball.reſol.crim caſu 83.num. 17.cent.1.Sanfelic. deciſ. 335.num.8.& 9.Maſſin.de conſiſc.bono.quæſt.9.num. 20.& Capic.Latro deciſ.163.nu 14.par. 2.* cum quibus pertranſit etiam *Ant.de Balt.trkt.crim. lib. 3. caſu 15.num.3.*

2 Amplia primò d.concluſionem illatiuè, vt d. crimen ſodomiæ ſit ita enorme, vt in eo procedi valeat etiam per inquiſitionem, maximè vigore *Bulla Pij V. incipien Cu primum ſ. §. 13. tom. 2. Belleit.diſquiſ.cleri.par.2.tit.de priu.cleri §.11.num. 15.* quod ſeruatur in Regno Siciliæ, *Ant.de Ball.d.lib. 3.caſu 15.n.5.Maur.Burg.de modo proced.ex abrup. quæſt.19.num.3.& 46* quos refert, & ſequitur, *Maſſin.de conſiſc bono d.quæſt.9.num.14.*

3 Amplia ſecundò illatiuè, vt crimen ſodomiæ ſit mixti fori, ita vt in eo vterque Iudex procedere poſſit, Laicus, & Eccleſiaſticus, & inter eos ſit locus præuentioni, vt ſcripſerunt *Auguſt. ad Angel. de maleſ in ver. Che hai adulterato &c. num.54 ver. & Eccleſia &c.* vbi hanc dicit veriorem opinionem, *Adden.ad Diaz.in prac crim.cano.cap. 86.litera B.in ver. Detrudatur in fine* vbi teſtatur de communi opinione, *Menoch.de arbitr.caſu 286.nu.33. in addit Farinac.de inquiſ.quæſt.8.num.129.& de delict. carnis quæſt.148.num. 54.* vbi alios dat concordantes & teſtatur de communi opinione, *Guazzin.deſen.1 cap.21.num.2. Maſſin.de conſiſc. bono.d. quæſt 9.num.15. & Balth. Tomaſ. in ſuis tract.var. tom.4 tit.de mixto foro num 29.* vbi alios quamplures refert, ita ſentientes, *Mar. Anton. Reſolut. 46.num 5.lib.3.* & dixi etiam ſupra in ver. *Delictum Reſolut.2.num.5.*

4 Amplia tertiò d concluſionem, vt crimen ſodomiæ, cum ſit difficilis probationis, cum in occulto cõmitti ſoleat, probetur præſumptionibus, vt tradunt, *Maſcar.de prob.concl.1313.num.3 lib. 3. Decian.conſ 83.num.3.& ſequen.lib.3.Farinac. de delict.carn.quæſt.148.num.66.& ſeq.* vbi quamplures recenſet coniecturas, per quas d.crimen probatur, *Sanfelic.deciſ.28. num. 2.& ſequen.* quem refert, & ſequitur, *Maſſin.de confiſc.bonor.quæſt.9. num.16.*

num.16.& ſeq. cum quibus pertranſeunt, *Guazzin. defen.4.cap.6.num. 13.in fin.Mar.Ant.d. Reſol. 46. num.2.& ſeq.& Capic. Latro d. deciſ 163. num.14.* vbi dicit, probari etiam illud poſſe per teſtes inhabiles, & plures recenſet coniecturas.

5 Amplia poſtremò d. concluſionem, vt vxori ob vitium ſodomiticum per virum cum alijs commiſſum concedatur ſeparatio thori, cum non minus per illud, quam per fornicationem vir fidem matrimonij violent, vt not. *Clar. in pract.§ ſodomia nu. 7.* vbi teſtatur de magis communi opinione, *et ibi Baiar.num.11.Farinac.de delict.carn.quaeſt.143.nu. 83.* vbi alios dat concordantes, plenè *Sanch. de matrim.lib.9.diſput.4.nu. 3.* qui quamplures adducit, ita ſentientes, *Maſſin.de confiſc.bono.d.quaeſt.9. num.23.* & optimè declarat, *Illuſtriſſimus Sperellus deciſ.140 num.38.& ſeq.par.2.* vbi teſtatur contra *Innocen.* hanc eſſe veriorem, & magis receptam opinionem, quam dicit, procedere etiam, quando vir vxorem de præpoſtera venere ſollicitat, vt ibi per eum; addo *Mar. Ant Reſolut. 46. num. 8. & 9.lib.3.*

A D D I T I O.

N.4. VBi habetur, quod crimen ſodomiæ probatur adiectutis adde, *Scialo.in prax.torq.reos cap. 4. num.5.* vbi dicit, dict. crimen puniri poſſe ex indicijs indubuatis etiam in pœnam ordinatiam, vt ibi per eum.

S V M M A R I V M.

1 *Sodomiæ crimen committens punitur pœna vltimi ſupplicij.*
Et etiam poſt mortem igne comburitur, nu.2.
Et illius bona fiſco addicuntur, num.3.
Licèt contrarium teneant aliqui Doctores, n. 4.
Quæ pœna habet locum, etiam in ſodomia commiſſa cum fœmina, num.5.
Et eò magis cum animali bruto, num.6.
Effectu verò non ſequuto, ceſſat pœna mortis, & intrat pœna extraordinaria, num.7.
Licèt aliqui contrarium teneant, num.8.
Quæ pœna in minoribus mitigatur, num.9.
Licèt, minorem autem non excuſare in d.crimine, teneant alij, num.10.
Quod non procedit in infantibus, nec infantia proximis, num.11.
Paſſus tamen ſodomiam per vim nulla pœna tenetur, num. 12.

R E S O L V T I O III.

Sodomiæ crimen committens an puniatur pœna vltimi ſupplicii.

1 COmmittēs crimen ſodomiæ punitur pœna vltimi ſupplicij *leg.cū vir.31.& ibi not.Doctores cōmuniter.C.ad leg.iul.de adul.§.propterea.& ibi glo Auth. vt non luxur.contra natu.* & tradunt *Clar.in pract.§ ſodomia,n.2.& ibi Baiar.* *num.7.Ant.Gomez.ad leg.80.Tauri.num. 32. in fin. Menoch.de arbitr.caſu 286.num.2.& ſeq.* plenè *Farinac.de delict.carn.quaeſt.148.num.4.* vbi quamplures dat concordantes, *Cabal.reſol.crim. caſu 16.n. 34.& ſeq.cent.1 Aloi.Ricc.in prax.fori.eccleſ reſol. 302.num.1.Barbo.de offic.Epiſc.allegat.44. num. 5. P.Azor.Inſt.moral.par.3.lib.3.cap.19.in prin. Maſſin.de confiſc.bonor quaeſt.9.num. 30.& Capic. Latro deciſ.163.num.59.tom.2.* vbi dicit, ita etiam eſſe cautum legibus Regni, & Hiſpaniarum, vt ibi per eum.

2 Amplia primò d.concluſionem, vt pro dict.crimine non ſolum imponatur pœna mortis naturalis verum etiam ob illius atrocitatem ſodomita poſt mortem veniat igne concremandus, vt not. *Clar. in d.§.ſodomia ſub num.1.& 4.* vbi dicit, ita vidiſſe pluries ſeruari in facto, & *Baiar num.7. Menoch.de arbitr.caſu 286.num.23.& 24.in addit.Caball.reſol. crimin.cap.16.num.34.& ſeq.cent.1.Farinac.de delict carn.d.quaeſt. 148.num 7,* vbi alios dat concordantes, & ita teſtari de generali conſuetudine ſeruari poſt mortem d. delinquentis ſuper furca illatum, ſubiungens, vidiſſe aliquando, ob nobilitatem perſonæ tantùm fuiſſe capite obtruncatum, vt ibi per eum, & vltra eos, *Barboſ.de author. Epiſc.d. allegat.44.nu.6.& Maſſin.de confiſc. bonor.d.quaeſt. 9.num.30.* & ita ſeruari in Regno dicit *Capic. Latro deciſ. 163 num.59.*

3 Amplia ſecundò d.concluſionem, quod etiam bona omnia committentis crimen ſodomiæ fiſco adiudicantur, vt voluerunt, *Ant.Gomez.in d.l.80.Taur. num.32 in fin.* vbi teſtatur de communi opinione. *Menoch.de arbitr.d.caſu 286, num.9. & num.26. in addit,* vbi pariter teſtatur de communi opinione, *Peregr.de iure fiſci lib.5.tit.1.num.169.Clar.in dict. §.ſodomia num.6.* vbi dicit, credere, hanc opinionem eſſe veriorem, & magis communem, & alij relati per *Farinac.de delic carn.d.quaeſt.148.nu.14. Barbo.de author.Epiſc.d.allegat.44. num. 7. Theſa. quaeſt.foren.17.num.15.lib.3.* vbi dicit, ita fuiſſe iudicatum in illo Senatu, *Rouit. in pragm de ſodom. rub 7.Sanfelic.deciſ.355.nu.9.* quos refert, & ſequitur *Maſſin.de confiſc.bonor.in d.quaeſt.9.in fin.* vbi dicit, hanc opinionem eſſe omninò tenendam, vti magis communiter receptam per Doctores.

4 Licèt contrarium tenuerint *Plot.* ſibi contrarius *conſ.132.per tot.inter conſ.crim. diuer. lib. 1. Farin. de delict.carn.d.quaeſt.148.num.15.* vbi dicit, ita ſeruari in Alma Vrbe, *Thob.Noni. conſ. 104. per tot. Guazz de confiſc.bonor.concl 13.limitat. 45 in prin.* vbi dicit, nunquam vidiſſe, pro d. crimine pœnam confiſcationis imponi, cum quibus pertranſite videtur *Giglia.ad Stat.Peruſiæ in ver. Sodomiæ n. 2.* & ita ego iudicaui in Ciuitate Vrbini de anno 1647. dum eram Prætor d. Ciuitatis, & ſententia fuit approbata à DD. Auditoribus Eminentiſſimi Cardinalis Legati.

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt pœna ſodomiæ habeat locum non ſolum, quando maſculus maſculum carnaliter cognouit, ſed etiam, quando habuit rem cum fœmina contra naturam *d. l. cum vir.31.*

*nu.3.t.C.ad leg.Iuli.*de adult. & tradunt; *Ant.Gomez.d.l.Tauri.*80 *num.*33.*Clar.in d.§.ſodomia nu.* 2. vbi teſtatur de communi opinione, & ita fuiſſe ſeruatum per Senatum Mediolani, *Peguer.deciſ.*72. *num.*3.*Caball.reſol.crim.caſu* 16.*num.*15.*& ſeq.*vbi hanc, dicit, eſſe communem opinionem *cent.* 1. prout teſtatur, *Menoch. de arbitr. d. caſu* 286.*num.* 40.*in addit.* plenè *Farinacc.de delict. carn. d. quæſt.* 148.*num.*35.*& ſeq.* vbi alios dat concordantes, & dicit, ita vidiſſe ſeruari in Alma Vrbe, & hanc ampliationem, dicit, eò magis habere locum in viro cognoſcente præpoſterè vxorem, vt ibi per eum, cum quibus pertranſit, *Barbo.de author.Epiſ. d. allegat.*44 *num.*23.

6 Amplia quartò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando maſculus, vel fœmina committunt hoc crimen cum animali bruto, quia tunc, vltra pœnam mortis, comburuntur vna cum animali ad tex *in cap.mulier* 15.*quæſt.*1.& tradunt *Ant. Gomez.in d.l.*80.*Tauri num.*35.vbi teſtatur de communi opinione, *Clar.in pract.§.fornicatio num.*22. *& §.fin.quæſt.*99.*n.*8.*Menoch.de arbitr.d.caſu* 280. *num.*43.*& ſeq.*plenè *Farinac.de delict.carn.d.quæſt.* 148.*num.*46. vbi quamplures dat concordantes, & dicit, ita vidiſſe aliquando ſeruari in practica, & hoc crimen eſſe grauius ſodomia, dicit *Barbo. d. allegat.*44.*num.*22.

7 Limita d. concluſionem, vt non habeat locum in effectu non ſequuto, & crimine non completo, quia tunc non intrat pœna mortis naturalis, ſed alia mitior extraordinaria Iudicis arbitrio, cùm de generali conſuetudine, etiam in atrociſſimis, mitius puniatur, qui deuenit ad actum proximum, & non perfecit, quam qui perfecit, vt aduocarunt, *Ant.Gomez.in d.leg.*80.*Taur.nu.* 34.*Clar.in d.§. ſodomia num.*8.vbi dicit, ita ſeruari per Senatum Mediolani, etiamſi fuerit deuentum ad actum proximum *Menoch.de arbitr.d.caſu* 286.*num.* 7. *& num.* 16.*& num.* 19.*& ſeq.in addit.num.*36.*& ſeq.*vbi teſtatur de recepta opinione, *& caſu* 360 *num.* 59. *& ſeq.Caball.d.caſu* 16. *num.* 11. *& ſeq.*latè *Farin. de delict.carn.d.quæſt.*148.*num.*61. *& ſeq.* vbi hanc opinionem dicit veriorem, magis receptam, & in practica ſeruatam; & pluribus modis exemplificat, *Ant.de Ball.tract crim lib.*3.*caſu* 15. *num.*14.

8 Quicquid contrarium, imò d. pœnam ordinariam intrare contra attentantem d.crimen ſodomiæ, maximè quando deuentum fuit ad actum proximum renuerint, *Barba.conſ* 64.*nu.*10.*& ſeq. lib.*1. *And.Gail.de pace pub.lib.*1.*c.*14.*n.*26.vbi dicit, hanc opinionem eſſe veriorem, & alij relati per *Far.in d.q.* 148.*n.*56 *& ſeq.Pract. Archiepiſ.Neap. cap.* 82. *in annot.* contra quos adeſt magis communis, & practicata opinio, de qua ſupra.

9 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in minoribus 25.annorum, quibus, ratione ætatis, pœnam mitigari in hoc etiam ſodomiæ delicto, ſcripſerunt, *Adden.ad Aret.de malef. in §.item lex.Iulia litera A.Inſt.de publ.iudic.*dicentes, ita ſeruatum fuiſſe in Ciuitate Auenionis, *Baiar.ad Clar.in d.§.ſodomia num.*13 *Menoch.de arbitr.d.caſu* 286.*num.*19 *& in addit.num.*39 *& caſu* 329.*nu.* 5.*Soc.Iun.conſ* 7 *lib.*3.*Ludon.deciſ.Lucen.* 17.*nu.*46. *par.*1.*Farinac.de pæn.temp.quæſt.*92. *nu.* 85. vbi teſtatur de communi opinione, *& de delict.carn.dict. quæſt.*148.*num.*75. vbi dicit, vidiſſe pueros minores 20.anno ſemper d.de cauſa fuſtigari, vel ad triremes damnari iuxta ætatis qualitatem, & *n.*76. vbi dicit, ita paſſim ſeruari, *Addea ad Faria.conſ.* 30.*litera G.lib.*1.vbi teſtatur de communi, & veriori opinione, *Barbo.de author.Epiſc allegat.* 44. *num.*13 *& Gargiar.Iun.conſ.*67 *num* 1.*lib.*1.

10 Licèt contrarium, imò minorem ætatem non excuſare in crimine ſodomiæ, voluerint *Baiar. ad Clar.in §.ſodomia num.*13. *Bombi. conſ* 65. *per tot. Gram.in Conſt.Regn de reſiſt mino.n.*4. *in fin.Thaſa. Iun.in addit ad deciſ.*161.*ſui Patris*, vbi dicit, Senatum Pedemontanum ſolere maiores 20. annorum, tàm agentes, quam patientes ad mortem damnare, & contra minores decem, & octo annorum imponit pœnam mortis, *Conſtit.March.lib.* 4.*cap.*67.quam dicit, in Vrbe ſeruari, *Farinac.vbi ſupra.*

11 Declara d.ſecundam limitationem, vt non habeat locum in infantibus, & infantiæ proximis, quos excuſari in hoc crimine ratione tàm teneræ ætatis, ſcripſit *Oid.de valler.in integr. par.* 2. *quæſt.* 80.*ſub num.*44 quem referendo ſequitur *Farinacc. de pæn.temp.quæ.*92 *num* 83.& ante eos, *Clar.in pract.§.fin.quæſt* 6 .*num.* 1. & euaſiſſe a pœna licèt cum difficultate puerum vndecim annorum dicit, *Ant.Gomez.var.reſol.tom.*3.*cap.* 1. *num.* 60. *in fin.* quem ſemper fuiſſe ſequuturum ſaltem quo ad pœnam ordinariam in pueris minoribus quatuordecim annorum dicit *Clar.in d.quæſt.*60.*poſt.prin.*

12 Limita poſtremò d. concluſionem, vt non habeat locum in eo, qui per vim ſodomiam paſſus eſt, quia in nulla pœna venit puniendus ad tex. in *l.fœdiſſimam.* 20.*& ibi not.glo & communiter Doctores C.ad leg.iul.de adult.& in l.* 1.*§.remouet.& ibi not.glo Bald.,Ang.Odofr.& Caſtr.ff.de poſtul. Farinac.*alios referens *de deli.carn.d.quæſt.* 148.*nu.*79. vbi de communi.

ADDITIO.

N.7. VBi habetur, quod pœna ſodomiæ non habet locum effectu non ſequuto, licet deuentum fuerit ad actum proximum, adde & dixi ſupra in verbo, *Affectus Reſol.vnica num.*13.vbi quam plures adduxi ita ſentientes.

SVMMARIVM.

1 *Bulla Pii V. contra ſodomitas non habet locum in Clerico bis, aut ter d. crimen committentem.*

*Quicquid aliqui contrarium teneant, nu.*2.

*Et non comprehendit, niſi Clericum notorium, non autem occultum, num.*3.

*Et requiritur actus conſumatus, num.*4.

*Et d. Bulla ſolum locum habet in foro exteriori, num.*5

RESOLVTIO IV.

Bulla Pij V. contra ſodomitas an habeat locum in Clericobis, aut ter d. crimen committente,

1 BVlla Pij V. contra Clericos ſodomitas, cum vtatur verbo, *Exercentes ſodomiam*, quod requirit actum continuatum, & frequentiam, ideò non habet locum in Clerico, qui bis, aut ter committit d. deteſtabile crimen ſodomiæ, niſi illud continuato vſu exerceat, vt tradunt *Nauar. in manual. cap. 27. nu. 249. ver. tertiò dico &c. Prat. Archiep. Neapol. cap. 82. in prin.* ſecundum vlt. impreſſionem, *Epiſ. Leo. in Theſa. fori. eccleſ. par. 3. cap. 4. num. 6. Ricci. in pract. fori. eccleſ. reſol. 302. limit. 2.* latè *Barbo, de offic. Epiſ. allegat. 44. num. 25. & de iure Eccleſ. vniuer. lib. 1. cap. 40. num. 49.* vbi innumeros ferè adducit ita ſentientes, *P. Suarez. de cenſur. diſput. 31. ſect. 4. nu. 20. Guazzin. Iun. de Aduoc. & Iud. lib. 2. cap. 44. num. 16.* quem refert, & ſequitur, *Maſſin. de confiſc. bon. quæſt. 9. num. 34.* vbi dicit, hanc eſſe magis communem Theologorum, & Legiſtarum opinionem, quibus addo, *Guazz. de benefic. par. 11. c. 10. n. 198. & P. Diana in ſum. in ver. Clericus ſodomita nu. 20.*

2 Quicquid contrarium voluerint Clericum ſemel committentem ſodomiam incurrere in pœnas *dict. Bulla Pij V. Farinac. de delict. carn. quæſt. 148. num. 30. Guazzin. defen. 1. cap. 31. num. 2. Cauall. in ſpec. comm. contra comm. quæſt. 228. num. 4. Flau. Cherub. in compen. Bullar ſuper. dict. Bulla Pij V. Theol. 2.* & alij relati *per Barbo, de iure eccleſ. vniuer. d. cap. 40. num. 49. in fin.* contra quos adeſt verior, & magis communis Doctorum opinio, de qua ſupra.

3 Ampliad. concluſionem, vt Bulla prædicta non comprehendat quemlibet Clericum d. crimen committentem, ſed ſolùm notorium, non autem occultum, vt poſt *Vgol. Graff. Henriq. & Campanil.* per eum relatos tradit, *Barbo, de Offic. Epiſc. d. allegat. 44. num. 26. Guazzin. Iun. d. cap. 44. num. 47. & Maſſin de confiſc. bonor. d. quæſt. 9. num. 35.* vbi declarat, notorios dici, qui ſunt tales per propriam confeſſionem iudicialiter emiſſam, vel per ſententiam contra eum legitimè latam, vt ibi per eum quibus pertranſit *P. Diana in d. ver. Clericus ſodomita n. 23.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, quod vt ſit locus pœnis d. Bullæ contra Clericum requiratur actus ſodomiæ conſumatus, non autem ſufficit quælibet pollutio cum aliquo, niſi intercedat coitus intra vas ordinarium illius delicti, in quo delictum conſumatur, cum illa non dicatur propriè ſodomia, vt poſt *Vgoli, Suar. Bonac. Alter. Ricc. & Garzi.* per eum relatos tradit *Barbo. de Offic. Epiſc. d. allegat. 44 num. 24. & Maſſin. de confiſc. bonor. dict. quæſt. 9. num 36.* ac etiam *P. Diana in ſumma in dict. ver Clericus ſodomita. num. 19.*

5 Addo pro coronide, quod *d. Piana Conſtitutio,* habet tantum locum in foro exteriori, cum in foro conſcientiæ illã receptam nõ eſſe teſtetur *Barb. de iure Eccleſ. vniu. d. lib. 1. cap. 40. num. 48. in fin. & P. Diana in ſumma in ver. Clericus ſodomita nu. 18.* vbi plures dant concordantes, *& P. Diana* aſſerit, ita declaraſſe *Card. Sabellium Vicarium Summ. Pont.* vt ibi per eum.

SPONTANEA COMPARITIO.

SVMMARIVM

1 *Spontanea comparitio rei magnam innocentiæ præſumptionem arguit.*

Etiamſi reus compareat poſt citationem, nu. 2.

Ita vt tollat indicia contra reum exiſtentia. n. 3.

Contrarium tamen, quod tantum illa debilitet, tenent plures Doctores, num. 4.

Et per ſpontaneam rei condemnati comparitionem ceſſant omnes effectus ſententiæ contumacialis, num. 5.

6 *Spontanea comparitio tollit indicium fugæ.*

Et multum debilitat falſitatis præſumptionem, num. 7.

RESOLVTIO VNICA.

Spontanea comparitio rei an innocentiæ præſumptionem arguat,

1 SPontanea comparitio rei contumacis magnam innocẽtiæ præſũptionem arguit, cum veriſimile non ſit, quod, ſi eſſet reus criminis, voluerit ſe priuare libertate, & in carcerem intrare putans celare veritatem, vt tradunt *Eugen. conſ. 63. num. 92. & conſ. 90. num. 121. & ſeq. lib. 1. Gabr. conſ. 178. nu. 26. lib. 1. Hond. conſ. 99. num. 38. lib. 1. & conſ. 87. num. 178. lib. 2. Farinac. de indic. & tort. quæſt. 48. num. 51.* vbi alios dat concordantes, *& conſ. 10. nu. 52. & conſ. 40. num. 77. lib. 1. & conſ. 130. nu. 13. lib. 2. Mar. Anton. reſol. 5. num. 9. lib. 1.* plenè *Giurb. conſ. 13. nu. 22. & conſ. 37. nu. 29.* vbi quamplures adducit, ita ſentientes, *Caluin. de æquit. lib. 2. cap. 132. num. 33. Carena reſol. 122. in fin. Vermigl. conſ. 35. nu. 23. & conſ. 36. num. 2.* & dixi ego *allegat foren. 83. num. 29. & allegat. 84. num. 31. & allegat. 89. num. 56. & allegat. 90. num. 30.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiamſi reus compareat poſt citationem, ſeù poſt præceptum ei tranſmiſſum ad comparendum, vt voluerunt *Rim. Iun. conſ. 88. nu. 48. & ſeq. lib. 1. Hond. conſ. 102. num. 87. & conſ. 107. num. 87. lib. 1. & dict. conſ. 87. num. 179. lib 2. Farinac. conſ. 22. num. 23. lib. 1. & conſ. 1. num. 25. eod. lib. 1. Giurb. d. conſ. 13. n. 22. in fin.*, & dixi ego *allegat. foren. 91. num. 39.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt ſpontanea rei comparitio tollat indicia contra eum exiſtentia, ita, vt ſi aliàs eſſet torquendus, non poſſit, ſtante d. ſpontanea comparitione, torqueri, vt not. *Maſcar de prob. concl. 1330. num. 5. & 6. lib. 3. Thob. Noni, conſ. 101. nu. 2.* vbi plures dat concordantes,

Capb.

Ceph.conſ 731.num.17.lib.5.Bertaz.conſ.333. nu.5. lib.1 Scott. conſ.7.num.16.lib.9.tom. 2. & alij quos refert, *Caluin.de aquit lib.2 cap.132.num.30.*

4 Contrariam tamen opinionem, quod ſpontanea rei comparitio non tollat indicia contra eum exiſtentia, ſed ſolùm illa debilitet; ita vt non faciat, reum aliàs torquendum non torqueri, ſed tantùm leuius torqueri, tenet *Farinac.de indic.& tort.dict. quæſt.48.num.55.* vbi teſtatur de communi practica, *& conſ.55.num.59.lib 1.* cum quo ſentit, licèt eo non relato, *Caluin.de aquit d cap.132.ſub nu.31.* & dixi ego *allegat.foren.92.num.43.*

5 Amplia tertiò d. concluſionem, quod per ſpontaneam comparitionem rei condemnati infra annum euaneſcunt omnes effectus ſententiæ contumacialis, vt tradunt *Vermigl.conſ.254.nu.1.& ſeq.* vbi dicit, neque reum in d.caſu comparendo ſponte infra annum teneri docere de ſua innocentia, vt ibi per eum, nouiſſimè *Zuffi de legit.proc.quæſt.60. num.4.lib.1.& Rota apud Card.Seraph.decıſ.354.n. 8.& ſeq.* vbi habetur ita pluries fuiſſe deciſum.

6 Amplia quartò d.concluſionem, vt ſpontanea comparitio tollat, & purget indicium fugæ, vt ſcripſerunt *Clar.in pract.§.fin quæſt. 21. ver. fuga delinquentis &c. Menoch.de præſump.lib. 1.quæſt. 89.nu. 37.Maſc.de prob.concl. 1330.num.3.lib.3.* plene *Farinac de indic & tort.d.quæſt.48.num.48.* vbi quam plures dat concordantes, *Giurb conſ.13.num.22.& conſ.91.num 15.Ciriac.contr. 150.num.39.Ant.de Ball.tract.crim.lib.1.q 15.n.4.Vermi.conſ.3.n.34.& conſ 30.n.21.* & dixi ego *allegat.foren.92.n.31.& allegat.94.nu.34.* ac etiam ſupra in ver. *Fuga Reſol. 4.per tot.* vbi plura habentur ad materiam facientia, quæ hic referenda iterum non cenſui.

7 Amplia quintò d. concluſionem, vt comparitio ſpontanea multum debilitat falſitatis præſumptionem, vt tradunt *Io.Iac.de Leonar.inter conſ.Sbc.Iun. conſ 39 num.35.lib.2* quem refert, & ſequitur *Menoch.de præſump.lib.5.præſump.20.num. 54.* & dixi ego *allegat.foren.92 num.37.*

STATVTVM.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quod exonerans archibuſium cum offenſione incidat in pœnam vitæ, non comprehendit offendentem in veſtibus tantùm.*

Cum offenſio in veſtibus non dicatur propriè offenſio, num.2.

3 *Quod non procedit in materia excommunicationis, num.3.*

RESOLVTIO I.

Statutum quod exonerans archibuſium non offenſione incidat in pœnam vitæ an habeat locum in offenſione in veſtibus tantùm.

STatutum, ſeù bannimentum mandans, quod exonerans archibuſium contra aliquem cum offenſione incidat in pœnam vitæ, & confiſcationis bonorum non comprehendit illum, qui, exonerando archibuſium, offendit aduerſarium tantùm ſuper veſtibus, & non ſuper perſona, vt docent *Guazzin.defen.29.cap 2.num 12.* & ſentit etiam *Zuffi.de legit.proc.lib.1.quæſt.22.num.13.* & dixi ſupra in ver. *Offenſio Reſol.2.num 2.*

2 Licèt enim offenſio facta in veſtibus dici poſſit offenſio perſonalis ſecundùm, *Vulpell.de pace quæſt. 91.num.12.Peguer.decıſ.21.ſub num. 1.* & alij, quos refert, & ſequitur *Farinacc.de var.ac diuer.crimin. quæſt 107.num.178.& ſeq.Caball. reſolut. crim.caſu 152.nu.13 cent.2.& Guazzin de pace quæſt. 52. in prin.* non tamen eſt proprie offenſio, & in potiori ſignificatu, ſicut eſt illa, quæ tangit perſonam, vt not. *Vulpell.de pace quæſt 101.ſub num.7.* & alij quos refert, & ſequitur *Guazzin. de pace d. quæſt. 52.nu. 4.* verba autem in Statutis accipienda ſunt in propria, & ſtricta ſignificatione, maximè in pœnalibus *l.1.§.qui in perpetuum ff.ſi ager.vectigal. &c.* & poſt *Grat.& Simon. de Prat. Soc. Iun. & Menoch.* per eum relatos benè declarat, *Guazzin.in d. defen.29.cap.2.num.13.* benè comprobans, & ſubiungens *nu.15.in fin* quòd in d caſu intrat tantùm pœna extraordinaria, & quod, ſi Iudex aliter faceret, malè quidem faceret, vt ibi per eum.

3 Limita d. concluſionem, vt non habeat locum in terminis *cap ſi quis ſuadente 17. quæſt.4.* in quibus cum agatur de materia fauorabili, & late interpretanda, offendens Clericum in veſtibus tantùm incurrit excommunicationem, prout dixi ſupra in d. ver. *Offenſio Reſol.2.num.3.* vbi videas.

ADDITIO.

N.2. VBi habetur, quod offenſio facta ſuper veſtibus non dicitur propriè offenſio adde, & dixi ſupra in verbo, *Offenſio Reſolut.2.in addit.* videas ibi.

SVMMARIVM.

1 *Statutum probibens extrahi blada extra territorium non ligat portantem blada per tranſitum per territorium*

Neque comprehendit illa extrahentem pro vſu proprio, num.2.

Neque extrahentem blada recollecta in bonis proprijs, num.3.

Neque comprehendit minores extrahẽtes, n.4.

5 *Statutum prohibens extractionem frumenti comprehendit etiam farinam.*

Appellatione tamen frumenti in d. caſu venit ſolummodò triticum, num.6.

RESOLVTIO II.

Statutum prohibens extrahi blada extra territorium an liget illa portantem per tranſitum.

STatutum quòd nemo poſſit extrahere, vel portare blada extra territoriũ Ciuitatis, nõ cõprehendit illũ, qui ex alia Ciuitate, vel territorio portauit blada

perCiuitatem ſtatuentium, vt conducat illa ad aliũ locum cum d. Statutum debeat intelligi de bladis originaliter exiſtentibus in Ciuitate, vbi d. Statutum viget, vt tradunt *Alex. in l. cætera 43. §. ſed, & ſi quis iam ff. de lega. 1. & in conſ 85. num. 2. lib. 4. Farinac. de carc. & carc. quæſt. 28. num. 59. circa medium, Ant. de Ball. tract. crim. lib. 4. quæſt. 3. num. 12. Hodier. ad Surd. deciſ. 139. num. 10. Pereg. de iur. fiſc. lib. 6. tit. 5. num. 30 & Capic. Latro deciſ. 191. nu. 29. per. 2.* vbi alios dat concordantes.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt d. Statutum prohibens extractionem non comprehendat illum, qui extrahit blada, vel frumentum portando pro vſu proprio *l. vniuerſi 5. C. de veſtig. commiſ. cap. ſuper quibuſdam 26. de ver. ſignif.* vt not. *Bart. & alij in d. l. cætera 43. § ſed, & ſi quis ff. de lega. 1. Farin. in fragm. crim. litera B. num. 55.* latè comprobans, *Hodiern. ad Surd. d. deciſ. 139. num. 7.* vbi hanc extendit, etiamſi quis nomine alterius conducat, vt ibi per eum, *Ludo. deciſ. Peruſ 80. num. 20.* vbi dicit prædicta non procedere in Statu Eccleſiaſtico ob ſpeciales Conſtitutiones, *& Cancer. var. reſol. par. 1 cap. 14. num. 14.* cum quibus pertranſit, *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 4. quæſt. 3. num. 11.* qui alios dat concordantes.

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt Statutum prædictum, neque comprehendat extrahentem frumentum, & blada recollecta in bonis proprijs vt tradunt *Theſa. deciſ. 152. per tot.* vbi dicit, ita fuiſſe reſolutum in Conſilio Status, & hanc eſſe æquiorem opinionem, licèt ipſe contrarium ſentiret, *Ricci. collect. 762 ver. nunc limita &c.* & latè comprobat, *Cabal. reſol. crim. caſu 14. per tot. cent. 1.*

4 Amplia tertiò d. concluſionem, vt dictum Statutum prohibens extractionem frumenti, & bladorum non comprehendat minores *Roma. ſingul. 816. num 4. Cremen. ſingul. 30. Rolan conſ. 57. num. 6. lib. 2. Viui. com. opin. in ver. Statutum, quod non poſſit extrahi frumentum num. 14. in fin.* quos refert, & ſequitur, *Ludo. deciſ. Peruſ. 80. num. 8. Rubin. deciſ 21.* quem refert, & ſequitur *Ricci. d. collect. 762. verb. limita tertiò, &c.*

5 Declara d. concluſionem, quòd Statutum, ſeù bannimentum prohibens extractionem frumenti comprehendit etiam extrahẽtem farinam propter identitatem rationis, & cum prohibitio extractionis materiæ comprehendat etiam materiatum, vt voluerunt *Ripa de peſte in tit. de remed. ad conſer. vbert. nu. 43. & ſeq. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 82. ſtatu. 7. num. 6.* vbi dicit, ita ſemper vidiſſe ſeruari, *Viui. opin. 765. num. 1.* vbi teſtatur de communi opinione, *Farinec. in fragm. crim. litera B. nu. 47.* vbi alios dat concordantes, *& num. 48.* hoc extendit etiam ad panem factum eſt d. frumento, *Surd. deciſ 139. num. 6. & ibi Hodier. nu. 2 & ſeq.* latè comprobans, & plures afferens extenſiones, *Maſtrill. deciſ. 119. num. 9. & ſeq.* vbi dicit, ita fuiſſe iudicatum, *Mar. Antoni. reſol. 33. n. 12. lib. 2.* plenè *Barbo. de appell. verbo. ſignif. appell. 105. n. 6.* vbi alios dat concordãtes quàplures, *& Cobel. ad bullam bon. regim. cap. 47. n. 61. & ſeq.* vbi extendit etiam ad panem.

6 Declara ſecundò d. concluſionem, quod prohibita extractione frumenti, venit tantummodo triticum, vt not. *Mexia de taxa panis, concl. 1. nu. 56. Auenda. de exequen. manda. par. 2. cap. 19. num. 35. in fin. & Barbo.* alios referens ita ſentientes, *de appella. ver. ſignif. d. appell. 105. num. 3.*

S V M M A R I V M.

1 *Statutum loquens de mutilante membrum, non habet locum in mutilante digitum.*

Digitus enim non eſt propriè membrum, nu. 2.

Ita vt per abſciſſionem digiti non incurratur irregularitas, num. 3.

Et mutilens alicui digitum in Eccleſia gaudeat illius immunitate, num. 4.

Fallit, ſi abſciſſo digito, debilitata remaneat manus, num. 5.

Et quando Statutum imponit pœnam pro membro debilitato, num. 6.

Digitus verò, quando dicatur abſciſſus, nu. 7.

R E S O L V T I O III.

Statutum loquens de mutilante membrum, an habeat locum in mutilante digitum.

1 STatutum loquens de mutilãte membrum non habet locum in mutilante, & abſcindente digitum, cum ille non ſit propriè membrum, ſed officium membri, & pars illius, vt tradũt *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 69. num. 3. & ibi Baiar. num. 4. & 6. Farinac. de delict. & pœn. quæſt. 19. num. 24. Maſtrill. deciſ. 168. num. 4. 5. & ſeq. Ant. de Ball. tract. crimin. lib. 3. caſu. 2. num. 14. Caball. reſol. crimin. caſu 236. num. 10. et 11. et num 110. et ſeq cent. 3. Guazzin. defen. 33. cap. 6. nu. 6. Card. Tuſc. pract. concl. litera M. concl. 185. num. 2.* latè *Giurba conſ. 40. num. 11.* vbi quamplures adducit ita ſentientes, & teſtatur in fine, ita fuiſſe iudicatum, *et Bart. de appella. verb. ſignif appell. 146. num. 2.*

2 Digitus enim, vt dixi, non eſt membrum propriè, ſed officium membri, cui deſeruit, cum non habeat diſtinctam in corpore operationem, *Bart. in l. non ſunt liberi. 14. num. 2. ff. de ſtat. homi. Cabal. d. caſu 136. num. 5. num. 10. num. 110. & ſeq. Maſtrill. dict. deciſ. 168. num. 5. Giurb. d. conſ. 40. nu. 10.* vbi plures dat concordantes, plenè *Barbo. d. appell. 146 num. 2.* ſtatuta verò debent propriè, & ſtrictè intelligi *l. quicquid. adſtringenda 99. ff. de ver. obliga. Maſtrill. d. deciſ. 168. nu. 7.* latè *Maſcar. de gener. ſtatu. interp. concl 4. in prin.* vbi alios dat concordantes, maximè quando ſunt pœnalia, *Ant de Ball. tract. crim. lib. 3. caſu 1. nu. 124. Caluin. de aquit. lib. 2. cap. 129. num. 10. & cap. 131. num. 4.*

3 Amplia d. concluſionem illatiuè, vt per abſciſſionem digiti non incurratur irregularitas, vt not. *Nauar. in manual. cap. 27. nu. 206. Matol. de irregula.*

lib. 5.

lib.5.cap.50.num.2. Farinac.in fragm.crim par.2. in ver. irregularitas num. 587. & ſeq. Mar. Alter. de cenſur.lib.5.cap.4.diſput.10.ver. Reliquum eſt &c. plenè *Giurba contra Cutet. d. conſ.40. num.26.* vbi teſtatur de veriori opinione, & quamplures adducit, ita ſentientes, *Bonac.contra Sotum de cenſu.diſp 7.quæſt.4.punct.8.num.3.* quem referendo ſequitur. *P.Diana in ſum.in ver. Irregularitas ex mutila.n.63.*

4 Amplia ſecundò d.concluſionem pariter illatiuè, vt mutilans digitum alicui in Eccleſia adhuc gaudeat immunitate illius, vt docent *Mar.Ital.de immunit.Eccleſ lib.1.cap.5.§.3.num.8. & ſeq.Farinac,* qui illum referendo ſequitur, *de immunit. Eccleſ. num.249.et Giurba d.conſ.40.num.7.et plur.ſeq.* vbi in fine dicit, ita fuiſſe in Curia Archiep. Panormitana fuiſſe deciſum.

5 Limita d. concluſionem, vt non habeat locum, quando, inciſo digito, debilitata fuit manus, quia tunc Statutum contra mutilantem membrum locum habere, voluerunt *Baiar.ad Clar.d. quæſt.69.n. 101.Caball.d caſu 230.nu.111.112.et 118. Guazz. defen.33.cap.6.num.6.Giurb.d conſ.40. num.17. & Maſtril.d.deciſ.168.nu.9. & ſeq.* vbi dicit, ita pluriès fuiſſe iudicatum, maximè, ſi appoſitè id fuerit commiſſum, vt ibi per eum.

6 Limita ſecundò d. concluſione, vt non habeat locum, quando Statutum imponit pœnam pro membro debilitato, quia tunc, truncato digito, pœnam intrare ex mente Statuti adnotarunt *Cappell.Tholoſ deciſ.208.num.3.Canalc.de Brach. Reg. par.4.num.152.et Guazz.d.defen.33. cap 6.num.6, et 8,* quos refert, & ſequitur *Giurba d. conſ.40 ſub num.17.* qui *num.23* dicit, ſtatutum loquens de mutilante non procedere in debilitante tantùm, vt ibi per eum.

7 Declara d. concluſionem, cum ampliat.& limit. ſeq. vt digitus dicatur abſciſſus etiam quod a corpore non ſit ſeparatus, ſi tamen ita grauiter ſit læſus, vt non poſſit amplius in corpore conſeruari, ita vt Medicorum conſilio abſcindatur, quia perindè eſt, ac ipſe percutiens abſcidiſſet, vt declarat *Giurba d. conſ. 40. num. 24.*

S V M M A R I V M.

1 *Statutum, ſi puniat conuenticulam, & congregationẽ hominum armatorum, non cenſentur armati deferentes baculos, zappas, ſecures, & lapides.*

Cum prædicta veniant appellatione armorum largè, & impropriè, num. 2.

R E S O L V T I O IV.

Statutum ſi puniat conuenticulam, & cogregationem hominum armatorum an cenſeantur armati deferentes baculos, zappas, ſecures, & lapides.

1 STatutum ſit puniit conuenticulam, & congregationem hominum armatorum, non cenſentur armati deferentes baculos, zappas, lapides, ſecures, & alia inſtrumenta ruſticorum, vt tradunt *Corn conſ.196 num.2.et 4.lib.4.& Farinac.de crim. læſæ maieſt.quæſt.113.num.142.*

2 Licet enim controuerſum ſit inter Doctores, an prædicta veniant appellatione armorum, vt videre eſt ex *Farinac. de var. ac diuer crim. quæſt 108. num 33 ex Giurb conſ 73.ferè per tot.& per Barbo. de appell.verb.ſignif appell.25.num. 1.et ſeq.* ita vt, id remitti Iudicis arbitrio, ſtatuendum dixerit *Menoch.de arb.caſu 393.num.77.* admiſſa tamen opinione affirmatiua, quòd illa veniant appellatione affirmatiua, quòd illa veniant appellatione armorum, id tamen intelligitur largè, & impropriè, non autem ſtrictè, & propriè, vt tradunt *Corn.& Farinac.in loc in concluſione adductis,* verba autem in ſtatutis, maximè pœnalibus, propriè, & ſtrictè ſunt intelligenda *Ancar.quæſt.fami.1.nu.12. lib.1.Card.Tuſc.pract.concl.litera V. concl.124.n.6. Maſc. de gener. ſtat.interpret.concl.4. num.1.et ſeq. Maſtril.deciſ.168. num 7. Ant.de Ball. tract.crim. lib.3.cap 1.num.124. et Sperell. deciſ.103. num.10. par.2* & in pœnali materia appellatione armorum intelliguntur ea, quæ propriè parata ſunt ad nocendum, non autem quæ ſunt fabricata ad laborandum poſt *Capell. Rebuff. Alciat. Card Tuſc. Auguſt. Ant. de Ball.* & alios per eum adductos firmat *Giurb.d.conſ. 73.num. 13.* & poſt eum *Barboſ. d.appell.25. nu.5.*

S V M M A R I V M.

1 *Statutum mandans, bannitos poſſe impunè offendi eſt validum.*

Quod ſtatutum eſt attendendum, etiam in foro conſcientiæ, num. 2.

Et valet etiam ſtatutum concedens præmium occidenti bannitum, num. 3.

Imò poſſunt ſubditi cogi ad perſequendum bannitos, num. 4.

Ita vt occidens bannitum non dicatur tunc pacem frangere, num. 5.

Et liceat etiam occidere mulierem bannitam, num 6.

Et ſtante d. ſtatuto, neque liceat bannito ſe defendere verſus aggreſſorem, niſi fugiendo, nu. 7.

Licèt contrarium teneant aliqui Doct. num. 8.

Et d. ſtatutum habet locum, etiam in Clerico occidente bannitum, licèt fiat irregularis, nu. 9.

Et peccet mortaliter occidendo, ſi ſit in ſacris, num. 10.

Stante tamen d. ſtatuto non poteſt filius occidere patrem & è contra, num. 11.

Licèt aliqui contrarium teneant, num.12.

Neque fratri licet occidere fratrem bannitum num. 13.

Licèt alij contrarium teneant, num. 14.

Quod ſtatutum non procedit in bannito tolerato, in habente ſaluum conductum, & in alijs caſibus, vt num. 15.

Si tamen plures interueniant in occiſione banniti vnum tantùm præmium eis debetur, nu. 16.

RESO-

RESOLVTIO V.

Statutum mandans bannitos poſſe impunè offendi an ſit validum.

1 STatutum, ſeù Conſtitutio permittens, & diſponens, bannitos poſſe impunè offendi, vti factum propter publicam vtilitatem, vt Prouincia malis hominibus purgata maneat in quiete, eſt validum, vt tradunt *Foller. in pract. in ver. fori iudicentur num.* 10. *& in pragm. de exul. num.* 1. vbi dicit, hoc eſſe indubitati iuris, *Clar. in pract.* §. *homicidium num.* 43. vbi teſtatur de magis communi opinione, *Menoch. de arb. lib.* 2. *quæſt.* 90. *num.* 4. vbi hanc dicit crebriorem Doctorum opinionem, *Vulpell. conſ.* 58. *in prin.* vbi dicit, de hoc non eſſe dubitandum, *Bruno. à Sole quæſt. legal.* 26. *num.* 1. *& ſeq.* vbi hanc concluſionem benè comprobat, contrarijs reſpondet, & dicit, illam communem, & magis communem eſſe, plenè *Farinac. de var. ac diu. quæſt. quæſt.* 103. *in prin.* vbi quamplures refert, ita ſentientes, & latè comprobat, *&* *num. ſeq.* dicit, poſſe etiam occidi aſſaſinos, graſſatores viarum, & rebelles de iure communi, ceſſante ſtatuto, vt ibi per eum, *Caball. reſol. crim. caſu* 61. *num.* 5. *et ſeq. cent.* 1 & plenè ſcribit nouiſſimè *P. Graſſet. de nece prodit.* §. 12. *num.* 13. volens, illos poſſe occidi per venenum, per inſidias, proditoriè, & omni alio modo, vt ibi per eum.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt d. Statutum, vti factum ex iuſta cauſa habeat locum, etiam in foro conſcientiæ, ita vt occidens bannitum zelo iuſtitiæ animo implendi Statutum, & non ex odio, & vindicta nõ peccet, vt not. *Paſcal. de patr. poteſt. par.* 4. *cap.* 3. *num.* 4. *Alter. de cen ſ. tom.* 1. *lib.* 5. *diſp.* 20. *cap.* 1. *col.* 1. *litera D. P. Filliuc. tract.* 29. *in* 5. *Decal. præcep. cap.* 2. *num.* 22. *& ſeq. P. Sanch. de matrim. lib.* 8. *diſput.* 1. *num.* 31. *Caball. d. caſu* 61. *an.* 6. *& ſeq.* dicens, in dubio cenſeri id factum malo animo, *Farinac. in d. quæſt.* 103. *num.* 348. *P. Diana in ſumm. in ver. occidere bannitum in princ.* plenè *P. Graſſet. de nece prodit. d.* §. 12. *num.* 14. *et* 15. vbi dicit, d. occidentem bannitum non incurrere caſum reſeruatum, neque excommunicationem, ſi bannitus ſit perſona eccleſiaſtica, vt ibi per eum.

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt valeat etiam Statutum, ſeù Conſtitutio concedens præmium vltra impunitatem occidenti, ſeù capienti bannitum, vt not. *Decian. conſ.* 377. *num.* 3. *in fin.* vbi teſtatur de communi opinione, *Clar. in pract.* §. *homicidium num.* 43. *Bruno. à Sole quæſt. legal.* 27. *n.* 1. vbi dicit, ita communiter per omnes teneri, *Farin. de var. ac diu. crim. d. quæſt.* 103. *num.* 3. vbi quamplures dat concordantes, *& P. Diana in ſumm. in ver. Occidere bannitum nu.* 5. vbi dicit, hanc facultatem non eſſe de facili concedendam.

4 Amplia tertiò d. concluſionem, vt cogi etiam poſſint ſubditi ad bannitos profligandos, & perſequendos, pœna indicta, vt puta, quod pulſante campana ad arma omnes concurrere debeant, vt not. *Carauit. in pragm. Regni de exul num.* 64. *et ſeq.* vbi dicit, Statutum id mandans comprehendere tantùm perſonas habiles, non autem ſenes, minores decimo octauo anno, Doctores, infirmos, & ſimiles, *Farinac. de var. ac diuer. quæſt. d. q.* 103. *n.* 15. vbi meminit de *Bulla Sixti V.* id mandante, plenè *Cancer. var. reſol. par.* 3. *cap.* 5. *per tot.*

5 Amplia quartò d. concluſionem, vt occidens bannitum, cum quo ante bannum pacem fecerat, vel cautionem de illo non offendendo præſtiterat, non dicatur d. pacem, ſeù cautionem fregiſſe, ita vt ad illam pœnam teneatur, vt latè differit *Farinac. de var. ac diu. quæſt. d. quæſt.* 101. *num.* 46. *& ſeq. et* ego dixi latè ſuprà in ver. *Bannitus Reſolut.* 5. *num.* 1, *et ſequen.* videas ibi.

6 Amplia quintò d. concluſionem, vt ſtante d. Statuto, liceat etiam occidere mulierem bannitam, vt poſt *Bald. Decian. Angel. Nell. Carer. Carauit. & Dueu.* per eum adductos tradit *Farinac. de var. ac diu quæſt. d. quæſt.* 103. *num.* 61. *& ſeq.* vbi benè declarat, & dixi latiùs ſupra in verb. *Bannitus Reſolut.* 8. *num.* 2. *& ſeq.*

7 Amplia ſextò d. concluſionem, vt ſtante d. Statuto, bannito non liceat contra aggreſſorem ſe defendere, ſed ſolùm ſibi conſulere per fugam, licèt defenſio ſit de iure naturali, ex regula quòd vbi offenſio eſt licita, ibi defenſio eſt prohibita, ita vt ſi bannitus aggreſſorem occidat, ſit puniendus, vt tenuerunt *Bar. Caſtr. Fulgo. Deci. Curt. Iun. Mantu. Bolognet. & alij in l. vt vim* 3. qui omnes ferè teſtantur de communi opinione, *ff. de iuſt. & iur. Bertaz. conſ.* 223. *num.* 8. *lib.* 1. quem vnà cum alijs pluribus refert, & ſequitur *Farinac. de var. ac diu. quæſt. d. quæſt.* 103. *num.* 129. *et ſeq.* vbi hoc tenet, ſiue Statutum loquatur per verbum impunè, ſiuè per verbum licitè, *& in tract. de homic. quæſt.* 125. *num.* 114 *et ſeq.* vbi dicit, hoc non procedere, quando bannitus offenditur ex odio particulari, cum quibus pertranſeunt *Ant. de Ball tract. crim. lib.* 3. *caſu* 1. *num.* 131 *et ſeq.* latè comprobans, contrarijs reſpondens, & dicens, hanc eſſe communem opinionem, & nouiſſimè *P. Graſſett. de nece prodit.* §. 28. *num.* 30. *in fin.* alios adducens concordantes.

8 Quicquid contrarium tenuerint *Bald. Card.* & alij relati per *Farinac. d. quæſt.* 103. *num.* 130. *& d. qu.* 125. *num.* 114. *ver contrarium &c.* contra quos adeſt communis opinio, de qua ſupra.

9 Amplia ſeptimò d. concluſionem, vt habeat locum, etiam in Clerico, qui occidendo bannitum, licèt incurrat irregularitatem, non tamen alia pœna tenetur, vt probant *Baiar. ad Clar.* §. *homicidium num.* 259. *Farinac. de var. ac diu. quæſt. d. quæſt.* 103. *num.* 142 *Rice decis.* 58. *num.* 8. *par.* 2. *Carol. de Graſſ. de effec. Cleric. effec.* 2 *num.* 374. *Ambro. decis. Perus.* 23. *num.* 12. *par.* 1. *Carpa. ad nou. Conſt. Mediol. in cap. Homicida num* 645. & nouiſſimè *P. Graſſett. de nece prodit.* §. 12 *ſub num.* 13. *et in addit ad* §. 12. *num.* 42. *& ſeq* vbi latè comprobat, & alios dat concordantes quamplures;

10 Declara d. ſeptimam ampliationem, quod Clericus occidens bannitum vltra irregularitet peccet

etiam

etiam mortaliter, ſi ſit in ſacris, vel ſit beneficiatus, alias peccat venialiter tantùm, vt not. *P. Zambur. in Decal. lib. 6. cap. 1. §. 4. num. 4. P. Molin. de iuſti. & iur. tract. 3. diſput. 8. num. 12. tom. 4. Card. Tolet. in ſumm. lib. 5. cap.* §. *quinta eſt neceſſa &c.* & alij, quos refert, & ſequitur *P. Graſſet. de nece prodit. d. §. 12. num. 47. et ſeq. in addit.* vbi dicit, Clericum peccantem mortaliter in d. caſu poſſe etiam puniri per Epiſcopum ſaltem extraordinariè, & alias dat declarationes, vt ibi per eum.

11 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in patre occidente filium bannitum, & è contra, quia pœna homicidij non excuſantur, cum Statutum non tollat in d. caſu obligationem naturalem erga patrem, & è contra, ita vt propter honorem ſanguinis, & pietatem, ex naturali iure inuicem debitam illos d. Statutum non comprehendat, vt voluerunt *Clar. in pract.* §. *homicidium ver. ſed hic quæro &c. et ibi Baiar. num. 28. Menoch. de arb. lib. 1. quæſt. 90. num. 43. & ſeq.* vbi hanc opinionem, benè comprobat, & dicit, contrariam opinionem impiam eſſe, *et caſu 356. num. 29. in addit. Decian. trac. crim. lib. 9. cap. 15. nu. 11.* vbi teſtatur de veriori, & magis communi opinione, *et cap. 30. num. 17. et 20. Vinc. de Franch. deciſ. 276. num. 7. & ſeq.* & alij plures, quos refert, & ſequi videtur *Farinac. de var. ac diuer. quæſt. d. quæſt. 103. num. 275. & num. 279.* dum dicit, prædicta non procedere, quando pater veniendo contra patriã, eiuſdem ſaluti ſuccurri aliter non poteſt, *Menoch. conſ. 1189. nu. 28. Paſcal. de patr. poteſt. par. 2. cap. 3. num. 10.* vbi teſtatur de magis communi opinione, *Surd. conſ. 461. ſub num. 19. lib. 4.* & alij plures, quos refert, & ſequitur nouiſſimè *Redenaſc. conſ. 1. num. 32.* nec non *P. Diana in ſumma in verb. Occidere bannitum num. 3.*

12 Licèt contrarium imò ſub d. Statuto comprahẽdi etiam filium occidentem patrem bannitum, & è contra, tenuerint *Bart. in l. ſi adulterium 38. §. liberto ff. de adult. Salic. in l. 1. num. 3. C. de his qui paren. vel fili. occid. Aret. de maleſ. in ver. ex interuallo num. 18.* dicentes, ita fuiſſe conſultum per Collegium Peruſinum, *Viu. opin. 770. num. 8.* vbi teſtatur de communi opinione, *Bertaz. conſ. 58. nu. 7. et ſeq.* qui pariter hanc dicit communem opinionem, alij relati per *Farinac. d. quæſt. 103. num. 276.* quorũ aliqui teſtantur de magis communi opinione, quã dicit in practica fore ſeruadam apud eos, ſi caſus contingeret, dicit idem *Farinac. d. num. 276. in fin.* vt ibi per eum.

13 Limita ſecundò d. concluſionem, vt neque fratri vigore d. Statuti liceat fratrem bannitum propter ſanguinis coniunctionem occidere, vt tradunt *Duen. reg. 68. in 8. ampl.* vbi teſtatur de tutiori, & humaniori opinione, *Plaza in epit. delict. d. cap. 36. num. 3.* vbi hanc dicit veriorem opinionem, *Rolan. conſ. 46. num. 64. lib. 1. Bruno. à Sole d. quæſt. legal. 26. num. 18. et ſeq.* vbi teſtatur pariter de veriori opinione, & alij plures relati *per Farinac. de var. ac diu. quæſt. d. quæſt. 103. num. 280.* cum quibus pertranſeunt *Surd. conſ. 33. n. 9. lib. 1.* & nouiſſimè *Paul. Rub. de validit. legal. cap. 41. num. 117. et ſeq.*

14 Licet contrarium, imò licere fratri occidere fratrem bannitum, ſtante d. ſtatuto, voluerint *Bero. in cap. qua in Eccleſiarum nu. 136 de conſtit.* vbi hanc dicit veriorem, & magis communem opinionem, *Viu. opin. 770. num. 8. et Farinac. in d. quæſt. 103. nu. 281.* vbi alios adducit concordantes, & dicit, quòd d. opinio ſeruaretur in practica, vt ibi per eum.

15 Limita vlteriùs d. concluſionem, vt non habeat locum in pluribus alijs caſibus, & præcipuè in bãnito tolerato, in habente ſaluum conductum, in bannito exiſtente in fortijs Curiæ, de quibus dixi ſupra in ver. *Bannitus Reſol. 4. et 5.* & latè ſcripſit *Farinac. de var. ac diu. quæſt. d. quæſt. 103. num. 282. et plur. ſeq.* & ferè *per tot. quæſt.* vbi plenè tractat materiam præſentis concluſionis, & *P. Graſſet. de nece prodit. d. §. 12. nu. 13. & plur. ſeq.* ipſos conſulas, cũ nobis ſufficiant principaliora tantùm retuliſſe.

16 Declara d. concluſionem, vnà cum prima ampliatione, quòd licet ſtatutum concedens præmiũ occidentibus bannitos, vtpote fauorabile ſit latè interpretandum vt not. *Farinac. conſ. 53. num. 11. et ibi Adden. litera F. & conſ. 101. num. 45. lib. 1.* probaui ſupra in ver. *Bannitus Reſol. 8. in fin.* ſi tamen plures interuenerint in captura ſeù occiſione banniti, vnicum tantùm præmium eis debetur inter eos diuidendum, non autem vnicuique, vt poſt *Nell. & Foller.* per eum relatos docet *Farinac. de var. ac diu. quæſt. d. quæſt. 103. num. 359.* vbi dicit, ita ſemper vidiſſe ſeruari in Alma Vrbe.

ADDITIO.

N. 12. VBi habetur, quod Statutum permittens occidi bannitum habet locum etiam in filio occidente patrem adde *Caſtagn. de beneſ. deduc. ne rgeat quæſt. 5. num. 21. & ſeq.* vbi quamplures adducit ita ſentientes, qui teſtantur, ita pluries fuiſſe iudicatum, licèt poſteà aliquos contrarium tenentes referat, & dicat id procedere etiam in fratre occidente fratrem, vt habetur etiam *hic num. 13. & 14.*

SVMMARIVM.

1 *Statutum puniens aliquem aggredientem in domo habet locum etiam in aggrediente in oſtio domus.*

Licèt aliqui contrarium teneant, num. 3.

Concorda d. contrarias opiniones, num. 4.

Non tamen habet locum dictum ſtatutum in aggrediente in tecto domus, num. 5.

Licèt contrarium teneat Farinac. *relatus, n. 6.*

Neque habet locum in offendente in apotheca, ſtatione, & taberna, num. 7.

Quod declaratur, num. 8.

Neque habet locum in offendente in domo, quam quis non habitat, num. 9.

Et an d. ſtatutum habeat locum in offendente in porticu domus, vide num. 11.

2 *Domus appellatione venit oſtium, & alia quæ ſunt ei affixa.*

10 *Offenſio dicitur facta in domo quando ex via exoneratur archibuſium contra exiſtentem in domo.*

RESO-

RESOLVTIO VI.

Statutum puniens aggredientem in domo an habeat locum in aggrediente in oſtio domus.

1 STatutum puniens aggredientem aliquem in domo habet locum etiam in aggrediente in oſtio domus, vt tradunt *Bart. in leg. meminiſſe 10. num. 4. ff. de off. c. procons. Bald. in leg. & ita 3. §. idem ait, ff. naut. caupo. & ſtabuli, Specul. in tit. de iniur. in Rub. num. 0.* qui tamen loquitur in porticu domus, *Alberic. in 2. par. ſtatu. quæſt. 208.* qui teſtatur de communi opinione. *Ancar. conſ. 160. ſub num. 4. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 82. ſtatu. 10. in prin.* vbi loquitur de porticu domus, *Caſtill. decis. 156. n. 22. & ſeq. Ricc. decis. Curiæ Archiep. 179. par. 3. Bonacoſ. in commu. opin. crim. lib. 1. in ver. ſtatutum puniens facientem inſultum ad domum*, vbi pariter de communi, quos refert *Illuſtriſſimus Sperell. decis. 60. num. 36. et decis. 62. num. 3. par. 1.*

2 Domus enim appellatione venit oſtium, & alia quæ ei ſunt affixa, *leg. ſi aquæductu 7. 47. ff. de contrah. empt. Cæpol. de ſeruit. vrban. præd. cap. 48. num. 2. Barb. de appell. verb. ſignif. appell. 82. num. 7. Sperell. d. decis. 60. num. 35.* & cum negari non poſſit, quin exiſtentem in oſtio domus dici eſſe partem in domo, & partim extra domum, vt dicit *gloſ. in cap. cum ſanctam 15. de pœnit. diſt. 2. et Auguſt. ad Ang. de maleſ. in ver. fecit inſultum, num. 3. litera A* ſufficit autem tangere partem, vt dicit *Bald. in d. rub. ff. ſolu. matr. d. ver. et ideo ſi ſtatutum.*

3 Contrarium tamen, imò dictum ſtatutum non habere locum, in aggrediente in oſtio domus, tenuerunt idem *Bart. Bald. Alex. et Iaſ.* quos refert, & ſequitur *Maſtrill. decis. 22. num. 6. et ſeq.* latè comprobans, & dicens, ita fuiſſe iudicatum, *Bero. conſ. 177. num. 15. et ſeq. lib. 3. Petra de fideic. quæſt. 12. num. 8. et 24.* vbi latè hanc opinionem tuetur, quam opinionem hiſce temporibus, veriorem, & magis communem dicit *Sperel. d. decis. 60. num. 38. et d. decis. 62. num. 25.* cum qua pertranſit etiam *Barboſ. de dictio. 152. num. 25.* vbi vult, quod ſtante ſtatuto, quod nemo capi poſſit in domo, quis capi poſſit in oſtio domus, & plures dat concordantes.

4 Concorda dict. contrarias Doctorum opiniones, vt prima habeat locum in aggrediente in oſtio domus intra clauſuram, ſecunda verò in aggrediente exiſtentem extra clauſuram, vt declarant *Vinc. de Franch. decis. 402. num. 11. Farinac. in fragm. crimin. litera D. nu. 236. et Sperel. d. decis. 62. num. 25. ver. aliam diſtinctionem* vbi dicit hanc concordiam eſſe veram: & idem tradit, *decis. ſeq. num. 5.* cum quibus pertranſit etiam *Maſtrill. d. decis. 22. num. 9.* & non diſſentit *Caball. Reſol. crim. caſu 13. ſub num. 10.* & vide ſuprà *ver. Arma, Reſol. 8. in ver. Delictum, Reſol. 9. et in ver. Fideiuſſor, Reſol. 3.*

5 Limita primò dictam concluſionem, vt dictum ſtatutum imponens pœnam contra aggredientem in domo, non habeat locum in aggrediente in tecto domus, vt tenuerunt *Franch. in cap. ſi Eccleſiam 1. num. 7. de conſecr. Eccleſ. vel Alt. in 6. Baiard. ad Clar. §. fin. quæſt. 82. in ſtat. 10. num. 113. et Sperell. d. decis. 63. num. 6.*

6 Licèt contrarium veriùs eſſe dicat *Farin. in fragm. crim. d. litera D. num. 236. in fin.* ob identitatem rationis.

7 Limita ſecundò dictam concluſionem, vt non habeat locum in offendente in ſtatione, apotheca, ſeu taberna, quia illæ non veniunt appellatione domus, vt not. *Ang. de malefic. in ver. fecit inſultum, ſub num. 3. Alberic. de ſtat. lib. 2. quæſt. 35. num. 3. Baiar. ad Clar. in d. quæſt. 82. Stat. 10. num. 116. Caball. Reſol. crimin. d. caſu 13. num. 1. 2. et ſeq. Farinac. in fragm. crim. d. litera D. num. 232. Card. Tuſc. pract. concl. litera D. concl. 619. num. 34. & concl. 620. num. 5. & Alder. Maſc. de gen. ſtatut. interp. concl. 3. num. 21.*

8 Declara d. ſecundam limitationem, vt habeat locum in apotheca, ſtatione, & ſimil. quæ non ſunt ſubtus domum, ſecus tamen eſt ſi illæ ſunt ſubtus domum, & illi ſunt affixæ, cohærentes, quia pœna ſtatuti tunc habet locum, vt declarat *Caball. d. caſu 13. num. 7. & ſeq. Farin. in fragm. crim. d. litera D. num. 233.* vbi dicit, contrariam opinionem *Caſtr. conſ. 211. lib. 1.* nullo modo eſſe tenendam, cum quibus pertranſit *Maſcard. de gen. ſtat. interpr. d. concl. 3. num. 50.* vbi dicit, ſecus eſſe ſi probaretur contrarius vſus loquendi, vt ibi per eum adde *Barboſ. de appell. verb. ſignif. appell. 82. num. 2. & 3.*

9 Limita tertiò d. concluſionem, vt habeat locum ſtatutum in offendente in domo, in qua quis inhabitat non autem in offendente in domo, quam non habitat, licet ſit propria offenſi, vt docent *Gabr. comm. concl. de maleſ. concl. 10. num. 31. & 32. Baiar. ad Clar. d. quæſt. 82. ſtat. 10. num. 114. Farinac. in fragm. crim. d. litera D. num. 234.* vbi alios dat concordantes, *& Caball. d. caſu 13. num. 5. & caſu 106. num. 4.* & dictum ſtatutum habere locum etiam in offenſione ſequuta in domo communi cum alio dicit *Clar. in d. quæſt. 82. ſtat. 10.* dummodo non ſit communis cum offendente.

10 Declara d. concluſionem, vt aggreſſio, & offenſio dicatur facta in domo, etiam quando quis ex via lapides proijcit, ſeu archibuſium exonerat contra exiſtentem in domo, vt contra *Nouell.* tenent *Baiar. ad Clar. in d. quæſt. 82. nu. 112. & Farinac. in fragm. crim. d. litera D. num. 239.* qui *num. ſeq.* extendit d. ſtatutum, quod habeat locum etiam in offendente in molendino, & in naui, & ſecundum d. declarationem ſententiaui ego de anno 1647. dum eram Prætor Ciuitatis Vrbini condemnando vnum de Caſtro Aqualancæ in pœnam bannitorum generalium ob exploſionem archibuſiatæ exutæ contra exiſtentem in domo, licet ſine offenſione, & ſententia fuit approbata per excellentiſſimus D. D. Auditores Eminentiſſimi Domini Cardin. Legati Vrbini.

11 Verum verò diſpoſitio d. ſtatuti habeat locum in offendente in porticu domus, tradunt *Caball. in d. caſu 13. per tot. Farinac. in fragm. crim. d. litera D. num. 231. & ſeq. & Barboſ. de appell. verb. ſignif. d. appell. 82. num. 5. nec non Sperell. d. deciſ. 60. & deciſ. 62.* ipſos conſulas.

STVPRVM.

SVMMARIVM.

1 *Corpus delicti in ſtupro eſt probandum per obſtetrices, et peritos.*

Inquiri enim non poteſt contra aliquem non conſtito de corpore delicti, num. 2.

Licèt genitalia virginis non eſſe inſpicienda tenuerint alij, num. 3

Amplia, vt corpus delicti in ſtupro non dicatur conſtare per aſſertionem puellæ. num. 4.

Amplia ſecundò, vt obſtetrices debeant non ſolùm inſpicere, ſed etiam manibus tangere. nu. 5.

Et obſtetrices, debeant eſſe honeſtæ, & prudentes, ac prouidæ num. 6.

Et ſufficiunt duæ, vel tres obſtetrices, nu. 7.

Quod non habet locum, quando in loco non reperitur, niſi vna, num. 8.

Poſſunt tamen partes probare contrarium adhibendo aliàs obſtetrices, num. 9.

Obſtetrices tamen non tenentur deponere certitudinariè, ſed tantùm de eorum iudicio, nu. 10.

RESO-

RESOLVTIO I.

Corpus delicti in ſtupro quomodo ſit probandum.

1 Corpus delicti in crimine ſtupri in virginem eſt probandum per obſtetrices, & perſonas peritas, quæ inſempto prius iuramento de veritate dicenda, debent diligenter inſpicere partes pudendas mulieris, ad cognoſcendum, an illa fuerit deflorata, nec ne, & facta inſpectione debent referre in actis, an illa fuerit carnaliter cognita, vel reperiatur virgo cum redditione rationis, quia ipſæ viderunt, & inſpexerunt mulierem in locis, vbi cognoſcitur virginitas, vt tradunt *Foller. in pract. in ver. captat informationem num. 13. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 4. num. 3.* vbi dicit, ita quotidie vidiſſe in practica ſeruari, *& ibi Baiar. num. 7. circa fin. Maſc. de prob. concl 1410. nu. 16. lib. 3. Farinac. de inquiſ. quæſt. 2. n. 24. & de delic. carn. quæſt. 137. num. 141.* vbi alios dat concordantes, *Pacia de prob. lib. 2. cap. 2. nu. 12. & ſeq. Guazz. deſen. 4. cap. 6. num. 1. & ſeq* latè *P. Sanch. de matrim. lib. 7. diſput 113. nu. 10. Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 5 glo. 5. par. 2. n. 56 et ſeq. Vermig. conſ. 213. n. 6. et Illuſtriſs. Sperell. deciſ. 130. nu 3. & ſeq par. 2.* qui hoc limitat in Moniali, vt ibi per eum.

2 Inquiri enim non poſſe contra aliquem, niſi priùs conſtet de corpore delicti, vulgare eſt criminaliſtarum axioma ad tex. *in l. 1. §. item illud ff. ad Silan.* & not. *Farinac. de inquiſ. quæſt. 2. nu. 1. Zuffi. de legit. proc. quæſt. 10. num. 1. lib. 1.* & dixi late ſupra in ver. *Corpus delicti Reſol. 1. in prin.*

3 Quicquid contrarium nempè genitalia virginis non eſſe inſpicienda ad cognoſcendum ſtuprum, cum oculus, & manus obſtetricum ſæpè fallentur, dixerint *Tiraq. de legibus connub. leg. 4. num. 22. Menoch. de præſump. lib. 6. præſump. 89. num. 11. et ſeq. Baiar. ad Clar. d. quæſt. 4. num. 7.* referens caſum, in quo obſtetrices variarunt in Ciuitate Spoleti referentes, puellam eſſe virginem, quæ poſtea peperit, & alium caſum refert *Bertaz. conſ. 45. num. 20. lib. 1.* & alij relati *per Fontanel d. gloſ. 5. par. 2. n. 59. & ſeq.* quos latè reprobat, & eorum rationibus reſpondet idem *Fontanel. ibi num. 68. & ſeq.*

4 Amplia primò d. concluſionem, vt de corpore delicti in crimine ſtupri non dicatur conſtare per aſſertionem puellæ, cum mulieri dicenti, ſe fuiſſe carnaliter cognita generaliter non credatur, vt poſt *Boer. Pariſ. Turret. Grat. Burſat. Hond. Horat. Lut. Mar. Ant.* per eum relatos ſcripſit *Guazzin. d. deſen. 4. cap. 6. num. 14.*

5 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt obſtetrices, & perſonæ peritæ vocatæ ad inſpicienda pudenda mulieris, vt ſupra, non ſolùm debeant illa inſpicere, & conſiderare, ſed etiam debeant manibus tãgere ventrem, & pudenda mulieris, cum iſta materia percipiatur non ſolùm per oculos, verùm etiam per tactum, ita vt ex ſolo viſu, niſi tactus interueniat, non dicerentur benè deponere ſuper defloratione *cap. cauſam 14. de prob. Abb. in cap. propoſuiſti 4 num. 2. de prob. Pacia de prob. d. lib. 2. cap. 2. num. 17. Farinac de delict. carn. d. quæſt. 147. num. 144. Guazz. d. deſen 4. cap. 6. num. 3.* qui alios adducunt, ita ſentientes, *& P. Sanch. de matrim. d. lib. 7. diſput. 113. num. 10.* vbi hanc hanc ampliationem benè comprobat, & plures dat concordantes.

6 Declara primò d. concluſionem, vt obſtetrices, & perſonæ peritæ vocatæ ad d. inſpectionem faciendam debeant eſſe honeſtæ, prouidæ, & prudentes, & maturæ, vt diſponitur *in d. cap. cauſam 14 & in cap. propoſuiſti 4. de probat.* & tradunt *Pacia de probat d. cap. 2. num. 16. Farinac. de delict. carn. d. quæſt. 147. n. 143. Guazz. d. deſen. 4. cap. 6. n. 2. & P. Sanch de matrim. d diſput. 113. in prin.*

7 Declara ſecundò d concluſionem, vt ad effectum inſpiciendi, & referendi corpus delicti in ſtupro ſufficiant duæ, vel tres obſtetrices, & perſonæ peritæ, non autem ſufficiat vna tantùm, vt not. *Pacia de prob. d. lib. 2. nu. 30. et ſeq. Guazz. d. deſen 4. cap. 6. num. 5 et 6.* vbi dicit, quod d. obſtetrices cogi poſſunt per Curiam ad d. inſpectionem faciendam, & generaliter requiri duos peritos ad probandum corpus delicti, tradunt *Clar. Ant. Gomez Maſc. Farinac. Eugen. Gail. Caball. idem Guazz. Paſtel. Ciriac. & Poſt.* quos ego retuli, & adduxi ſupra in ver. *Corpus delicti Reſol 5 num. 6.*

8 Limita d. declarationem, vt non habeat locum, quando in loco non adeſt, niſi vna obſtetrix, ſeù vnus peritus, quia, tunc illum ſufficere ad probandum corpus delicti, voluerunt *Clar. Ant. Gomez Maſc. Farinac Gail. Guazz. Menoch. Paſtell. & Grat* in loc. relatis ſupra in d. ver. *Corpus Delicti d. Reſ. 5 num. 7. & ſeq.* vbi latius egi de hac materia, quibus addo *P. Sanch. de matrim. d. lib. 7. diſput. 113. num. 17.* benè differentem, videas ibi, cum nolim prædicta hic inutiliter iterùm referre.

9 Declara tertiò d. concluſionem, vt contra relationem obſtetricem para admitti poſſit ad probandũ contrarium, ita vt, ſi aliæ obſtetrices & periti referant medio iuramento, inſpexiſſe puellam, & illam non eſſe corruptam, ſed eſſe virginem, illis magis ſit ſtandum. non habeant pro ſe præſumptionem naturæ. & iuris communis, vt tradunt *Farinac. de delict. carn. d. qu. 147. num. 142. Pacia de prob. d. lib. 2. cap 2 nu. 12. Guazz. d. deſen. 4. cap. 6. nu. 8 & 9. & nu. 7.* dicit, quod, ſi caſus eſſet dubius, poſſit adhiberi vir peritus, vt inſpiciat, & referat, vt ibi per eum, *& Fontanel. de pact. nupt. d. clauſ. 5. glo. 5. par. 2. n. 74.* dicens, in hoc caſu per Iudicem eſſe attendendas coniecturas, cum quo ſenſit *Pacia* in loco proximè relato, nec non *P. Sanch. de matrim. d lib. 7. diſput. 113. num. 20.*

10 Declara quartò d. concluſionem, vt obſtetrices, & periti non teneantur deponere certitudinariè, ſed tantùm de eorum iudicio, dùm examinantur ſuper corpore d. delicti, dum modò deponant medio iuramento, vt tradunt *Clar. Andr. Gail. Maſc. Pacia. Farinac. Scac. Guazz. Grat. Coſta, Ambroſ. & Giurba* in loc. relatis ſupra in verb. *Corpus Delicti Reſolut. 5. num. 5. & P. Sanch. de matrim. d. lib. 7. diſput. 113. num. 15.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Stuprata aſſertio facit indicium ad torturam contra ſtuprantem cum adminiculis, aliàs ſecùs.*

Fallit, quando mulier ſtuprata eſt accuſatrix, num. 2.

Et quando illa eſt periura, num. 3.

Et quando mulier ſtuprata patitur alios defectus, num. 4.

5 *Stupratæ aſſertio tunc facit indicium, ſi deponat cum tortura, aliàs ſecùs.*

RESOLVTIO II.

Aſſertio ſtupratæ an faciat inditium contra ſtuprantem.

1 ASſertio ſtupratæ facit indicium ad torturam contra ſtuprantem, concurrentibus alijs adminiculis aliàs ſecùs, vt tradunt *Boſſi. in pract. in tit. de indic. num 160 & ſequen. Farinacc. de indic. & tortur. quæſt. 43. num. 99. et ſeq.* vbi dicit, hanc eſſe communem Doctorũ opinionem, & quòd ita obſeruat practica, & alios dat concordantes, *& conſ. 216. in prin. lib. 3 Hond. conſ. 100. num. 11. & ſeq. lib. 1. Caball. reſol. crim. 200. nu. 113. et ſeq. cent. 2. Guazz. deſen. 4. cap. 6. n 14. Giurb. conſ. 37 num. 17. et Vermigl. conſ. 113. num. 9.* vbi teſtatur de communi opinione, *Gargiar. Iun. conſ. 59. num. 46. lib. 1.* & probaui ego *alleg. foren. 98. num. 1.* Mulier enim aſſerendo, ſe ſtupratam facit ſe offenſam, & ſic dicitur deponere in cauſa propria contra tex. *in l. nullus 10. ff de teſt. & in l omnibus 9. C. eod. tit.* & in his terminis not. *Cabal. d caſu 200. n. 113. et num. 124. Giurba d. conſ. 37. num. 40.* & alij Doct. ſupra adducti, *et Mar. Ant. Reſol. 7. n. 2. et ſeq. lib. 1.*

2 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando mulier ſtuprata eſt accuſatrix, quia tunc illa non magis probat, quam probaret quilibet alius accuſator, cui non licet fungi officio accuſatoris, & teſtis, vt probant *Hond. d. conſ. 100. num. 7. & ſeq. lib. 1. Farinat. de indic. et tortu. d q. 43. num. 192. et conſ. 80. num. 21,* vbi eò magis, ſi accuſauit poſt longum tempus poſt ſtuprum commiſſum, *lib. 1. Guazz. d. deſen. 4. cap. 6. num 14. ver. quod magis &c.* alios adducens concordantes, & dixi *ego d. allegat. foren. 98. num. 15.*

3 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando mulier ſtuprata eſt periura, quia tunc non ſolùm non facit indicium ad torturam contra ſtuprantem, ſed neque facit indicium ad inquirendum, licet depoſuerit cum tortura, *Hond. d. conſ. 110. n. 29. & ſeq. lib. 1* vbi teſtatur de communi opinione, *Farinac. de indic. & tortu. d. quæſt. 43. num. 180.* vbi dicit, hanc eſſe indubitatam concluſionem, & quòd conſuetudo, de qua teſtatur *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 21.* non eſt extendenda extra Statum Mediolani, etiam ſi adminicula eſſent grauiſſima, *& d. conſ 216. num. 6. lib. 3.* cum quibus pertranſeunt *Guazz. d. deſenſ. 4. cap. 6. ſub num. 14. Carena de offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 10. n. 52. & Ciriac. controu. 150. num. 78. Vermigl. conſ. 272. n. 3.* & dixi pariter ego latiùs *d. allegat. foren. 98. num. 17.*

5 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando mulier ſtuprata patitur alios defectus, vltra illum qui naſcitur ex eo, quòd facit ſe ſociam criminis, vel offenſam, quia tunc nullum facit indicium contra ſocium, licèt crimen ſit exceptum, vt tradunt *Menoch. de arb. caſu 474. num. 54* latè *Farinac. de indic. et tort. d. quæſt. 43. nu. 178.* vbi teſtatur de communi opinione *& conſ 80. nu. 23 lib. 1. & d. conſ. 216. num 2. Eug. conſ. 76. num. 95. vol 1. Hond. d. conſ. 100. num. 37. lib. 1. Caren. de Offic. S. Inquiſ. d par. 3. tit. 10. num 52. & Ciriac. d. controu. 150. nu. 78. & ſeq. Gargiar. Iun. conſ. 58. n. 39. lib. 1.* & pariter probaui ego latiùs *d. alleg. foren. 98. nu. 18. & ſeq. et num 28.* vbi dixi vnum, vel duos defectus ſufficere ad effectum prædictũ, ibi eſt videre.

5 Limita quartò d. concluſionem, vt habeat locum, quando mulier ſtuprata deponit cum tortura, aliàs ſecùs, cum tortura ſit neceſſaria, vt d. ſocij criminis faciat indicium contra ſocium nominatum, vt adnotarunt *Clar in pract. §. fin. quæſt. 21. ver. ſciat etiam &c. Vulpel. conſ. 30. n. 7 et conſ. 34 n 4 Hond. d. conſ. 100. nu. 2 & 16.* in puncto *Cabal. d. caſu 200. num. 128. Guazz. d. deſen. 4. cap 6. ſub num. 14. Farin. de indic. et tort d. qu. 43. n. 134. & ſeq.* vbi teſtatur de magis cõmuni, & ſeruata in practica opinione, *Vermigl. conſ 20. n. 13 & conſ. 267. n. 8. et conſ. 260. n. 17.* & dixi pariter ego *d. allegat. foren. 98. n. 16.*

Cætera ad materiam huius Reſolutionis facientia ſupplicas omninò ex dictis ſupra in ver. *Socius criminis Reſolut. 2. per tot.*

SVMMARIVM

1 *Stuprum, vti difficilis probationis, ex coniecturis, & præſumptionibus probatur.*

Et idem eſt in adulterio, num. 2.

Et plures afferuntur coniecturæ, per quas ſtuprum probatur, num. 3.

Non probatur autem plenè per teſtes domeſticos, num. 4.

Excluditur autem ſtuprum, quando conſtat de præcedenti inhoneſtate mulieris, num. 7.

5 *Mulieri aſſerenti ſe eſſe virginem, creditur cum eius iuramento.*

Licèt, in hoc eſſe attendendas coniecturas, voluerint alij, num. 6.

RESOLVTIO III

Stuprum vti difficilis probationis an probetur ex præſumptionibus, & coniecturis.

1 STuprum, cum ſit ex ijs delictis, quæ communiter occultè committi ſolent ex coniecturis, & præſumptionibus probari voluerunt *Lap. allegat. 54. num. 5 Burſatt. conſ. 69. num. 10. lib. 1. & Bertaz conſ. 20. n. 7 lib. 1.* quos refert, & ſequitur *Maſc. de prob. concl. 844. in prin.* benè comprobans

lib 3.

lib.3.et Farinac.de deliɫ.carn quaſt 148.num.131. vbi contra *Conrad.* per eum relatum teſtatur de veriori opinione, & idem tenent *Marcel.Cala de modo articula.gloſ. vni.§.2 nu.1421.et 1422.& Mar. Ant.reſol.7.num.7.& ſeq.lib.3.*

2 Amplia primò d.concluſionem, vt habeat locum etiam in adulterio, quod pariter, vti delictum difficilis probationis probatur ex præſumptionibus, coniecturis, vt voluerunt *Menoch.de præſump.lib.5. præſump.41.num.1.et ſeq.Maſcar.de prob concl.57. num.3.et plur.ſeq.lib.1.Ripa de noct. temp.cap.36. num.4.* vbi teſtatur de communi opinione, *Bertaz. conſ.20.num.6.et ſeq.lib.1.* vbi hanc dicit communem opinionem, *& conſ.273.num.4. & 5.lib.2.P. Sanch.de matrim.lib.10. diſput.12. num.40.* plenè *Farinac.de deliɫ.carn.quaſt.136.num.2 & ſeq.* vbi quàplures dat concordantes, & benè comprobat, & dicit, hoc habere locum in omni copula carnali, & latè materiam declarat, *& num.108.et ſeq.* vbi plures adulterij commiſſi ſe. enſet coniecturas *Illuſtriſs.Sperel.deciſ.140 num.8.& ſeq.par.2.* qui loquitur, quando agitur ciuiliter ad ſeparationem thori, & ad reſtitutionem dotis, *P. Graſſet.de nece proüit.§.29.num 208.* vbi plures refert, ita ſentientes, *& Rota deciſ.32.num.2.et deciſ.31.n.7.in fin.& deciſ.69.num.2 ante fin.poſt 1.vol.conſ.Farinac.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem declaratiuè, vt ſtuprum probetur per vociferationem, & clamorem mulieris ſtupratæ, ex eo quòd tempore aſſerti ſtupri interula mulieris reperta fuerit ſanguine aſperſa licet iſtam coniecturam ſallacem dicat *Farinac.in loco infra adducto,* ex fama, ex acceſſione nocturna, & furtiua ad mulierem, ex eo quòd vir cum muliere ſuper lectum, vel iuxta illum repertus fuit, maximè ſi ambo, vel vnus ex eis fuerit nudus, & ex alijs præſumptionibus, de quibus *Menoch.de præſump.d.lib.5.præſump.41.per tot.Maſc. d.concl.57.per tot.et d.concl. 1344.* vbi dicit, illud probari ex coniecturis, quibus probatur copula carnalis, & adulterium, *Farinac.de deliɫ.carn. d. quaſt.147. num.133.et ſeq. & conſ.25.num.1 et ibi Adden.& conſ.38.num.7.lib.1.Marcel.Cala de modo articul.d.gloſ.vni.§.2.nu.1421.et ſeq* latè *Sperel. d.deciſ.136.num.19 & plurib.ſeq.par.2.et P.Graſſett. d. §. 29. num. 208.*

4 Declara d.concluſionem, vt ſtuprum non probetur per teſtes domeſticos, cum illi ſolùm in d.caſu faciant indicium, non autem plenam probationē, vt tradunt *Clar. in pract. §. ſtuprum ſub num. 2.* vbi teſtatur de vera, & practicata opinione, *Maſcar.de prob.d.concl.1344 num.4 & Farinac. de teſti.quaſt. 55.num.41.et de deliɫ.carn.d.quaſt.147.num.132.* vbi teſtatur de communi opinione.

5 Declara ſecundò d. concluſionem, quod mulieri ſtupratæ aſſerenti, eſſe virginem tempore ſtupri creditur cum eius iuramento, cum d. aſſertio habeat pro ſe præſumptionem naturæ, vt ſcripſerunt *Foller.in pract in ver.Capiat informationem nu.20. Plot de in litem iura.§.34.num 3. et 5.Ber. de pub. concub.rub. de ſtupro num. 9. & 10.* vbi teſtatur de communi opinione, *Baiar.ad Clar.§.ſtuprum nu.41. Theſa.deciſ.Pedem.3.ſub n.2.Menoch.de præſumpt. lib.6 præſump.89.nu.1.et ſeq.Card.Tuſc.prac.concl. litera S.concl.709.nu 39.& plur.ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione, & dicit, hanc declarationem habere locum tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, vt ibi per eum, latè *Pacia. de prob.lib.2.cap.2. nu. 6. 8.et ſeq.* reprobans *Grat.* contrarium tenentem, plenè *Farinac de deliɫ.carn. d.qu.147.n.135. et ſeq.* vbi quamplures dat concordantes, etiam de communi opinione atteſtantes, dicens, hoc habere locum, etiamſi agatur de ſtupro violento, cum quibus pertranſit etiam *Ill. Sperel.dec.136.n 39.et ſeq. par.2.* & ante eū *Fontanel.de pact.nup.clau.5.gloſ.5. par.1.n 55.* plures adducens Rotæ.Rom.deciſiones

6 Licèt in hoc caſu attendēdas eſſe coniecturas, puta communem reputationem, qualitatem vitæ, & morum puellæ, & ſimilia, & an adſint coniecturæ in contrarium, quia per illas tolleretur præſumptio virginitatis per puellam allegata etiam cum iuramento, voluerūt *Card.Foller.Pariſ.Theſ.& Menoc.* in loc. adductis per *Farinac. in d.qu.147.num.139.* cum quibus ipſe pertranſire videtur.

7 Declara tertiò d.concluſionē, vt ſtuprum excludatur, quando probatur præcedens inhoneſtas mulieris, vt poſt *Gram. deciſ.102.per tot. Alba. conſ.25. in prin.& Burſat.in conſ.445.n.7.& ſeq.* atteſtantē de communi opinione per eum adductos ſcribit *Vermigl.conſ.396.n.13.& ſeq.* dicens, excludi illud etiam ex inueriſimilitudine, vt ibi per eum, & ante eum dixit *Farin.de deliɫ.carn. d.q.147.n.83.et ſeq.*

S V M M A R I V M.

1 *Stuprator, ſi ſit perſona honeſta, punitur publicatione dimidiæ partis bonorum, ſi verò ſit humilis corporali coërctione.*

Pœna prædicta an procedant in ſtupro violento, & in virgine immatura, remiſſiuè num. 2.

RESOLVTIO IV.

Stuprator qua pœna veniat puniendus.

1 STupratores, ſi fuerint perſonæ honeſtæ puniuntur publicatione dimidiæ partis bonorum, ſi verò ſint humiles, puniūtur corporali coërctione, hoc eſt ſuſſigatione, & relegatione *§.item lex.Iulia de adulterijs, & ibi gloſ.* declarans, quæ perſonæ dicantur humiles, & quæ honeſtæ, *Inſtit.de publ.indic.Ant. Gomez.ad leg 80.Taur.n.5.* vbi teſtatur de communi opinione, *Menoch de arb. caſu 288.n.7.et ſeq.et n.9.in addit.Theſ.dec.Pedem.3.ſub n.1.Cabal.reſol. crim.caſu 98.n.2.et ſeq.cent.1 et caſu 200.n.25.cēt. 2.* late *Farin.de delic. carn.d.qu.147.n.6.* vbi quamplures dat concordantes, *nu.7.* dicit, pœnam ſtupri non violēti non eſſe capitalem, *& n.96.* dicit, hodiè eſſe arbitrariam, *Guazz. de confiſ.bon concl.13.ampliat.12.in prin.* vbi dicit, d. pœnam habere locum, etiamſi interuenerit conſenſus puellæ ſtupratæ,

& Maſſin. de confiſc. bon. quaſt. 3. num. 28. & 29. vbi dicit, quod, ſi ſtuprum ſit commiſſum in Monialem, omnia bona confiſcantur Monaſterio iniuriã paſſo applicanda, vt ibi per eum, & pœnas corporales, quæ pro ſtupro imponuntur, hodiè non extendi ad triremes, etiam in perſonis humilibus, tradit *Vermigl. conſ. 396. num. 15.*

2 Vtrum d. pœnæ habeant locum in ſtupro violento, ſeù potiùs intret pœna mortis, & in ſtupro commiſſo in virginem immaturam, & quando mulier ſtupro conſenſit, & quid in Clerico, & alia plura ad materiam latè tradit *Farinac. in d. quaſt. 147. nu. 7. et ſeq.* ita vt nihil intactum reliquiſſe videatur, *Menoch. de arbit. caſu 420. num. 102. et ſeq. Caball. reſol. crimin. caſu 20. per tot. cent. 1. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 3. caſu 13. nu. 34. & Ciarl. contro. 174. per tot.* ipſos conſulas, cum eorum dicta hic referre nil aliud eſſet, quàm rem actam agere, quod inutile, & a noſtro inſtituto longè diſtat.

SVBORNATIO.

SVMMARIVM.

1 *Subornans teſtem ad deponendum falſum, ſequuta depoſitione incurrit pœnam falſi.*

Licèt teſtibus ſubornatis, & corruptis vti nolit, num. 2.

Etiamſi ſubornet teſtem ad deponendum verum, quòd teſti non erat notum, num. 3.

Siuè ſubornans litem habeat, ſiuè non, nu. 4.

Et ſi teſtis verum depoſuerit, ſubornans illum punitur pœna extraordinaria, num. 5.

Si verò teſtis ſubornatus falſum non depoſuerit, non punitur ſubornans in delictis leuibus, n. 6.

Licèt contrarium, imò eſſe locum pœnæ extraordinariæ in d. caſu, teneant alij, num. 7.

Concorda d. opiniones contrarias, num. 8.

9 *Subornans teſtem punitur pœna extraordinaria, licèt teſtis recuſauerit falſum deponere.*

RESOLVTIO I.

Subornans teſtem ad deponendum falſum ſequuta depoſitione an incurrat pœnam falſi.

1 SVbornans teſtem ad deponendum falſum, ſi falſum depoſuerit, incurrit pœnam falſi, ſicut, & teſtis, ac ſi ipſe falſum depoſuiſſet ad tex. *in l. 1. ff. de falſ. & in l. iubemus 24. C. de prob. & in l. fin. C. de fide inſtr.* & tradunt *Rebuff. ad Regi. Conſt. tit. de teſti. art. 1. gloſ. 9. nu. 6. Burſat. conſ. 99. n. 30. Azued. l. 4. n. 15. tit. 17. lib. 8. recopil. Triuiſ. dec. 53. nu. 17. lib. 2.* quos refert, & ſequitur *Giurb. conſ. 64. nu. 25.* addo, ita ſentientes, *Bertaz. conſ. 72. n. 6. et conſ. 157. n. 10. & conſ. 218. n. 18. lib. 1. et Farinac. de teſt. qu. 67. n. 258.* vbi alios adducit, ita ſentientes quamplures, & teſtatur de communi opinione, & in Tribunali S. Officij condemnari ad triremes ad tempus, dicit *Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 6. num. 76.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt ſubornans, & corrumpens teſtes puniatur, vt ſupra, vti machinator falſi, & fabricator, licèt teſtibus corruptis nec vti velit, vt not. *Baiar. ad Clar. §. falſum nu. 12. Cabal. reſol. crim. caſu 38. n. 4. cent. 1. et caſu 144. nu. 3. cent. 2. Rim. Iun. conſ. 345. num. 15.* quem vnà cum alijs pluribus refert, & ſequitur *Giurba d. conſ. 64. ſub n. 25. Farin. de teſt. d. qu. 67. nu. 255.* vbi alios dat concordantes, *et Guazz. def. 28. cap. 13. n. 1. et 2.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in ſubornante teſtem ad deponendum verum, quod tamen teſti non erat notum, quia adhuc d. ſubornans puniri debet pœna extraordinaria, cum teſtis deponens verum ſibi ignotum non dicatur teſtificari falſum, ſed potius deponere falsò, & ſic propter temeritatem, tàm ipſe, quàm ſubornans teneri debent d. pœna extraordinaria, vt voluerunt *Boſſi. in pract. in tit. de falſ. num. 123. Baiar. ad Clar. in d. §. falſum num. 68.* plenè *Caball. reſol. crim. d. caſu 38. nu. 1. et ſeq. Guazz. d. defen. 28. cap. 19. num. vlt. Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 6. num. 75. et Giurba d. conſ. 64. num. 29.* vbi alios adducit, ita ſentientes, licèt aliquos etiam contrarium tenentes referant, *et Capic. Latro deciſ. 172. num. 53. par. 2.*

4 Amplia tertiò d. concluſionem illatiuè, vt ſubornans, vel corrumpens teſtem puniendus ſit, ſiuè ſit pars, quæ litigat, ſiuè ſit alius tertius, vt voluerunt *gloſ. et Salic. in l. ſi falſos 8. nu. 3. C. ad leg. Corn. de falſ. Bertaz. d. conſ. 218. ferè per tot.* quem refert, & ſequitur *Farinac. de teſt. d. quaſt. 67. num. 259. & ſeq.* vbi agit de dante pecuniam teſti, vt verum dicat, an ſit puniendus, vt ibi per eum.

5 Amplia quartò d. concluſionem, vt ſubornans teſtem ad deponendum falſum puniri debeat extraordinariè, etiamſi teſtis ſubornatus verum depoſuerit, vt tradunt *Afflic. in Conſtit. ſi falſitatem, n. 1. rub. 40. lib. 3. et Baiar. ad Clar. in §. falſum nu. 12.* quos refert, & ſequitur *Giurb. d. conſ. 64. ſub nu. 29.* & ita ſentit etiã *Cabal. reſ. crim. caſu 144. n. 5. cent. 2.*

6 Subamplia d. quartam ampliationem, vt ſubornans teſtem ad deponendum falſum, non ſequuto effectu, nulla puniatur pœna in delictis non atrocibus, vt voluerunt *Bald. in l. ſi quis non dicam rapere 5. num. 1. et ibi Alberi. num. 6. C. de Epiſc. et Cler. Ladercb. conſ. 209. n. 2. Guazz. defen. 28. cap. 18. n. 8.* qui alios dãt concordantes, *et Giurb. d. conſ. 64. num. 3.*

7 Contrariam tamen opinionem, imò in dict. caſu ſubornantem puniendum eſſe pœna extraordinaria, voluerunt *Conar. in cap. ſi furioſus ini. 2. par. n. 9. Boer. deciſ. 319. n. 6. Bertaz. conſ. 218. n. 6. Azued. l. 4. n. 17. tit. 17. lib. 8. recop. et Auẽd. de mãd. Reg. par. 2. c. 27. ſub n. 24.* quos refert *Giurb. d. conſ. 64. n. 5.* cũ quibus pertranſit *Cabal. reſ. cri. caſu 144. n. 6. cent. 2.*

8 Declara, ſeù concorda d. contrarias Doctorum opiniones, vt prima habeat locum, quando ſubornans deuenit tantùm ad actum remotum, vt ſi ſolùm deuenit ad ſuam teſti explicandam voluntatẽ, ſecunda verò procedat, quando ſubornans deuenit ad

nit ad

nit ad actum proximum, puta, ad pecuniæ traditionem, ita vt nullus alius actus ſequi debeat, vt declarant *Laderch. d. conſ. 209. nu. 4. Guazz. d. defen. 28. cap. 18. num. 9. & Giurba d. conſ. 64. nu. 6. & ſeq.* benè comprobans.

9 Amplia quintò d. concluſionem, vt ſubornans teſtem ad deponendum falſum puniendus ſit pœna extraordinaria, licèt teſtis recuſauerit falſum deponere, cum iam delictum dicatur conſumatum quoad ſubornantem, licèt dùm ſubornatio parti non nocuerit, non ſit locus pœnæ ordinariæ, vt voluerunt *Bertaz. d. conſ. 218. ſub n. 9. & Caball. d. caſu 144. n. 5. et 6.* quos tamen ego intelligo iuxta ſupradictam diſtinctionem de actu proximo, & remoto, & non alias, & eſt de mẽte *Giurb. d. conſ. 64. n. 6. et 7.*

S V M M A R I V M.

1 *Teſtis aſſerens, falſum depoſuiſſe ſubornatũ ab aliquo, non facit contra eum indicium ad torturam.*

Teſtis vt faciat indicium ad torturam, eſſe debet omni exceptione maior, num. 2.

Licèt contrarium teneant aliqui, num. 3.

Imò teſtis ſubornatus neque facit indicium ad inquirendum, num. 4.

Licèt contrarium ſeruari de conſuetudine tenennt alij, num. 5.

Et teſtes ſubornati non faciunt indicium, licèt ſint plures, num. 6.

Quod tamen non habere locum de conſuetudine, tenent plures, num. 7.

Teſtis ſubornatus facit indicium, concurrentibus adminiculis, num. 8.

Et quando ſubornatus ſubornationem non acceptauit, num. 9.

Licèt contrarium teneant aliqui num. 10.

Non facit tamen indicium, ſi eſſet periurus, vel varius, num. 11.

Vt faciat indicium, debent concurrere requiſita in ſocio criminis, num. 12.

R E S O L V T I O. II.

Teſtis deponens falſum depoſuiſſe ſubornatus ab aliquo an faciat contra eum indicium ad torturam.

1 TEſtis aſſerens ſe corruptum, & falſum depoſuiſſe ſubornatum ab aliquo non probat, nec facit contra eum indicium ad torturam ad tex. *in cap. ſicut nobis de teſt. et Boſſi. in pract. in tit. de inquiſ. num. 42. & ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione, *& num 156. in prin. Clar. in pract. in § falſum ver. ſubornant autem &c. Vulpel. conſ 10. num. 1.* vbi teſtatur de crebriori Doctorum opinione, *& conſ. 68. num. 8. & conſ. 77. num. 10. & conſ. 83. nu. 1. & ſeq. Bertaz. conſ. 61. nu. 10. & ſeq.* vbi dicit, ita fuiſſe iudicatum, *& conſ 71. num. 38. et conſ. 156. et conſ. 157. ferè per tot. lib. 1.* vbi hanc concluſionem dicit receptiſſimam eſſe, *& conſ. 456. num. 3. & 6. et ſeq.* vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione *Anton. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 13. num. 16.* latè *Farin. de indic. et tort. quæſt 45. num 1. et & ſeq.* vbi alios dat concordantes quamplures, & contrarijs reſpondet, & dicit ab hac opinione, vt magis cõmuni, & æquiori, non eſſe recedendum. *Surd. conſ. 173. nu. 26. & ſeq lib. 1. Hond. conſ. 106 nu 22. lib. 1. Baiar. ad Clar. quæſt. 93. num. 28. Guazz. defen. 28 cap. 16 num 1. & 5.* plenè *Giurba conſ. 64. num. 17.* vbi quamplures dat concordantes, & contrarijs benè reſpondet, & dicit, d. teſtem probare contra ſe, *Vermiglioli conſ. 370. num 6 & 7.* & tenuit *Rota deciſ. 119 n. 2. poſt 2. vol. conſ. Farin et apud Greg. XV. deciſ. 194. n. 8.*

2 Vt enim vnus teſtis immediatè de delicto deponens faciat indicium ad torturam, requiritur quod ſit omni exceptione maior, & vt dicitur inuulnerabilis, vt not. *Ant. Gomez Clar. Menoch. Maſc. Farinac. Hond. Guazz. Ant. de Bull. & Carena* in locis relatis ſupra in ver. *Indicium Reſol. 4. num. 2.* teſtis verò, qui prece, vel præmio dicit, falſum dixiſſe, non eſt talis, dùm facit ſe infamem, & ſocium criminis, & periurum, vt tradunt *Deci. Ruin. Rolan. Natt. & Bertaz.* quos refert, & ſequitur *Farinac. d. quæſt. 45 num. 2. 3. & ſeq.*

3 Licèt contrarium, imò in odium corrumpentis, & ſubornantis teſtem, illum probare contra ſubornantem, voluerint, ſi aliter veritas præcipuè haberi non poteſt *Bald. & Palm. in cap. fin. de teſti. cogen. Nelt. de teſt. num. 202. Theſa. quæſt. foren. 15 n. 4. lib. 1. Surd. deciſ. 167. num. 6.* & alij plures, quos referunt *Hond. d. conſ. 106. nu. 1 & ſeq. Farinac. d. quæſt. 45. num. 6 et Giurb. d. conſ. 64. num. 16.* contra quos adeſt verior, & magis communis opinio Doctorum, de qua ſupra.

4 Amplia primo d. concluſionem vt teſtis corruptus, & ſubornatus non faciat indicium contra ſubornantem, neq; ad inquirendum ſaltem ſpecialiter, vt ſcripſerunt *Caph. conſ. 233. n. 4. 6. et n. 16 et conſ. 234 num. 1. 4. et num. 23. lib. 2. Vulpell. conſ. 83. num. 3. & 4. Maſc. de prob. concl. 459. num 11. lib. 1. Bertaz. conſ. 451. ſub n. 9. lib. 2.* vbi teſtatur de magis communi opinione, & plenè comprobat quampluribus relatis authoritatibus *Farin. de indic. et tortur. d. quæſt. 45 num. 12. et ſeq.* vbi ampliat, hoc procedere, etiam ſtante tortura, quem ſequitur etiam *Vermigl. conſ. 370. num. 6.*

5 Licèt, contrarium ſeruari de conſuetudine, dixerint *Boſſi. in pract. in tit. de inquiſ. nu. 44 & 46. Clar. in pract. d. § falſum ver. ſubornant autem teſtes &c. et Ludon. deciſ. Luce n. 15. nu 6.* qui teſtatur de communi obſeruantia, quam conſuetudinem improbant *Rola. conſ 98 n. 22 et ſeq. lib. 4. Bertaz. conſ. 156. nu 5. & ſeq. lib. 1. & Farin. in d. q. 45. n. 16. & ſeq.*

6 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locũ, etiamſi teſtes ſubornati ſint plures, quia adhuc ex eorum dicto non oritur indicium ad torturam contra ſubornantem, neque ad formandam inquiſitionem, tenuerunt *Natt. conſ. 298. ferè per tot. lib. 2. Rola. conſ. 16. per tot. lib. 1 et conſ. 98. n. 9. lib 4. Caph. dict. conſ. 233. et conſ. 234. per tot. lib. 2. Vulpell.*

d.conſ.83.num.6.Bertaz conſ.136.ferè per tot.lib.1. vbi teſtatur de communi opinione, & ita fuiſſe iudicatum. & ſenſit *Rota d.deciſ.159.num.1.et ſeq. poſt ſec. vol.conſ. Farinac, & idem Farinac. in dict. quæſt.45. num.27. in fin.*

7 Limita d. ſecundam ampliationem, vt non habeat locum in practica de conſuetudine, qua ſtante, plures teſtes ſubornatos facere indicium ad torturam contra ſubornantem, teſtantur *Boſſi. in pract.in tit.de indic.num.159 Vulpel.conſ.103.nu.5. & 6.Clar.in pract.§.fin.quæſt.21. ver.ſed poſſe, &c. Bertaz.conſ 210.ſub num. 1.* & ita ſeruari in Alma Vrbe de conſuetudine, teſtatur magnus practicus, & criminaliſtarum ſplendor *Farinac. de indic.& tort.d.quæſt.45. nu.28.* vbi refert, ita pluriès fuiſſe ſeruatum, ſubiungens, hoc nullam habere difficultatem in practica, & id procedere, etiamſi teſtes ſint ſingulares, dummodò non ſint ſingulares quoad diuerſam cauſam, & poſſe eſſe locum etiam condemnationi in pœnam extraordinariam, quando cum depoſitionibus plurium teſtium concurrunt etiam adminicula, vt ibi per eum addo *Aug. Lazar.conſ.50.num 193.inter conſ.Farinac.lib.1.& Giurba conſ.64.num.14.*

8 Limita primò d.concluſionem, vt non habeat locum, quando cum depoſitione teſtis ſubornati concurrit aliquod aliud adminiculum, quia tunc ex eo oritur indicium ad torturam contra ſubornantem, vt voluerunt *Boſſi.in pract.in tit.de indic.num.156. in fin.* vbi dicit, quod ita communiter ſeruatur, *Clar.in pract.§.falſum ver.ſubornans in fin.* vbi dicit, ita vidiſſe pluriès ſeruari, *Vulpell.conſ 10. in prin.* vbi teſtatur de magis communi opinione, & quòd adminicula debent eſſe plura. *& conſ.103.nu. 13.& ſeq.* & non diſſentit *Hond. conſ.106.num.70. lib.1.* cum quibus perttanſit *Farin.de indic. et tort. d.qu.45.num.34.* vbi dicit, ita ſemper vidiſſe ſeruari in practica; licèt de iure aliqua adſit difficultas, vt ibi per eum, quibus addo *Guazz.d.defen.28.cap. 36 num.5.et Giurba d.conſ.64.ſub n.16.* vbi quamplures adducit, ita ſentientes.

9 Limita ſecundò d. concluſionem, vt habeat locũ, quando teſtis corruptus, & examinatus falſum depoſuit, ſecùs tamen eſt, ſi ſolùm fuit tentatus ad falſum deponendum, & ipſe recuſauit, quia tunc facit indicium ad torturam, cum non poſſit dici periurus, nec ſocius criminis, nec corruptus, vt tradunt *Gram.conſ.1.nu.13.et conſ.3.num.2.Vulpel. d.conſ.103.nu.1.et plur.ſeq.& Bertaz.conſ.451.poſt num.8.lib.2.Ludou.deciſ.Lucen.46 num.25.* & alij; quos refert, & ſequitur *Giurba d. conſ.64.in prin.*

10 Licèt contra d. ſecundam limitationem non ſinè ratione inſurgant *Caph conſ.233.nu.16.lib.2.& Farin.de indic.et tort.d.quæſt.45.num.31.* vbi dicit, illam non credere, eſſe iuri conſonam, alio non concurrente, cum alias eſſet in facultate cuiuſcunque, hominem vexare, vt ibi per eum, concorda: *Vermigl. conſ. 171.num. 23.*

11 Declara primò d. limitationes, in quibus dixi, teſtem corruptum, & ſubornatum facere indicium ad torturam contra ſubornantem, vt non habeat locum, quando teſtis corruptus, vltra falſam depoſitionem, eſſet etiam periurus, vel varius vt quia primò negaſſet ſubornationem, & poſtea illam faſſus eſſet, quia ſtatur primo dicto, etiamſi ſecundũ emanauerit in tortura, vt tradunt *Nat.d.conſ.298. nu.8.lib.2.Rolan.d.conſ.16.nu.9.& ſeq.lib.1. Caph. d.conſ 233.nu.14.& d.conſ.234.nu.1.& ſeq.Bertaz. conſ 156.nu.12.& ſeq.et conſ.157.nu.5.lib.1.* benè *Farinac.de indic.& tort.d.quæſt.45.num.41.& 42.* vbi cõtra *Vulpel.* in loco per eum adducto teſtatur, hanc eſſe magis communem Doct. opinionem.

12 Declara ſecundò d. limitationes, vt habeant locum, dummodò concurrant omnia, quæ de ſocio criminis dixi ſupra in ver. *Socius Criminis Reſol. 2. num.... & ſeq.* & præcipuè, quod d.teſtis ſubornatus nullum alium patiatur defectum, cum in omni caſu, in quo ſocius criminis nõ facit indiciũ contra ſociũ ad torturam, nequilllud faciat teſtis corruptus, & ſubornatus, vt benè declarat *Farin.de indi.et tort. d.q.45.nu.46 et ſeq.et Vermigl. conſ.170.num.12.*

SVMMARIVM.

1 *Subornatio probatur præſumptionibus, & coniecturis.*

2 *Maximè, quando agitur ad rei defenſionẽ. n.2.*

3 *Teſtis præſumitur ſubornatus, ſi deponat de eo, quod non eſt veriſimile recordari.*

Et quando deponit per eundem præmeditatum ſermonem, ſi aliàs ſit ſuſpectus, num. 4.

Et quando conſtat, quòd inducens voluit ſubornare alios teſtes, num. 5.

6 *Præſũptiones quãdo ſufficiant ad cõdemnandũ ſubornantem, vel teſtes, et in quam pœnã remiſſiuè.*

RESOLVTIO III

Subornatio an probetur præſumptionibus, & coniecturis.

1 SVbornatio, vti delictum difficilis probationis probatur præſumptionibus, & coniecturis, vt tradunt *Maſc. de prob.concl.1347.in prin. lib.3.Farina. de teſti. qu.67.num.257.& conſ.115. num.16.lib.2.Vulpel. conſ.103.nu.13. Theſ q foren.15.n.4.lib.1.et Giurb.conſ.64.n.14.* vbi dicit, illam probari etiam per teſtes de auditu.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt eò magis ſubornatio probetur præſumptionibus, & coniecturis, quando agitur non ad condemnationem teſtiũ ſubornatorum, ſed ad rei defenſionem, vt poſt *Crauet.deciſ.119.num.9.Caph.conſ.140.nu.13.lib.1. Menoch.de præſumpt.lib.5.præſumpt.48. num.8. & Hond.conſ.112.num.28.lib.1.* per eum relatos ſcribit *Farin ac.d.conſ.115.num.16.in fin.lib.2.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt teſtis præſumatur ſubornatus, quando deponit de aliqua clauſula inſtrumenti per tantum tempus confecti, ita vt de illa veriſimiliter non potuerit recordari,

dari, vt not. *Guid. Pap. conſ. 75 col. 2. Maſc. de prob. d. concl. 1347. num. 7.* & d. teſtem eſſe ſuſpectum, dicit *Vermigl. conſ. 74. num* 26.

4 Amplia tertiò d. concluſionem, vt teſtes præſumantur ſubornati, quando deponunt per eundem præmeditatum ſermonem, ſi ſunt alias ſuſpecti, alias ſecùs, vt tradunt *Guid. Pap. d. conſ. 75. num. 2. et Maſc. de prob. d. concl. 1347. num. 2. et ſeq.* plenè *Farinac. de teſt. qu. 65. num. 24. et ſeq.* vbi quamplures adducit, ita ſentientes, & aliquas ad hanc ampliationem dat limitationes.

5 Amplia quartò d. concluſionem, vt teſtis præſumatur ſubornatus, quando conſtat, eum, qui illū induxit, voluiſſe cæteros teſtes ſubornare ex regula ſemel malus, ſemper præſumitur malus in eodē genere mali, *cap. ſemel malus 8. de reg. iur. in 6. cum ſimil.* vti ſcripſerunt *Guid. Pap. d. conſ. 75. col. 2. in fin. et Maſc. d. concl. 1347. num* 6 vbi alias affert præſumptiones subornationis, prout facit *Vulpel. conſ. 103. nu. 13.* cum qua ampliatione pertranſit etiam *Farinac. de teſt. quaſt. 67. num. 256.* & poſt eum *Vermigl. conſ. 74. num.* 16.

6 Verùm verò ex d. præſumptionibus, & coniecturis poſſit deueniri ad condemnationem contra ſubornantem, ſeù teſtes ſubornatos, & in quā pœnam, tradunt *Farinac. de teſt. q. 67. n. 74. & 75. et Giurb. d. conſ. 64. num. 13.* ipſos conſulas.

SVFFOCATIO.

S V M M A R I V M.

1 *Suffocationis corpus delicti probatur ex relatione Medicorum.*

Qui debent referre, vidiſſe ſigna ſuffocationis in gutture, num 3.

Item corpus delicti probatur in ſuffocatione per famam, num. 2.

4 *Suffocatus præſumitur potiùs ex morbo naturali, quam ex facto hominis, etſi adſint adminicula in contrarium.*

R E S O L V T I O V N I C A.

Corpus delicti ſuffocationis quomodo ſit probandum.

1 IN ſuffocatione corpus delicti probatur ex relatione Medicorum, & Peritorum, qui debent referre, vidiſſe ſigna ſuffocationis, & ſtrāgulationis in gutture, vt tradunt *Foller. in pract. in ver. Capiat informationem n. 24. et in ver. item quòd ſuffocauit vxorem num 16. et 59. Farinac. de inquiſ. qu. 2. num. 29. ver. Altera coniectura &c. Hond. conſ. 88. num. 18. lib. 2.* plenè *Giurb. conſ. 43. num. 10.* In delictis enim, in quibus pro perfecta eorum cognitione requiritur peritia hominum, prout in ſuffocatione cognoſcenda, & ſimil. requiruntur periti in arte, vt docent *Guazz. defen. q. cap. 2. nu. 20.* *et Vermigl. conſ. 364. num. 5.* Quorum relationi eſſe ſtandum, dixerunt *Giurb. d. conſ. 43. nu. 10. Vermigl. conſ. 238. num. 5. et conſ 247. n. 14. et Rota in Romana Meliuramentorum 16. Iuan 1653. coram R. P. D. Bichio §. Inſtitia autem, &c.* & alij relati ſupra in ver. *Corpus Delicti Reſol. 5 num 2.*

2 Amplia d. concluſionem, vt corpus delicti in ſuffocatione probetur nō ſolùm per relationem peritorum, vt ſupra, ſed etiam per famam, quòd talis fuerit ſuffocatus, vt adnotarunt *Foller. in pract. in d. ver. item quòd ſuffocauit vxorem num. 16. et 28. Farinac. de inquiſ. d. qu. 2. num. 29. ver. et vna &c.* & poſt *Marſil. conſ. 8. Grat. conſ 94. num. 16 in fin. et conſ. 95. n. 12. et ſeq. et conſ 97. nu. 4. lib. 1 Gabr. com. conc. de maleſ. conc. 1. n. 11. et Farin. conſ. 227. n. 4. et* 5 per eum adductos tradit *Giurb. d. conſ. 43. nu. 29.*

3 Declara primò d. concluſionem, vt Medici, & periti ad probandum corpus delicti in ſuffocatione deponere debeant, vidiſſe ſigna ſuffocationis, & ſtrangulationis in gutture, vt dixi, etiam ſupra in principio, & bene docent *Foller. in pract. in d. ver. Capiat informationem num. 23. et in d. ver. item quòd ſuffocauit vxorem num 16 et 59.* vbi admonet Medicos, & Peritos, quòd in hoc ſint multùm cauti, quia mors ſubitanea, & naturalis ſuffocatio ſolent etiam cauſare talia ſigna in gutture, & in alia parte corporis, vt ibi per eum, quem ſequitur etiam *Farinac. de inquiſ d. quaſt. 2. num. 29. ver. altera coniectura etc.*

4 Declara ſecundo d. concluſionem, quod repertus ſuffocatus præſumitur potiùs ex morbo naturali, & ſubitanea morte, quàm ex facto hominis ſuffocatus, alio indicio in contrarium non exiſtente, cum actus indifferens, qui in delictum ſonare poteſt & in non delictum, ſit præſumendus potiùs in non delictum quam in delictum, cum ſemper ſit ſumenda interpretatio excluſiua delicti ad tex. *in l. meritò 51. §. pro ſoc. cum ſimil.* & latè comprobat *Foller. in prac. in d ver. item quòd ſuffocauit vxorem nu. 9 et 27.* cum quo pertranſeunt *Farin. de inquiſ. d. q. 2. nu 29 ver. contrariam etc.* vbi conſiderat pro contrario indicio, ſi ſuffocatus paulò ante valdè crapulatus ſit, licet in hoc multùm deferat iudicis arbitrio, *Scac de iudic. lib 1 cap. 83. n. 8. et Gargiar. Iun conſ 1 n. 10 lib. 2.* vbi loquitur, quando non adſunt ſigna ſuffocationis, vt dixi ſupra in ver. *Corpus Delicti Reſolut. 1. num.* 4.

A D D I T I O.

N. 1. & 2. VBi habetur, quod corpus delicti in ſuffocatione probatur ex relatione Medicorum, Peritorum adde *Zuffi de legit. proc. crim. quæſt. 17. num. 4. & 5.* & dixi ſupra in verbo *Corpus Delicti Reſolut. 5. num. 2.*

TESTIS QVOAD PERSONAS.

S V M M A R I V M

1 *Teſtis inimicus non probat:*

Etiam in delictis occultis, & difficilis probationis, num. 2.

Reſol. Crim.

Itaut non faciat indicium, nec praſumptionem, num. 3.

Et repellitur, etiamſi de inimicitia non appareat, ſi conſtet de cauſis inimicitia, num. 4.

Et repellitur, etiamſi aſſerat ſe amicum, n. 5.

Et etiam in criminibus exceptis, num. 6.

Et repellitur etiam conſanguineus inimici, n. 7.

Etiamſi depoſitio inimici ſit adminiculata, n. 8.

Et ſi ſit adhibita tortura, num. 9.

Procedit concluſio in inimica capitali, aliàs ſecùs, num. 10.

Inimicus autem non capitalis non dicitur teſtis omni exceptione maior, num. 11.

Neq; habet locũ in inimico reconciliatio, n. 12.

Procedit in inimico reconciliatio de antiquo non de recenti, num. 13.

Quod tamen habeat locum in omni reconciliatione, tenet P. Graſſet, num. 14.

Maximè ſi poſt reconciliationem interuenerint actus amicabiles, num. 15.

Inimicus autem reconciliatus nunquam eſt teſtis omni exceptione maior, num. 16.

Reconciliatio verò an ſit facta de recenti, vel de antiquo, remittitur arbitrio Iudicis.

RESOLVTIO I.

Teſtis inimicus an probet.

1 TEſtis inimicus non probat, ſed à teſtimonio ferendo repellitur *l. 3. & ibi gloſ. Odofr. Bald. Salic. Fulgoſ. & alij Doct. communiter ff. de teſti. l. ſi quis teſtibus 13. C. eod tit. cap. repellantur 7. cap. cum oporteat 19. de accuſat.* & tradunt *Vulpell. conſ 26. num. 1. et conſ. 33. nu. 1. et conſ 106. num. 1. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 12. num. 14.* vbi teſtatur de communi opinione, *Clar in pract. §. fin. quaſt. 24. ver item quæro &c.* latè *Farinac. de de teſti. quaſt. 53. num. 3.* vbi dicit, hanc opinionem eſſe communem, & ab omnibus approbatam, *Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit 5. num. 3.* vbi dicit hanc concluſionem habere locum etiam in cauſa hæreſis, *Giurba conſ. 37. num. 33. Vermigl. conſ. 159. num. 7. et conſ. 290. num. 5. Maſſin. de confiſc. bonor. qu. 10. nu. 57. Paul. Rub. de validit. legal. cap 13. num. 27. P. Diana in ſumma in ver Teſtis num. 1. Zuff. de legit. proceſ. quaſt. 34. n. 10.* & dixi ego *alleg foren. 83. num. 1. et allegat. 84. num. 15.*

Lex enim de inimico omnia mala præſumit ad tex. *in l. inimicitia 9. ff. de his quibus, vt indig. l. 1. § præterea ff. de quaſt. l. 3. §. non ſolùm ff. de adim. leg.* cum alijs adductis per *Farinac. de indic. et tort. quaſt 49. num. 88. et conſ. 27. n. 9. lib. 1.* & tradit etiam *Caren. de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 5. num. 7.* nec non *Paul. Rub de valid. legal. cap. 13. num. 19.* & ſemper cenſetur velle damnificare ſuum aduerſarium idem *Paul. Rub. d. cap. 13. num. 29.* & inimico non eſſe credendum in eternum habetur *Eccleſiaſt. cap. 12.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in delictis occultis, difficilis probationis, & vbi veritas aliter haberi non poteſt, quia neque in illis teſtis inimicus probat, vt docent *Ant. Gomez var reſol. tom. 3. cap. 12. num. 2. in fin. Menoch. de arbitr. lib. 1. quaſt. 28. num. 2. Bertaz. conſ. 528. num. 6. lib. 2. Farinac. de teſti. d. quaſt. 53. num. 7.* vbi teſtatur de communi opinione, *et conſ. 60. nu. 13. lib. 1. et Vermigl. conſ. 159. num. 9.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt teſtis inimicus non ſolùm non probet plenè, imò nec ſemiplenè, nec facit indicium, nec præſumptionem aliquam, vt not. *Rolan. conſ 95. n. 29. lib. 4. Menoch. de arb. d. lib. 1. q. 28. nu. 5. Bertaz. conſ. 8. n. 44. lib. 1. Farin. de teſt. d. q 53. n. 12.* vbi reprobat *Baiar.* contrarium tenẽtem, *et n. ſeq.* dicit, ſolùm dictũ inimici facere indicium ad inquirendum generaliter, vt ibi per eum *Vermigl. conſ. 171. nu. 17. et Maſſi. de confiſ. bon. d. quaſt. 10. num. 57.*

4 Amplia tertiò d. concluſionem, vt teſtis inimicus repellatur à teſtificando, etiamſi de inimicitia non appareat, dummodo adſint cauſæ inimicitiæ, vt tradunt *Vulpell. conſ. 14. num. 10. et conſ. 33. nu. 4. et conſ. 107. num. 2. Rolan. conſ. 24 num. 44. lib. 1. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 12. num. 14. circa medium Maſc. de prob. concl. 857. num. 53. & concl. 899. num. 10 in fin. lib. 2 Hond. conſ. 100. num. 27. & ſeq. lib. 1. Farinac. de teſti. d. quaſt. 53. num. 21.* alios adducens concordantes, *& conſ. 60. num. 13. lib. 1. Giurb. conſ. 13. num. 7* & dixi ego *allegat. foren. 89. num. 13. et 14.*

5 Amplia quartò d. concluſionem, vt teſtis inimicus repellatur à teſtificando, etiamſi aſſerant ſe amicum, vt voluerunt *Ant. Gomez var. reſol. d. tom. 3. cap. 12. num. 14. circa medium, Vulpell. conſ. 14. nu. 10. & conſ. 26. n. 10 Rolan. d. conſ. 24. ſub n. 44. lib. 1. Decian. tract. crim lib. 3. cap. 25. nu 21. Maſc. d. concl. 857. num. 52. et d. concl. 899. num. 3 in fin. vol. 2.* plenè *Farinac. de teſti. quaſt. 53. num. 22.* qui *num. 23.* quærit, an credatur teſti dicenti ſe inimicum, vt repellatur à teſtificando, vt ibi per eum, & dixi ego *allegat. foren. 84. num. 13.*

6 Amplia quintò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in criminibus exceptis, puta hæreſis, læſæ maieſtatis, & alijs grauibus delictis, in quibus teſtes inimici adhuc non probant *cap. per tuas 32. & ibi Canon communiter ac Simon Gram. conſ. 46. nu. 8. & 9. Ant Gomez var. reſol. d. tom. 3. cap. 12 ſub num. 14. Vulpel. conſ. 12. num. 10. Clar. in pract. §. fin. qu. 24. ver. item quæro & c. Decia. tract. crim. lib. 3. cap. 25. num. 6. Farinac. de teſti. d. quaſt. 53. nu. 5.* alios referens, ita ſentientes quamplures, *& conſ. 79. num. 6. lib 1. Caren de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 5. num. 4. Vermigl. conſ. 61. num. 20. et conſ. 74. nu. 12. & conſ. 76. num. 8. et conſ. 90. num. 10.*

7 Amplia ſexto d. concluſionem, vt à teſtificando repellatur non ſolùm inimicus, verùm etiam repellatur conſanguineus inimici, cum, & ipſe dicatur inimicus, vt tradunt *Rolan. conſ. 24. num. 37. & ſeq. lib. 1. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. d. cap. 12. nu. 14. Baiar. ad Clar. quaſt. 24. nu. 14. Farinac. conſ 61. num. 2. & 14.* vbi hoc declarat *lib. 1. & conſ. 171. num. 16. lib. 2. de teſti. d. quaſt. 53. num. 33. et ſequen.*

vbi

vbi alios dat concordantes, & ampliat, non habere locum in valdè amico inimici & in domeſtico, familiari, & habitante cum inimico, declarando, quod non ſint ſaltem integri teſtes, vt ibi per eum, *Caſtro Palao tract.4.diſput.8.punt.2. nu. 10. Caren. de Offic.S.Inquiſ.par.3 tit.5.num.9.* & dixi ego *allegat.foren.89.num.46.& 47.*

8 Amplia ſeptimò d. concluſionem, vt habeat locum, etiamſi depoſitio inimici ſit adminiculata, quia illa ex adminiculis non ſuppletur, quando per ſe nihil probat, vt benè contra *Batar.* comprobat *Farinac.de teſti.d.quaſt.53.num.75.*

9 Amplia d. concluſionem poſtremò, vt habeat locum, etiam adhibita tortura, quæ non conualidat teſtis inimici depoſitionem, vt voluerunt, *Gram. Rolan. Bertaz. Rim.Iun. Boſſi.Pariſ Batar. Peregr. & Card.Tuſc.* quos refert, & ſequitur, *Guazz deſen. 30.cap.40.num.15.*

10 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locum in inimico capitali, ſecùs autem non capitali, & in inimico leuis inimicitiæ, quia ille non repellitur à teſtificando, vt adnotarunt, *Ant.Gomez. var.reſol.tom.3 d.cap.12. num. 14. ver. intellige tamen &c.* vbi teſtatur de communi opinione, *Clar. in pract.d.q.24.verſic.item quaro &c. Vulpell. conſ. 39.num.12.& Farinac.de teſti.d.quaſt. 53. num.52,* vbi alios adducit, ita ſentientes quamplures, nec non *Caren. de Offic.S.Inquiſ par.3.tit.5.num.7.*

11 Declara d. primam limitationem, quod licèt non deſint Doct. volentes, in criminalibus, in quibus requiruntur teſtes omni exceptione maiores, etiam leuem inimicitiam repellere teſtes à teſtificando, quos refert *Farinac.de teſti.d.quaſt 53.nu. 53.* magis tamen receptum videtur, leuem inimicitiam non repellere teſtes in totum, ſed tamen illos non dici teſtes idoneos, nec omni exceptione maiores, & de fide diminui tantùm, quantùm patitur qualitas inimicitia Iudicis arbitrio, vt declarant *Crauet conſ.6.num.22.Menoch.de arbitr. lib.1. d.quaſt.28.num.5.Maſcar.de prob. concl. 462. num. 34.lib.1.Decian.tract.crim.lib.3.cap.25.num 26.& Farinac.de teſti.d.quaſt.53.num.53.& 54.* vbi teſtatur de communi opinione, & reprobat contrarium tenentes, & not. etiam *Caren de Offic.S.Inquiſ.dict. par.3.tit.5.num.7.* alios adducens concordantes, *& Vermigl.conſ.159.num.12.* & dixi etiam *ego allega. foren.91.num.17.*

12 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in inimico reconciliato, vt quia ſit ſequuta pax tempore depoſitionis, quia ille non repellitur à teſtificando, vt tradunt *Rolan.conſ.24.num.32.lib. 1.Ant.Gomez var.reſol.tom.3.cap.12.num 4.circa medium,* vbi teſtatur de communi opinione, *Maſcar.de prob.concl.857.num.48.& concl.899.nu.10. lib.2.* qui pariter de communi opinione fidem facit *Farinac.de teſti.d quaſt.53.num.58.* vbi dixit, quoad inimicitiam attendi tempus depoſitionis, vt ibi per eum, *Guazzin.de pace par.1.quaſt.19.nu. 5. & deſen.28.cap.1.num.1.Paul Rube.de teſtam.cap.15. num.222.& ſeq.* & dixi *ego allegat. foren. 93. num. 14.& ſequen.*

13 Declara d. ſecundam limitationem, vt habeat locum in inimico reconciliato per multum tempus ante depoſitionem, ſecùs, ſi reconciliatio ſit de recenti, quia taliter reconciliatus adhuc odium retinere præſumitur intra aliquod tempus, quod Iudicis arbitrio remittitur, & ideò non probat, vt voluerunt *Craue.conſ.9.num.6.Ant Gomez. var. reſol.tom.3.cap.12.num.14.ver. quod ſubintellige &c.* vbi teſtatur de communi opinione, *Clar. in pract.§.fin.quaſt.24.ver.quid ſi ſequuta &c. Decian. tract.crim.lib.3.cap.25.num.21.* latè *Farinac. de teſti.d.quaſt.53.num.59.& conſ 39.nu.5. & conſ.40. num.63.lib.1.Guazzin.d.deſen.28.cap.1.num. 17.& de pace d.quaſt.19.num.6.Vermigl.conſ.33.num.16. & conſ.363.num.5.& Carèn.de Offic.S.Inquiſ.d.par. 3.tit.5.num.8.* dicens inimicum reconciliatum ex antiquo non eſſe teſtem omni exceptione maiorem, *Paul.Rube.de teſtam.d. cap.15. n. 225.& ſeq.*

14 Licèt hoc non placeat, *P.Graſſet.de nece prodit. §.13.num.13.* volenti, reconciliationem ſequutam omne auferre odium antecedens, vt ibi per eum benè comprobantem.

15 Subdeclara d. declarationem, vt non habeat locum, quando inter teſtem inimicum, & reum poſt pacem, ſeu reconciliationem interuenerunt actus amicabiles, vel ſimultanea conuerſatio, qualis inter amicos interuenire ſolet, quia tunc omnia dicitur extinctus effectus inimicitiæ, & teſtis probaret, etiam de recenti reconciliatus, & tradunt, *Eugen conſ.76.num.69.& ſeq.lib.1.* & poſt *Rim.Iun. conſ.88 num.13.lib.1.* per eum relatum, *Guazzin.d. deſen.28.cap.1.num.17.& de pace par.1.quaſt 9.n. 8.* & poſt eum, *Ciriac contr. 150. num.36.Vermigl. conſ.382.nu.15.* licèt de d. actibus non eſſe multum fidendum dixerit, *in conſ 363.num.1.& ſeq. & P. Graſſett.de nece prodit.d.§.13.num.19.ver.Supponit enim.&c.* & dixi etiam *ego allegat.foren.93.nu.14. & ſeq & allegat.94.num.16.et ſeq.*

16 Subdeclara ſecundò d. primam declarationem, vt teſtis inimicus, licèt reconciliatus nunquam ſit, teſtis omni exceptione maior, vt poſt *Clar in pract. §.fin.quaſt.24.num.9.* per eum relatum ſcribit *Paul. Rube.de teſta.d.cap.15.num.230.& ſeq.* benè comprobans, & ante eum *Caren.de Offic.S. Inquiſ d.par. 3.tit.5.num.8* vbi alios dat concordantes,

17 Subdeclara poſtremò d. declarationem, quòd reconciliatio, an ſit facta de recenti, vel de antiquo cum in iure id non reperiatur deciſum remittitur arbitrio Iudicis, vt declarant *Farinac. de teſt. d.quaſt.53.num.61.& conſ.138 num.9.lib.2.Caren. de Offic.S.Inquiſ.d.par.3.tit.5.num.8. in fin. & Paul. Rube.de teſtam. d.cap.15. num.25.*

ADDITIO.

N.4. & 5. VBi habetur, quod teſtis inimicus repellitur à teſtificando etiam ſi de inimicitia non appareat, ſi conſtet de cauſis inimicitiæ ac etiam ſi teſtis profiteatur ſe amicum, adde *Farinac.conſ.216.num.11.lib.3.*

N.11. Vbi habetur, leuem inimicitiam non repellere teſtem in totum à teſtificando, ſed ſolum diminuere de fide illius iuxta qualitatem inimicitiæ adde, *Farinac.conſ.216. num.8.& ſeq.lib.3.*

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Parentes pro filijs, et filij pra parentibus teſtes eſſe non poſſunt.*

Fallit, ſi concurrat conſenſus patris, num.3.

Et in caſibus difficilis probationis, num 4.

Et quando pater examinatur pro vno filio contra alium filium, num.5.

Ac etiam, quando pater examinatur pro defenſione filii, num.6.

2 *Pater, & filius dicuntur vna, & eadem perſona.*

R E S O L V T I O II.

Parentes pro filijs, & filii pro parentibus an teſtes eſſe poſſint.

1 PArentes pro filijs, & filij pro parentibus teſtimonium dicere non poſſunt, *l.teſtis idoneus* 9.&ibi not.Doct. communiter *ff.de teſt.c. ſi teſtis verſ. item teſtis idoneus 4.quæſt.2.* & tradunt, *Crot.de teſti.par.4.num.* 110.*& num.* 116.*Gabr.comm.concl.de teſt.concl.*17.*nu.*2 *& ſeq. Rolan.conſ.*9.*n* 32.*lib.*3.*Maſcar.de prob.concl.*1148. *num.*1.2.*& ſeq.*vbi teſtatur de communi opinione, & *concl.*1357.*num.*44.*lib.*3.plene *Farinacc.de teſti. quæſt.*54.*num.*145. quamplures adducens ita ſentientes, & *Caren.de Offic.S.Inquiſ.par.*3.*tit.*5.*num.* 15. qui dicunt, parentum, & filiorum appellatione in hoc caſu venire omnes aſcendentes, & deſcendentes in infinitum,& hanc conclusionem habere locum etiam in vitrico, & preuigno, & in filijs emancipatis, & naturalibus tantum, vt ibi per eos, cum quibus pertranſit, *Paſcal.de patr. poteſt.par.*4.*cap.*10.*num.*19.*&* 20.

2 Pater enim, & filius dicuntur vna,& eadem perſona *l.fin.C.de impub.& aliis ſubſt. Nepos de Monte alba de teſt num.*46.*&*47. plenè *Paſcal.de patr poteſt.in proem.in prin.* & vox patris dicitur vox filij, & è contra *§.ei qui Inſt.de inutil ſtipul.*cum alijs relatis *per Paſcal.in d.proem.in prin.*nemò autem admittitur ad teſtificando in cauſa propria, vel in qua habet intereſſe, *l.nullus* 10.*ff.de teſt.l.omnibus* 9.*C.eod tit.Nep.de Monte alb. vbi ſupra Farinac. de teſt.quæſt.*60.*per tot.Paſcal.de patr.poteſt.d.par.*4. *cap.*10.*num.*19.& cum parentes, & filii ſint domeſtici, *Nep.de Monte alb.vbi ſupra num.* 22. *Farin. de teſt.d.quæſt.*5 *ſub num.*145. vbi alium reddit rationem ob amorem, qui inter eos adeſſe præſumitur, vt ibi per eum.

3 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando concurrit conſenſus partis tacitus, vel expreſſus, quia tunc nihil eſt, quod examen illorum impediat, vt voluerunt *Soc.Sen.reg.*427.*in* 1.*fallen.Gabr.comm.concl.de teſt.concl.*17.*num.*15. *Maſc.de Prob.concl.*1153.*num.*17.*lib.*3. & hanc limitationem eſſe communiter receptam, & illam non habere difficultatem dicit, *Farinacc. de teſt. quæſt.*54 *num.*190. vbi alios dat concordantes.

4 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in caſibus, qui de ſui natura ſunt difficilis probationis, in quibus parentes, & filij in teſtes admittuntur, vt tradunt *Maſcard.de prob. d. concl.* 1153.*num* 28.*lib.*3.*Farinac.de teſti.d.quæſt.* 54.*nu.* 193.*& ſeq.* vbi dicit, idem eſſe in iis, quæ melius per parentes ſciri præſumuntur, quam per alios, *& Carena de Offic S.Inquiſ.par.* 3.*tit.*5.*num.*15.licèt Iudex id admittere non debeat, niſi quando agitur de delicto graui, & conſulto Principe, vt dicit, *Guazzin.defen.*14.*cap.*11.*num.*16. & dicam latius infra *Reſolut.ſeq.num.*6.

5 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum,quando pater examinatus pro vno filio contra alium, quia tunc ratione pacis affectionis illum probare voluerunt, *Bart.in l.parentes* 5.*num* 5. *C.de teſti.Maſcar.de prob.d. concl.*1153.*num.*28 *lib.* 3. *et Farinac.*qui alios adducit ita ſentientes *de teſti.d.quæſt.*54.*num.*205.

6 Limita quartò d. concluſionem, vt non habeat locum ad defenſam filij contra fiſcum, quia tunc illum admitti, ſicuti filium ad defenſam patris admittunt, *Rolan.conſ* 7.*num.*15.*et ſeq. lib.* 1. *et Farin. de teſt.d. quæſt.*54.*num.*207. vbi dicit, ab hac opinione non eſſe recedendum, maximè ſi haberet conteſtem, nec non *Guazzin.defen.*29. *cap.*3. *num.* 1.*et ſeq.* vbi dicit, hanc limitationem procedere etiam ad repulſam teſtium fiſci, non autem quando in cauſa proceditur per accuſationem, & ad probandum adminicula, vt ibi per eum, & ſi ille ſit vis ſpectatæ fidei admitti ad defenſam etiam in Tribunali S. Officij dicit, *Farinacc.de hæreſi.quæſt.* 188 *nu.*151.& admittit *Caren.de Offic.S.Inquiſ.par.* 3.*tit.*5.*num.*22.*in fin.*

S V M M A R I V M.

1 *Parentes cogi non poſſunt ad deponendum contra filios, et è contra.*

Quod procedit etiam in genero contra ſocerum, et è contra, num 2.

Itaut neque volentes admittantur, num.3.

Fallit in crimine læſæ Maieſtatis Diuinæ, et humanæ, num.4.

Et quando veritas aliter haberi non poteſt, num 5.

Declaratur, num.6.

Veritas, quando dicatur aliter haberi non poſſe remiſſiuè, num.7.

R E S O L V T I O III.

Parentes an poſſint cogi ad deponendum contra filius, et è contra.

1 PArentes cogi non poſſunt ad deponendum contra filios, & filij contra parentes *l parentes* 5. & ibi not. Doct.communiter *C.de teſti.*& tradunt etiam, *Ant.Gomez.var reſol.tom.*3. *cap.*12.*ſub. num.*12.*Farinac.de teſt.quæſt.* 54 *num.* 170.*et conſ.*29.*num.*8.*lib.*1.*Guazzin.defen.*14.*c.*11. *num.*9.

num.9. vbi recenſet omnes, qui fruuntur hoc priuilegio, *Carena de Offic.S.Inquiſ. par.3.tit. 5.num. 15.Caluin.de æquit.lib.2.cap.158.nu.57.& Vermigl. conſ.218.num.11.*

Proditionis enim ſpeciem d. teſtificatum continere dixerunt *Doct.in d.l.parentes 5.C.de teſti.* & animaduertunt, *Petr.Ærod rer.iudicat lib.4.tit.12.cap.3.* vbi aliqua refert exempla, *& Caluin.de æquit.d. cap.158.num.58.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in genero, contra ſocerum, & è contra, qui non poſſunt cogi ad deponendum contra ſe, vt eſt *tex.in l.ſolia.4. cum leg ſeq.* in quibus hoc extenditur ad victricum priuignum, & ſponſam, *& ibi gloſ.ff.de teſti.Blanc.de indic.num. 36. & ſeq. Ant. Gomez var.reſol.tom.3.cap.12.num. 24. Caluin.de æquit.d.cap.158.num.57.* & ante eum *Farinac.de teſti.quæſt.78.nu.85.* vbi alios adducit ita ſentientes quamplures, *& Guazzin.defen. 14.cap. 11.num.9.* vbi recenſet alios, qui cogi non poſſunt ad teſtificandum.

3 Amplia ſecundò d. concluſionem adeo eſſe veram, vt neque volentes admittantur parentes contra filios, & è contra, quicquid ſit in alijs conſanguineis, & affinibus ad tex. *in d.l.parentes 5.C.de teſti.* & tradunt *Nep.de Montealb de teſti. num 45. Campeg.de teſt.reg.4.ver.ite primò &c. Ant. Gomez.var.reſol.tom.3.cap.12.ſub num. 14.* quos vna cum alijs pluribus refert, & ſequitur, *Farinac.de teſt.d.quæſt.54.num.175 & 176.* vbi dicit, ampliationem non procedere, quando concurreret conſenſus patris & filij, vt ibi per eum, *& quæſt.78. num.105.* licèt filium non admitti ad teſtificandum contra patrem neque de conſenſu ipſius patris voluerit, *Guazzin.d.defen.14 cap.11.num.10.*

4 Limita primò d.concluſionem, vt non habeat locum, quando agitur de crimine læſæ Maieſtatis Diuinæ, vel humanæ, quia tunc parentes coguntur ad ſe examinandum, & deponendum contra filios, & è contra, vt aduertunt *Maſcar.de prob. concl.462.num.9.lib.1.& concl.875.num.20.& ſeq. lib.2.Farinac.de teſt.d.quæſt.54.num.173.& 174.& in tract.de hæreſi.quæſt.188.num.48.& ſeq & conſ. 29.num.8.lib.1.* latè *Carena.de Offic. S. Inquiſ. par.3. tit.5.num.21.* vbi alios quamplures adducit ita ſentientes, & latè comprobat, *Traſmier.de oblig.de homic.quæſt.8.cap 4.per tot.*

5 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in caſu, in quo veritas aliter haberi non poteſt, quia tunc parentes contra filios, & filij contra parentes, ne veritas pereat, coguntur ad teſtificandum, vt tradunt, *Ant.Gomez.var.reſol.tom.3. cap.12.num.24.in fine,* vbi alios adducit ita ſentientes, *Farinac.de teſt.d.quæſt.54. num. 171. & conſ. 29.num.8.lib.1.Guazzin.d.defen.14.cap.11.num.13.* qui pariter plures dat concordantes, *& Caluin. de æquit.lib.2.cap.158.in fine.*

6 Declara d. ſecundam limitationem, quod Iudex debet ſe abſtinere quantum fieri poteſt ab examinando parentes contra filios, & è contra, & quod non debet illos compellere in hoc caſu ad deponendum, niſi delictum ſit atrox, & conſulto Principe, & non alias, vt docent *Clar. in pract.§. fin. quæſt.24.ver ſcias tamen &c.Farin.de teſt.d. quæſt. 54.num.172.Guazzin d.defen.14.cap.11.nu.10.Vermigl.d.conſ.218.num.12 & Caren.de Offic. S.Inquiſ. d.par.3.tit.5.num.16.*

7 Quando verò dicatur, veritatem aliter haberi non poſſe, & cui incumbat onus probandi d. qualitatem latè diſſerit, *Farinac.de teſt.quæſt.62.num. 57.& pluribus ſeq.& quæſt. 78. num. 112.* ipſum conſulas, cum non omnia hic ſint apponenda, vt toties dixi.

ADDITIO.

N.5. VBi habetur, quod filius non admittitur ad teſtificandum contra patrem, etiam ipſo conſentiente adde *Scialo. in prax.torq.reos cap. 14.num. 58.*

SVMMARIVM.

1 *Frater non poteſt eſſe teſtis pro fratre in criminalibus.*

Cum iniuria facta vni de familia cenſeatur facta omnibus, num 2.

Ita ut frater examinatus pro fratre nullam faciat probationem, num.3.

Fallit, quando veritas aliter haberi non poteſt, num.4.

Et quando frater deponeret inter duos fratres, num.5.

Et quando inducitur ad defenſionem fratris, num. 6.

Licèt contrarium tenuerint aliqui, num.7.

Concordã d. opiniones, num.8.

Item Fallit ſi frater examinatus deponat contra Curiam, num 9.

Declara d.limitationes vt, num.10.

RESOLVTIO IV.

Frater an poſſit eſſe teſtis pro fratre in criminalibus.

1 FRater non poteſt eſſe teſtis pro fratre in criminalibus, *cap.conſanguinei 3. quæſt.5.* & tradunt *Bart.Bald.Alberic. Iaſ & alij in l.parentes 3.C de teſt.Boſſi in pract.in tit.de oppoſ.contra teſtib. ſub num.109.Menoch.de præſump. lib. 2.præſump.53.num.2. Gabr.comm.concl.de teſt concl.14.num.10. Maſc de prob.concl.1347.num.45.lib. 3. Farinac.de teſt.quæſt.54. num.86.& 90.* vbi alios adducit ſectatores, & ampliat, vt frater nunquam poſſit eſſe teſtis pro fratre, quando agitur de iniuria facta fratri, *Michalo.de fratr.par.1.cap.51.num. 1.2.& ſeq.* vbi dicit, hanc concluſionem eſſe clariſſimam, *& Ciriac.contr.250.num.24.* vbi affert limitationem, de qua ibi per eum.

2 Cum enim iniuria facta vni de familia omnibus facta dicatur *l.1.2.& 3 ff.de iniur. Menoch.de præſ. lib.2,*

lib.2.præſump.53.nu. 2. Michalo de fratr.d.par.3. cap.51.num.3. & dixi ego *allegat.forēa.85.nu.6. & allegat.94.num.7.* teſtis pro fratre examinatus diceretur deponere in cauſa propria contra tex. *in l. nullus 10.ff de teſt.& in l.omnibus 9.C.eod.tit.* & dixi latiùs ſupra *Reſolut.2.num.2.* & aduertit *Michal. d.cap.51.num.3.* & obſtat etiam ratio præſumptæ affectionis, de qua *in d.cap.conſanguinei 3.quæſt.5.* & benè comprobat, *Michal.dict.cap.51.num.2.3. & ſequen.*

3 Amplia primò d. concluſionem, quòd, ſi frater de facto ſit in cauſa criminali examinatus pro fratre contra tertium, nullam faciat probationem, nec indicium contra eum, vt voluerunt *Boſſi.in pract.in tit.de oppoſ.contra teſtes num.110.Farinac.de teſti. quæſt.54.num.91.& num.135.*vbi dicit, quod ita eſt veritas, *& Michal. de fratr.dict.par.3.cap.51. num.10.*

4 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando veritas aliter haberi non poteſt, quia tunc frater pro fratre admittitur in teſtem, vt not. *Felin.in cap.litteras.14.ſub nu.9.in 5. limit. de præſump.Gabr.comm.concl.de teſti.concl.14.nu.19. Farinac.de teſti.quæſt.54.num.132.Carena.de Offic.S.Inquiſ.par.3.tit.5.nu.15.Michal.de fratr.d.par. 3.cap. 51.num.12.Ciriac.d.contr.250.num. 25. P.Graſſett. de nece prodit.§.29.num.270.*

5 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando frater teſtimonium diceret inter duos fratres, quia tunc, cum paritas conſanguinitatis auferat ſuſpicionem, frater in teſtem admittitur, vt voluerunt *Felin. in cap. cum oporteat 19. num.2.de accuſa.& in d.cap.litteras 14.num.13. de præſump.Crot.de teſti.par.4.num.119.Dec.in reg.383. in 5.limit.Gabr.comm.concl.de teſt. concl.14. nu. 29. & Farinac.de teſti.d.quæſt.54.num. 116.* vbi dicit, hanc limitationem eſſe veriſſimam; & communiter receptam per Doctores.

6 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando frater producitur in teſtem ad defenſionem fratris, quia tunc admittitur ad illius innocentiam probandam, vt tradunt *Felin.in d. cap. cum oporteat 19.num.2.de accuſa.& in d.cap. litteras 14.num.15.de præſump..Alex.conſ 5. num.8.lib. 1.& conſ.212.n.9.& conſ.34.n.39.lib.2.& conſ.4.n. 10.lib.6.Boſſi. in pract.in d.tit.de oppoſit.cōtra teſtes n.65.& nu.110.in fin.Gabr.comm.concl.de teſti. concl.14.num.10.& in tit.de malef.concl.22.in prin.*vbi teſtatur de communi opinione, *Ceph.conſ.14. nu. 8.& ſeq.lib.1.Menoch.de arbitrat.caſu 104.num. 6. Maſcar.de prob.concl.491.nu.5.lib.1.& concl.857. num.27.& concl.904.num.5. lib.2.* vbi hanc dicit magis communem Doctorum opinionem, cum quibus pertranſeunt, *Farinac.conſ.172.num.19.lib. 2.& de teſt.d.quæſt.54.num.117.& ſeq.*quamplures adducens concordantes, & dicens, prædicta procedere, etiamſi frater inſimul habitet cum altero fratre, licèt non ſit in d. caſu omni exceptione maior, vt ibi per eum, & idem ſcripſit *Guazzin.defen 29.cap.3.num.5.& 6.* vbi aliquas dat limitationes, & ampliationem, quas vide per eum.

Ciriac.contr.150.num.32. Carena de Offic.S.Inquiſi. par.3.tit.5.num.28.in fin.Michal.de fratr.dict.par.3. cap.51.num.13.& P. Graſſett.de nece prodit.§. 24. ſub num. 12.

7 Licet contrarium, imò fratrem non admitti in teſtem pro defenſione fratris, teneperint Doctores quamplures, quos referunt *Gabr.de malef. d.concl. 22.ſub num.1.& Maſcar.de prob.d.concl. 904.nu.5.* cum quibus pertranſit, *Fachin.contr.iur.lib.9. cap. 83.per tot.*

8 Concorda d. contrarias opiniones diſtinguendo, quia aut agitur de ſola defenſione fratris, ita vt illius dictum nemini alij noceat, quam fiſco, & tunc procedit prima opinio, aut agitur etiam de offenſione, & præiudicio tertij, puta accuſatoris, qui in cauſa habet intereſſe, & tunc procedit ſecunda opinio, vt voluerunt *Bald.in d.l. parentes 3. C.de teſt.Menoch.de arbitr.caſu 104.nu.6.* vbi dicit, hoc maximè procedere, ſi agatur de delicto commiſſo in domo, *Farinac.de teſt.d.quæſt.54.num.121.*alios adducens concordantes, *Michal.de fratr.d.par.3. cap.51.num.14.*& non diſſentit, *Guazzin.d.defen. 29.cap.3.num.5.& 6.*& declarat *P. Graſſet.de nece prodit.d.§.34 ſub num.12.*

9 Limita quintò d. concluſionem, vt non habeat locum in fratre, qui examinatur pro Curia contra fratrem, qui ſi aliquid deponat contra Curiam, & fiſcum ad fauorem fratris, vti ab eis productus probat contra eos; vt tradunt *Bal. & Salic. in l. parentes 3. C. de teſti, Adden. ad Crot. de teſti.par.4.poſt num.81.littera DD.& Farinac.de teſt. d.quæſt.54.num.126.& 127.*

10 Sublimita omnes ſupradictas limitationes, vt non habeant locum, quando fratres ſimul habitarent, vel ſtarent in communione, vel ſtarent ambo ſub patria poteſtate, quia tunc fratrem non admitti ad fauorem fratris, cum tunc concurrat duplex defectus affectionis, & domeſticitatis, etiam in caſibus, in quibus alias admitteretur, latè proſequitur, *Farinacc.de teſt.d.quæſt.54.num.139.& ſeq.*vbi plures dat concordantes, & dicit, hoc non habere locum in fratre ſe examinante ad defenſam, & plurimum deferri iudicis arbitrio, vt ibi per eum.

ADDITIO.

N.6. VBi habetur, quod frater admittitur ad defenſionem fratris adde *Farin.conſ. 212.num. 13. & conſ.213. num.4. lib.2.* vbi dicit illum admitti etiam ad defenſionem patrui, vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Frater cogi non poteſt in criminalibus ad deponendum contra fratrem.*

Amplia, vt frater neque torqueri poſſit contra fratrem, num.2.

Fallit concluſio in criminalibus exceptis, num.3.

Et quando veritas aliter haberi non poteſt, numer.4.

Et poteſt

Et poteſt compelli ab ipſo fratre, num. 5.

Et ſi frater conſentiat, examinari contra fratrem, num. 6.

Declara, vt num. 7.

Et quando frater conſentit, quod frater contra eum deponat, num. 8.

RESOLVTIO V.

Frater an cogi poſſit in criminalibus ad deponendum contra fratrem.

1 FRater cogi non poteſt in criminalibus ad ſe examinandum contra fratrem *l. lege Iulia 4 ff. de teſt. cap. ſi teſtes 3. lege Iulia 4. quæſt. 3.* & tradunt *Clar. in pract. § fin. quæſt. 24 ver ſciat tamen &c. Boſſi. in pract. in tit. de oppoſ. contra teſt. ſub n. 109.* latè *Farinac. de teſt. quæſt. 54. num. 94 Guazzin. defen. 14 cap 11. ſub nu. 9. Caball. reſol. crim. caſu 289. num. 11. cent. 3. Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 5. num. 15.* vbi hoc extendit vſque ad quartum gradum, *Michal. de fratr. par. 3. cap. 50. num. 1. & ſeq.* vbi dicit, hoc eſſe certum, & habere locum etiam in fratre conſobrino, vt ibi per eum, *Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 10. numer. 79. & ſeq.*

Indecens enim, & inconueniens videtur, quòd frater contra fratrem, quem diligere præſumitur, cogatur teſtificari, eique nocere, imò ſibi ipſi quodammodo damnum inferre, cum frater dicatur ferè alter, vt conſiderant *Doct. in d. l. lege Iulia 4. ff. de teſti. & Michalor. de fratr. d. par. 3. cap. 50 num 6. & ſeq.* vbi conſiderat etiam periculum, ne frater committeret periurium, vt ibi per eum, *Scacc. d. cap. 10 num. 73. & ſeq.*

2 Amplia primò d. concluſionem adeò eſſe veram, vt frater neque torqueri poſſit contra fratrem, vt puta, ſi eſſet conuictus de mendacio, vel aliter, ad tex. *in l. 1. §. ſi ſeruos ver. nec quidem, & ibi glo. Bar. & Albert. ff. de teſti. Foller. in pract. in ver. capiat informationem ſub n. 38. Brun. de indic. & tortu. par. 1. quæſt. 4. num. 9 Farinac. de teſti. quæſt. 79. num. 48. & Michal. de fratr. d. par. 3 cap. 50. num. 15.*

3 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in criminibus exceptis, puta læſæ Maieſtatis Diuinæ, vel humanæ, & alijs, in quibus ob criminis immanitatem multa inducta ſunt ſpecialia, & ideò in eis frater cogitur ad ſe examinandum contra fratrem *cap. litteras 14. & ibi not. Canoniſtæ de præſump.* & tradunt *Maſcar. de prob. concl. 462. nu. 8. lib. 1. & concl 857. nu. 16 lib 2. Scacc de indi. lib. 2. cap. 10. n. 98.* vbi hoc admittit in ſubſidium tantum, *Farin. de teſti. d. quæſt. 54. nu 111. & in tract. de hæreſ. quæſt. 188. num 48. Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 5. num. 21.* vbi quamplures dat concordantes, & dicit in d. caſu illum non haberi pro teſte integro *Michal. de fratr. d. par. 3. cap. 50. nu. 19.* & fratrem teneri denũciare fratrem hæreticum tradit *Traſſmic. de oblig. denunc. quæſt 8. cap. 3. per tot.*

4 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando veritas aliter haberi nõ poteſt, quia tunc ne pereat probatio, fratrem cogi poſſe ad ſe examinandum contra fratrem, voluerunt *Duen. reg. 384. in 1 limit. Clar. in pract. § fin. quæſt. 24. ver. ſciat tamen &c. & ibi Baiar. num 137. & ſeq. Farin. de teſti. d. quæſt. 54. num. 103. & conſ. 29. num. 8. lib. 1. Carin. inter conſ. Farin. conſ 185. n. 58. lib. 2.* vbi dicit hoc non eſſe faciendum, niſi in caſu ſummæ neceſſitatis, *Guaz d. defen. 14 cap. 11. nu 13.* alios adducens concordantes, *Ambroſ. in proc. iafor. lib. 1. cap. 3. num. 5. & ſeq. Scacc. d. lib. 2. cap. 10. nu. 90. Michal de fratr. d. par. 3. cap 50. num 21. & Caren. de Offic S. Inquiſ. par. 3. tit. 5. num. 16.* volentes, in hoc Iudicem eſſe debere multum circumſpectum, & id facere non debet, niſi delictum ſit graue, & conſulto Principe, vt ibi per eos.

5 Limita tertiò d. concluſionem, quod licèt frater non poſſit compelli ad ſe examinandum cõtra fratrem ob extraneo, poteſt tamen compelli ab ipſo fratre cum priuilegium conceſſum ad fauorem fratris ceſſet ipſo volente, vt voluerunt *Crot. de teſti. par. 5. nu. 196.* vbi dicit, ita teneri communiter per Doctores, *Duen. reg. 384. in 3. limitatione,* cum quibus pertranſit *Farinac.* præcipuè in caſu, quo frater admittitur ad teſtificandum pro fratre, *de teſti. in d. quæſt. 54 nu 101.* vbi reſpondet Doctoribus contrarium tenentibus, & ſequitur *Michal. de fratr. d. par. 3. cap. 50. num. 6. & ſeq.*

6 Limita quartò d. concluſionem, vt habeat locum in fratre inuito, ſecùs autem in volente, quia volens poteſt ferre teſtimonium contra fratrem *Felin. in cap. cum oporteat 19 ſub nu. 3. de accuſat Gabr. com. concl. de teſti. concl. 14. num 8. iuncto num. 31. Farin. de teſti. d. quæſt. 54. num. 105. & ſeq.* vbi teſtatur, hanc limitationem eſſe communiter receptam per Doctores, & illam eſſe veriorem cum diſtinctione tamen *Alber. de Malet. de teſti. cap. 6. nu. 8. Michal. de fratr. d. par. 3. cap. 50. nu 8. & 9.* qui pariter hanc opinionem dicit veriorem contra *Campeg. & Alberi. de Malet.* in locis per eum ibi relatis, *& Calui. de aquit. lib. 2. cap. 158. in fin.*

7 Declara d. limitationes, vt habeant locum, quando frater compulſus, ſeù citatus contra fratrem deponit, ſecùs tamen eſt ſi ipſe ſponte, & vltrò ſe offerat, quia tunc redditur ſuſpectus, & non probat, vt declarant *Farinac. de teſti. d. quæſt. 54. n. 107* vbi quamplures dat concordantes, & *Michal. de fratr. d. par 3. cap. 50. nu. 9.* Quando verò frater, ſeù conſanguineus dicatur voluntariè, ſeù compulſus contra fratrem, ſeù conſanguineum depoſuiſſe, vide infrà *Reſolut. 19. num. 5. et ſeq.*

8 Limita quintò d. concluſionem, vt non habeat locum quãdo frater, contra quem frater debet deponere ad id conſentiret, quia tunc admitteretur ad teſtificandum, vt ſcripſerunt *Duen. reg. 384. in vlt. fallen. Farin. de teſti. d. quæſt 54 num. 108 et ſeq. et Michal de fratr. dict. part. 3 cap. 50. numer. 20.* vbi teſtatur, hanc eſſe communem Doctorum opinionem.

ADDITIO.

N.2. VBi habetur, quod frater non poteſt torqueri contra fratrem adde *Scialo. in prax. torq. reor. cap. 14. n. 59.* vbi dat concordantes, & dicit fratrem poſſe eſſe teſtem contra fratrem ſi vult, vt habetur etiam *hic num. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Vxor pro marito, & maritus pro vxore non poſſunt vnus pro altero teſtimonium dicere.*
Quod procedit etiã in concubina, et amaſia, n. 2.
Fallit in delictis difficilis probationis, nu. 3.
Item Fallit, quando inducuntur ad defenſam alterius ex eis, num. 4.

RESOLVTIO VI.

Vxor pro marito, & maritus pro vxore an poſſit vt vnus pro altero teſtificari.

1 VXor pro marito, & è contra maritus pro vxore propter magnam affectionem, quæ inter eos intercedit, ita vt dicantur duo in carne vna, non poſſunt vnus pro altero teſtimonium dicere *l. etiam, 2. & ibi glo. Cin. & alij ſcribentes C. de teſti.* & tradunt *Gramat. deciſ. 45. num. 13. & deciſ. 73. nu. 19.* vbi teſtatur de commmuni opinione, *Gabr. com. concl. de teſti. concl. 16. num. 1. & ſeq. Maſc. de prob. concl. 1420. nu. 1. & ſeq. lib. 3. Farinac. de teſti. quæſt. 54. num. 210. & ſeq. & Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 5. num. 17.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum non ſolùm in vxore, & viro, ſed etiam in concubina, & amaſia, & è contra qui ratione affectionis, & domeſticitatis, & cum prædicti omne fas, & nephas pro altero committerent, ideò non admittuntur inuicem ad teſtificandum, vt not. *Gabr. commu. concl. de teſt. concl. 11. nu. 3. Maſc. de prob. concl. 65. num. 7. & concl. 86. nu. 17. & ſeq. & concl. 533. num. 8. lib. 1. & concl. 1356. n. 24. & concl. 1420. n. 5. lib. 3.* & benè probant *Farin. de teſt. d. quæſt. 54. nu. 216. & 217.* alios referens ita ſentientes quamplures, *& Caren. de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 5. num. 19.*

3 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in factis, & delictis difficilis probationis, & in quibus veriſimiliter ſciunt veritatem magis coniuges, quam alij, quia tunc illos admitti in teſtes voluerunt *Iaſ. in l. ſed et ſi quiſ. 4. nu. 4. ff. ſi quiſ. cautio. Gabr. commu. concl. de teſti. concl. 16. num. 17. Maſc. de prob. d. concl. 1420. num. 13. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 24. num. 20. in fin. Farinac. de teſti. d. quæſt. 54. num. 227. Ambroſ. in proc. inform. lib. 1. cap. 3. nu. 5. & ſeq.* latè *Guazz. defen. 14. cap. 11. num. 13.* conſulto tamen Principe, vt dixi infrà *in Reſolut. 7. nu. 2. & in Reſol. præced. in 2. limit. in fin.*

4 Limita ſecundò d. concluſionem, vt nõ habeat locum, quando agitur ad defenſam coniugis, quia tũc illos admitti in teſtem, tradunt *Iaſ. in d. l. ſed et ſi quiſ. 4. nu. 5. ff. ſi quis cautio. Gabr. comm. concl. de teſt. d. concl. 16. nu. 8. Maſc. de prob. d. concl. 1420. n. 14. et Bertaz. conſ. 33. n. 23. lib. 1.* quos refert, & ſequitur *Farin. de teſti. d. quæſt. 54. num. 228. & conſ. 172. nu. 19. lib. 2.* & admittit etiam *Vulpell. conſ. 99. nu. 14. et 15.* vbi dicit, hoc eo magis procedere, ſi vxor fuiſſet examinata per fiſcum, vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Vxor cogi non poteſt ad teſtificandum contra virum.*
Fallit, quando veritas aliter haberi non poteſt. num. 2.
Et in cauſa hæreſis, num. 3.
Fallit etiam in viro, qui cogi poteſt ad deponendum contra vxorem, num. 4.

RESOLVTIO VII.

Vxor an poſſit cogi ad teſtificandum contra virum.

1 VXor propter reuerentiam, quam debet viro, & cum ſit vna caro cum ipſo, non poteſt cogi ad teſtificandum contra virum, vt tradunt *Gigan. de crim. læſæ maieſt. lib. 2. in tit. quis accuſ. poſſ. quæſt. 15. nu. 2.* vbi dicit, vxorem cogi non poſſe ad teſtificandum contra virum, etiam viro conſentiente, *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. tit. 12. num. 24. ver. quod eſt verum &c.* vbi teſtatur de communi opinione, *Maſc. de prob. concl. 1420. num. 12. lib. 3. Farinac. de teſti. quæſt. 54. num. 219. & conſ. 19. nu. 13. lib. 1.* vbi dicit, hoc procedere, etiamſi eſſet examinata cum tortura, & ibi *Adden. litera O. Marcell. Farin. Pater. Proſp. Farin. inter eius conſil. conſ. 20. nu. 7. lib. 1. Guazz. defen. 14. cap. 11. n. 9. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 10. n. 70 et pluribus ſeq. et Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 5. n. 17.*

2 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando veritas aliter haberi non poteſt, quia tunc vxor cogitur ad ſe examinandum contra virum *Scacc. d. lib. 2. cap. 10. num. 91.* vbi dat concordantes, & poſt *Alber. de Malet. de teſti. cap. 6. nu. 31. & Crau. de antiq. tempo. par. 1. Sect. Viſo de fama &c. n. 17.* per eum relatos tradit *Farinac. de teſti. qu. 54. num. 221.* dummodo delictum ſit graue, & conſulto Principe, vt ſentit *Caren. de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 5. num. 16.* & dixi ſupra in materia Parentum, & fratrum *in Reſol. præceden.* & dicam infra in materia teſtium conſanguineorum *Reſol. 19. num.*

3 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in cauſa hæreſis, in qua fauore fidei vxor cogitur ad deponendum contra virum, vt not. *Maſc. de prob. concl. 857. nu. 12. lib. 2. Farin. de teſti. d. quæſt. 54. num. 222. & in tract. de hæreſi quæſt. 188. nu. 148. Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 5. nu. 21. & ſeq.* vbi dicit generaliter, teſtem, qui aliter cogi non poterat ad teſtificãdum, examinatũ fauore fidei, non eſſe teſtem integrum, & omni exceptione maiorem, vt ibi per eum, & tàm vxorem, quàm virum teneri ad

ri ad denunciandum alterum hæreticum tuetur contra alios contrarium tenentes, *Trammier. de oblig. denunc. quæſt. 8. cap. 3. num. 2. ver. contrarium tamen. &c.* vbi alios dat concordantes, & dicit, ita eſſe tenendum.

4 Limita tertiò d. concluſionem, vt habeat locum in vxore, non autem in viro, qui poteſt cogi ad deponendum contra vxorem, cum in viro videatur, ceſſare ratio periculi, quæ adeſt in vxore deponente contra virum, vt tradunt *Cappel. Tholoſ. deciſ. 3. & deciſ. 123. Crane. de antiq. temp. d. ſect. Viſo de fama n. 15. ver. licèt ſecùs &c.* cũ quibus eos referendo pertranſit *Farinac. de teſt. d. quæſt. 54. nu. 120.* & maximè in ſubſidium loquitur, *Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 10. num. 91.*

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod vxor non poteſt cogi ad deponendum contra virum adde *Scialo. in prax. torq. reor. cap. 14. n. 59.* vbi dat concordantes.

SVMMARIVM.

1 *Spurij vti infames non admittuntur ad teſtificandum in criminalibus, in quibus requiruntur teſtes omni exceptione maiores.*
Quod procedit etiam in ſpurio legitimato, n. 2.
Contrarium tenent plures Doctores, num. 3.
Et in naturali nato ex ſoluto, & ſoluta, nu. 4.
Fallit in ſpurio nobili, & magnæ conditionis, nu. 5.
Et in ſpurio optimæ conditionis, & famæ, n. 6.
Et quando veritas aliter haberi non poteſt, n. 7.

RESOLVTIO VIII.

Spurii an admittuntur in criminalibus ad teſtificandum.

1 SPurij, vti infames infamia facti in criminalibus, in quibus requiruntur teſtes omni exceptione maiores ad teſtificandum, non admittuntur, cum non ſint tales, quicquid ſit in ciuilibus, vt tradunt, *Plot. de in litem iura. §. 50. num. 12. Crot. de teſt. par. 4. num. 165. Maſcar. de prob. concluſ. 1356. num. 31. lib. 3. Farinac. de teſt. quæſt. 56. nu. 400. Card. Paleott. de not. & ſpur. cap. 55. nu. 4. & Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 5. num. 40.* quibus addo, *Card. Tuſc. pract. concl. litera S. concl. 415. nu. 5.* qui alios dat concordantes.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in ſpurio legitimato, qui adhuc remanet infamis infamia facti, vt not. *Marſil. ſingul. 273. ver. ego autem &c. Plot. de in litem iur. d. §. 50. ſub num. 12. Natt. conſ. 621. num. 7. par. 4. & Farinac. de teſti. d. quæſt. 56. num. 405. et ſeq.*

3 Contrariam tamen opinionem, quod imò ſpurius legitimatus in nihilo differat à legitimo, cum in eo ceſſet omnis macula, & ſic ceſſante infamia dicatur teſtis idoneus, nec repellatur à teſtificando, tenuerunt *Mareſcot. var. reſol. lib. 3. cap. 20. n. 2. Peregr. de fideic. art. 23. num. 26. & ſeq. Card. Mant. de coniect. lib. 11. tit. 10. num. 9. & 10.* plenè *Ciriac. contr. 207. num. 45. & ſeq. & contr. 208. nu. 1. & ſeq.* & benè comprobat, *Andreol. contr. 150. nu. 14. & 15.* vbi alios dat concordantes, *Gio nagu. conſ. 21. n. 1. & ſeq. & præcipuè num. 82. lib. 1.* latè *Lucido. de intiegit. Cleri & Regul. cap. 25. num. 1.* vbi quamplures dat concordantes, *Rot. deciſ. 600. num. 1. par. 3. rec. & 100. num. 5. & deciſ. 319. num. 19. par. 5. recen.* & apud *Merli deciſ. 882. num. 6. & ſeq. tom. 2.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum, non ſolùm in ſpurio, inceſtuoſo, & nato ex illicito coitu, ſed etiam in naturali, & nato ex ſoluto, & ſoluta ſaltem de iure canonico, cuius vigore concubinatus eſt prohibitus, vt voluerunt, *Plot. de in litem iura. d. § 50. num. 12. & Farinacc. de teſt. d. quæſt. 56. num. 407. & ſeq.*

5 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in ſpurio nobili, & magnæ conditionis, nam ille dicitur integer teſtis, vt tradunt *Marſil. d. ſingul. 273. ver. limito etiam prædicta &c. & Plot. de in litem iura. d. §. 50. ſub num. 13.* quos refert, & ſequitur, *Farinac. de teſti. d. quæſt. 56. num. 412.* cum quibus pertranſit etiam, *Caren. de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 5. num. 40.*

6 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in ſpurio optimè vitæ, & famæ, quia cum illa ſupplere dicatur ſpurietatis defectum, ideò ille non repellitur à teſtificando, vt voluerunt *Marſili. d. ſingul. 273. d. ver. limito tamen &c. Plot. de in litem iura. d. § 50. ſub num. 12. Farinac. de teſt. d. quæſt. 56. num. 410.* qui ſub num. 411. ampliat hanc limitationem, vt habeat locum, etiam in ſpurio religioſo, & cum eis pertranſit, *Carena de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 5. num. 40*

7 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando veritas aliter haberi non poteſt, quia tunc ſpurium admitti ad teſtificandum in ſubſidium tenent, *Marſil. d. ſingul. 273. ver. potes etiam limitare &c. Farinac. de teſt. d. quæſt. 56. nu. 413.* vbi dicit, hoc non habere difficultatem, licèt tunc non dicatur teſtis omni exceptione maior, vt ibi per eum, & *P. Graſſet. de nece prodit. §. 29. num. 270.*

SVMMARIVM.

1 *Fuſtigati publicè non ſunt idonei teſtes.*
Fallit ſtante conſenſu partis, num. 2.

RESOLVTIO IX.

Fuſtigati publicè an ſint teſtes idonei.

1 FVſtigati publicè non poſſunt eſſe teſtes, cum ſint infames *l. fuſtibus 16. C. ex quibus cau. infam. irrog.* & tradunt *Corrad. in pract. §. 2. de offic. Prato. in cau. crimi. in tit. de teſt. rubr. perſo. teſti. aggred. ver. fuſtibus num. 28. Marc. de prob. concluſ. 1356. num. 33. lib. 3. Farinacc. de teſtib. quæſt. 56. num. 456.* vbi dicit, hoc non habere

dubium & *Caren.de Offic.S.Inquiſ.par.3.tit. 5. num. 44.* vbi dicit d. concluſionem habere locum etiam ſi ſuſtigatus viuid t mille annis, vt ibi per eum.

Teſtes enim infames infamia facta in criminalibus à teſtimonio repelli in conſeſſos eſt apud omnes, vt poſt *Bart. Ang. Salic. Caſtr. Bald. Abb. Felin. Imol. Alex Soc. Crot. Lanfranc. Campeg Blanc. Oſaſc. Rolan. Corad. Clar.* & alios per eum adductos firmac, *Farinac. de teſt. quæſt. 56. nu. 15. Carena de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3 tit. 5. num. 29. & ſeq. & num. 39. & ſeq. Caball. reſol. crim. caſu 84. num. 11. cent. 1. et Zuff. de legit proceſ. crim. quæſt. 181. in fine.*

2 Limita generaliter d. concluſionem, vt non habeat locum ſtante conſenſu partis, ob quem teſtem aliàs infamem ad teſtimonium dicendum admitti voluerunt, *Iaſ. in l. cunctos populoſ. 1. num. 67. ver. tertio fallit etc. in prima lectura C. de ſum. Trin. et fide Cathol. et Campeg. de teſt. reg. 26. nu. 10.* quos refert, & ſequitur *Farinac. de teſt. quæſt. 56. nu. 92.* & nouiſſimè *Zuff. de legit. proc. crim. d. quæſt. 181. n. 6. 7. et ſeq.* vbi dicit hoc in practica non habere difficultatem, & quòd ſtante d. conſenſu partis non eſt opus aliqua tortura, vt ibi per eum.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtis excommunicatus non admittitur ad teſtificandum.*

Etiamſi excommunicatio ſit nulla, num. 2.

Ad quem effectum ſufficit probare quem excommunicatum, num. 3.

Procedit concluſio in excommunicato excommunicatione maiori, aliàs ſecùs, num. 4.

Item fallit in cauſa hæreſis, in qua excommunicatus in teſtem admittitur, num. 5.

R E S O L V T I O X.

Teſtis excommunicatus an admittantur ad teſtificandum.

1 TEſtis excommunicatus excommunicatione maiori non poteſt admitti ad teſtificandum, vt tradunt *Canoniſtæ in cap. veniens 38. et ibi præcipuè August Barb. num. 9. de teſt. et in cap. excommunicamus 13. 5. credentes de haret.* & vltra eos ſcripſerunt etiam, *Rolan. conſ. 95. num. 22. et ſeq. lib. 4. Gabr. commun. concluſ. de teſtib. concluſ. 19. numer 1. et ſequen. Maſcard. de prubat. concl. 705. num. 1. lib. 2. et concl. 1356 num. 26. lib. 3.* plenè *Farinac de teſt. quæſt. 55. num. 240.* vbi alios dat concordantes quamplures, & dicit à d. concluſione vti magis communiter recepta non eſſe recedendum *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 5. nu. 23 Ricciull. de iure perſu. extra grem. Eccleſ. exiſt. lib. 4. cap. 30. num. 14. & P. Diana. in ſumma in ver. excommun. effect. num. 57. & Rota apud Pute. deciſ. 3. num. 3. et ſeq. lib. 1.*

Licet enim excommunicatus ex delicto non irrogante infamiam non dicatur infamis, quicquid ſit quando eſt excommunicatus ex delicto infamiam irrogante, certum tamen eſt illum ſemper reputari pro turpi, & non honeſta perſona, & ſic illum non admitti ad teſtificandum, vt declarant *Lambert. de contr. eorum glo. 12. in ver. agnatum non habuerit quæſt. 12. n. 46. Rol. conſ. 95. n. 24. lib 4. et Farin.* qui illos referendo ſequitur, *de teſt. d. q. 56. n. 245. et ſeq.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locũ etiamſi excommunicatio ſit nulla, quia adhuc excommunicatus à teſtificando repellitur antè quam fuerit declarata d. nullitas, vt not. *Abb. Aret. et Felin. in cap. veniens 38. de teſt. Maſcar. de prob. concl. 705. nu. 3. lib. 2.* & benè declarat *Farinac. de teſti. d. quæſt. 56. num. 248. et ſeq.*

3 Amplia ſecundo d. concluſionem, vt contra teſtẽ excommunicatum ſufficiat probare illum aliàs fuiſſe excommunicatum, quia ſemper præſumitur talis, niſi doceatur de abſolutione, vt not. *gloſ. Inno. Abb. Butr. & alij communiter in cap. propoſuit 8. de cler. excommun. miniſt. Alcia. de præſump. reg. 2. præſump. 6. num. 1. Gabr. comm. concl. de teſt. concl. 19. nu. 6. Maſcar. de prob. d. concl. 705 num. 8. Farinacc. de teſt. d. quæſt. 56. nu. 253.* vbi alios dat concordantes, vbi alios dat ampliationes.

4 Limita primo d. concluſionem, vt habeat locũ in excommunicato excommunicatione maiori, quæ ſeparat hominem, non ſolùm à perceptione ſacramentorum, ſed etiam à communione fidelium, ſecùs tamen eſt in excommunicato excommunicationi minori, quæ licèt excludat à participatione ſacramentorum paſſiua, non tamen ſeparat à communione fidelium, qui non repellitur à teſtificando, vt not. *Rolan. conſ. 95. num. 23. lib. 4. Gabr. comm. concl de teſt d. concl. 19. num. 15. Maſcar. de probat. d. concl. 705. num. 5. & Farinac. de teſt. d. quæſt. 56. n. 265. & ſeq.* vbi dicit excommunicatum excommunicatione minori licèt in totum non repellatur à teſtificando, ei tamẽ de fide diminui, vt ibi per eũ.

5 Limita ſecundò d. concluſionẽ, vt non habeat locum in cauſa hæreſis, quia in ea excommunicatus admittitur ad teſtificandum, *cap. in fidei fauorem 5. de hæret. in 6.* & not. *Maſcar. de prob. d. concl. 705. num. 14. & concl. 857. num. 3 lib. 2.* plenè *Farinac. de teſt. d quæſt. 56. num. 273.* vbi alios dat concordantes quamplures, *& in tract. de hæreſi quæſt. 188. n. 68. Ricciul de iure perſona. qua extr. gremi. Eccleſ. exiſt. lib. 4. cap. 30. num. 14. & Carena de Offic. S. Inquiſ. par 3 tit. 5. num. 24.*

S V M M A R I V M.

1 *Accuſatus, ſeù inquiſitus pendente iudicio repellitur à teſtificando.*

Amplia, vt idem ſit in carcerato pro delicto, n. 2

Procedit ſi delictum irrogat infamiam, aliàs ſecùs, num. 3.

Limita concluſionem in carcerato pro delicto graui, & infamatorio, aliàs ſecùs, num. 4.

Item fallit concluſio in delictis exceptis, nu. 5.

Et quando accuſatus, ſeù inquiſitus inducitur ad defenſam, quia tunc non repellitur, num. 6.

RESO-

RESOLVTIO XI.

Accuſatus, vel inquiſitus pendente iudicio an repellatur a teſtificando.

1 ACcuſatus, inquiſitus, ſeu denunciatus pendente accuſatione, inquiſitione, & denunciatione, repellitur a teſtificando ad tex. in l. in teſtimonium 20. ff. de teſti. & in cap. ſi teſtes 4. quæſt. 3. & in cap. ſi. & ibi not. Gabriel in ſua communiter de teſt. & tradunt Natt. conſ. 261. num. 10. lib. 1. Maſcar. de prob. concl. 27. num. 1. & ſeq. lib. 1. Farinac. de teſt. quæſt. 56. num. 167. & ſeq. vbi dicit hanc concluſionem habere locum etiam in teſte accuſato, ſeu inquiſito de falſo, vt ibi per eum, & conſ. 39. num. 5. lib. 1. Barbo. in d. cap. ſi. de teſti. & Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 5. num. 46. alios adducens ita ſentientes.

Ex pendentia enim cauſæ ſuper delicto grauatur opinio accuſati, & inquiſiti, ita vt non dicatur integri ſtatus, vt not. Abb. Gigas, & alij, quos refert, & ſequitur Farinac. de teſt. d. quæſt. 56. num. 167. vbi dicit, etiam quod accuſatus ſit amicus, maximè quando delictum, de quo fuit accuſatus eſt tale, quod infamiam irrogat, vt ibi per eum plures dantem concordantes.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum, etiam in carcerato pro delicto, qui pariter ad teſtificandum non admittitur, cum ſit ſuſpectus de crimine, & quodammodo infamis, vt not. Ant. Gomez. var. reſol. tom. 3. cap. 12. ſub nu. 18. vbi teſtatur de communi opinione, Maſcar. de prob. concl. 267. in prin. lib. 1. & concl. 1356 num. 34. lib. 3. Farinac. de teſt. d. quæſt. 56. num. 180. vbi alios adducit ita ſentientes, & Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 5. num. 46.

3 Limita d. ampliationem, vt habeat locum in carcerato pro delicto, quod irrogat infamiam, alias ſecus, vt declarat Alber. de Malet. de teſti. par. 1. cap. 3. ſub num. 50. Maſcar. de prob. d. concl. 267. nu. 4. & Farinac. de teſt. d. quæſt. 56. nu. 181. & ſeq. vbi alias ſubnectit ad d. ampliationem limitationes.

4 Limita primò concluſionem principalem, vt habeat locum in accuſato, ſeu inquiſito pro delicto graui, capitali, & infamatorio, ſecus ſi pro delicto leui, quia tunc à teſtificando non repellitur, vt poſt Maſcar. de prob. d. concl. 27. nu. 2. qui tamen loquitur in criminoſo, per eum relatum ſcribit, Farinac. de teſt. d. quæſt. 56. num. 174.

5 Limita ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum in criminibus exceptis, in quibus accuſatum, ſeu inquiſitum in teſtem admitti, eſt tex. in d. cap. ſin. & ibi not. Abb. Imol. & Felin. de teſt. Crot. de teſt. par. 3. num. 103. Farinac. de teſt. d. quæſt. 56. num. 173. & ſeq. vbi dicit, quod poteſt expectari euentus cauſæ, & ſi teſtis erit abſolutus probabit, vt ibi per eum, Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 5. nu. 46. vbi alios adducit concordantes, & P. Graſſet. de here prodit. 5. 29. num. 269.

6 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando teſtis accuſatus, ſeu inquiſitus producitur ad defenſam, quia, tunc illum admittit ad teſtificandum, voluit Farinac. de teſti. d. quæſt. 56. num. 179. vbi dicit, illum admitti in teſtem in omnibus alijs caſibus, in quibus admittitur criminoſus, vt ibi per eum, & generaliter ſcripſit, Guazz. defen. 29. cap. 3. num. 8. vbi dat concordantes.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis ebrius repellitur à teſtificando.*

Ebrius enim caret recto ſenſu, & quòd videt ignorat, num. 2.

Quod procedit in penitus ebrio, ſecus in exhilarato tantùm, num. 3.

Et in ebrio de tempore depoſitionis, aliàs ſecùs, num. 4.

Repellitur etiam ſolitus inebriari, licèt non ſit ebrius tempore depoſitionis, num. 5.

RESOLVTIO XII.

Teſtis ebrius an dicatur teſtis idoneus.

1 TEſtis ebrius repellitur à teſtificando, & ratio probat, cum neſciat quid loquatur, & furioſo, & dementi æquiparetur, vt tradunt Ant. Gomez. var. reſol. tom. 3. cap. 12. num. 18. in fin. Tiraquel. de pen. temp. cauſ. 6. num. 8. latè Maſcar. d. de prob. concl. 579. num. 1. & ſeq. lib. 2. & concl. 1358. num. 9. lib. 3. Farinac. de teſt. quæſt. 56. num. 434. vbi teſtatur, ita eſſe per Doctores communiter receptum, & conſ. 153. num. 4. lib. 2. quibus addo, ita ſentientes Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 5. num. 41. & Adden. ad Rot. dec. 28. n. 164. & ſeq. par. 3. rec.

2 Ebrius enim recto ſenſu, & ſic conſenſu caret, & quicquid dicit, & facit, ignorat D. Thom. 2. 2. quæſt. 150. art. 4. Adden. ad Rot. d. deciſ. 28. nu. 163. & ſeq. & vt dixi æquiparetur ebrius furioſo, dementi, ignoranti, dormienti, & imò mortuo can. veniens 35. diſtin. can. ſane 13. quæſt. 1. & benè comprobant Adden. ad Rot. d. deciſ. 28. num. 99. & ſeq. par. 3. rec.

3 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locum in teſte penitùs ebrio ita vt non intelligat quicquid agat, ſecus tamen eſt in exhilarato à vino tantùm, quia modica ebrietas teſtem à teſtificando non repellit, vt not. Bald. Decian. in cap. 1. de teſt. Ripa in l. fin. num. 69. C. de reuoc. donat. Maſcar. de prob. d. concl. 579. nu. 8. & ſeq. lib. 2. Farinac. de teſt. d. quæſt. 56. n. 438. & Caren. de Offic. S. Inqu. par. 3. d. tit. 5. n. 41.

4 Limita ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum in eo, qui tempore depoſitionis erat ebrius, ſecus tamen eſt, ſi ille erat ebrius ante depoſitionem, quia tunc non repellitur à teſtificando, vt voluerunt Campeg. de teſt. reg. 117. in 1. fallen. Maſcar. de probat. d. concl. 579. num. 6. & Farinac. de teſt. d. quæſt. 56. num. 435.

5 Declara d. ſecundam limitationem, vt non habeat locū in ſolito inebriari, quia ipſe, vti vilis, & infamis

infamia non admittitur ad teſtificandum, licet tempore examinis non eſſet ebrius, vt not. *Maſc. de prob. concl.* 1356. *num.* 28. *lib.* 3. *&* *Ant. Gomez. var. reſol. tom.* 3. *cap.* 12. *num.* 18. *in fin.* quem ſequitur *Farinacc. de teſt. d. quaſt.* 56. *num.* 436. *& ſeq.* vbi ideò infert, popinones, qui in tabernis quotidiè verſantur, comedendo, bibendo, & ludendo, non admitti ad teſtificandum, vt ibi per eum, & idem ſcribit in *d. conſ.* 151 *num.* 4. *lib.* 2. & dixi etiam ego *allegat. Forea.* 95. *num.* 16.

S V M M A R I V M.

1 *Proxeneta non eſt in criminalibus teſtis idoneus in negotio, in quo fuit mediator.*

Amplia in crimine ſimonia, quando agitur criminaliter, num. 2.

Et in crimine concuſſionis, num. 3.

Et in crimine barattaria non eſt idoneus teſtis, num. 4.

Et in mediatoribus concordia, & pacis, nu. 5.

Admittitur autem in crimine vſurarum, nu. 6.

R E S O L V T I O XIII.

Proxeneta in criminalibus an ſit teſtis idoneus in negotio in quo interuenit.

1 PRoxeneta non eſt, maximè in criminalibus, ob præſumptam affectionē ſeu intereſſe, integer teſtis in negotio, in quo fuit mediator, vt tradunt *Farinac. de teſt. quaſt.* 60. *nu.* 406. *& ſeq. Caren. de Offic. S. Inquiſ. par.* 3. *tit.* 5. *nu.* 60. *& Vermigl. conſ.* 171. *num.* 15.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum in crimine ſimoniæ, quando agitur criminaliter, in quo proxeneta non eſt idoneus teſtis, *cap.* 1. *& ibi not. glo. Archid. Io. Andr. Io Monach & Gemin. de teſt. in* 6. *Maſc. de prob. concl.* 1036. *num.* 23. *lib.* 2. & benè declarat *Farinac. de teſt. d. quaſt.* 60. *num.* 422. *& ſeq.* vbi dicit d. teſtem probare in d. crimine ſimoniæ, ex integritate conteſtis, vel ex numero quoad torturam, inferendam, non autem quoad condemnationem, vt ibi per eum, *Vermigl. conſ.* 159. *num.* 28. & ſocium criminis in d. caſu non eſſe idoneum teſtem in crimine ſimoniæ, not. *Balth. Tomaſ. in ſuis tract. var. tom.* 4. *tract.* 7. *de Simon. nu.* 102. vbi dat concordantes

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat etiam locum in crimine concuſſionis, in quo proxeneta non eſt teſtis idoneus, vt voluerunt *Boſſi. in pract. in tit. de oppoſ. contra teſt. num.* 58. *&* 59. *in fin. Decian. tract. crim. lib.* 8. *cap* 38. *num.* 2. *Ciriac. contr.* 486. *nu.* 18. *& Vermigl. d. conſ.* 171 *nu.* 15. qui alios dat concordantes.

4 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in crimine barattariæ, ad cuius probationem, quando agitur criminaliter, proxenetam, & mediatorem non eſſe idoneum teſtem tradunt, *Amad. Decian. Gram. Farinac. Giurba. Vermiglioi. & Maſſin.* relat. per me ſupra in ver. *Syndicatus Reſol.* 2. *ſub ampl.* 3. videas ibi.

5 Amplia poſtremò d. concluſionem, vt habeat locum in mediatoribus inter aliquos, vt eos ad concordiam adducant, ſeù pacem faciant, qui in teſtes admitti non debent, & admiſſi non probant confeſſiones, quas partes ipſe fecerunt in tractando concordiam, cum non debeant ſecretum eis commiſſum diuulgare, vt docent *Ant. Fabr. in ſuo Cod. lib.* 4. *tit.* 15. *diffinit.* 56. *Carena*, qui illum referendo ſequitur, *de Offic. S. Inquiſ. par.* 3. *tit.* 5. *nu.* 60. *& Leotar. de vſur. quaſt.* 93. *num.* 32. *in fin.* & tales mediatores pacis cogi non poſſe ad teſtificandum, bis reſolutum fuit in auditorio Legationis Vrbini, in quo ego, vti vnus ex Auditoribus d. Legationis aſſidebam ſub Eminentiſſimo, & Reuerendiſſimo Principe, & Domino meo D. Card. Delcio Legato.

6 Limita d. concluſionem, vt non habeat locum in crimine vſurarum, in quo proxenetam, & mediatorem admitti ad probandum, ob illius difficultatem, voluerunt *Capol. de ſimul. contrac. num.* 87. *Stracc. de proxen. par.* 4. *quaſt.* 14. *nu.* 31. *Oſaſch. deciſ. Pedem.* 72. *num.* 2. *&* 3. *licet nu.* 6. dicat, hoc non habere locum in criminalibus, niſi ad effectum procedendi, *Farinac. de teſt. d. quaſt.* 60. *num.* 430. *Card. Mantic. de tacit. lib.* 8. *tit.* 19. *num.* 8. *& Leotar. de vſur. d. quaſt.* 93. *num.* 32.

S V M M A R I V M.

1 *Minor 25 annorum, & Maior 20. in criminalibus eſt teſtis idoneus, defectu ætatis non obſtante.*

R E S O L V T I O XIV.

Minor 25. annis, & maior viginti an ſit teſtis idoneus in criminalibus.

1 MInor viginti quinque annorum, & maior viginti in criminalibus eſt teſtis idoneus defectu ætatis non obſtante, *l. in teſtimonium* 20 *ff. de teſti.* & tradunt, *Farinac. de teſti quaſt.* 58. *num.* 19. *& ſeq.* latè comprobans, *Carena de Offic. S. Inquiſ. par.* 3. *tit.* 5. *num.* 47. *Iordan. elucub. diuer. lib.* 10. *tit.* 20. *nu.* 82. *Antonel. de temp. legal. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 3. & alij plures per me relati ſupra in ver. *Minor. Reſol.* 2. *nu.* 1. *& pluribus ſeq.* vbi ad hanc concluſionem plures appoſui ampliationes, & limitationes, quas videas ibi, cum noluerim hìc illas iterùm inutiliter referre.

A D D I T I O.

N. 1. VBi habetur quod minor 25. annis, & maior viginti eſt teſtis idoneus in criminalibus adde ſecus tamen eſt ſi ſit minor 20. annis, vt probaui ego in *conſ. crim.* 1. *poſt tract. de heredē ſimpl. & beneſ. num.* 36. *&* eo magis ſi concurrat alius defectus, vt ſcripſi in *d. conſ.* 1. *num.* 27.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Mulier de iure canonico non admittitur ad teſtificandum in cauſa criminali.*

Et eò magis quando mulier patitur alium defectum, num. 2.

Limita concluſionem in criminibus exceptis, num. 3.

Et quando Index procedit ex officio, ſine accuſatore, num. 4.

Nec non quando veritas aliter haberi non poteſt, num. 5.

Niſi tamen mulier pateretur alios defectus, num. 6.

Nec quando mulier producitur ad defenſam, quia tunc admittitur, num. 7.

Nec habet locum in Statu Eccleſiaſtico ſtante Conſtit. Marchiæ, num. 8.

Mulier tamen admittitur de iure ciuili, nu. 9.

Nõ tamẽ dicitur omni exceptione maior, n. 10.

Nec quando aliam pateretur exceptionẽ, n. 11.

RESOLVTIO XV.

Mulier an admittatur ad teſtificandum in cauſa criminali.

1 MVlier de iure canonico non admittitur ad teſtificandum in cauſa criminali *cap. mulierem, & ibi gloſ. 33. quaſt. 5. cap. forus 10 in fin. & ibi glo. de verb. ſignific. eadem glo. Abb. Felin. Bald. Imol. Butr. Boich. et alij in c. quoniam 3. de teſtibus Tiraq. de legib. connub. leg. 6. num. 61.* vbi hanc concluſionem dicit indubitatam, *Ant Gomez. var. reſol. tom. 3. cap. 12. num. 13. Vulpell. conſ. 12. num. 7.* vbi teſtatur de receptiſſima opinione, *et conſ 95. nu. 4. Clar. in pract. § fin. quaſt. 24. ver. de iure autem canonico, Hond. conſ. 100. nu. 24. lib. 1. Caball. reſol. crim. caſu 288. num. 64. cent. 3.* plenè *Farinac. de teſt. quaſt. 59. num. 1.* vbi quamplures adducit, ita ſentientes, & hanc concluſionem dicit veriſſimam, & magis communiter receptam, & illam benè comprobat, *et Decian. et alios* contrarium tenentes refellit, *et conſ 19. num. 20 et conſ. 38. num. 11. lib. 1. et conſ. 136. num. 9. lib. 2. Giurb. conſ. 43. num. 5. et Maſſin. de confiſc. bonor. quaſt. 10. num. 47.* & dixi ego *allegat. foren. 84. n. 16.* Mulier enim dicitur mendax, fallax, doloſa, periura, mutabilis, & varia, vt not. *Tiraq. de leg connub. leg. 9. num. 49. & ſeq. Maſcar. de prob. concl. 762. num 3. & ſeq. lib. 2. Farinac. de teſt. d. quaſt. 59. num. 4. & Caluin. de æquit. lib. 2. cap. 154. nu. 5 et ſequen.* & comprobaui ego *d. allegat. 84. num 17.* ideò nil mirum, ſi non admittatur ad teſtificandum in cauſa criminali, vt aduertunt *Doctores ſupra adducti*.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando mulier patitur alium defectum, quia tunc omninò à teſtificando repellitur, vt not. *Farinac. conſ. 156. num. 52. in fin. et conſ. 166. num 19. lib. 2.* & poſt *Crauet. Pariſ. Rola. Menoch. Farinacc. Vulpell. Aldoni. Surd. Hond. Gratian. Cancer. Guazzin. Ciriac. et Andreol.* per me relatos probaui generaliter ego *d. alleg. 84 num. 21.*

3 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in criminibus exceptis, puta hæreſis, læſæ maieſtatis, & alijs, quia in eis mulier admittitur ad teſtificandum, etiam de iure canonico, licèt illa non ſit teſtis omni exceptione maior, vt not. *Alex. conſ. 11. nu. 6. lib. 1. Maſcar. de prob. concl. 462. num. 6. lib. 1. et concl. 762. num 22. lib. 2. Farinac.* qui alios adducit concordantes *de teſti. dict. quaſt. 59. num. 10. et conſ. 36. num 16. lib 1. Gilhauſ in arbo. iudic cap. 6. par. 3 de teſt. num. 66. Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 5. num. 14* qui alios pariter recenſet ita ſentientes, *et P. Graſſett de nece prodit. §. 29. num. 270. et ſeq.*

4 Limita ſecundo d. concluſionem, vt habeat locum, quando Iudex procedit ad inſtantiam accuſatoris, ſecùs tamen eſt ſi procedat ex officio per inquiſitionem, vel denunciationem, quia tunc etiam de iure canonico mulier admittitur ad teſtificandum, vt voluerunt *Duen. reg. 315. in 4. fallen. Corrad in pract. in tit de teſt. ver. Mulier. num. 75. Rim. Iun. conſ. 217. num. 1. lib 2. & Farinac.* alios adducens, ita ſentientes, *de teſt. d quaſt. 59. num. 9.* vbi teſtatur de communi opinione.

5 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando veritas aliter haberi non poteſt, quia tunc mulier admittitur in teſtem etiam de iure canonico, vt aduotarunt *Decian. in l. 2. num. 36. & ibi Adden ff de reg iur. Duen. d. reg. 315. in 2. limit. Rolan. conſ. 7. num. 17. & conſ 14. nu. 14. lib. 1. Maſc. de prob. d. concl. 762. num. 16. lib 2. Farinac. de teſti. d. quaſt. 59. num. 8.* vbi, relatis alijs quampluribus, ita ſentientibus, teſtatur, hanc limitationem eſſe communiter receptam per Doctores, *& conſ. 38. num. 11. lib. 1. & conſ. 156 nu. 40. & ſeq. lib. 2.* cum quibus pertranſit, *Coſta. remed. ſubſid. 70. num. 16. nec non P. Graſſett. de nece prodit. §. 29. num. 271.*

6 Sublimita d. tertiam limitationem, vt non habeat locum, quando mulier pateretur alios defectus, quia tunc non admitteretur, etiam quando veritas aliter haberi non poteſt, vt docent, *Ant. Gomez. var. reſol. tom. 1. cap. 12. ſub num. 13 Vulpell. conſ. 95. num. 5. Farinac conſ. 156. nu. 52. in fin.* vbi alios dat concordantes, *& conſ 166. num. 19. lib. 2.*

7 Limita quartò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando mulier producitur ad defenſam rei, & ad probandam illius innocentiam, quia tunc illa admittitur in teſtem, vt voluerunt *Crauet. conſ. 119. num. 9. Rim. Iun. conſ. 217. num. 6. lib. 2. Maſcar. de prob. concl. 904. num. 4. lib. 1. Farinac. de teſti. d. quaſt. 59. num. 15.* facit, *Guazzin. de pace par. 1. quaſt. 45. num. 14. & defen. 29. cap. 3. num. 8.* volens, fauore defenſionis probare etiam teſtes inhabiles, de quo dixi ſupra in ver. *Defenſio. Reſolut. 2. nu. 11.*

8 Limita quintò d. concluſionem, vt non habeat locum in Statu Eccleſiaſtico vigore *Conſti. Marcb. lib. 4. cap. 13.* quæ admittit mulieres ad teſtificandum in criminalibus, dummodo non patiantur alium defectum, vt aduertunt *Vulpel. conſ. 74. n. 11.*

Farinac.de teſt.d.quæſt. 59. *num.*16. *& d.conſ.* 166. *num.*19.*in fin.lib.*2

9 Limita ſextò d. concluſionem, vt procedat de iure canonico, ſecùs tamen eſt de iure ciuili, quo attento mulier non repellitur à teſtificando *ad tex. in l.ex eo* 18.*ff de teſti.*& tradunt *Gram.conſ.*12.*nu.*17. *Ant.Gomez var.reſol.tom.*3.*cap.*12.*ſub num.*13. vbi dicit, ab hac opinione non eſſe in iudicando, & conſulendo recedendum, *Clar.in pract.* §.*fin.quæſt.* 24. *ver. quæro igitur &c.Maſc. de probat. d. concl.* 762.*num.*11.*lib.*2. & alij plures, quos refert, & ſequitur *Farin.de teſti.d.quæſt.*59.*num.*17. *& ſeq.* vbi hanc limitationem dicit veriſſimam, & communiter receptam, & ab ea in iudicando, & conſulendo non eſſe recedendum, & contrarium tenentes reijcit, & dicit, illam habere locum in quolibet delicto etiam capitali, vt ibi per eum, cum quibus pertranſit, *Gamb.d.conſ.*43.*nu.*27. qui alios cumulat ſectatores, *& Caball.reſol. crim.caſu* 288. *num.*64.*cent.*3.

10 Declara primò d. ſextam limitationem, vt mulier, licèt de iure ciuili admittatur ad teſtificandum, non tamen dicitur integræ fidei, & omni exceptione maior, vt declarant, *Rolan dict. conſ.*7. *num.*12.*& d.conſ.*24.*nu.*63.*lib.*1.*Mago.decis.Lucen.* 89.*num.*3.*Caph conſ.*233.*num.*23.*lib.* 2. & alij plures, quos refert. & ſequitur *Farinac.de teſt.d.quæſt.* 59.*num.*26 *& ſeq.* vbi dicit, duas fœminas non plenè probare, imò neque tres, quando agitur de pœna mortis, vt ibi per eum, & idem tradit, *Caren.de Offic.S.Inquiſ.d par.*3.*tit.*5.*num.*14.*Caball.reſol.crim.caſu* 288.*num.*64.*in fin. cent.*3. & dixi ego *alleg.foren.*92.*num.*21.*& allegat.*94.*num.*41.

11 Declara ſecundò d.ſextam limitationem, vt non habeat locum quando mulier aliam pateretur exceptionem, vt puta, quia eſſet infamis, periura, vilis, & ſimil.quia tunc nec de iure ciuili ad teſtificandum venit admittenda, vt tradunt *Ant.Gomez.var.reſol.tom.*3.*cap.*12.*num.* 13. *Vulpell. conſ.* 95.*num.*5.*Maſcar.de prob.concl.*761.*num.*20.*lib.*2. *Farinac.de teſt.d.quæſt.*59.*num* 24.*& conſ.*156. *nu.* 52.*in fin.& conſ.*166 *num.* 19.*lib.*2.

ADDITIO.

N.1. VBi habetur quod mulier non admittitur ad teſtificandum in criminalibus de iure canonico adde. Quæ concluſio eo magis habet locum quando illa patitur alios defectus, quia tunc omnino repellitur vt probaui *ego in d conſ.crimin.*1. *num.*31.*poſt tract. de hered.ſimpl. & benefic.*

SVMMARIVM.

1 *Meretrix, vti infamis, repellitur à teſtificanda.*
*Meretrix enim eſt infamis ipſo iure, num.*2.
*Et repellitur, etiamſi deſierit meretricari, num.*3.
*Fallit, ſi deponat de geſtis in poſtribulo, nu.*4.
*Et quando agitur de criminibus exceptis, num.*5.

RESOLVTIO XVI.

Meretrix vti infamis an repellatur à teſtificanda.

1 MEretrix, cum ſit ipſo iure infamis, repellitur à ferendo teſtimonio *l.*3.§.*lege Iulia,& ibi gloſ ff.de teſt.*& tradunt *Pariſ conſ.*67.*num.*80.*lib.*3 *Maſcard. de prob.concl.* 1063.*num.* 40.*lib.*2.*& concl.*1356.*num.*20.*lib.*3.*Farinac. de teſt. quæſt.*56. *num.*358.*& ſeq.*vbi ampliat, hoc habere locum etiam in lenone, *& conſ.*19.*num.*20.*lib.*1.*& conſ.* 156.*num.*10.*lib.*2.*Caren.de Offic.S.Inquiſ par.* 3.*tit.* 5.*num.*29.*& Vermigl.conſ.*32.*num.* 1.*& conſ.*408. *num.*1. vbi hoc extendit etiam ad Amaſiam, vt ibi per eum, & de adultera idem, *Vermigl.conſ.*127. *num.*11. & dixi *ego allegat.foren.*84.*num.*20.

2 Meretrix enim eſt ipſo iure infamis, vt dixi, & eſt tex.*in l.palam.*43.§.*non ſolùm ff. de ritu nupt. & in l.athletas* 4 §.*ait Prætor, & ibi Gotofred.ff.de his qui not.infa.Alex conſ.*11.*ſub num.*1.*lib.*1. *Farinac. in d.quæſt.*56.*num.*358.*Caren in d.tit.*5.*num.*29. vndè non mirum ſi repellatur à teſtificando, à quò infames repelluntur, vt tradunt omnes *Doctores ſupra adductis*.

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum, etiamſi illa deſierit meretricari, cum adhuc reputetur infamis *d.l.palàm.*43.§.*non ſolùm.ff.de ritu nupt gla.in l.*3.§.*lege Iulia in ver.palàm.ff.de teſt.Farinac.de teſt.d.quæſt* 56.*num.*363.*& conſ.*130.*nu.* 20. *lib.*2 *Caren.de Offic.S.Inquiſ.d par.*3.*tit.*5.*nu.* 29. *& Nouar de elect.fori ſect.*2.*quæſt.*11.*nu.*8. *ver.quamuis &c.* licèt aliquos contrarium ſentientes referat.

4 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in geſtis in poſtribulo, in quibus cum veritas melius per alios ſciri non poſſit, quam per meretrices, & lenones, ideò tunc illa in teſtem venit admittenda, vt voluerunt *Plot.de in litem iur.* §.4. *num* 27.*Foller.in pract.in ver.Item quòd fuit leno nu.* 45.*Farinac.de teſt.d quæſt.*56.*num.*369. *Carena de Offic.S.Inquiſ.d.par.*3.*tit.*5.*num.*29.vbi dicit, meretricem in d.caſu non eſſe teſtem omni exceptione maiorem, vt ibi per eum, & nouiſſimè *Paul.Rube. de valid legal.cap.*21.*num.*11. vbi hoc extendit ad alias perſonas infames.

5 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in criminibus exceptis, in quibus meretrix admittitur ad teſtificandum, licèt tamen non ſit teſtis omni exceptione maior, vt tradunt *Gigan. de crim.læſæ maieſt.lib.*2.*in tit. Quamo. & per quos crim.læſæ maieſt.prob.quæſt.*13.*num.*2. *Maſcard. de prob.concl.*462.*num.*7.*lib.*1.*& concl.*1063.*num.*41. *lib.*2.*Farinac.de teſti.d.quæſt.*56.*num.* 366. *& ſeq.* vbi dicit Iuliam meretricem detexiſſe coniurationem Catilinæ, *Caren.de Offic.S Inquiſ.d par.*3.*tit.*5. *n.*30.& ſenſit *P. Graſſet.de nece prodit.*§. 29.*n.*269.

SVMMARIVM.

1 *Mulier prægnans tenetur teſtimonium dicere, aliàs poteſt mulctari.*

Licèt

Licèt mulierem prægnantem ad iurandum cogi non poſſe tennerint plures Doctores, num. 2.
Quod declaratur, num. 3.

RESOLVTIO XVII.

Mulier prægnans an teneatur ſe examini ſubijcere.

1 MVlier prægnans tenetur teſtificari à Iudice præcepta ſub pœna, & iuramentum ſuſcipere, alias poteſt mulctari, vt tradunt *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3 cap. 13. ſub num. 37. Batar. ad Clar quæſt. 74. nu. 75. Farin. de teſti. quæſt. 78. num. 96.* plenè *Caball. reſol. crim. caſu 79. per tot. cent. 1.* vbi dicit, ita vidiſſe pluries ſeruari, *Guazz. defen. 14. cap. 11. n. 12.* vbi alios dat concordantes, *& Manc. de iuram. par. 3. art. 2. n. 17.*

2 Quicquid contrarium, imò mulierem prægnantem ad iurandum cogi non poſſe, & ſic teſtificandum, voluerint *Bald. in l. inuiti 8.* circa medium, *& ibi Floria. ff. de teſti. & Foller. in pract. in ver. Capiat informationem ſub num. 40.*

3 Declara d. concluſionem, vt habeat locum, quandò mulier prægnans vocata ad teſtimonium perhibendum poteſt ſinè periculo comparere perſonaliter in iudicio, vt quia iter erat breue, & tempus pariendi multum diſtabat, ſecùs tamen eſt, quando mulier propter ventrem prægnantem non poteſt comparere coram Iudice ſine periculo partus propter laborem itineris, vt quia fortè longum erat iter ab eius domo ad locum iudicij, & tempus pariendi prope erat, quia tunc illa non tenetur comparere in iudicio, ſed Iudex debet mittere Notarium ad illa examinandum, vt declarant *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. d. cap. 13 ſub num. 37. Farinac. de teſti. d. quæſt. 78. num. 96. Batar. ad Clar. in d. quæſt. 64. num. 75.* vbi dicit, hoc non habere locum in muliere ruſtica, & robuſta, vt ibi per eum, *Scac. de iudic. lib. 2. cap. 10. num. 57. Caball. d. caſu 79. per tot.* vbi dicit, ex hoc ceſſare vulgatum illud dictum, quòd mulier prægnans non tenetur iurare, vt ibi per eum, *Guazz. d. defen. 14. cap. 11. num. 12. et Manc. de iuramen. d. par. 3. art. 2. num. 17.*

ADDITIO.

N. 3. VBi declaratur quando mulier prægnans teneatur accedere ad ſe examinandum adde, cum qua declaratione pertranſit *Scialo. in prax. torq. reos cap. 14. num. 72.* vbi alios adducit ita ſentientes.

SVMMARIVM.

1 *Conſanguinei, & affines in criminalibus non ſunt teſtes idonei pro eorum conſanguinei, & affinibus.*
Tàm in linea recta, quàm in tranſuerſali, n. 2.
Fallit, diſſoluta affinitate, num. 3.
Et in conſanguineis vtriuſque partis, num 4.
Nec non fallit in conſaguineis remotioris gradus, num. 5.
Et quanda veritas aliter haberi non poteſt, n. 6.
Et in criminalibus exceptis, num 7.
Et quando conſanguineus inducitur ad defenſam conſanguinei, num 8.
Et probant etiam contra producentem, num. 9.
Teſtes verò conſanguinei in d. caſibus non ſunt teſtes omni exceptione maiores, num. 10.

RESOLVTIO XVIII.

Conſanguinei, & affines in criminalibus an ſint teſtes idonei pro eorum conſanguineis, & affinibus.

1 COnſanguinei, & affines in criminalibus non admittuntur ad teſtificandū pro accuſatore conſanguineo, vel affine contra inquiſitum *can. 1. 3. quæſt. 5.* & tradunt *Boſſi. in pract. in tit. de oppoſit. contra teſt. nu. 105. ver. ſed quid in criminali &c Gabr. commun. concl. de teſt. concl. 13. n. 22. Clar. in pract. § fin. quæſt. 24. ver. quæro modò &c. Vulpell. conſ. 12. n. 9. Maſcar. de prob. concl. 26. num 4 & concl. 68. num. 1. & ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione, & *concl. 408 num. 12. & concl. 412. nu. 6. lib. 1. Odd. conſ. 15. num 31.* plenè *Farin. de teſti. quæſt. 54. num 5. Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 5. num. 15. & Viſell. in exam. apum concl. 76. num. 13. litera A.* & dixi ego *allegat foren. 85. num. 18.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum tam in conſanguineis, & affinibus in linea recta aſcendentium, quam in linea tranſuerſali in cauſis criminalibus, vt not. *Boſſi. in pract. in tit. de oppoſ. contra teſtes ſub num. 105. Gabr. com concl de teſti. concl 13. num 2. Maſc. de prob. concl. 68. nu. 3. lib. 1. & Farinac. de teſti. d. quæſt. 54. num. 29.*

3 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, diſſoluta affinitate, quia tunc, cum ceſſet cauſa affectionis, ceſſare debet, etiam illius effectus, & ideò affinis debet admitti ad teſtificandum, etiam in criminalibus, vt voluerunt *Crot. de teſti. par. 3. n. 77. & ſeq. & ibi Adden. litera BB.* qui teſtatur de communi opinione, licèt aliqui in contrarium aſſerant, *Gabr. comm. concl. de teſti. concl. 15. nu. 4. Farinac. de teſtib. d. quæſt. 54. nu. 32.* vbi quamplures dat concordantes, *Viſell. d. concl. 76. num. 12. & Rota apud Buratt.* quæ loquitur in ciuilibus, *deciſ. 349. num. 3.* licèt, quando remanent filij, affinitatem non dici diſſolutam, ſed quaſi ſuſpenſam, voluerint *Tiraq. in tract. ceſſa. can. par. 1. num. 29. & limit. 17. & 31.* & videtur ſentire *Ciriac. controu. 219. num. 59.*

4 Limita ſecundo d. concluſionem, vt nō habeat locum in conſanguineis, & affinibus vtriuſque partis, quia illi admittuntur, & probant etiam in criminalibus, vt tradunt *Crot. de teſti d. par. 3. num. 75. & ibi Adden. litera A.A. Gabr. comm. concl. de teſtib. concl. 13. num. 16 et Farinac. de teſti. d. quæſt. 54. num 46. qui num. 45.* declarat, hanc limitationem habere locum, quando gradus conſanguinitatis, ſeu affinitatis eſt æqualis, ſecùs tamen, ſi eſſet inæqualis, quia tunc conſanguineus

vel

vel affinis non probaret pro affine, vel conſanguineo magis coniuncto propter præponderantiam affectionis, vt ibi per eum, addo *Vulpell. conſ.2. num.12. & 13. qui num. 19.* videtur aſſerere, magis affectionem conſanguinei inſpiciendam eſſe, quam gradus coniunctionem, *et Mari. Ant. reſol. fin. caſu 32. lib. 2.*

5 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum in conſanguineis, & affinibus remotioris gradus, quia illi admittuntur ad teſtificandum, hoc eſt vltra quartum gradum, licèt enim de hoc plures reperiantur Doctorum opiniones, magis communiter tamen receptum eſt, quòd conſanguinei, & affines repellantur à teſtificando, vſque ad quartum gradum tantùm, vt ſupra, vt poſt *Bald. Salic. Aufrer. Campeg. et Duen.* per eum relatos tradit *Maſc. de prob. d. concl. 68. num. 14. lib. 1. Gabr. commu. concl. de teſti. d. concl. 13. num. 8. Farin. de teſti. d. quaeſt. 54. num. 57.* vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione, *Vulpell. conſ. 87. num. 5.* & ſentit *Guazz. defen. 14. cap. 11. num. 9. circa medium*, & voluit etiam *Vrſell. in exam. apum d. concl. 76. num. 12. in fin. litera A.*

6 Limita quartò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando veritas aliter haberi non poteſt, quam per conſanguineos, & affines, quia, tunc illos admitti in teſtes, voluerunt *Crot. de teſti. par. 3. num. 88. Gabr. commu. concl. de teſti. d. concl. 13. nu. 14. iunct. num. 27. & Farinac. de teſti. d. quaeſt. 54. num. 76.* vbi alios dat concordantes quamplures, & ſentit *Carena d. par. 3. tit. 5. num. 15.*

7 Limita quintò d. concluſionem, vt non habeat locum, in criminibus exceptis, in quibus conſanguinei, & affines ob criminis grauitatem in teſtes admitti, ſcripſerunt *Nell. de teſti. num. 8. ver. præterquam, Gabr. commun. concl. de teſti. d. concl. 13. num. 24. Farinac. de teſti. d. quaeſt. 54. nu. 77.* vbi alios adducit ita ſentientes, *et P. Graſſett. de nece prodi. §. 29. num. 269.*

8 Limita ſextò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando conſanguineus, vel affinis inducitur ad defenſam ſui conſanguinei, vel affinis, quia tunc admittitur ad teſtificandum pro eis, vt voluerunt *Crot. de teſti. par. 3. num. 80. et ſeq* & ibi latè comprobant *Adden. litera DD. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 3. nu. 28. Clar. in pract. § fin. quaeſt. 24. ver. quaero modò &c. iuncto ver. item ſcias &c.* vbi teſtatur de communi opinione, *Maſc. de prob. concl. 68. num 3. in fin. et num. 8. et concl. 226. num. 3. et concl. 236. num. 3. et concl. 408. num 25. & ſeq. & concl 412. num. 7. & ſeq. et concl. 481. num. 4. lib. 1. & concl. 904. in princ. lib. 2. & Farinac. de teſti. d. quaeſt. 54. nu. 33.* vbi alios dat concordantes quamplures, & teſtatur de cõmuni opinione, & *conſ 174. num. 2. et conſ. 161. num. 8. lib. 2. Hond. conſ. 102. nu. 23. lib. 1.* plenè *Guazz. defen. 29. cap. 3. num. 5. Ciriac. contro. 250. num. 53.* vbi limitat, niſi agatur de deſtruenda concludenti probatione fiſci, cum quo concordat *P. Graſſett. de nece prodit. §. 34. num. 12.* & dixi ſupra in verb. *Defenſio, Reſolut. 2. num. 8.* & in hoc verbo *Teſtes quo ad perſonas Reſolut. 4. in 3. limitat.* vbi latiùs declaraui, videas ibi.

9 Limita poſtremò d. concluſionem, vt non habeat locum contra producentem, quia licèt conſanguineus, & affinis non probent pro ſuo affine, & conſanguineo, probat autem in eo, quod contra eos deponit *Gabr. commu. concl. de teſti. concl. 4. nu. 88. & concl. 13. num. 25. Maſc. de prob. concl. 858. nu. 17. lib. 2. & Farinac. de teſti. d. quaeſt. 54. num. 78. & 79.* vbi alios adducit, ita ſentientes, *& conſ. 13. num. 5. & conſ. 38 num. 6. lib. 1.*

10 Declara d. limitationes, in quibus dixi, teſtem conſanguineum, & affinem admitti ad teſtificandum, vt in d. caſibus d. teſtes non ſint integræ fidei, nec omni exceptione maiores, vt docent *Siluan. conſ 17. n. 10. Gram. deciſ 24. nu. 18. Gabr. com. concl. de teſt. concl. 12. num. 20. et ſeq. Maſcar. de probat. d. concl. 68. num. 15. & d. concl. 408. num. 2. & 13. & d. concl. 412. n. 2. & 3. lib 1.* & latè, quamplurimis authoritatibus allatis more ſuo, firmat *Farinac. de teſt. dict. quaeſt. 54. num. 80. & ſeq.* & extra iſtos caſus illorum dictum ſolùm ſufficere ad capturam, & ad inquirendum, generaliter dixit idem *Farin. ibi num. 70. & ſeq.* ipſum conſulas.

S V M M A R I V M.

1 *Conſanguinei, & affines non poſſunt cogi ad teſtificandum contra conſanguineos, et affines.*

Fallit, quando veritas aliter haberi non poteſt, num. 2.

Fallit, ſecundò in crimine hæreſis, num. 3.

Volentes tamen admittuntur, num. 4.

Si tamen appareat ex proceſſu, illos voluntariè depoſuiſſe, aliàs ſecùs, num. 5.

Quando autem dicantur inuiti depoſuiſſe declaratur, num. 6.

Declara, quod illi non poſſunt cogi, niſi vſque ad quartum gradum excluſiuè, num. 7.

R E S O L V T I O XIX.

Conſanguinei, & affines an poſſint cogi ad teſtificandum contra conſanguineos, & affines.

1 Conſanguinei, & affines non poſſunt cogi ad teſtificandum contra eorum conſanguineos, & affines ad tex. *in l. 4. ff. de teſti.* & tradunt *Menoch. de arbitr. caſu 487. num. 5. Maſc. de prob. concl. 74 num. 1. lib. 1. & concl. 839. nu. 3. lib. 2. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 12. ſub num. 24. Farinac de teſti. quaeſt. 54. num. 13. & 14.* vbi dicit, illos neque compelli poſſe ad deponendum ad illorum fauorem, vt ibi per eum, *& num. 102. & quaeſt. 78. num. 84. Guazz. defen. 14. cap. 18. num. 9.* quamplures alios adducens ita ſentientes, vbi recenſet omnes, qui ad teſtificandum cogi non poſſunt *& Carena de Offic. S. Inquiſ. par 3. tit. 5. n. 15.*

2 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando veritas aliter haberi non poteſt, quia

tunc,

tunc, ne probatio pereat, illos cogi poſſe ad teſtificandum contra eorum affines, & conſanguineos, voluerunt *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 12. num. 24. in fin. Maſc. de prob. concl. 44. nu. 2. lib. 1. & concl. 839. num. 5. et ſeq lib. 2.* alios adducens, ita ſentientes *Farinac. de teſti. d. quæſt. 54. num. 18.* vbi dicit, quòd eſſet durum in practica contra hanc limitationem obtinere, *quæſt. 78. num. 124. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 24. num. 20. in fin. Coſta remed. ſubſid. 70. illat. 2. num. 5. Ambroſ. in proceſ. inform. lib. 1. cap. 3. num. 5. & ſeq.* latè *Guazz. d. defen. 14. cap. 11. nu. 13. & ſeq.* vbi dicit, Iudicem debere ſe abſtinere a cogendo priuilegiatos ad deponendum, & id facere non debere, niſi delictum ſit atrox, & conſulto Principe, & concordat *Carena de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 5. n. 16. Scac. de iudic. lib. 2. cap. 10. num. 90.*

3 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in crimine hæreſis, in quo fauore fidei Catholicæ conſanguinei, & affines, imò fratres, vxor contra virum, & alij priuilegiati examinantur, & ad ſe examinandum coguntur, vt not. *Farinac. de hæreſi quæſt. 188. num. 149. Barboſ. in cap. ſuper eo, 22. num. 11. & in cap. in literis 24. num. 13. de teſti. Scac. de iudic. d. cap. 10. num. 98.* vbi id admittit tantùm in ſubſidium, *Caſtro Palao in opere moral. tom. 2. tract. 4 diſp. 8 punct. 15 num. 6. Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 5. num. 21.* & in fortioribus terminis, conſanguineos, & affines teneri ad denunciandum hæreticos, & de hæreſi ſuſpectos, latè comprobat *Traſmier. de oblig. denunc. quæſt. 8. cap. 3. & 4. per tot.*

4 Limita tertiò d. concluſionem, quod licèt conſanguinei, & affines non poſſint cogi ad deponendum contra ſuos conſanguineos, & affines, volentes autem ad deponendum contra eos admittuntur, vt voluerunt *Bart. in l. lege Iulia 4. de teſti. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 12. num. 24. ver. ſed vlteri dubium &c. & Farinac. de teſti. d. quæſt. 54. num. 16.* vbi dicit, in criminalibus difficile eſſe a d. limitatione recedere, *& quæſt. 78. num. 101.*

5 Declara primò d. ſecundam limitationem, vt d. teſtes voluntariè deponentes ita demùm probent contra conſanguineos, & affines, ſi appareat ex proceſſu, eos voluntariè depoſuiſſe, aliàs ſecùs, cum in dubio præſumatur, quòd inuiti depoſuerint & ſic non probant, vt poſt *Bar. Nell. Bran. et Laurei Teaal.* per eum relatos tradit *Baiar. ad Clar. quæſt. 24. num. 139.* quem ſequitur *Guazz. d. defen. 14. cap. 11. num. 18. & Michal.* loquens de fratre *in tract. de fratre par. 3. cap. 50. num. 12.* vbi declarat, in quibus terminis intelligendum ſit *Gratia. diſcep. foren. cap. 227. num. 2. par. 2* qui contrarium ſentire videtur, cum quibus pertranſit *Faria. de teſti. quæſt. 78. n. 104.* necnon *Calu. de æquit. lib. 2. cap. 158. in fin.*

6 Declara ſecundò d. ſextam limitationem, vt teſtes conſanguinei, & affines dicantur inuiti depoſuiſſe, ſi fuerint citati, & compulſi per Iudicem ad deponendum, ſi allegauerint illorum priuilegium, ſecùs, ſi illud non allegauerint, quia tunc non dicerentur inuiti depoſuiſſe, etiamſi ſint citati per Iudicem, vt declarant *Foller. in pract. in ver. Capiat informationem num. 29. in fin. Baiar. ad Clar. d. quæſt. 24. n. 135. Caball. reſol. crim. caſu 257. num. 8. cent. 3. Farinac. de teſti. d. quæſt. 78. n. 101. & ſeq. & Guazz. d. defen. 14. cap. 11. num. 12.* licèt contrarium tenere videatur *Michal. de fratr. d. par. 3. cap. 50. num. 12.*

7 Declara principalem concluſionem, quòd conſanguinei, & affines cogi non poſſint ad ſe examinandum contra alios conſanguineos, & affines, quod licèt diuerſæ ſint Doct. opiniones vſque ad quem gradum d. conſanguinei, & affines poſſint compelli, aliquibus volentibus, vſque ad duodecimum gradum hoc priuilegium extendi, alijs, vſque ad ſeptimum gradum, alijs verò, vſque ad ſextum gradum, vt videre eſt per *Farinac. de teſti. d. quæſt. 54. num. 19. & ſeq. & Scac. de iudic. lib. 2. cap. 10. nu. 86.* Verior tamen, & magis communis eſt opinio, id extendi vſque ad quartum gradum excluſiuè, & vſque ad tertium gradum incluſiuè, vt poſt *gloſ. Campeg. Duen. Gomez, Nell. Abb. Albert. Crot. & Maſc.* per eum adductos declarat *Farinac. de teſti. quæſt. 54. num. 23. & ſeq.* vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione cum quo pertranſeunt *Guazz. d. defen. 14. cap. 11. num. 9.* qui alios dat concordantes, *& Carena de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 5. num 15.*

A D D I T I O.

N. 5. VBi habetur, quod conſanguinei volentes admittuntur contra conſanguineos, ſi appareat ex proceſſu, illos voluntariè depoſuiſſe, cum aliàs præſumatur illos depoſuiſſe coactos, adde *Sciald. in prax. torq. reor. cap. 14. num. 59.* vbi dat concordantes.

S V M M A R I V M.

1 *Socius itineris non eſt idoneus teſtis ſuper iniuria facta ſocio.*

Cum offendens meum ſocium me offendere videatur, num. 2.

Licèt contrarium teneant aliqui Doct. num. 3.

Amplia, vt eò magis procedat, ſi ex iniuria ſocij etiam ipſe offendi potuerit, num. 4.

Et quando iniuriam factam ſocio ad animum reuocauit, num. 5.

R E S O L V T I O XX.

Socius itineris an ſit idoneus teſtis ſuper iniuria facta ſocio.

1 SOcius itineris non eſt idoneus teſtis, quando deponit ſuper iniuria facta ſocio, cum etiam ipſi facta cenſeatur, & ſic dicatur, deponere in cauſa propria, vt tradunt *Bart. in l. 3. §. ſi tutor ff. de ſuſpect. tutor. Card. Alba. in l. vt vim 3. nu. 28. ff de iuſt. & iur.* & ita conſuluit antiquus Doctor *Arguatinas*, qui fuit filius *Rain. de Forli*, qui dicit, ita vidiſſe ſeruari in pract. quem referendo

ſequitur

ſequitur *Capoll conſ.32. Gram. deciſ.25.nu.2.Thob. Nou.conſ.101.num.11.Vulpell.conſ.12. num 10. & conſ.33.num.2.& ſeq.Campeg. de teſt.reg.101.in 3. fallen.Maſc.de prob.concl.1319.in fin. lib.3.* & latè cõprobaui ego *alleg. foren.84. nu 3.et 4.et ſeq.*vbi dixi,contrariam opinionem nõ eſſe de iure veram.

2 Offendens enim meum ſocium in actu comitationis, vt dixi, me etiam offendere videtur *l.quoniam multa 6.C.ad leg.Iul.de vi publ.* plenè *Euerar.Iunio: conſ.35.num.12.lib.1.* quem refert, & ſequitur *Criſpol. caſu melit.20.num.18. Farinac.de var.ac diuer. crim.quaſt.105.num.286. in fin.* & latius comprobaui ego *d. allegat.84.num.4.& ſeq.*& ideò nil mirùm, ſi vti deponens in cauſa propria,& vti inimicus præſumptus offendentis repellatur à teſtificando, vt argumentantur *Doctores ſupra adducti.*

3 Licèt contrarium, imò ſocium eſſe teſtem idoneum, dum deponit ſuper iniuria facta ſocio, voluerint *Bald in l.quoniam liberi 10. ſub n.4.& Salic. num.8.C.de teſti.* quos referendo ſequitur *Farinac.de teſti. quaſt.60.num.402.*vbi hanc opinionem dicit veriorem, *& Vulpell.* ſibi contrarius *conſ. 87. in prin.Paſcal.de patr poteſt.par.1.cap.10.num.36.Carena de Offic.S.Inquiſ.par.3.tit.5.nu.61.& Vermigl. conſ.42.num.5.& conſ.146.num.2.*

4 Amplia primò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando ex iniuria facta ſocio itineris, etiam ipſe ſocius lædi potuit, prout euenire poteſt in iactu lapidis,vel in exoneratione archibuſij,quia tunc ſocium non eſſe teſtem idoneum, voluerunt *Rim.Iun.conſ.524.n.23.lib.5.& Vermig.conſ.42.n.5.*

5 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando ſocius iniuriam factam ſocio ad animum reuocauit, quod ex ſignis, & coniecturis dignoſcitur, quia tunc, vti mere deponens in cauſa propria nihil probat, tradunt *Bald. & Salic.in d.l.quoniam liberi 10.C.de teſt. Gram. d. deciſ.25.num.2.Rim.Iun.d.conſ.524.num.23. Farin. de teſt.d.quaſt.60.num.403. Caren.de Offic.S.Inquiſ. d.par.3.tit.5.num.61.& Vermigl. d. conſ.42.num.5. & conſ.146. num. 2.*

S V M M A R I V M.

1 *Iudæus teſtis eſſe non poteſt contra Chriſtianum.*

Quod procedit etiam in Iudæo nuncter ad fidem conuerſo, num. 2.

Fallit tamen concluſio in criminibus exceptis, num. 3.

Et quando Iudæus examinatur contra alium Iudæum, num. 4.

Et quando veritas aliter haberi non poteſt, n.5.

R E S O L V T I O XXI.

Iudæus an poſſit eſſe teſtis contra Chriſtianum.

1 IVdæus teſtis eſſe non poteſt contra Chriſtianum *cap.non poteſt cap.pagani 2.quaſt.7. l.quoniam 8.C. de hæret.* & tradunt *Afflic.deciſ.214.& ibi Vrſell.per tot. Maſc. de probat. concl. 944. in princ. & conſ.857. num.11. lib. 2.* latè *Marquar. de iuda. par.2 cap 5. num.9. & ſeq.* plenè *Farinac. de teſti. quaſt.56.num.205.& ſeq.& conſ. 181.nu.16. lib.2. Surd.conſ.19.num.17.lib.1.Carena de Offic. S.Inquiſ. par.3 tit 5.num.25.* vbi alios adducunt concordantes, & dicunt hanc concluſionem habere locum etiam in hæretico, & infideli, vt ibi per eos, & *Cutiat. contra.486.num.17.* vbi extendit hanc concluſionem, vt habeat locum, etiamſi Iudæus ſit inductus ab alio Chriſtiano.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum, etiam in Iudæo, vel infideli nouiter ad fidem Chriſtianam conuerſo, cum adhuc dicatur ſuſpectus, ſecùs ſi ſit conuerſus de longinquo, vt voluerunt *Maſcar. de probat. d. concl.944.num. 3. & ſeq. Viui. in ſuis communi in ver. Teſtis eſſe non poteſt Chriſtianus ver. amplia hoc &c. & Farinac. de teſti. d. quaſt. 56. num.208. & ſeq.* vbi hanc ampliationem benè comprobat, & contrarijs reſpondet.

3 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in criminibus exceptis, quia in illis ob criminis grauitatem Iudæos, & alios infideles in teſtes admitti ſcripſerunt *Vrſell. ad Afflict. d. deciſ. 214.in fin.Maſc.de probat.concl.462.num.16. lib.1. & conſ 944.num.9.lib.2. Marquar.de iuda. parc. 2. cap. 5. ſub num. 16. Farinac. de teſti. dict. quaſt. 56. num. 227.* vbi alios adducit ita ſentientes, & dicit, hanc limitationem eſſe veriſſimam, & contrarijs reſpondet ſaltem quoad præſumptionẽ faciendam, *& in tract.de hæreſi quaſt.188.nu.111.* quicquid contrarium tenuerit *conſ. 181. num.16. lib.1.* cum quibus pertranſit *Caren.de Offic.S.Inquiſ. d.par.3.tit.5. num.26.* qui alios pariter refert concordantes, & dicit in d.caſu, iudæum iurare debere ſecundùm leges ſuas, vt ibi per eum, & ſentit etiam *P.Graſſet.de nece prodit.§.29.num.269.*

4 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando iudæus producitur contra alium iudæum, vel infidelem, quia tunc in teſte admittitur, etiamſi producatur à Chriſtiano *d. l.quoniam 11.C.de hæret.Felin.in cap. Iudæi 21.ſub num.2. de teſti.Campeg.de teſt i.reg.46.in 1. & 2.fallen.Marquar.de iuda.par.2.cap.5. num.14. Maſc.de probat. concl.857. num. 11 & concl.944.num.12.lib.2.Farinac.de teſti d.quaſt.56.nu.216.* vbi alios dat concordantes more ſuo, & facit vulgatum illud *Nihil Iudæus Iudæo, & nihil Cathilina Cetego.*

5 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando veritas aliter haberi non poteſt, quia tunc iudæum admitti ad teſtificandum voluerunt *Marquar. de iuda. d. part. 2. cap. 5. num. 11. Cephal. conſ.227. num. 30. lib. 2. & Farinac. de teſti. d.quaſt.56.num.231.& ſeq.* vbi dicit quod licèt iudæus non admittitur ad teſtificandum, admiſſus tamen ſemper facit tale, quale indicium, vt ibi per eum, *& P. Graſſet, de nece prodit. dict. §. 29. num. 169.*

ADDI-

ADDITIO.

N.5. VBi habetur, quod Iudæus admittitur in teſtē cōtra Chriſtianum in ſubſidium adde *Seraph. de priuil. iuram. priuil. 123. num. 4.* vbi alios refert caſus, in quibus Iudæus poteſt eſſe teſtis contra Chriſtianum, quos videas ibi per eum, & per *Marquar. de Iudæis par. 2. cap. 5. per tot.* Poteſt autem Iudæus eſſe teſtis in contractibus, & in vltimis voluntatibus, vt probat *Marquar. de Iudæ. in dict. cap. 5. num. 16.*

SVMMARIVM.

1 *Birruarij, vti infames omninò repellantur à teſtificando.*

RESOLVTIO XXII.

Birruarij vel infames an repellantur a teſtificando.

1 BIrruarij, cum apud omnes infames communiter reputentur, omninò in criminalibus repellantur à teſtificando, vt tradunt *Maſc. de prob. concl. 189. in princ. lib. 1. & concl. 1365. n. 6. lib. 3. Farin. de teſti q. 56. n. 371. & ſeq. & conſ. 39 n. 2. et ſeq. lib. 1. & conſ. 116. in prin. & conſ. 120. n. 1. & conſ. 193. n. 34. lib. 2. Caball. reſol. crim. caſu 127. in princ. cent. 2. Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 5. num. 31. Vermigl. conſ. 31. num. 11. Rota deciſ. 138. num. 4. poſt ſec. vol. conſ. Farinac. & dixi ego allegat. foren. 93. nu. 25.* & ſcripſi latè ſupra in ver. *Birruarius Reſolut. 5. per tot.* quæ iterum hic inutiliter referre non debent.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis pauper in criminalibus repellitur à teſtificando.*

Cum ex paupertate oriatur, in teſte præſumptio corruptionis, num. 2.

Licèt contrarium tenuerint aliqui Doct. nu. 3.

Amplia, ſi pauper inciderit in paupertatem ex culpa ſua, num. 4.

Et quando pauper patitur alium defectum, n. 5.

Et ſi ſit pauper, & vilis, num. 6.

Fallit concluſio in paupere, qui ſit honeſtæ vitæ, num. 7.

Quod tamen non præſumitur, ſed eſt probandum, num. 8.

Fides tamen pauperis ſuppletur ex fide alterius teſtis, vel ex numero, num. 9.

Et teſtis pauper admittitur ad defenſã rei, n. 10.

RESOLVTIO XXIII.

Teſtis pauper an ſit criminalibus repellantur a teſtificando.

1 TEſtis pauper in criminalibus, non ſolùm non eſt idoneus teſtis, ſed etiam repellitur à teſtificado arg. *l. nonnulli 10. ff. de accuſ.* & tradunt *Rol. a conſ. 63. n. 34. lib. 2.* vbi teſtatur de comm. opinione, *Gabr. com. concl. de teſt. concl. 18. n. 5. Clar. in pract. § fin. quæſt. 24. ver. quarò etiam &c. Maſcar. de prob. concl. 1155. num. 11. et concl. 1358. num. 37. lib. 3.* latè *Farinac. de teſti. quæſt. 57. num. 16. et ſeq.* vbi alios dat concordantes quamplures, & hanc concluſionem benè comprobat, & dicit, quod ab illa in iudicando non auderet recedere, vti veriori, & magis communiter recepta, & contrarijs reſpondet, *& num. 99.* dicit, in hoc nullum intrare Iudicis arbitrium, quicquid ſit in ciuilibus, vt ibi per eum, *& conſ. 98. num. 9. lib. 1.* addo *Menoch. de arbitr. caſu 65 num. 12. & Vulpell. conſ. 26. num. 3.* & teſtem pauperem non eſſe teſtem idoneum, nec omni exceptione maiorem probaui ego *allegat. foren. 98. num. 21.*

2 Ex paupertate enim in teſte oritur præſumptio mendacii, & corruptionis *l. 3. & ibi gloſ. ff de teſti.* eadem *gloſ. in cap. teſtes §. teſtium fides 4. quæſt. 3.* quæ allegat dictum Salomonis dicentis *Paupertatem ne dederis mihi, ne pauper periurem nomen Domini* cum aliis relatis per *Farinac. d. quæſt. 57. nu. 8.* vndè apud Spartiatas in adagio erat *Neminem pauperem bonum eſſe,* vt refert *Calm. ac aquit. lib. 2. cap. 101. num. 20.*

3 Quicquid contrarium, ob ſolam paupertatem nihil diminui de fide teſtis, voluerint *Addon. ad Crot. de teſt. part. 1. litera C. Adden. ad Bertaz conſ. 210. num. 7. litera B. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 24. ver quæro nunquid cū quibus pertranſit Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 5. nu. 68.* qui alios adducit, contra quos adeſt verior, & magis communis opinio, de qua ſupra.

4 Amplia primò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum in paupere, qui in paupertatem incidit culpa, & facto ſuo, quia is omninò repellitur a teſtificando, cum vti vitioſus in ſe, eò magis præſumatur vitioſus in aliis, vt not. *Menoch. de arb. caſu 96. num. 10. Maſcar. de prob. concl. 1155. nu. 22. lib. 3. Adden. ad Bertaz. d. conſ. 210. num. 7. litera B. & Farinac. de teſt. d. quæſt. 57. num. 45.* vbi alios adducit, ita ſentientes, & teſtatur de communi Doctorum opinione.

5 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum quando teſtis, vltrà paupertatem, patitur aliquem alium defectum, etiam per ſe non ſufficientem ad repellendum teſtem à teſtificando, quia tunc omninò reijcitur ex regula, quòd vna ſuſpicio non operatur, pluras vnitæ benè operantur, vt de teſte paupere, & famulo, de paupere, & affine, de teſte paupere, & ſubdito tradunt *Cravet. conſ 249. num. 11. et ſeq. Oſaſc. conſ 66. num 22. Bertaz. conſ. 170. num. 23 lib. 1. Menoch. de arbitr. d. caſu 96. nu. 7. & 8. Farinac. de teſti. d. quæſt. 57. n. 46.* vbi alios adducit, ita ſentientes, & teſtatur de communi opinione, *Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 5. num. 68. Vermigl. conſ. 131. num. 10.* & dixi ego *alleg. foren. 88. num. 14. & allegat. 93. num. 40.*

6 Subamplia d. ſecundam ampliationem illatiuè, vt pauper, & vilis omninò à teſtificando repellatur, vt docent *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 12. num. 19.*

lib.2.præſump.53.nu.2. Michalo de fratr.d.par.3.cap.51.num.3. & dixi ego *allegat.foren.85.nu.6.* & *allegat.94.num.17.* teſtis pro fratre examinatus diceretur deponere in cauſa propria contra tex. *in l. nullus 10.ff de teſt.* & *in l.omnibus 9.C.eod.tit.* & dixi latiùs ſupra *Reſolut.2.num.2.* & aduertit *Michal. d.cap.51.num.7.* & obſtat etiam ratio præſumptæ affectionis, de qua *in d.cap.conſanguinei 3.quæſt.5.* & benè comprobat, *Michal.dict.cap.51.num.2.3.* & *ſequen.*

3 Amplia ergò d. concluſionem, quòd, ſi frater de facto ſit in cauſa criminali examinatus pro fratre contra tertium, nullam faciat probationem, nec indicium contra eum, vt voluerunt *Boſſ.in pract.in tit.de oppoſ.contra teſtes num.110. Farinac.de teſti. quæſt.54.num.91.* & *num.135.* vbi dicit, quod iſta eſt veritas, & *Michal. de fratr.dict.par.3.cap.51. num.10.*

4 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando veritas aliter haberi non poteſt, quia tunc frater pro fratre admittitur in teſtem, vt not. *Felin.in cap.litteras.14.ſub nu.9.in 5. limit. de præſump. Gabr.comm.concl.de teſt.concl.14.nu.19. Farinac.de teſti.quæſt.54.num.132. Caren.de Offic.S.Inquiſ.par.3.tit.5.nu.15. Michal.de fratr.d.par.3.cap.51.num.12. Ciriac.d.contr.250.num.25. P.Graſſett. de nece prodit.§.29.num.270.*

5 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando frater teſtimonium diceret inter duos fratres, quia tunc, cum paritas conſanguinitatis auferat ſuſpicionem, frater in teſtem admittitur, vt voluerunt *Felin. in cap. cum oporteat 19. num.3.de accuſa.* & *in d.cap.litteras 14.num.13.de præſump. Crot.de teſti.par.4.num.119. Duen.reg.353. in 5.limit. Gabr.comm.concl.de teſt. concl.14. nu. 29.* & *Farinac.de teſti.d.quæſt.54.num.116.* vbi dicit, hanc limitationem eſſe veriſſimam, & communiter receptam per Doctores.

6 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando frater producitur in teſtem ad defenſionem fratris, quia tunc admittitur ad illius innocentiam probandam, vt tradunt *Felin.in d.cap. cum oporteat 19.num.3.de accuſa.* & *in d.cap. litteras 14.num.15.de præſump. Alex.conſ 5. num.8.lib.1.* & *conſ.212.n.9.* & *conſ.34.n.30.lib.2.* & *conſ.4.n.10.lib.6. Boſſi. in pract.in d.tit.de oppoſit.cōtra teſtes n.65.* & *nu.110.in fin. Gabr.comm.concl.de teſti. concl.14.num.10.* & *in tit.de maleſ.concl.22.in prin.* vbi teſtatur de communi opinione, *Ceph.conſ.14. nu.8.* & *ſeq.lib.1. Menoch.de arbitrat.caſu 104.num. 6. Maſcar.de prob.concl.491.nu.5.lib.1.* & *concl.857. num.27.* & *concl.904.num.5. lib.2.* vbi hanc dicit magis communem Doctorum opinionem, cum quibus pertranſeunt, *Farinac.conſ.172.num.19.lib.2.* & *de teſt.d.quæſt.54.num.117.* & *ſeq.* quamplures adducens concordantes, & dicens, prædicta procedere, etiamſi frater inſimul habitet cum altero fratre, licèt non ſit in d. caſu omni exceptione maior, vt ibi per eum, & idem ſcripſit *Guazzin.defen 29.cap.3.num.5.* & *6.* vbi aliquas dat limitationes, & ampliationem, quas vide per eum.

Ciriac.contr.150.num.32. Carena de Offic.S.Inquiſi. par.3.tit.5.num.28.in fin. Michal.de fratr.dict.par.3. cap.51.num.13. & *P. Graſſete.de nece prodit.§. 24. ſub num. 12.*

7 Licet contrarium, imò fratrem non admitti in teſtem pro defenſione fratris, teneperint Doctores quamplures, quos referunt *Gabr.de maleſ. d.concl. 22.ſub num.1.* & *Maſcar.de prob.d.concl. 904.nu.5.* cum quibus pertranſit, *Fachin.contr.iur.lib.9. cap. 83.per tot.*

8 Concorda d. contrarias opiniones diſtinguendo, quia aut agitur de ſola defenſione fratris, ita vt illius dictum nemini alij noceat, quam fiſco, & tunc procedit prima opinio, aut agitur etiam de offenſione, & præiudicio tertij, puta accuſatoris, qui in cauſa habet intereſſe, & tunc procedit ſecunda opinio, vt voluerunt *Bald.in d.l. parentes 5. C.de teſt. Menoch.de arbitr.caſu.104.nu.6.* vbi dicit, hoc maxime procedere, ſi agatur de delicto commiſſo in domo, *Farinac.de teſt.d.quæſt.54.num.121.* alios adducens concordantes, *Michal.de fratr.d.par.3. cap.51.num.14.* & non diſſentit, *Guazzin.d.defen. 29.cap.3.num.5.* & *6.* & declarat *P. Graſſet.de nece prodit.d.§.34 ſub num.12.*

9 Limita quintò d. concluſionem, vt non habeat locum in fratre, qui examinatur pro Curia contra fratrem, qui ſi aliquid deponat contra Curiam, & fiſcum ad fauorem fratris, vti ab eis productus probat contra eos, vt tradunt *Bal.* & *Salic. in l. parentes 5. C. de teſti, Adden. ad Crot. de teſti.par.4.poſt num.81. littera DD.* & *Farinac.de teſt. d.quæſt.54.num.126.* & *127.*

10 Sublimita omnes ſupradictas limitationes, vt non habeant locum, quando fratres ſimul habitarent, vel ſtarent in communione, vel ſtarent ambo ſub patria poteſtate, quia tunc fratrem non admitti ad fauorem fratris, cum tunc concurrat duplex defectus affectionis, & domeſticitatis, etiam in caſibus, in quibus alias admitteretur, latè proſequitur, *Farinac.de teſt.d.quæſt.54.num.139.* & *ſeq.* vbi plures dat concordantes, & dicit, hoc non habere locum in fratre ſe examinante ad defenſam, & plurimum defert Iudicis arbitrio, vt ibi per eum.

ADDITIO.

N.6. VBi habetur, quod frater admittitur ad defenſionem fratris adde *Farin.conſ. 212.num. 13.* & *conſ.213. num.4. lib.2.* vbi dicit illum admitti etiam ad defenſionem patrui, vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Frater cogi non poteſt in criminalibus ad deponendum contra fratrem.*

Amplia, vt frater neque torqueri poſſit contra fratrem, num.2.

Fallit concluſio in criminibus exceptis, num.3.

Et quando veritas aliter haberi non poteſt, numer.4.

Et poteſt

Et poteſt compelli ab ipſo fratre, num 5.

Et ſi frater conſentiat, examinari contra fratrem, num.6.

Declara, vt num.7.

Et quando frater conſentit, quod frater contra eum deponat, num.8.

RESOLVTIO V.

Frater an cogi poſſit in criminalibus ad deponendum contra fratrem.

1 FRater cogi non poteſt in criminalibus ad ſe examinandum contra fratrem *l.lege Iulia 4 ff.de teſt.cap.ſi teſtes §.lege Iulia 4.quaſt.3.* & tradunt *Clar.in pract.§.fin.quaſt.24 ver ſcias tamen &c. Boſſi.in pract.in tit.de oppoſ.contra teſt.ſub n.109.*latè *Farinac.de teſt.quaſt. 54.num.94 Guazzin.defen.14 cap 11.ſub nu. 9. Caball.reſol.crim.caſu 289.num.11.cent.3. Carena de Offic.S.Inquiſ.par.3.tit.5.num.15.* vbi hoc extendit vſque ad quartum gradum, *Michal.de fratr.par.3. cap.50.num.1.& ſeq.* vbi dicit, hoc eſſe certum, & habere locum etiam in fratre conſobrino, vt ibi per eum, *Scacc. de iudic.lib.2.cap. 10.numer.79. & ſeq.*

Indecens enim, & inconueniens videtur, quòd frater contra fratrem, quem diligere præſumitur, cogatur teſtificari, eique nocere, imò ſibi ipſi quodammodo damnum inferre, cum frater dicatur ferè alter, vt conſiderant *Doct.in d.l.lege Iulia 4.ff.de teſti.& Michal.or.de fratr.d.par.3.cap.50 num 6.& ſeq.* vbi conſiderat etiam periculum,ne frater committat periurium, vt ibi per eum, *Scacc. d. cap. 10 num.73. & ſeq.*

2 Ampliа primò d.concluſionem adeò eſſe veram, vt frater neque torqueri poſſit contra fratrem, vt puta, ſi eſſet conuictus de mendacio, vel aliter, ad tex. *in l.1.§.ſi ferunt verum nec quidem, & ibi glo. Bar. & Albert.ff.de teſti.Foller.in pract.in ver.capiat informationem ſub n.38.Bran.de iudic.& tortu.par.1. quaſt.4.num.9 Farinac.de teſti.quaſt.79.num.48. & Michal.de fratr.d.par.3 cap.50.num.15.*

3 Limita primò d.concluſionem, vt non habeat locum in criminibus exceptis, puta læſæ Maieſtatis Diuinæ, vel humanæ, & alijs, in quibus ob criminis immanitatem multa inducta ſunt ſpecialia, & ideò in eis frater cogitur ad ſe examinandum contra fratrem *cap. littera 14. & ibi not. Canoniſtæ de præſump.* & tradunt *Maſcar. de prob.concl.462.nu. 8.lib.1.& concl 857.nu.16 lib 2.Scacc de iudi.lib.2. cap.10.n.98.*vbi hoc admittit in ſubſidium tantum, *Farin.de teſti.d.quaſt.54.nu 111.& in tract.de hæreſ.quaſt.188.num 48.Caren.de Offic.S.Inquiſ.par.3. tit.5.num.21.* vbi quamplures dat concordantes, & dicit in d.caſu illum non haberi pro teſte integro *Michal.de fratr.d.par.3.cap.50.nu.19.*& fratrem teneri denũciare fratrem hæreticum tradit *Traſſmic. de oblig.denunc.quaſt 8.cap.3.per tot.*

4 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum,quando veritas aliter haberi nõ poteſt, quia tunc ne pereat probatio, fratrem cogi poſſe ad ſe examinandum contra fratrem, voluerunt *Duen. reg.384.in 1 limit.Clar.in pract. § fin.quaſt.24.ver. ſcias tamen &c.& ibi Baiar.num 137.& ſeq.Farin. de teſti.d.quaſt.54.num.103.& conſ.29.num.8.lib.1. Carin.inter conſ.Farin.conſ 185.n.58.lib. 2.* vbi dicit hoc non eſſe faciendum, niſi in caſu ſummæ neceſſitatis, *Guazz d defen.14 cap.11.nu 13.* alios adducens concordantes, *Ambroſ.in proc.inform.lib.1. cap.3.num.5.& ſeq.Scacc.d.lib.2.cap.10.nu.90. Michal de fratr.d.par. 3.cap 50.num 21.& Caren.de Offic S.Inquiſ.par.3.tit.5.num.16.* volentes, in hoc Iudicem eſſe debere multum circumſpectum, & id facere non debet, niſi delictum ſit graue, & conſulto Principe, vt ibi per eos.

5 Limita tertiò d.concluſionem, quod licèt frater non poſſit compelli ad ſe examinandum cõtra fratrem ob extraneo, poteſt tamen compelli ab ipſo fratre cum priuilegium conceſſum ad fauorem fratris ceſſet ipſo volente, vt voluerunt *Crot. de teſti. par.5.nu.196.* vbi dicit, ita teneri communiter per Doctores, *Duen.reg.384.in 3.limitatione*, cum quibus pertranſit *Farinac.* præcipuè in caſu,quo frater admittitur ad teſtificandum pro fratre, *de teſti.in d.quaſt.54 nu 101.* vbi reſpondet Doctoribus contrarium tenentibus, & ſequitur *Michal.de fratr.d. par.3.cap.50.num.6. & ſeq.*

6 Limita quartò d. concluſionem, vt habeat locum in fratre inuito, ſecùs autem in volente,quia volens poteſt ferre teſtimonium contra fratrem *Felin.in cap.cum oporteat 19 ſub nu.3.de accuſat Gabr.com. concl.de teſti.concl. 14.num 8.in ſecundo.num.31.Farin. de teſti.d. quaſt.54.num.105.& ſeq.* vbi teſtatur, hanc limitationem eſſe communiter receptam per Doctores, & illam eſſe veriorem cum diſtinctione tamen *Alber.de Malet. de teſti.cap.6.nu.8.Michal. de fratr.d.par.3.cap.50.nu 8.& 9.* qui pariter hanc opinionem dicit veriorem contra *Campeg. & Alberi.de Malet.* in locis per eum ibi relatis, & *Calui. de aquit.lib.2.cap.158.in fin.*

7 Declara d.limitationes, vt habeant locum, quando frater compulſus, ſeù citatus contra fratrem deponit, ſecùs tamen eſt ſi ipſe ſponte, & vltrò ſe offerat, quia tunc redditur ſuſpectus, & non probat, vt declarant *Farinac.de teſti.d.quaſt.54.n.107* vbi quamplures dat concordantes, & *Michal.de fratr. d.par 3.cap. 50.nu.9.* Quando verò frater, ſeù conſanguineus dicatur voluntariè, ſeù compulſus contra fratrem, ſeù conſanguineum depoſuiſſe, vide infrà *Reſolut.19.num.1.et ſeq.*

8 Limita quintò d.concluſionem, vt non habeat locum quãdo frater, contra quem frater debet deponere ad id conſentiret, quia tunc admitteretur ad teſtificandum, vt ſcripſerunt *Duen. reg. 383.in vlt. fallen.Farin.de teſti.d. quaſt 54 num.108 et ſeq. et Michal de fratr. dict.part.3 cap. 50.numer. 20.* vbi teſtatur, hanc eſſe communem Doctorum opinionem.

ADDI-

ADDITIO.

N.2. VBi habetur, quod frater non poteſt torqueri contra fratrem adde *Scialo. in prax. torq. reos. cap. 14. n. 59.* vbi dat concordantes, & dicit fratrem poſſe eſſe teſtem contra fratrem ſi vult, vt habetur etiam *hic num. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Vxor pro marito, & maritus pro vxore non poſſunt vnus pro altero teſtimonium dicere.*
Quod procedit etiã in concubina, et amaſia, n. 2.
Fallit in delictis difficilis probationis, nu. 3.
Item Fallit, quando inducuntur ad defenſam alterius ex eis, num. 4.

RESOLVTIO VI.

Vxor pro marito, & maritus pro vxore an poſſit vt vnus pro altero teſtificari.

1 VXor pro marito, & è contra maritus pro vxore propter magnam affectionem, quæ inter eos intercedit, ita vt dicantur duo in carne vna, non poſſunt vnus pro altero teſtimonium dicere *l. etiam, 2. & ibi glo. Clu. & alij ſcribentes C. de teſti.* & tradunt *Gramat. deciſ. 45. num. 13. & deciſ. 73 nu. 19.* vbi teſtatur de communi opinione, *Gabr. com. concl. de teſti. concl. 16. num. 1. & ſeq. Maſc. de prob. concl. 1420. nu. 1. & ſeq. lib. 3. Farinac. de teſti. quæſt. 54. num. 210. & ſeq. & Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit 5. num. 17.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum non ſolùm in vxore, & viro, ſed etiam in concubina, & amaſia, & è contra qui ratione affectionis, & domeſticitatis, & eum prædicti omne fas, & nephas pro altero committerent, ideò non admittuntur inuicem ad teſtificandum, vt not. *Gabr. commu. concl. de teſt. concl. 11. nu. 3. Maſc. de prob. concl. 65. num. 7. & concl. 86. nu. 17. & ſeq. & concl. 533. num. 8. lib. 1. & concl. 1356. n. 24. & concl. 1420. n. 5. lib. 3.* & benè probant *Farin. de teſt. d. quæſt. 54. nu. 216. & 217.* alios referens ita ſentientes quamplures, *& Caren. de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3 tit 5. num. 19.*

3 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in factis, & delictis difficilis probationis, & in quibus veriſimiliter ſciunt veritatem magis coniuges, quam alij, quia tunc illos admitti in teſtes voluerunt *Iaſ. in l. ſed et ſi quiſ 4. nu. 4. ff. ſi quiſ. cautio. Gabr. commu. concl. de teſti. concl. 16. num. 17. Maſc. de prob. d. concl. 1420. num. 13. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 24. num. 20. in fin. Farinac. de teſti. d. quæſt. 54. num. 227. Ambroſ. in proc. inform. lib. 1. cap. 3. nu. 5. & ſeq.* latè *Guazz. defen. 14. cap. 11. num. 13.* conſulto tamen Principe, vt dixi infrà in *Reſolut. 7. nu. 2. & in Reſol. præced. in 2. limit. in fin.*

4 Limita ſecundò d. concluſionem, vt nõ habeat locum, quando agitur ad defenſam coniugis, quia tũc illos admitti in teſtem, tradunt *Iaſ. in d. l. ſed et ſi quiſ. 4. nu. 5 ff. ſi quis cautio. Gabr. comm. concl. de teſt. d. concl. 16. nu. 8. Maſc. de prob. d. concl. 1420. n. 14. et Bertaz. conſ. 33. n. 23. lib. 1.* quos refert, & ſequitur *Farin. de teſti. d. quæſt. 54. num. 228. & conſ. 172. nu. 19. lib. 2.* & admittit etiam *Vulpell. conſ 99. nu. 14. et 15.* vbi dicit, hoc eo magis procedere, ſi vxor fuiſſet examinata per fiſcum, vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Vxor cogi non poteſt ad teſtificandum contra virum.*
Fallit, quando veritas aliter haberi non poteſt. num. 2.
Et in cauſa hæreſis, num. 3.
Fallit etiam in viro, qui cogi poteſt ad deponendum contra vxorem, num. 4.

RESOLVTIO VII.

Vxor an poſſit cogi ad teſtificandum contra virum.

1 VXor propter reuerentiam, quam debet viro, & cum ſit vna caro cum ipſo, non poteſt cogi ad teſtificandum contra virum, vt tradunt *Gigan. de crim. læſæ maieſt. lib. 2. in tit. quis accuſ. poſſ. quæſt. 15. nu. 2.* vbi dicit, vxorem cogi non poſſe ad teſtificandum contra virum, etiam viro conſentiente, *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. tit. 12. num. 24. ver. quod eſt verum &c.* vbi teſtatur de communi opinione, *Maſc. de prob. concl. 1420. num. 12. lib. 3. Farinac. de teſti. quæſt. 54. num. 219. & conſ. 19. nu. 13. lib. 1.* vbi dicit, hoc procedere, etiamſi eſſet examinata cum tortura, & ibi *Adden. litera O. Marcell. Farin. Pater. Proſp. Farin. inter eius conſil. conſ. 20. nu 7. lib. 1. Guazz. defen. 14. cap. 11. n. 9. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 10. n. 70 et pluribus ſeq. et Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 5. n. 17.*

2 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando veritas aliter haberi non poteſt, quia tunc vxor cogitur ad ſe examinandum contra virum *Scacc. d. lib 2. cap. 10. num. 91.* vbi dat concordantes, & poſt *Alber. de Malet. de teſti. cap. 6. nu. 31. & Cran de antiq. tempo. par. 1. Sect. Viſo de fama &c. n. 17.* per eum relatos tradit *Farinac. de teſti. qu. 54. num. 221.* dummodo delictum ſit graue, & conſulto Principe, vt ſentit *Caren. de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit 5. num. 16.* & dixi ſupra in materia Parentum, & fratrum *in Reſol. præceden.* & dicam infra in materia teſtium conſanguineorum *Reſol. 10 num. . .*

3 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in cauſa hæreſis, in qua fauore fidei vxor cogitur ad deponendum contra virum, vt not. *Maſc. de prob. concl. 857. nu. 12. lib. 2. Farin. de teſti. d. quæſt. 54. num. 222. & in tract. de hæreſi quæſt. 188 nu. 148. Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 5. nu. 21. & ſeq.* vbi dicit generaliter, teſtem, qui aliter cogi non poterat ad teſtificãdum, examinatũ fauore fidei, non eſſe teſtem integrum, & omni exceptione maiorem, vt ibi per eum, & tam vxorem, quàm virum tene-

ri ad

ri ad denunciandum alterum hæreticum tuetur contra alios contrarium tenentes, *Traumier. de oblig. denunc. quæſt. 8. cap. 3. num. 2. ver. contrarium tamen. &c.* vbi alios dat concordantes, & dicit, ita eſſe tenendum.

4 Limita tertiò d. concluſionem, vt habeat locum in vxore, non autem in viro, qui poteſt cogi ad deponendum contra vxorem, cum in viro videatur, ceſſare ratio periculi, quæ adeſt in vxore deponente contra virum, vt tradunt *Cappel. Tholoſ. deciſ. 3. & deciſ. 123. Crane. de antiq. temp. d. ſect. Viſo de fama n. 15. ver. licèt ſecùs &c.* cũ quibus eos referendo pertranſit *Farinac. de teſt. d. quæſt. 54. nu. 120.* & maximè in ſubſidium loquitur, *Scace. de iudic. lib. 2. cap. 10. num. 91.*

A D D I T I O.

N. 1. VBi habetur, quod vxor non poteſt cogi ad deponendum contra virum adde *Scialo. in prax. torq. reos. cap. 14. n. 59.* vbi dat concordantes.

S V M M A R I V M.

1 *Spurij vti infames non admittuntur ad teſtificandum in criminalibus, in quibus requiruntur, teſtes omni exceptione maiores.*
Quod procedit etiam in ſpurio legitimato, n. 2.
Contrarium tenent plures Doctores, num. 3.
Et in naturali nato ex ſoluto, & ſoluta, nu. 4.
Fallit in ſpurio nobili, & magnæ conditionis, nu. 5.
Et in ſpurio optimæ conditionis, & famæ, n. 6.
Et quando veritas aliter haberi non poteſt. n. 7.

R E S O L V T I O VIII.

Spurij an admittuntur in criminalibus ad teſtificandum.

1 SPurij, vti infames infamia facti in criminalibus, in quibus requiruntur teſtes omni exceptione maiores ad teſtificandum, non admittuntur, cum non ſint tales, quicquid ſit in ciuilibus, vt tradunt, *Plot. de in litem iura. §. 50. num. 12. Crot. de teſt. par. 4. num. 165. Maſcar. de prob. concluſ. 1356. num. 31. lib. 3. Farinac. de teſt. quæſt. 56. nu. 400. Card. Paleott. de not. & ſpur. cap. 55. nu. 4. & Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 5. num. 40.* quibus addo, *Card. Tuſc. pract. concl. litera S. concl. 415. nu. 5.* qui alios dat concordantes.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in ſpurio legitimato, qui adhuc remanet infamis infamia facti, vt not. *Marſil. ſingul. 273. ver. ego autem &c. Plot. de in litem iur. d. §. 50. ſub num. 12. Natt. conſ. 621. num. 7. par. 4. & Farinac. de teſti. d. quæſt. 56. num. 405. et ſeq.*

3 Contrariam tamen opinionem, quod imò ſpurius legitimatus in nihilo differat à legitimo, cum in eo ceſſet omnis macula, & ſic ceſſante infamia dicatur teſtis idoneus, nec repellatur à teſtificando, tenuerunt *Mareſcot. var. reſol. lib. 3. cap. 20. n. 2. Peregr. de fideic. art. 23. num. 26. & ſeq. Card. Mant. de coniect. lib. 11. tit. 10. num. 9. & 10.* plenè *Cyriac. contr. 207. num. 45. & ſeq. & contr. 208. nu. 1. & ſeq.* & benè comprobat, *Andreol. contr. 150. nu. 14. & 15* vbi alios dat concordantes, *Giouagn. conſ. 21. n. 1. & ſeq. & præcipuè num. 82. lib. 1.* latè *Lucido. de intellegit. Cleri & Regul. cap. 25. num. 1.* vbi quamplures dat concordantes, *Rot. deciſ. 600. num. 1. par. 3. rec. & 100. num. 5. & deciſ. 319. num. 19. par. 5. recen.* & apud *Merli deciſ. 882. num. 6. & ſeq. tom. 2.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum, non ſolùm in ſpurio, inceſtuoſo, & nato ex illicito coitu, ſed etiam in naturali, & nato ex ſoluto, & ſoluta ſaltem de iure canonico, cuius vigore concubinatus eſt prohibitus, vt voluerunt, *Plot. de in litem iura. d. § 50. num. 12. & Farinacc. de teſt. d. quæſt. 56. num. 407. & ſeq.*

5 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in ſpurio nobili, & magnæ conditionis, nam ille dicitur integer teſtis, vt tradunt *Marſil. d. ſingul. 273. ver. limito etiam prædicta &c & Plot. de in litem iura. d. §. 50. ſub num. 12.* quos refert, & ſequitur, *Farinac. de teſt. d. quæſt. 56. num. 412.* cum quibus pertranſit etiam, *Caren. de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 5. num. 40.*

6 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in ſpurio optimè vitæ, & famæ, quia cum illa ſupplere dicatur ſpurietatis defectum, ideò ille non repellitur à teſtificando, vt voluerunt *Marſill. d. ſingul. 273. d. ver. limito tamen &c. Plot. de in litem iura. d. § 50. ſub num. 12. Farinac. de teſt. d. quæſt. 56. num. 410.* qui *ſub num. 411.* ampliat hanc limitationem, vt habeat locum, etiam in ſpurio religioſo, & cum eis pertranſit, *Carena de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 5. num. 40*

7 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando veritas aliter haberi non poteſt, quia tunc ſpurium admitti ad teſtificandum in ſubſidium tenent, *Marſil. d. ſingul. 273. ver. potes etiam limitare &c Farinac. de teſt. d. quæſt. 56. nu. 413.* vbi dicit, hoc non habere difficultatem, licèt tunc non dicatur teſtis omni exceptione maior, vt ibi per eum, & *P. Graſſet. de nece prodit. §. 29. num. 270.*

S V M M A R I V M.

1 *Fuſtigati publicè non ſunt idonei teſtes.*
Fallit ſtante conſenſu partis, num. 2.

R E S O L V T I O IX.

Fuſtigati publicè an ſint teſtes idonei.

1 FVſtigati publicè non poſſunt eſſe teſtes, cum ſint infames *l. fuſtibus 16. C. ex quibus cau. infam. irrog.* & tradunt *Corrad. in pract. §. 2. de offic. Prato. in can. ciui. in tit. de teſt. rubr. perſo. teſti. aggred. ver. fuſtibus num. 28. Marc. de prob. concluſ. 1356. num. 33. lib. 3. Farinacc. de teſtib. quæſt. 56. num. 456.* vbi dicit, hoc non habere

dubium *& Caren. de Ofic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 5. num. 44.* vbi dicit d. concluſionem habere locum etiam ſi litigatus viuid. mille annis, vt ibi per eum.

Teſtes enim infames infamia facta in criminalibus à teſtimonio repelli in conſeſſos eſt apud omnes, vt poſt *Bart. Ang. Salic. Caſtr. Bald. Abb. Felin. Imol. Alex Soc. Crot. Lanfranc. Campeg Blanc. Oſaſc. Rolan. Corad. Clar.* & alios per eum adductos firmat, *Farinac. de teſt. quæſt. 56. nu. 115. Carena de Ofic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 5. num. 29. & ſeq. & num. 39. & ſeq. Caball. reſol. crim. caſu 84. num. 11. cent. 1. et Luſſi. de legit. proceſ. crim. quæſt. 181. in fine.*

2 Limita generaliter d. concluſionem, vt non habeat locum ſtante conſenſu partis, ob quem teſtem alias infamem ad teſtimonium dicendum admitti voluerunt, *Iaſ. in l. cunctos populoſ. 1. num. 67. ver. tertio fallit etc. in prima lectura C. de ſum. Trin. et fide Cathol. et Campeg. de teſt. reg. 26. nu. 10.* quos refert, & ſequitur *Farinac. de teſt. quæſt. 56. nu. 92.* & nouiſſimè *Luſſi. de legit. proc. crim. d. quæſt. 181. n. 6. 7. et ſeq.* vbi dicit hoc in practica non habere difficultatem, & quòd ſtante d. conſenſu partis non eſt opus aliqua tortura, vt ibi per eum.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtis excommunicatus non admittitur ad teſtificandum.*

Etiamſi excommunicatio ſit nulla, num. 2.

Ad quem effectum ſufficit probare quem excommunicatum, num. 3.

Procedit concluſio in excommunicato excommunicatione maiori, aliàs ſecùs, num. 4.

Item fallit in cauſa hæreſis, in qua excommunicatus in teſtem admittitur, num. 5.

R E S O L V T I O X.

Teſtis excommunicatus an admittatur ad teſtificandum.

1 Teſtis excommunicatus excommunicatione maiori non poteſt admitti ad teſtificandum, vt tradunt *Canoniſtæ in cap. veniens 38. et ibi præcipuè Auguſt Barb. num. 9. de teſt. et in cap. excommunicamus 13. §. credentes de hæret.* & vltra eos ſcripſerunt etiam, *Rolan. conſ. 95. num. 22. et ſeq. lib. 4. Gabr. commun. concluſ. de teſtib. concluſ. 19. numer 1. et ſequen. Maſcard. de probat. concl. 705. num. 1. lib. 2. et concl. 1356 num. 26. lib. 3.* plenè *Farinac de teſt. quæſt. 55. num. 240.* vbi alios dat concordantes quamplures, & dicit à d. concluſione vti magis communiter recepta non eſſe recedendum *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3 tit. 5. nu. 23 Ricciall. de iure perſo. extra grem. Eccleſ. exiſt. lib. 4. cap. 30. num. 14. & P. Diana. in ſumma in ver. excommun. effect. num. 57. & Rota apud Pate. deciſ. 3. num. 3. et ſeq. lib. 1.*

Licet enim excommunicatus ex delicto non irrogante infamiam non dicatur infamis, quicquid ſit quando eſt excommunicatus ex delicto infamiam irrogante, certum tamen eſt illum ſemper reputari pro turpi, & non honeſta perſona, & ſic illum non admitti ad teſtificandum, vt declarant *Lambert. de contr. coram glo. 12. in ver. agnatum non habuerit quæſt. 12. n. 46. Rol. conſ. 95. n. 24. lib. 4. et Farin.* qui illos referendo ſequitur, *de teſt. d. q. 56. n. 245. et ſeq.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locū etiamſi excommunicatio ſit nulla, quia adhuc excommunicatus à teſtificando repellitur antè quam fuerit declarata d. nullitas, vt not. *Abb. Aret. et Felin. in cap. veniens 38. de teſt. Maſcar. de prob. concl. 705. nu. 3. lib. 2.* & benè declarat *Farinac. de teſti. d. quæſt. 56. num. 248. et ſeq.*

3 Amplia ſecundo d. concluſionem, vt contra teſtē excommunicatum ſufficiat probare illum aliàs fuiſſe excommunicatum, quia ſemper præſumitur talis, niſi doceatur de abſolutione, vt not. *gloſ. Inno. Abb. Butr. & alij communiter in cap. propoſuit 8. de cler. excommun. miniſt. Alcia. de præſump. reg. 2. præſump. 6. num. 1. Gabr. comm. concl. de teſt. concl. 19. nu. 6. Maſcar. de prob. d. concl. 705 num. 8. Farinacc. de teſt. d. quæſt. 56. nu. 253.* vbi alios dat concordantes, vbi alios dat ampliationes.

4 Limita primo d. concluſionem, vt habeat locū in excommunicato excommunicatione maiori, quæ ſeparat hominem, non ſolùm à perceptione ſacramentorum, ſed etiam à communione fidelium, ſecùs tamen eſt in excommunicato excommunicatione minori, quæ licèt excludat à participatione ſacramentorum paſſiua, non tamen ſeparat à communione fidelium, qui non repellitur à teſtificando, vt not. *Rolan. conſ. 95. num. 23. lib. 4. Gabr. comm. concl de teſt d. concl. 19. num. 15. Maſcar. de probat. d. concl. 705. num. 5. & Farinac. de teſt. d. quæſt. 56. n. 265. & ſeq.* vbi dicit excommunicatum excommunicatione minori licèt in totum non repellatur à teſtificando, ei tamē de fide diminui, vt ibi per eū.

5 Limita ſecundò d. concluſionē, vt non habeat locum in cauſa hæreſis, quia in ea excommunicatus admittitur ad teſtificandum, *cap. in fidei fauorem 5. de hæret. in 6.* & not. *Maſcar. de prob. d. concl. 705. num. 14. & concl. 857. num. 3 lib. 2.* plenè *Farinac. de teſt. d quæſt. 56. num. 273.* vbi alios dat concordantes quamplures, *& in tract. de hæreſi quæſt. 188. n. 68. Riccial de iure perſona. quæ extr. gremi. Eccleſ. exiſt. lib. 4. cap. 30. num. 14. & Carena de Ofic. S. Inquiſ. par 3. tit. 5. num. 24.*

S V M M A R I V M.

1 *Accuſatus, ſeù inquiſitus pendente iudicio repellitur à teſtificando.*

Amplia, vt idem ſit in carcerato pro delicto, n. 2

Procedit ſi delictum irrogat infamiam, alias ſecùs, num. 3.

Limita concluſionem in carcerato pro delicto graui, & infamatorio, aliàs ſecùs, num. 4.

Item fallit concluſio in delictis exceptis, nu. 5.

Et quando accuſatus, ſeù inquiſitus aducitur ad defenſam, quia tunc non repellitur, num. 6.

RESO-

RESOLVTIO XI.

Accuſatus, vel inquiſitus pendente iudicio an repellatur a teſtificando.

1 ACcuſatus, inquiſitus, ſeù denunciatus pendente accuſatione, inquiſitione, & denunciatione, repellitur à teſtificando ad tex. in l. in teſtimonium 20. ff. de teſti. & in cap. ſuteſtes 4. quæſt. 3. & in cap. fin. & ibi not. ſpecialiter communiter de teſt. & tradunt Natt. conſ. 361. num. 10. lib. 1. Maſcar de prob. concl. 27. num. 1. & ſeq. lib. 1. Farinac. de teſt. quæſt. 56. num. 167. & ſeq. vbi dicit hanc concluſionem habere locum etiam in teſte accuſato, ſeù inquiſito de falſo, vt ibi per eum, & conſ. 39. num. 5. lib. 1. Barbo. in d. cap. fin. de teſti. & Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 5. num. 46. alios adducens ita ſentientes.

Ex pendentia enim cauſæ ſuper delicto grauatur opinio accuſati, & inquiſiti, ita vt non dicatur integri ſtatus, vt not. Abb. Gigas. & Auffret. quos refert, & ſequitur Farinac. de teſt. d. quæſt. 56. num. 167. vbi dicit, etiam quod accuſatus eſt infamis infamia facti, maximè quando delictum, de quo fuit accuſatus eſt tale, quod infamiam irrogat, vt ibi per eum plures dantem concordantes.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum, etiam in carcerato pro delicto, qui pariter ad teſtificandum non admittitur, cum ſit ſuſpectus de crimine, & quodammodo infamis, vt not. Ant. Gomez. var. reſol. tom. 3. cap. 12. ſub nu. 18. vbi teſtatur de communi opinione, Maſcar. de prob. concl. 267. in prin. lib. 1. & concl. 1356 num. 34. lib. 3. Farinacc de teſt. d. quæſt 56. num. 180. vbi alios adducit ita ſentientes, & Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 5. num. 46.

3 Limita d. ampliationem, vt habeat locum in carcerato pro delicto, quod irrogat infamiam, alias ſecus, vt declarat Alber. de Malet. de teſti. par. 1. cap. 2 ſub num. 50. Maſcar. de prob. d. concl. 267. nu. 4. & Farinac. de teſt. d. quæſt. 56. nu. 181. & ſeq. vbi alias ſubnectit ad d. ampliationem limitationes.

4 Limita primò concluſionem principalem, vt habeat locum in accuſato, ſeù inquiſito pro delicto graui, capitali, & infamatorio, ſecus, ſi pro delicto leui, quia tunc à teſtificando non repellitur, vt poſt Maſcar. de prob. d. concl. 27. nu. 2. qui tamen loquitur in criminoſo, per eum relatum ſcribit, Farinac. de teſt. d. quæſt. 56. num. 174.

5 Limita ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum in criminibus exceptis, in quibus accuſatum, ſeù inquiſitum in teſtem admitti, eſt tex. in d. cap. fin. & ibi not. Abb. Imol. & Felin. de teſt. Crot. de teſt. par. 3. num. 103. Farinac de teſt. d. quæſt. 56. num. 173. & ſeq. vbi dicit, quod poteſt expectari euentus cauſæ, & ſi teſtis erit abſolutus probabit, vt ibi per eum, Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 5. num. 46. vbi alios adducit concordantes, & P. Graſſet. de here prodit. §. 29. num. 269.

6 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando teſtis accuſatus, ſeù inquiſitus producitur ad defenſam, quia, tunc illum admitti ad teſtificandum, voluit Farinac. de teſti. d. quæſt. 56. num. 179. vbi dicit, illum admitti in teſtem in omnibus alijs caſibus, in quibus admittitur criminoſus, vt ibi per eum, & generaliter ſcripſit, Guazz. defen. 29. cap. 3. num. 8. vbi dat concordantes.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis ebrius repellitur à teſtificando.*

Ebrius enim caret recto ſenſu, & quod videt ignorat, num. 2.

Quod procedit in penitus ebrio, ſecus in exhilarata tantùm, num. 3.

Et in ebrio de tempore depoſitionis, alias ſecùs, num. 4.

Repellitur etiam ſolitus inebriari, licèt non ſit ebrius tempore depoſitionis, num. 5.

RESOLVTIO XII.

Teſtis ebrius an dicatur teſtis idoneus.

1 TEſtis ebrius repellitur à teſtificando, & nihil probat, cum neſciat quid loquatur, & furioſo, & dementi æquiparetur, vt tradunt Ant. Gomez. var. reſol. tom. 3. cap. 12. num. 18. in fin. Tiraquel. de pœn. temp. cauſ. 26. num. 8. latè Maſcard. de prob. concl. 579. num. 1. & ſeq. lib. 2. & concl. 1358. num. 9. lib. 3. Farinac. de teſt. quæſt. 56. num. 434. vbi teſtatur, ita eſſe per Doctores communiter receptum, & conſ. 151. num. 4. lib. 2. quibus addo, ita ſentientes Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 5. num. 41. & Adden. ad Rot. dec. 28. n. 164. & ſeq. par. 3. rec.

2 Ebrius enim recto ſenſu, & ſic conſenſu caret, & quicquid dicit, & facit, ignorat D. Thom. 2. 2. quæſt. 150. art. 4. Adden. ad Rot. d. decʃ. 28. nu. 143. & ſeq. & vt dixi æquiparetur ebrius furioſo, dementi, ignoranti, dormienti, & imò mortuo can. venter, 35. diſtin. can. ſane 13. quæſt. 1. & benè comprobant, Adden. ad Rot. d. deciſ. 28. num. 99. & ſeq. par. 3. rec.

3 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locum in teſte penitùs ebrio ita vt non intelligat quicquid agat, ſecùs tamen eſt in exhilarato à vino tantum, quia modica ebrietas teſtem à teſtificando non repellit, vt not. Bald. & Decian. in cap. 1. de teſt. Ripa in l. fin. num. 69. C. de reuoc. donat. Maſcar. de prob. d. concl. 570 nu. 8. & ſeq. lib. 2. Farinac. de teſt. d. quæſt. 56. n. 438. & Caren. de Offic. S. Inqu. par. 3. d. tit. 5. n. 41.

4 Limita ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum in eo, qui tempore depoſitionis erat ebrius, ſecùs tamen eſt, ſi ille erat ebrius ante depoſitionem, quia tunc non repellitur à teſtificando, vt voluerunt Campeg. de teſt. reg. 117. in 1. fallen. Maſcar. de probat. d. concl. 579. num. 6. & Farinacc. de teſt. dict. quæſt. 56. num. 435.

5 Declara d. ſecundam limitationem, vt non habeat locũ in ſolito inebriari, quia ipſe, vti vilis, & infamis

infamia non admittitur ad teſtificandum, licet tempore examinis non eſſet ebrius, vt not. *Maſc. de prob. concl* 1356. *num.*28. *lib.*3. & *Ant. Gomez. var. reſol. tom.*3. *cap.* 12. *num.* 18. *in fin.* quem ſequitur, *Farinacc. de teſt. d. quaſt.* 56. *num.* 436. & *ſeq.* vbi ideò infert, popinones, qui in tabernis quotidiè verſantur, comedendo, bibendo, & ludendo, non admitti ad teſtificandum, vt ibi per eum, & idem ſcribit *in d. conſ.* 151. *num.*4. *lib.*2. & dixi etiam ego *allegat. Foren.* 95. *num.* 16.

S V M M A R I V M.

1 *Proxeneta non eſt in criminalibus teſtis idoneus in negotio, in quo fuit mediator.*

*Amplia in crimine ſimoniæ, quando agitur criminaliter, num.*2.

*Et in crimine concuſſionis, num.*3.

Et in crimine barattariæ non eſt idoneus teſtis, num. 4.

*Et in mediatoribus concordiæ, & pacis, nu.*5.

*Admittitur autem in crimine vſurarum, nu.*6.

R E S O L V T I O XIII.

Proxeneta in criminalibus an ſit teſtis idoneus in negotio in quo interuenit.

1 PRoxeneta non eſt, maximè in criminalibus, ob præſumptam affectionē ſeù intereſſe, integer teſtis in negotio, in quo fuit mediator, vt tradunt *Farinac. de teſt. quaſt.* 60. *nu.* 406. & *ſeq. Caren. de Offic. S. Inquiſ. par.*3. *tit.*5. *nu.* 60. & *Vermigl. conſ* 171. *num.* 15.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum in crimine ſimoniæ, quando agitur criminaliter, in quo proxeneta non eſt idoneus teſtis, *cap.* 1. & *ibi not. glo. Archid. Io. Andr. Io Monach* & *Gemin. de teſt. in* 6. *Maſc. de prob. concl* 1036. *num.*23. *lib.* 2. & benè declarat *Farinac. de teſt. d. quaſt.* 60. *num.* 422. & *ſeq.* vbi dicit d. teſtem probare in d. crimine ſimoniæ, ex integritate conteſtis, vel ex numero quoad torturam, inferendam, non autem quoad condemnationem, vt ibi per eum, *Vermigl. conſ.* 159. *num.*28. & ſocium criminis in d. caſu non eſſe idoneum teſtem in crimine ſimoniæ, not. *Balth. Tomaſ. in ſuis tract. var. tom.*4. *tract.*7. *de Simon. nu.* 102. vbi dat concordantes

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat etiam locum in crimine concuſſionis, in quo proxeneta non eſt teſtis idoneus, vt voluerunt *Boſſi. in pract. in tit. de oppoſ. contra teſt. num.* 58. & 59. *in fin. Decian. tract. crim. lib.*8. *cap* 38. *num.*2. *Ciriac. contr.* 486. *nu.* 18. & *Vermigl. d. conſ.* 171 *nu.* 15. qui alios dat concordantes.

4 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in crimine barattariæ, ad eius probationem, quando agitur criminaliter, proxenetam, & mediatorem non eſſe idoneum teſtem tradunt, *Amad. Decian. Gram. Farinac. Giurba. Vermigliol.* & *Maſſin.* relat. per me ſupra in ver. *Sindicatus Reſol.*2. *ſub ampl.*3. videas ibi.

5 Amplia poſtremò d. concluſionem, vt habeat locum in mediatoribus inter aliquos, vt eos ad concordiam adducant, ſeù pacam faciant, qui in teſtes admitti non debent, & admiſſi non probant confeſſiones, quas partes ipſe fecerunt in tractando concordiam, cum non debeant ſecretum eis commiſſum diuulgare, vt docent *Ant. Fabr. in ſuo Cod. lib.*4. *tit.* 15. *diffinit.* 56. *Carena*, qui illum referendo ſequitur, *de Offic. S. Inquiſ. par.*3. *tit.*5. *nu.*60. & *Leotar. de vſur. quaſt.* 93. *num.* 32. *in fin.* & tales mediatores pacis cogi non poſſe ad reſtituendum, bis reſolutum fuit in auditorio Legationis Vrbini, in quo ego, vti vnus ex Auditoribus d. Legationis aſſidebam ſub Eminentiſſimo, & Reuerendiſſimo Principe, & Domino meo D. Card. Delcio Legato.

6 Limita d. concluſionem, vt non habeat locum in crimine vſurarum, in quo, proxenetam, & mediatorem admitti ad probandum, ob illius difficultatem, voluerunt *Capol. de ſimul. contrac. num.* 87. *Stracc. de proxen. par.*4. *quaſt.* 14. *nu.* 31. *Oſaſch. deciſ. Pedem.* 72. *num.*2. & 3. *licèt nu.*6. dicat, hoc non habere locum in criminalibus, niſi ad effectum procedendi, *Farinac. de teſt. d. quaſt.* 60. *num.* 430. *Card. Mantic. de tacit. lib.*8. *tit.* 19. *num.*8. & *Leotar. de vſur. d. quaſt.* 93. *num.* 32.

S V M M A R I V M.

1 *Minor 25 annorum, & Maior 20. in criminalibus eſt teſtis idoneus, defectu ætatis non obſtante.*

R E S O L V T I O XIV.

Minor 25. annis, & maior viginti an ſit teſtis idoneus in criminalibus.

1 MInor viginti quinque annorum, & maior viginti in criminalibus eſt teſtis idoneus defectu ætatis non obſtante, *l. in teſtimonium* 20 *ff. de teſti.* & tradunt, *Farinac. de teſti quaſt.* 58. *num.* 19. & *ſeq.* latè comprobans, *Carena de Offic. S. Inquiſ. par.*3. *tit.*5. *num.*47. *Iord. elucub. diuer. lib.* 10. *tit.* 20. *nu.* 82. *Antonel. de temp. legal. lib.*2. *cap.*3. *num.*3. & alij plures per me relati ſupra in ver. *Minor. Reſol.* 2. *nu.* 1. & *pluribus ſeq.* vbi ad hanc concluſionem plures appoſui ampliationes, & limitationes, quas videas ibi, cum noluerim hìc illas iterùm inutiliter referre.

A D D I T I O.

N. 1. VBi habetur quod minor 25. annis, & maior viginti eſt teſtis idoneus in criminalibus adde ſecus tamen eſt ſi ſit minor 20. annis, vt probaui ego in *conſ. crim.* 1. *poſt tract. de herede ſimpl. & beneſ. num.* 36. & eo magis ſi concurrat alius defectus, vt ſcripſi in *d. conſ.* 1. *num.* 27.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Mulier de iure canonico non admittitur ad teſtificandum in cauſa criminali.*

Et eò magis quando mulier patitur alium defectum, num. 2.

Limita concluſionem in criminibus exceptis, num. 3.

Et quando Iudex procedit ex officio, ſine accuſatore, num. 4.

Nec non quando veritas aliter haberi non poteſt, num. 5.

Niſi tamen mulier pateretur alios defectus, num. 6.

Nec quando mulier producitur ad defenſam, quia tunc admittitur, num. 7.

Nec habet locum in Statu Eccleſiaſtico ſtante Conſtit. Marchiæ, num 8.

Mulier tamen admittitur de iure ciuili, nu. 9.

Nō tamē dicitur omni exceptione maior, n. 10.

Nec quando aliam pateretur exceptionē, n. 11.

RESOLVTIO XV.

Mulier an admittatur ad teſtificandum in cauſa criminali.

1 MVlier de iure canonico non admittitur ad teſtificandum in cauſa criminali *cap. mulierem, & ibi gloſ. 33. quæſt. 5. cap. forus 10 in fin. & ibi glo. de verb. ſignific. eadem glo. Abb. Felin Bald. Imol. Butr. Boich. et alij in c. quoniam 3. de teſtibus Tiraq. de legib. connub. leg. 6. num. 61.* vbi hanc concluſionem dicit indubitatam, *Ant Gomez. var. reſol. tom. 3. cap. 12. num. 13. Vulpell. conſ. 12. num. 7.* vbi teſtatur de receptiſſima opinione, *et conſ 95. nu. 4. Clar. in pract. § fin. quæſt. 24. ver. de iure autem canonico, Hond. conſ. 100. nu. 24. lib. 1. Caball. reſol. crim. caſu 288. num. 64. cent. 3.* plenè *Farinac. de teſt. quæſt. 59. num. 1.* vbi quamplures adducit, ita ſentientes, & hanc concluſionem dicit veriſſimam, & magis communiter receptam, & illum benè comprobat, *et Decian. et alios* contrarium tenentes refellit, *et conſ 19. num. 20 et conſ. 38. num. 11. lib. 1. et conſ. 136. num. 9. lib. 2. Gиrb. conſ. 43. num. 5. et Maſſin. de confiſc. bonor. quæſt. 10. num. 47.* & dixi ego *allegat. foren. 84. n. 16.* Mulier enim dicitur mendax, fallax, doloſa, periura, mutabilis, & varia, vt not. *Tiraq. de leg connub. leg. 9. num. 49. & ſeq. Maſcar. de prob. concl. 762. num 3. & ſeq. lib. 2. Farinac. de teſt. d. quæſt. 59. num. 4. & Caluin. de æquit. lib. 2. cap. 154. nu. 5 et ſequen.* & comprobaui ego *d. allegat. 84. num 17.* ideò nil mirum, ſi non admittatur ad teſtificandum in cauſa criminali, vt aduertunt *Doctores ſupra adducti.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando mulier patitur alium defectum, quia tunc omninò à teſtificando repellitur, vt not. *Farinac. conſ. 156. num. 52. in fin. et conſ. 166. num 19. lib. 2.* & poſt *Crauet. Pariſ. Rola. Menoch. Farinacc. Vulpell. Aldoni. Surd. Hond. Gratian. Cancer. Guazzin. Ciriac. et Andreol.* per me relatos probaui generaliter ego *d. alleg. 84 num. 21.*

3 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in criminibus exceptis, puta hæreſis, læſæ maieſtatis, & alijs, quia in eis mulier admittitur ad teſtificandum, etiam de iure canonico, licèt illa non ſit teſtis omni exceptione maior, vt not. *Alex. conſ. 11. nu. 6. lib. 1. Maſcar. de prob. concl. 462. num. 6. lib. 1. et concl. 762. num 22. lib. 2. Farinac.* qui alios adducit concordantes *de teſt. dict. quæſt. 59. num. 10. et conſ. 36. num 16. lib 1. Gilhauſ in arbo. iudic. cap. 6. par. 3 de teſt. num. 66. Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3 tit. 5. num. 14* qui alios pariter recenſet ita ſentientes, *et P. Graſſett de nece prodit. §. 29. num. 270. et ſeq.*

4 Limita ſecundo d. concluſionem, vt habeat locum, quando Iudex procedit ad inſtantiam accuſatoris, ſecùs tamen eſt ſi procedat ex officio per inquiſitionem, vel denunciationem, quia tunc etiam de iure canonico mulier admittitur ad teſtificandum, vt voluerunt *Duen. reg. 315. in 4. fallen. Corrad in pract. in tit de teſt. ver. Mulier. num. 75. Rim. Iun. conſ. 217. num. 1. lib 2. & Farinac.* alios adducens, ita ſentientes, *de teſt. d. quæſt. 59. num. 9.* vbi teſtatur de communi opinione.

5 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando veritas aliter haberi non poteſt, quia tunc mulier admittitur in teſtem etiam de iure canonico, vt adnotarunt *Decian. in l. 2. num. 36. & ibi Adden ff de reg iur. Duen. d. reg. 315. in 2. limit. Rolan. conſ. 7. num. 17. & conſ 14. nu. 14. lib. 1. Maſc. de prob. d. concl. 762. num. 16. lib 2. Farinac. de teſti. d. quæſt. 59. num. 8.* vbi, relatis alijs quampluribus, ita ſentientibus, teſtatur, hanc limitationem eſſe communiter receptum per Doctores, *& conſ. 38. num. 11. lib. 1. & conſ. 156 nu. 40. & ſeq. lib. 2.* cum quibus pertranſit, *Coſta. remed. ſubſid. 70. num. 16. nec non P. Graſſett. de nece prodit. §. 29. num. 271.*

6 Sublimita d. tertiam limitationem, vt non habeat locum, quando mulier pateretur alios defectus, quia tunc non admitteretur, etiam quando veritas aliter haberi non poteſt, vt docent, *Ant. Gomez. var. reſol. tom. 3. cap. 12. ſub num. 13 Vulpell. conſ. 95. num. 5. Farinac conſ. 156. nu. 52. in fin.* vbi alios dat concordantes, *& conſ 166. num. 19. lib. 2.*

7 Limita quartò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando mulier producitur ad defenſam rei, & ad probandam illius innocentiam, quia tunc illa admittitur in teſtem, vt voluerunt *Crauet. conſ. 119. num. 9. Rim. Iun. conſ. 217. num. 6. lib. 2. Maſcar. de prob. concl. 904. num. 4. lib. 2. Farinac. de teſti. d. quæſt. 59. num. 15.* facit, *Guazzin. de pace par. 1. quæſt. 45. num. 14. & defen. 29. cap. 3. num. 8.* volens, fauore defenſionis probare etiam teſtes inhabiles, de quo dixi ſupra in ver. *Defenſio. Reſolut. 2. nu. 11.*

8 Limita quintò d. concluſionem, vt non habeat locum in Statu Eccleſiaſtico vigore *Conſti. Marcb. lib. 4. cap. 13.* quæ admittit mulieres ad teſtificandum in criminalibus, dummodo non patiantur alium defectum, vt aduertunt *Vulpel. conſ. 74. n. 11.*

Farinac.de teſt.d.quaeſt. 59. num.16. & d.conſ. 166. num.19.in fin.lib.2

9 Limita ſextò d. concluſionem, vt procedat de iure canonico, ſecùs tamen eſt de iure ciuili, quo attento mulier non repellitur à teſtificando *ad tex. in l.ex eo 18.ff de teſti.*& tradunt *Gram.conſ.12.nu.17. Ant.Gomez var.reſol.tom.3.cap.12.ſub num.13.* vbi dicit, ab hac opinione non eſſe in iudicando, & conſulendo recedendum, *Clar. in pract. §.fin.quaeſt. 24. ver. quaero igitur &c.Maſc. de probat. d. concl, 762.num.11.lib.2.* & alij plures, quos refert, & ſequitur *Farin.de teſti.d.quaeſt.59.num.17. & ſeq.* vbi hanc limitationem dicit veriſſimam, & communiter receptam, & ab ea in iudicando, & conſulendo non eſſe recendendum, & contrarium tenentes reijcit, & dicit, illam habere locum in quolibet delicto etiam capitali, vt ibi per eum, cum quibus pertranſit, *Gutrb.d.conſ.43.nu.27.* qui alios cumulat ſectatores, *& Caball.reſol.crim.caſu 288. num.64.cent.3.*

10 Declara primò d. ſextam limitationem, vt mulier, licèt de iure ciuili admittatur ad teſtificandum, non tamen dicitur integrae fidei, & omni exceptione maior, vt declarant, *Rolan dict. conſ.7. num.12.& d.conſ.24.nu.63.lib.1.Mago.decif.Lucen. 89.num.3.Capb conſ.233.num.23.lib. 2.* & alij plures, quos refert. & ſequitur *Farinac.de teſt.d.quaeſt. 59.num.26 & ſeq.* vbi dicit, duas foeminas non plenè probare, imò neque tres, quando agitur de poena mortis, vt ibi per eum, & idem tradit, *Caren.de Offic.S.Inquiſ.d par.3.tit.5.num.14.Caball.reſol.crim.caſu 288.num.64.in fin. cent.3.* & dixi *ego alleg.foren.92.num.21.& allegat.94.num.41.*

11 Declara ſecundò d.ſextam limitationem, vt non habeat locum quando mulier aliam pateretur exceptionem, vt puta, quia eſſet infamis, periura, vilis, & ſimil.quia tunc nec de iure ciuili ad teſtificandum venit admittenda, vt tradunt *Ant.Gomez.var.reſol.tom.3.cap.12.num. 13. Vulpell. conſ. 95.num.5.Maſcar.de prob.concl.761.num.20.lib.2. Farinac.de teſt.d.quaeſt.59.num 24.& conſ.156. nu. 52.in fin.& conſ.166 num. 19.lib.2.*

A D D I T I O.

N.1. VBi habetur quod mulier non admittitur ad teſtificandum in criminalibus de iure canonico adde, Quae concluſio eo magis habet locum quando illa patitur alius defectus, quia tunc omninò repellitur vt probaui *ego in d conſ.crimin.1. num.31.poſt tract. de haered.ſimpl. & benefic.*

S V M M A R I V M.

1 *Meretrix, vti infamis, repellitur à teſtificando.*
Meretrix enim eſt infamis ipſo iure, num.2.
Et repellitur, etiamſi deſierit meretricari, num.3.
Fallit, ſi deponat de geſtis in poſtribulo, nu.4.
Et quando agitur de criminibus exceptis, num.5.

R E S O L V T I O XVI.

Meretrix vti infamis an repellatur à teſtificando.

1 MEretrix, cum ſit ipſo iure infamis, repellitur à ferendo teſtimonio *l.3.§.lege Iulia,& ibi glo ff.de teſt.*& tradunt *Pariſ conſ.67.num.80.lib.3 Maſcard. de prob.concl. 1063.num, 40.lib.2.& concl.1356.num.20.lib.3.Farinac. de teſt. quaeſt.56. num.358.& ſeq.*vbi ampliat, hoc habere locum etiam in lenone, *& conſ.19.num.20.lib.1.& conſ. 156.num.10.lib.2.Caren.de Offic.S.Inquiſ par. 3. tit. 5.num.29.& Vermigl.conſ.32.num. 1.& conſ.408. num.1.* vbi hoc extendit etiam ad Amaſiam, vt ibi per eum, & de adultera idem, *Vermigl.conſ.127. num.11.* & dixi *ego allegat.foren.84.num.20.*

2 Meretrix enim eſt ipſo iure infamis, vt dixi, & eſt tex. *in l.palam.43.§.non ſolùm ff. de ritu nupt. & in l.athletas 4 §.ait Praetor, & ibi Gotofred.ff.de his qui not.infa..Alex conſ.11.ſub num.1.lib.1. Farinac. in d.quaeſt.56.num.358.Caren in d.tit.5.num.29.*vndè non mirum ſi repellatur à teſtificando, à quò infames repelluntur, vt tradunt omnes *Doctores ſupra adductis.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum, etiamſi illa deſierit meretricari, cum adhuc reputetur infamis *d.l.palàm.43.§.non ſolùm.ff.de ritu nupt glo.in l.3.§.lege Iulia in ver.palàm.ff.de teſt.Farinac.de teſt.d.quaeſt 56.num.363.& conſ.130.nu. 20. lib.2 Caren.de Offic.S.Inquiſ.d par.3.tit.5.nu. 29. & Nouar de elect.fori ſect.2 quaeſt.11.nu.8. ver.Quamuis &c.* licèt aliquos contrarium ſentientes referat.

4 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in geſtis in poſtribulo, in quibus cum veritas melius per alios ſciri non poſſit, quam per meretrices, & lenones, ideò tunc illa in teſtem venit admittenda, vt voluerunt *Plot.de in litem iur. §.4. num 27.Foller.in pract.in ver.Item quòd fuit leno nu. 45.Farinac.de teſt.d quaeſt.56.num.369. Carena de Offic.S.Inquiſ.d.par.3.tit.5.num.29.*vbi dicit, meretricem in d.caſu non eſſe teſtem omni exceptione maiorem, vt ibi per eum, & nouiſſimè *Paul.Rube. de valid legal.cap.21.num.11.* vbi hoc extendit ad alias perſonas infames.

5 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in criminibus exceptis, in quibus meretrix admittitur ad teſtificandum, licèt tamen non ſit teſtis omni exceptione maior, vt tradunt *Gigan. de crim.laeſa maieſt.lib.2.in tit. Quomo. & per quos crim.laeſa maieſt.prob.quaeſt.13.num.2. Maſcard. de prob.concl.462.num.7.lib.1.& concl.1063.num.41. lib.2.Farinac.de teſti.d.quaeſt.56.num. 366. & ſeq.* vbi dicit Iuliam meretricem detexiſſe coniurationem Catilinae, *Caren.de Offic.S Inquiſ.d par.3.tit.5. n.30.*& ſenſit *P. Graſſat.de nece prodit.§. 29.n.269.*

S V M M A R I V M.

1 *Mulier praegnans tenetur teſtimonium dicere, aliàs poteſt mulctari,*

Licèt

Licèt mulierem prægnantem ad iurandum cogi non poſſe tenuerint plures Doctores, num. 2.
Quod declaratur, num. 3.

RESOLVTIO XVII.

Mulier prægnans an teneatur ſe examini ſubijcere.

1 MVlier prægnans tenetur teſtificari à iudice præcepta ſub pœna, & iuramentum ſuſcipere, alias poteſt mulctari, vt tradunt *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 13. ſub num. 37. Balar. ad Clar. quæſt. 74. nu. 75. Farin. de teſti. quæſt. 78. num. 96.* plenè *Caball. reſol. crim. caſu 79. per tot. cent. 1.* vbi dicit, ita vidiſſe pluries ſeruari, *Guazz. defen. 14. cap. 11. n. 12.* vbi alios dat concordantes, *& Manc. de iuram. par. 3. art. 2. n. 17.*

2 Quicquid contrarium, imò mulierem prægnantem ad iurandum cogi non poſſe, & ſic teſtificandum, voluerint *Bald. in l. iuniti 8.* circa medium, *& ibi Floria. ff. de teſti. & Foller. in pract. in ver. Capiat informationem ſub num. 40.*

3 Declara d. concluſionem, vt habeat locum, quandò mulier prægnans vocata ad teſtimonium perhibendum poteſt ſinè periculo comparere perſonaliter in iudicio, vt quia iter erat breue, & tempus pariendi multùm diſtabat, ſecùs tamen eſt, quando mulier propter ventrem prægnantem non poteſt comparere coram Iudice ſine periculo partus propter laborem itineris, vt quia fortè longum erat iter ab eius domo ad locum iudicij, & tempus pariendi prope erat, quia tunc illa non tenetur comparere in iudicio, ſed Iudex debet mittere Notarium ad illa examinandum, vt declarant *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. d. cap. 13 ſub num. 37. Farinac. de teſti. d. quæſt. 78. num. 96. Balar. ad Clar. in d. quæſt. 64. num. 75.* vbi dicit, hoc non habere locum in muliere ruſtica, & robuſta, vt ibi per eum, *Scac. de iudic. lib. 2. cap. 10. num. 57. Caball. d. caſu 79. per tot.* vbi dicit, ex hoc extare vulgarum illud dictum, quòd mulier prægnans non tenetur iurare, vt ibi per eum, *Guazz. d. defen. 14. cap. 11. num. 12. et Manc. de iuramen. d. par. 3. art. 2. num. 17.*

ADDITIO.

N. 3. VBi declaratur quando mulier prægnans teneatur accedere ad ſe examinandum adde, cum qua declaratione pertranſit *Scialo. in prax. torq. reos cap. 14. num. 72.* vbi alios adducit ita ſentientes.

SVMMARIVM.

1 *Conſanguinei, & affines in criminalibus non ſunt teſtes idonei pro eorum conſanguineis, & affinibus.*
Tàm in linea recta, quàm in tranſuerſali, n. 2.
Fallit, diſſoluta affinitate, num. 3.
Et in conſanguineis vtriuſque partis, num 4.
Necnon fallit in conſanguineis remotioris gradus, num. 5.
Et quando veritas aliter haberi non poteſt, n. 6.
Et in criminalibus exceptis, num 7.
Et quando conſanguineus inducitur ad defenſam conſanguinei, num 8.
Et probant etiam contra producentem, num. 9.
Teſtes verò conſanguinei in d. caſibus non ſunt teſtes omni exceptione maiores, num. 10.

RESOLVTIO XVIII.

Conſanguinei, & affines in criminalibus an ſint teſtes idonei pro eorum conſanguineis, & affinibus.

1 COnſanguinei, & affines in criminalibus non admittuntur ad teſtificandũ pro accuſatore conſanguineo, vel affine contra inquiſitum *can. 1. 3. quæſt. 5.* & tradunt *Boſſi. in pract. in tit. de oppoſit. contra teſt. nu. 105. ver. ſed quid in criminali &c. Gabr. commun. concl. de teſt. concl. 13. n. 22. Clar. in pract. § fin. quæſt. 24. ver. quæro modò &c. Vulpell. conſ. 12. n. 9. Maſcar. de prob. concl. 26. num 4 & concl. 68. num. 1. & ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione, *& concl. 408 num. 12. & concl. 412. nu. 6. lib. 1. Odd. conſ. 15. num 31.* plenè *Farin. de teſti. quæſt. 54. num 5. Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 5. num. 15. & Vrſell. in exam. apum concl. 76. num. 13. litera A.* & dixi ego *allegat ſoren. 85. num. 18.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum tam in conſanguineis, & affinibus in linea recta aſcendentium, quam in linea tranſuerſali in cauſis criminalibus, vt not. *Boſſi. in pract. in tit. de oppoſ. contra teſtes ſub num. 105. Gabr. com concl de teſti. concl 13. num 2. Maſc. de prob. concl. 68. nu. 3. lib. 1. & Farinac. de teſti. d. quæſt. 54. num. 29.*

3 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, diſſoluta affinitate, quia tunc, cum ceſſet cauſa affectionis, ceſſare debet, etiam illius effectus, & ideò affinis debet admitti ad teſtificandum, etiam in criminalibus, vt voluerunt *Crot. de teſti. par. 3. n. 77. & ſeq. & ibi Adden. litera BB.* qui teſtatur de communi opinione, licèt aliqua in contrarium aſſerant, *Gabr. comm. concl. de teſti. concl. 15. nu. 4. Farinac. de teſtib. d. quæſt. 54. nu. 32.* vbi quamplures dat concordantes, *Vrſell. d. concl. 76. num. 12. & Rota apud Buratt.* quæ loquitur in ciuilibus, *deciſ. 349. num. 3.* licèt, quando remanent filij, affinitatem non dici diſſolutam, ſed quaſi ſuſpenſam, voluerint *Tiraq. in tract. ceſſa. cau. par. 1. num. 19. & limit. 17. & 31.* & videtur ſentire *Cirtac. contron. 219. num. 59.*

4 Limita ſecundo d. concluſionem, vt nõ habeat locum in conſanguineis, & affinibus vtriuſque partis, quia illi admittuntur, & probant etiam in criminalibus, vt tradunt *Crot. de teſti d. par. 3. num. 75. & ibi Adden. litera A.A. Gabr. comm. concl. de teſtib. concl. 13. num. 16 et Farinac. de teſti. d. quæſt. 54. num 46. qui num. 45* declarat, hanc limitationem habere locum, quando gradus conſanguinitatis, ſeù affinitatis eſt æqualis, ſecùs tamen, ſi eſſet inæqualis, quia tunc conſanguineus

vel

vel affinis non probaret pro affine, vel conſanguineo magis coniuncto propter præponderantiam affectionis, vt ibi per eum, addo *Vulpell. conſ.2. num.12. & 13. qui num. 19.* videtur aſſerere, magis affectionem conſanguinei inſpiciendam eſſe, quam gradus coniunctionem, *et Mari. Ant. reſol. fin. caſu 32. lib. 2.*

5 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum in conſanguineis, & affinibus remotioris gradus, quia illi admittuntur ad teſtificandum, hoc eſt vltra quartum gradum, licèt enim de hoc plures reperiantur Doctorum opiniones, magis communiter tamen receptum eſt, quòd conſanguinei, & affines repellantur à teſtificando, vſque ad quartum gradum tantùm, vt ſupra, vt poſt *Bald. Salic. Aufrer. Campeg. et Duen.* per eum relatos tradit *Maſc. de prob. d. concl.68. num.14. lib.1. Gabr commu. concl. de teſti. d. concl.13. num.8. Farin. de teſti. d. quæſt.54. num. 57.* vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione, *Vulpell. conſ. 87. num 5.* & ſentit *Guazz defen 14. cap. 11. num. 9. circa medium*, & voluit etiam *Vrſell. in exam. apud d. concl. 76. num. 12. in fin. litera A.*

6 Limita quartò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando veritas aliter haberi non poteſt, quam per conſanguineos. & affines, quia, tunc illos admitti in teſtes, voluerunt *Crot. de teſti. par. 3. num. 88. Gabr. commu. concl. de teſti. d. concl. 13. nu. 14. iuncta num. 27. & Farinac. de teſti. d. quæſt. 54. num. 76.* vbi alios dat concordantes quampiures, & ſentit *Carena d. par. 3. tit. 5. num. 15.*

7 Limita quintò d. concluſionem, vt non habeat locum, in criminibus exceptis, in quibus conſanguinei, & affines ob criminis grauitatem in teſtes admitti, ſcripſerunt *Nell. de teſti. num. 8. ver. præterquam, Gabr. commun concl. de teſti. d. concl. 13. num. 24. Farinac. de teſti. d. quæſt. 54. nu. 77.* vbi alios adducit ita ſentientes, *et P. Graſſett. de nece prodi. §. 29. num. 269.*

8 Limita ſextò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando conſanguineus, vel affinis inducitur ad defenſam ſui conſanguinei, vel affinis, quia tunc admittitur ad teſtificandum pro eis, vt voluerunt *Crot. de teſti. par. 3. num. 80. et ſeq* & ibi latè comprobant *Adden. litera DD. Ant. Gomez var reſol. tom. 3. cap. 3. nu. 28. Clar. in pract. § fin. quæſt. 24. ver. quæro modò &c. iuncto ver. item ſcias &c.* vbi teſtatur de communi opinione, *Maſc. de prob. concl. 68. num 3. in fin. et num. 8. et concl. 226. num. 3. et concl. 236. num. 1. et concl. 408. num. 25. & ſeq. & concl 412. num. 7. & ſeq. et concl. 481. num. 4. lib. 1. & concl. 904. in princ. lib. 2. & Farinac. de teſti. d. quæſt. 54. nu. 33.* vbi alios dat concordantes quamplures, & teſtatur de cõmuni opinione, & *conſ 174. num. 2. et conſ. 161. num. 8. lib. 2. Hond. conſ. 102. nu. 23. lib. 1.* plenè *Guazz. defen. 29. cap. 3. num. 5. Curiac. contro. 250. num. 53.* vbi limitat, niſi agatur de deſtruenda concludenti probatione fiſci, cum quo concordat *P. Graſſett. de nece prodit. §. 34 num. 12.* & dixi ſupra in verb. *Defenſio, Reſolut. 2. num. 8.* & in hoc verbo *Teſtes quo ad perſonas Reſolut. 4. in 3. limitat.* vbi latiùs declaraui, videas ibi.

9 Limita poſtremò d. concluſionem, vt non habeat locum contra producentem, quia licèt conſanguineus, & affinis non probent pro ſuo affine, & conſanguineo, probat autem in eo, quod contra eos deponit *Gabr. commu. concl. de teſti. concl. 4. nu. 88. & concl. 13. num. 25. Maſc. de prob. concl. 858. nu. 17. lib. 2. & Farinac. de teſti. d. quæſt. 54. num. 78. & 79.* vbi alios adducit, ita ſentientes, & *conſ. 13. num. 5. & conſ. 38 num. 6. lib. 1.*

10 Declara d. limitationes, in quibus dixi, teſtem conſanguineum, & affinem admitti ad teſtificandum, vt in d. caſibus d. teſtes non ſint integræ fidei, nec omni exceptione maiores, vt docent *Siluan. conſ 17. n. 10. Gram. deciſ 24. nu. 18. Gabr. com. concl. de teſt. concl. 12. num. 20. et ſeq. Maſcar. de probat. d. concl. 68. num. 15. & d. concl. 408. num. 2. & 13. & d. concl. 412. n. 2. & 3. lib 1.* & latè, quampluribus authoritatibus allatis more ſuo, firmat *Farinac. de teſt. dict. quæſt. 54. num. 80. & ſeq.* & extra illos caſus illorum dictum ſolùm ſufficere ad capturam, & ad inquirendum, generaliter dixit idem *Farin. ibi num. 70. & ſeq.* ipſum conſulas.

SVMMARIVM.

1 *Conſanguinei, & affines non poſſunt cogi ad teſtificandum contra conſanguineos, et affines.*
Fallit, quando veritas aliter haberi non poteſt, num. 2.
Fallit, ſecundò in crimine hæreſis, num. 3.
Volentes tamen admittuntur, num. 4.
Si tamen appareat ex proceſſu, illos voluntariè depoſuiſſe, aliàs ſecùs, num. 5.
Quando autem dicantur inuiti depoſuiſſe declaratur, num. 6.
Declara, quod illi non poſſunt cogi, niſi vſque ad quartum gradum excluſiuè, num. 7.

RESOLVTIO XIX.

Conſanguinei, & affines an poſſint cogi ad teſtificandum contra conſanguineos, & affines.

1 Conſanguinei, & affines non poſſunt cogi ad teſtificandum contra eorum conſanguineos, & affines ad tex. *in l. 4. ff. de teſti.* & tradunt *Menoch. de arbitr. caſu 487. num. 5. Maſc. de prob. concl. 74 num. 1. lib. 1. & concl. 339. nu. 3. lib. 2. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 12. ſub num. 24. Farinac de teſti. quæſt. 54. num. 13. & 14.* vbi dicit, illos neque compelli poſſe ad deponendum ad illorum fauorem, vt ibi per eum, & *num. 102. & quæſt. 78. num. 84. Guazz. defen. 14. cap. 11. num. 9.* quamplures alios adducens ita ſentientes, vbi recenſet omnes, qui ad teſtificandum cogi non poſſunt & *Carena de Offic. S. Inquiſ. par 3. tit. 5. n. 15.*

2 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando veritas aliter haberi non poteſt, quia tunc,

tunc, ne probatio pereat, illos cogi poſſe ad teſtificandum contra eorum affines, & conſanguineos, voluerunt *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 12. num. 24. in fin. Maſc. de prob. concl. 44. nu. 2. lib. 1. & concl. 339. num. 5. et ſeq. lib. 2.* alios adducens, ita ſententes *Farinac. de teſti. d. quæſt. 54. num. 18.* vbi dicit, quòd eſſet durum in practica contra hunc limitationem obtinere, *quæſt. 78. num. 124. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 24. num. 20. in fin. Coſta remed. ſubſid. 70. illat. 2. num. 5. Ambroſ. in proceſ. inform. lib. 1. cap. 3. num. 5. & ſeq.* latè *Guazz. d. defen. 14. cap. 11. nu. 13. & ſeq.* vbi dicit, Iudicem debere ſe abſtinere a cogendo priuilegiatos ad deponendum, & id facere non debere, niſi delictum ſit atrox, & conſulto Principe, & concordat *Carena de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 5. n. 16. Scac. de iudic. lib. 2. cap. 10. num. 90.*

3 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in crimine hæreſis, in quo fauore fidei Catholicæ conſanguinei, & affines, imò fratres, vxor contra virum, & alij priuilegiati examinantur, & ad ſe examinandum coguntur, vt not. *Farinac. de hæreſi quæſt. 188. num. 149. Barboſ. in cap. ſuper eo, 22. num. 11. & in cap. in literis 24. num. 13. de teſti. Scac. de iudic. d. cap. 10. num. 98.* vbi id admittit tantùm in ſubſidium, *Caſtro Palao in opere moral. tom. 1. tract. 4. diſp. 8. punct. 15. num. 6. Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 5. num. 21.* & in fortioribus terminis, conſanguineos, & affines teneri ad denunciandum hæreticos, & de hæreſi ſuſpectos, late comprobat *Traſmier. de oblig. denunc. quæſt. 8. cap. 3. & 4. per tot.*

4 Limita tertiò d. concluſionem, quod licèt conſanguinei, & affines non poſſint cogi ad deponendum contra ſuos conſanguineos, & affines, volentes autem ad deponendum contra eos admittuntur, vt voluerunt *Bart. in l. lege Iulia 4. de teſti. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 12. num. 24. ver. ſed vllum dubium &c. & Farinac. de teſti. d. quæſt. 54. num. 16.* vbi dicit, in criminalibus difficile eſſe a d. limitatione recedere, *& quæſt. 78. num. 101.*

5 Declara primò d. ſecundam limitationem, vt d. teſtes voluntariè deponentes ita demùm probent contra conſanguineos, & affines, ſi appareat ex proceſſu, eos voluntariè depoſuiſſe, aliàs ſecùs, cum in dubio præſumatur, quòd inuiti depoſuerint & ſic non probant, vt poſt *Bar. Nell. Brun. et Laurent. Tenni.* per eum relatos tradit *Baiar. ad Clar. quæſt. 24. num. 139.* quem ſequitur *Guazz. d. defen. 14. cap. 11. num. 18. & Michal.* loquens de fratre *in tract. de fratre par. 3. cap. 50. num. 12.* vbi declarat, in quibus terminis intelligendum ſit *Gratia. diſcep. foren. cap. 227. num. 2. par. 2.* qui contrarium ſentire videtur, cum quibus pertranſit *Farin. de teſti. quæſt. 78. n. 104.* necnon *Calu. de æquit. lib. 2. cap. 158. in fin.*

6 Declara ſecundò d. ſextam limitationem, vt teſtes conſanguinei, & affines dicantur inuiti depoſuiſſe, ſi fuerint citati, & compulſi per Iudicem ad deponendum, ſi allegauerint illorum priuilegium, ſecùs, ſi illud non allegauerint, quia tunc non dicerentur inuiti depoſuiſſe, etiamſi ſint citati per Iudicem, vt declarant *Faller. in pract. in ver. Capiat informationem num. 29. in fin. Baiar. ad Clar. d. quæſt. 24. n. 135. Caball. reſol. crim. caſu 257. num. 8. cent. 3. Farinac. de teſti. d. quæſt. 78. n. 101. & ſeq. & Guazz. d. defen. 14. cap. 11. num. 12.* licèt contrarium tenere videatur *Michal. de fratr. d. par. 3. cap. 50. num. 12.*

7 Declara principalem concluſionem, quòd conſanguinei, & affines cogi non poſſint ad ſe examinandum contra alios conſanguineos, & affines, quod licèt diuerſæ ſint Doct. opiniones vſque ad quem gradum d. conſanguinei, & affines poſſint compelli, aliquibus volentibus, vſque ad duodecimum gradum hoc priuilegium extendi, alijs, vſque ad ſeptimum gradum, alijs verò, vſque ad ſextum gradum, vt videre eſt per *Farinac. de teſti. d. quæſt. 54. num. 19. & ſeq. & Scac. de iudic. lib. 2. cap. 10. nu. 86.* Verior tamen, & magis communis eſt opinio, id extendi vſque ad quartum gradum excluſiuè, & vſque ad tertium gradum incluſiuè, vt poſt *gloſ. Campeg. Duen. Gomez, Nell. Abb. Albert. Crot. & Maſc.* per eum adductos declarat *Farinac. de teſti. quæſt. 54. num. 23. & ſeq.* vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione cum quo pertranſeunt *Guazz. d. defen. 14. cap. 11. num. 9.* qui alios dat concordantes, *& Carena de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 5. num. 15.*

ADDITIO.

N. 5. VBi habetur, quod conſanguinei volentes admittuntur contra conſanguineos, ſi appareat ex proceſſu, illos voluntariè depoſuiſſe, cum aliàs præſumatur illos depoſuiſſe coactos, adde *Scialo. in prax. torq. reus cap. 14. num. 59.* vbi dat concordantes.

SVMMARIVM.

1 *Socius itineris non eſt idoneus teſtis ſuper iniuria facta ſocio.*

Cum offendens meum ſocium me offendere videatur, num. 2.

Licèt contrarium teneant aliqui Doct. num. 3.

Amplia, vt eò magis procedat, ſi ex iniuria ſocij etiam ipſe offendi potuerit, num. 4.

Et quando iniuriam factam ſocio ad animum reuocauit, num. 5.

RESOLVTIO XX.

Socius itineris an ſit idoneus teſtis ſuper iniuria facta ſocio.

1 SOcius itineris non eſt idoneus teſtis, quando deponit ſuper iniuria facta ſocio, cum etiam ipſi facta cenſeatur, & ſic dicatur, deponere in cauſa propria, vt tradunt *Bart. in l. 3. §. ſi tutor ff. de ſuſpect. tutor. Card. Alba. in l. vt vim 3. nu. 18. ff. de iuſt. & iur.* & ita conſuluit antiquus Doctor *Argantinus*, qui fuit filius *Ram. de Forli*, qui dicit, ita vidiſſe ſeruari in pract. quem referendo

ſequitur

ſequitur *Capoll conſ.32. Gram. deciſ.25.nu.2.Thob. Non.conſ.101.num.11.Vulpell.conſ.12.num 10. & conſ.33.num.2.& ſeq.Campeg. de teſt.reg.101.in 3. fallen.Maſc.de prob.concl.1319.in fin. lib.3.* & latè cõprobaui ego *alleg. foren.84.nu 3.et 4.et ſeq.* vbi dixi, contrariam opinionem nõ eſſe de iure veram.

2 Offendens enim meum ſocium in actu comitatio-nis, vt dixi, me etiam offendere videtur *l.quoniam multa 6.C.ad leg.Iul.de vi publ.* plenè *Enerar.Iunio. conſ.35.num.12.lib.1.* quem refert, & ſequitur *Criſpol. caſu milit.20.num.18. Farinac.de var.ac diuer. crim.quaſt.105.num.286. in fin.* & latius comprobaui ego *d. allegat.84.num.4.& ſeq.* & ideò nil mirùm, ſi vti deponens in cauſa propria, & vti inimicus præſumptus offendentis repellatur à teſtificando, vt argumentantur *Doctores ſupra adducti*.

3 Licèt contrarium, imò ſocium eſſe teſtem idoneum, dum deponit ſuper iniuria facta ſocio, voluerint *Bald in l.quoniam liberi 10. ſub n.4.& Salic. num.8.C.de teſti.* quos referedo ſequitur *Farinac.de teſti. quaſt.60.num.402.* vbi hanc opinionem dicit veriorem, & *Vulpell.* ſibi contrarius *conſ. 87. in prin.Paſcal.de patr poteſt.par.1.cap.10.num.36.Carena de Offic.S.Inquiſ.par.3.tit.5.nu.61.& Vermigl. conſ.42.num.5.& conſ.146.num.2.*

4 Amplia primò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando ex iniuria facta ſocio ſenſerit, etiam ipſe ſocius lædi potuit, prout euenire poteſt in iactu lapidis, vel in exoneratione archibuſij, quia tunc ſocium non eſſe teſtem idoneum, voluerunt *Rim.Iun.conſ.524.n.23.lib.5.& Vermig.conſ.42.n.5.*

5 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando ſocius iniuriam factam ſocio ad animum reuocauit, quod ex ſignis, & coniecturis dignoſcitur, quia tunc, vti merè deponens in cauſa propria nihil probat, tradunt *Bald. & Salic.in d.l.quoniam liberi 10.C.de teſt. Gram. d. deciſ.25.num.2.Rim.Iun.d.conſ.524.num.23. Farin. de teſt.d.quaſt.60.num.403. Caren.de Offic.S.Inquiſ. d.par.3.tit.5.num.61.& Vermigl. d. conſ.42.num.5. & conſ. 146. num. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Iudæus teſtis eſſe non poteſt contra Chriſtianum.*

Quod procedit etiam in Iudæo nouiter ad fidem conuerſo, num. 2.

Fallit tamen concluſio in criminibus exceptis, num. 3.

Et quando Iudæus examinatur contra alium Iudæum, num. 4.

Et quando veritas aliter haberi non poteſt, n.5.

RESOLVTIO XXI.

Iudæus an poſſit eſſe teſtis contra Chriſtianum.

1 IVdæus teſtis eſſe non poteſt contra Chriſtianum *cap.non poteſt cap.pagani 2.quaſt.7. l.quoniam 21.C. de hæret.* & tradunt *Afflic.deciſ. 214.& ibi Vrſell.per tot. Maſc. de probat. concl. 944. in princ. & conſ.857. num 11. lib. 2.* latè *Marquar. de Iuda. par.2 cap 5. num.9.& ſeq.* plenè *Farinac. de teſti. quaſt.56.num.205.& ſeq.& conſ. 181.nu.16.lib.1. Surd.conſ.19.num.17.lib.1.Carena de Offic. S.Inquiſ. par.3.tit 5.num.23.* vbi alios adducunt concordantes, & dicunt hanc concluſionem habere locum etiam in hæretico, & infideli, vt ibi per eos, & *Curiac. contro.486.num.17.* vbi extendit hanc concluſionem, vt habeat locum, etiamſi Iudæus ſit inductus ab alio Chriſtiano.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum, etiam in Iudæo, vel infideli nouiter ad fidem Chriſtianam conuerſo, cum adhuc dicatur ſuſpectus, ſecùs ſi ſit conuerſus de longinquo, vt voluerunt *Maſcar. de probat. d. concl.944.num. 5. & ſeq. Viui. in ſuis commun in ver. Teſtis eſſe non poteſt Chriſtianus ver. amplia hoc &c. & Farinac. de teſti. d. quaſt. 56. num. 208. & ſeq.* vbi hanc ampliationem benè comprobat, & contrarijs reſpondet.

3 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in criminibus exceptis, quia in illis ob criminis grauitatem Iudæos, & alios infideles in teſtes admitti ſcripſerunt *Vrſell. ad Afflict. d. deciſ. 214.in fin.Maſc.de probat.concl.462.num.16. lib.1. & conſ 944.num.9.lib.2. Marquar.de Iuda. part. 2. cap. 5. ſub num. 16. Farinac. de teſti. dict. quaſt. 56. num. 227.* vbi alios adducit ita ſentientes, & dicit, hanc limitationem eſſe veriſſimam, & contrarijs reſpondet ſaltem quoad præſumptionẽ faciendam; & *in tract.de hæreſi quaſt.188.nu.111.* quicquid contrarium tenuerit *conſ. 181. num.16. lib.1.* cum quibus pertranſit *Caren.de Offic.S.Inquiſ. d.par.3.tit.5. num.26.* qui alios pariter refert concordantes, & dicit in d.caſu, Iudæum iurare debere ſecundùm leges ſuas, vt ibi per eum, & ſentit etiam *P.Graſſett.de nece prodit.§.29.num.269.*

4 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando Iudæus producitur contra alium Iudæum, vel infidelem, quia tunc in teſte admittitur, etiamſi producatur à Chriſtiano *d. l.quoniam 21.C.de hæret.Fælin.in cap. Iudæi 21.ſub num.2. de teſti.Campeg.de teſti.reg.46.in 1. & 2.fallen.Marquar.de Iuda.par.2.cap.5. num.14. Maſc.de probat. concl.857. num. 11 & concl.944. num.12.lib.2.Farinac.de teſti d.quaſt.56.nu.216.* vbi alios dat concordantes more ſuo, & facit vulgatum illud *Nihil Iudæus Iudæo, & nihil Cathilina Cetego*.

5 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando veritas aliter haberi non poteſt, quia tunc Iudæum admitti ad teſtificandum voluerunt *Marquar. de Iuda. d. part. 2. cap. 5. num. 11. Caph. conſ.227.num. 30. lib. 2.& Farinac. de teſti. d.quaſt.56.num.231.& ſeq.* vbi dicit quod licèt Iudæus non admittatur ad teſtificandum, admiſſus tamen ſemper facit tale, quale indicium, vt ibi per eum, & *P. Graſſet, de nece prodit. dict. §. 29. num. 169.*

ADDI-

ADDITIO.

N. 5. VBi habetur, quod Iudæus admittitur in teſtẽ cõtra Chriſtianum in ſubſidium adde *Seraph. de priuil. iuram. priuil. 123. num. 4.* vbi alios refert caſus, in quibus Iudæus poteſt eſſe teſtis contra Chriſtianum, quos videas ibi per eum, & per *Marquar. de Iudæis par. 2. cap. 5. per tot.* Poteſt autem Iudæus eſſe teſtis in contractibus, & in vltimis voluntatibus, vt probat *Marquar. de Iudæ. in dict. cap. 5. num. 16.*

SVMMARIVM.

1 *Birruarij, vti infames omninò repelluntur à teſtificando.*

RESOLVTIO XXII.

Birruarij vti infames an repellantur à teſtificando.

1 Birruarij, cum apud omnes infames communiter reputentur, omninò in criminalibus repelluntur à teſtificando, vt tradunt *Maſc. de prob. concl. 189. in princ. lib. 1. & concl. 1365. n. 6. lib. 3. Farin. de teſti q. 56. n. 371. & ſeq. & conſ. 39 n. 2. et ſeq. lib. 1. & conſ. 156. in prin. & conſ. 120. n. 1. & conſ. 193. n. 34. lib. 2. Caball. reſol. crim. caſu 127. in princ. cent. 2. Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 5. num. 31. Vermigl. conſ. 31. num. 11. Rota deciſ. 138. num. 4. poſt ſec. vol. conſ. Farinac. & dixi ego allegat. foren. 93. nu. 25.* & ſcripſi latè ſupra in ver. *Birruarius Reſolut. 5. per tot.* quæ iterum hic inutiliter referre non debent.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis pauper in criminalibus repellitur à teſtificando.*

Cum ex paupertate oriatur in teſte præſumptio corruptionis, num. 2.

Licèt contrarium tenuerint aliqui Doct. nu. 3.

Amplia, ſi pauper inciderit in paupertatem ex culpa ſua, num. 4.

Et quando pauper patitur alium defectum, n. 5.

Et ſi ſit pauper, & vilis, num. 6.

Fallit concluſio in paupere, qui ſit honeſtæ vitæ, num. 7.

Quod tamen non præſumitur, ſed eſt probandum, num. 8.

Fides tamen pauperis ſuppletur ex fide ulterius teſtis, vel ex numero, num. 9.

Et teſtis pauper admittitur ad defenſã rei, n. 10.

RESOLVTIO XXIII.

Teſtis pauper an ſit criminalibus repellantur à teſtificando.

1 TEſtis pauper in criminalibus, non ſolùm non eſt idoneus teſtis, ſed etiam repellitur à teſtificado arg. *l. nonnulli 10. ff. de accuſ.* & tradunt *Rola. conſ. 63. n. 34. lib. 2.* vbi teſtatur de comm. opinione, *Gabr. com. concl. de teſt. concl. 18. n. 5. Clar. in pract. § fin. quæſt. 24. ver. quarò etiam &c. Maſcar. de prob. concl. 1155. num. 11. et concl. 1358. num. 37. lib. 3.* latè *Farinac. de teſti. quæſt. 57. num. 16. et ſeq.* vbi alios dat concordantes quamplures, & hanc concluſionem benè comprobat, & dicit, quod ad illa in iudicando non auderet recedere, vti veriori, & magis communiter recepta, & contrarijs reſpondet, & *num. 99.* dicit, in hoc nullo intrare Iudicis arbitrium, quicquid ſit in ciuilibus, vt ibi per eum, & *conſ. 98. num. 9. lib. 1.* addo *Menoch. de arbitr. caſu 65 num. 12. & Vulpell. conſ. 26. num. 3.* & teſtem pauperem non eſſe teſtem idoneum, nec omni exceptione maiorem probaui ego *allegat. foren. 98. num. 21.*

2 Ex paupertate enim in teſte oritur præſumptio mendacij, & corruptionis *l. 3. & ibi gloſ. ff. de teſti.* eadem *gloſ. in cap. teſtes §. teſtium fides 4. quæſt. 3.* quæ allegat dictum Salomonis dicentis *Paupertatem ne dederis mihi, ne pauper periurem nomen Domini* cum alijs relatis *per Farinac. d. quæſt. 57. nu. 3.* vndè apud Spartiatas in adagio erat *Neminem pauperem bonum eſſe*, vt refert *Calu. de æquit. lib. 2. cap. 101. num. 20.*

3 Quicquid contrarium, ob ſolam paupertatem nihil diminui de fide teſtis, voluerint *Addan. ad Crot. de teſt. part. 1. litera C. Adden. ad Bertaz conſ. 210. num. 7. litera B. Clar in pract. §. fin. quæſt. 24. ver quæro nunquid cũ quibus pertranſit Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 5. nu. 68.* qui alios adducit, contra quos adeſt verior, & magis communis opinio, de qua ſupra.

4 Amplia primò d. concluſionem, vt eo magis habeat locum in paupere, qui in paupertatem incidit culpa, & facto ſuo, quia is omninò repellitur à teſtificando, cum vti vitioſus in ſe, eò magis præſumatur vitioſus in alios, vt not. *Menoch. de arb. caſu 96. num. 10. Maſcur. de prob. concl. 1155. nu. 22. lib. 3. Adden. ad Bertaz. d. conſ. 210. num. 7. litera B. & Farinac. de teſt. d. quæſt. 57. num. 45.* vbi alios adducit, ita ſentientes, & teſtatur de communi Doctorum opinione.

5 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum quando teſtis, vltrà paupertatem, patitur aliquem alium defectum, etiam per ſe non ſufficientem ad repellendum teſtem à teſtificando, quia tunc omninò reijcitur ex regula, quòd vna ſuſpicio non operatur, plures vnitæ benè operantur, vt de teſte paupere, & famulo, de paupere, & affine, de teſte paupere, & ſubdito tradunt *Cravet. conſ 249. num. 11. et ſeq. Oſaſc. conſ 66. num 22. Bertaz. conſ. 170. num. 23 lib. 1. Menoch. de arbitr. d. caſu 96. nu. 7. & 8. Farinac. de teſti. d. quæſt. 57. n. 46.* vbi alios adducit, ita ſentientes, & teſtatur de communi opinione, *Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 5. num. 68. Vermigl. conſ. 131. num. 10.* & dixi ego *alleg. foren. 88. num. 14. & allegat. 93. num. 40.*

6 Subamplia d. ſecundam ampliationem illatinè, vt pauper, & vilis omninò à teſtificando repellatur, vt docent *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 12. num. 19.*

nu. 19. *Rolan.conſ.*63.*num.*34.*lib.*2. vbi teſtatur de communi opinione *Bertaz conſ.*359.*num.*42.*lib.*2. *Menoch.de arbitr.d.caſu* 96.*num.*6.*&* 7. vbi dicit, hoc procedere etiam in caſu, in quo teſtes omni exceptione maiores non requiruntur, *Farinac.de teſti.d.quaeſt.*57.*num.*69 *&* 70.*et conſ* 70. *num.*40. *& conſ.*78.*num.*9. *lib.*1. *et conſ* 171. *num* 14.*lib.*2. *Carena de Offic. S.Inquiſ.d.par.*3.*tit.*5.*nu.*68. *Cirtac. contro.*150.*num.*65.*Vermigl. conſ.*15.*n.*31.*& conſ.* 131.*num.*2.*&* 10.*& Rot. poſt lib.*2.*conſ.Farin.deciſ.* 138.*nu.*4.*et deciſ.*172.*num.*2.*& deciſ.*194.*num.*2.

7 Limita primò d.concluſionem, vt non habeat locum in paupere, qui ſit honeſtæ, & probatæ vitæ, quia illum in teſtem admitti, & ei de fide nihil minuendum eſſe, voluerunt *Crauet.d.conſ.*249.*nu* 11. *Caph.conſ.*226.*ſub num.* 66. *lib.*2. *Ant.Gomez var. reſol.tom.*3.*cap.*12. *nu.*19. *Gabr. concl.de teſt.concl.* 18.*num.*2.*Valpel.conſ.*26.*num.*4.*Clar.in pract.§.fin. quaeſt.*24.*ver.quaero etiam etc.Maſc.de prob.d.concl.* 1155.*num.*24.*& ſeq.lib.*3. vbi teſtatur de communi opinione, *Farinac.de teſti.d.quaeſt.*57.*num.*75.*et ſeq.* vbi quamplures refert de communi opinione atteſtantes, *& Caren.de Offic.S.Inquiſ.d.par.*3.*tit.*5. *num.*68. addo *Rota apud Card.Mant.dec.*372.*nu.*16.

8 Declara d. primam limitationem, quia quod teſtis paupere ſit probatæ, & honeſtæ vitæ non præſumitur, ſed eſt probandum per allegantem, vt tenent *Cranet.d conſ.*249 *ſub num.*11. *Ant.Gomez var. reſol.tom.*3.*cap.*12.*ſub num.*18. & benè comprobat *Farinac.de teſt.d.quaeſt.*57.*num.*82.*et ſeq.* cum quibus prætranſit *Vulpell.d. conſ.*26. *num.*5. alios adducens concordantes.

9 Limita ſecundò d. concluſionem, quod licèt pauper non ſit integer teſtis, illius tamen fides ſuppletur, vel ex legalitate alterius teſtis, vel ex numero aliorum teſtium, vt quoad primum dictum tradunt *Crot.de teſt.par.*3.*num.*27.*Bertaz.conſ.*68.*nu.*6 *lib.*1.*& Maſc.de prob.d.concl.*1155. *num.*29. *lib.* 3. & quoad ſecundum *Gabr.com.concl de teſt.conc.*18. *n.*11.*Maſc.d.concl.*1155.*n.*29. *Ant.Gomez var.reſol. tom.*3.*cap.*12.*ſub n.*21. *Bertaz.conſ.*210.*nu.*7. quos refert, vna cum alijs pluribus, & ſequitur *Farinac. de teſti.d.quaeſt.*57.*num.*21.*& n.*95.*et* 96.*& Guazz. defen.*29 *cap.*3. *num.*8. *ver.ſi verò &c.* alios adducens, ita ſentientes.

5 Limita tertiò d. concluſionem, vt teſtis pauper admittatur ad teſtificandum in criminalibus ad defenſam rei, & ad illius innocentiam probandam, vt voluerunt *Natt.conſ.*666.*n.*1.*et ſeq.par* 4.*Maſc. de prob.concl.*904.*nu.*3.*lib.*2.*& d.concl.*1155.*n.*30. *&* 31.*lib.*3.*Farinac.de teſti.d. quaeſt.*57. *num.*21.22. *& ſeq.* vbi firmat, etiam quod teſtis pauper examinatus probat contra fiſcum, vt ibi per eum, & nor.etiam *Guazzin.d.defen.*29.*cap.*3.*num.*8.*& ſeq.* multipliciter declarans, ipſum conſulas.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtes domeſtici, & familiares in criminalibus non admittuntur ad teſtificandum.*

*Etiamſi producantur per fiſcum Iudice procedente ex officio, num.*2.

Ita nullum faciunt indicium parte opponente, num. 3.

*Licèt aliqui contrarium teneant, num.*4.

Fallit concluſio, quando veritas aliter haberi non poteſt, num. 5.

Et quando deponunt ad defenſionem conſanguinei, num. 6.

Et quando domeſticus, et familiaris eſt probata vita, num. 7.

*Et quādo deponit contra aliū domeſticum, n.*8.

Et in crimine laeſae maieſtatis, num. 9.

Depoſitio tamen domeſtici, et familiaris ſuppletur ex fide conteſtis, et ex numero, num. 10.

RESOLVTIO XXIV.

Teſtes domeſtici, et familiares in criminalibus an admittantur ad teſtificandum.

1 TEſtes domeſtici, & familiares, producentis in criminalibus non admittūtur ad teſtificādum, cùm in criminalibus perfectiores requirūtur probationes lex. eſt *in l. etiam* 2. *& ibi not. Doct.C.de teſt c.ſi teſtes §.teſtes* 4. *quaeſt.*3.*cap. in literis* 24. *& ibi not. omnes Canoniſtae, & praecipuè Moder. Barboſ nu.*2. qui plures latiſſime cumulat *de teſti. et in cap. ſuper prudentia* 14.*quaeſt.*2. ibi in criminibus ſi quidem, &c. & tradunt *Crot.de teſti.par.*3.*num.*105.*Adden.ad Bertaz. conſ* 235.*nu.*11.*litera D.lib.*2.*Farinac.de teſt.quaeſt.* 55.*num.*1.*& num.*23. *& conſ.*110. *num.*3.*volum.*2 *Carena de Offic. S. Inquiſ. part.* 3. *tit.* 5.*num.*20. & dixi ego *allegat.foren.* 85.*num.*19.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum, non ſolum, quando domeſticus, & familiaris inducitur ad fauorem accuſatoris, ſed etiamſi inducatur ad fauorem fiſci, Iudice procedente ex officio, quia adhuc, ratione affectionis, non eſt teſtis idoneus ad probandam offenſam factam domino, & familiari ſuo non accuſanti, vt benè contra *Diaz. Gabr.* & alios per eum relatos comprobat *Farinac. de teſti.quaeſt.*54. *num.*230. dicens, hanc eſſe veritatem, & contrariam opinionem eſſe ab omni iure, & ratione alienam, *& d. quaeſt.*55. *n.* 27 *in fin.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt teſtis domeſticus, & familiaris examinatus, cum eius examini lex reſiſtat, nullum faciat indicium parte opponente, vt voluerunt *Abb. & Felin.in cap.in literis* 24. *de teſti. Brun. de indic. & tortu. par.* 1. *quaeſt.*2. *num.*11.*Gram.vot.*6 *num.*19.*Ant. Gomez var. reſol. tom.*3.*cap.*12.*nu.*21.*& Farinac.de teſti.d. quaeſt.*55. *num.*88. vbi alios adducit ita ſentientes, & teſtatur de veriori opinione.

4 Quicquid contrarium voluerint, imò teſtem domeſticum examinatum facere indicium, & præſumptionem *Bald. Marſil. Bertaz.* & alij relati per *Farinac.d.quaeſt.*55.*num.*87. contra quos adeſt verior opinio, de qua ſupra.

Limita

5 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quandò veritas aliter haberi non poteſt, vt ſi agatur de delicto commiſſo in domo, & ſimil. quia, tunc teſtes familiares, & domeſticos admitti ad probandum, voluerunt *Capb. conſ. 110. num. 29. & ſeq. lib. 1. Maſcar. de prob. concl. 1174. nu. 39. lib. 2. Boſſi. in pract. in tit. de indic. num. 165. & 177. allegat. reſol. crim. caſu 282. num. 12. cent. 2. & Farin. de teſti. d. quaeſt. 55. num. 59. & ſeq.* vbi dicit, in Alma Vrbe ita communiter practicari, & quod teſtes in d. caſu non ſunt omni exceptione maiores, & alios dat concordantes, & aliquas affert ſublimitationes, & praecipuè, quando teſtes domeſtici ſunt probatae vitae, alias ſecus, vt ibi per eum, *& conſ. 172. num. 19. lib. 2.* cum quibus pertranſit *Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 5. num. 20. & Giurba conſ. 64. num. 19.* dicens, teſtes domeſticos non eſſe omni exceptione maiores.

6 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando domeſtici, & familiares inducuntur ad defenſionem inquiſiti, & ad illius innocentiam probandam, quia tunc illi admittuntur, vt tradunt *Boſſi. in pract. in tit. de oppoſ. contra teſti. num. 93. & in tit. de fauor. defen. num. 3. et 4. Adden. ad Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 12. num. 9. litera D. Bertaz. conſ. 235. num. 11. lib. 1. et conſ. 530. num. 1. et 6. et ſeq. et conſ. 548. num. 20. et conſ. 557. num. 13. lib. 2. Maſc. de prob. concl. 26. nu. 6. et concl. 491. num. 4. et ſeq. et concl. 533. num. 26. lib. 1.* plenè *Farinac. de teſti. d. quaeſt. 54. num. 70. et ſeq.* vbi plures dat concordantes, vbi dicit, hoc non procedere, quando teſtes domeſtici deponerent ad reprobandum teſtes examinatos per fiſcum, & alias dat limitationes, quas vide ibi per eum, *et conſ. 172. num. 19. lib. 2. Capic. Latro deciſ. 178. num. 18. lib. 2.* cum quibus pertranſit *Guazz. deſen. 29. cap. 3. num. 7.* vbi alios adducit, ita ſentientes quamplures, *Ciriac. contro. 109. num. 8.* etiam in cauſa haereſis, ſi ſit ſpectatae fidei *Carena de Offic. S. Inquiſ. d. tit. 5. ſub nu. 22.* & vide adducta ſupra in hoc ver. *Teſtes Reſol. 4. in 3. limit. & Reſol. 18. limit. 6.*

7 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum in teſte domeſtico, & familiari valdè honeſto, & probatae vitae, qui non repellitur à teſtificando, cum illius bonitas auferat omnem ſuſpicionem; vt voluerunt *Gabr. comm. concl. de teſti. concl. 10. num. 10. Ancar. quaeſt. famil. 69. num. 7. par. 2. Maſcar. de prob. concl. 26. num. 5. & concl. 533. num. 28. lib. 1. et concl. 1368. num. 7. et ſeq. lib. 3. et Farinac. de teſt. d. quaeſt. 54. num. 82.* vbi alios adducit, ita ſentientes, & Iudicis arbitrio in hoc circa perſonae qualitatem plurimùm deferre videtur.

8 Limita quartò d. concluſionem, vt non habeat locum, quandò teſtis domeſticus, & familiaris deponit contra alium domeſticum, & familiarem, quia tunc non repellitur à teſtificando, cum tunc ceſſat ſuſpicionis cauſa, quod propter affectionem non praeſumatur dicere veritatem, vt not. *Maſc. de prob. d. concl. 533. num. 34. lib. 1. Gabr. comm. concl. de teſti. concl. 10. num. 66.* & alij plures, quos refert, & ſequitur *Farinac. de teſt. d. quaeſt. 54. nu. 89. et 92.*

9 Limita quintò d. concluſionem, vt non habeat locum in crimine laeſae maieſtatis Diuinae, & humanae, in quibus, ob criminis immanitatem, & in fidei fauorem, teſtes domeſtici, & familiares benè admittuntur, & probant, ac etiam compelluntur, vt docent *Maſc. de prob. concl. 858. num. 22. & ſeq. Farinac. de teſti. d. quaeſt. 54. num. 94. & ſeq. et in tract. de haereſi quaeſt. 188. num. 143. & ſeq.* vbi alios dat concordantes, plenè *Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 5. num. 20.* vbi alios adducit, ita ſentientes quamplures.

10 Declara d. concluſionem, quod teſtimonium domeſticum ſuppletur ex magna idoneitate conteſtis, nec non etiam ex numero teſtium, vt docet *Farinac. de teſti. d. quaeſt. 54. n. 109. et ſeq.* vbi dat concordantes, ipſum conſulas, cum noluerim integrum tractatum de teſtibus hic conficere, ſed principaliora tantùm praecipue pro iunioribus afferre, vt aliás ſum proteſtatus.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtes patientes plures defectus nullam faciunt probationem.*

Neq; in cauſis difficilis probationis, num. 2.

Neque in cauſis, in quibus admittuntur teſtes inhabiles, num. 3.

Etiamſi exceptiones plures, vti ſingula, teſtem non repellerent, num. 4.

Ita vt neq; coadiuuentur ex adminiculis, n. 5.

Neque probant in criminibus exceptis, nu. 6.

Ita vt ad teſtem repellendum ſufficiant duae exceptiones, num. 7.

R E S O L V T I O XXV.

Teſtes patientes plures defectus an probent.

1 TEſtes patientes plures exceptiones, & defectus nullam faciunt probationē, vt tradunt *Menoch de arbitr. caſu 98. num. 15. & caſu 99. nu. 3. Vulpell. conſ. 99. num. 19. Farinac. de teſt. quaeſt. 57. num. 46. & quaeſt. 62. num. 8. et nu. 80. & num. 381.* vbi teſtatur de communi opinione, & plures dat concordantes, *& conſ. 16. nu. 23. & conſ. 40. num. 30. & conſ. 60. num. 15. & conſ. 78. num. 15. lib. 1. Guazz. deſen. 29. cap. 3. ſub num. 9. Cancer. var. reſol. par. 1. cap. 20. num. 15. Ciriac. contro. 89. nu. 20. Vermigl. conſ. 433. num. 22. Andreol. contro. 172. n. 9.* & dixi ego *alleg. foren. 88. nu. 15. et alleg. 93. nu. 37.* Quod enim vna ſuſpicio non operatur, plures ſimul iunctae benè operantur *l. exemplo 7. l. inſtrumenta 5. l. rationes 6. l. non epiſtolis 13. C. de probat. cap. illo vos 4. de pigno,* & tradunt *Menoch. Farinac. & alij Doctores ſupra adducti.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locū, etiam in caſu difficilis probationis, & quando veritas aliter haberi non poteſt, quia neq; in d. caſu teſtes patientes plures exceptiones admittuntur

ad teſtificandum, vt voluerunt *Menoch. de arbitr. d. caſu 96 num. 6. & 7. Franc. Becci. conſ. 85 num. 19. Gabr. comm. concl. de teſti concl. 7. num. 10. Engen. conſ. 27. num 66. lib. 1. Hond. conſ. 93. num 50. lib. 2. Farinac. de teſtib. d. quæſt. 62. num. 80. et conſ 40. num. 32. et conſ. 78. num. 15. & conſ. 79. num. 1 lib 1. Gratian. deciſ. Marcb. 240. num. 13. Cancer. var. reſol. par. 1. d. cap. 20. num 15. et Vermigl. conſ 413. nu. 22. Guazz. d. defen. 29. cap. 3. num. 9. ver. Nec etiam &c.* & dixi ego *d. allegat. foren. 93. num. 38.*

3 Amplia ſecundo d. concluſionem, vt teſtes patientes plures exceptiones neque admittantur in caſu, in quo alias teſtes inhabiles admitterentur, vt poſt *Marſil. Crane. Gram. Grat. Pariſ. Cuph. Rola. & Barſat.* per eum relatos firmat *Farinac. d. conſ. 40 num. 17. lib. 1. & conſ. 171. num. 35. lib. 2* & poſt *Natt. Farinac. Burſat. & Gabr.* per eum adductos ſcribit *Ciriac. contro. 39. num. 30.*

4 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum, etiamſi exceptiones oppoſitæ contra teſtes, vti ſingulæ, non eſſent per ſe ſufficientes ad repellendos teſtes, quia ſimul iunctæ adhuc illos repellunt, vt tradunt *Menoch. de arbitr. d. caſu 96. num. 6. & 7. Farinac. de teſti. d. quæſt. 57. num. 46.* vbi alios dat concordantes, & teſtatur de communi opinione, *Gratian. d. deciſ. Marcb. 240. num. 8.* & dixi ego *d. allegat. foren. 93. num. 39.*

5 Amplia quarto, d. concluſionem adeò eſſe verã, vt teſtes patientes plures exceptiones neque coadiuuentur adminiculis, vt ſcripſerunt *Bald. in l. falſas 19. num. 3. C. de falſ. Cranet. conſ. 9. num. 12. Natt. conſ. 298. num 10. Rolan. conſ. 98. num. 14. lib. 4.* & alij quos referendo ſequitur *Farinac. conſ. 39. num. 18. lib. 1. et conſ. 120. num 3. et conſ. 147. num. 28. lib. 2. et in tract. de teſti. quæſt. 62. n. 340. et Ant. Port. inter conſ. Farinac. conſ. 193. num. 25.* vbi dicit, teſtem patientem plures defectus nihil probare etiam adhibita tortura, cum illa non purget plures defectus, vt ibi per eum, *lib. 2.* concordat *Farinac de teſti. quæſt. 62. num. 38.*

6 Amplia poſtremò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in criminibus exceptis, imò neque in crimine læſæ Maieſtatis, vt voluerunt *Rimin. Iun. conſ. 704. num. 69. et ſeq. lib. 6. Farinac. conſ. 16 n. 23. et conſ. 79. num. 1. lib 1.* vbi alios dat concordantes quamplures, etiam de communi opinione teſtantes, *& conſ. 80. num. 23. eod. lib. 1. Menoch. de arb. caſu 474. num 54.* plenè *Guazz. defen. 29. cap. 3. nu. 9. ver. ſi verò iſti. &c.* vbi plures adducit, ita ſentientes, & ampliat, etiamſi Statutum admittat teſtes inhabiles, quia illud intelligitur, dummodo inhabilitas non proueniat ex pluribus defectibus, vt ibi per eum, cum quo pertranſit *Com. Andreol. contro. 172. num. 9.*

7 Declara d. concluſionem, quòd ad hoc, vt teſtes patientes plures defectus repellantur omninò à teſtificando, ſufficiant duo defectus, & duæ exceptiones, vt declarant *Menoch. de arb. d. caſu 99. nu. 7. Suarez in Theſa. recep ſent. ver. Teſtes num. 116.* vbi teſtatur de communi opiniones, *& Guazz. d. defen. 29. cap. 3. num. 9. ver. ſi verò iſti &c.*

ADDITIO.

N. 7. VBi habetur, quod duo defectus, ſufficiunt ad repellendum teſtem a teſtificando adde *Farinac. conſ. 216. num. 8. lib 3.* vbi alios dat concordantes, & dixi etiam in *conſ 3. num. 11. poſt tract. de hered. ſimpl. et benefic.*

TESTES QVOAD DICTA.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes ſingulares in criminalibus non probant.*

Amplia, vt teſtes ſingulares non faciant indicium ad torturam, num. 2.

Amplia ſecundò, etiamſi teſtes ſingulares ſint plures, num. 3.

Amplia tertiò, vt teſtes ſingulares non probent confeſſionem extraiudicialem, num. 4.

Probant autem, quando agitur de probando quid in genere, num. 5.

Licèt contrarium teneant aliqui, num. 6.

Declarat d. contrarias opiniones, vt nu. 7. et 8.

Item concluſio procedit in ſingularitate obſtatiua, non adminiculatiua, num. 9.

Etiamſi teſtes ſingulares ſint nobiles, & valdè digni, num. 10.

Et in ſingularitate adminiculatiua probant tantùm ſemiplenè, num. 11.

Probant tamen teſtes ſingulares in crimine læſæ maieſtatis, num. 12.

Et probant etiam minus, num. 13.

Ac etiam probant conſuetudinem blaſphemandi, num. 14.

Licèt aliqui Doctores teneant contrariam, n. 15.

Probant etiam d. teſtes concurrentibus coniecturis, num. 16.

Iuram verò teſtes ſingulares probent hæreſim remiſſiuè, num. 17.

RESOLVTIO I.

Teſtes ſingulares an probent.

1 TEſtes in ſingulares in criminalibus non probant, cum eis ſingularitas fidem auferat, vt tradunt *Ant. Gomez. var. reſol tom. 3. cap. 12. ſub num. 10.* vbi teſtatur de communi opinione, *Clar. in pract. § fin. quæſt. 53. ver. Dixi etiam &c.* vbi dicit, quòd ita tenent omnes ſcribentes, *Farinac. de teſti. quæſt. 64. num. 57.* vbi alios dat concordantes, *& num. 59.* vbi hoc extendit etiam in criminibus grauioribus, *& conſ. 89. num. 6. lib 1. Caball. reſol. crim. caſu 200. num. 120. cent. 2. & caſu 293. num 6. 7. & pluribus ſeq. cent 3. Vermigl. conſ. 126. num. 1. & conſ. 259. num 9. & conſ. 386. num. 13. Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 6. nu. 19. Giurb. conſ. 9. num. 24. Capic. Latro deciſ. 132. nu. 11. & ſeq. par. 2. Zuffi de legit. proceſ. quæſt. 35. num. 5. & ſeq.* & dixi ego *allegat. foren 84. num. 28.*

Singu-

ſingularitas enim idem eſt, quod vnitas, vnicus autem teſtis non probat *l. iuriſiurandi. 8. & ibi Bald. num. 4. C. de teſti. Farinac. d. quæſt 64. num. 34. & Caball. d. caſu 200. n. 120. & d. caſu 293. n. 7.* & vbi in teſtibus adeſt ſingularitas, ibi dicitur, adaſſeuerieſtas, & contrarietas; teſtes autē inter ſe varij, & contrarij ſe non probant, cū vnus alteri contradicēdo inuicem collidant, ita vt non conſtet, quis ex eis verum dixerit, vt not. *Cranet. conſ. 41. num. 6. Farinac. d. quæſt. 64. num. 35. Cabal. d. caſu 200. nu 120. & ſeq. & d. caſu 293. num. 8. & ſeq. & alij Doctores ſupra addicti*, & vltra eos *Ciriac. contro. 487. num. 3. & P. Graſſet. de nece prodit. §. 29. num. 275.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt teſtes ſingulares neque faciant indicium ad torturam, vt voluerunt *Foller. in pract. in ver. Item quod ſororem venenauit num. 13. & ſeq. Gabr. commun. concl. de teſtib. concl. 2. num. 10. Farinac. de indic. et tortu. quæſt. 37. num. 35. & ſeq.* vbi alios adducit, & latè examinat, & *in tract. de teſti d. quæſt. 64. num. 58. et conſ. 78. num. 23. & conſ. 89. num. 6. lib. 1. Guazz. defen. 30. cap. 31. nu. 3. Ciriac. contro. 106. num. 43. & Carena reſol. 222. num. 6. & de Ofic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 1. nu. 25. Vermigl. conſ. 100. num. 7. & conſ. 226. num 15.* & dixi ſupra in ver. *Indicium Reſol. 5. num. 6. & 7.* vbi latiùs hanc ampliationem declaraui, in quibus terminis procedat, videas ibi.

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum, etiamſi teſtes ſingulares ſint plures numero, cum numerus hanc exceptionem non tollat, imò illam augeat ob maiorem contradictionem, ita vt tantùm probent mille teſtes ſingulares, quantum vnus, vt conſiderant *Bald. in d. l. iuriſiurandi 8. n. 4. C. de teſti. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 12. num. 10. in fin. Ludo. deciſ. Peruſ. 9. num. 8. Farin. de teſti. d. quæſt. 64. num. 37. et ſeq.* vbi alios dat concordantes, quamplures, & benè comprobat *Caball. d. caſu 293. num. 12. & ſeq. Giurba d. conſ. 79. num. 24.* vbi dat concordantes, & *Caren. de Ofic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 6. num. 29.* & dixi ego *alleg. foren. 97. num. 19. Paul. Rub. de valid. legal. cap. 18. num. 93. et 94.*

4 Amplia tertiò d. concluſionem, vt teſtes ſingulares non probent confeſſionem extraiudicialem ad hoc, vt illa faciat indicium contra confitentem, ſed requiruntur teſtes conteſtes, vt tradunt *Foller. Thob. Noni. Menoch. Farinac. Guazz. Eugen. Caball. Caren. Vermigl. Paul. Rub. & Rot.* in locis relatis ſupra in ver. *Confeſſio Reſol. 13. num. 12.* vbi videas.

5 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando agitur de probando quid in genere, puta Titium eſſe furem, vſurarium, blaſphematorem, adulterum, & ſimilia, quia tunc, teſtes ſingulares id benè probare, voluerunt *Cran. de antiq. temp. par. 4. ſect. ſed enim &c. num. 11. & ſeq.* vbi teſtatur, ita fuiſſe iudicatum in illa Curia, & hanc eſſe veriorem, & magis communem Doctorum opinionem, *Gabr. comm. concl. de teſt. concl. 2. num. 18. et 21.* qui pariter hanc dicit magis communem opinionem, plene *Rimin. Iun. conſ. 7. num. 27. et ſeq. lib. 1.* vbi plures dat concordantes, reſpondet contrarijs, & dicit, ita pluriès fuiſſe iudicatum, latè Reſol. Crim.

Farinac. de teſti. d. quæſt. 64. num. 150. vbi alios adducit, ita ſentientes quamplures, & *num. 152.* dicit hanc eſſe magis communem Doctorum opinionem, & hanc limitationem multimodè ſublimitat, vt ibi per eum, cum quibus pertranſeunt *Sanfelic. deciſ. 337. num. 18. Maſſin. de confiſc. bonor. quæſt. 12. num. 4. Leotard. de vſur. quæſt. 100. num. 17.* & nouiſſimè *Zuffi. de legitim. proceſ. d. quæſt. 35. num. 4. & ſeq.*

6 Licèt contrarium imò teſtes ſingulares neq; probare quid in genere voluerint *Bald. Deci. Iaſ. Ripa, Crot. Bertaz. Petra* & alij relati *per Farinac. in dict. quæſt. 64. num. 151.* quorum aliqui teſtantur etiam de veriori, & magis communi opinione, cum quibus videtur pertranſire *Giurb. d. conſ. 79. ſub nu. 24.*

7 Declara d. primam limitationem, vt non habeat locum quoad effectum condemnandi, imò neque torquendi, ſed ſolùm ad effectum diminuendi fidē teſti, ad agendum ad priuationem dotis ob adulterium, & ſimilia, vt benè declarat *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 53. ver. dixi etiam &c. in fin. Bertaz. conſ. 452. num. 16. lib. 2.* vbi teſtatur de veriori, & magis communi opinione, & *Farinac de teſti. d. quæſt. 64. num. 156. & ſeq.* vbi dicit, ab hac opinione non eſſe recedendum, licèt aliqui contrarium tenuerint, de quibus ibi per eum alias afferentem declarationes & præcipuè, vt non habeat locum, quando teſtes ſunt ſingulares ſingularitate obſtatiua, & idem tradit, loquendo in terminis vſurarū, *num. 200.* cum quibus tenet *Caball. dict. caſu 293. num. 28.*

8 Licèt contrariam opinionem, imò per teſtes ſingulares probari, quem eſſe vſurarium in genere, ſi teſtes ſint plures, & ſpectatæ fidei ad effectum, vt poſſit ab Eccleſia corrigi, & coerceri pœna ſaltem extraordinaria, voluerint *Leotard. de vſur. d. quæſt. 100. num. 17.* dicens, ita tenuiſſe præſertim *Petram de fidei.* in loco per eum adducto, quem dicit *Farinac.* non vidiſſe, vt ibi per eum, & *P. Graſſet. de nece prodit. §. 29. num. 285. & num. 297.*

9 Limita ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum in teſtibus ſingularibus ſingularitate obſtatiua, ſecùs autem in ſingularitate adminiculatiua, quia in illa teſtes probare voluerunt *Iaſ. Ripa Frāc. Curt. & alij in l. admonendi 31. ff. de iureiur. Anton. Gomez var. reſol. tom. 3. cap 12. num 12. Farinac de teſti. d. quæſt 64. num. 112.* vbi quamplures adducit, ita ſentientes, quos referre ſuperfluum eſſet, & ſentit etiam *Ciriac d. contro. 487. num. 2. et 3.* & quampluribus authoritatibus pleuè docet *Giurba cōſ. 79. num. 34. Scac. de iudic. lib. 2. cap. 9. n. 553. & P. Graſſ. de nece prodit. §. 29. num. 274. & ſeq.* benè comprobans, & dixi ego *alleg. foren. 84. num. 28.*

10 Amplia d. limitationem, vt habeat locum, etiam quòd teſtes ſingulares ſint nobiles, & valdè digni, quia adhuc nullam faciunt probationem, quando ſingularitas eſt obſtatiua, quicquid ſit in diuerſificatiua, vt benè comprobant *Farinac. de teſti. d. quæſt. 64. num. 106. & P. Graſſet. de nece prodit. d. §. 29. num. 297.*

11 Declara d. limitationem, quòd teſtes ſingulares

probent in ſingularitate adminiculatiua, vt habeat locum quoad ſemiplenam probationem tantùm, non autem quoad plenam, vt declarant *Gabr. commun. concl. de teſti. concl. 2. num. 65 & ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione, *Rolan. conſ. 33. num. 10. iuncto num. 22. ver. vlterius lib. 2. & Farinac. de teſt. d. quaeſt. 64. num. 113.* vbi alios dat concordantes, *Scac. de iudic. lib. 2. cap. 9. num. 367.* vbi alios refert, ita ſentientes.

12 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum in crimine laeſae maieſtatis, ad cuius probationem teſtes ſingulares eſſe ſufficientes, voluerūt *Nicol. Bello conſ. 21. nu. 3. Foller. in pract. in ver. Item quòd commiſit crimen laeſae maieſt. n. 3. Decia. tract. crim. lib. 7. Baiar. ad Clar. in §. laeſae maieſt. num. 25.* quos vna cum aliis pluribus refert, & ſequitur *Farinac. de teſti. d. quaeſt. 64. num. 220. & ſeq.* vbi declarat, hanc limitationem habere locum, quando conſpiratio, rebellio, & crimen laeſae maieſtatis fuerunt commiſſa per plures actus, ſecùs, ſi per vnum actum ſpecificum tantùm, vt ibi per eum, & idem ſcripſit *in conſ. 41. num. 7. lib. 1.* addo *P. Paſquali. deciſ. 168. num. 3.*

13 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum in probatione minarum, quas probari per teſtes ſingulares, ſcripſerunt *Foller. Gabr. Farinac. Ant. de Ball. P. Delr. P. Graſſet.* in locis relatis ſupra in ver. *Indicium Reſolut. 14. num. 12.* vbi hanc limitationem declaraui, quibus addo eundem *Farin. de teſti. quaeſt 64. num. 275.*

14 Limita quartò d. concluſionem, vt non habeat locum in conſuetudine blaſphemandi, quam probari per teſtes ſingulares voluit *Rimin. Iun. conſ. 7. num. 21. in fin. & num. 83. lib. 1.* & quoad effectum diminuendi de fide blaſphemantis non autem puniendi ſequuntur *Clar. in pract. §. fin. quaeſt 53. ver. dixi etiam, & Farinac. de teſti. d. qa. 64. num. 289.*

15 Licèt contrarium, imò blaſphemandi conſuetudinem non probari per teſtes ſingulares, voluerunt *Alex. conſ. 72. ferè per tot. lib. 1. Bello. conſ. vlt. nu. 5. Maſc. de probat. concl. 194. num 2. lib. 1. Decia. tract. crim. lib. 6. cap. 4. num. 8. & cap. 5. ſub num. 5.* & alij relati per *Farinac* in *d. quaeſt. 64. num. 288. & 290.*

16 Limita quintò d. concluſionem, vt non habeat locum concurrentibus adminiculis, & coniecturis, quia, tunc teſtes ſingulares plenè probare, voluerunt *Petra de fideicom. quaeſ. 12. num. 526. & 529. Farinac. conſ. 16. num. 57. & conſ. 50. num. 26. & conſ. 41. num. 8. et conſ. 78. num 23. lib. 1.* & latiùs *in tract. de teſti. d. quaeſt. 64. num 302.* vbi quamplures dat concordantes, & declarat hanc limitationem procedere, quoad poenam extraordinariam imponendam tantùm, vt ibi per eum, & idem tradit, loquendo tamen in ciuilibus, *illuſtriſs. Sperell. deciſ. 69. num. 56. par. 1.* vbi alios adducit ita ſentientes Doctores, & Rotam Romanam vt ibi per eum.

17 An autem, & quando teſtes ſingulares probent haereſim latè diſſerunt *Farinac. de teſti. d. quaeſt. 64. num. 201. & plur. ſeq.* vbi plures facit diſtinctiones talia plura cumulat ad materiam teſtium ſingularium, quae longum eſſet recenſere, & *in tract. de haereſi quaeſt. 188. num. 152. & plur. ſeq.* vbi facit concluſionem negatiuam, & poſtea illam pluribus modis ampliat, & limitat, & *Carena de Offic. S. Inquiſit. par. 3. tit. 6. num 29. 30. & pluribus ſeq. P. Paſquali deciſ. 160. num. 12. & ſeq. & Inquiſit. Traſmier. de oblig. denunc. quaeſt. 3. cap. 2. num. 10.* & ante eos *Scac. de iudic. lib. 2. cap. 9. na. 518. et ſeq.*

S V M M A R I V M.

1 *Teſtis, qui dat alium in conteſtem non probat, ſi conteſtis vocatus id neget.*

Idem eſt in teſte dicente aliquid fuiſſe factum praeſente Titio, ſi Titius vocatus id neget, nu. 2.

Licèt contrarium teneant aliqui, num. 3.

Imò d. teſtis eſt ſuſpectus de falſo, num. 4.

Et punitur de falſo ſi plures teſtes dati in conteſtes dicant contrarium, num. 5.

Quando vero in dict. caſibus ſit locus torturae remiſſiuè, num. 6.

R E S O L V T I O II.

Teſtis qui dat alium in conteſtem an probet, ſi teſtis vocatus id neget.

1 TEſtis, qui dat alium in conteſtem nullam facit probationem, ſi vocatus in conteſtem negat id, ad quod vocatus eſt, ſed neutri creditur, vt tradunt *Bald. in cap. cum cauſam 37. num. 17. de teſti. Gabr. commun. concl. de teſtib. concluſ. 3. num. 11. Muſcar. de probat. concluſ. 1375. num 1. lib 1. Farinac. conſ. 127. num. 11. & conſ 138. num. 21. & conſ. 179. num. 4. lib. 2. Giurba conſ. 23 num. 13. & conſ. 37. num. 26. & 36.* vbi loquitur, quando teſtes ſunt eiuſdem conditionis, *Guazz. defen. 19. cap. 2. poſt num. 2. Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 6. num. 42. Ciriac. contro. 27. nu. 8.* qui alios dat concordantes, *Vermigl. conſ. 159. nu. 24. & conſ. 143. num. 17. & conſ. 290. num 22. & conſ. 291. num. 10. Rota deciſ. 337. num. 5. poſt ſecun. volum. conſ. Farinac.* & dixi ego *allegat. foren. 95. num. 5.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locū, etiam in teſte deponente aliquid fuiſſe factum praeſente Titio, Titius verò negat fuiſſe praeſentem qui pariter non probat, imò redditur ſuſpectus de falſo, cū d. depoſitio intelligatur de praeſentia corporali, non autem de intellectuali, vt not. *Bald. in d. cap. cum cauſam 37. num. 7. & ibi Felin. ſub nu. 2. de teſti. Gabr. commun. concl. de teſti. concl. 3. num. 11. Maſc. de prob. d. concl. 1375. num. 1. lib. 3. Eage. conſ. 27. num. 51. lib 1.* vbi teſtatur de communi opinione; *Farin. de teſt. qa. 65. na. 274.* vbi alios adducit, ita ſentientes, & hanc dicit eſſe veriorem, & magis communem Doctorum opinionem, & *nu. ſeq.* benè declarat, & *conſil. 29. num. 14. lib. 1. & conſ. 127. n. 11. lib. 2. Caren. de Offic. S. Inqu. p. 3. tit. 6. n. 44.*

3 Quic-

3 . Quicquid contrarium tenuerint *Soc. Iun. Bertaz. Crauet. Alex.* & alij relati per *Farinac. d. quaſt. 65. num. 272. et 273.* contra quos adeſt verior, & magis communis opinio, de qua ſupra.

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt d. teſtis non ſolum non probet, quando vocatus ab eo in conteſtem contrarium deponit, ſed etiam ſit ſuſpectus de falſo, vt tradunt *Bald. in l. teſtium 14. num. 13. C. de teſti. Caph. conſ. 233. nu. 26. lib. 2. Rim. Iun. conſ. 723. num. 54. lib. 5. Maſc. de probat. d. concl. 1375. in princ. Gabr. comm. concl. de teſt concl 3. num. 11. Bertaz. conſ. 334. num. 3. & ſeq. et conſ 427. num. 3. & conſ. 414. num 25. lib. 2. Farinac. de teſti. d. quaſt. 65. num. 274. et conſ. 39. num. 14. lib 1. et conſ. 138. num. 31. lib. 2. Surd. deciſ. 326 num. 96. Giurba conſ. 37. nu. 28.* alios adducens, ita ſentientes, *& conſ. 70 num. 36.* vbi alios pariter dat concordantes, *Carena de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit 6. nu. 42. Ciriac. contro. 27. num. 8. et Vermigl. conſ. 30. num. 16.*

5 Subamplia d. ſecundam ampliationem, vt habeat locum, quando teſtis datus in conteſtem negat id, pro quo datus fuit in conteſtem, ſecùs tamen eſt, ſi ſint dati plures in conteſtes quia ſi ipſi deponãt contrarium d. teſtis, non ſolùm dicitur ſuſpectus de falſo, ſed dicitur omninò falſus, vt declarant *Bald. in d. cap. cum cauſam 37. num. 17. & ibi Felin. ſub num. 2. de teſti. Alex. conſ. 61 num. 7. lib. 4. Gabr. comm. concl. de teſti. concl. 3. num. 11. Farinac. conſ. 37. num. 24. lib. 1.* vbi ampliat, maximè, ſi d. teſtes deponant cum tortura, *& conſ. 81. nu. 23. lib. 2. et in tract. de teſt. qu. 65. n. 7. et Eug. d. concl. 27. n. 51. lib. 1.*

6 Quando autem in d. caſu ſit locus torturæ contra teſtem, vt quia deponant contrariũ plures teſtes, vel vnus tantum, ſed tamen dignior, & quando teſtes hinc inde ſunt numero, & dignitate pares benè declarant *Farinac. de teſti. d. quaſt. 65. num. 9. Guazz. defen. 19. cap. 3. per tot. Giurba d. conſ. 23. per tot.* & poſt eos *Caren. de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 6. nu. 43. et ſeq.* & dixi etiam ſupra in ver. *Falſum Reſol. 16. num. 4.* vide ibi, & per ſupradictos Doctores, cum ex alienis ſcriptis ſcripta conficienda non eſſe pluries dixerim.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtes nulliter deponens, ſi eius depoſitio ſit falſa, non punitur de falſo.*

Licèt aliqui contrarium teneant, num. 2.

Et idem eſt in teſte deponente falſum extra articulos, num. 3.

Licèt contrarium teneant aliqui Doct. num. 4.

Quę ampliatio non habeat locum quoad pœnam extraordinariam, num. 5.

Limita, concluſionem non procedere quoad pœnam extraordinariam, num. 6.

Quod procedit etiam in teſte deponente falſum ſinè iuramento; num. 7.

Licèt contrarium teneat Cabal. *relatus, num. 8.*

R E S O L V T I O III.

Teſtes nulliter deponens ſi eius depoſitio ſit falſa an puniatur de falſa.

1 TEſtis nulliter deponens, ſi illius depoſitio ſit falſa, non eſt puniendus de falſo, vt tradunt *Bald. in l. 1. num. 4. C. de ſepulc. viol. Lanfra. de teſt quaſt. 27 ver. item habemus, &c. Clar. in pract. §. falſum ver. item excuſatur circa medium, Gabr. comm. concl. de maleſ. concl. 5. num. 14. Graſſ. comm. opin. lib. 2. cap. 17. quaſt. 21.* vbi teſtatur de communi opinione, *& Farinac. de teſtib. quaſt. 67. num. 187.* vbi hanc concluſionem, dicit, veriſſimam, & magis communiter receptam eſſe per Doctores.

Falſitas enim, quæ actu non eſt nocibilis, qualis eſt depoſitio teſtis nulliter facta non eſt punibilis, vt not. *Silua. conſ 7. num. 11.* vbi teſtatur de communi opinione, *Farinac. de falſit. & ſimul. quaſt. 150. nu. 291. & ſeq. & conſ. 179 nu. 22. lib. 2. Murat. conſ. 61. num. 5. Scac. de iudic. lib. 2. cap. 8. num. 524. Vermigl. conſ. 236. num. 7. & conſ. 250. num. 11. & conſ. 256. num. 12. & conſ. 499. num. 3.* & alij plures per me relati ſupra in ver. *Falſum Reſol. 3. in prin. & alleg. foren. 89. num. 34.* cum falſitas non nocibilis non dicatur propriè falſitas *Iucert. Conſul. apud Farinac. concl. 114. num. 12. & 38. lib. 2.* & dixi ſupra *dict. Reſolut. 3. num 2.* 8

2 . Quicquid contrarium voluerint idem *Bald. Salic. Ang. Monticell. Petra*, & alij relati per *Farinac. de teſtib. dict. quaſt. 67. num. 188* contra quos adeſt verior, & magis communis opinio Doctorum, de qua ſupra. 8

3 Amplia d. concluſionem, vt habeat locum etiam in teſte deponente falſum extra articulos, quem de periurio non teneri, voluerunt *Graſſ. comm. opin. lib. 2. cap. 17. qu. 21.* vbi teſtatur de communi opinione, *Bertaz. conſ 47. num. 5. lib. 1. Vivi. comm. opin. in ver. Teſtis falſum teſtimonium depon. ver. limitatur d. pragmatica &c. et Farin de teſt. d. q 67 n. 207.*

4 Licèt contrarium tenuerint *Bald. Salic. Lanfra. & Claud. ad Bertaz. in locis relatis per Farinac. in d. qu. 67. num. 208.* contra quos adeſt communis Doctorum opinio, de qua ſupra.

5 Declara d. ampliationem, vt habeat locum quoad pœnam ordinariam, ſecùs tamen quoad pœnam extraordinariam, mitiorem Iudicis arbitrio, quam d. teſtis non euitat, vt poſt *Plat. de in litem iur. §. 44. num. 9. in fin. & Graſſ. comm. opin. d cap. 17. quaſt. 21.* per eum relatos declarat *Farinac. de teſt. d. quaſt. 67. num 209.* 1

6 Declara principalem concluſionem, vt habeat locum quoad falſi pęnam ordinariam, ſecùs tamen quoad extraordinariam Iudicis arbitrio, quia illa teſtis deponens falſum nulliter puniri omninò debet, cum verè Iudicem offendere dicatur, vt declarant *Plot. de in litem iur. d. §. 44. num. 11. in fin. & n. 15. pariter in fin.* vbi teſtatur de magis communi Doct. opinione, *Boſſi in pract. in tit. de falſ. num. 88.* 1

Clar. in d. § falſum ver. Item excuſatur circa mediū, vbi dicit, hanc eſſe communem opinionem, *Mago. deciſ. Lucen. 43. num. 19. & ſeq.* qui pariter teſtatur de communi opinione, *Farinac. de teſti. d. quæſt. 67. num. 219.* vbi quamplures dat concordantes, *Caſtru Palao in oper. moral. tract. 4. diſp. 8. punct. 15. §. 6. n. 16.* quem referendo ſequitur *Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 5. num. 68.* vbi dicit, hanc eſſe veriorem Doctorum opinionem.

7 Amplia d. declarationem, vt habeat locum, etiā in teſte, qui falſum depoſuit ſinè iuramento, quem puniendum eſſe non pœna ordinaria, ſed extraordinaria tantùm Iudicis arbitrio, voluerunt *Bertaz. conſ. 47. num. 2. & ibi Adden. litera A. lib. 1.* qui teſtantur de frequentiori opinione, & in practica receptiori, *Graſſus commu. opin. d. lib. 2. cap. 17. q. 21.* vbi hanc dicit communem opinionem, *Magon. dec. Lucen. 43. num. 19. et 20.* pariter atteſtans de communi opinione, quam dicit veriſſimam *Ludo. deciſ. Lucen. 75. num. 15. Scac. de iudic. lib. 2. cap. 8. n. 444. & num. 464.* & illam, concordando opiniones inter ſe contrarias, pluribus relatis authoritatibus firmat *Farinac. de teſti. d. quæſt. 67. num. 197. & ſeq* & poſt eum *Poſti. de manut. obſeru. 84. num. 13.*

8 Licèt illum eſſe puniendum pœna falſi indiſtinctè tueatur *Caball. reſol. crim. cent. 1. caſu 69. per tot.*

S V M M A R I V M.

1 *Teſtis de auditu alieno in criminalibus non probāt,*
Neque faciunt indicium ad torturam, num. 2
Etiam quòd teſtes deponentes de auditu ſint plures, num. 3.
Licèt contrarium teneant aliqui Doct. num. 4.
Et eò magis, ſi deponant audiuiſſe à parte, n. 5.
Ac etiam in crimine aſſaſſinij, num. 6.
Contrarium tamen tenent aliqui Doctores, n. 7.
Limita concluſionem in delictis occultis, & difficilis probationis, num. 8.
Et quando deponunt ad defenſam rei, num. 9.
Et probant etiā contra fiſcum inducentē, n. 10.
Debent tamen nominare eos, à quibus audiverunt, aliàs non probant, num. 11.
Et quod ij a quibus audierunt ſint plures, & ſint perſonæ graues, & fide dignæ, num. 12.
Et quòd ſint mortuæ, ſi enim ſint viuæ, & potuerint examinari, & non ſint examinatæ, teſtes non probant, num. 13.
14 *Teſtes de auditu probant ea, quæ percipiuntur per ſenſum auditus.*

RESOLVTIO IV.

Teſtes de auditu alieno in criminalibus an probent.

1 TEſtes de auditu alieno in criminalibus non probant, imò neque faciunt præſumptionem, niſi leuem *cap. licèt ex quadam 47. de teſti.* & tradunt *Rolan. conſ. 24. num. 86. & conſ 98. nu. 55. lib. 1. Caph. conſ. 204. num. 7. et num. 21. lib. 2. et conſ. 721. num 35. lib. 5. Farinac. de teſti. quæſt. 69. num. 9. & 32.* vbi alios adducit, ita ſentientes, teſtatur de communi opinione, & dicit, depoſitionem d. teſtium vix ſufficere ad capturam, *& conſ. 62. nu. 11. lib 1. & conſ. 147 num. 44 lib. 2. Adden. ad Farinac. conſ. 33. litera P. lib. 1. Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 6. num. 9. Vermigl. conſ. 60. num. 7. et conſ. 105. num 1. et conſ. 272. num. 21. Cirsac. contro. 91. nu. 12. Inquiſ. Traſmiera. de oblig. denunc. quæſt. 5. cap. 2. ſub num 1.* & dixi ego *alleg. foren. 83. num. 12.*

Teſtis enim debet deponere de eo, quod nouit, & quibus præſens fuit, & ſic per proprium ſenſum, non autem per ſenſum alienum *cap. teſtes 3. qu. 9.* & not. *Io. Andr. Anan. Abb. Imol & Butr. in d. cap. licèt ex quadam 47. de teſti. Farinac. de teſti. d. quæſt. 69. num. 3* vbi alias affert rationes, *& Zuff. de legit. proc. quæſt. 32. num. 6.* ita vt teſtes de auditu non eſſe propriè teſtes, dixerit *Farinac. conſ. 13. nu. 20. & conſ. 40. nu. 81. lib. 1.* & teſtimonium de auditu eſſe præter, & contra formam, & regulam iuris, habetur ex tex. *in d. cap. licèt ex quadam 47. & ibi not. Abb. num. 1. de teſti. & Farinac. de teſti. quæſt. 69. num. 8.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt eò magis teſtimonium de auditu non faciat indicium ad torturā, vt voluerunt *Horat. Lut. conſ. 161. num. 21. & ſeq. inter conſ. crim. diuer. lib. 1.* benè comprobans, *Bertaz. conſ. 225. num. 1. et ſeq. lib. 1. Farinac. de teſti. d. quæſt. 69. num. 14. & ſeq.* vbi alios dat concordantes, & teſtatur, hanc ampliationem communiter receptam eſſe per Doctores *Adden. ad Farin. conſ. 33. litera P. lib. 1. & Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 6. num. 11.*

3 Subamplia d. primam ampliationem, vt habeat locum, etiam quod teſtes de auditu deponentes ſint plures, quia adhuc, illos non facere indicium ad torturam, tradit *Farinac. de teſt. d. quæſt. 69. num. 16* dicens, contrariam opinionem eſſe falſam, & hanc ſubampliationem benè comprobans, vt ibi per eum.

4 Quicquid contrarium imò teſtes de auditu facere indicium ad torturam, ſi ſint plures malè tenuerint *Brun. Corrad. & Æmil.* in loc. relatis per *Farinac. in d. quæſt. 69. num. 15.* & idem *Farinac.* ſibi contrarius *conſ. 41. num. 10. lib. 1.*

5 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando teſtes de auditu deponerent, audiuiſſe à parte, puta ab accuſatore, ab offenſo, & ſimil. quia tunc nullam facerent probationem, cum teſtibus de auditu non credatur, quorum repelluntur authores, ne plus credatur copiæ, quam originali *d. cap. licèt ex quadam 45. de teſti.* & not. *Caph. conſ. 250. num. 27. lib. 2. Surd. conſ. 135. num 96. lib. 1. Hond. conſ. 102. num. 58. lib. 1.* plenè *Farinac. de teſti. d. quæſt. 69. nu. 85.* alios adducens ita ſentientes, *Ciriac. contro. 150. num. 22. Carena reſol. 122. num. 4. Vermigl. conſ. 263. num. 2. & conſ. 223. nu. 2. & 5. & Caluin. de æquit. lib. 1. cap. 30. num. 27.* & dixi ego *alleg. foren. 84. num. 23.*

6 Amplia tertiò d. concluſionem vt habeat locum, etiam in crimine aſſaſſinij, in quo teſtes de auditu

non

non faciunt indicium ad torturam, alijs non concurrentibus, voluerunt *Carer. in pract. in 3. tract. de homic. §. circa teſtium, & c. num 29.* quem referendo ſequitur, *Farinac. de teſt. d. quaſt. 69. nu. 18.* vbi hanc ampliationem benè comprobat, *Brun. conſ. 115. num. 81. inter conſ. crim. diuer. lib 2. & Ciriac. contr. 150. num. 60. & 61.*

7 Contrarium tamen, imò in crimine aſſaſſinij teſtes de auditu facere indicium ad torturam, cum in eò ſufficiantetiam præſumptiones tenuerunt, *Marſil. Plaza. Monticell. Maſc. Gabr.* & alij plures, quos refert, *Farinacc. de teſt. d. quaſt. 69. num. 17.* cum quibus pertranſit, *Guid. conſ. 40. num. 30. & conſ. 70. num. 30. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 3. caſu 1. quaſt. 3. num. 23. & ſeq.* latè comprobans, & non diſſentit ab eis *Caren. de Ofic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 6. n. 14.* adducens etiam *Felic. allegat. 3. n. 18. par. 1.*

8 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in delictis occultis, & difficilis probationis, in quibus, teſtimonium de auditu fidem facere, voluerunt *Hoſti. Io. Andr. Ancar. & Butr. in cap. præterea 27. de teſt. et Farinac. de teſt. quaſt. 69. nu. 51. et ſeq.* vbi declarat, hoc habere locum concurrentibus fama, & adminiculis, quando agitur de plena probatione, & quod delictum ſit actu, & habitu difficilis probationis, aliter ſecùs *et conſ. 147. num. 47. lib. 2. Caren. de Ofic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 6. num. 13. Vermigl. conſ. 472. num. 7.* vbi alios dat concordantes, & ita ſentit etiam *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 3. caſu 1. quaſt. 3. num. 24.*

9 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quandò agitur ad defenſam rei, quia tunc ad illam probandam teſtimonium de auditu admittitur, vt tradunt *Thob. Noni. conſ. 99. num. 9. et 26. Hond. conſ. 100. num. 35. lib. 1. Caph. conſ. 178. num. 75. lib. 5. Farinac. de teſt. d. quaſt. 69. num. 56. et conſ. 382. num. 18. lib. 1. Guazzin. defen. 33. cap. 14. nu. 11. ver. imò probatur etc. et defen. 29. cap. 3. num. 15.* vbi dicit, famam ad defenſam probari per teſtes ſimpliciter deponentes de auditu, vt ibi per eum benè comprobantem, & cum d. limitatione pertranſit etiam *Carena de Ofic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 6. num. 12.* & dixi ego *alleg. foren. 98. num. 27.*

10 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum contra fiſcum inducentem, quia, teſtes de auditu contra illum benè probare, ſcripſerunt *Hora. Lut. conſ. 161. nu. 44. & ſeq. inter conſ. crim. diuer. lib. 1. Bertaz. conſ. 14. num. 17. lib. 2. Caph. conſ. 65. nu. 55. lib. 1. Thob. Noni. conſ. 98. num. 10. & ſeq. Farin. de teſt. quaſt. 62. num. 233. & ſeq.* vbi declarat, hoc habere locum facta reproductione depoſitionum teſtium, alias ſecùs, *& d. quaſt. 69. num. 60.*

11 Declara primò d. limitationem, vt habeant locum, quando teſtes de auditu nominant eos, à quibus audierunt, alias nullam faciunt probationem, vt adnotarunt *Caph. conſ. 250. num. 21. lib. 2. Bertaz. conſ. 225. num. 2. lib. 1. Surd. conſ. 135. num. 95. in fin. lib. 1. Menoch. de arbitr. caſu 475. num. 14.* vbi teſtatur de communi opinione, *Maſcard. de prob. concl. 395. num. 7. lib. 1. Farinac. de teſt. d. quaſt. 69. nu. 75. & ſeq.* vbi alios cumulat, ita ſentientes quamplures, & dicit, hoc habere locum, etiamſi teſtes non ſint interrogati *& conſ. 75. n. 82. & conſ. 80. nu. 45. lib 1. & conſ. 193. n. 45. lib. 2. Vermigl. conſ. 20. n. 18. & Lazari. de monito ſect. 2. quaſt. 12. num. 6.*

12 Declara ſecundò d. limitationem, quod ad hoc, vt teſtes de auditu probent, requiritur, quod teſtes, à quibus dicunt, audiuiſſe, ſint plures, quam vnus, & etiam quod ſint perſonæ graues, fide dignæ, non ſuſpectæ, & omni exceptione maiores, ne plus credatur copiæ, quàm originali, vt de primo eſt tex. *in d. cap. licèt ex quadam 47. et ibi not. glo. Innoc. Hoſti. Io. Andr. Bald. Anani. Butr. et Abb. de teſt. Menoch. d. caſu 475. num. 12. Hond. conſ. 17. num. 45. lib. 1.* & alij quos refert, & ſequitur *Farinac. de teſt. in d. quaſt. 69. num. 19. & conſ. 147. num. 4. lib. 2.* & de ſecundo pariter eſt tex. *in d. cap. licèt ex quadam 47.* & ibi hoc not. *Canoniſtæ* ſupra relati *de teſti.* nec non *Surd conſ. 135. num. 96 lib. 1. Hond. conſ. 102 num. 58. lib. 1.* & alij quamplures, quos refert, & ſequitur, *Farinac. de teſt. d quaſt. 69. num. 85. & ſeq. et conſ. 79. num. 16. lib. 1 et conſ. 171. num. 14. et conſ. 182 nu. 16. Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 6. num. 14. in fin. Ciriac. contr. 150. num. 19. et 63. et Lazari. de monito. d. ſect. 2. quaſt. 12. num. 6.* vbi requirit etiam, quod teſtes audierint ab eiſdem perſonis, non à diuerſis, alias in eorum dictu eſſent ſingulares, vt ibi per eum, quod tamen declaratur, per *Farinac d. quaſt. 69 num. 87. et ſeq.*

13 Declara tertiò d. limitationes, vt habeant locum, quando illi, à quibus teſtes dicunt, audiuiſſe, ſunt mortui, ſecùs ſi ſint viui, quia, ſi potuerint examinari, & non ſint examinati, teſtes de auditu nullam faciunt probationem, nec præſumptionem, vt docent *Hora. Luti. d. conſ. 161. nu. 22 inter conſ. crim. diuer lib. 1. Menoch. de arbitr. dict. caſu 475. num. 6. et conſ. 98. num. 54. lib. 1.* plenè *Farinac. conſ. 147. num. 16. et conſ. 182. num. 15. lib. 2. et in tract. de teſti. d. quaſt. 69. num. 98. et ſeq.* vbi alias dat declarationes, & præcipuè, quod d. teſtes de auditu eſſe debent bonæ famæ, & omni exceptione maiores, & debent eſſe plures, & an probant cum adminiculis, & vt ibi latiùs per eum, cuius dicta hic tranſcribere non oporteat, cum liber ſit præ manibus omnium, addo tantùm *Vermigl. conſ. 61. num. 16. et conſ. 179. num. 7.* & dixi ego *allegat. foren. 85. num. 43. et alleg. 92. num. 29.*

14 Declara concluſionem principalem, vt non habeat locum, quando agitur de ijs, quæ per teſtes percipiuntur per ſenſum auditus, vt puta ſi illi deponant, audiſſe, Titium blaſphemantem verba hæretica, vel iniurias verbales proferentem delictum commiſiſſe confitentem, & ſimil. quia tunc cum prædicta cadant ſub ſenſu teſtis, d. teſtes de auditu benè probant, vt declarant *Farinac. de teſt. d. quaſt. 69 nu. 148. et ſeq. per tot.* vbi alios dat concordantes quamplures, & benè declarat *et Caren. de Offic. S. Inquiſ par. 3. tit. 6. num. 8.* qui pariter alios adducit, ita ſentientes, quod nullam habet difficultatem.

ADDITIO.

N.9. VBi habetur, quod teſtes de auditu probant ad defenſam adde *Farin.conſ.212.num.26.lib.3.* vbi dicit, quod d.teſtes probant ad excluſionem delicti, & alios adducit ita ſentientes.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis deponens de geſtis noctis tempore non probat, niſi deponat, quod luna lucebat, vel aliud lumen aderat.*

Si tamen magna adeſſet vicinitas, teſtis probat iudicis arbitrio, num.2.

Maximè, ſi aer eſſet lucidus, & non tenebroſus, num.3.

Et ſufficit, quod conſtet per alios teſtes, quod luna luceret, num.4.

In omni caſu d.teſtis non eſt omni exceptione maior, num.5.

Si tamen teſtis aſſerat, quod luna luceret, ſi probetur contrarium, teſtis punitetur de falſo, num.6.

RESOLVTIO V.

Teſtis deponens de geſtis noctis tempore an probet ſi non addat quod luna lucebat.

1 TEſtis deponens de geſtis noctis tempore non probat, niſi deponat, quod luna lucebat, vel quod aliquod aliud lumen artificiale aderat, cum ſenſus viſus, vt poſſit operari, indigeat luce, vt tradunt *Clar.in pract. §.final. quaeſt.21.ver.& quid ſi teſt.etc. Ant.Gomez.var. reſol.tom.3.cap.12.ſub num.10.Menoch.de arbitr.caſu 279.num.3.et caſu 289.num. 35.et caſu 525.nu.13. Vulpell.conſ.33.num.6.Farinac.de teſt.quaeſt.62. nu. 37. et ſeq.* vbi dicit, d.teſtem ita deponentem non ſolùm non probare, ſed etiam eſſe ſuſpectum de falſo, *et conſ.34.num.4.et conſ.86.num.61.lib.1.*plenè *Giurb conſ.17.nu.18 et conſ.37.nu.41.* vbi quamplures alios adducit, ita ſentientes, *Hond.conſ.107. num.20.lib.1.*plenè *Ripa de noctu.temp.cap.57.per totum* vbi dicit, prædicta non habere locum, quando teſtis deponit ad defenſam, ſi non fuit interrogatus, vt ibi per eum, *Ant.de Ball.tract.crim.lib.1. quaeſt.10.num.21. Caren.de Offic.S. Inquiſ.par.3 tit. 6.num.20.et Vermigl.conſ.74.nu.1.et conſ.408.n.8.* Cum enim ſenſus viſus, vt poſſit operari, indigeat luce, vt dixi, teſtis deponens de actu in nocturno tempore dicitur deponere contra naturam, & ideò à ſe ipſo naturaliter reprobatur, ſi non addat, quod luna luceret, vel aliud aderat lumen, vt habetur *in ſintag.commu.opin. par.3. loco 9.in tit. de prob.cap. 26.Rota Ianuen.diuer.deciſ.3.num.25.Ripa, licèt dubius de noct.temp.d.cap.57.num 10.* & alij Doct.ſupra adducti.

2 Declara primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando maxima adeſſet vicinitas inter teſtem, & reum, de quo teſtis deponit, quia tunc Iudicis arbitrio remiſſum eſt, an d.teſtis probet, vel ne, licèt non deponat, quod luna luceret, vel aliud lumen eſſet accenſum, vt voluerunt *Ripa de noct.temp.in d.cap.57. num. 42.* vbi alios dat concordantes, *Menoch.de arbitr d.caſu 525.num. 14. & ſeq.Farinac.de teſt.d.quaeſt.62.n.41.& ſeq.Giurb d.conſ.37.num.41.Caſtill.deciſ.Sicil.179.num.14 & ſeq.vol.2.* quem referendo ſequitur, *Caren. de Offic. S.Inquiſ.par.3.tit.6.num.32.*

3 Amplia d.declarationem, vt eò magis habeat locum, quando aer eſſet lucidus, & non tenebroſus, prout contingit tempore autumnali propter aeris ſubtilitatem, quia poſitum eſt in Iudicis arbitrio, an d.teſtis probet, nec ne, maximè concurrentibus alijs circumſtantijs, vt benè declarant, *Farin. de teſt.d.quaeſt.62.nu.41.& ſeq. Ripa de noctu.temp. d.cap.57.num.34.& Carena de Offic.S.Inquiſ.d.par. 3.tit.6.num.21.*

4 Declara ſecundò d. concluſionem, quod, licèt teſtis deponens de actu geſto noctis tempore non probet, niſi addat, quod luna luceret, vel aliud lumen eſſet accenſum, probet tamen, ſi per depoſitionem aliorum teſtium conſtet, quod dicta nocte luna luceret, vel aliud lumen adeſſet, vt tradunt *Rolan.conſ.7.num.29.lib.1.Clar. in pract. §. fin. quaeſt.21.in prin.Giurb.d.conſ.37. num. 41.* qui alios dat concordantes, *& Caren. de Offic.S.Inquiſ.d.par. 3.tit.6.num.27.*

5 Declara tertiò d. concluſionem, quòd licèt teſtis deponens de actu nocturno reddita ratione eius depoſitionis, quia luna luceret, probet, non tamen dicitur teſtis integræ fidei, & omni exceptione maior, quia luna habet radios lugubres, non autem claros, vti habet Sol, ita vt de facili teſtis poſſit decipi, vt tradunt, *Rolan.conſ.3.num.43.lib.3. Vulpell.conſ 68.num.6.* vbi dicit, d.teſtem non ſufficere ad torturam, *Maſc.de.prob.concl.1109.num.5. lib.2.Menoch.de arbitr.d.caſu 525.num. 15.& Farinac.de teſt.d.quaeſt 63.num.40.& conſ.166.nu.18. lib.2* vbi alios dat concordantes, *Ant. de Ball. tract.crim.lib.1.quaeſt.10.num.24.* & tradit etiam, *Ripa de noct.temp.d.cap.57.num.43.& ſeq.* niſi eſſet plenilunium, vel circa illud, vt ibi per eum.

6 Declara poſtremò d. concluſionem, quod, ſi teſtis deponens de actu nocturno reddat rationem, *Quia luna lucebat*, ſi, reuocatis ad calculum diebus lunæ, appareat, lunam illa nocte non effulſiſſe, vel pluiſſe, d. teſtis non ſolum non probabit, ſed imò poterit puniri de falſo, vt aduertunt *Menoch. de arbitr.caſu 497.nu.35.& ſeq.Ripa de noct. tempo.d.cap.57.num.47.* vbi docet, qua pœna d.teſtis ſit puniendus, *Carena de Offic.S.Inquiſ.d.par. 3. tit. 6.num.28 & Vermigl.conſ.408.num.8.* alios adducens, ita ſentientes.

ADDITIO.

N.1. VBi habetur, quod teſtes deponentes de actu nocturno non probant, niſi addant, quod luna luceret, vel aliud lumen aderat adde *Farin.conſ.213.num.2.lib.3.* & Statum lunæ de tempore præterito probant periti *D. Fanton.conſ.12.inter conſil.mea ad defenſ.num.18.*

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Teſtis deponens, cognouiſſe aliquem ad vocem probat.*

Procedit, ſi teſtis habeat vocem, ita notam, vt falli non poſſit, num. 2.

Maximè ſtante aliquo impedimento auditionis, num. 3.

Dictus tamen teſtis non eſt omni exceptione maior, num. 4.

Licèt contrarium, illum facere indicium ad torturam, tenuerint aliqui Doctores, num. 5.

Quæ procedunt in teſte deponente de voce, ſecùs, ſi de clamore, num. 6.

Declara d. concluſionem, vt num. 7.

R E S O L V T I O VI.

Teſtis deponens cognouiſſe aliquem ad vocem an probet.

1 TEſtis, qui deponit, cognouiſſe aliquem ad vocem, probat, licèt id ſit valdè periculoſum, cum voces hominum ſæpè mutentur, vt tradunt *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 21. ver. & quid ſi teſti. &c. Menoch. de arbitr. caſu 475. n. 19. Farinac. de teſt. quæſt. 62. num. 45. & quæſt. 69. num. 164. & ſeq.* quamplures adducens, ita ſentientes, & dicens, hanc eſſe veriorem, & magis communem Doct. opinionẽ *& conſ. 34. n. 19. vol. 1. & conſ. 193. num. 17. & 33. & 89. lib. 2. Giurba conſ. 37. num. 38. & 42. Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 6. num. 16.* cum quibus pertranſit, *Ripa de noct. temp. cap. 58. num. 4.* vbi quamplures dat concordantes de communi, & magis communi opinione teſtantes, *& Vermigl. conſ. 408. num. 10.* quando teſtis certiſſimè vocem cognoſcit, vt ibi per eum.

2 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locum, quando teſtis habet taliter notam vocem loquentis, ita vt ex illa decipi nullo modo poſſit, ſecùs tamen eſt, ſi illam mediocriter tantùm notam habeat, quia tunc non probat, vt voluerunt, *Natt. conſ. 21. num. 5. lib. 1. Vivi. opinio. 990. num. 2. Farin. de teſt. d. quæſt. 62. num. 45. & d. quæſt. 69. num. 169. & ſeq.* vbi alios adducit concordantes, & dicit, quando teſtis dicatur habere bene notam vocem alicuius remitti arbitrio Iudicis, *Ripa. de noct. tempo. d. cap. 58. nu. 4. & ſeq. Maſcar. de prob. concl. 1114. num. 7. lib. 2.* benè *Giurb. d. conſ. 37. num. 41. circa medium, Caren. de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 6. num. 16. & Vermigl. d. conſ. 408. num. 10.*

3 Amplia d. primam limitationem, vt eò magis habeat locum ſtante aliquo veriſimili impedimento exauditionis, quia, tunc teſtis deponens, cognouiſſe ad vocem, non probare, voluerunt, *Pariſ. conſ. 54. num. 23. lib. 3. Bertaz. conſ. 228. num. 12. lib. 1. Pacia. de prob. cap. 10. nu. 12. lib. 1. Farinacc. de teſti. d. quæſt. 62. num. 45. & ſeq. & conſ. 192. num. 17. & 37. lib. 2.* quos referendo ſequitur, *Vermig. conſ. 332. n. 8.* addo eundem *Farin. de teſt. q. 69. num. 171.*

4 Declara d. concluſionem, quod teſtis deponens, cognouiſſe aliquem ad vocem, quia illam notam habeat, non eſt teſtis omni exceptione maior, ita vt ille non faciat indicium ad torturam, niſi alia concurrant, nec duo ſufficiunt ad condemnandum, vt ſcripſerunt *Cott. in memorab. in ver. Teſtis. deponens &c.* vbi dicit, ita Papiæ fuiſſe iudicatum, *Ripa de noct. temp. cap. 58. num. 7.* vbi alios dat concordantes, *Maſc. de prob. concl. 1109. num. 10. lib. 2. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 1. quæſt. 10. num. 27. Farinac. de teſt. d. quæſt. 62. num. 46. & ſeq.* vbi dicit, quod ipſe ab hac opinione numquam diſcederet, vt ibi per eum, *num. 48. & quæſt. 69. num. 168.* vbi teſtatur de veriori, & magis communi Doctorum opinione *& d. conſ. 34. num. 13. & conſ. 166. num. 15. lib. 2. Giurb. d. conſ. 37. n. 42. & 43. & Caren. de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 6. num. 17.*

5 Licet contrarium, imò teſtem deponentem, cognouiſſe aliquem ad vocem, quam bene notam habet, probare, & facere indicium ad torturam, voluerunt *Cotta in memorab. in d. ver. Teſtis deponens &c. Vivi. comm. opin. in ver. Teſtis deponens de noct. &c. ver. fallit hoc &c. Clar. in pract. in d. quæſt. 21. ver. & quid ſi teſtis &c.* & alij relati per, *Farinac. in d. quæſt. 62. num. 47. Farinacc. ſibi contrarius conſ. 193. num. 89. lib. 2.* contra quos adeſt verior, & magis communis opinio, de qua ſupra.

6 Declara ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum, quando teſtis dicit, cognouiſſe aliquem ad ſimplicem vocem, ſecùs tamen ſit, ſi deponat, audiuiſſe illum acclamantem, ſeù ad illius clamorem quia tunc non ſufficit, quod dicat habuiſſe notam illius vocem, ſed requiritur, quod dicat, habuiſſe notum illius clamorem, cum diuerſa ſit vox à clamore, vt poſt *Cranet. conſ. 2. num. 4.* & alios per eum adductos docet, *Farinac. de teſt. d. quæſt. 69. nu. 167. & 172.* vbi dicit, hanc declarationem, eò magis eſſe veram, quando teſtis deponeret, audiuiſſe acclamantem in magno rumore, & tumultu rixãtiũ, vt ibi per eum, & dixi ego *alleg. foren. 84. n. 24.*

7 Addo pro coronide, quòd, cum voces ſæpè mutentur, & alia ſit vox pueri, alia adulti, alia iuuenis, alia ſenis, alia ſani, alia egroti, alia rauci, alia ieiuni, alia ſaturi, alia ebrioſi, alia ſpirante vento, alia tempore quieto, vt aduertit *Bart. in tract. teſtim. num. 27.* à quo non diſſentit, *Ripa de noct. temp. d. cap. 58. num. 11.* Iudex ideò debet admodum oculatus procedere in danno fidem teſti deponenti, cognouiſſe aliquem ad vocem, maximè in cauſa graui, cum id ſit non parum periculoſum, vt benè aduertit *Cuma. in l. 2. §. item labeo nu. 8. ff. de aqua pluu. arcen.* aduertendo præcipuè, an vox teſti adeò ſit nota, ita vt nullo modo decipi poſſit in illa cognoſcenda, vt admonet etiam, *Ripa. de noct. temp. d. cap. 58. num. 5.* & ſenſit etiam, *Farinac. de teſt. d. quæſt. 69. num. 170.*

S V M M A R I V M.

1 *Teſtis depoſitio non poteſt ſcindi, ſed tota approbari, vel reprobari debet.*

Maximè ſtante iuramento præſtito per teſtem, n. 3.

2 *Teſtis depoſitio eſt indiuidua.*

RESO-

RESOLVTIO VII.

Teſtis depoſitio an poſſit ſcindi, & vna pars approbari, & alia non.

1 Teſtis depoſitio non poteſt ſcindi, ſed tota approbari, vel improbari debet, cum ſit indiuidua, vt ita ſunt *Surd. conſ. 173 num. 68. vol. 2 Farinac conſ. 125. num. 30. & conſ. 188. num. 25. vol. 2. Card Tuſc. pract. concl. littera T, concl. 248. in prin. Giurb. conſ. 23 num. 3. Guazzin. defen. 29. cap. 3. ſub num. 9. & defen. 32 cap. 35. num. 11. Hodier. ad Surd. deciſ. 16. num. 1. & ſeq.* late comprobans, *Vermigl. conſ. 15. num. 61. & conſ. 55. num. 7.* & nouiſſimè *Zuffi. de legit. proc. crim. quaeſt. 189. nu. 8.* & dixi ego *allegat. foren. 3. n. 32. & ſeq.* vbi alios dedi concordantes.

2 Teſtis enim dictum, & depoſitio, vt dixi, eſt indiuidua, *Balth. in l. nulla 24. nu. 2. ff. de legib. Vulpell. conſ 76. num. 2. Surd. d. conſ. 173. num. 68. Gratian. diſcept. foren. cap. 468. num. 14. & cap. 514. nu. 19 par. 3. & cap. 749. num. 9 et ſeq. par. 4.* benè *Hodier. ad Surd. d. deciſ. 16 num. 2. et ſeq.* vbi reprobat *Surd.* ibi contrarium tenentem, & dixi latiùs ego *dict. alleg. foren. 3. num. 32.*

3 Amplia d. concluſionem, vt eò magis habeat locũ ſtante iuramento præſtito per teſtem quod eſt indiuiduum, vt not. *Seraph. de priuil. iuram. priuil. 107. num. 29. Mancin de iuram. par. 4 effect. 47. in princ. Gratian et Hodier. in loc. proximè citatis, Merlin. Pignatel. contr. foren. cap. 55. nu. 11. lib. 1. et cap 22. num. 14 lib. 2. Rota deciſ. 553. num. 1. et 10. par. 4. diuer.* & alij plures per me adducti *in d. alleg. foren. 3. num. 31. et 33.* & faciunt pariter adducta ſupra in verb. *Iudex, Reſ. 11. per tot.*

SVMMARIVM.

1 *Teſtes, qui negat ſe conſanguineum, affinem, inimicum, pauperem, et ſimil. ſi ſit talis, dicitur falſus.*

RESOLVTIO VIII.

Teſtis negans ſe conſanguineum, affinem, inimicum, pauperem, et ſimil. ſi ſit talis an dicatur falſus.

1 Teſtis, qui examinatus negat ſe conſanguineum, affinem, inimicum, pauperem, ſollicitatorem, & ſimilia, ſi re vera erat talis, dicitur falſus, & eum d. falſitas non cadat ſuper negotio principali, & ſuper ſubſtantialibus, ſed ſuper accidentalibus, & appendicijs puniri debet pœna extraordinaria Iudicis arbitrio, non autem pœna ordinaria falſi, vt tradunt *Vulpel. conſ. 138. num. 6. & ſeq. Magon. deciſ. Lucen. 43. num. 24. & ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione, latè *Farinat. de teſt. quaeſt. 67. num. 129. & ſeq. Cabal. reſol. crim. caſu 34 num. 5. & 6. cent. 1 Caren. de Offic. S. Inquiſ par. 3. tit. 6. num 70.* & dixi latius ſupra in verb. *Falſum, Reſol. 15. per tot.* vbi videas de materia. 1

SVMMARIVM.

1 *Teſtis dicto extra iudicium non eſt ſtandum.*

Quod procedit etiam in depoſitionibus ſociorum criminis extraiudicialiter factis, n. 2.

Dictum tamen teſtis extraiudiciale facit aliquod indicium, n. 3.

Et excuſat accuſatorem à calumnia, n. 4.

RESOLVTIO IX.

Teſtis dicto extraiudicium an ſit ſtandum?

1 Teſtis dicto deponentis aliquid extra iudicium non eſt ſtandum vti emanato ſinè iuramento, ſinè citatione partis, & non in forma iudicij, vt tradunt *Bart. in l. ſi quis legatum 6. in princ. ff. ad leg. Cornel. de falſ. Tindar. de teſt. lib. 2. cap. 3. num. 1. & ſeq. Farinac.* qui ad eum ſe refert, *de teſt. quaeſt. 74. num. 30. Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 10. num. 39. & 40. & Rot. in Romana reſciſſionis concordia 26. Februar. 1652. coram R. P. D. Bichio, §. minus obſtat &c.*

Depoſitio enim teſtis facta ſinè iuramento, & citatione partis eſt omninò inualida, vt quoad iuramentum eſt tex. *in l. teſtium 14. & in l. iuris iurandi 8. & ibi not. Doct. communiter C. de teſt, et in cap. nuper 51. et in cap. de teſtibus 29. et in cap. fraternitatis 17. et in cap. tuis 39. de teſt.* & dixi late infra in verb. *Teſtes quoad examen, Reſol. 2.* & quoad citationem tradunt *Clar. Maſc. Farinac. Hond. Caball. Guazzin. Caren. Ciriac. Caluin. Vermigl.* & alij relati infra in d. verb. *Teſtes quoad examen, Reſol. 6. in princ.* quod autem nullum eſt, nullum operatur iuris effectum plenè *Barboſ. axiom. 164. num. 1.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum, etiã in depoſitionibus ſociorum criminis extraiudicialiter factis, quæ vti emanatæ ſine iuramento, & tortura non veniunt attendendæ, nec ſocio nominato nocere poſſunt, vt poſt *Præſid. Abano de reati. quaeſt. 19. num. 125 et Bello. de his quæ fiunt in contin. lib. 2. cap. 116.* per eum relatos ſcribit *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 10. num. 39. et 40.*

3 Declara primò d. concluſionem, vt tale dictum, & depoſitio extraiudicialis faciat aliquod indicium ſecundum *Monticell. de teſt. fol. mihi 269. col. 1. verſ. ſecundo &c. et fol 351. col. 2. verſ. penult.* quem ſequi videtur *Farinac.* dum ad eum ſe refert, *de teſt. quaeſt. 74. num. 30.*

4 Declara ſecundò d. concluſionem, vt tale dictum teſtis extraiudiciale excuſet accuſatorem à calumnia, vt not *gloſ. in cap. 1. de elect. in 6.* quam ſequitur *Tindar. de teſt. d. lib. 2. cap. 10. num. 6.* &

acen-

accuſatorem excuſari à calumnia, ſi habet pro ſe vnum teſtem deponentem de confeſſioni extraiudiciali delinquentis poſt Inſ. conſ. 2. num. 6. lib. 1. per eum relatum, ſcribit Guazzin. defen. 3. cap. 13. n. 14

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod dicto extraiudiciali teſtis non eſt ſtandum adde & latè probaui Ego in conſ. 3. poſt tract. de hæred. ſimpl. vel Benef. num. 33.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes inter ſe contrarij licèt non probeat, non tamen puniuntur de falſo.*

RESOLVTIO X.

Teſtes inter ſe contrarij an probent, vel puniantur de falſo.

1 TEſtes inter ſe contrarij, licèt non probent, non tamen puniuntur de falſo, cum non conſtet, quiſnam ex eis falſum depoſuerit, vt tradunt Boſſ. in pract. in tit. de tort. teſt. num. 14. & in tit. de oppoſ. contra teſt. n. 16 Clar. in pract. §. falſum verſ. conuincitur etiam &c. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſum. 22. num. 18. Farinac. de teſt. quæſt. 65. num. 6. vbi alios dat concordantes, & dicit, hanc concluſionem eſſe veriorem, & magis communem, & contrariam opinionem eſſe falſam Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 8. num. 401. et ſeq. Gurb. conſ. 23. num. 13. & quod, ſtantibus teſtibus contrarijs, nemini ſit credendum dicit Ant. de Ball tract. crim. lib. 1. quæſt. 16. num. 4. Caball. reſol. crim. caſu 293. num. 9. cent. 2. Vermigliol. conſ. 131. num. 8. et num. 12. & alij relati ſupra in verb. Falſum, Reſol. 16. per tot. vbi latius dixi de hac materia, videas ibi ſi cupis.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis negans id, quod reſultaret in eius infamiã, vel damnum, non punitur de periurio.*

Vel ſi negat id, de quo poſſet puniri, n. 2.

Neque punitur reus, qui negauit delictum, ſi de eo conuincatur, n. 3.

Dicta tamen negatio facit contra reum indicium ad torturam, n. 4.

Et neque punitur de periurio negans poſitiones num. 5.

Contrarium tamen tenent plures Doct. n. 6.

RESOLVTIO XI.

Teſtis negans quod reſultaret in eius infamiam vel damnum an puniatur de periurio.

1 TEſtis negans id, quod, ſi confiteretur, illud redũdaret in eius infamiam, vel vituperium, vel aliquo modo tractatur de eius commodo, vel incommodo, ſeù damno non eſt puniendus de periurio, vt tradunt Bert. conſ. 124. per tot. lib. 1. quem refert, & ſequitur Farinacc. conſ. 60. num. 129. & ſeq. lib. 1. & Guazzin. defen. 20. cap. 3. num. 8. addo Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 8. num. 886. & ſeq. vbi dicit, contrariam conſuetudinem procedere, quando crimen eſt notorium, vt ſi teſtis de eo ſit condemnatus.

Viri enim boni magis timent infamiam, & turpitudinem, quam mortem l. iſti quidem 8. in fin. princip. ff. quod met. cauſa, & ſcribit Farinac. in d. conſ. 60. num. 130. in fin.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in teſte, qui negauit id, quod ſi confeſſus fuiſſet, potuiſſet de eo puniri, quem pariter non eſſe puniendum de periurio ſcripſerunt Vulpell. conſ. 102. nu. 12. quem referunt, & ſequuntur Adden. ad Bert. in d. conſ. 124. in 1. add. lib. 1. Faria in d. conſ. 60. n. 129. & Guaz. d. def. 20. cap. 3. n. 8. in fin.

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in reo principali, qui negando delictum de quo interrogatur per iudicem, non punitur de periurio, ſed ſolùm Deum habeat vltorem, cum vnicuique liceat ſuam turpitudinem celare, & ſanguinem ſuum redimere, vt non. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 45. nu. 10. vbi dicit, quòd in hoc nemo contradicit, & quòd ita ſeruatur in practica Bertaz. d. conſ. 124. num. 1. & ſeq. & ibi Adden. litt. A. vbi dicit ita ſeruari in Alma Vrbe, lib. 1. & conſ. 323. num. 1. & ſeq. lib. 2. Vulpell. conſ. 102. num. 12. & conſ. 103. num. 10. Farinac. d. conſ. 60. num. 127. & conſ. 80. num. 48. & ibi Adden. litera C. vbi teſtatur de veriſſima opinione, lib. 1. Cartar. in pract. inter reo. lib. 3 cap. 3. n. 15 Guaz. d. def. 20. cap. 3. n. 1. & ſeq. amplians, etiamſi notoriè, vel per confeſſionem cõſtaret de periurio, & neq; intrare pœnam extraordinariam, & plures dans concordantes, Michal. de poſit. cap. 41. n. 8. & Rota poſt conſ. 60. Farin. lib. 1.

4 Declara d. ſecundam ampliationem, vt habeat locum quoad puniendum reum de periurio, ſecus tamen eſt quoad effectum torturæ, quia d. mendacium grauat reum ad torturam, vt voluerunt Clar. in d. quæſt. 45 num. 10. in fin. Farinac. in d. conſ. 60. num. 128. & idem ſentit in d. conſ. 8. num. 48. & explicitè ſcribit Guazzin d. defen. 20. cap. 3. num. 10. & ſeq. vbi alia ponit ad materiam.

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt idem ſit in reſpondente poſitionibus, quem pro illarum negatione non puniri de periurio, adnotárunt Cauall. in ſpec. comm. contra comm. quæſt. 301. in fin. Guazz. d. defen. 20. cap. 3 num. 5. & alij relati per Michal. de poſit. cap. 41. num. 3.

6 Contrariã tamen opinionem, imò reſpondentem poſitionibus puniri poſſe de periurio ob falſam illarum negationem, voluerunt Plot. de in litem iura. §. 37. num. 8. Cauagnol. ad Decret. Montis Ferrati decret. 12. § 1. num. 41. Farinac. de falſit. & ſimul. quæſt. 160. num. 215. Surd. deciſ. 17. num. 15. Thomat. deciſ. Marcb. 70. nu 4. & Michal. de poſit. d. cap. 41. num. 1. & ſeq. vbi alios dat concordantes, hac opinionem benè comprobat, & illam veriſſimam appellat, & contrarias opiniones dicit, vt ibi per eũ

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Teſtes deponentes, vſuras Titio perſoluiſſe, non probant, illum eſſe vſurarium.*

RESOLVTIO XII.

Teſtes deponentes vſuras Titio perſoluiſſe an probent illum vſurarium.

1 TEſtes deponentes, vſuras Titio perſoluiſſe, non probant, illum eſſe vſurarium, cum ipſi habeant intereſſe in cauſa, ita vt dicantur deponere in cauſa propria ob reſtitutionem vſurarum, quæ indè euenit, & ideò non dicuntur integræ fidei, vt tradunt *Menoch. de arbitr. caſu* 235. *num.* 23. vbi teſtatur de magis communi Doct. opinione, *Maſcar. de prob. concl.* 1417. *num.* 14. *lib.* 3. qui pariter hanc dicit magis communem opinionem eſſe, latè *Farinac. de teſt. quæſt.* 60. *num.* 77. alios referens concordantes, *Carena de Offic. S. Inquiſ. par.* 3. *tit.* 5. *num.* 64. *Vermigliol. conſ.* 288. *num.* 3. *& ſeq. & conſ.* 290. *num.* 1. *& ſeq.* alij plures, quos retuli infra in verb. *Vſura Reſol.* 1. vbi latiùs egi de hac materia, videas ibi.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis obſcurè, & dubitatiuè deponens non probat in criminalibus.*

Cum probatio obſcura, & dubia non releuet, num. 2.

Ita vt teſtes deponentes per verba Ni fallor, forſitan, & ſimilia, *non probent, num.* 3.

Neque teſtes deponentes per verbum Credo, *num.* 4.

Niſi tamen teſtis deponeret ad defenſam rei, num. 5.

Etiamſi teſtis ſuæ credulitatis nullam afferat rationem, n. 6.

Probat etiam teſtis deponens de credulitate contra fiſcum inducentem, n. 7.

Et quando teſtis ſuæ credulitatis bonum redderet rationem, n. 8.

Et in caſu difficilis probationis, n. 9.

Dicta tamen teſtium non ſunt cauillanda, ſed adiuuanda, n. 12.

10 *Teſtis deponens de indicio ſuo non probat.*

Fallit quando teſtis ſui indicii bonam afferret rationem, num. 11.

RESOLVTIO XIII.

Teſtis obſcurè, & dubitatiuè deponens an probet in criminalibus.

1 TEſtis obſcurè, dubitatiuè, & incertè, ſeù æquiuocè deponens nullam facit probationem in criminalibus, cum depoſitio teſtis debeat eſſe clara, & debeat concludere per neceſſe, non autem per poſſibile, vt tradunt *Alex. conſ.* 152. *nu.* 1. *lib.* 5. *Maſc. de probat. concluſ.* 1363. *num.* 6. *lib.* 3. plenè *Farinac. de teſt. quæſt.* 68. *num.* 1. 2. *& ſeq.* alios adducens concordantes, *& conſ.* 14. *num.* 3. *lib.* 1. *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par.* 3. *tit.* 6. *num.* 1. *& ſeq. Ciriac. controu.* 150. *num.* 12. *&* 28. *& Vermigl. conſ.* 16. *num.* 12. *& conſ.* 63. *num.* 14. *& conſ.* 75. *num.* 5. *& conſ.* 145. *num.* 3. *& conſ.* 146. *num.* 7. *Zuffi. de legit. proceſſ. quæſt.* 61. *num.* 8. & dixi ego *allegat. foren.* 84. *num.* 25. *et alleg.* 92. *num.* 27.

2 Probatio enim obſcura, & incerta non releuat *cap. in præſentia* 8. *de probat. Ciriac. controu.* 5. *nu.* 29. *& controu.* 384. *num.* 41. latè *Barboſ. axiom.* 191. *num.* 2. *et ſeq. Rota deciſ.* 208. *num.* 16. *par.* 7. *recent.* & dixi ego *alleg. foren.* 89. *num.* 60. *et allegat.* 93. *num.* 12. ſed illa debet eſſe clara, & manifeſta, ita vt concludat non per poſſibilem, ſed per neceſſe *Aldoui. conſ.* 22. *num.* 17. *et ſeq. Surd. conſ.* 5. *num.* 46. *lib.* 1. *et conſ.* 513. *num.* 13. *lib.* 4. plenè *Barboſ. d. axiom.* 191. *num.* 2. *et ſeq.* vbi dat concordantes *Rota deciſ.* 282. *num.* 12. *et deciſ.* 290. *num.* 4. *par.* 6. *recent.* & dixi pariter ego *allegat. foren.* 1. *num.* 21 *et allegat.* 23. *num.* 3. maximè in criminalibus, in quibus probationes eſſe debent luce meridiana clariores *l. fin. C. de prob. Clar. in pract.* §. *fin. quæſt.* 66 *nu.* 3. *Menoch. de arbit. caſu* 279. *in princ.* latè *Guazzin. defen.* 33. *cap.* 14. *num.* 1. & dixi latè ſupra in verb. *Probatio, Reſol.* 2. *num.* 1. *et ſeq.*

3 Amplia primò illatiuè d. concluſionem, vt teſtis deponens per verba, quæ de neceſſitate non concludunt, vt puta, *Si bene memini, Ni fallor, ſalua veritate, forſitan, poſſibile eſt, prima fronte, et ſimilia,* nullam faciant probationem, vt docent, dando plura exempla ſimilis depoſitionis, *Maſcar. de prob. concl.* 1370. *per tot. lib.* 3. late *Farin. de teſt. quæſt.* 68. *num.* 12. *& plur. ſeq. Carena de Offic. S. Inquiſ. par.* 3. *tit.* 6. *num.* 1. *& ſeq. Card. Tuſch. pract. concl. litt. T. concl.* 182. *per tot. Vermigliol. conſ.* 13. *num.* 5. *& conſ.* 15. *num.* 4. *& conſ.* 16. *nu.* 13. *Paul. Rub. de teſtam. cap.* 26. *num.* 281. *& P. Graſſett. de nece prodit.* §. 29. *num.* 67. vbi de verbo *Videtur*, & dixi ego *allegat. foren.* 93. *num.* 11.

4 Amplia ſecundò pariter illatiuè d. concluſionem, vt teſtis deponens per verbum, *Credo* vti incertè deponens, nullam faciat probationem, neque præſumptionem, vt not. *Ant. Gomez var. reſol. tom.* 3. *cap.* 12. *num.* 10. *Maſcar. de prob. concl.* 458. *num.* 1. *& ſeq. lib.* 1. *& concl.* 1363. *num.* 1. *& ſeq. lib.* 3. *Bertaz. conſ.* 34. *num.* 9. *& conſ.* 162. *num.* 1. *lib.* 1. & quamplures ita ſentientes refert, & ſequitur *Farinac. de teſt. quæſt.* 68. *num.* 62. *& ſeq.* vbi ampliat hoc procedere, etiamſi teſtis dicat, ſe certò, vel firmiter credere *num.* 105. vbi dicit, ſolum d. teſtem facere quale quale indicium, vt ibi per eum, *Card. Tuſch. d. concl.* 182. *num.* 1. 2. *& ſeq. Caren. de Offic. S. Inquiſ. d. par.* 3. *tit.* 6. *num.* 7. *Guazzin. defen.* 29. *cap.* 3. *num.* 11. *Ciriac. contr.* 150. *num.* 12. *&* 28. *& Vermigl. conſ.* 319. *num.* 12.

5 Limita primò d. ſecundam ampliationem, vt non habeat locum, quando teſtis deponit ad probandā inno-

innocentiam rei, pota, quod homicidium fuerit commiſſum ad propriam defenſionem, & ſimil. quia tunc teſtes deponentes de credulitate admittuntur, & probant, vt tradunt *Ant. Gomez var. reſ. tom. 3. cap. 3 nu. 27. Maſcar. de prob. concl. 490. nu. 4. & 5.* vbi teſtatur de communi opinione, *& concl. 491. num. 10. & ſeq. lib. 1. & concl. 904. num. 9. lib. 2. et concl. 1363. nu. 13 lib. 3. Capb. conſ. 140 n 8 & ſeq. lib. 1.* plene *Farinac. de teſti. d. quaſt. 68 num. 77. & ſeq.* vbi alios dat concordantes quamplures, *& conſ. 6. num. 11 lib. 1. Hond. conſ 102. nu. 19. lib. 1. & co ſ 87. num. 34 lib. 2. Caren. de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit 6. num. 7. in fin. Guazz. defen. 29. cap. 3. num. 11.* & dixi ego *allegat. foren. 94. num. 20.*

6 Amplia primo d. primam limitationem, vt habeat locum, etiamſi teſtes nullam eorum credulitatis adducant rationem, vt contra *Crot. & Alex.* in loc. per eum adducti. benè comprobat *Far. de teſti. d. quaſt. 68. num. 79. & ſeq. & conſ. 6. num. 31. & ſeq. lib. 1.* & non diſſentit *Guazz. d. defen. 29. cap. 3. num. 11. ver. & magis &c.* & voluit expreſsè *Burſatt. conſ 273. num. 12. & ſeq. lib. 3.*

7 Limita ſecundò d. ſecundam ampliationem, vt non habeat locum contra fiſcum producentem, quia contra illum, teſtem deponentem de credulitate plenam facere probationem, voluerunt *Roma. conſ. 104. in fin. Bertaz. conſ. 71. nu. 15 lib 1. Tusrett. conſ. 24. num. 22 & ſeq. lib 1.* vbi teſtatur de communi opinione, quem refert, & ſequitur *Farin. de teſti. d. quaſt. 68. num. 76. & conſ. 37. num. 5. lib. 1. & conſ. 174. nu. 15. & ſeq. lib. 2 et Caren. de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 6. num. 7. in fin.*

8 Limita tertiò d. ſecundam ampliationem, vt non habeat locum, quando teſtes de credulitate redderent ſufficientem rationem d. eorum credulitatis, vt quia dicerent *Credo, quia vidi, & ſimilia*, quia tunc illos probare adnotarunt *Ant. Gomez var. reſ. d. tom. 3. cap. 12. num. 10. in fin. Maſc. de prob. concl. 458. num. 11. lib. 1. et d. concl. 1363. nu. 7. et ſeq. lib. 3. Alba. conſ. 94. num. 4. lib. 1. Rola. conſ. 52. num. 28. et ſeq. lib 1. Gabr. conſ. 159. num. 29. lib. 1.* plenè *Farinac. de teſti. d. quaſt. 68 nu. 74. et ſeq.* vbi alios dat ſectatores, & alias affert limitationes, *et conſ 55. num. 70. lib. 1. et Caren. de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3 tit. 6. nu. 7. in fin.* vbi ampliat. d. teſtes probare etiam in caſibus, in quibus præſumptiua probatio habetur pro vera, vt ibi per eum.

9 Limita quartò d. ſecundam ampliationem, vt non habeat locum in caſu difficilis probationis in quibus teſtes de credulitate probationem facere voluerunt, *Gabr. conſ. 159. num. 25. lib. 1 Decia. conſ. 1. num. 120. lib. 3. Vmi. opin. 965. num. 12. Farinacc.* qui alios adducit ita ſentientes *de teſti. d. quaſt. 68. num. 84. et conſ. 40. in princ. lib. 1. et Carena de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 6. ſub num. 7.*

10 Amplia tertiò d. concluſionē pariter illatiuè, vt teſtes deponentes de iudicio ſuo non probent, cum teſtis officium non ſit iudicare, ſed ſolùm ſimpliciter factum narrare, & tradunt *Boſſi. in pract. in tit. de oppoſ. contra teſt. nu. 43. Gabr. conſ. 178. num. 10. lib. 1. & conſ. 168. num. 9. lib. 2. Maſc. de prob. concl. 458. num. 8. lib. 1. & concl. 1363. in prin. lib. 3.* latè *Farin. de teſti. d. quaſt. 68. num. 32 & ſeq.* vbi alios quamplures adducit concordantes, & dicit, hanc ampliationem eſſe communiter receptam per Doctores, *& conſ 28 num. 3. et conſ. 63. num. 10. lib. 1. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 1. quaſt. 10. n. 15 Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. d. tit. 6. num. 4. et Vermigliol. conſ. 3. num. 18. et conſ. 36. num. 9 et conſ. 244. num. 8.* & dixi ego *allegat. foren. 88. num. 37.*

11 Limita d. tertiam ampliationem, vt non habeat locum, quando teſtes de ſuo iudicio deponentes d. eorum iudicij bonam, & concludentem afferunt rationem quia tunc illos probare voluerunt *Corn. conſil. 139. nu. 5. lib. 4. Rola. conſ. 57. n. 33 lib. 1. Rimi. Iun. conſ. 760 nu. 9 lib. 7.* & firmat alijs relatis concordantibus *Farinac. de teſti d. quaſt. 68. num. 34.*

12 Declara d. concluſionem. quod dicta teſtium ad effectum, vt probent non ſunt cauillanda, ſed potiùs ſunt adiuuanda, vt docent *Neniza. conſ 46. nu. 31. Rimi. iun. conſ. 208. num 66. & conſ. 235. nu. 15. lib. 2. Farinac. de teſt. d. quaſt. 68 num 43. & ſeq.* vbi hoc limitat, niſi teſtes eſſent ſuſpecti alios dat concordantes, & alia adducit ad materiam facientia, *Caren. Reſol. 176. num. 6. & Reſol. 177. num. 2. & Rot. apud Merli. de pign. deciſ. 32. num. 12.* vbi aliæ eiuſdem Rotæ deciſiones allegantur.

A D D I T I O.

N. 8. VBi habetur, quod teſtes deponentem per verbum *Credo* probare ſi ſuæ credulitatis afferat ſufficientem rationem adde *Farin. conſ. 212. num. 9. lib. 3.* vbi dicit, d. rationem eſſe debere concludentem, non autem ſolum probabilem, vt ibi per eum.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtis examinatus pro fiſco poteſt etiam examinari per reum ad eius defenſionem.*

Declara vt, num. 3.

Quod procedit etiam in ſocio criminis, n. 2.

R E S O L V T I O XIV.

Teſtis examinatus pro fiſco an poſſit etiam examinari per reum ad eius defenſionem.

1 TEſtis examinatus pro fiſco poteſt etiam examinari per reum ad eius defenſionem probandam, vt voluit *Caualc. de Brach. Regi. de teſt. par. 5. n. 200. ver. Rurſus &c.* quem referendo ſequitur *Guazz. defen. 25. cap. vlt. in fin.* vbi dicit hoc procedere etiamſi teſtis examinatus ſit conſanguineus, vel affinis inquiſiti in caſu, quo illi poſſunt examinari remiſſo Iudicis arbitrio quanta fides eis ſit præſtanda, vt ibi per eum, & teſtes à parte productos cogi poſſe ad ſe examinandum ab altera parte voluit *Vermigl. conſ. 482. num. 6.*

In iudicio enim ſeruanda eſt æqualitas *l. fin. C. de proc. l. non debet actori, 42. ff. de reg. iur. cap. non licet 32 de reg. iur in 6. Car. Tuſc. pract. concl. lit. E. concl 306 per tot.* latè *Barboſ. axiom. 16. in princip.* vbi dat

concordantes, Vnd: ſicut potuit fiſcus teſtem examinare contra reum ad eius intentionem probandam, ita debet licere reo eundem teſtem examinare ad eius defenſionem manifeſtandam per iura ſupradicta, & benè conſiderant *Canalc. & Guazzin. in locis ſupra adductis*,

Amplia d. concluſionem, vt habeat locum etiam in ſocio criminis, qui depoſuit contra ſocium, quem examinari poſſe etiam pro ſocio ad eius defenſionem ad ſeruandam æqualitatem in iudicio voluit *Canalc. in d. tit. de teſt. par. 5. num. 20*. quem refert, & ſequitur *Guazzin d. defen. 25 cap. vlt. in fin.*

Limita d. concluſionem, vt habeat locum dummodo teſtis examinatus pro fiſco non inducatur ad probandum de directo contra illud, quod prius depoſuerat pro fiſco, vt declarant *Canalc. & Guazzin. in loc. ſupra proximè adductis*.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtis deponens ſine redditione rationis non probat in criminalibus, etiam non interrogatus.*

Scire enim eſt rem per cauſam cognoſcere, n. 2

Maximè quando teſtis non deponit ſuper iis, quæ ſunt facti. num. 3.

Etiamſi non agatur de condemnando reum, ſed ſolùm de torquendo, n. 4.

Et teſtis debet reddere rationem congruam, & concludentem, n. 5.

Ita vt ſit ſolum attendenda ratio teſtis, non dictum, num. 6.

Et teſtis eò magis debet reddere rationem, quando agitur de probanda negatiuam, n. 7.

Fallit concluſio, quando teſtis deponit ad defenſam, n. 8.

Ratio vt ſit bona, debet reddi per ſenſum aptũ illi rei, ſuper qua deponit, num. 9.

Et ratio non eſt bona, quæ eſt eadem cum dicto, num. 10.

Eſt tamen bona, ſi teſtis dicat ſcio, quia fuit *præſens, num. 11.*

Et quid ſi dicat ſcio, quia ſum vicinus, & ſimilia *remiſſiuè, num. 12.*

R E S O L V T I O XV.

Teſtis deponens ſine redditione rationis an probet in criminalibus.

1 TEſtis deponens ſinè redditione rationis in criminalibus nullã facit probationem, etiamſi non ſit de illa interrogatus, cum dicatur deponere, tanquam pecus *l. ſolam teſtationem 3. & ibi not. commun Doct. C. de teſt.* & tradunt *Ant. Gomez var. reſol. tom 3. cap. 12. ſub n. 9. Clar. in pract. § fin. quæſt. 53. verſ. præterea dixi &c.* vbi teſtatur de communi opinione, *Maſc. de prob. concl. 459. num. 5. lib. 1. et concl. 1369. n. 47 lib. 3. Honded. conſ 100 num. 33. lib. 1. Farin. de teſt. quæſt. 70. n. 1. & ſeq & præcipuè n. 14. & n. 107. et ſeq.* vbi reprobat contrarium tenentes, *& conſ. 80 n. 35. lib. 1. & conſ. 127. n. 31. lib. 2. Guazz. de ſen. 29. cap. 3. n 10.* vbi teſtatur de communi opinione, *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 6. num. 7. Vermigl. conſ. 433. num. 7. Zuffi de legit. proc. quæſt. 32 num. 3. & Rot. poſt conſ. 75. Farinac. num. 106. verſ. non obſtat quartus teſtis, lib. 1.*

2 Scire enim eſt rem per cauſas cognoſcere ſecundum *Philo 1 Phyſicorum, & Metaphyſic. 2.* & not. *Bald. in cap. cum cauſam 37. num. 44. de teſt. Angel. conſ 396. in prin. & Coſta de ſcien. & ignor. inſpect. 61, num. 6.* ita vt ſcire non dicatur, qui neſcit rationem reddere, vt tradunt *Bald. in d. cap. cum cauſam, n. 43. & Farinac. de teſt. d. quæſt. 70. in prin.* & ideò rationem eſſe illam, quæ in teſte dat eſſe rei, hoc eſt teſtimonio, dixerunt *Bald. in tract. de teſt par. 3. ſub n. 1. Alex. conſ 166. n. 13. et conſ 167 n. 9. & 10. lib. 6. Card Tuſc. pract. concl. litt. T. concl. 173. n. 12. & 13. & Rot. deciſ. 288. n. 3. par. 6. recent.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando teſtis non deponit ſuper iis, quæ ſunt facti, & ſenſu corporeo percipiuntur, ſed ſuper iis, quæ ſunt iuris, non ſenſu corporeo, ſed iudicio intellectus percipiuntur, quia tunc teſtis eò magis tenetur reddere cauſam ſcientiæ, & rationem ſui dicti afferre, etiam non interrogatus, vt voluerunt *Buſſ. in pract. in tit. de oppoſ. contra teſt. ſub n. 83. Ant. Gomez var. reſ. tom. 3. cap 12. ſub n. 10 Maſcar. de prob. concl. 1269. num. 3. et ſeq. lib. 3.* vbi teſtatur de communi opinione l. tè *Farin. de teſt. d. quæſt. 70. nu. 6. & plur. ſeq.* alios quampiures adducens de communi opinione teſtantes, *Caren de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit 6. num. 81. Vermigl. conſ. 65. num. 4. & Rota deciſ. 1163. num. 2. par. 3. diuer.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locũ non ſolum, quando agitur de condemnando reum ſed etiam, quando agitur de illo tantùm torquendo, quia ſi teſtis non reddat rationem ſui dicti, non facit indicium contra reum ad torturam, vt not. *Maſcar. de prob. lib. 1. in præfat. quæſt. 5. num. 123.* vbi teſtatur de communi opinione, *Clar. in pract. § fin. quæſt. 53. ver præterea dixi &c. Hond. conſ. 100. nu. 35. lib. 1. Farinac de teſt. d. quæſt. 70. num. 15.* vbi alios adducit ita ſentientes, & dicit, d. concluſionem non habere locum, quando agitur de pœna pecuniaria tantum, vt ibi per eum,

5 Amplia tertiò d. concluſionem illatiuè, vt teſtis non ſolum teneatur reddere rationem ſui dicti, ſed etiam teneatur illam reddere congruam, concludentem, neceſſariam, & veram, quia ſi illam reddat non bonam, vt ſupra, non probat, cum idem ſit, nullam rationem reddere, & reddere illam non bonam, neque congruam, vt docuerunt *Bald. in d. cap cum cauſam 37. nu. 25. & ibi Abb. n. 6. Henric. Boich. ſub num. 14. & alii de teſt Oſaſch. conſ. 66. ſub num. 17. lib. 1. Maſcar. de prob. d. concl. 1369. num. 52* & latè comprobat *Farinac. de teſt. d. quæſt. 70. nu. 8. 9. & ſeq.* vbi alios dat concordantes, & dicit, hanc ampliationem eſſe communiter receptam per Doctores quam ſequuntur etiam *Caren. de Offic. S. Inquiſ. dict. part. 3. titul. 6. numer. 83. & ſeq.*

et ſeq. et Vermigl. conſ 26. num.6. & conſ.263. n.6. et conſ.403.num.3.et conſ 408. nu 11. Rub.de valid. legal.cap.43.n.27. & dixi ego *alleg.for.83.n.43.*

6 Ampliaquartò d.concluſionem pariter illatiuè, vt ex ratione iudicetur probatio teſtis, ita vt ſi ratio ſit bona, & concludens illius depoſitio probet licèt dictum non concludat, ſi verò dictum concludat, & ratio non concludat, corruit dictum, vt puta ſi teſtis dicat *credo, quia vidi*, teſtis erit de viſu, ſi verò dicat *ſcio certò, quia credo*, teſtis erit de credulitate, vt declarant *Boſſ. in pract. in dict. tit.de oppoſ.contra teſt.num 73. Oſaſcb. d. conſ.66. ſub num.27. Maſtar.de prob.d.lib.1.in præfat.quæſt. 5. num.121. & ſeq et d.concl.1369.num.18.et ſeq. lib.3. Farinac.de teſt.d.quæſt.70.num.12.* alios referens ita ſentientes quamplures, *et Caren. de Offic. S.Inquiſ. d.par.3.tit.6.num.83.*

7 Amplia quintò d.concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando agitur de probanda negatiua, quia tunc teſtem teneri reddere rationem ſui dicti etiam non interrogatum tenuerunt *Bald. in d.cap. cum cauſam 37.n.50 et ibi Aret.n.22.de teſt.Crot.de teſt.n.310.ver.et vltrà etc et ibi Adden.litt.P.Maſc. de probat.d.concl.1369. num 24 et ſeq. et Farinac,* qui alios adducit ita ſentientes *de teſt. d. quæſt.70. num.23. et ſeq.* vbi dicit, prædicta non habere locum in teſte deponente de negatiua ad defenſam rei, vt ibi per eum, cum quo concordat *Guazzin.defenſ.29. cap.1. num.13. verſ. et non deſuat, &c.*

8 Limita primò d.concluſionem, vt non habeat locum, quando teſtis deponit ad probandam innocētiam rei inquiſiti, puta, quòd homicidium factum fuerit ad defenſam, quia tunc non tenetur reddere rationem ſui dicti, vt tradunt *Boſſ.in pract.in tit.de oppoſ.contra teſt num 73.et 80. Clar.in pract. d. q. 53.in fin.* vbi teſtatur de communi opinione, *Maſc. de prob.lib.1.in præfat.quæſt.5.num.124.* qui pariter hanc dicit communem opinionem, *et concl.490. num.6. Farinac.* qui alios adducit ita ſentientes *de teſt. d.quæſt.70.num.101 Hond.conſ.100 nu.34.lib. 1.et Guazz.defen.29.cap.3.num.10.* vbi teſtatur de communi opinione.

9 Declara primò d.concluſionem, vt ratio teſtis, vt ſit bona reddi debeat per ſenſum corporeum, & per ſenſum aptum illi rei, ſuper qua ipſe deponit, quando enim teſtis deponit de iis, quæ per viſum percipiuntur ratio reddi debet per ſenſum viſus, quando verò deponit de iis, quæ ex auditu percipiuntur rationem reddere debet per ſenſum auditus, & ſic in ſingulo ſenſu, vt declarant *Bald. in d. cap.cum cauſam 37.num.2.et ſeq.iuncto num.35. et ibi Imol.num.7. Ancar.num.6.in fin. Zabar.col.1.in fin.et Abb poſt num.8.de teſt.Maſc.de prob.d.lib.1.in præfat.quæſt.5. num.120.* benè *Farinac.de teſt.d.qu. 70. num. 128. et ſeq.* vbi alios dat concordantes, & materiam benè declarat, *et Caren.de Offic.S.Inquiſ. par. 3. tit. 6 num.80.*

10 Declara ſecundò d.concluſionem, vt non ſit bona ratio teſtis, quæ eſt eadem cum dicto, vt ſi dicat, *ſcio, quia ſcio, vel ſcio quia ita eſt,* & ſimil.vt not.

Maran.in pract. par.6.de product.teſt nu.11. in prin. Boſſ.in pract.in tit.de oppoſ.contra teſt.n.74.Maſc.de prob.d.concl.1369 n.62. & benè declarat *Far.de teſt. d.q.70.n.144.& ſeq.* vbi alios adducit ita ſentientes.

11 Declara tertiò d.concluſionem, quod eſt bona ratio teſtis, qui deponit *ſcio quia fuit præſens*, vt declarant *Bald. Aret. & Felin in d cap.cum.cauſam 37 de teſt. Boſſ.in pract.in d.tit de oppoſ. contra teſt. n. 46.verſ aliter eſs etc.Viui.opin.899.n.1* vbi teſtatur de communi opinione, *Maſt.de prob.d.concl.1369. num.55.Pacian.de prob. lib.1.cap 10. num. 36.* & quampluribus relatis concordantibus de communi opinione etiam atteſtantibus latè comprobat *Farinac.de teſt.d. quæſt.70. num. 152.*

12 Vtrùm verò ſit bona ratio teſtis *ſcio quia ſum vicinus, vel conſanguineus* latè diſſerit *Farin. de teſt. d.quæſt.70.num.164. & plur. ſeq.* ipſum conſulas.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis vnicus in criminalibus vbi tractatur de periculo vitæ, vel bonorum non probat.*

Etiamſi deponeret de facto proprio, n 2

Et ſit valde dignus, n.3

Licèt contrarium teneant aliqui, n.4

Ita vt neque Princeps, vel Statutum non poſſit mandare contrarium, n.5

Fallit concluſio quando agitur ad defenſam, n.6

Quod declaratur, n 7. et 8

Et probat ſemiplenè faciendo indicium ad torturam, n 9

Et probat etiam quando fuit approbatus a parte, num.10

Licèt contrarium teneant aliqui, n.11

Et contra fiſcum inducentem, n.12.

Etiamſi teſtis aliàs non ſit fide dignus, n.13.

Declara, vt num.14.

Niſi tamen teſtes fiſci deponerent contrarium, num.15.

16 *Teſtis vnicus de viſu cum adminiculis quando ſufficiat ad condemnandum remiſſiuè.*

RESOLVTIO XVI.

Teſtis vnicus in criminalibus an probet.

1 TEſtis vnicus in criminalibus, in quibus tractatur de periculo vitæ, famæ ac bonorum, non probat, ſed in eo verificatur, quod vulgo circumfertur vox vnius, vox nullius *cap. licèt vniuerſis 23. cap.veniens 10.de teſt. l. iureiurandi 8.C.de teſt* & facit *Deuteron.cap.17.et cap.19.Magdal.de num.teſt.cap.1.n.13.et ſeq.Farin. de teſt.quæſt 63.num.7.* benè comprobans, *& conſ. 40.n.32 lib.1.& conſ.121.nu.25. lib.2. Card.Tuſcb. pract concl.litt.T.concl 280.n.1.& ſeq.Guazzin.defen.33.cap.14.num.6.Vermigl conſ.122 num.13.& conſ.123 num.16. Capic.Latro. deciſ.132. num.9. par.2.* & dixi ego *alleg.foren.83.num.13.*

Cum enim in criminalibus, vt dixi de periculo vitæ, & famæ, & bonorum tractetur ad not. in fin. C. d. quæſt. & not Alex. conſ 89. num. 5. & ſeq. lib. 1. & Farinac. de teſt. d. quæſt. 63. num. 7. nimis abſonum, & inauditum eſſet, ſi reus ex vnico teſte condemnaretur, vt not. idem Farinac. in d quæſt. 63. num. 7 Magdalc. de nume. teſt. d. cap. 1. num. 13. & Guazzin. d. cap. 14. num. 6.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum, etiamſi teſtis vnicus deponeret de facto proprio, quia adhuc non probat plenè in criminalibus, quicquid ſit in ciuilibus, vt ſcriptum reliquerunt Ceph. conſ. 438. num. 37. & ſeq. lib. 3. benè comprobans, & conſ. 540. num. 75. lib. 4. Ludou. concl. 70. verſ. intellige, & declara 1. &c. & Farinac. de teſt. d. quæſt. 63. num. 210.

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum, licèt teſtis vnicus ſit valdè dignus, ſeù in Senatoria, ſeù in alia dignitate ſit poſitus, vt voluerunt Tiraq. de indic. in rebus exigu. poſt prin. vbi refert exemplum de Q. Scæuola viro Excellentiſſimo in teſtem producto, Ceph. d. conſ. 438. num. 31. lib. 3. & conſ. 540. num. 72. & conſ. 542. num. 27. lib. 4. Ludo. d. concl. 70. ver. ampliatur primò, vbi teſtatur de magis communi Doctur. opinione, Gabr. comm. concl. de teſt. concl. 1. num. 2. & Farin. de teſt. d. qu. 63 num. 3. 4. et ſeq. vbi alios dat concordantes quamplures, & dicit quod ipſe à d. opinione vti veriori, æquiori, & tutiori nunquam diſcederet, quam tenet etiam Guazzin. deſen. 33. cap. 14. ſub num. 11. Rube. de valid. legat. cap. 50. num. 132.

4 Quicquid contrarium tenuerint Nell. Caſſan. Neuiza. Maſcar. & alii relati per Farinac. in d. quæſt. 63. nu. 5. contra quos adeſt verior, æquior, tutior opinio, de qua ſupra.

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt neque per Statutum, neque per Principem poſſe mandari, quod vnico teſti plenè credatur, vt tradit Farinac. de teſt. d. quæſt. 63. num. 8. & ſeq. & ego de hac materia dixi latius ſupra in verb. Princeps, Reſol. 2. per tot. videas ibi nec non Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 379. & pluribus ſeq.

6 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando agitur de defenſione rei, & de probando illius innocentiam, quia tunc fauore defenſionis vnicus teſtis plenè probat, vt docent Vulpel. conſ. 67. num. 8. Maſc. de prob. concl. 491. num. 17. et 18. lib. 1. et concl. 904. num. 10. lib. 2. Hond. conſ. 99. num. 18. et conſ. 112. num. 27. lib. 1. Farinac. de teſt. d. quæſt. 63. num. 42. vbi alios dat concordantes, & teſtatur de communi opinione, et conſ. 6. num. 41. et conſ. 60. nu. 102. et conſ. 79. nu. 25. vol. 1. et conſ. 130. num. 13. lib. 2. plenè Guazzin. deſen. 29. cap. 3. num. 12. vbi plures adducit, ita ſentientes Ciriac. contr. 109. num. 9. Mar. Anton. reſol. 26. num. 3. lib. 3. P. Graſſet. de neceſſ. pradit. ſ. 34. num. 11. & dixi ſupra in verb. Defenſio, Reſol. 2. num. 4. et allegat. foren. 97. num. 29. et alleg. 98. n. 23.

7 Declara d. primam limitationem, vt habeat locum, quando probatio per vnum teſtem eſt compatibilis cum probatione fiſci ſecùs tamen eſt ſi ſit illi contraria, vt puta, quia fiſcus probauit eius intentionem per duos teſtes, & reus probauit contrarium per vnum teſtem tantùm, quia tunc probatio fiſci præfertur, vti plenior probationi rei, vt declarant Boſſ. in pract. in tit. de defen. reo. num. 10. et ſeq. et in tit. de oppoſ. contra teſt. num. 72. benè exemplificando Farinac. de teſt. d. quæſt. 63. nu. 43. et ſeq. vbi ſentit in d. caſu reum excuſari a pœna ordinaria, licet non a tortura, vt ibi per eum, Gabr. comm. concl. de teſt. d. concl. 1. num. 37. Hond. conſ 99. num 18. lib. 1. et Mar. Anton. reſol. 30. nu. 3. lib. 3. & ita tenuit etiam Guazzin. deſen. 29. cap. 3. ſub num. 12.

8 Licèt contrarium imò quod vnus teſtis probet defenſionem, licet fiſcus probauerit eius intentionem per plures teſtes tenuerit Surd. conſ. 173. n. 67. lib. 2. & quod teſtes probent defenſionem licèt ſint inferiores numero teſtibus fiſci, dummodo non ſit magnus exceſſus probaui ego allegat. foren. 85. num. 22. et alleg. 88. num. 55. et ſeq. vbi quamplures dedi concordantes.

9 Limita ſecundò d. concluſionem, quod licèt teſtis vnicus non probet plenè delictum, probat tamen ſemiplenè, & facit contra delinquentem indicium ad torturam, etiam alio non concurrente, ſi de delicto immediatè deponat, & ſit omni exceptione maior, vt tradunt Clar. Ant. Gomez Peguer. Maſc. Farinac. Guazz. Giurb. Caren. Ant. de Ball. Vermigl. Zuffi. P. Delrius, & P. Dian. in locis adductis ſupra in verb. Indicium, Reſ 4. per tot. vbi tractaui, quando vnus teſtis faciat indicium ad torturam, vide ibi, cum noluerim ibi dicta iterùm hic inutiliter referre, & dixi ego allegat foren. 97. nu. 22. & ſeq.

10 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum in teſte, qui fuit approbatus à parte pro homine probo, & fide digno, quem plenè probare contra approbantem, licèt ſit vnicus, voluerunt Rimin. Iun. conſ. 209. num. 29. par. 2. Vaſq. de ſucceſſ. creat. ſ. 12. num. 7. & ſeq. vbi vult, ſufficere etiam approbationem tacitam, Burſatt. conſ. 20. num. 28. & Menoch. conſ. 60. num. 18. lib. 1. quos refert, & ſequitur Farinac. conſ. 26. num. 5.

11 Licèt contrarium, imò per d. approbationem cenſeri approbatam ſolum perſonam, non autem dictum teſtis, ita vt contra illud valeat opponere, ſcripſerint Vulpel. conſ 11. n. 6. & ſeq. Scacc. de iud. lib. 1. cap. 86. n. 52. & lib. 2. cap. 9. n. 418. & Adden. ad Ambroſ. in proceſſ. inform. lib. 2 cap. 8. in fin.

12 Limita quartò d. concluſionem, vt non habeat locum contra accuſatorem, ſeù fiſcum inducentem contra quem teſtis vnicus plenè probat, vt tradunt Hond. conſ. 99. n. 16. & ſeq & conſ. 102 n. 13. lib. 1. Far. de teſt. qu. 62. nu. 214. & n. 237. vbi quamplures adducit concordantes. & conſ. 50. n. 27. et conſ. 67. n. 3 in fin. et conſ. 78. n. 4. et n. 16. et n. 28. vbi n. 35. dicit non obſtare, quod fuerit examinatus teſtis à Iudice ex officio, vt ibi per eum, et conſ. 89. n. 11 lib. 1. et conſ. 108. num. 23. et conſ. 120. num. 10. et conſ. 152. num. 8. et conſ. 185. num. 23. vbi loquitur de teſte deponente de credulitate, et conſ. 184. num. 23. lib. 2. Giurb. conſ. 84. num. 10. vbi loquitur

pariter

pariter in teſte deponente de credulitate, & plures refert ita ſentientes *Mar. Anton. reſol. 7. num. 5. lib. 2. Guazzin. defen. 33. cap. 14. num. 11.* plures adducens concordantes, *Vermigl. conſ. 95. num. 1. & conſ. 500. num. 3.* & dixi ego *allegat. foren. 88. n. 38. & allegat. 89. num 42. & allegat. 90. num. 24. & allegat. 93. num. 26. & allegat. 95. num. 18.*

13 Amplia d. quartam limitationem, vt habeat locum, etiamſi teſtis aliàs non ſit fide dignus, vt quia deponat de iudicio ſuo, de credulitate, de auditu, & ſimil. quia adhuc ille probat contra accuſatorem, ſeù fiſcum inducentem, vt voluerunt *Thob. Non. conſ. 99. num. 19. Hond. conſ. 102. num. 13 lib. 1. Farinac. conſ. 37. num. 5. lib. 1. & conſ. 185. num. 53. lib. 2. Guazzin. d. defen. 33. cap. 14. num. 11. verſ. imò probat &c. Giurb. d. conſ. 84. num. 10. & Illuſtriſs. Sperell. deciſ. 69. num. 48. & 49. par. 1.* vbi alios dat concordantes quamplures.

14 Licèt per productionem teſtis videatur approbata tantum illius perſona, & non dictum, itaut non lacta teſtia depoſitionis reproductione, non prohibeatur quis opponere contra dictum, concordando contrarias opiniones, voluerit *Farinac. de teſt. d. quæſt. 62. num. 243.* vbi alios adducit concordantes, & teſtatur de communi opinione, cum quo concordant *Adden. ad eundē Farin. conſ. 37. litt. A. lib 1.* & dixi ego, loquendo in ciuilibus, *alleg. foren. 3. num. 31. & alleg. 24. num. 45. et alleg. 60. num. 19. et num. 63. et alleg. 61. in princ.*

15 Sublimita d. quartam limitationem, vt non habeat locum, quando alij teſtes fiſci depoſuerunt contrarium, quia tunc vnicus teſtis non probat plenè contra fiſcum, vel accuſatorem, ſed tunc ſtatur maiori parti teſtium, vt declarant *Bart. in l. 1. ff. de vent. inſpic. Guazzin. d. defen. 33. cap. 14. num. 11 verſ. quod tamen etc. Gratian. diſcep. foren. cap. 468. num. 77. par. 3. Ciriac. controu. 407. num. 84. Poſt. de manu. obſer. 89. n. 10. et Com. Andreol. contr. 34. n. 30*

13 Vtrum vero vnicus teſtis de viſu de delicto, concurrentibus alijs adminiculis, puta, fuga, fama, & ſimil. ſufficiat ad condemnandum reum, & in quam pœnam tradunt *Farinac. de indic. & tort. qu. 47. num. 80. et quæſt. 48. num. 67. & ſeq.* & latiùs *de reo confeſ. et conuict. quæſt. 86. num. 23. 24. & plur. ſeq. et in conſ. 33. n. 26. lib. 1. et in conſ. 139. n. 13 et ſeq. lib. 2. et Vermigl. conſ. 94. num. 4. et conſ. 411 n. 5. et conſ. 421. num. 8.* illos conſulas, cum nimis longum eſſet, omnia hic recenſere.

ADDITIO.

N. 6. Vbi habetur, quod teſtis vnicus probat fauore defenſionis adde *Farinac. conſ. 216. num. 14. lib. 3.* benè comprobantem.

N. 12. Vbi habetur, quod teſtis vnicus contra fiſcum plenè probat adde *D. Fantun. inter conſ. mea poſt tract. de hæred. ſimpl. vel benef. conſ. 12. num. 2. et 62.* vbi *num. ſeq.* dicit hoc habere locum etiam ſi deponat de auditu, vel credulitate, vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis, qui in eius examine dubitatiuè depoſuit, non poteſt redargui, quod falſum dixerit,*

Reſol. Crim,

RESOLVTIO XVII.

Teſtis qui dubitatiuè depoſuit an poſſit redargui de falſo.

1 Teſtis, qui in eius examine dubitatiuè depoſuit, non poteſt redargui, quòd falſum dixerit, cum ipſe ſemper ſaluari poſſit aſſerendo, quomodocunque ſe veritas habeat, egò ita credebam, vel ita mihi viſum fuit, & ſimilia, vt tradunt *Ang. Alex. Surd. Odd. Decian. Farinac. Guazz. Ciriac. Carena, et Rota* in locis relatis ſupra in verbo *Falſum, Reſ. 14. per tot.* vbi latiùs egi de hac materia, videas igitur ibi, cum non ſit hic inutiliter iterum replicanda, in quo verbo *Falſum* plures inuenies Reſolutiones, in quibus materia falſi teſtis explicatur.

SVMMARIVM.

1 *Teſtibus deponentibus ad fauorem rei, et pro non delicto magis creditur, quam deponentibus ad fauorem fiſci, et pro delicto.*

Etiamſi teſtes pro delicto eſſent plures, ſi exceſſus non eſt magnus, n. 2.

Maximè ſi teſtes numero minores deponentes pro non delicto eſſent nobiliores, n. 3.

Ac etiamſi deponerent ſuper negatiua, n. 4.

RESOLVTIO XVIII.

Teſtibus deponentibus ad fauorem rei, et pro non delicto an magis credatur, quam deponentibus pro fiſco, et pro delicto.

1 Teſtibus deponentibus ad fauorem rei, & pro non delicto magis creditur quā deponentibus ad fauorem fiſci, & pro delicto, vt tradunt *Boſſ. in pract. in tit. de oppoſ. contra teſt. n. 9. & in tit. de defen. reo num. 7. Gabr. comm. concl. de teſt. concl. 4. num. 21. & 44.* late *Menoch. de arbitr. caſu 526. num. 35. Hond. conſ. 102. nu 32. & ſeq. vol. 1. Farin. conſ. 80. num. 38. lib. 1 & conſ. 185. num. 20 & conſ. 192. num. 34. lib. 2. & in tract. de teſt. quæſt. 65. num. 152. & ſeq. Maſc. de prob. concl. 496. num. 15. & ſeq. lib. 1. Mar. Ant. reſol. 36. n. 9. lib. 3. Guaz. def 29. cap. 3. num. 2. & num. 13. & Vermigl. conſ. 25 num. 14. & conſ 131. num. 13.* & dixi etiam ſupra in verb. *Defenſio, Reſol. 2. num. 10. & allegat. foren. 85. num. 22. & allegat. 88. num. 56.*

Teſtes enim deponentes pro non delicto dicuntur atteſtari de eo, quod conſentaneum eſt naturæ, quæ præſumit hominem bonum, & non delinquere ad tex. *in l. merito 51. ff. pro ſoci.* & not. in his terminis *Menoch. de arbitr. d. caſu 526 num. 35. & Guazzin. defen. 29. cap. 3. num. 13.* & dixi late ſupra *in verb. Delictum, Reſol. 1. num 1. & 2.* & cum fauorabilior ſit cauſa defenſionis, quam offenſionis *Marſ. ſing. 90*

 Boſſ.

Boſſ. in pract. in tit. de fami. defen. num. 2. & Guazz. d. defen. 29. cap. 3. num. 1. & dixi etiam ſupra in verb. *Defenſ. Reſol. 2. ſub. num. 1.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam ſi teſtes accuſatoris, vel fiſci eſſent plures, quam deponentes pro non delicto, quia ſi exceſſus ſit modicus, magis creditur teſtibus ad fauorem rei deponentibus, licèt paucioribus, vt voluerunt *Abb. in cap in noſtra 38 ſub num. 4. & ibi Aret.* licet dubius *num. 26. & 27. Crot. de teſt. q. 369. in fin. Gabr. comm. concl. de teſt. concl. 4. num. 47. & 57. Boſſ in pract. in tit. de defen. reo, num. 8. in fin.* quos refert, & ſequitur *Farin. de teſt. d. quæſt. 65. n. 167. & ſeq.* vbi dicit, d. concluſionem habere locum, etiamſi teſtes rei eſſent minus digni, & teſtatur de communi opinione, & *Vermigl. conſ. 63. n. 19.*

3 Subamplia d. primam ampliationem, vt eò magis habeat locum quando teſtes pauciores deponentes pro non delicto ſunt nobiliores teſtibus deponentibus pro delicto, quia illi veniunt præferendi, vt aduocarunt *Cabal. reſol. crim. caſu 248. nu. 48. cent. 3. & Guazzin. d. defen. 29. cap. 1. ſub n 13.*

4 Amplia ſecundo d. concluſionem, vt in criminalibus habeat locum, etiamſi teſtes pro defenſione deponentes excludendo delictum negarent, quia eis magis venit credendum, quam teſtibus contrarijs ad fauorem accuſatoris, vel fiſci affirmantibus, vt docuerunt *Roman. conſ. 241. ſub num. 5. et ibi Mando. in addit. litt. B. Gabr. comm. concl. de teſtib. concl. 4. num. 9. et 21. Boſſ. in pract. in d. tit. de defen. reor. num. 32. Maſcar. de probat. concl. 70. num. 10. et ſeq. lib. 1.* plene *Farinac. de teſt. d. quæſt 65. num. 154.* vbi alios dat concordantes quamplures, & teſtatur de communi Doct. opinione, & *conſ. 22. num. 6. lib. 1.* cum quibus pertranſit etiam *Vermigl. conſ 24. num. 16. et conſ 63. num. 19. et conſ. 70. num. 10. et conſ. 117. num. 10.*

TESTES QVOAD EXAMEN.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes in criminalibus examinari poſſunt per Iudicem procedentem ex officio, etiam poſt dedicita teſtificata.*

Etiamſi in cauſa interueniat promotor inquiſitionis, num. 2.

Et in cauſa hereſis, n. 3.

Et eò magis ad defenſionem rei, n. 4.

Fallit concluſio, quando Iudex procedit per accuſationem, n. 5.

Licèt contrarium teneant aliqui, n. 6.

Maximè, ſi Iudex ſit certus nullam adeſſe ſubornationem, n. 7.

Licèt hoc non placeant Guazz. & Vermigl. *n. 8.*

Non poteſt tamen Iudex examinare teſtes ad inſtantiam partis, num. 9.

Declara, vt num. 10.

Poteſt tamen Iudex id facere ad inſtantiam partis fauore defenſionis, num. 11.

Fallit tertiò d. concluſio quando in cauſa adeſt inſtigator, num. 12.

Et eo magis ad inſtantiam Inſtigatoris, vel accuſatoris, n. 13.

Non ſolùm ſuper antiquis articulis, ſed neque ſuper nouis, num. 14.

Vtrùm liceat teſtes examinare in cauſa appellationis poſt didicita teſtificata remiſſiuè, n. 15.

RESOLVTIO I.

Teſtes in criminalibus an poſſint examinari per Iudicem procedentem ex officio etiam poſt didicita teſtificata.

1 TEſtes in criminalibus examinari poſſunt per Iudicem procedentem ex officio, ſine querela partis, etiam poſt publicationem proceſſus, & poſt didicita teſtificata, cum in Iudice ceſſet timor ſubornationis, vt tradunt *Vulpel. conſ. 108. num. 1.* vbi dicit, hanc eſſe certiſſimam concluſionem, *Clar. in pract. §. fin. quæſt 61. verſ. ſed quæro etc.* vbi teſtatur de communi, & ſeruata opinione, *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap 13. num. 34.* bene comprobans, *Adden. ad Bertaz. conſ. 529. litt. A. lib. 2.* vbi teſtatur de communi *Theſ. deciſ. Pedem. 262. in princ.* vbi dicit ita ſeruari in illo Senatu, *Surd. conſ. 118. num. 3. lib. 1.* plenè *Farinac. de teſt. quæſt. 75. num. 407. & num. 412.* vbi plures dat concordantes, *& in tract. de hæreſi, quæſt. 188. num. 6. in fin. Hond. conſ 101. nu. 48. & 47. lib. 1. Guazzin. defen. 24. cap. 7. num. 2. & 3.* vbi plenè comprobat, *Ambroſ. in proc. inform. lib. 3. cap. 1. num. 55.* vbi dicit benè eſſe, quod Iudex in publicatione proceſſus apponat clauſulam *ſine præiudicio vlterioris proceſſus*, cum per eam oſtendatur animus Iudicis propenſus ad alias probationes admittendas, vt ibi per eum, *Vermigl. conſ. 324. n. 10. & Capic. Latro deciſ. 178. n. 16. lib. 2.* In Iudice enim, qui dicitur vir bonus, ceſſat, vt dixi, timor ſubornationis teſtium, quæ fuit ratio prohibitionis examinandi nouos teſtes poſt publicationem proceſſus, de qua in *cap. fraternitatis 17. de teſt.* vt not. *Guazzin. d. defen. 24. cap. 7. num. 2. & 3. Vulpell. d. conſ. 108. num. 2.* & alij Doct. ſupradicti; ceſſante autem ratione legis, ceſſat etiam illius diſpoſitio *l. quod dictum 33. ff de pact. l. fin. ff. ad Sillan. l. adigere 6. §. quamuis, ff. de iure patr. cap. ſi Chriſtus 26. de iureiur. Tiraq. in tract. ceſſan. cau. par. 1. num 11.* plene *Barboſ. axiom. 136. num. 9.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiamſi in cauſa interueniat promotor Inquiſitionis, qui hodie ſunt procuratores fiſcales, quia cum etiam in fiſco ceſſet timor ſubornationis, ideò etiam tunc examinari poſſunt alij teſtes per Iudicem poſt publicationem proceſſus, vt voluerunt *Surd. d. conſ 118. num. 3. Hond. d. conſ. 101. num. 42. & ſeq. lib. 1. Farinac. de teſt. dict. quæſt. 7. num. 413.* vbi alios dat concordantes, & dicit, ſufficere quòd is, ad cuius inſtantiam proceditur, non

habeat

habeat tanquam pars ius, & intereſſe in inquiſitione, & *Guazz.d. defen.24. cap.7. num. 2. & 3.* qui pariter alios cumulat, ita ſentientes.

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum in crimine hæreſis, in cuius cauſa teſtes examinari poſſe poſt publicationem proceſſus, ſcripſerunt *Gabr.comm.concl.de teſti.concl.21. num.100. ver. præterea &c. & num.139. Maſc.de prob.concl.857.num.37.lib.2. Farinac.* alios cumulans ſectatores *de teſti. d. quæſt.75. num.409. et in tract.de hæreſi quæſt.188.num.5. & 6.* vbi alios dat concordantes, & ſentit hoc habere locum, etiamſi Iudex non procedat ex officio, & per inquiſitioné, vt ibi per eum, quibus pertranſit *Carena de Offic.S. Inquiſ.par.3.tit.7.num.64.*

4 Amplia tertiò d. concluſionem, vt eò magis teſtes poſſint examinari poſt publicationem proceſſus officio Iudicis ad defenſionem rei, vt tradunt *Clar.in pract. d. quæſt.61. ver. ſed hæc quidem &c. Andr.Gail.de pace publ.lib.1.cap.18. num.7. & 8.* vbi teſtatur de communi opinione, *Surd. d.conſ. 318.in princ.lib.1. Farinac.de teſti.d.quæſt.75.num. 419.* alios adducens ita ſentientes, *Theſa. d.deciſ. 262.num.3. Guazz.defen.28.cap.2.num.8.* alios cumulans quamplures, ita ſentientes, qui tamen tenet hoc non ſeruari de conſuetudine in reo præſente, vt ibi per eos.

5 Limita primò d.concluſionem, vt habeat locum, quando Iudex procedit per inquiſitionem, vt dixi, ſecùs tamen eſt, quando procedit per accuſationem, quia tunc ei non licet etiam ex officio nouos teſtes poſt publicationem examinare, vt not. *Boſſi.in pract.in tit.de publ.proceſ.num.3.Gabr.com. concl.de teſti.concl.21. nu.108. ver.contrarium &c.* quamplures adducens, ita ſentientes, & ita ſentit *Clar.in pract.d.quæſt.61.ver.ſed quæro &c.Theſa.d. deciſ. Pedem.262.num.3. Farinac.de teſti.d.quæſt. 75.nu.417.* vbi teſtatur de veriori, & magis communi Doctorum opinione, quam tenent etiam *Surd.conſ.266.ſub num.20.lib.2.Hond. conſ.101.nu. 47.lib.1.& Guazz.defen.24.cap.7.num.4.* vbi pariter teſtatur de veriori, & magis communi Doctorum opinione.

6 Quicquid contrarium voluerint *Bald. Angel. Gomez, Theſa.* & alij allegati per *Farinac.d.quæſt.75. num.414.* contra quos adeſt verior, & magis communis opinio, de qua ſupra.

7 Sublimita d. primam limitationem, vt non habeat locum, quando Iudex eſt certus, nullam adeſſe ſubornationem, & quando concurrit aliqua magna cauſa examinandi teſtes poſt publicationem proceſſus, vt tradunt *Clar. in pract. in d. quæſt. 61. ver. ſed hæc quidem &c. Farinac.* licèt dubius, *de teſti.d.quæſt.75.num.418.& Carena de Offic.S.Inquiſ. d.par.3.tit.7.num.64. ver. aliquando &c.*

8 Licèt hoc non placeat *Guazz. d. defen.24. cap.7. num.4.* vbi dicit, tutius eſſe adhærere ſuprad. magis communi, & cum eo ſentit *Vermigl. conſ. 324. num. 10. & ſeq.*

9 Limita ſecundò d. concluſionem, quod licèt Iudex poſſit teſtes ex officio examinare etiam poſt publicationem proceſſus, vt ſupra, id ei tamen facere non licèt ad inſtantiam partis, vt not. *Boſſi. in pract.in tit.de publ. proceſ. num.5. Vrſil. ad Afflict. deciſ.215 ſub num 4.* vbi teſtatur de communi opinione, *Theſa.d.deciſ.262.poſt n.5.Vulpell. conſ.136. ſub num.25.* qui pariter teſtatur de communi opinione, *Gail.de pace publ.lib.1.cap.18.num.10.Surd. conſ.104.num.30 lib.1.& conſ.158.num.3.lib.2.* vbi dicit, ita ſeruari de conſuetudine, *Farinac.de teſti. d.quæſt.75.num 424.* alios adducens ita ſentientes, *& Capic.Latro d.deciſ.178.in prin. & nu.16.par.2.*

10 Sublimita d. ſecundam limitationem, vt habeat locum, quando teſtes examinantur ſuper ijſdem indicijs, & capitulis, ſecùs tamen eſt, ſi examinentur ſuper nouis, & diuerſis, quia tunc poſſunt examinari tám ad offenſam, quam ad defenſam, etiã ad inſtantiam partis, cum tunc ceſſet timor ſubornationis ſecundum *Natt.conſ.565.ſub num.1.lib.3. Vulpell.d.conſ.108.num.2.Clar.in pract. d.quæſt.61. ver.ſed hæc quidem &c. Farinac.de teſti.d.quæſt.75. num.425.* alios adducens, ita ſentientes, *Gail. de pace publ.d.lib.1.cap.10.num.18.Guazz.d.defen.24. cap.7.num.5.& defen.28. cap.2. num.10. & Capic. Latro d.deciſ.178.num.19.part.2.*

11 Declara d. ſublimitationem, vt non habeat locũ cum fauore defenſionis, quia Iudex ad defenſam poteſt teſtes examinare poſt dicta teſtificata ad inſtantiam partis etiam ſuper ijſdem articulis, vt adnotarunt *Angel.de malef. in ver. Comparuerunt d. inquiſiti num. 19 & ibi Adden. litera D. & in ver. qui Iudex d.proceſſum ſub num.2.et in ver.qui Iudex ſtatuit &c. num.25. Viui.opin.896.* vbi teſtatur de communi opinione, *Andr.Gail. pract.obſeru.lib.1. obſeru.107. num.11. & de pace publ.lib.1. cap.18. num.2.& ſeq. Ant.Gomez var.reſol. tom.3. cap.13. num.33.Theſa.d.deciſ.262.num.3. Mari.Ant. reſol. 25.num.16.lib.3.Farinac.de teſt.d.quæſt.75.nu.240.* vbi alios adducit, ita ſentientes, & aliquos recenſet *Guazz.d. defen.28. cap.2. num. 11.* & late comprobat *Capic.Latro d. deciſ.178. num.8. & ſeq.* vbi dicit, ita in Sac. Conſilio fuiſſe iudicatum, & ego dixi latius ſupra in ver. *Reus Reſol.3.num.2.& ſeq.* vbi contrarium tenentes retuli, & contrarias Doctorum opiniones concordaui, videas ibi, ne eadem hic inutiliter repetantur.

12 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando in cauſa adeſt inſtigator, ſiuè ſponté ſe offerat ad inſtigandum, ſiuè ſit deputatus non à Iudice, ſed à parte, quia tunc Iudex non poteſt alios teſtes examinare ob periculum ſubornationis, ſed obſtat publicatio, vt tradunt *Hoſti. Io.Andr.Henr.Boich.Bellam.Butr.Zabar.Abb.Aret. & Felin. in cap. cum clamor 33. de teſti. Theſa.d. deciſ.262.num.4.Farin.de teſti.d. quæſt.75.nu.426.* vbi inter alia declarat, hoc non habere locum, quando inſtigator eſſet ſuſpectus de colluſione cum reo, benè *Vermigl.conſ.141. num.10. & conſ. 324 num.11.*

13 Amplia primò d. tertiam ampliationem, vt eò magis non liceat teſtes examinare ad inſtantiam inſtigatoris, vel accuſatoris ſuper ijſdem obſtante

tex.in

tex.in d.cap.fraternitatis 17. de teſti.in clem. teſtibus de teſti.& in auth.at qui ſemel, & ibi Bart, & Doct.C.de probat. & benè declarat *Vermigl. conſ. 324.num.6.& conſ.354.num 2.& 3.& Capic. Latro d.deciſ 178 num.16.*

14 Subamplia d primam ampliationem, vt teſtes examinari non poſſint poſt publicationem ad inſtantiam accuſatoris, vel inſtigatoris non ſolùm ſuper antiquis articulis, ſed neque ſuper nouis, cum regula *d.cap. fraternitatis 17.de teſti.* cum ſimil. habeat locum non ſolùm ob timorem ſubornationis, ſed etiam, vt aliquando inſtigationi finis imponatur, vt poſt *Io. Andr. Abb. & Felin. in dict.cap. fraternitatis Card. in Clem. 2. num.12. de teſtib. Alex. conſ.84. num.2.lib.4. Feder. de Sen. conſ. 262. num. 1. & Surd. conſ. 8. num. 20. lib. 1.* per eum adductos tradit *Vermigliol. dict. conſ. 324. num. 8. et ſequen. et dict. conſ. 354. num. 5.*

15 Verùm verò prædicta habeant locum etiam in cauſa appellationis, videas *Perſonal. de iudic.et tortu.quæſt.11.num.2.Guazz.deſen.28.cap.2.nu.13. Vermigl.d.conſ.324.ſub num.2.* vbi facit concluſionem, quòd non, ipſos conſulas, vt dixi.

A D D I T I O.

N.9. VBi habetur, quod Iudex non poteſt examinare teſtes poſt publicationem proceſſus ad inſtantiam partis adda *Farinac. conſ. 205. num. 2. lib.3.*

S V M M A R I V M.

1 *Teſtis examinatus ſinè iuramento nullam facit probationem.*

Ita vt teſtis debeat iurare corporaliter ad Sancta Dei Euangelia, num.2.

De conſuetudine tamen ſufficit tactus cuiuſcunque ſcripturæ, num. 3.

Clerici verò iurant tactis ſcripturis, num.4.

Et debet prius iurare, et poſtea examini ſe ſubijcere, num.5.

Ita vt non ſufficiat, ſi iuret poſt etiam incontinenti, num.6.

Quicquid dixerint aliqui Doctores, num. 7.

Et concluſio procedit etiam in Clericis, Monachis, et ſimilibus, num. 8.

Licèt quoad Cardinales contrariam teneant aliqui Doctores, num.9.

Et teſtis non iuratus non probat, etiamſi Iudex procedat ſummariè, et de plano, num. 10.

Quicquid contrarium tenuerint aliqui Doctores, num.11.

Etiamſi teſtes fuerint plures, num. 12.

Fallit concluſio principalis, ſi accedat conſenſus partis, num. 13.

Quod non procedit in criminalibus, vel in cauſa ciuili ardua, num. 14.

Teſtis tamen non iuratus facit aliquam præſumptionem, num. 15.

16 *Teſtis, qui non habet manus, non poteſt cogi ad ſe examinandum.*

Quod tamen debeat iurare per procuratorem, vel viua voce, tenent plures Doct. num. 17.

R E S O L V T I O II.

Teſtis examinatus ſine iuramento an aliquam faciat probationem.

1 TEſtis examinatus ſinè iuramento nullam facit probationem *l. teſtium 14. et l. iuriſiurandi 8.* et ibi *not. Doct. communiter, C.de teſti.cap.nuper 51.cap. de teſtibus 19.cap.tuis 39.& cap.Fraternitatis 17.* & ibi Canoniſtæ *de teſti.*& tradunt etiam *Maſc.de prob.concl.1362.nu.1. lib.3.* plenè *Farinac. de teſti. quæſt. 74. num. 1.* vbi dicit, hanc concluſionem non habere contradictorem, *Fenzo.ad Stat.Vrb. lib.1. cap.75.nu.27. Mari. Ant.reſol.34. num.16. lib.2. Guazz.deſen.14.cap.3. num.1.* qui alios dat concordantes, *Cabal.reſol.crim. caſu 69.num.1.Carena de Offic. S.Inquiſ par.3. tit.7. num.1.& ſeq. Poſti. de manut. obſeru.84. num.3.& Zuffi.de legit.proceſ.quæſt.37.num.11.*

Subſtantia enim, forma, vis, & fundamentum depoſitionis teſtis conſiſtit in iuramento *cap. pen. 3. quæſt.9 d.l. iuriſiurandi 8. C.de teſti. Ricci. collect. 919.in prin.Grat.diſcep.foren. cap.694. nu.49. par. 4.Poſti. de manut. d. obſeru. 84. num. 3. Rota apud Poſti.vbi ſupra deciſ 290.in princ. & deciſ.403. in princ.et deciſ 652. num.2.* vnde non mirùm, ſi depoſitio teſtium ſinè iuramento facta nihil valeat, vt argumentantur *Farinac. Poſti. & alij Doctores* ſupra adducti.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt teſtis iurare debeat corporaliter ad Sancta Dei Euangelia tactis ſcripturis, vt magis ex aſpectu Euangeliorum terreatur, aliàs non probat *cap. hortamur 3. qu.9. Gabr.conſ.40.num.42.lib.2.Theſa.deciſ. Pedem.47. ſub num.1.Farinac.de teſt.d.quæſt.74.num.20.* alios adducens quamplures, *Carena de Offic. S.Inquiſ.d. par.3 tit.7.in prin.* latè *Barboſ.ad d.cap.Fraternitatis 17.num.7.de teſti.*

3 Declara d. primam ampliationem, vt de generali conſuetudine ſufficiat, quod teſtis tangat quācunque ſcripturam, licèt non ſit Euangelium, & depoſitio illius valeat, vt declarant *Corrad. in pract.in tit. de teſti. num.10. in fin. Viui. opin.432. num.1.* vbi teſtatur de communi opinione, *Theſa. d. deciſ.47. num.6.& Farinac.de teſti. d. quæſt.74. num.22.* cum quibus pertranſit *Manci.de iuramen. par.1.quæſt.4. num.1. & 5.* vbi dicit, de iure in iuramento non eſſe neceſſarium tactum ſcripturarū, ſed de conſuetudine, vt ibi per eum, & concordat *Rota deciſ.704.la prima num.7. par.1. recent.*

4 Limita d. primam ampliationem, vt non habeat locum in Cardinalibus, Epiſcopis, & Sacerdotibus, qui poſſunt iurare ſinè tactu ſcripturarum, ſed tacto pectore, vt aduertunt *Gail. obſeru. 101. num.2. lib.1. Viui.opin.931.nu.14.Theſa.d.deciſ 47. num.11.*

num. 11. & 12. Farinac. de teſti. d. quæſt. 74. num. 24. et 82. Carena de Offic. S. Inquiſ. part. 3. tit. 7. num. 4. vbi dicit, hoc non habere locum in cauſis grauibus, & ſic in Tribunali S. Officij, vt ibi per eum, & Barboſ. de vniu. iur. Eccl. lib. 1. cap. 39. num. 23. & 24. vbi dat concordantes.

5 Amplia ſecundo d. concluſionem, vt teſtis debeat prius iurare, & poſtea ſe examini ſubijcere, ita vt, ſi prius depoſuerit, & poſtea iurauerit, eius depoſitio ſit nulla d. l. iuriſiurandi 8. & ibi gloſ. Cin. Bart. Odofr. Fulgo. Ang. Salic. & alij C. de teſti. Gail. d. obſeru. 101. num 9. Viui. opin. 931. num. 9. vbi teſtatur de communi opinione, Maſc. de probat. concl. 1362. num. 10 vbi pariter hanc dicit communem opinionem, latè Farinac. de teſti. d. quæſt. 74. nu. 31. vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione, benè Scac. de iudic. lib. 2. cap. 8. num. 533. vbi de communi teſtatur, Guazz. d. defen. 14. cap. 3. num. 4. & 5. vbi dicit, in dubio præſumi pro validitate examinis, vt ibi per eum, Carena de Offic. S. Inquiſ. part. 3. tit. 7. num. 1. & Zuffi. de legitim. proceſ. quæſt. 61. num. 10.

6 Subamplia d. ſecundam ampliationem, vt habeat locum, etiamſi teſtis iuret incontinenti poſt examen, cum debeat iurare ante illud, vt illius depoſitio valeat, vt tradunt Bellam. in d. cap. de teſtibus 19. num. 11. & 13. & ſeq. de teſti. vbi teſtatur de veriori, & magis communi Doctorum opinione, & reprobat Bald. contrarium ſentientem, Moncad. ad Crot. de teſti. num. 231. litera C. vbi alios adducit, & teſtatur de communi opinione, cum quibus pertranſit Farinac. de teſti. in d. quæſt. 74. num. 39. nec non Guazz. d. defen. 14. cap. 3 num. 6. & ſentit etiam Carena de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 7. num. 10. et ſeq. & voluit clarè Zuffi. de legit. proceſ. quæſt. 38. num. 10. & ſeq.

7 Quicquid diſtinguendo de iuramento præſtito incontinenti, vel ex interuallo dixerint Bald. & alij relati per Farinac. in d. quæſt. 74. num. 38. & Scac. de iudic. d. cap. 8. n. 538. vbi teſtatur de communi, qui poſtea diſtinguit, vt ibi per eum, contra quos adeſt magis communis, & verior opinio, de qua ſupra.

8 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum, etiam in Clericis, Monachis, Religioſis, Epiſcopis, & Cardinalibus, qui ſinè iuramento examinati non probant, d. cap. nuper 51. d. cap. tuis 39. & ibi not. gloſ. Hoſti. Bald. Imol. Ancar. Zabar. Abb. Aret. et Felin. de teſt. Gail. d. obſer. 101. in prin. Maſc. de prob. d. concl. 1362. num. 10. lib. 3. Viui. d. opin. 931. ſub num. 4. Farinac. de teſti. d. quæſt. 74. num. 66. & ſeq. vbi alios dat concordantes, cum quibus concordant Manci. de iuram. par. 4. effect. 236. num. 2. et Guazz. d. defen. 14. cap. 3. num. 8. vbi dicit, hanc ampliationem habere locum in quacunque perſona, cuiuſuis authoritatis, & dignitatis, vt ibi per eum alios adducentem, ita ſentientes addo Barboſ. in cap. tuis 39 de teſt. et Poſti. de manut. d. obſer. 84. num 6. qui alios dat concordantes.

9 Licèt quoad Eminentiſſimos DD. Cardinales contrarium teneant Lauden. de Cardin. quæſt. 56. quem refert, & ſequitur P. Diana in ſumm. in ver. Cardinales nu. 21. & dicto Cardinalis eſſe multùm tribuendum etiam ſine iuramento dixit Poſti. de manut. d. obſeru. 84. num. 78. et Rota apud Coccin. deciſ. 4. num. 3.

10 Amplia quartò d. concluſionem, vt teſtis non iuratus non probet, etiamſi Iudex habeat facultatem procedendi ſummariè, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, & omiſſa iuris ſolemnitate, vt tradunt Cotta in memorab. in ver. teſtis non iuratus in prin. Miſinger. obſeru. 80. num. 1. cent. 3. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæſt. 26. num. 1. & 2. Maſc. de prob. d. concl. 1362. nu. 5. & ſeq. vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione, Farinac. de teſt. d. quæſt. 74. num. 61. qui num. 63. dicit, hoc non procedere in Iudice habente facultatem procedendi de facto, & idem ſentit Guazz. d. defen. 14. cap. 3. num. 10. & Poſti. de manut. d. quæſt. 84. num. 5.

11 Quicquid contrarium teneant Bar. Ancar. Corrad. & alij relati per Farinac. de teſti. d. q. 74. n. 62. contra quos adeſt communis opinio, de qua ſupra.

12 Amplia quintò d. concluſionem, vt habeat locum etiamſi teſtes ſint plures, quia numerus non ſupplet defectum iuramenti, vt declarant Veſtr. in pract. lib. 6. cap. 2. num. 6. in fin. Capb. conſ. 294. num. 34. lib. 2. Maſc. de prob. d. concl. 1362. nu. 9. Farinac. de teſti. d. quæſt. 74. nu. 65. alios adducens concordantes, Scac. de iudic. lib. 2. cap. 8. num. 421. & Poſti. de manut. d. obſeru. 84. num. 7.

13 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum accedente conſenſu partium, per quem iuramentum poſſe teſtibus remitti tenuerunt gloſ. Cin. Odofr. Salic. Caſtr. & Sicar. in d. l. iuriſiurandi 8. C. de teſti. Gail. d. obſeru. 101. ſub num. 2. Rolan. conſ. 99. num. 5. & ſeq. lib 2. Maſc. de prob. lib. 1. quæſt. 5. num. 103. & ſeq. & d. concl. 1362. num. 19. Veſtr. in pract. lib. 6. cap. 2 num. 8 & ibi Adden. & latè comprobat Farinac. de teſti d. quæſt. 74. num. 83. quamplures adducens Doct. authoritates, Caball. reſol. crim. caſu 69. num. 3. cent. 1. Manci. de iuram. par. 4. effect. 236 n. 3. & ſeq. Guazz. d. defen. 14. cap. 3. n. 12. & Poſti de manut. d. obſeru. 84. ſub num. 6.

14 Sublimita d. primam limitationem, vt non habeat locum in cauſa criminali, vel in cauſa ciuili ardua, in qua iuramentum non poſſe teſtibus remitti à parte, not. Maſc. de probat. d. lib. 1. quæſt. 5. num. 107 & ſeq. latè comprobans, Farinac. de teſt. in d. quæſt. 74. num. 85. vbi alias affert ſublimitationes, & Guazz. d. defen. 14. cap. 3. num. 12. alios adducens ita ſentientes.

15 Limita ſecundò d. concluſionem, quòd, licèt teſtis non iuratus non probet, facit tamen aliquam præſumptionem, vt tradunt Iaſ. Ripa. Roma. & alij in l. admonendi 31. ff. de iureiur. Maſc. de prob. d. lib. 1. quæſt. 5. num 84. & concl. 170. n. 6. & d. concl. 1362. num. 18. lib 3. Farinac. de teſti. d. quæſt. 74. num. 109. & ſeq. vbi explicat, quidnam operetur dict. præſumptio, prout facit Guazz. d. defen. 14 cap. 3 in fin. & cum ſupradictis pertranſit etiam Poſti. de manut. d. obſeru. 84. num. 77.

16 Declara d. concluſionem illatinè, quòd cum teſtis, qui non habet manus, vt quia illæ fuerunt ei

incisæ,

inciſæ, ſeù aliter illis careat, non poſſit iurare tactis ſcripturis, ideò non poteſt cogi ad ſe examinandum, vt voluerunt *Bald in cap. cum cauſam 37. de teſti. Campeg. de teſti reg. 135. & Maſc. de prob. concl 1365. num. 42. lib. 3.*

17 Contrarium tamen, imò d. teſtem cogendum eſſe ad iurandum per procuratorem per eum ſpecialiter ad id conſtituendum, vel ad iurandum viua voce, cum iuramenti ſubſtantia conſiſtat in inuocatione Diuini nominis, poſt *Rulant. de comiſſ. Cam. Imper. par. 2. lib. 2. cap. 11. n. 52.* dicentem, ita ſeruari in Camera Imperiali per eum relatum tuetur *Carena de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 7. n. 6. et ſeq.*

A D D I T I O.

N. 4. VBi habetur, quod Sacerdotes iurant tacto pectore adde, quod Iudæis non eſt deferendum iuramentum ad Sancta Dei Euangelia, nec per Ieſum Chriſtum, vt dicit *Farinac. de teſti. quæſt. 56. num. 238.* ſed eis defertur iuramentum ſecundum legem Moyſis, vel per Deum, vel per Patrem Omnipotentem Sabaot, vel per Deum qui apparuit Moyſi in Rubo, vel per verum Adonai Patrem, vel per Deum Eloim, vt docet *Marquar. de Iud. cap. 5. num. 10.* licet de conſuetudine iurent tacto calamo, vt pluries obſeruari vidi, dum vti Iudex in eorum contractibus Decreta interpoſui.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtes examinandi ſunt ſingulariter, & ſeparatè, non autem inſimul.*

Etiamſi teſtes examinentur ſuper corpore delicti, num 2.

Quod procedit etiam in teſtibus confrontandis cum reo, num. 3.

Fallit concluſio ſtante conſuetudine in contrarium, num. 4.

R E S O L V T I O III.

Teſtes an ſint examinandi ſeparatè, an verò inſimul.

1 TEſtes examinandi ſunt ſingulariter, & ſeparatè quilibet de per ſe, non autem per turbam, & inſimul, alias illorum examen eſt nullum *cap. venerabilis 52.* & ibi not. *gloſ. Io. Andr. Abb. & alij de teſtibus*, & tradunt etiã *Boſſi in pract. in tit. de oppoſ contra teſt. n. 88. Menoch. de arb. lib. 1. quæſt. 29. per tot. Farinac. de teſti. quæſt. 80. nu. 94.* benè comprobans, *& conſ. 5. num. 59. lib. 1. Rube. de teſtam. cap. 32. num 697. Adden. ad Buratt. deciſ. 555. num. 19. Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3 tit. 7. num. 62.* bene declarans, prout facit nouiſſimè *Zuffi. de legit. proc. crim. lib. 1. quæſt. 33. per tot.* vbi dicit, quòd teſtes ita examinati habentur loco vnius, & hanc concluſionem benè comprobat, & contrarijs reſpondet, vt ibi per eum, *Rota apud Coccin. deciſ. 262. num. 4. & apud Duran. deciſ. 6. num. 10. et apud Poſti. de manut. deciſ. 383. num. 1.*

Item enim modus examinandi teſtes per turbam præbet modum falſitatibus committendis, quia vnus alium inſtruit, vt conſiderant *Farinac. d. quæſt. 80. num. 94. & ſeq. & Caren. in d. tit. 7. num. 62.* vbi alias aſſerunt rationes, & ideò non mirùm, ſi id fieri non debeat, vt aduertunt *Doctores* in concluſione adducti.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in teſtibus examinatis ſuper corpore delicti, quos examinandos eſſe ſeparatè, non autem inſimul docet *Peregr. Ianui. de citat. real. lib. 1. cap. 2. num. 44. & ſeq.* quem referendo ſequitur *Guazzin. defen. 4. cap. 2. num. 11. circa medium.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locũ etiam in teſtibus confrontandis cum reo, qui debent confrontari ſeparatè & vnus poſt alium, non autem omnes inſimul, ita vt nemo ſciat depoſitionem alterius, vt not. *Cartar. in pract. inter. reo. lib. 3. cap. 3. num. 28. Guazz. defen. 20. cap. 20. num. 4. Scac. de iudic. lib. 1. cap. 86. num. 60.* vbi dicit, idem eſſe ſeruandum in confrontatione ſociorum criminis, *& Ambroſ. in proc. inform. lib. 2. cap. 9. num. 15.* & dixi etiam ſupra in ver. *Confrontatio Reſol. 2. nu. 4.*

4 Limita d. concluſionem, non habere locum, vbi viget conſuetudo in contrarium examinandi teſtes inſimul, & turmatim, quia tunc illorum examen ſubſtinetur de conſuetudine, vt de conſuetudine Franciæ teſtatur *Papo. Areſt. Franc lib. 9. tit. 1. § 10. Ant. Fab. in Codic. tit. 15. de teſti. lib. 4. diffin 3. & Præſes Abaeo in quæſt. real. quæſt. 6. num. 23. & ſeq. & in prax. in §. teſtium coactio. num. 48. & 49.* qui teſtantur de conſuetudine Sabaudiæ, quos refert, & ſequi videtur *Carena de Offic. S. Inquiſ. dict. par. 3. tit. 7. nu. 61. & 62.* & ita ſentit etiam *Guazz. d. defen. 4. cap. 2. ſub num. 11. & Zuffi. de legit. proceſ. crim. d. quæſt. 33. nu. 9. & 10.* vbi dicit teſtes ita examinatos loco vnius haberi, vt ibi per eum.

A D D I T I O.

N. 3. VBi habetur, quod teſtes debent confrontari cum reo ſeparatè vnus poſt alium, non autem inſimul adde *Zuffi. de legit. proc. crim. quæſt. 136. per tot.* vbi dicit, idem eſſe ſeruandum in locijs criminum, vt ibi per eum, benè comprobantem.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtes examinati coram Iudice incompetenti non probant.*

Amplia d. concluſionem, vt num. 2.

Amplia ſecundò in teſtibus examinatis per Laicum, qui non probant corã Eccleſiaſtico, n. 3.

R E S O L V T I O IV.

Teſtes examinati coram Iudice incompetenti an probent.

1 TEſtes examinati coram Iudice incompetenti nullam faciunt probationem *l. 3. §. item Diuus ff. de teſti. l. fin. & ibi Bald. & Doct. C. de teſti.* & tradunt *Corn. conſ. 277. num. 3. lib. 3. Craue. conſ. 2. num. 7.*

num.7.Rim.conſ.149.num.24.lib.1. quos vnà cum alijs refert, & ſequitur *Farinac. de teſti. quæſt.80. num.118.& conſ.193.num.5.lib.2.& Caren.de Offic. S.Inquiſ par.3 tit.7.§.12. in prin.*

2 Amplia dict. concluſionem illatiuè, quod teſtes examinati per Iudicem Laicum, ſi contingat, quod Iudex Laicus remittat Inquiſitori reum vnà cum proceſſu per eum formato ad videndum, an ad S. Officium ſpectet, Inquiſitor debet eos repetere, vt in d. Tribunali probent, vt poſt *Garzium en la orden de proceſſare nel S.Offitio* per eum relatum ſcribit *Caren.de Offic.S.Inqu.d.par.3.tit.7.n.75.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem pariter illatiuè, quòd teſtes examinati per Iudicem Laicum contra reum prætendentem gaudere immunitate Eccleſiaſtica pro delicto per eum commiſſo non probare coram Iudice Eccleſiaſtico, vti examinatis à Iudice incompetenti, ita vt Iudex Eccleſiaſticus debeat recipere nouas informationes, & probationes ſuper prætenſo delicto, vt ſcripſerunt *Ant.de Ball.tract.crim.lib.5.pragm.vni.tit.42.nu.5. Io.Carol.Antonel.de regim. Eccl. Epiſc.lib.1. cap.9. num.108.Vulpell.in pract. iudic. fori Eccleſ. cap.3. num.22.Pereg.de Immu. Eccl.cap.3.num.2.P.Dian. trac.moral.par.5.trac.1.Reſol.9.*& alij plures, quos vnà cum ſupradictis refert, & ſequitur *P.Graſſett. de nece prodit. §.29. num.102.* vbi relatis aliorum opinionibus hanc firmat ſententiam, vt ibi per eũ.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtes dum examinantur ad defenſam, citari debet procurator fiſcalis ad videndum illos iurare.*

Cum pars, quæ lædi poteſt ſemper ſit citanda, num. 2.

Et etiam ad dicendum contra articulos, & illos videndum admitti, num. 3.

Inſtigator tamen non eſt citandus, num. 4.

Contrarium tamen tenent alij, num. 5.

R E S O L V T I O V.

Teſtes dum examinantur ad defenſam an ſit citandus procurator fiſcalis ad videndum illos iurare.

1 TEſtes dum examinantur per reum ad defenſam, citari debet procurator fiſcalis, & accuſator ad videndum illos iurare, alias non probant, vt tradunt *Guazz.defen.28.cap.6.num.1.* vbi ponit formam citationis faciendæ, & *Scac.de iudic.lib.2.cap.9.num 5.*

2 Semper enim pars, quæ lædi poteſt in quolibet actu eſt citanda *l. de vnoquoque 47 ff. de re iudic. l. nam ita Diuus 39 ff.de adopt.cap.Eccleſia S. Mariæ 10. in fin. de conſtit. clem. Paſtoralis 2.de re iudic.* cum alijs adductis *per Gabr. comm. concl. de citat. concl.1.in prin.*& in his terminis *Guazz.d.defen.28. cap.6.num.1. circa medium*, & ideò nil mirùm, ſi citatio ad videndum iurare teſtes ſit omiſſa, teſtes non probent, vt aduertunt *Farinac.de teſti.qu.72. nu.1.& ſeq.et Guazz.d. defen.28.cap.6.ſub num.1.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt requiratur citatio procuratoris fiſcalis & accuſatoris non ſolùm ad videndum iurare teſtes vt ſupra, ſed etiam ad dicendum contra articulos, & illos videndum admitti, alias examen eſt nullum, vt voluerunt *Maſc.de prob concl.131.num.1. et ſeq.lib.1.* vbi dat concordantes, *Farinac de teſti. d.quæſt.72.nu.12.* vbi teſtatur de veriori, & magis communi opinione & *Guazz.d defen 28. cap.6.ſub nu. 1.* vbi dicit, citandam eſſe etiam partem ad damnum interrogatoria, licet, extra Vrbem partem non poſſe dare interrogatoria formata, dixerim ſupra in ver. *Interrogatoria Reſolut. 4 per tot.*

4 Limita d. concluſionem, vt non habeat locum in inſtigatore, quem non eſſe citandum poſt *Ang. in l. adoptio 16. ff. de adopt.* per eum relatum dicit *Gabr. comm. concl. de citat. concl. 1. num.473.* ad quem ſe remittit *Scac. de iudic lib.2.cap 9 nu.5. et 6.*

5 Licèt contrarium, imò inſtigatorem apertum eſſe citandum ſenſerint idem *Scac. de iudic. d.lib.2. cap 9.num.5.& Guazzin.d.defen.28. cap.6. num.1. & num. 3. in fin.*

S V M M A R I V M.

1 *Teſtes examinati parte non citata in criminalibus non probant.*

Etiamſi eſſent mille, num. 2.

Neque faciunt indicium ad torturam, num. 3.

Nec contra reũ malæ conditionis, et famæ, n.4.

Licèt contrarium teneant aliqui Doct. num. 5.

Neque d. teſtes examinati ſine citatione faciunt præſumptionem, num. 6.

Licèt aliqui contrarium teneant, num. 7.

Amplia concluſionem, etiamſi Iudex habeat arbitrium, & brachium Regium, num. 8.

Licèt plures Doctores teneant contrarium, n.9.

Etiamſi teſtes ſint mortui, num. 10.

Quicquid contrarium tenuerint alij Doct. n.11.

Amplia concluſionem, vt procedat etiam in crimine aſſaſſinii, num. 12.

Licèt contrarium voluerint alij, num. 13.

Et in crimine læſæ Maieſtatis, num. 14.

Quicquid contrarium tenuerint alij, num.15.

Limita concluſionem procedere reo præſente, ſecùs in contumace, num 16.

Etiamſi reus compareat ante condemnationem, ſecùs ſi poſtea, num. 17.

Si tamen reus præſens habuit teſtes pro ritè receptis, teſtium depoſitio licèt ſine citatione ſuſtinetur, num. 18.

Dicta tamen declaratio eſt facienda per reum, vel per procuratorem cum ſpeciali mandato, num. 19.

Et reus ad d. declarationem faciendam cogi non poteſt, num. 20.

Interim autem Iudex dare non debet reo copiam proceſſus, num. 21.

Licèt contrarium ſeruari in Alma Vrbe aſſerant aliqui, num. 22.

Et reus in d. declaratione poteſt excipere teſtes abſentes, vel mortuos, num. 23.

Quicquid contrarium voluerit Baiat. *num. 24.*

Et poteſt illos repeti facere ſuper ſuis interrogatoriis, num. 25.

Si tamen ſibi d. repetitionem reſeruauerit, aliàs ſecùs, num. 26.

Licet d. reſeruationem non eſſe neceſſariam teneant plures, num. 27.

Et reus ſtante d. declaratione poteſt opponere contra perſonas, & dicta teſtium, num. 28.

Licèt contrarium teneant aliqui, num. 29.

Et per d. declarationem cenſetur ſanata nullitas ex defectu citationis tantùm, non autem aliæ nullitates, num. 30.

Limita concluſionem principalem, vt non habeat locum, ſi reus fateatur delictum, num. 31.

RESOLVTIO VI.

Teſtes examinati parte non citata in criminalibus non probent.

1 Teſtes examinati parte non citata in criminalibus nihil probant, vt tradunt *Clar. in pract. § fin. quaſt. 11. ver. item quaro, &c.* vbi teſtatur de communi opinione, *& quaſt. 45. nu. 13. & ibi Baiar. num 55. et quaſt 50. n. 3. Vulpel. conſ. 29. num. 1. & conſ. 12. nu. 17. Hond. conſ. 101. num. 8. & ſeq. lib. 1.* plene *Farinac. de teſtib. quaſt. 72. num. 87.* alios cumulans ſectatores, *& conſ. 24 in prin. & conſ. 55. num. 2. & 21. lib. 1. Cabal. reſol. crim. caſu 55. num. 1. & ſeq. cent. 1. et caſu 296. num. 2. & 5. cent. 3. Guazz. defen. 24. cap. 9. num. 1. et defen. 30. cap. 40. num. 16.* vbi dicit, hanc concluſionem habere locum, etiamſi ſit adhibita tortura, *Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 7. num. 33. Ciriac. contro. 143. num. 6. & contro. 486. num. 20. Vermigl. conſ. 46. num. 10. & conſ. 319. num. 3. Maſſ. de confiſc. bon. qu. 1. nu. 51. Calu. de aquit. lib. 2. cap. 179. n. 6. & Rot. apud Poſti. de manut. dec. 167. nu. 2.* Si enim in ciuilibus teſtes examinati, non citata parte ad videndum illos iurare, nullam faciunt probationem ad tex. *in l. iuſiurandi 8. & in l. ſi quando 15. C. de teſti. & in cap. de teſtibus 19. de teſt.* & not. *Scac. de iudic. lib. 2. cap. 8. num. 400. et ſeq. Fenzo. ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 71. num. 34. & cap. 75. nu 27. Poſti. de manut obſeru. 84. nu. 4. Rota apud Greg. XV. deciſ. 19 num. 2. et apud Cocci. deciſ. 182. num. 1. & apud Poſti de manut. deciſ. 446. num. 1. & deciſ. 490. num. 8.* multò minus probant in criminalibus, in quibus de maiori agitur præiudicio, vt argumentantur *Abb. in cap. 2. nu. 8. de teſti. Farinac. de teſti. d. quaſt. 72. n. 87.* & alij ex Doctor. ſupra adductis.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt teſtes examinati ſine citatione partis non probent, licèt eſſent mille, cum numerus in hoc caſu non ſuppleat, vt not. *Rolan. conſ. 12. n. 36. & ſeq. lib. 3. Baiar. ad Clar. d. quaſt. 45. num. 14. & 56. Hond d. conſ. 101. num. 16. lib. 1. Farinac. conſ. 55. num. 2. lib. 1. Guazz. d. defen. 24. cap. 9. num. 5.* alios adducens ita ſentientes, *& Cartar. deciſ. 21. num. 9.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt teſtes examinati parte non citata neque faciant indicium ad torturam, vt ſcripſerunt *Clar. in pract. d. quaſt. 11. ver. item quaro &c. & d. quaſt. 45. ver. certum &c.* vbi dicit, quod Iudices malè faciunt, ſi reum torquent non facta teſtium repetitione, *Maſc. de prob. concl. 682. ſub num. 30. lib. 2. & concl. 1366. num. 1. lib. 3. Hond. d. conſ. 101. num. 16. lib. 1.* plenè *Farinac. de teſti. d. quaſt. 72. num. 94.* vbi plures dat concordantes, & teſtatur de communi opinione, *& conſ. 101 per tot & conſ. 85. num. 5. lib. 2. Guazz. d. defen. 24 cap. 9. num. 8. Ciriac. contro. 150. nu. 85. & contro. 486. num. 20. & Vermigl. conſ. 33. num. 6. & conſ. 60. num. 6. et conſ. 113. nu. 13. & conſ. 132. num. 5.* & in Statu Eccleſiaſtico adeſt *Bulla Pauli Tertij, Conſt. 58. in prima par. Bulla*, confirmata *à Pio IV. Conſt. 85.* addo *Rota coram Orano poſt conſ. 75. Farinac. num. 105. lib. 1.*

4 Subamplia d. ſecundam ampliationem, vt habeat locum etiam in homine vili, & malæ famæ, qui nequit poteſt torqueri ex depoſitionibus teſtium examinatorum parte non citata, vt voluerunt *Farinac. de teſt. d. quaſt. 72. num. 96.* vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione, quem ſequitur *Guazz d. defen. 24. cap. 9. num. 8. in fin.* & ita ſeruari in practica dicit *Trentacinq. conſ. 47. in princ. lib. 1.*

5 Quicquid contrarium tenuerint *Gram. Gabr. Hond.* & alij relati *per Farin. in d. q. 72. n. 93.* contra quos adeſt magis communis opinio, de qua ſupra.

6 Subamplia ſecundò d. ſecundam ampliationem vt d. teſtes examinati ſine citatione partis neque faciant præſumptionem aliquam *cap. 2. et ibi Abb. num. 14. Aret. num. 1. & ſub n. 13. et ſub nu. 15. Felin. nu. 34. Deci. num. 54.* vbi teſtatur de communi opinione, *de teſti. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 12. num. 20 in fin Maſc. de probat. lib. 1. quaſt. 5. num. 37.* vbi teſtatur de communi opinione, *et concl. 1366. num. 1. lib. 3. Gabr. conſ. 178 ſub num. 32 lib 1. Hond. d. conſ. 101. nu. 18. lib. 1. Farinac. de teſti. d. quaſt 72. num 89. & ſeq.* vbi quamplures adducit concordantes, & dicit in criminalibus, hãc eſſe veriorem, & magis communem Doct. opinionem, *et conſ 24. nu. 1.* vbi dicit, hoc procedere etiam in caſu difficilis probationis, *et conſ. 79. n. 12. lib. 1.* cum quibus pertranſeunt *Guazz. defen. 24. cap. 9. nu. 6.* vbi alios refert ita ſentientes, & dicit, ita ſeruari in Alma Vrbe, *Cartar. d. deciſ. 21. n. 10.* vbi teſtatur de veriori opinione, *et Vermigl. conſ. 319. num. 3.*

7 Quicquid contrarium tenuerint *Bart. Deci. Gram. Alex.* & alii quos refert *Farinac. de teſt. d. quaſt. 72. nu. 90.* & ſequitur idemmet ſibi contrarius *conſ. 26. n. 6. et conſ. 55 n. 26. lib. 1. Hond. conſ. 101. n. 17. lib. 1. & Calu. de aquit. d. cap. 179. n. 61.* vbi malè allegat *Grauat. ad Veſtr.* dũ voluit allegare *Foller. in prac. in ver. Confitebuntur in 3. par. 3. par. n. 5* cõtra quos adeſt verior, & communior opinio, de qua ſupra.

8 Amplia

8 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum, etiamſi Iudex habeat brachium regium, & poſſit procedere ſuo libero arbitrio quia adhuc tenetur repetere teſtes ſine citatione examinatos, ita vt interim non poſſit procedere ad torturam, vt voluerunt *Gram. conſ. 64. per tot. Rola. conſ. 12. lib. 3. per Burſat. conſ. 201. n. 99. & ſeq. Baiar. ad Clar. q. 45. n. 35. & ſeq. Farin. de teſti. d. q. 72. n. 98. & 99.* vbi dicit, quod Iudices Gubernatoris Vrbis malè faciũt torquendo ex proceſſu informatiuo, *& conſ. 103. per tot. lib. 1. & conſ. 185. nu. 8. lib. 2. Surd. conſ. 328. num. 3. lib. 3. Guazz. defen. 21. cap. 1. num. 6. & defen. 24. cap. 9. num. 7.* latè comprobans, licet *num. 10.* aliter ſentire videatur, *Calu. de æquit. lib. 2. cap. 179. num. 108. & ſeq. & Ambr. in proc. infor. lib. 3. cap. 1. nu. 11. & ſeq.* cum qua opinione, vti æquiori ſemper in iudicando pertranſeundam cenſeo, cum in materia torturæ, vti valdè præiudiciali, non ſint de facili laxandæ Iudicibus habenæ, vt aduertunt *Farinac. Guazz. & Ambr. vbi ſupra*, qui dicit bis tantùm ſuo tempore vidiſſe Vrbis Gubernatorem vſum fuiſſe d. facultate, & contrariam opinionem admittit ſolùm, quando crimen eſſet grauiſſimum, & ageretur contra aſſaſſinos, & alios homines ſceleſtiſſimos, & notoriè delinquentes, vt ſentit etiam *Guazz. d. defen. 21. cap. 1. num. 6.* latè comprobans, vt facit etiam *Scac. de iudic. lib. 1. cap. 97. nu. 88.* vbi ponit quatuor requiſita, vt ibi per eum, & voluit etiam *Farinac. de indic. et tortur. quæſt. 39. num. 15. & ſeq.* vbi refert, ita obſeruatum fuiſſe Romæ in illa grauiſſima cauſa ſubtractionis Anuli Pontificij, in qua Iudex noluit deuenire ad torturã ex proceſſu informatiuo ſine ſpeciali mandato Papæ, & declarat idẽ *Far. de teſt. d. q. 72. n. 125. & ſeq.*

9 Licèt contrariam opinionem teneant *Io. de Grand. de bello exul. in prædicam. Pati. quæſt. 3. ſpecial. 90. in fin. Sanfelic. deciſ. 37. num. 3. Guazz. Iun. in tract. moral. lib. 2. de indic. defen. cap. 16. ſub num. 5.* quos refert, & ſequitur *Maſſin. de e conſiſc. bon. quæſt. 1. num. 52. & ſeq.* vbi dicit, hanc magis receptam opinionem, licèt poſtea cum *Scannarol & Scialo.* per eum adductos diſtinguat, quod prima opinio procedit, quando agitur de condemnando, ſecunda verò, quando agitur de torquendo reum, vt ibi per eum, in quã partẽ inclinat *Ciriac. contr. 40. n. 7.*

10 Amplia quartò d. concluſionem, vt habeat locum, etiamſi teſtes ſint mortui, quia ſi ſint examinati parte non citata, non probant, ſed ſolùm faciunt aliquam præſumptionem, vt voluerũt *Gram. deciſ. 11. num. 13. Natt. conſ. 395. nu. 21. & ſeq. lib. 3.* latè comprobans, *Hond. conſ. 101. nu. 22. lib. 1. Burſat. conſ. 322. num. 10. lib. 3. Farinac. de teſt. quæſt. 72. num. 133.* vbi dicit, ita vidiſſe ſeruari, *& conſ. 182. num. 27. lib. 2. Adden. ad Farinac. conſ. 55. litera D.* vbi dicunt, hanc opinionem veriſſimam, & ſeruatam in practica, & conantur *Farinac.* defendere à contrarietate de qua *in conſ. 55. num. 37. infra citando lib. 1.* vt ibi per eos, *Cabal. reſol. crim. caſu 296. num. 8. cent. 3.* vbi alios dat concordantes, *Guazz. d. defen. 24. cap. 9. nu. 16 ver. contrarium &c. Ciriac. contro. 150. num. 81. Vermigl. conſ. 33. num. 7. & conſ. 332. num. 12. et Zuffi. de legit. proceſ. quæſt. 115. num. 8.* vbi teſtatur de communi, & practicata opinione.

11 Quicquid contrarium voluerint *Mille. Foller. Lambert.* & alij relati *per Farinac. d. quæſt. 72. num. 129. et per Guazz. d. cap. 9. num. 16.* cum quibus pertranſit *Caren. de Offic. S. Inquiſ. part. 3. tit. 7. num. 47.* qui malè allegat *Farinac.* pro ſua opinione, vbi ſupra *num. 129* qui contrarium tenet *d. num. 133.* poterat benè allegare eundem *Farinac.* ſibi contrarium *in conſ. 55. num. 37. lib. 1.* cum quibus pertranſit *Calui. de æquit. lib. 2. cap. 179. num. 66.*

12 Amplia quintò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in crimine aſſaſſinij, in quo teſtes ſine citatione examinati non probant, vt voluerunt *Gram. vot. 11. num. 16 Burſat. d. conſ. 201. num. 112. et ſeq.* vbi teſtatur de veriori opinione, *Maſcar. de prob. concl. 137. poſt num 3. lib. 1. Viui. opin. 631. n. 7. & 8. Farinac. de teſti d. quæſt. 72. num. 123. & ſeq.* vbi hanc opinionem dicit veriorem, & bene comprobat & contrarijs reſpondet *et conſ. 79. num. 12. et 13. et conſ. 99. nu. 43. lib. 1.* cum quibus ſentire videtur *Honded. conſ. 101. num. 15. lib. 1. Caball. dict. caſu 269 ſum. num. 8. Guazz. defen. 24. cap. 7 nu 17. ver. contrariũ autem &c. et Ciriac. contro 150. n. 85.*

13 Licèt contrarium voluerint *Corrad. Diaz. Gabr. Deci. Gram. Rolan.* & alij relati *per Farinac. d. quæſt. 72. num. 122. & de homic. quæſt. 123. num. 48. & per Hond. d. conſ. 101. num 13. & per Guazz. d. cap. 9. nu. 17.* nec non alij, quos refert, & ſequitur *Calui. de æquit. d. ca. 179 num 60.* qui teſtatur de veriori, & magis communi opinione, *& Merlin. Pignatell. contro foren. cap. 40 num. 5 & 6. centur. 1.* & teſtes non repetitos parte citata probare in criminalibus exceptis, dixit generaliter *Giurb. conſ. 50. n. 7.* vbi plures dat concordantes, quorum maior pars non probat illius intentionem.

14 Amplia ſextò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in crimine læſæ Maieſtatis, vt not. *Oſaſch. deciſ. Pedem. 79 num. 18. & ſeq. & conſ. 64. num 72. Burſat. d. conſ. 201. num. 43. in fin. et num. 99. in fin. Hond. d. conſ. 101. num. 1.* quam opinionem tenent, & dicunt veriorem *Farinac. de teſt. d. quæſt. 72. nu. 121.* vbi alios adducit concordantes, & *Guazz. d. defen. 24. cap. 9. num. 7. et num. 16. in fin. Cabal. reſol. crim. d. caſu 269. num. 8* & quòd idem ſit in crimine hæreſis, ſcribit *Carena de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 7. n. 33* vbi alios dat concordantes quãplures.

15 Licèt contrariam opinionem tenuerint *Foller. Carer. Plaz. Meren.* & alii relati per *Farinac. in d. quæſt. 72 num. 120.* & ſenſerit generaliter *Giurba d. conſ. 50. num. 7.* cum quibus pertranſit etiam *Calui. de æquit lib. 2. cap. 179. num. 60.* qui alios dat concordantes, etiam de veriori, & magis communi opinione teſtantes.

16 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locũ, quando reus eſt præſens, quia tunc teſtes examinati ſine citatione non probant, niſi repetantur, ſecùs tamen eſt, quando reus eſt contumax, quia contra illum teſtes examinati ſine citatione illius benè probant, & ſufficiunt ad illum citandum, & non

non comparentem ad illum diffinitiuè condemnandum, vt declarant *Clar. in pract. §. fin. quaſt. 11. ver. Item quæro &c. Cartar. de execut. ſent. cap. ban. cap. fin. num. 175.* benè *Farinac. de teſti. d. quaſt. 72. num. 100. & 136. Guazz. d. defen. 24. cap. 9. num. 26.* qui alios adducit, & declarat, hanc limitationem non habere locum quoad reum examinandum, & conſtituendum, quia tunc benè ſufficiunt teſtes examinati pro informatione Curiæ, ſed ſolùm, quando agitur de reo torquendo, vel condemnando, vt ibi per eum, *addo Caball. reſol. crim. caſu 269. in fin. & Calui. de æquit. d. cap. 179. num. 7.*

17 Amplia d. primam limitationem, vt habeat locum, etiamſi reus compareat ante condemnationem, quia tunc teſtes ſunt repetendi, ſecùs, ſi cõpareat poſt condemnationem, quia tunc illi non ſunt ampliùs repetendi, nec confrontandi, cum condemnatio, & contumacia habeant vim repetitionis, vt declarant *Clar. in pract. §. fin. q. 45. ver. cæterùm ſi reus &c. Farinac. de teſti. d. quaſt. 72. num. 101. & 102. Caball. d. caſu 269. nu. 22. & caſu 110. in fin. Guazz. defen. 24. cap. 9. num. 14. Calu. de æquit. d. cap. 179. num. 8. & nu. 92. & ſeq. & Zuffi. de legit. proc. quaſt. 60. num. 28. & quaſt. 116. num. 1. & ſeq. & quaſt. 159. num. 4. & quaſt. 196. num. 8.* & dixi latiùs ſupra in var. *Reus Reſol. 7. per tot.* ibi videas.

18 Limita d. ampliationem, vt non habeat locum, quando reus præſens habuit teſtes pro Curiæ informatione examinatos pro ritè, & rectè examinatis, quia tunc defectus citationis teſtium illorum examen non infringit, neque aliqua eſt neceſſaria repetitio, vt tradunt *Vulpell. conſ. 29. num. 1. & conſ. 32. num. 1. & conſ. 68. ſub num. 6. Gabr. conſ. 178. nu. 19. lib. 1. Hond. conſ. 101. num. 3. lib. 1. Baiar. ad Clar. quaſt. 48. num. 32.* vbi dicit, ita in omnibus Curiis ſeruari, *Cartar. in pract. inter. reo. lib. 3. cap. 3. nu. 56. & 62. iuncto nu. 67.* vbi teſtatur de communi practica in Statu Eccleſiaſtico, *& lib. 4. cap. 1. num. 57.* latè *Farinac. de teſti. quaſt. 72. num. 149. Carena de Offic. S. Inquiſ. part. 3. tit. 7. ſub num. 33. & Calui. de æquit. d. cap. 179. num. 49.* plenè *Zuffi. de legit. proc. crim. quaſt. 162. num. 1. & ſeq.* vbi dicit, ita quotidiè practicari in Statu Eccleſiaſtico.

19 Declara d. limitationem, vt d. declaratio habẽdi teſtes pro rectè, & ritè examinatis fieri debeat expreſsè per reummet, vel per eius procuratorem cum ſpeciali mandato, & non ſufficiat, illum apponi per Iudicem in eius Decreto, aliàs nihil operetur, vt declarant *Vulpel conſ. 12. num. 18. & conſ. 32. num. 6. Cartar. in pract. inter. reo. d. lib. 3. cap. 3. num. 61. in fin. & num. 63. Gabr. d. conſ. 178. num. 17. lib. 1.* vbi dicit, non ſufficere, quòd reus ſe offerat, velle habere teſtes pro ritè, & rectè examinatis, niſi expreſsè ſic illos habuerit, cum aliud ſit offerre, & aliud habere, vt ibi per eum, *Farin. de teſti. d. quaſt. 72. nu. 155. Caball. d. caſu 269. nu. 21. Guazz. d. defen. 24. cap. 6. num. 7. Calui. de æquit. d. cap. 179. num. 50. Vermigl. conſ. 432. nu. 7.* & nouiſſimè *Zuffi. de legit. proc. crim. d. quaſt. 162. num. 6. et quaſt. 171. num. 2. & ſequen. Rota apud Poſti. de manut. deciſ. 367. num. 4.*

20 Declara ſecũdò d. limitationem, vt reus ad d. declarationem facienda non teneatur, ſi nolit, ita vt ad illam faciendam cogi non poſſit inuitus, vt not. *Vulpel. d. conſ. 32. nu. 6. Farinac. de teſt. d. quaſt. 72. num. 157. Guazzin. d. defen. 24. cap. 6. num. 5. et defen. 25. cap. 1. num. 1.* & ita ſeruari in Vrbe, dicit *Ambr. in proc. inform. lib. 3. cap. 1. num. 43. & ſeq.* & not. etiam *Zuffi. de legit. proc. d. quaſt. 162. num. 8. & quaſt. 170. num. 1.* quod tamen non ſeruatur in Statu, & Legatione Vrbini, in qua reus tenetur ad d. declarationem faciendam vigore Decreti q. Sereniſſimi Ducis Vrbini, & ita ſeruatur.

21 Amplia illatiuè d. ſecundam declarationem, vt interim non facta d. declaratione per reum, Iudex ei dare non debeat copias proceſſus, ſed priùs illũ legitimata teſtes examinatos repetendo, vel illos confrontando, vt tradunt *Foller. in prac. in ver. detur copia capit. n. 1. Clar. in pract. §. fin. q. 49. ver. item ſcias &c. & ibi Baia. n. 36.* & non diſſentit *Hond. d. conſ. 101. nu. 2. Cartar. in pract. inter. reo. lib. 3. cap. 3. num. 36. & Ambr. in proc. infor. d. lib. 3. cap. 1. nu. 40.* & ita praticari extra Vrbem, & in Statu Eccleſiaſtico teſtatur eruditus *I C. Zuffi. de legit. proc. crim. d. quaſt. 162. num. 3.*

22 Licèt contrarium ſeruari in Alma Vrbe, in qua dari reo copias proceſſus informatiui etiam illo non legitimato ob rationes per eos allatas teſtentur *Ambr. in proc. infor. d. lib. 3. cap. 1. nu. 43. & ſeq. Zuffi. de legit. proc. crim. d. quaſt. 162. num. 7. & 8. & quaſt. 166 num. 4.* vbi adducit *Cartar. & Farinac.* ita ſentientes.

23 Declara tertiò d. limitationem, vt reus faciendo d. declarationem poſſit excipere teſtes abſentes, vel mortuos, vt tradunt *Cartar. in pract. inter. reo. cap. 3 num. 61. et ſeq. Farinac. de teſti. d. quaſt. 72. num. 153.* vbi dicit, hoc in Statu Eccleſiaſtico non habere difficultatem, & quod reus poterit d. declarationem reuocare re integra ante ſcilicèt habitas copias, & latè comprobat *Guazz. defen. 24. cap. 8. num. 9. et 10.* vbi dicit d. declarationem paſſim recipi in Curia Romana *Ambroſ. in proc. infor lib. 3. cap. 1. num. 42.* & nouiſſimè ſcribit *Zuffi. de legit. proc. crim. quaſt. 171. num. 8.* dicens d. clauſulam præter mortuos, vel abſentes, vti reo vtilem apponi poſſe per procuratorem etiam ſine ſpeciali mandato, vt ibi per eum.

24 Quicquid contrarium voluerit *Baiar. ad Clar. quaſt. 48. num. 34. et ſeq.*

25 Declara quartò d. limitationem quod licèt reus declarãdo habere teſtes examinatos pro informatione Curiæ pro ritè, & rectè examinatis non poſſit contra illos dare de defectu citationis, non tamen prohibetur, illos repeti facere cum ſuis interrogatorijs etiam publicato proceſſu, vt voluerunt *Hond. d. conſ. 101. nu. 26. et ſeq. lib. 1. Farinac. de teſti. d. quaſt. 72. nu. 151. Guazz. d. defen. 24. cap. 8. num. 5. et ſeq. Vermigl. conſ. 432. num. 8. Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 7. num. 35.* latè comprobat nouiſſimè *Zuffi. de legit. proc. crim. quaſt. 168. ferè per. tot.*

26 Subdeclara d. quartam declarationem, vt habeat locum facta per reum reſeruatione repetendi

teſtes

teſtes ſuper ſuis interrogatorijs, aliàs ſecùs, cum cenſeatur per d. declarationem facultati repetendi teſtes ſuper interrogatorijs renunciatum, vt ſcripſerunt *Caball. reſol. cri caſu 269. num. 20. cent. 3. et Farinac de teſti d. quæſt. 72. num. 152. ver. verùm rationes, &c.* vbi dicit, in cauſa magni ponderis ipſum non potuiſſe repetitionē obtinere ſine d. reſeruatione, cū quibus pertrāſit *Caren. de Offic. S. Inq. p. 3. tit. 7. ſub nu. 33* vbi hanc dicit veriorem opinionē.

27 Contrariam tamen opinionem imò d. reſeruationem repetendi teſtes ſuper ſuis interrogatorijs non eſſe neceſſariam, ſed etiam illa omiſſa poſſe reum d. repetitionem petere tenuerunt *Hond. conſ. 301. num. 36. lib. 1. Guazz. defen. 24. cap. 8. nu. 5.* vbi hanc opinionem ſatis benè tuetur, & videtur ita ſentire *Vermigl. conſ. 432. num. 8.* & late par plura fundamenta comprobat *Zuffi. de legit. proc. crim. d. quæſt. 168. per tot.*

28 Declara quintò d. limitatione, vt ſtante d. declaratione de habendo teſtes pro ritè, & rectè receptis &c. non tamen prohibeatur reus opponere contra perſonas, & dicta teſtium, vt voluerunt *Baiar. ad Clar. d. quæſt. 48. num. 38. & Farinac. de teſti. d. quæſt. 72. nu. 154.* vbi hanc opinionem dicit veram reprobando *Cartar.* contrarium tenentem, & ita tenet etiam *Zuffi. de legit. proc. crim q. 83 nu. 1.*

29 Licèt contrarium non liceret reo facta d. declaratione opponere contra perſonas, & d. teſtiū ſinè reſeruatione voluerint poſt *Salic. Maran. & Foller.* per eum adductos *Cartar. in pract. inter. reo. lib. 3. cap. 3. n 70. Ambr. in proc. infor. lib. 3. cap. 1. num. 53. & Guazz.* licèt dubius *d. defen. 24. cap. 8. num. 4.*

30 Declara vltimò d. limitationem, vt per d. declarationem de habendo teſtes pro ritè receptis cenſeatur ſanata nullitas examinis ex defectu citationis tantùm, non autem defectu ex cauſa iuriſdictionis, vel ob corruptionem teſtium, vel ob defectum litis conteſtationis. vt docent *Gabr. comm. concl. de ſent. concl. 2. n. 13.* licèt *n. ſeq.* aliqui contrarium teneant, *Farin. de teſt. d. q. 72. n. 159.* & ita voluit etiā *Zuffi. de legit. proc. crim. quæſt. 181. n. 3. et ſeq.* vbi dicit, d. declarationem non ſupplere defectum maculæ in ſocio criminis, vel in teſtibus infamibus, & idem ſentit *in quæſt. 183. in princ.*

31 Limita poſtremò pro nunc concluſionem principalem, vt non habeat locum, quando reus confeſſus eſt delictum, de quo imputatur, quia tunc aſſignantur reo defenſiones abſq; alia teſtium examinatorum repetitione, & ex d. confeſſione condemnatio ſequi debet, vt docent *Clar. in pract. §. fin. q. 45. ver. cæterum ſi reus &c. Cartar. in pract. int. reo. lib. 4. cap. 2. n. 29. et Calu de æquit. lib. 2. cap. 179. n. 54. & ſeq.* licèt dicat, ad maiorem cautelam faciendam eſſe d. repetitionem, vel adhibendā d. declarationem, ne, ſi confeſſio ex aliqua cauſa annullaretur, proceſſus periclitaret, cum quo ex *Baiard.* per eum adducto pertranſit *Guazz. defen. 24. cap. 6. in fin.* necnon *Zuffi de legit. proc. crim. q. 185. n. 1. & ſeq.* qui de hac materia plenè agit atiam *in qu. ſeq.* ipſum conſulas, ne agrum noſtrum aliena ſegete fertiliorem reddere videamur, vt aliàs dixi.

Reſol. Crim.

ADDITIO.

N. 1. & 2. Vbi habetur, quod teſtes examinati ſine citatione partis non probant, etiam ſi eſſent mille adde *Scialo. in prax. torq. reos cap. 6. nu. 22. & 23.* vbi dicit, illos neq; facere inditium ad torturam, vti habetur etiā *hic n. 3.*

N. 10. Vbi habetur, quod teſtes examinati abſque citatione non probant etiam ſi ſint mortui adde *Scialo. in prax. torq. reos cap. 6. num. 29.* vbi hanc dicit veram opinionem, niſi teſtes ſint mortui in contumacia rei, vel fuerint occiſi ab aliquo conſanguineo, vel ſocio rei, vt per eum, *& num. 45.*

N. 12. Vbi habetur, quod teſtes examinati ſine citatione partis neque probent in crimine aſſaſſinij adde, & vide *Scialo. in prax. fori iud. cap. 4. num. 7.*

N. 16. Vbi habetur, quod teſtes recepti ſine citatione non probant quando reus eſt præſens, niſi repetantur, probant autem ſi reus eſt contumax adde *Scialo. in prax. fori iudic. d. cap. 2. nu. 7. & in prax. torq. reos d. cap. 6. num. 19. & ſeq.*

N. 18. Vbi habetur, quod teſtes examinati parte non citata probant quando reus habuit illo pro ritè receptis adde *Scialo. in prax. torq. reos cap. 6. num. 37. & ſeq.* dicentem, d. declarationem eſſe faciendam per ipſummet reum, vel per eius ſpecialem procuratorem per verbum de præſenti *Habuit*, vt ibi per eum.

N. 24. Vbi habetur, quod in d. declaratione non poſſunt excipi teſtes mortui, vel abſentes adde *Scialo. vbi ſupra d. cap. 6. num. 38.* vbi dicit ſecundum d. opinionem *Baiar.* practicari, licet plures Doct. contrarium tenentes referat.

N. 31. Vbi habetur, quod ſtante confeſſione partis non eſt neceſſaria alia repetitio teſtium, adde Imò teſtes etiam in d. caſu eſſe repetendos dicit *Scialo. in prax. torq. reos d. cap. 6. num. 43. & ſeq.*

Adde pro coronide, quod etiam teſtes probant s corpus delicti ſunt repetendi vti examinati ſine citatione partis, vt docet *Scialo. in prax. torq. reos d. cap. 6. ſub num. 43.*

TESTIVM MISCELLANEA.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes in criminalibus de conſuetudine ad ſe examinandum compelluntur.*

2 *Quicquid voluerint aliqui Doctores, num. 2.*

3 *Et coguntur etiam ad ſe confrontandum cum reo, num. 3*

Et ad ſe repetendum, num. 4.

Et etiam ad præſtandum iuramentum, num. 5.

Et cogi poſſunt etiam principales ad propalandum offendentem, vel vulnerantem, num. 6.

Et cogi poſſunt mulcta indicta, captis pignoribus, per carcerationem, & prout, num. 7.

Et per Iudicē Eccleſiaſticum per cenſuras, n. 8.

Itaut teſtis recuſans ſe examinare puniatur pœna extraordinaria, num. 9.

Fallit in teſtibus priuilegiatis ratione reuerentiæ, & vt num. 10.

Et quando teſtis detegeret turpitudinem propriam, num 11.

Et quando adeſt periculum contrahendi inimicitiam cum viro potenti, num. 12.

RESOLVTIO I.

Teſtes in criminalibus an compellantur ad ſe examinandum.

1 TEſtes in criminalibus ad ferendum teſtimoniũ hodiè de conſuetudine iuxtà diſpoſitionem iuris ciuilis paſſim, & ſine difficultate compelluntur, vt tradunt *Clar. in pract. §. fin. quaſt. 24. in fin. Guazz. deſen. 14. cap. 11. in princ.* vbi dicit, ita ſeruari in Alma Vrbe tàm per Iudices ordinarios, quàm per delegatos, *Pract. Archiep. Neapol. cap. 10. num. 1. & ſeq.* vbi dicit, ſeruari in Ciuitate Neapolitana, & ita ſeruari de conſuetudine dicit *Scac. de iudic. lib. 2. cap. 10. nu. 12. Calui, de aquit. lib. 2. cap. 179. num. 34.* benè *Ambr. in proc. infor. lib. 1. cap. 3. num. 3.* vbi dicit, hoc eſſe receptum apud omnes, & ibi *Adden. in princ.* plenè hanc concluſionem comprobantes.

Teſtis enim officium eſt publicum, & neceſſarium *gloſ. in rub. de teſti. cogen. Guazz. d. deſen. 14. cap. 11. in princ. Ambr. in proc. inform. d. cap. 3. in prin. Scacc. d. cap. 10. num. 2.* cum interſit Reipublicæ maleficia puniri, & Prouinciam malis hominibus expurgari; quod ſinè teſtium compulſione ad deponendum ſuper delictis fieri non poſſet, vt conſiderant *Scacc. Adden. ad Ambr. & Guazz. in loc. ſupra proximè adductis.*

2 Quicquid voluerint diuerſas Doctorum opiniones referendo *Farinac. de teſtib. quaſt. 78. num. 115. & ſeq. & Scac. de iudic. d. lib. 2. cap. 10. nu. 1. & ſeq.* contra quos adeſt communis practica, & obſeruantia, de qua ſupra.

3 Amplia primò d. concluſionem, vt teſtes contra aliquem examinati cogi etiam poſſint ad ſe confrontandum cum reo, vt voluerunt *Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 86. num. 58. Cartar. in prac. inter. reo. lib. 3. cap. 1. num. 93. Guazz. deſen. 20. cap. 19. num. 8. Calui, de aquit. lib. 2. cap. 179. num. 34. & ſeq.* & ita ſentit etiam *Zuffi. de legit. proc. crim. quaſt. 152. nu. 2.* vbi hoc extendit ad ſocium criminis, quod teneatur ad ſe confrontandum, *& quaſt. 140. num. 4.* id extendit etiam ad reum, & dixi etiam ſupra in ver. *Confrontatio Reſolut. 2. num. 1. & ſeq.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt teſtes aliàs examinati contra reum cogi etiam poſſint ad ſe repetendum, quia cum officium teſtificandi ſit publicum, ſi ſemel fuerit aſſumptum, non poteſt ſinè culpa punibili etiam falſi illud dimitti, vt tradunt *Calui. de aquit. d. cap. 179. num. 35.* vbi dicit, quod poſt mulctam teſti impoſitam citatur etiam ſub pœna falſi, & contumax in d. pœnam damnatur, vt ibi per eum, *Vermigl. conſ. 257. nu. 6.* & benè comprobat *Zuffi. de legit. proc. crim. quaſt. 103. per totam*

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt teſtis cogi poſſit per Iudicem etiam ad iurandum, vt teſtatur *Clar. in pract. § fin. quaſt. 45. ver. ſed pone &c.* vbi dicit, ita fuiſſe ſeruatum in practica mediante tortura publicè illata *Guazz. deſen. 19 cap. 1. num. 18.* dicens, illum cogi poſſe per torturam, *& Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 7. num. 7.* vbi docet modum cogendi teſtem ad iurandum, nempè captis pignoribus, comminata tortura, & vt ibi latiùs per eum.

6 Amplia quartò d. concluſionem, vt habeat locũ non ſolum in teſtibus, ſed etiã in principalibus puta offenſis, vulneratis, vel derobatis, qui cogi poſſunt ad ſe examinandum, & ad indicandum offendentem, vulnerantem, vel furem, vt tradunt *Foller. in pract. cano. par. 2. cap. 8. num. 28. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 12. num. 24. & Farinac. de teſti. d. quaſt. 78. n. 197.* & dixi latius ſupra *in ver. Offenſio Reſolut. 1. per tot.* vbi alios adduxi, ita ſentientes quamplures.

7 Amplia quintò d. concluſionem declaratiuè, vt teſtes cogi poſſint ad ſe examinandum mulcta indicta, captis pignoribus, per carcerationem, & per exilij comminationem, vt declarant *Guazz. in d. deſen. 14. cap. 11. num. 14.* latè *Scac. de iudic. lib. 2. cap. 10. n. 102. & plur. ſeq. Ambr. in proc. infor. lib. 1. cap. 3. nu. 7.* vbi dicit quoad d. compulſionem eſſe attendendum ſtylum loci, *& Calu. de aquit. lib. 2. cap. 179. num. 34. & ſeq.*

8 Subamplia d. quartam ampliationem, quod ſi Iudex ſit Eccleſiaſticus, poſſit teſtes ad ſe examinãdũ cõpellere etiam per cenſuras Eccleſiaſticas; & præcipuè per excommunicationem ad tex. *in cap. 1. & 2. & in cap. cum contra 9.* & ibi not. *Canoniſta, de teſti. cogen.* & tradunt *Foller. in prac. crim. cano. par. 2. cap. 8. nu. 36. Scac. de iudic. d. lib. 2. cap. 10. num. 102. Guazz. d. deſen. 14. cap. 11. nu. 14.* benè *Prac. Archiep. Neap. cap. 10. nu. 1. & ſeq. et Balth. Tomaſ. in ſuis tract. var. tom. 4. in tit. de Eccl. in ſecul. cogno. num. 485.* vbi dicit, id facere poſſe tàm in cauſa ciuili, quàm in criminali, vt ibi per eum.

9 Amplia ſextò d. concluſionem, vt teſtis recuſans ſe examini ſubijcere puniendus ſit pœna extraordinaria Iudicis arbitrio, vt voluerunt *Menoch. de præſump. lib. 2. præſump. 55. n. 15. Maſc. de prob. lib. 1 quaſt. 5. ſub num. 47. Farinac. de teſt. quaſt. 78. num. 134. & ſeq.* vbi dicit, illum puniri de falſo, ſi fuit in iudicio, & iurauit, vel ſi ſe ſubtrahat ob corruptionem, vt ibi per eum *Guazz. deſen. 14. cap. 8. in fin. & Caball. reſol. crim. caſu 55. nu. 1. & ſeq. cent. 1.* qui pariter vult, illũ puniri de falſo, ſi recuſet ſe repetere, & concordat *Calu. de æqui. lib. 2. c. 179. n. 35.*

10 Limita d. concluſionem, vt non habeat locum in teſtibus priuilegiatis ratione reuerentiæ, & charitatis, ac dilectionis conſeruandæ, vt ſunt gener contra ſocerum, vitricus contra priuignum, ſobrinus contra ſobrinum, frater contra fratrem, vxor contra virum, filij contra parentes, & è contra, qui non compelluntur ad ſe examinandum, vt ſupra, vt latè comprobat *Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 10. num. 24. & ſeq. et nu. 70. & plur. ſeq.* & ego dixi latè ſupra *in ver. Teſtes quoad perſonas* in ſingulis perſonis, vbi limitaui, hoc non procedere, quãdo veritas aliter haberi non poteſt, & in cauſa hæreſis, & in alijs caſibus, quos videas ibi, cum noluerim eãdẽ materiã hic iterũ inutiliter replicare.

11 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando teſtis detegeret turpitudinem propriam,

priam, quia tunc illum cogi non poſſe ad ſe examinandum, voluerunt *Decia. conſ.137.num.12. & ſeq. Oſaſch.deciſ.66.num.2. Cauter. quaſt.crim.de reo quaſt.6.num.1. & ſeq.* quos refert, & ſequitur *Zuff. de legit.proc.crim.qu.67. n.4.* & ante eum *Guazz. defen.19.cap.1. num.18.* & dixi infra *Reſol.8.*

12 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando ex depoſitione teſtis adeſt periculum, quod ille contrahat inimicitiam cum aliquo viro potenti, quia tunc teſtis non cogitur ad ſe examinandum, vt voluerunt *Foller. in pract.crim. cano.par.2.cap.8.ſub num.10. Menoch.de arbitr.caſu 487. num.3. & ſeq.* benè comprobans, *Farinac. de teſti.d.qu.78.num.123.* vbi alios dat concordantes, & ita ſentit etiam *Scac. de iudic.lib.2. cap.10.n 15.*

A D D I T I O.

N.7. VBi habetur, quod teſtes cogi poſſunt ad ſe examinandum etiam mediāte carceratione adde *Scialo. in prax.torq.reos cap.14.n.61. & n.70.* vbi dicit, hoc habere locum etiam in ciuilibus, declarando, vt ibi per eum.

N.9. Vbi habetur, quod teſtis citatus ſi recuſet comparere punitur pœna extraordinaria adde *Scialo. vbi ſupra d. cap.14. num.62.* dicentem non intrare pœnam falſi, niſi recepiſſet pecuniam, vt non deponeret, & vide *Reſol. ſeq.*

S V M M A R I V M.

1 *Teſtis examinatus citatus ad ſe repetendum ſi non compareat, ſed ſe occultet, eius prima depoſitio præſumitur falſa.*

Et teſtes nolens comparere ad ſe repetendum poteſt inquiri de falſo, num. 2.

Et teſtis ſi non ſe repetit ſupra interrogatorijs rei, eius depoſitio corruit, num. 3.

Licèt aliqui contrarium teneant, num. 4.

R E S O L V T I O II.

Teſtis examinatus citatus ad ſe repetendum, ſi non compareat, an prima eius depoſitio præſumatur falſa.

1 TEſtis examinatus citatus ad ſe repetēdum ſi non compareat ſed fugam arripiat, vel ſe occultet, eius prima depoſitio præſumitur falſa, vt voluerunt *Angel. de maleſ. in ver. Compareant d. Inquiſiti nu.7.* vbi dicit, quòd poteſt formari inquiſitio ſuper ſubornatione, & quod magna inquiſiti innocentia reſultat, vt ibi per eum, *Batar. ad Clar. quaſt.45.nu.40. & Guazz. defen.25.cap.1.num 23.et ſeq.* vbi dicit, d. præſumptam falſitatem extendi etiam ad alios teſtes, qui deinde repeterentur ad fauorem inquiſiti, vt ibi per eum.

2 Amplia primò d. concluſionem illatiuè, vt teſtis, qui citatus ad ſe repetendum nolit comparere, vt veritas occultetur, poſſit inquiri, & puniri de falſo, vt ſcripſerunt *Boſſi. in pract. in tit. de falſ. ſub num.* 163. qui alios dat concordantes, *Farinac. de teſti. quaſt.78.num 115. Caball. reſol. crim. caſu 55.nu.2.* benè comprobans, & alios recenſens, ita ſentientes, *cent. 1. & Calui. de aquit. lib.2. cap.179.nu.35.* vbi dicit, ita practicari in dominio Mediolani.

3 Amplia ſecundò d. concluſionem pariter illatiuè, quòd, ſi teſtis examinatus pro fiſco non ſe reperat ſuper interrogatorijs datis per reum eius depoſitio corruit, & nihil valet, vt docent *Burſat. conſ. 201. num.145. lib.2 & conſ.311.nu.4. & ſeq. lib.3. Hond. conſ. 101. num. 28. lib.1.* vbi teſtatur de communi opinione, *Caball. reſol. crim. caſu 269.nu.19. cent.3. Maſc. de prob. concl.684. num.4. lib.2.* vbi de communi, *Guazz. defen.25. cap.1. num.11. & 12.* vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione, & *Vermigl. conſ. 90. num. 5 et conſ. 114. num.4. & conſ. 143. num. 18.*

4 Quicquid contrarium, quod non ſit neceſſe teſtes repetere ſuper interrogatorijs, teſtificarint *Fuller Clar. et Batar.* relati per *Guaz. vbi ſupra proximè* contra quos adeſt communis opinio, de qua ſupra.

A D D I T I O.

N.1. VBi habetur, quod ſi teſtis citatus ad ſe repetendū recuſet illius depoſitio præſumitur falſa adde *Scialo. d. cap. 14. num. 63.* vbi dat concordantes, & dicit poſſe inquiri etiam de falſo, niſi recuſet ob timorem conſanguineorū, vel ſociorū inquiſiti, & quod ſi fuerit a parte interfectus habetur pro repetito, vt habetur etiam *hic n.2.*

S V M M A R I V M.

1 *Teſtis examinatus pro Curia, ſi in repetitione deponant contrarium, non probat.*

Cum ex ſecundo dicto maximè debilitetur primum, num. 2.

Ita vt poſſit torqueri, ſi nullam adducat rationem reuocationis primi dicti, num. 3.

Vtrùm verò d. teſti ante torturam ſint aſſignanda de defenſiones remiſſiuè, nu. 4.

R E S O L V T I O III.

Teſtis examinatus pro Curia, ſi in repetitione deponat contrarium an probet.

1 TEſtis examinatus pro informatione Curiæ, ſi in repetitione deponat contrarium eius, quod depoſuit in primo examine, vtrumque contrarius, non probat, & cum conuincatur de periurio ponendo ſe inter duo iuramenta, vt tradunt *Vermigl. conſ.119. num.20. et conſ.418 num.3. Zuffi. de legit. proceſ. crim. quaſt. 111. num.4. et 5.* vbi alios dat concordantes, & *Rota poſt ſecund. vol. conſ. Farinac deciſ.166 num.8.*

2 Licèt enim, quando teſtis dicit contrarium eius, quod prius depoſuerat in alio examine, attendendum ſit primum dictum regulariter *Clar. in pract. § fin. qu. 53. ver. prædicta autem &c.* vbi teſtatur de com-

de communi opinione, *Farin. contro. iur. lib. 9. cap. 84. ver. primus*, vbi hanc opinionem dicit magis communem eſſe, quam benè comprobat *Farinac. de teſti. quaſt. 66. nu. 124. & ſeq. et Vermig conſ. 95. num. 1. & ſeq.* qui dant concordantes, negari tamen non poteſt, quin ex ſecundo dicto magnopere debilitetur primum ob periurium, ita vt ex primo, niſi debilis, & parum ſufficiens reſultet probatio, vt poſt *Abb. Felin. Aret. Tinda. Crot. Alciat. Boſſi. Corrad. Clar. & Gabr.* per eum adductos teſtatur *Farinac. de teſti. d. quaſt. 66. num. 164.* & poſt eum declarat etiam *Zuffi. de legit. proceſ. crim. d. quaſt. 111. num. 5. Rota apud Peſti. de manutan. deciſ. 166. num. 42.*

3 Amplia d. concluſionem illatione, quòd, ſi teſtis repetitus deponat contrarium circa ſubſtantialia, & nullam adducat rationem d. reuocationis, ſeù variationis, vtpote de ſubornatione ſuſpectus poteſt torqueri, & interrogari à quo fuerit ſubornatus, vt not. *Vulpel. conſ. 103. num. 17. Rolan. conſ. 73. nu. 33. lib. 1. Maſc. de prob. concl. 134. num. 8. lib. 1. Ambroſ. in proc. inform. lib. 1. cap. 4. num. 7. & 8. & ibi Adden.* cum quibus pertranſeunt *Calui de aquit. lib. 2. cap. 179. num. 102.* vbi dicit, ita ipſum ſeruaſſe in practica, & *Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 7. num. 45.* vbi docet, quomodo hæc ampliatio practicetur in Tribunali S. Officij, & admittit *Zuffi. de legit. proceſ. crim. quaſt. 107. per tot.*

4 Verùm verò d. teſti deponenti contrarium in repetitione, antequam torqueatur ſuper præſumpta ſubornatione, ſint aſſignandæ defenſiones, & decernendæ ſint copiæ latè tradit *Zuffi. de legit. proc. crim. d. quaſt. 107. per tot.* vbi diſtinguit plures caſus, & ſtat pro affirmatiua ipſum conſulas, cum non deceat, hic illius ſcripta tranſcribere.

A D D I T I O,

N. 2. Vbi habetur, quod ex ſecundo dicto contrario teſtis debilitatur primum, adde Quod depoſitio teſtis extraiudicialis contraria debilitet illius depoſitionē iudicialem *Mar. Anton. var. reſol. lib. 3. reſol. 7. num. 3. Ciriac. controu. 250. num. 18.* dicens, hoc eſſe Iudici arbitrarium, *Scialo in prax. torq. reos cap. 14. num. 33.* vbi dicit d. teſtem poſſe etiam torqueri vti varium, vt ibi per eum.

N. 3. Vbi habetur, quod ſi teſtis repetitus reuocet primum dictum nulla allata cauſa poteſt torqueri à quo fuerit ſubornatus adde *Scialo in prax. torq. reos. cap. 14. num 25. & 27.* vbi dicit ſtandum eſſe dicto in tortura, vt ibi per eum.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtis deponens ſub ſpe impunitatis nullam facit probationem.*

Cum dicatur corruptus d. promiſſione impunitatis, num. 2.

Licèt d. teſtem facere aliquam probationem cum tortura tenuerit Caball. *num. 3.*

Amplia concluſionem, vt procedat etiam in ſocio criminis nominante alium ſpe gaudendi impunitate, num. 4.

R E S O L V T I O IV.

Teſtis deponens ſub ſpe impunitatis an probet.

1 Teſtis deponens ſub ſpe impunitatis ſibi promiſſæ à Principe, ſiuè à Iudice nullam facit probationem, ſed habetur loco denunciatoris, vt tradunt *Boſſi in pract. in tit. de oppoſit. contra teſt. num. 21. et in tit. de exam. reo. num. 15. Farinac. de indic. & tortu. quaſt. 43. num. 192. & conſ. 161. num. 9. & conſ. 182. num. 25. lib. 2. Guazz. defen. 20. cap. 24. num. 2.* vbi hanc concluſionem extendit etiam ad promiſſionem tacitam, vt quia examinatus, ſit teſtis pluribus criminibus implicatur, & fuerint dimiſſus impunè, vt ibi per eum, *Vermigl. conſ. 42. num. 12.* vbi dicit ſufficere promiſſionem impunitatis veram, vel ſaltem opinatam, vt ibi per eum.

2 Teſtis enim deponens contra alium ſub ſpe impunitatis ſibi promiſſæ dicitur corruptus d. promiſſione, & ideò nihil probat, niſi illius depoſitionem aliundè probauerit, ad tex. *in l. non omnes 5. §. fin. ff. de re milit.* & not. *Boſſi. in tit. de oppoſit. contra teſt. num. 21. Farinac. d. quaſt. 43. num. 192.*

3 Licet contrarium, imò d. teſtem deponentem cum tortura aliquam facere probationē, voluerit *Caball. reſol. crim. caſu 29. per tot. cent. 1.*

4 Amplia d. concluſionem, vt habeat locum, etiam in ſocio criminis nominante aliquem ſub ſpe gaudendi immunitate ſibi à lege, ſeù à Principe promiſſa, qui propterea ſocio nominato non nocet, vt docent, *Farinac. de indic. & tortu. d. quaſt. 43. num. 192. Giurb. conſ. 22. num. 29. Guazzin. defen. 32. cap. 8. num. 4. in fin. Ciriac. contro. 488. nu. 47. & ſeq. Ricci. collect. 1562. ver. dùm ergo &c. & Caren. de Offic. S. Inqu. d. par. 3. tit. 10. nu. 55.* nec non *Vermigl. conſ. 3. num. 14. & conſ. 15. n. 20. & conſ. 273. nu. 11.* & dixi etiam ſupra in ver. *Socius Reſol. 2. in 3. limit.*

S V M M A R I V M.

1 *Teſtis, qui repellitur in totum à teſtificando adminiculis non adiuuatur.*

Cum quod non eſt adminiculari non poſſit, nu. 2.

Et teſtis omninò inhabilis non ſuppletur ex teſtimonio aliorum, num. 3.

Neq; ex numero aliorum teſtium habilium, n. 4.

R E S O L V T I O V.

Teſtis qui in totum repellitur a teſtificando an adminiculis adiuuetur.

1 Teſtis, qui repellitur in totum à teſtificando adminiculis non adiuuatur, quia quod nihil eſt, non poteſt ex alijs adiuuari, vel adminiculari, vt tradunt *Marſil. ſingul. 554. num. 2. Natt. conſ. 298. num. 10. lib. 2. Surd. conſ. 132. num. 73. libr. 2. Baiard. ad Clar. quaſtion. 24. num. 128.*

num 128. *Farinac. de teſt. quaſt 62. num. 340. & conſ. 39. num. 18. & conſ. 60. num. 16. lib. 1. & conſ 120. num. 3. et conſ. 197. num 27. lib. 1. et Vermigl. conſ. 266. num. 5.* & dixi etiam ſupra in verb. *Adminicula, Reſol. 2. in princ.*

2 Quod enim non eſt, vt dixi, adminiculari non poteſt, cum non exiſtentis nullæ ſint qualitates *Farinac. conſ. 10. num. 16. et d. conſ 60. num. 16. Rota deciſ. 558. num. 3. par. 2. recent. in Florentina Oratorij 31. Maij 1655. coram R. P. D. Bichio.*

3 Amplia d. concluſionem, vt teſtis omninò inhabilis non poſſit ſuppleri ex teſtimonio aliorum, etiam omni exceptione maiorum, vt not. *Corn. conſ. 42. num. 7. lib. 1. & conſ. 172. nu. 20. lib. 2. Cravet. conſ. 9. num. 12. Rolan conſ. 98. num. 34. & ſeq. lib. 4.* quos refert, & ſequitur *Farinac. in d. conſ. 10. num. 16. et in d. conſ 60. num. 16. lib. 1. et in tract. de teſt. d. quaſt. 62. num. 341.* vbi quamplures adducit concordantes, & teſtatur de communi opinione, & ante eum *Baiar. ad Clar. in d. quaſt. 24 n. 128. in fin.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt teſtis omninò inhabilis, neque ſuppleatur ex numero aliorum teſtium habilium, vt tradunt *Natt. d. conſ 298 num. 10. lib. 2. Franc. Becc. conſ. 85. num. 19. lib. 1. Gabr. comm. concl. de teſt. concl. 7. num. 8. Rolan. conſ. 98. num. 14. lib. 4. & Farinac. de teſt. d. quaſt. 62. num. 317.* vbi alios dat concordantes quamplures.

A D D I T I O.

N. 4. VBi habetur, quod teſtis omninò inhabilis non ſuppleatur ex numero adde *Adducta per me conſ. 2. num. 24. poſt tract. de hæred. ſimpl. & benef.* vbi dixi neque numerum ſupplere quando defectus ſtat in dicto *num. 25.* & quod neque adiuuatur adminiculis *ibid. num. 26. Farin. conſ. 307. num. 50. lib. 3.*

S V M M A R I V M.

1 *Teſtis habilitas attenditur de tempore depoſitionis & examinis.*

Itans excipiens de inhabilitate teſtis teneatur illam probare de tempore depoſitionis, n. 2.

R E S O L V T I O VI.

Teſtis habilitas an attendatur de tempore depoſitionis, et examinis.

HAbilitas teſtis attenditur de tempore depoſitionis, & examinis, ita vt, ſi tempore depoſitionis erat habilis, probat, licet poſt depoſitionem inhabilitas ſuperueniat, ſi verò tempore depoſitionis non erat habilis, non probet, licèt poſt depoſitionem fiat habilis *l. 3. in princ. ff. de teſt.* & tradunt *Maſcar. de probat. concl. 26. num. 5. lib. 1. et concl. 1356. num. 9. lib. 3. Decian. tract. crim. lib. 3. cap. 25. num. 34. Baiard. ad Clar. quaſt. 24. num. 44 & num. 81. Farinac. de teſt. quaſt. 52. num. 58. & quaſt. 62 num. 298. & ſeq.* vbi dicit, contrarium eſſe verum, quando teſtis non requiritur ad probationem actus, ſed ad illius ſolemnitatem, & eſſe etiam attendendum tempus iuramenti, vt ibi per eum, *Rub. de teſtam. cap. 15. num. 222.* cum quibus videtur pertranſire *Guazzin. defen. 28. cap. 8. nu 5 in fin.* licèt plures opiniones referat, *Zuff. de legit. proc. crimin quaſt 30. num. 5.* & ita voluit expreſsè *Rot. apud Greg. XV. deciſ. 351 nu. 33. & apud Buratt. deciſ. 775. n. 9 & in Romana pecuniaria 9. Iunij 1656. coram R. P. D. Veroſpio.*

2 Amplia d. concluſionem illatiuè, quod excipiens de inhabilitate teſtium, non ſolum tenetur probare d. inhabilitatem, ſed etiam debet illam probare de tempore depoſitionis, & iuramenti, aliàs non releuat, vt not. *Grama. conſ. 36. num 6. & conſ. 42. num. 8. in ciuil. Rolan. conſ. 41. num. 43. & ſeq. lib. 1. Maſcar. de prob. concl. 26 ſub num. 5. lib. 1.* quos vna cum aliis pluribus per eum relatis refert, & ſequitur *Farinac. de teſt. d. quaſt. 62. n. 308.*

S V M M A R I V M.

1 *Teſtes inhabiles, qui admittuntur ad teſtificandum in criminibus exceptis, non dicuntur omni exceptione maiores, vt duo non plenè probent.*

Et idem eſt in teſtibus, qui admittuntur in delictis difficilis probationis, n. 2.

Licèt contrarium teneant aliqui, n. 3.

R E S O L V T I O VII.

Teſtis inhabiles qui admittuntur in criminalibus exceptis an dicuntur omni exceptione maiores.

1 TEſtes inhabiles, qui admittuntur ad teſtificandum in criminibus exceptis ob immanitatem criminum, non tamen ſunt teſtes omni exceptione maiores, ſed admittuntur cũ eorum inhabilitate, ita vt duo teſtes non plenè probent, vt voluerunt *Gigas de crim. laſa Maieſt. lib. 2. tit. quomo. & per quas perſon. quaſ. 3. num 1. Farinac. de teſt. quaſt. 62. num 89. & in tract. de hareſi quaſt. 185. num. 83.* & benè comprobat *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par 3. tit. 5. num 73.* alios adducens concordantes, cum quibus pertranſeunt *Guerb. conſ. 64. num. 20. & Vermigliol. conſ. 115. num. 11.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt idem ſit in teſtibus inhabilibus admittendis in cauſis difficilis probationis, & quando veritas aliter haberi non poteſt, qui admiſſi non ſunt integræ fidei, nec omni exceptione maiores, ita vt ſolum faciant qualem qualem probationem, vel indicium, non autem plenè probent, vt declarant *Alciat. de praſum. reg. 1. praſum. 39. num. 3. & ſeq.* vbi teſtatur de communi, & veriori opinione, *Rolan. conſ. 24. nu. 69. lib. 1. Gabr. comm. concl. de teſt. concl. 7. num. 7. Menoch. de arbitr caſu 106. num. 3. Boſſ. in pract in tit. de indic. num. 157. & num. 177.* quam ampliationem

tionem ſequitur, & benè comprobat *Farinac. de teſt. d. quæſt. 62. num. 73. & ſeq.* vbi contrarijs reſpondet, & dicit, ab illa, vti veriori, & magis communiter recepta non eſſe in iudicando, & conſulendo vllo modo recedendum, *& conſ. 171. num. 36. lib. 2. & Giurb. d. conſ. 64. num. 20.*

8 Quicquid contrarium, imo teſtes inhabiles in caſu difficilis probationis haberi pro idoneis, & plenam facere probationem, tenuerint *Decian. Gargiar. Giga. Menticell.* & alij relati per *Farinac. in d. quæſt. 62. num. 74.* contra quos adeſt verior, & communis opinio, de qua ſupra.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtis non tenetur reſpondere interrogatorio concernenti crimen, infamiam, & turpitudinem ipſius.*

Siuè crimen, ſuper quo interrogatur, ſit occultum, ſiuè publicum, n. 2.

Fallit concluſio, ſi Iudex interrogat ex officio, num. 3.

Tenetur tamen reſpondere ad omnia, quæ illum repellunt a teſtificando, n. 4.

Exemplifica, vt n. 5.

RESOLVTIO VIII.

Teſtis an teneatur reſpondere interrogatorio concernenti crimen, infamiam, ſeù turpitudinem ipſius.

1 TEſtis non tenetur reſpondere interrogatorio continenti crimen, infamiam, & turpitudinem ipſius teſtis, cum nemo teneatur detegere turpitudinem propriam, vt tradunt *Canoniſtæ communiter in cap. cum cauſam 37. de teſt. Farinac. de teſt. quæſt. 73. num. 53.* vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione, *Guazzin. defen. 28. cap. 6. num. 4. & 5. Michalo. de poſit. cap. 3. num. 34. in fin. & num. 45. Pract. Rodolph. par. 1. cap. 11. num 105. Fenzon. ad ſtat. Vrbis lib. 1. cap. 74. num. 20. Zuffi. de legit. proceſ. quæſt. 67. num. 4.* & alij relati ſupra in verb. *Interrogatoria, Reſ. 3. in prin.* vbi retuli etiam contrarium ſentientes, quibus quoad cauſas fidei addo *Caren.* licèt valdè dubium, *de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 7. nu. 74. verſ. et cum hac opinione etc.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vltra ibi adducta, vt habeat locum ſiuè crimen ſuper quo teſtis interrogatur ſit occultum, ſiuè publicum, quia adhuc non tenetur reſpondere, vt not. *Butr. Imol, Bellam. & Felin. in d. cap. cum cauſam 37. de teſt. Couar. pract. quæſt. cap. 18. ſub num. 7. Farinac. de teſt. d. quæſt. 73. num. 56. Baiar. ad Clar quæſt. 53. n. 12. & Guazzin. d. defen. 28. cap. 6. num. 5.*

3 Limita d. concluſionem, vt habeat locum in interrogatorijs datis a parte, ſecùs ſi Iudex ipſe interroget teſtem ex officio, quia tunc videtur, quod teſtis teneatur reſpondere, vt in ſimili dixit *Oſaſc. decis. Pedem. 66. num. 11.* cum quo pertranſit *Farinac. de teſt. d. quæſt. 73. num. 61.* quod apud me non tranſit ſinè difficultate ob generalitatem rationis, quod nemò tenetur detegere turpitudinem ſuam, de qua ſupra, quæ habet locum, ſiuè teſtis interrogetur à parte, ſiuè à Iudice.

4 Declara d. concluſionem, quòd licet teſtis non teneatur reſpondere interrogatorio continenti proprium crimen, & propriam turpitudinem, tenetur tamen reſpondere ad omnia ea, quæ reddunt ipſum teſtem inhabilem ad teſtificandum, vt tradunt *Albert. de Malet. Couar. Viui. & alij* quos refert & ſequitur *Farinac. de teſt. d. quæſt. 73. nu. 70.* & dixi ſupra in d. verb. *Interrogatoria, Reſol. 3. num. 6.*

5 Amplia illatiuè d. declarationem, vt ideo teſtis interrogari poſſit, an ſit pauper, vel diues, nobilis, vel plebeius, amicus, & ſimil. vt voluerunt *Specul. in tit. de teſte §. iam interogatorijs, num. 19. verſ. quantum habet in bonis, & ibi Io: Andr. litt. B. & litt. H. Alber. de Malet. de teſt. cap. 8. num. 6. & 7. Boſſ. in pract. in tit. de oppoſ. contr. teſt. nu. 62. in fin.* vbi teſtatur de communi practicaia, & *Farinac. de teſt. d. quæſt. 73. num. 35.* alios adducens, ita ſentientes, & quòd poſſint interrogari, & an ſint debitores, affictuarij, & ſimil. *Scacc. de indic. lib. 2. cap. 8. num. 900.* vbi teſtatur de vera opinione.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtes duo ſufficiunt in criminalibus ad condemnandum reum de delicto.*

Si tamen d. teſtes ſint omni exceptione maiores, aliàs ſecùs, n. 2.

Et teſtis eſt omni exceptione maior, qui nullam admittit legitimam exceptionem, n. 3.

Reus verò teſtibus conuictus condemnari poteſt, ac ſi eſſet confeſſus, n. 4.

Vtrùm verò condemnandus ſit pœna ordinaria, an verò extraordinaria remiſſiuè, n. 5.

RESOLVTIO IX.

Teſtes duo an ſufficiant in criminalibus ad condemnandum reum de delicto.

1 TEſtes duo in criminalibus ſufficiunt ad conuincendum, & condemnandum reum de delicto per eum commiſſo ad tex. *in l. vbi numerus 12. ff. de teſt. & in cap. in omni 4. eodem tit.* & tradunt *Clar. in pract. §. fin. qu. 66. verſ. debet etiam &c. Farinac. conſ. 29. num. 9. & conſ. 41. num. 5. lib. 1. & conſ. 139. num. 14. & conſ. 182. in princ. lib. 2. & in tract. de teſt. quæſt. 63. num. 233. Guazzin. defen. 33. cap. 14. num. 5.* vbi quamplures dat concordantes, *Surd. conſ. 328. num. 21. lib 3. Giurb. conſ. 71. num. 2. Criſpol. caſu milit. 14. num. 2.* benè *Zuffi. de legit. proc. crim. q. 31. n. 3.*

Regula enim eſt generalis, quòd in omni negotio duo teſtes ad probationem ſufficiunt *d. l. vbi numerus 12*

ff. de

ſi de teſt. d. cap. in omni 4. eodem tit. cum ſimil. plenè *Magdale. de Nu. teſt. cap. 1. in prin. cum num. ſeq. Farinac. in d. quaeſt.* 63. *num.* 232. latè comprobans, & *Card. Tuſch. pract. concl. litt. T. concl.* 278. *num.* 1. *& ſeq.* & diſtegò *allegat ſoren.* 77. *num* 18. *& al. leg.* 78. *num.* 3. & faciunt vulgatum illud dictum: *In ore duorum, vel trium ſtat omne verbum,* de quo habetur *Deuteron. cap.* 19. *& Matthe. cap.* 18. *& Ioann. cap.* 8. & in alijs locis, quos refert *Magdale. in d. cap.* 1. *num.* 2. *&* 3. *Card. Tuſch. d. concl.* 278. *in princ. & Poſt. de manut. obſerv.* 38. *num.* 12.

2 Limita d. concluſionem, vt habeat locum, quando d. duo teſtes deponentes de delicto ſint omni exceptione maiores, alias ſecùs, vt declarant *Clar. in pract. in d. quaeſt.* 46. *verſ. debes etiam &c. Farin. de teſt. d. quaeſt.* 63. *num.* 240. vbi dat concordantes; *& d. conſ.* 29. *num.* 9. *& d. conſ.* 41. *num.* 5. *& in d. conſ.* 139. *num.* 14. *& in d. conſ.* 182. *in princ. Guazzin. d. defen.* 33. *cap.* 14. *num.* 5. *Giurb. 2. conſ.* 71. *nu.* 2. *Card. Tuſch. pract. concl. litt. T. d. concl.* 278. *in princ. Criſpol. d. caſu milit.* 14. *num.* 2. *& Zuff. de legit. proc. d. quaeſt.* 31. *num.* 3.

3 Declara d. limitationem, vt teſtis ille dicatur omni exceptione maior, qui nulla legitima exceptione repelli poteſt, vt docent *Franc. Becc. conſ.* 47. *n.* 5. *lib.* 1. *Rolan. conſ.* 7. *n.* 13. *lib.* 1. *Peguer. deciſ. crim.* 7. *n.* 40. *Maſc. de prob. concl.* 855. *n.* 10. *lib.* 2. *& concl.* 1019. *n.* 5. *& concl.* 1360. *nu.* 0. *lib.* 3. plenè *Farinac. de teſt. quaeſt.* 62. *in princ.* vbi alios quamplures adducit concordantes, *Surd conſ.* 129. *num.* 40. *lib.* 1. *Vermigl. conſ.* 144. *num.* 10. vbi dicit, quod d. teſtis debet ſuperare quamlibet etiam ſriuolam exceptionem, *P. Dian. in ſumma in vero. Inquiſitores quoad torturam, num.* 110. vbi dicit teſtem eſſe talem, ſi nullam prorſus maculam contraxit, *Criſpol. d. caſu milit.* 14. *num.* 2. nouiſſimè *Zuff. de legit. proc. quaeſt.* 28. *num.* 6. *& quaeſt.* 47. *num.* 3.

4 Addo pro coronide, quod delinquens teſtibus conuictus condemnari poteſt non aliter, ac ſi eſſet confeſſus, cum paria ſint, quem eſſe conuictum, aut confeſſum, ad tex. *l. qui ſententiam* 16. *& ibi Doct. C. de poenis, & in cap. at ſi Clerici* 4. *& ibi not. Canon. commun. de iudic.* & tradunt *Clar. in pract. §. fin. quaeſt.* 66. *in princ. Ludou. deciſ. Lucen.* 13. *num.* 60. *Cartar. de execut. ſent. capt. bann. cap.* 1. *num.* 69 *& Farinac. de teſt. d. quaeſt.* 63. *num.* 234. *& de reo confeſſ. et conuict. quaeſt.* 81. *nu.* 2. qui alios dat concordantes quamplures.

5 Vtrum vero conuictus condemnari debeat poena ordinaria, vel extraordinaria tantùm, ſcribit *Farinac. de reo confeſſ. & conuict. d. quaeſt.* 81. *nu.* 2. *ver. et nihilominus etc.* vbi dicit de iure ciuili intrare poenam ordinariam, de iure verò canonico eſſe locum poenae ordinariae ſi procedatur per accuſationem, ſi verò per inquiſitionem ſecus, vt ibi per eum, ipſum conſulas.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtis, quod ſit omni exceptione maior, non praeſumitur, ſed eſt probandum.*

Licèt aliqui contrarium teneant, num. 2.

Procedit, ſi requiratur d. qualitas in ſuperlatiuo gradu, aliàs ſecùs, n. 3.

Si verò requiratur in teſte idoneitas, illa praeſumitur, n. 4.

R E S O L V T I O X.

Teſtis, quod ſit omni exceptione maior an praeſumatur, vel ſit probandum.

1 TEſtis, quòd ſit omni exceptione maior, non praeſumitur, ſed iſta qualitas eſt per producentem articulanda, & probanda, vt tradunt *Caph. conſ.* 32. *num.* 20. *lib.* 1. *et conſ.* 225. *num.* 53. *lib.* 2. *Maſcar. de prob. concl.* 222. *num.* 15. *lib.* 1. *et concl* 1019. *num.* 15. *lib.* 2. *et concl.* 1360. *num.* 7. *lib.* 3. vbi teſtatur de communi opinione plenè *Farinac. de indic. et tort. quaeſt.* 47. *num.* 211. *et in tract. de teſt. quaeſt.* 62. *num.* 12. *et ſeq.* vbi hanc concluſionem dicit veriſſimam, magis communem, & omninò tenendam, maximè quando tali qualitas expreſsè requiritur, d. lege, ſeu Statuto, vt ibi per eum, *Ladereb. conſ.* 183. *num.* 9. *Caroc. deciſ.* 126. *num.* 12. quamplures adducens, ita ſentientes, & dicens hanc eſſe veriorem, & magis communem Doctorum opinionem, quando iſta qualitas requiritur in ſuperlatiuo gradu, ſecùs ſi in poſitiuo, vt ibi per eum, quibus addo ita ſentientes *Hodiera. ad Surd. deciſ.* 277. *num.* 8. *Illuſt. Sperell. deciſ.* 173. *num.* 30. *par.* 2. *et Paul. Rub. de teſtam. cap.* 35. *num.* 195. *et ſeq.*

2 Quicquid contrarium voluerint *Franc. Curt. Franc. Becc. Soc. Iun.* & alij relati per *Farinac. in d. quaeſt.* 62 *num.* 13. quorum opinio procedere poteſt, quando iſta cauſa non requiritur in ſuperlatiuo gradu, ſed ſolùm in poſitiuo, vt tenent Doctores ſupra proximè, & infra adducti.

3 Amplia primò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum in caſu, in quo lex, ſeù Statutum requirit d. qualitatem in teſte in ſuperlatiuo gradu, vt puta ſi dicat, *Optimè opinionis*, & ſimil. quia d. qualitas non praeſumitur, ſed eſt probanda per allegantem, vt voluerunt *Rolan. conſ.* 84. *num.* 7 *lib.* 3 vbi teſtatur de magis communi opinione, *Benint. deciſ.* 62 *num.* 17. qui pariter hanc opinionem dicit magis communem eſſe *Maſcar. de prob. d. concl.* 222 *num.* 14. vbi pariter de communi, *et d. concl.* 1019. *num.* 17. *et concluſ.* 1248. *num.* 13. *lib.* 3. *Menoch. de praeſump. lib.* 5. *praeſum* 1. *num* 34. *et ſeq.* & latè firmat *Farinac de teſt. d. quaeſt.* 62 *num.* 6 7. *et ſeq.* alios adducens ita ſentientes, & dicens, ampliationem eò magis procedere, ſi Statutum requirat in teſte integritatem per verba geminata, nec non *Caroc. d. deciſ.* 126. *nu.* 1 a. *et ſeq. Ladereb. d. conſ.* 183. *n.* 9. *et Paul. Rub. de teſtam. d. cap.* 35. *n.* 195. *et ſeq.*

4 Limita d. concluſionem, vt non habeat locum, quando in teſte non requiritur alia qualitas, quam idoneitatis, quia illa praeſumitur, & ideò non eſt articulanda, nec probanda, vt not. *Benint. d. deciſ.* 62 *num.* 16

num.16. & 18 Caph.conſ.227.num.60.lib.2. Franc. Becc.conſ.47.num 6. & conſ.67. num 2. lib.1. Farinac.de teſt.d.quaſt.62 num.15. Caroc.d.deciſ.126. num.18.Lancerch d.conſ.183.num.9. verſ.aut verò agit. &c. Paul.Rub.de teſtum. d cap 15. num.110. & ſeq. plenè comprobans, & *Theod.Rub. in ſingul. Rota Rom. tom. 2. circa ſtylum, & obſeru. Rotæ in verb. Teſtis ſ.15.* vbi dicit, ita pluries fuiſſe reſolutum in Rota.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtis examinatus per Notarium ſi neget, ita depoſuiſſe, non creditur Notario contra teſtem, nec teſti contra Notarium ad effectum puniendi.*

Licèt, teſtem poſſe torqueri in d. caſu, voluerint aliqui, num.2.

Etiamſi teſtes ſint plures id negantes, n.3.

Licèt contrarium teneant aliqui, quando teſtes ſunt vltra duos, n.4.

Si tamen cum Notario adfuerit Iudex, creditur Notario contra teſtem, n.5.

Maximè, ſi teſtis examini ſe ſubſcripſerit, num. 6.

Et quando Notarius habuit ſcriptorem, n.7.

Quid autem dicendum ſit quoad probationem in ciuilibus remiſſiuè, n 8.

R E S O L V T I O XI.

Teſtis ſi neget ſcripta per Notarium depoſuiſſe, an credatur Teſti, ſeu Notario ad effectum puniendi.

1 TEſtis examinatus per Notarium, in criminalibus, ſi in repetitione neget, depoſuiſſe prout apparet ſcriptum per Notarium quoad effectum puniendi de falſo, non creditur ei contra Notarium, nec Notario creditur contra teſtem, vt tradunt *Clar.in praſt. in § falſum num.15.* vbi teſtatur de communi opinione, & *in §.fin. quaſt 53, nu.17. Menoch de praſump.lib.2 praſum.79. num. 15. verſ.ſecùs in criminali &c. Muſcar.de prob.concl.1098, num.9. lib 2.* vbi teſtatur de communi opinione, plenè *Farinac. de falſ & ſimul. quaſt.159.num.204.* vbi quamplures dat concordantes, etiam teſtantes de communi, & *conſ.139.num.4. lib.2.Cabal. reſol.crim. caſu 183. num. 3. cent. 2.* vbi pariter teſtatur de communi opinione, *Guazzin. defen.28.cap.15. in princ. Theſaur.lun quaſt.foren.31. nu.4. lib.1. Giurb.conſ. 78. nu.16.* qui alios adducunt ita ſentientes, & ita ſentit etiam *Zuff.de legit.proc.crim. qu.109 n 27.*

2 Licèt teſtem contrariantem Notario, vt ſupra, poſſe torqueri, cum Notarius dicatur fungi vice duarum perſonarum, voluerit *Boſſ.in praſt.in tit.de falſ.num.16. & ſeq.* quem ſequi videtur *Muſcar. de probat.d.concl.1098. num.12.* quorum opinionem in practica non ſeruari teſtantur *Farinac.de falſ. d. quaſt.159, num.9. & Guazzin. d.defen.28. cap.15. num. 3.* & non diſſentit idem *Boſſ. in loc. cit.*

3 Amplia d.concluſionem, vt habeat locum non ſolum, quando vnus teſtis negat, dixiſſe, prout reperitur ſcriptum per Notarium, ſed etiam quando teſtes ſunt plures id negantes, quia adhuc illi non faciunt indicium contra Notarium ad torturam, ſed tantùm ad inquirendum, cum ſint ſingulares, vtpote ſeparatim recepti, vt not. *Rolan.conſ.38 num.24. & ſeq.lib.1.Natt.conſ.392.per tot. par.2. Farinac. de falſit. d. quaſt.159. num.205.& d.conſ. 139. num.4. Guazzin. d. defen.28. cap.15. num. 2. Giurb. d.conſ.78. nu.17.* qui alios dant concordantes quamplures, & *Zuff.de legit.proc. crim.quaſt. 109 num. 13.*

4 Licet ex depoſitionibus plurium teſtium ſaltem vltra duos poſſe contra Notarium deueniri etiam ad torturam, cum tunc vacillet illius fides, ſenſerit *Cupic.deciſ.94 in fin.* cum quo pertranſit *Theſ. lun.d.quaſt.foren. 31. num. 7.* dicens, ita vidiſſe ſeruari in practica, & quando Notarius eſt malæ famæ tenet *Giurba d.conſ.78.ſub nu. 17.* & quando adſunt ſaltem tres teſtes deponentes, non interueniſſe in inſtrumento, quòd probent falſitatem, tenent *Menoch.de arbitr.caſu 105. num.9. & 10. & Caball.d.caſu 183.num.5. & 6.*

5 Limita d.concluſionem, vt non habeat locum, quando cum Notario adfuit etiam Iudex, quia tunc creditur Notario, & teſtis poteſt puniri de falſo. vt tradunt *Clar.in d.§ falſum, num.15. et clarius in § fin.d.quaſt.53. num.17.in fin* & ita ſentit *Farinac de falſ. d quaſt.159.num. 190 et conſ.65. num.50.lib.1.* & clarius *in d.conſ.139. num 2.lib.2.* vbi plures dat concordantes, *Guazzin d.defen.28. cap.15. num.7. Giurb.d.conſ.78.ſub num.17.* quando Notarius eſt bonæ famæ, & ita ſentit *Theſaur. lun.d quaſt. 31.num.6.* & tenet etiam *Zuff. de legit. proceſ. d.quaſt.109.num.28.* vbi requirit etiam ſubſcriptionem examinis præuia illius lectione teſtificata, quod tamen Doctores per eum adducti non benè probant, niſi iuxta terminos ampliationis ſequentis.

6 Amplia d limitationem, vt eò magis habeat locum, quando teſtis examini ſe ſubſcripſit lecto ei priùs d.examine, vel neſciens ſcribere appoſuerit ſignum Crucis, quia tunc, ſi etiam adfuerit Iudex, teſtis negans bene poteſt puniri de falſo, vt voluerunt *Clar.in d.quaſt.53.nu.17 in fin. Theſaur. d. quaſt foren.31. num.6. & Giurb. d.conſ.78.ſub n. 17. verſ maximè ſi teſtes &c.* vbi plures dat concordantes, & in his terminis intelligo *Zuff.d.quaſt. 109. num.28.* quam ampliationem, crederem, habere locum, etiamſi non adfuerit Iudex, cum ſubſcriptio examinis operetur illius approbationem, maximè ſi ei fuerit lectum, ita vt teſtis non valeat amplius illud negare, vt videntur ſentire *Farinac. d.quaſt.159.nu.192.* & ante eum *Grama.conſ crim. 47. num.2. & Giurb. d.conſ.78. num.17.verſ.quia ſubſcriptio &c.* cogita.

7 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando Notarius haberet ſcriptorem, qui ſcriberet examen, & vterque atteſtaretur contra teſtem,

teſtem, quia tunc reſultaret valida probatio in criminali contra teſtem negantem, ita depoſuiſſe ſecundum *Alciat.de præſump reg.3.præſum.13. num. 20.* dicens ita plures vidiſſe ſeruari in practica, *Maſtar.de prob.d.concl.1098. num. 10.* & non diſſentit *Farinac. de falſ d. quæſt. 159. num. 191. & Guazz.d.def.28. cap.15. num.5.*

8 Quid verò dicendum ſit quoad probationem, præſertim in ciuilibus, an ſtandum ſit aſſertioni Notarij, vel teſtis negantis, ita dixiſſe, vt Notarius ſcripſit, maximè quando teſtes ſunt plures, latè tradunt *Farinac.de falſit.d.quæſt.159. num.187. & ſeq. Guazzin.d.defen.28. cap.15.num.4. & ſeq.* qui plures dant concordantes, *Gurb.d.conſ.78. num.11* qui pariter alios refert, ita ſentientes quamplures, *& Zuffi.in d. quæſt. 109. num. 1. & ſeq.* ipſos conſulas, cum prædicta eſſe videantur extra materiam criminalem, quam nos tractamus.

ADDITIO.

N.1. VBi habetur, quod ſi Teſtis neget dixiſſe, vt ſcripſit Notarius non creditur Teſti contra Notarium, nec Notario contra teſtem ad effectum procedendi criminaliter adde *Scialo.in prax. torq.reos, cap.14. num.29.* vbi dicit, magis credi Notario quam teſti, licet teſtes ſint plures, vt ibi per eum.

TORTVRA.

SVMMARIVM.

1 *Torturu inferri poteſt omnibus perſonis, niſi expreſſè à iure probibeantur.*

Fallit in minore 14. anno. qui non poteſt torqueri, n. 2.

Si tamen ſit proximus pubertati, poteſt terreri, num.3.

Infans verò non poteſt terreri, nec ferula cædi, num. 4.

Item fallit in muliere prægnante, quæ non poteſt torqueri, n.5.

Imò nec terreri ob periculum abortus, n.6.

Et non poteſt torqueri, niſi elapſis quadraginta diebus, num.7.

Fallit etiam in Doctoribus, qui non poſſunt torqueri, num.8.

Quod tamen non ſeruatur de conſuetudine, num. 9.

Licèt d.conſuetudinem eſſe inualidam teneant plures Doct. n. 10.

Fallit etiam in obſeſſis à Dæmone, qui non poſſunt torqueri, n. 11.

Et in ſenibus decrepitis, qui non torquentur, num.12.

Declara in ſene decrepito ſeptuaginta annorum, aliàs ſecùs, n.13.& 14.

Poteſt tamen terreri, & leuiter torqueri, n.15.

Contrarium tamen tenent plures Doctores, num. 16.

Item fallit in Clericis, qui non poſſunt torqueri, num.17.

Contrarium verius tenent plures Doctores, num. 18.

Item fallit in infirmis, & valetudinarijs, qui non torquentur, n.19.

Et in pluribus alijs perſonis, de quibus, n.20.

Dicti tamen priuilegiati torquentur conſulto Principe, n.21.

Et torquentur in crimine læſæ maieſtatis, hæreſis, & alijs grauioribus, n.22.& 24.

Quod non procedit in muliere grauida, n.23.

RESOLVTIO I.

Tortura an inferri poſſit generaliter omnibus perſonis.

1 TOrtura inferri poteſt omnibus perſonis, niſi expreſsè à iure prohibeantur, vt tradunt *Ant.Gomez var. reſol. tom.3. cap 13.num.3. Clar. in pract. §.fin. quæſt 64. verſ. vbi ſubſint &c. Cartar. in pract inter reo.lib. 4.cap.1.num.47. Farinac.de indic. & tort. quæſt.41.in prin.* vbi plures dat concordantes, *Ambroſ.in proc. inform.lib.4.cap.1.num.11. Carena de Offic.S.Inquiſ. par.3. tit.10. num.125. Præſes Abano de reatibus, quæſt.19. num.69 & ſeq.et Ant.de Ball.tract.crim. lib.2 quæſt.13. num. 1.*

2 Limita primo d.concluſionem, vt non habeat locum in minore quatuordecim annorum, quem non poſſe torqueri, probat tex. *in l.de minore 10 ff. de quæſt. & in l.1. §.impuberi. ff. ad Sillan.* & not. *Ant. Gomez var. reſ. tom.3. cap 13. num.3. Clar. in pract.d.quæſt.64. num.20. Cartar. in pract. inter reo. d.lib.4 cap.1. num 49. Farinac.de indic. & tort.d.q. 41. num.16.* vbi dat concordantes quamplures, *& conſ.22. num.18. lib 1. Cartar in pract inter reo.lib. 4.cap 1.num.49. Guazzin defen.30. cap.11.num.1. & ſeq.* vbi valdè miratur de ordine Senatus Mediolani, quòd minor annorum quatuordecim in tortura eleuaretur, & dicit, quòd ſi minor tortus confiteretur, eius confeſſio non valeret etiam ratificata, vt ibi per eum, *Caren.de Offic.S.Inquiſ d.par.3. tit.10. num. 138. & ſeq.* vbi dicit, hoc non procedere in cauſa hæreſis, vt ibi per eum, *P. Delri. diſquiſ. magicar. lib.5.ſect.9. verſ. quoad perſonas, & P Diana in ſumma in verb. Inquiſitorum iuriſd, quoad torturam, n 140.*

3 Declara d.primam limitationem, quòd, licèt minor quatuordecim annorum non poſſit torqueri, ſi tamen ſit proximus pubertati poteſt terreri, ferula cædi, & alio leuiori genere tormentorum, puta ſibilorum, torqueri *d.l.1 § impuberi, ff.ad Sillan.* vt declarant *Ant Gomez var.reſ.d.tom.3.cap.1 num 67.& cap.13.num.3.Clar.in pract. d. quæſt.64. num.20. Cartar.in pract. inter reo lib.4.cap.1.num. 49.& cap. 2.num. 10.* vbi ponit formam cædendi ferula pueros, prout facit *Ambroſ. in proc. inform, lib.5.cap.13.per tot. Farinac.de indic. & tort. d.qu. 41. num 17.* vbi vult, neque poſſe illum ligari, licè teneat contrarium, *num.107. Guazzin. d.def.30*

cap.

cap.11. num 8. & cap.18. num. 11. Caren. de Offic. S.Inquiſ.d.par.3.tit.10. nu.138. & P. Diana in ſumma in d. verb. Inquiſ. iuriſd. quoad tort. num.140. & in his terminis intelligo *Ant. de Ball. tract.crim. d. quæſt.11. num.5. & ſeq.*

4 Limita d. declarationem, vt non habeat locum in infante, qui non ſolùm non poteſt torqueri, ſed neque poteſt terreri, & ferula cædi, vt docent *Foller. in pract. crim. in ver. Rei indurati torqueantur, num.20. Cartar. in pract. inter reo. lib.4. cap.1. num. 49. Farinac. de indic. & tort. d. quæſt.41. num 20. Baiar. ad Clar. quæſt.64. num.67. & ſeq. & Guazzin. d. defen.30. cap.11. num.2.* qui dant concordantia.

5 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in muliere prægnante, quæ propter partus periculum torqueri non poteſt, ad tex. *in l. prægnantis 3. ff. de pœn.* & tradunt *Ant. Gomez var. reſ. tom.3. cap.13. num.3. & 37. Clar. in pract. § fin. qu. 64. num.22. & ibi Baiar. num.76. Pacia de probat. lib.2. cap. 4. num. 1. Farinac. de indic. & tortur. d. quæſt.41. num.78.* vbi quamplures dat concordantes, & *num. ſeq.* extendit hanc limitationem, etiam ad mulierem lactantem, vt ibi per eum, *Guazzin. defen.30. cap.14. num.1. & ſeq.* vbi dicit, quod ſi d. mulier torta confiteretur delictum, dict. confeſſio ei non nocet, & quod prædicta procedunt, etiamſi fœtus non ſit animatus, vt ibi per eum alias afferentem ampliationes, *Praſes Abano de reat. quæſt.19. num.92.* vbi dicit, mulierem aſſerentem ſe grauidam eſſe viſitandam per Peritos, *Caren. de Offic. S. Inquiſ. d. par.3. tit 10. num.141. & ſeq. et P. Diana in ſumm in verb. Inquiſ. iuriſd. quoad tortu. num.139.* & de muliere exiſtente in puerperio *Giurb. conſ.8. nu.10.* vbi alios dat concordantes.

6 Amplia primò d. limitationem, vt mulier prægnans non ſolum non poſſit torqueri, imò neque poſſit terreri territione reali ob periculum abortus, vt voluerunt *Ant. Gomez var. reſol d. tom.3. cap. 13. num.4.* benè comprobans, *Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 41. num. 84 & num. 108. Caualc. de Brach. Reg. par.3 num.126. Guazzin. d. defen.30. cap. 14. poſt princ. verſ. nec etiam etc. et Caren. d. par. 3. tit.10. num.144.*

7 Amplia ſecundò d. limitationem, vt mulier prægnans non ſolum non poſſit torqueri, dum eſt prægnans, ſed neque poſſit torqueri poſt partum, niſi elapſis quadraginta diebus, ne ob debilitatem ſequeretur mors, vt declarant *Ant. Gomez. d. tom.3. cap.13. ſub num.3. Clar. in pract. d. quæſt.64. num 23* qui ita de conſuetudine ſeruari teſtantur, prout teſtatur, ſeruari in Curia Romana *Farinac. de indic. et tort. d. quæſt.41. nu 79. Pacia de probat lib.2. cap. 4. num.1. Caualc. de Brach. Reg. par.3. num.126. et Guazzin. d. defen.30. cap.14. num. 3.* vbi dicit, ita ipſum pluries ſeruaſſe in practica, cum quibus pertranſit *Praſes Abano de reatib. quæſt.19. n.92.*

8 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum in Doctoribus, & Aduocatis, qui ratione dignitatis prohibentur torqueri, vt tradunt *Boſſ. in pract. in tit. de indic. num. 11. Clar. in pract. in d. qu. 64. verſ. quæro an Doctores etc.* vbi dicit, ita ſeruari in Statu Mediolani, *Ant. Gomez var. reſolut. tom.3. cap 13. ſub num.3.* vbi teſtatur de communi opinione plenè *Farinac. de indic. et tort. d. quæſt. 41. num.37. et ſeq.* vbi quamplures dat concordantes, & benè comprobat, & hoc extendit etiam ad Doctores imperitos, & dicit contra eos requiri maiora indicia, *Iac. Beni. de priuil. Doct. par.2. priuil.39. in princ.* vbi dicit, neque illos poſſe terreri, & quod confeſſio inde extorta ei non noceret, & hoc priuilegium extendit etiam ad Aduocatos, *Cartar. in pract. inter reo. lib.4. cap.1. num.49. Engen. conſ.36. num. 87. lib.1. Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit.10. num.126.* dicens ita ſeruari in Statu Mediolani, & *Praſes Abano de reatib. quæſt.19. num. 73.* addò *Guazzin. defen.30. cap.17. num. 6.* alios dantem concordantes,

9 Declara d. tertiam limitationem, quòd illa non ſeruatur de conſuetudine, ſecundùm quam Doctores, præcipuè in criminibus grauibus, præcedentibus legitimis indicijs, indiſtinctè torqueri teſtantur *Decian. tract. crim. lib.7. cap.46. num.2. Cartar. in pract. inter reo. lib.4. cap.1. nu.49. Baiar. ad Clar. quæſt.64. num.62. et ſeq.* vbi dicit, ita ſemper ſeruari vidiſſe in delictis grauibus, & alij plures, quos refert, & ſequitur *Farinac. de indic. et tort. d. quæſt. 41. num.54. et 56.* vbi dicit, ita ſeruari in Vrbe, & in Statu Eccleſiaſtico, & quòd ſi Iudex aliter faceret, præcipuè in criminibus enormibus, & in crimine hæreſis, læſæ Maieſtatis, priuati carceris, & ſimil. in quibus dicit, Doctores eſſe torquendos, etiam circumſcripta d. conſuetudine, dummodò indicia ſint aliquantò grauiora, quam in alijs, vt ibi per eum, nec non *Guazzin. d. defen.30. cap.17. num.6. verſ. licèt &c.*

10 Licèt d. conſuetudinem eſſe inualidam, & illam non eſſe de iure ſeruandam, ſcripſerint quamplures Doctores, quos refert *Farin. in d. quæſt. 41. num. 55. & 56.* vbi hanc opinionem, dicit, eſſe magis communiter receptam per Doctores, & alij plures, quos refert, & ſequitur *Iac. Beni. in d. tract. de priuil. Doct. par.2 priuil.39. num. 3.* vbi dicit, in omnem caſum requiri grauiora indicia, quàm in alijs, vt ibi per eum, & concordat *Guazzin. d. defenſ.30. cap.17. num.6. verſ. ſed ſi in alijs &c.*

11 Limita quartò d. concluſionem, vt non habeat locum in obſeſſis à Dæmone, qui non poſſunt torqueri ſecundùm *Ruggiuel. pract. quæſt. cap.38. per tot.* vbi refert quemdam in equuleo exiſtentem fuiſſe à Dæmone ſuffocatum, quem refert, & ſequitur *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par.3. tit.10. num.146.* vbi extendit hanc limitationem etiam ad Tribunali S. Officij, vt ibi per eum.

12 Limita quintò d. concluſionem, vt non habeat locum in ſenibus decrepitis, quos torqueri non poſſe, voluerunt *Ant. Gomez. var. reſ. tom.3. cap.13. ſub n.13.* vbi teſtatur de communi opinione *Clar. in pract. § fin. quæſt 64. ver. non etiam &c.* vbi pariter hanc, dicit communem eſſe opinionem, *Plaza in epit. delict. cap.32. num.16.* vbi hanc limitationem dicit magis communiter receptam latè *Farin. de indic. & tort. d. quæſt.41. num.24.* vbi alios dat concor-

cordantes, & dicit, ab hac opinione, vti magis communi, & in practica ſeruata, non eſſe recedendum in conſulendo, & iudicando, ſubiungens, quod ſi d. ſenex confiteretur in tortura, confeſſio ei non noceret, vt ibi per eum, & *conſ. 86. num. 50. in fin. lib. 1. Guazzin. defen. 30. cap. 12. num 1. & ſeq. Iac. Beni de priuil. Doct. par. . priuil. 39. nu 12. Calnin. de æquit. lib. 1. cap. 95. num. 13. Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3 tit. 10. num. 141. & 142. Ant. de Bal. tract. crim. lib. 2. quæſt 13. num. 46. Cyriac. controu. 306. num 17. & P. Diana in ſumm. in verb. Inquiſ. iuriſd. quoad tort. num. 141.*

13 Declara d. quintam limitationem, vt habeat locum in ſene decrepito, videlicèt ſeptuaginta annorum, de quo tempore incipit decrepitas, non autem in ſene minoris ætatis, in quibus terminis loquuntur omnes ferè Doctores ſupra adducti, & declarant *Clar. in pract. d. quæſt. 64. verſ non etiam, &c. Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 41. num. 25. & 26.* vbi contrarijs reſpondet, & alios dat concordantes, *Card. Tuſch. pract. concluſ. litt. T. concl. 327. num. 20.* & ante eos *Gram. deciſ 34. in princ.* & videtur ſentire *Guazzin. d. defen. 30. cap. 12. num. 2.* & not. *Caren. de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 10. num. 141.* ita vt non ſit mirandum, quod Senatus Mediolani torqueri mãdauerit ſenem annorum ſexaginta, & alium ſexaginta quinque, de quibus *Clar. & Caren.* vbi ſupra, & ego dum eram Prætor Ciuitatis Vrbini torqueri feci in cauſa magna furti ſenem corpulentum, qui erat ſupra 60. annos ferè per mediam horam, approbante Auditorio Legationis Vrbini, qui fuit negatiuus.

14 Subdeclara d. declarationem, vt habeat locum in ſene robuſto, ſecùs tamen eſt in ſene valetudinario, vel debilis complexionis, qui non poteſt torqueri, licèt ſeptuagenarius non ſit ob periculum, ne deficiat in tormentis, ita vt, cum non poſſit dari in hoc certa regula, multùm Iudicis prudentis officio ſit tribuendum, qui debebit conſiderare, an ſenex ſit robuſtus, vel debilis, ſeù valetudinarius, ita vt torturam ſufferre non valeat, vt conſiderant *Baiar. ad Clar. d. quæſt 64. num. 69. Adden. ad Bert. d. conſ. 102. litt. B. lib. 1. Farinac. de indic. et tort. d. quæſt. 41. num. 27. et ſeq. et Guazzin. d. defen. 30. cap. 12. num. 2. verſ. alij verò tenent &c.* qui alios dant concordantes, cum quibus pertranſeunt *Caren. de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 10. num. 142. et P. Diana in ſumm. in d. verb. Inquiſit. iuriſd. quoad tort. n. 141.*

15 Declara ſecundò d. quintam limitationem, quòd licèt ſenex ſeptuagenarius non poſſit torqueri, poſſit tamen terreri ad inſtar impuberum, & leniter etiam torqueri, tali tamen tormento, quòd in ſenem cadere poſſit, vt voluerunt *Grillan. de quæſt. cap. 6. num. 8. & ſeq. Ant. Gomez var. reſol. d. tom. 3. cap. 13. num. 3. & ſeq. Perſonal. de indic. et tort. ſub num. 15.* volens, illum poſſe eleuari in tortura, & ibi detineri per vnum *Miſerere, Clar. in pract. in d. quæſt. 64. verſ. non etiam, Farinac. d. quæſt. 41. num. 107. &c. et P. Dian. in ſumm. d. num. 141.*

16 Contrariam tamen opinionem, imò ſenem decrepitum, neque poſſe terreri, nec ſcutula cædi, tenuerunt *Bertaz. d. conſ. 102. num. 5. et 6.* vbi teſtatur de communi opinione, prout teſtantur *Adden. ad eum litt. B.* cum quibus pertranſit *Farinac.* ſibi contrarius *de indic. et tort. d. quæſt. 41. num. 29. in fin.* vbi dicit, æquius, & ſanctius eſſe ita ſeruare, cum ætas hominis hodiè ſit ita diminuta, vt ſenem decrepitum terrere, & leniter torqueri nil aliud eſſet, quam illum manifeſto mortis periculo exponere, vt ibi per eum, cum quo concordat *Guazz. d. defen. 30. cap. 12. num. 5. verſ. quod tamen &c.* vbi dicit, ipſum, cum vellet torquere leniter quandam vetulam in Terra Caſſiæ, fuiſſe in manifeſto periculo illam occidendi, & ad ſummum admittit, d. ſenem duci poſſe ſub equuleo abſque tamen ligatura, vt ibi per eum, & d. terrorem non eſſe ſeni decrepito inijciendum, niſi per ratiò, & cum magna cauſa, deciſum fuit per Senatum Sabandiæ, refert *Anton. Fabr. in ſuo Cod. lib. 9. tit. 31. diffin. 6.* cum quo per eum relato videtur pertranſire *Caren. de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 10. num. 43.*

17 Limita ſexto d. concluſionem, vt non habeat locum in Clericis, quos non eſſe tortura ſubijciendos, tenuerunt *Ang. de malef. in ver. Quod fama publica, num. 102. verſ. item Clericus &c. Caser. in pract. in 2. tract. de indic. et tort. §. circa tertium &c. num. 26. Lucens. cons. 90. in 2. fallen. ver. contrariam etc.* vbi teſtatur de magis communi opinione, *Com. Pau. in pract. in tit. de negat. crim. et torm. ſub num. 35.* vbi hanc dicit communem opinionem, & niſi de crimine Clericus non ſit infamatus latè comprobat *Canall. in ſpecul. cam. contra con. q. 619. n. 2.*

18 Contrariam tamen opinionem, imò Clericos etiam in ſacris ordinibus conſtitutos torqueri poſſe, latè tuetur *Alciat. in cap. 1. ſub num. 43. de offic. ordin. Boſſ. in pract. in tit. de indic. num. 103. Foller. in pract. canc. cap. 3. in ver. Tormentis mox ſubijciatur, num. 6. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 64. verſ. ſed an Clerici etc.* vbi dicit, ita ſeruari præcipuè in crimine læſæ maieſtatis, veneni, & in alijs, de quibus ibi per eum, *Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 46. num. 3.* latè *Farin. de indic. et tort. d. q. 41. n. 2. et ſeq.* vbi hanc contrariam opinionem dicit veriorem, & probabiliorem, etiamſi non præcedat contra eos diffamatio, dũmodo contra illos grauiora præcedant indicia, quàm contra alios propter generalem præſumptionem bonitatis, quam habent Clerici, & quod ita ſeruatur in Vrbe, & in Statu Eccleſiaſtico, vt ibi per eum benè comprobantem, & dicentem torturam in Clericis non debere eſſe leniorem in delictis grauibus, quem videas, cum benè loquatur de materia, cum quo ſentit in eſſectu *Guazzin. defen. 30. cap. 10. per tot.* vbi ſcripta per eum à *Farinac.* vbi ſupra fuit mutuatus, & vltra eum *Cabal. reſ. crim. caſ. 84. in fin. cent. 1.* & ſecundum prædicta ſeruari in praxi; & in Curia Archiep. Neap. dicit *Pract. Archiep. cap. 70. nu. 18. in vlt. impreſſ.* & admittit *Sperell. dec. 18. n. 11. p. 1.* & in fortioribus terminis *Maſſ. de conf. bon. q. 1. n. 43.* ita vidi ego ſeruari pluriès & præcipuè in vna Vaden. dum ego eram Auditor Legat. Vrbini in qua Clericus Sacerdos imputatus de mãdato ad homicidiũ fuit tortus per horã

in Arce Piſauri per Iudicem Eccleſiaſticum delegatum ab Eminentiſſimo, & Reuerendiſſimo Principe, & D. meo Cardinali Delcio Legato Vrbini.

19 Limita ſeptimò d. concluſionem, vt non habeat locum in infirmis, & valetudinarijs, qui non poſſunt torqueri, quando morbus eſt talis, vt reus torturam pati nequeat ſinè periculo vitæ, & corporis, vt tradunt *Ludou. deciſ. Lucen. 13. num. 52. Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 41. num. 39.* vbi dicit, in hoc ſtandum eſſe iudicio Medicorum, & Peritorum, & *conſ. 99. num. 24. lib. 1. Laderch. conſ. 184. num. 1.* qui loquitur in eo, qui eſt brachio debilitatus, plenè *Guazzin. defen. 30. cap. 16. num. 1.* vbi de patiente exudationem venæ in pectore, de laborante morbo gallico, de patiente difficultatem anhelitùs, & latiùs *Giurb. conſ. 8. num. 5. & ſeq.* vbi de laborantibus diuerſis morbis non torquendis, & præcipuè de habente febrem tertianam, vel quartanam, vt ibi per eum benè comprobantem, & dicentem confeſſionem extortam a d. valetudinarijs, & infirmis eis non nocere, & in hoc ſtãdum eſſe iudicio Medicorum, ipſum conſulas. & de aperto in inguine *Ciriac. controu. 106. num. 17. & P. Diaz in ſumm. in verb. Inquiſ. iuriſd. quoad tort. nu. 138.*

20 Limita octauò d. concluſionem, vt non habeat locum in pluribus alijs perſonis, puta in Decurionibus, Nobilibus magna nobilitate, Officialibus durante officio, & alijs relatis per *Clar. in pract. d. §. quæſt. 64. per tot. per Guazzin. dict. defenſ. 30. cap. 10. 11. & ſeq. per Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 41. per tot. per Card. Tuſch. pract. concl. lit. T. concl. 328. per tot. & per Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 10. num. 126. & ſeq.* ipſos adeas, cum noluerim contra noſtrum inſtitutum totam hanc materiam ſatis controuerſam hic apponere.

21 Declara primò d. limitationes, quòd, licèt priuilegiati de iure torqueri non valeant, torqueri tamen poſſint conſulto Principe, vt poſt *Brunum, Caver. Duen. Cirill. & Iac. Brun.* per eum relatos declarat *Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 41. num. 110.* nec non *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 2. quæſt. 13. num. 38.* & ita ſentit etiam *Guazzin. d. defenſ. 30. cap. 18. num. 5.* vbi dat concordantes.

22 Declara ſecundò d. limitationes, vt non habeant locum in crimine læſæ Maieſtatis diuinæ, & humanæ, proditionis, & in alijs criminibus grauioribus, & exceptis, in quibus omnes priuilegiati torqueri poſſunt, vt declarant *Pegna in direct. par. 3. comm. 110. ver. his conſtitutis &c. Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 41. num. 100. & ſeq.* vbi alios dat concordantes, & *in tract. de hæreſ. quæſt. 183. num. 125. Guazzin. d. defen. 30. cap. 18. num. 4.* vbi teſtatur de communi opinione, & plures dat concordantes, *Vulpel. conſ. 141. num. 11. Caren. de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 10. num. 136. & ſeq. Praſes Abano de reatib. quæſt. 19. num. 67. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 2. quæſt. 13. num. 34. & ſeq. & Ciriac. controu. 435. num. 59.*

23 Limita d. declarationem, vt non habeat locum in muliere grauida, quæ in nullo caſu poteſt torqueri, nec terreri, cum ſemper vigeat periculum vitæ, & abortus, vt ſenſit *Farinac. in d. quæſt. 41. num. 101.* & expreſſe dicit *Guazzin. d. def. 30. cap. 18. n. 4. verſ. quæ communis &c.* & idem cenſeo in obieſſo a Dæmone per not. per *Caren. de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 10. num. 140.*

24 Vtrum vero d. declaratio ſecunda habeat locum in priuilegiatis ratione perſonæ, & non dignitatis, puta in infirmis, valetudinarijs, ſenibus, decrepitis, minoribus 14. anno, & ſimil. an illi poſſint torqueri in d. caſibus exceptis, adſunt diuerſæ Doctorum opiniones, quas vide per *Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 41. num. 101. & ſeq.* vbi tenet partem negatiuam, quando ex tortura leuis, infirmi, vel impuberis adeſſet periculum, ne mora Medicorum arbitrio ſequi poſſet, & quod in omnem caſum ſolum poſſunt terreri, ferula cædi, vt ibi per eum, & per *Guazzin. d. defen. 30. cap. 18. n. 4. verſ. quæ communis,* qui in omnibus concordat cum *Farinac. vbi ſupra, & per Ant. de Ball. tract. crim. d. lib. 2. quæſt. 13. num. 41.* qui tenet contra *Farinac.* vbi ſupra, ipſos conſulas.

ADDITIO.

N. 2. Vbi habetur, quod minor 14. anno nõ poteſt torqueri adde *Scialo in prax. torq. reos, cap. 13. num. 3.* vbi dat concordantes, & *num. 5.* dicit, illum poſſe torqueri in crimine læſæ Maieſtatis ſi ſit proximus pubertati, & *num. 6.* quærit, an impubes factus maior poſſit torqueri pro delicto commiſſo tempore impubertatis, & *num. 8.* dicit, quod minor 25. anno debet leuius torqueri attenta qualitate perſonæ, & ætatis, vt ibi per eum.

N. 3. Vbi habetur, quod impubes poteſt terreri, ferula cædi & tormento ſibilorum torqueri adde *Scialo in prax. torq. reos, cap. 13. num. 4.* vbi hoc limitat in infante, vti habetur etiam hic *num. 4.*

N. 5. Vbi habetur, quod mulier prægnans non poteſt torqueri adde *Scialo in d. cap. 13. num. 22. & ſeq.* vbi ampliat hoc procedere etiam ſi fœtus non eſſet animatus, & etiam in delict. enormibus, ita vt illius confeſſio ei non noceat, & *num. 31.* hoc extendit etiam ad mulierem lactantem, vt neque poſſit terreri, ne lac amittat, nec poſſit ſulligari, nec ſuſpendi, vt ibi latè per eum, & habetur etiã hic *n. 6.*

N. 7. Vbi habetur, quod mulier prægnans non poteſt torqueri neque poſt partum per 40. dies adde *Scialo in prax. torq. reos, d. cap. 13. num. 29.* qui dat concordantes.

N. 8. Vbi habetur, quod Doctores, & Aduocati ratione dignitatis non poſſunt torqueri adde *Scialo in prax. torq. reos d. cap. 13. num. 40. & 41.* dicentem hoc eo magis procedere in Doctore egregio, & in exiſtente in aliquo magno Magiſtratu, ſed hoc dicit, non ſeruari de conſuetudine, licet in eis requirantur maiora inditia, vt ibi per eum.

N. 12. Vbi habetur, quod ſenes decrepiti non poſſunt torqueri adde *Gratian. diſcep. foren. cap. 705. num. 36. par. 4. & Scialo, in prax. torq. reos. d. cap. 13. num. 16. & ſeq.* vbi dicit hoc procedere etiam in criminibus atrocibus, & quod ſi confiterentur eis non noceret, niſi tamen ſint minores 70 annis, & robuſti, & quod quando ſenex dicatur robuſtus, vel decrepitus relinquitur arbitrio Iudicis, vt habetur etiam hic *num. 14.*

N. 15. et 16. Vbi habetur quando ſenex decrepitus poſſit ſaltem terreri adde, & aduerte, quod *Farinac.* hic relatus *in q. 41. nu. 29. & 107.* ſi benè eius verba ponderentur non videtur omninò contrarius, quia ſub d. *num. 29.* ſenſit, illum neque poſſe leuiter torqueri, d. autem *num. 107.* voluit, illum poſſe terreri tantum ducendo illum ad cordam ſpoliando, & ligando ſine tamen eleuatione, cum quo videtur concordare *Scialo vbi ſupra d. cap. 13. num. 54.* quò verò ad ligaturam cum illa inferat maximum dolorem multum prudentis Iudicis arbitrio deferendum cenſerem.

N. 18. Vbi

N.18. Vbi habetur, quod Clericus etiam in Sacris conſtitutus poteſt torqueri adde *Card. Tuſc. pract. concl. litera I. concl. 328. num. 23. & Scialo in prax. torq. reos cap. 13. num. 56. & ſeq.* dicentem, hanc eſſe veriorem opinionem etiã ceſſante diffamatione, licèt contrarium teneant alij, & præcipuè *Criac. contro. 605. num. 29.* & quod contra Clericum grauiora requirantur indicia, quam contra laicum, & quod in delictis leuibus huius debeat torqueri, vt ibi per eum.

N.19. Vbi habetur, quod infirmus, & valetudinarius non poteſt torqueri adde *Scialo. in d. cap. 13. num. 36. & ſeq.* vbi de laborante febri quartana, qui poteſt torqueri, ſed non in die febris, & leuiter ex *Baiar. ad Clar. §. fin. quæſt. 64. nu. 73.* & quod infirmi torquentur tormento ſtangbertæ, & alij recenſentur, qui non poſſunt torqueri, puta nobiles, Decuriones milites, & alij de quibus ibi per eũ.

N.21. Vbi habetur, quod teſtes priuilegiati, qui non poſſunt torqueri, tamen torquentur conſulto Principe adde *Scialo in prax. torq. reos d. cap. 13. num. 55.* vbi dicit etiam, Principem poſſe mandare, quod teſtes priuilegiati torqueantur ſecundum conſcientiam ſuam, vt ibi per eum.

S V M M A R I V M.

1 *Torturu non poteſt reo inferri, non conſtito de corpore delicti.*

Etiamſi contra reum legitima extarent indicia, num. 2.

Non obſtante arbitrio, ſeù alia facultate Iudici conceſſa, num. 3.

Et tortura non poteſt iuſtificari, ſi corpus delicti probatio ſuperueniat, num. 4.

R E S O L V T I O II.

Tortura an poſſit reo inferri non conſtito de corpore delicti.

1 TOrtura non poteſt inferri per Iudicẽ reo non conſtito de corpore delicti, vt tradunt *Farinac. conſ. 37. num. 12. lib. 1. & conſ. 19. num. 4. eod. lib. 1. de indic. & tort. quæſt. 38. num. 2.* vbi plures dat concordantes, & teſtatur de communi opinione, *Mar. Anton. reſol. 44. ſub n. 4. lib. 3. Giurb. conſ. 37. num. 46. Guazzin. defen. 4. cap. 1. num. 15. & cap. 3. num. 13. & ſeq.* vbi late, bene *Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 2. tit. 12. num. 172. & ſeq. & par. 3. tit. 10. num. 156.* vbi limitat in crimine aſſaſſinij, & veneni, quando corpus humatum eſt adeò corruptum, vt a Peritis rectè inſpici non poſſit, vt ibi per eum, *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 2. quæſt. 9. in princ. Vermigl. conſ. 42. nu. 1.* & alij plures per me relati ſupra in verb. *Corpus delicti, Reſol. 1. num. 9.*

Antequam enim contra aliquem ſuper crimine procedatur, debet conſtare de corpore delicti, aliàs proceſſus eſt nullus vulg. tex. *in l. 1. §. item illud, ff. ad Sillan.* & exclamant paſſim criminaliſtæ, & præcipuè *Farinac. de inquiſ. quæſt. 2. num. 1. Ambroſ. in proc. inform. lib. 1. cap. 1. in princ. Criac. controu. 37. num. 2. Vermigliol. conſ. 144. num. 8. Illuſtriſs. Sperel. deciſ. 136. num. 2. par. 2.* & alij plures per me relati ſupra in d. verb. *Corpus delicti, Reſol. 1. in princ.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiamſi contra reum legitima extarent indicia, quia adhuc ad torturam deueniri non poteſt non conſtito de corpore delicti, vt voluerunt *Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 38. num. 2. Guazzin. d. def. 4. cap. 3. num. 15. & Maur. Burg. de modo proced. ex abrup. quæſt. 22. num. 11.* qui alios dant concordantes.

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum, non obſtante quacumque facultate, ſeù arbitrio conceſſo Iudici a lege, Statuto, vel à Principe, vt docent *Brun. de indic. in 4. par. 2. par. num. 11. Caſon. de torm. cap. 2. Oſaſch. deciſ. 79. num. 44. & ſeq. Burſatt. conſ. 201. num. 89. & ſeq. lib. 2.* quos refert vna cum aliis, & ſequitur *Guazz. d. defen. 4. cap. 3. num. 14. & Maur. Burg. de modo proced. ex abrup. quæſt. 22. num. 1. & ſeq.*

4 Amplia tertiò d. concluſionem, vt tortura non iuſtificetur, ſi poſt illam ſuperueniat corporis delicti probatio, vt illata ordine iuris peruerſo, & non ſeruato ſec. *gloſ. in l. 1. ff. de quæſt. et in l. 1. C. eod. tit. Marſil. in l. pen. nu. 31. ff. eod. tit. & Boer. deciſ. 259. num. 1. 2. & ſeq.* quos referendo ſequitur *Guazzin. d. defen. 4. cap. 3. num. 16.* benè comprobans, & corporis delicti defectum non ſuppleri per confeſſionem inquiſiti ſuperuenientem, latè probaui ſupra in verb. *Corpus delicti, Reſol. 2. num. 1. & ſeq.*

A D D I T I O.

N.1. VBi habetur, quod tortura non poteſt inferri non conſtito de corpore delicti adde *Scialo. in prax. torq. reos cap. 3. num. 16.* latè comprobantem, & dicentem, hoc procedere etiam vigore cuiuſcunque arbitrij, & torturam non iuſtificari etiam ſi ſuperueniat corporis delicti probatio, vt habetur etiam *hic num. 3.*

S V M M A R I V M.

1 *Indicia leuiora ad torturam ſufficiunt in delictis difficilis probationis.*

Cum in illis recedatur à regulis iuris ordinarijs, num. 2.

Et in eis Iudex debet eſſe promptior ad torquendum, num. 3.

Indicia tamen leuiora debent eſſe legitima, n. 4.

Et debent eſſe proximè tangentia delictum, nu. 5.

R E S O L V T I O III.

Indicia leuiora an ſufficiant ad torturam in delictis difficilis probationis.

1 IN delictis occultis, & difficilis probationis, vt ſunt tractatus, furtum, ſodomia, falſum, adulterium, veneficio, falſa moneta, delictum de nocte commiſſum, & ſimil. ad inferendam reo torturam leuiora ſufficiunt indicia, quàm in alijs delictis iuxta doctrinam *Bald. in leg. quicunque 4. numer. 25.*

C. de ſeru. fugit. et in l. 3. C. de Epiſcop. audien. quem Doct. communiter ſequuntur, & præcipuè *Brun. de indic. et tort. par. 2. quæſt. 5. num. 6. Gram. vot. 3. num. 2. et ſeq. et conſ. 40. num. 7. Boſſ. in pract. in tit. de indic. num. 170. et ſeq. Rolan. conſ. 7. num. 5 et ſeq. lib. 1. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 64. verſ. et ideò, etc.* vbi teſtatur de communi opinione, plenè *Farinac. de indic. et tort. quæſt. 37. num. 150. et ſeq.* vbi alios dat concordantes, *Giurb. conſ 42. num. 16. et conſ 87. num. 11.* vbi teſtatur, hanc eſſe veram, & communem opinionem, *Cabal. reſol. crim. caſu 200. num. 140. cent. 2. Guazz. defen. 30. cap. 4. num. 9. et Vermiglioł. conſ. 60. num. 3. Rot. apud Mer. in. deciſ. 446. nu. 8. tom. 1.* & dixi etiam ſupra in verb. *Indicium, Reſol. 8. num. 1.*

2 In his enim, quæ ſunt difficilis probationis, receditur à regulis iuris ordinarijs, & rigoroſis, & accipiuntur probationes eo modo, quo haberi poſſunt, *Marſil. conſ. 61. num. 25. et 26 Soc. Iun. conſ. 60. num. 5. lib. 2.* quos refert, & ſequitur *Com. Andreol. contron. 8. nu. 3.* cum quibus pertranſit *Gram. vot. 3. num. 2. et 3. et P. Graſſet. de nec prodit. §. 29. n. 250. verſus finem*, & probaui latiùs ſupra in verb. *Delictum. Reſol. 1. num. 1. verſ. in his enim etc.*

3 Amplia d. concluſionem, vt Iudex in delictis occultis, & difficilis probationis promptior debeat eſſe ad torquendum, vt docent *Boſſ. in pract. in tit. de indic. num. 100. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 64. num. 6. Farinac. de indic. et tortur quæſt. 37. num. 150. et conſ 5. num. 10 et conſ. 23. num. 20. lib. 1. Peregr. conſ. 2. num. 85. lib. 2. Hond. conſ. 107. num. 5. lib. 1. Giurb. d. conſ 42. num. 17.* qui alios dat concordantes, *et conſ. 87. num. 11. et ſeq.* vbi declarat, quando delictum, & præcipuè homicidium, dicatur, eſſe difficilis probationis, *et conſ. 91. nu. 1. et Mar. Anton. reſol. 20. caſu 5. in fin. lib. 3.*

4 Declara primò d. concluſionem, quòd, licèt in delictis occultis, & difficilis probationis ſufficiant indicia leuiora ad torquendum reum, d. tamen indicia debent eſſe legitima, vt declarant *Oſaſch. deciſ. Pedem. 79. num. 55. et ſeq. Hond. d. conſ. 107. num. 52. lib. 1. et Cabal. reſolut. crim. caſu 200. num. 141. cent. 2.* qui alios dant concordantes, *Farinac. conſ. 37. num. 25. lib. 1. et Vermigl. conſ. 83. num 2.* vbi dicit, indicia dubia, vel æquiuoca in d. caſu non ſufficere, ſed illa eſſe debere certa, probabilia, veriſimilia, & concludentia, vt ibi per eum, & dixi etiam ſupra in verb. *Indicium, Reſ 7. num. 4.*

5 Declara ſecundò d. concluſionem, quod licèt in delictis occultis, & difficilis probationis leuiora ſufficiant indicia ad torquendum, quam in alijs delictis, illa tamen requiruntur proxime tangentia delictum, vt declarant idem *Farinac conſ. 10. num. 31. et ſeq. et conſ. 19. num. 18. et conſ. 55. num. 4. 17 et 34. lib. 1.* & poſt eum *Vermigl. d. conſ. 60. num. 3.*

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod in delictis occultis ſufficiunt leuiora indicia adde *Scialo in prax. forind. cap. 4. nu. 9. et in prax. torq. reos, cap. 2. num. 8.* vbi dicit, illa tamen debere eſſe legitima, vt habetur etiam hic *num. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Tortura inferri non poteſt denegatis defenſionibus.*

Ita vt ante torturam reo tradi debeant copia indiciorum, n. 2.

Et ſint edenda nomina teſtium, num. 3.

Etiamſi copiæ non fuerint petita, n. 4.

Et procedit concluſio etiam in criminibus atrociſſimis, num. 5.

Licèt contrarium teneant aliqui Doct. n. 6.

Et etiã, quòd Iudex habeat liberũ arbitriũ, n. 7.

Contrarium in habente brachium Regium, tenent Doct. num. 8.

Quod declaratur, n. 9.

Et præcipuè non procedit d. arbitrium contra minores, num 10.

Neque, quando Iudex proceſſum reo publicauit cum ſolito termino, num. 11.

Niſi tamen ſuperueniant noua indicia, n. 12.

Amplia concluſionem, vt neque Princeps poſſit tollere defenſiones, n 13.

Neque valeat conſuetudo tollens defenſiones, num. 14.

Licèt contrarium teneant aliqui Doct. n. 15.

Et reus non poſſit ſuis defenſionibus renunciare, num. 16.

Et ſi reus tortus negatis defenſionibus confiteatur, confeſſio non valeat, num. 17.

Teſti verò torquendo an ſiat aſſignandæ defenſiones remiſſiuè, num. 18.

RESOLVTIO IV.

Tortura an poſſit inferri denegatis defenſionibus.

1 TOrtura inferri non poteſt denegatis defenſionibus, vt tradunt *Farinac. de indic. & tortur. quæſt. 38. num. 3. & quæſt. 39. in princ.* & ante eum *Ant. Gomez. var. reſol. tom. 3. cap. 13. n. 21. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 9. ver. et hoc adeò etc. Guazz. defen. 30. cap. 4. num 16. Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 10. num. 159. Ambroſ. in proc. infor. lib. 3. cap. 11. num 9.* Idem *Farinac. conſ 99. num. 24. lib. 1. Maur. Burg. de modo proced. ex abrup. quæſt. 41. num 22.* vbi teſtatur de communi opinione, *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 2. quæſt. 10. num. 7. et ſeq.* vbi valde exclamant contra Iudices contrarium obſeruantes, & dicit, id fieri non poſſe ſinè peccato, vt ibi per eum, & admittit *Conſil. Merlin. contro. foren. centur. 1. cap. 45. num. 3. 4. & ſeq. Card. Tuſch. pract. concl. litera I. concl. 99. in princ & Antonell. de temp. legal. lib. 4. cap. 19. num. 4. & ſeq.*

2 Defenſiones enim non ſolùm permiſſæ ſunt de iure ciuili, & canonico, ſed etiam de iure naturali, vt per. *Marſil. conſ. 8. num. 27. Rolan. conſ. 12. num. 66. & ſeq. lib. 3.* quos refert, & ſequitur *Ambroſ. in d. cap. 11. num. 9.* vbi dicit, defenſiones permiſſas eſſe etiam lege Euangelica, vt ibi per eum, latè *Farinac. conſ. 103. num. 1. & ſeq. lib. 1.* probaui latè ſupra in ver. *Defenſio Reſol. 1. per tot.*

2 Amplia

2 Amplia primò d.concluſionem, vt non ſolum reo ante torturam ſint aſſignandæ defenſiones, ſed etiã ei tradi debeant copiæ indiciorum ex proceſſu cõ, tra eum exiſtentium cum termino competenti ad illa purgandum, vt voluerunt *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 13. num. 21. Clar. in pract. d. quaſt. 49 in princ &c.* vbi teſtatur de communi opinione, & *quaſt. 48. in fin. princ.* vbi, ita practicari, dicit. *& quaſt. 64. verſ ſed quid ſi ille &c. Vulpell. conſ. 21. nu. 12.* vbi hanc dicit communem, & practicatam opinionem, etiamſi reus petat d. copias, dum funi eſt alligatus, vt ibi per eum, & *conſ. 74. num. 8. Bertaz. conſ. 130. in princ. & ibi Adden. lib. 1.* vbi teſtatur de recepta opinione, plenè *Farinac. de indic. & tort. d. quaſt 39. num. 2. & 3.* vbi innumeros fere adducit, ita ſentientes, & allegat plures Bullas Sum. Pontificum mandantes ita ſeruari in Alma Vrbe, *& d. conſ. 103. in princ. Ambroſ. in proc. inſor. lib. 3. cap. 1. num. 10.* vbi dicit, ita vidiſſe ſeruari à bonis Iudicibus, & Deum timentibus, *Guazzin. d. defen. 30. cap. 4. num 16.* vbi hoc limitat, non habere locum in reperto in flagranti crimine, vt ibi per eum, *Card. Tuſcb. pract. concl. d. litt. T concl. 99 n. 1. & Maur. Burg. de modo proc. ex abrup. d. quaſt. 41. num. 22.* vbi teſtatur de communi opinione, *Zuffi. de legit. proceſ. quaſt 76. num. 4. & ſeq.* & dixi etiam ſupra in verb. *Copia proceſſus, Reſol. 1. n. 1.*

3 Subamplia d. primam ampliationem, vt reo ante torturam non ſolum ſint tradendæ copiæ indiciorum, vt ſupra, ſed etiam edenda ſint nomina teſtium examinatorum pro informatione Curiæ, vt contra illorum perſonas excipiendo melius poſſit ſuam innocentiam demonſtrare, vt tradunt *Farinac. de indic. & tort. d. quaſt. 39. num. 85. Scacc. de iudic. lib. 1. cap 100. num. 11. & lib. 2. cap. 9. num. 935. Cartar. in pract. inter reo. lib. 3. cap. 1. num. 101 Guazzin. defen. 24. cap. 3. nu. 8.* & alij plures per me adducti ſupra in verb. *Reus, Reſol. 4. in princ.* vbi latiùs habetur de hac materia, videas ibi.

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt copiæ indiciorum reo ante torturam dandæ ſint ad effectum ſe defendendi, etiamſi per eum non fuerint petitæ, ſiuè reus ſit perſona rudis, ſiue ſagax, cum Iudex teneatur ex officio quærere de innocentia inquiſiti, vt docent *Farinac. de iudic. & tort. d. quaſt. 39. nu. 98. & 99.* vbi dicit, ab hac opinione, vti magis communi, & magis æqua, non eſſe in conſulendo, & iudicando recedendum, *& conſ. 156. nu. 46. lib. 2. Guazzin. defen 24. cap 2. num. 5.* latè comprobans, *Antonel. de temp. legal. lib. 4. cap. 19. num. 5. Zuffi. de legit. proc. quaſt. 76. num. 7 & ſeq.* & alij plures per me relati ſupra in verb. *Copia proceſſus, Reſ. 1. num. 1. & ſeq.* vbi contrarium tenentes retuli, & materiam pleniùs declaraui, videas ibi.

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in delictis atrociſſimis, in quibus reo non eſſe denegandas defenſiones, nec indiciorum copias cum termino competenti ad purgandum indicia, antequam ad torturam contra eum deueniatur, ſcripſerunt *Carer. Gram. Marſil. Monticell. Boſſ. Rolan. Lauren. & Perſonal.* quos refert, & ſequitur *Farinac. de iudic. & tort. d. quaſt. 39. nu. 41. & ſeq.* vbi dicit, ab hac opinione, vti communi, & in Vrbe ſeruata, non eſſe recedendum, & quod Iudices aliter facientes male faciunt, & exemplificat in crimine aſſaſſinij, læſæ maieſtatis, & hæreſis, vt ibi per eum benè comprobantem & alios referentem, ita ſentientes quamplures, & *conſ. 99. num. 26. & d. conſ. 103. num. 3.* vbi dicit, ita ſeruari in crimine hæreſis, & ita in illo caſu grauiſſimo fuiſſe ſeruatum, & ita ſeruandum eſſe in crimine hæreſis, quod eſt grauiſſimum, & atrociſſimum, tenent *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 10. num. 159. & P. Diana in Summ. in verb. Inquiſit. praxis quoad tort. nu. 2, 6.* vbi teſtatur de communi opinione, & dicit, ita ſeruari in Inquiſitione Hiſpanica, vt ibi per eum.

6 Licèt contrarium, imo in atrociſſimis poſſe deueniri ad torturam ex ſolo proceſſu informatiuo denegatis defenſionibus, quaſi in d. delictis liceat iura tranſgredi, voluerint *Baiar. ad Clar. quaſt. 64. n. 87. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 2. quaſt. 10.* vbi loquitur de graſſatoribus, latronibus publicis, & alijs malæ conditionis, & famæ, *Maur. Burg. de modo proced. ex abrup. quaſt. 22. num. 15 et ſeq.* vbi loquitur in delictis notorijs, in repertis in flagranti, contra maleficos incantatores, & in crimine læſæ maieſtatis, & *Conſil. Merlin. contr. foren. cent 2. cap. 33. num 11. et ſeq.* vbi dat concordantes, & videtur teſtari de communi opinione, & dicit, ita fuiſſe reſolutum.

7 Amplia quartò d. concluſionem, vt defenſiones ſint reo aſſignandæ ante torturam ei inferendam, etiam quòd Iudex habeat quodcunque liberũ arbitrium, & facultatem procedendi abſque aliqua ſolemnitate, & ex abrupto, cum d. facultas repugnet iuri naturali dictanti, reo non eſſe auferendam defenſionem, quæ eſt de iure naturæ, vt voluerunt *Gram. conſ. crim. 64. num. 2. Menoch. de arbitr. lib. 1. quaſt. 77. num. 1. et ſeq. et quaſt. 78. num. 5. Boſſ. in pract in tit. de indic. num. 74.* vbi dicit, ita ſeruari Mediolani coram Capitaneo Iuſtitiæ habente arbitrium in procedendo, *Cartar. in pract. inter reo. lib. 4. cap. 1. num. 167. et ſeq.* latè *Burſatt. conſ. 201. nu. 95. et plurib. ſeq. lib. 2.* plenè *Farinac. de indic. et tort. d. quaſt. 39. num. 15. et ſeq.* vbi quamplures dat concordantes, & dicit, hanc eſſe magis communem Doctorum opinionem, & ita fuiſſe ſeruatum in illa grauiſſima cauſa ſubtractionis annuli Piſcatoris, & valdè inuehit coram Iudices Gubernatoris Vrbis aliter facientes, & idem tradit *in tract. de teſt. quaſt 72. num 98. et 99. et in conſ. 99 num. 27 et in d. conſ. 103. num 4. et ſeq. lib. 1.* vbi in fine teſtatur, defenſiones fuiſſe aſſignatas, *Guazzi. defen. 21. cap. 1. num. 4* vbi alios adducit ita ſentientes, *Ambroſ. in proc. inform. lib. 3. cap. 1. num. 10. et ſeq.* benè comprobans, *Romt. ad pragm 1. de bon. prodit. num. 60.* & alij relati ſupra in verb. *Defenſio, Reſol. 1. num. 8.*

8 Licèt contrarium, imò Iudicem habentem brachium Regium, vel ſupremam poteſtatem à Principe, & eò magis, ſi habeat expreſſum mandatum ab eodẽ, poſſe reum tormentis ſubijcere denegatis

defenſionibus ex ſolo proceſſu informatiuo, voluerint *Canale de brach. Reg. par. 1. ſub nu. 29. Maur. Burg. de modo proc. ex abrup. quæſt. 11 per tot. Thoro ad Ioan. Grand. de bello exul. in præſidicam. ſub tit. qu. 3. num. 6. in fin. Ant. de Ball. tract. crim lib. 2. quæſt. 10. ferè per tot. Scannarol. de viſit. carcer. §. 8. cap. 1. ſect. 2. per tot. Conſil. Merlin. controv. foren. cap. 1. num. 11. & ſeq. Maſtrill. deciſ. 191. ferè per tot. & deciſ 261. num. 45. & ſeq.* & nouiſſime *Maſſin. de confiſc. bonor. quæſt. 1. num. 41. & 42.* vbi hanc opinionem extendit etiam contra Clericos, & dummodo imponatur pœna ordinaria, vt ibi per eum.

9 Declara d. contrariam opinionem, vt habeat locum, quando agitur contra notorios delinquentes, diffamatos, graſſatores, aſſaſſinos, latrones, & alios ſceleratiſſimos homines, & non aliàs, vt declarant *Gram. conſ. crim. 64. num. 4. & vot. 3. num. 24* vbi dicit, in d. tantùm caſibus vti ſolere eius præheminentia Mag. Cur. Vic. vt ibi per eum. *Rolan. conſ. 12. num. 88. & ſeq. lib. 3. Oſaſco. dec. ſ. Pedem. 79. ſub num. 19. Burſatt. d. conſ. 201. num. 101. & ſeq. Farinac. de teſt. d. quæſt. 71. num. 99. & in d. conſ. 103. num. 5. lib. 1. Guazz. n. d. defen. 21. cap. 1. num. 6.* vbi plures dat concordantes. *Barat. in l. Clar. quæſt. 49. num. 54. Ambroſ. in proceſſ. infor. in lib. 3. cap. 1. num. 12 & ſeq.* vbi dicit, Gubernatorem Vrbis habentem d. facultatem illa viam non eſſe, niſi in duobus caſibus, nempè contra notorios delinquentes, de quibus ſupra, & in alijs grauiſſimis delictis præſertim, vbi celeritate opus eſſet ob complices, vel ad exemplum, vt ib. per eum, & alij plures relati per *Maſſin. d. quæſt. 1. num. 30.* quam opinionem, vt æquiorem, & humaniorem, in practica ſeruandam cenſerem, cum d. modus procedendi ad torturam ex proceſſu informatiuo, dicatur terribiliſſimus, & non iure fundatus, vt dicit *Maur. Burg. de modo proced. ex abrup. quæſt. 11. num. 18. & 19.* & ratio, quod defenſio non aufertur, ſed differtur poſt torturam mihi nõ quadrat, cum tortura contineat præiudicium irreparabile, vt benè aduertit *Ant. de Bal. tract. crim. lib. 2. quæſt. 10. num. 8. & ſeq.* & alij plures.

10 Declara ſecundò d. contrariam opinionem, vt non habeat locum contra minores, quibus omninò eſſe dandas defenſiones, voluerunt *Maur. Burg. de modo proc. ex abrup. quæſt. 66. per tot. Scannarol. de viſit. carcer lib. 1. §. 8. cap. 1. ſect. 1. num. 33* declarans, hoc non procedere in illis caſibus, in quibus minor ætas non excuſat à pœna ordinaria, vt ibi per eum, *Scialo. de tortur. cap. 6. num. 71. & Maſſi. de confiſ bonor. d. quæſt. 1. num. 44.* vbi alios dat concordantes.

11 Declara tertiò d. contrariam opinionem, vt non habeat locum, quando Iudex procedens cum d. facultate proceſſum reo publicauit cum ſolito termino ad faciendum defenſiones, quia pendente d. termino non poteſt reum torquere non obſtante d. facultate, cum per publicationem proceſſus oſtenſum videatur, elegiſſe viam ordinariam, ex qua reus acquirit vtilitatem habendi copiam proceſſus & ſe defendendi, vt voluerunt *Canale, de brach. Reg. par. 3. num. 4. Maur. Burg. de modo proc. ex abrup. quæſt. 46. num. 10. 11. & ſeq. & Scialo. de tort. cap. 6. num. 71.* quos refert, & ſequitur *Maſſin. de confiſc. bonor. d. quæſt. 1. num 58.*

12 Limita d. declarationem, vt non habeat locum ſuperuenientibus nouis indicijs, vel ex alia cauſa, quia tunc poteſt Iudex à proceſſu ordinario recedere, & ad alium more belli redire, vt tradunt *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 3. præmiſ. 7. num. 2. & ſeq. Maur. Burg. de modo proced. ex abrup. d. quæſt. 48. num. 5. & ſeq. & Scialo. de tort. d. cap. 6. num. 71. in fin.* cum quibus eos referendo pertranſit *Maſſin. de conſ. bon. d. quæſt. 1. num. 60.*

13 Amplia quintò d. concluſionem, vt neque Princeps de abſoluta poteſtate poſſit tollere defenſiones, quæ ſunt de iure naturali, vt tradit *Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 39. num. 18. & ſeq. & conſ. 99. num. 40. lib. 1. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 97. num. 88. verſ. ſimiliter &c.* & ego dixi latiùs ſupra in verb. *Defenſio, Reſol. 1. num. 3. & ſeq.* vbi dixi, neque illas tolli poſſe per Senatum, videas ibi.

14 Amplia ſextò d. concluſionem, vt neque valeat conſuetudo, per quam reo tollitur ſua defenſio, cum id neque fieri poſſit per Statutum, vel ſaltem illa non habeat locum, niſi contra latrones inſignes, diſrobatores ſtratarum, incendiarios, violentos raptores, & alia ſimilia crimina committentes, & contra quos laborat infamia, cum d. conſuetudo, vti contra ius naturale, ſit multum reſtringenda, vt declarant *Afflict. deciſ. 391. num. 10. Grama. d. conſ. 64. num. 4. & d. voto 3. num. 24. Foller. in pract. in ver. & ſi confitebūtur in 3. par. 3. par. prin. num. 41. & ſeq. Oſaſch. d. deciſ. 79. num. 19. Farinac. de indic. & tort d. quæſt. 39. num. 31. & Guaz. d. defen. 21. cap. 1. num. 6.* vbi alios dat concordantes, & quod d. conſuetudo non habeat locum, niſi quatuor concurrentibus, primò, quod ipſa Curia, quæ habet præheminentiam, procedat, ſecundo, quod delictum ſit atrox, tertio, quod reus ſit malæ conditionis, & famæ, & alia delicta commiſerit & quarto, quòd legitima præcedant indicia, tenet *Scacc. de iudic. lib. 1. cap 97. num. 88.*

15 Licèt contrarium, imò d. conſuetudinem eſſe validam, & in criminibus atrociſſimis eſſe ſeruandam, cum defenſiones in d. caſu non in totum auferantur, ſed ſolùm differantur poſt torturam illatam, circa quam rationem, quid ſentiam, dixi *ſupra num. 9. in fin.* voluerint *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 2. d. quæſt. 10. num 17. & ſeq. Maur. Burg. de modo proced. ex abrup. q. 11. n. 21. & ſeq. & Conſil. Merlin. contr foren. cent. 2. cap. 33. num. 15. & ſeq.* latè comprobans, & quamplures referens Prouinciarum conſuetudinis ita procedendi.

16 Amplia ſeptimò d. concluſionem, adeò eſſe veram, vt reus neque poſſit ſuis defenſionibus renunciare, vt tradit *Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 39 num. 51.* de qua materia ego dixi latè ſupra in verb. *Reus, Reſol. 6. per tot.* videas ibi.

17 Amplia octauò d. concluſionem, quòd, ſi reus tortus de negatis defenſionibus fuerit confeſſus delictum, d. confeſſio non valeat cum omnibus inde

ſequutis,

ſequentis, ita vt confeſſus ſit abſoluendus, ad tex. in *clem. paſtoralis 2. & ibi hoc not. gloſ. & communiter Canoniſtæ, de re iudic. Vulpell. conſ. 21 nu. 6. Lauren. deciſ. Auenion. 15. per tot. Farinac. de indic. & tortu. quæſt. 39. num. 84.* vbi quamplures dat concordantes, *& conſ. 156. num. 24. & ſeq. lib. 2. & Guazzin. defen. 24. cap. 3. in fin. & defen. 29. cap. 4. num. 3.* & dixi etiam ſupra in ver. *Defenſio Reſolut. 1. num. 7.* videas pariter ibi.

28 Vtrùm verò teſti torquendo ſint priùs aſſignandæ defenſiones, dicam infra in *Reſol. ſeq.*

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod tortura inferri non poteſt denegatis defenſionibus adde plenè *Scialo. in prax. torq. reos, cap. 6. num. 11. & num. 57.* vbi declarat, quod non dantur nouæ defenſiones quando repetitur tortura ex eiſdem indicijs, ſecus autem ſi ex diuerſis, vt ibi per eum.

N. 2. Vbi habetur, quod reo ante torturam dari debent copiæ indiciorum cum termino ad ſe defendendum adde *Scialo in prax. torq. reos d. cap. 6. num. 12.* vbi dicit, hoc procedere etiam in criminibus enormibus, vti habetur etiam *hic num. 5. & num. 15.* ſubiungit, illas eſſe dandas licet non ſint petitæ, licet Iudex excuſetur in ſindicatu torquendo reum copijs non acceptis per illum, vt ibi per eum, adde *P. Diana in ſumm. in verbo Inquiſ. prac. in torquen. num. 236.*

N. 9. Vbi habetur, quod facultas, quam habet Iudex procedendi ad torturam ratione arbitrij, vel alias non datis defenſionibus habet locum quando agitur contra notorios delinquentes, diffamatos, graſſatores, aſſaſſinos, & ſimiles tantum adde plenè *Scialo. in prax. torq. reos cap. 6. num. 58. & ſeq.* vbi dicit, d. facultatem habere Magnam Curiam Vicariæ, Regias Audientias, Gubernatorem Vrbis, & alios de quibus ibi per eum.

N. 10. Vbi habetur, quod contra minores non proceditur denegatis defenſionibus adde *Danza. de pugn. Doct. tom. 3. in tit. de mino. in delic. excuſ. cap. 3. num. 10. & ſeq. & Scialo. in d. cap. 6. num. 61.*

N. 11. Vbi habetur, quod Iudex non poteſt procedere denegatis defenſionibus quando incæpit via ordinaria agere, publicando proceſſum, &c. adde *Danza. de pugn. Doct. tom. 1. in tit. de poteſt. ad mod. belli. cap. 6. num. 11. & Scialo. in d. cap. 6. num. 71. & ſeq.* vbi dicit, quod vt ſit locus d. facultati debent præcedere indicia ſufficientia ad torturam, & quod poteſt reus ad illam fugiendam allegare teſtes ſibi inimicos offerendo id probare in continenti, vel probando tale quid, quo probato ceſſat tortura, & quod d. facultas non procedit contra militem, & an tortura vigore d. facultatis poſſit repeti, de quibus videibi per eum.

N. 17. Vbi habetur, quod ſi reus tortus denegatis defenſionibus confiteatur delictum confeſſio non valet, adde *Scialo. in d. cap. 6. num. 12.*

Adde pro coronide, quod captus in fragranti crimine poteſt torqueri denegatis defenſionibus *Guazz. defen. 24. cap. 9. num. 28. Farinac. de delict. et pœn. quæſt. 21. num. 152. et Scialo. in d. cap. 6. num. 50.*

SVMMARIVM.

1 *Teſtis ob mendacium, vel variationem torquetur denegata copia indiciorum.*

Procedit, quando de mendacio conſtat ex propria confeſſione, ſecùs ſi aliundè, num. 2.

Contrarium, quod nunquam ſint aſſignandæ defenſiones, tenent alij, num. 3.

Fallit concluſio, quando teſtis torquetur, vti vilis, infamis, & ſimil. num. 4.

Declara, vt num. 5.

Tortura tamen in d. caſu debet eſſe leuis, & non repetenda, num. 6.

RESOLVTIO V.

Teſtis ob mendacium, vel variationem an torqueatur denegata copia indiciorum.

1 TEſtis ob mendacium, variationem, & ſimilia torquendus eſt denegata ei copia indiciorum, & non diſcuſſa cauſa cum Aduocatis, & Procuratoribus toto Iudicis arbitrio remiſſo, vt tradunt, *Angel. de malef. in ver. Fama publica num. 49. Boſſi in pract. in tit. de indic num. 81. & in tit. de tortu. teſt. num. 39.* vbi dicit, ita in practica ſeruari, *Clar. in pract. § final. quæſt. 25. ver. ſolet dubitari &c. & ibi Baiar. nu. 6.* licèt poſtea dicat, id remittendum eſſe arbitrio Iudicis, *Honufr. Camata apud Farinac. de indic. & tortu. d. quæſt. 39. num. 130.* quem ſequitur *Farinac. ibi num. 147.* dicens hanc opinionem in practica eſſe magis ſeruatam, *Guazz. defen. 19 cap. 11. n. 4. & cap. 15. in prin.* vbi dicit, hoc tamen magis habere locum in teſte torquendo pro præciſa reſponſione habenda, *& num. 2.* vt ibi per eum, *Scac. de iudic. lib. 1. cap. 100 nu. 16 Giurba conſ. 23. num. 14. Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 10. num. 159. in fin. & Maſſin de confiſc. bonor quæſt. 1. num. 62. & ſeq* vbi plures dat concordantes,

2 Declara dict. concluſionem, vt habeat locum, quando teſtis torquetur ſuper variatione, ſeù mendacio, de quo ipſe teſtis conuincitur ex ſuo proprio dicto, & ex propria confeſſione, contra quam, cum probabiliter nihil deducere poſſit, ideò nil mirùm, ſi torqueri poſſit, non datis ei defenſionibus, ſecùs tamen eſt, ſi de mendacio teſtis conſtaret aliundè, puta per teſtes, qui deponerent, illum fuiſſe præſentem delicto, & ipſe id negaret, & ſimilia, quia tunc non debet prohiberi teſti quin valeat probare, ſi velit teſtes examinatos contra eum eſſe falſos inimicos, vel alias pati exceptiones, vt not. *Foller. in pract. in ver. capiat informationem ſub num. 38.* & clariùs ſcribit *Franc. Perſonal. de indic. num. 33. & 34.* vbi reprobat *Boſſ.* contrarium tenentem, & benè comprobat *Farin. de indic. & tortu. d. quæſt 39. num. 148. & ſeq.* vbi dicit, ita in Vrbe ſeruatum fuiſſe, & reſpondet rationibus *Scac.* contrarium tenentis, cum quo pertranſeunt *Guazz. defen. 19. cap. 15. num. 2 & Scialo. de tortu. cap 14 ſub nu. 73.* quæ opinio negari non poteſt, quin contineat magnam æquitatem, & tenenda ſit in practica, cum tortura ſit maior pœna, quàm vtriuſque manus abſciſſio, vt paſſim exclamant Doctores omnes, & ita pluriès ſeruatum fuiſſe in Alma Vrbe, teſtatur *Franc. Coltell. apud Farinac. d. quæſt 39. num. 129.*

3 Con-

3 Contrariam tamen opinionem, quod imò numquam aſſignari debeant defenſiones, nec dari debeat copia indiciorum teſti torquendo voluerunt *Boſſi.in pract.in tit.de tortur.teſti. nu.39. Maur.Burg. de modo proc.ex abrup. quæſt.100. num.121.& ſeq. Scac.de indic.lib.1.cap.10.ſub num.16. Honuf. Cumata.apud Farinac.d.quæſt.39.num.137.et ſeq. Currab.de proced.Magn.Cur.num 14.& 15.* & alij, quos refert, & ſequitur latè, hanc contrariam opinionem comprobando, *Maſſia.de confiſc.ban.d.quæſt.1. num.62. & ſeq.* vbi hanc opinionem, dicit, eſſe magis communem, & melioribus rationibus munitam, vt ibi per eum.

4 Limita primò d.concluſionem, vt non habeat locum, quando Iudex vult torquere teſtem, quia ille ſit vilis, criminoſus, infamis, & ſimil. quia prius eſt diſcutiendum cum Procuratoribus, & Aduocatis, an reſoluet talis nota, vel infamia, vt voluerunt *Boſſi.in in pract.in tit.de tortu.teſti.num.38. & ſeq et in tit de mand.ad homic.num.30. Franc.Perſonal.de indic.& tortu.num.12. Farinac.de indic.& tortur.d. quæſt.39.num.150.& Guazzin. d.deſen.19. cap. 15. num. 6.*

5 Sublimita d. primam limitationem, vt non habeat locum, quando de tali qualitate Iudici conſtaret ex confeſſione eiuſdem teſtis, vel conſtaret notoriè ex actis, quia tunc teſtem torqueri poſſe, Aduocato, & Procuratore non auditis, voluerunt *Farinac.de indic.& tortu. d. quæſt.39.num.149 & Guazz.d.deſen.19.num.6.in fin.*

6 Declara ſecundò d concluſionem, vt habeat locum, dummodo tortura ſit leuis, & non ſit repetenda ad not. *per Bald in l.fin. num.1.C.de quæſt.per Cartar.in pract.inter.reo.lib.4.cap.1.num 45. Cabal. reſol.crim caſu 170.num.12. Farin.de indic.et tortu. quæſt.42.num.20.& conſ 83. nu.5.lib.1. Giurb.conſ. 23.num.14.& Maur. Burg. de modo proc.ex abrup. quæſt. 100. num. 127. & ſeq.* vbi dicit, aliquando poſſe detineri reum in tortura per vnum *Credo*, aliquando per quartam partem horæ, & aliquando plus, vt ibi per eum, & latius ſingulos caſus referendo diſſerit *Guazzin d.deſenſ.19. cap.13. num.1. & ſeq.* ipſum conſulas.

A D D I T I O.

N.2 VBi habetur, quod quando teſtis torquetur ſuper variatione, vel mendacio, de quo conuincitur e ſuo proprio dicto torqueri poteſt denegatis defenſionibus, ſi tamen de mendacio conſtet aliundè puta per teſtes ei ſunt dandæ defenſiones adde *P. Diana in ſumm. in verbo Inquiſ. prax. in torquen. num. 236.* vbi de communi *Zuffi. de legit. proc.crim.quæſt.51.num.1. et ſeq.* vbi teſtatur de æquiori opinione, etiam ſi illæ non ſint petitæ, & vide eundem latius *quæſt 108 per tot.*

N.4. Vbi habetur, quod quando torquetur teſtis vilis, vel criminoſus id eſt diſcutiendum cum ſuis Aduocatis adde, quod *Farinac. et Guazz.* hic adducti declarant, hoc procedere niſi de d. qualitatibus conſtaret ex ipſorum teſtium confeſsione, vel notoriè, quia tunc non eſt agendum cum ſuis Aduocatis, & ita intelligo *Scialo.in prax. torq.reos cap.14.num.74.*

N.6. Vbi habetur, quod tortura teſtis debet eſſe leuis adde *Scialo. in d.cap. 14. num. 80.* vbi poſt quamplures relatas opiniones dicit id eſſe Iudicis arbitrarium.

Vtrum vero examinatus vti principalis in ſe, & teſtis quo ad alios ſi confiteatur poſsit torqueri abſque datione copiæ proceſſus, & quomodo, & quo tempore poſsit torqueri docet *Scialo.late in d.cap.14.num.75.et ſeq.*

S V M M A R I V M.

1 *Reus recuſans Iudici reſpondere, vel non præcisè, poteſt cogi per torturam.*

Quod procedit etiam in teſte recuſante reſpondere, vt ſupra, num. 2.

Etiamſi reus petat dilationem ad deliberandum, num. 3.

Licèt contrarium teneat Alex. relatus, num. 4.

Etiamſi reus recuſet, & reſpondere ſuper circumſtantijs ſubſtantialibus, num. 5.

Procedit concluſio in delictis grauibus, pro quibus reus poteſt torqueri, alias ſecùs, num. 6.

In leuibus tamen poteſt illum cogere mulcta indicta, & ſub pœna confeſſati criminis, nu. 7.

Contrarium, dictam renitentiam eſſe ſolùm numerandam inter indicia ad torturam, voluerunt alij, num. 8.

Et reus poteſt cogi ad reſpondendum, quando præcedunt indicia ſufficientia ad illum interrogandum, num. 9.

Et ſi conſtet de corpore delicti, aliàs ſecùs, num. 10.

Neque poteſt interrogari ſuper facto principali, num. 11.

Et tortura in d.caſu debet eſſe moderata, n.12.

Item reus non poteſt torqueri, quando habet iuſtam cauſam non reſpondendi, num. 13.

Et à d decreto de torquendo datur appellatio, num. 14

Et quando poſſit torqueri ſi reus in ſecundo Conſtituto ſe referat ad primũ examen remiſſiue, n.15

R E S O L V T I O VI.

Reus recuſans Iudici reſpondere, vel non præcisè an cogi poſſit per torturam.

1 REus recuſans Iudici eum interroganti reſpondens, vel precis, ſed per verba dubia, puta *non recordor, credo*, & ſimilia reſpondere poteſt ad reſpondendum, vel ad precisè reſpondendum cogi per Iudicem, adhibita tortura, vt tradunt *Ant. Gomez var reſol. tom.3.cap.12 ſub nu.5. Clar. in pract.§ fin.quæſt.45. ver. ſed pone &c.* vbi dicit, quòd ita practicatur, *& ibi Baiar. num. 5.* vbi dicit, idem eſſe, quando reus recuſat iurare, *Vulpel.conſ.24.num.7. Menoch. de præſump.lib 1.quæſt. 9.num.142 Cartar.in prac. inter.reo.lib.1 cap 2 num.4 & lib 3. cap.3.num.17.* plenè *Farinac de indic.& tortu.quæſt.37.num.176.* vbi dicit, hanc concluſionem eſſe communiter receptam per Doctores, & in practica ſeruatam, *Guazz.deſen.20.cap.16.num.1. & cap.17 pariter in prin.*

prin. qui alios adducit, ita ſentientes, & dicit, ex *Clar.* vbi ſupra in d. caſu, reum poſſe etiam publicè torqueri *Ambr. in proc. inform. lib. 2. cap. 7. per tot.* vbi ponit modum ita practicandi, *Maur. Burg. de modo proced. ex abrup. cap. 100. num. 136. Scac. de iudic. lib. 1. cap. 86. num. 49.* qui alios adducunt ita ſentientes quamplures, *& Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 10. num. 119.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum, etiam in teſte recuſante reſpondere, vel iurare, qui poteſt ad id cogi per torturam, vt voluerunt *Caualc. de Brach. Regi. par. 3. num. 62. & ſeq.* vbi alios dat concordantes, *& Guazz. defen. 19. cap. 1. in fin.* vbi limitat, niſi teſtis interrogaretur de rebus tangentibus turpitudinem propriam, quia tunc non tenetur reſpondere, vt dixi ſupra in ver. *Interrogatoria Reſol. 3. per tot.* nec quando iuris ordine non ſeruato interrogat, vt ibi per eum.

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum, etiamſi reus petat dilationem ad deliberandum, an velit reſpondere affirmatiuè, vel negatiuè, quia d. dilatio non eſt ei cōcedenda, & poteſt ad reſpondendum per torturam adſtringi, vt tradunt *Clar. in pract. in d. quæſt. 45. ver. ſed hic quærò, &c.* vbi dicit, quòd ita de conſuetudine ſeruatur, quādo reus interrogatur ſuper facto proprio, *Cartar. in pract. inter. reo. lib. 3. cap. 2. num. 20.* vbi alios dat concordantes, *Farinac. de indic. & tortu. quæſt. 37. num. 179.* alios pariter adducens ita ſentientes, & dicens, prædicta non habere locum, quando reus non reſpondet præcisè, dicendo, puta *non recordor*, & eſſet interrogatus ſuper circumſtantijs ſubſtantialibus delicti, & quia tunc eſt ei dilatio concedenda, & ita vidiſſe ſæpiùs ſeruari, *& Guazz. defen. 20. cap. 16. num. 4.*

4 Quicquid dixerit *Alex. in l. 1. num. 6. ff. de eden.* qui teſtatur de magis communi Doct. opinione.

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum, etiamſi reus recuſet reſpondere, vel præcisè reſpōdere ſuper circumſtantijs, & qualitatibus ſubſtantialibus, & concernentibus delictum principale, de quibus veriſimiliter debet recordari Iudicis arbitrio, quia adhuc cogi poteſt per torturā ad reſpondendum, quicquid ſit, ſi qualitates ſint remotæ à delicto, vt not. *Clar. in pract. d. quæſt. 45. verſ. ſed pone &c. Cartar. in pract. inter reo. lib. 3. cap. 2. num. 17.* vbi dicit, ita ſeruari in practica, *Farinac. de indic. & tortu. quæſt. 37. num. 180. & ſeq.* vbi dicit, reum cogendum eſſe ad reſpondendum per torturam, ſiuè interrogatorum concernat delictū, & circumſtantias ſubſtantiales, ſiuè non, quando recuſat omninò reſpondere propter Iudicis contemptum, vt ibi per eum, *Scac. de iudic. lib. 1. cap. 86. num. 46. ver. & hæc concluſio &c.* benè *Guazz. defen. 20. cap. 16. num. 1. ver. quod Doctores, &c. & num. 10.* vbi benè declarat hanc ampliationem, *Maur. Burg. de modo proc. ex abrup. quæſt. 100. num. 142. Ambr. in proceſ. inform. lib. 2. cap. 7. num. 12. & Hieron. de Feder. reſol. crim. 14. num. 1.*

6 Limita primò d. concluſionem, vt habeat locum, ſolùm in caſibus, in quibus reus pro ipſo delicto poteſt torqueri, ſecùs tamen in caſibus leuibus, in quibus reus non poteſt pro ipſo delicto torqueri, quia in illis, ſi reus recuſet reſpondere, vel præcisè reſpondere, non poteſt cogi per torturam ad reſpondendum, ſed Iudex illum cogere poteſt mulcta indicta, vel captis pignoribus, vt voluerūt *Foller. in pract. in ver. & ſi comparent ante contumaciam num. 3. in fin. Farinac. de indic. & tortu. dict. quæſt. 37. n. 190. Cartar. in prac. inter. reo. lib. 3. cap. 2. num. 2. Scac. de iudic. d. lib. 1. cap. 86. ſub nu. 49.* benè *Guazz. d. defen. 20. cap. 16. num. 9. & cap. 17. in prin. & num. 8. & Adden. ad Ambroſ. in proceſ. inform. lib. 2. cap. 7. num. 3.*

7 Amplia d. primam limitationem, vt Iudex in d. caſibus leuibus, in quibus pro delicto principali non eſt locus torturæ, non ſolùm poſſit cogere reū ad reſpondendum, vel præcisè reſpondendum mulcta indicta, & captis pignoribus, ſed etiam ſub pœna confeſſati criminis præcedente tamen monitione, cum contumax habeatur pro confeſſo, vt not. *Cartar. in pract. inter. reo. lib. 3. cap. 2. num. 21.* vbi alios dat concordantes, & alij relati *per Scac. de iudic. d. lib. 1. cap. 86. n. 9. ver. ſi verò ſumus &c. et Farinac. de iudic. & tortu. d. q. 37. num. 191. in fin.*

8 Contrarium tamen vti veriùs, quòd reus recuſans reſpondere non poſſit condemnari, vti confeſſus tenuerunt *Cartar. ſibi contrarius in prac. inter. reo. d. lib. 3. cap. 2. num. 8. et ſeq. Scac. de iudic. d. cap. 86. num. 49. in fin. Guazz. in d. defen. 20. cap. 17. nu. 6.* qui hanc contrariam opinionem benè comprobat & dicit, Iudicem poſſe d. rei renitentiam in non reſpondendo, vel præcisè non reſpondendo inter indicia ad torturam cumulare, dicens, ita ſæpiùs pract. calle, *Maur. Bur. de modo proc. ex abrup. q. 100. num. 138. et Adden. ad Ambroſ. in proceſ. inform. lib. 2. cap. 7. ver. an verò hic &c.*

9 Declara primò d. concluſionem, quod Iudex poteſt cogere reum ad reſpondendum, vel præcisè reſpondendum adhibita tortura, vel mulcta indicta &c. vt habeat locum, quando præcedunt indicia ſufficientia ad reum interrogandum, aliàs ſecùs, vt declarant *Clar. in pract. d. quæſt. 45. num. 6. in fin. Menoch. de præſump. lib. 1. quæſt. 89. num. 142. Cartar. in pract. inter. reo lib. 3. cap. 2. nu. 13. & ſeq. Farinac. de indic. & tortu. d. quæſt. 37. nu. 183. Scac. de iudic. lib. 1. quæſt. 84. num. 9. & 37. & quæſt. 86. num. 46.* benè *Guazz. d. defen. 20. cap. 16. num. 7.* qui alios dat concordantes.

10 Declara ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum, ſi conſtet de corpore delicti, aliàs ſecùs, vt tradunt *Foller. in pract. in ver. & ſi confitebuntur num. 4. Farinac. de indic. & tortu. d. quæſt. 37. nu. 184. Guazz. d. defen. 20. cap. 16. num. 8. Cartar. in pract. inter. reo. lib. 3. cap. 2. num. 16. et Hieron. de Federic. reſolut. crim. 14. num. 2.*

11 Declara tertiò d. concluſionem, vt Iudex torquendo reum pro præciſa reſponſione habenda illum non poſſit interrogare ſuper delicto principali, vt faciunt aliqui mali Iudices, ſed expreſsè proteſtetur in actis, quòd illum torquet non ad eruendam veritatem ſuper delicto, ſed tantùm pro re-

ſponſione

ſponſione, vel pro præciſa reſponſione negatiua, vel affirmatiua habenda licèt, ſi reus ſponte confiteatur delictum, d. confeſſio valeat, vt docent *Scac. de iudic. d. lib. 1. cap. 86. ſub num. 49. Farinac. de indic. & tortu. d. quæſt. 17. num. 178. & ſeq. Guazz. d. defen. 20. cap. 17. num. 5. & Adden. ad Ambroſ. in proc. infor. lib. 2. cap. 7. in prin.*

12 Declara quartò d. concluſionem, vt tortura in d. caſu eſſe debeat moderata, ita vt illa non debeat excedere quartam partem horæ circiter, & ſine compedibus, vt declarant *Vulpel. conſ. 34. num. 10. Farin. de indic. & tort. d. qu. 37. n. 187. & conſ. 83. n. 3. Maur. Burg. de modo proc. ex abrup. quæſt. 100. num. 127. & ſeq.* vbi volt, illam extendi poſſe ad mediam horam attenta qualitate facti, & perſonarū, *Scac. de iudic. lib. 1. cap. 86. num. 49. circa medium, Cartar. in pract. inter. reo. lib. 3. cap. 2. in prin.* benè *Guazzin. d. defen. 20. cap. 17. nu. 4. Ambr. in proc. infor. d. lib. 2. cap. 7. nu. 8* vbi dicit, hoc Iudicis arbitrio remitti, & quòd tortura poteſt reiterari, ſi reus recuſet iterùm reſpondere, vt ibi per eum.

13 Declara quintò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando reus habet iuſtam cauſam non reſpondendi, vel non præcisè reſpondendi, puta, ſi ipſe veriſimiliter non recordetur, de quo interrogatur, vel quia ſit febre, vel aliquo repentino morbo oppreſſus, vel recuſaſſet Iudicem, vti ſuſpectū, vel ſi allegaret ſe Clericum coram Iudicè laico, & ſimilia, quæ adducuntur per *Mari. Burg. de modo proc. ex abrup. d. quæſt. 100. num. 137. per Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 17. num. 184. & ſeq. per Bertaz. conſ. 8. num. 39. lib. 1. per Ambr. in proc. inform. lib. 2. cap. 7. num. 20. et ſeq. & per Guazz. d. defenſ. 20. cap. 16. num. 10. ver. quæ tamen &c.* qui alios dant concordantes quamplures, & *Cartar. in pract. inter. reo. lib. 3. cap. 2. num. 15.*

14 Declara ſextò d. concluſionem, vt a d. decreto de torquendo pro præciſa reſponſione habenda, admittatur appellatio *ſec. Carauit. ſuper ritu 259. num. 11. & ſeq.* quem refert *Guazz. defen. 30. cap. 1. num. 4.* & idem tenent *Vrſell. in exam. apom cunel. 329. num. 60. litera A & Ricc. collect. 1777. ver. amp. in 3,* allegantes *Capic. deciſ. 145.* qui tamen de hoc nec verbum quidem, & ita ſentit *Farin. de indic. et tortu. quæſt. 39. num. 12.* & tenet *Scac. de iudic. lib. 1. cap. 97. num. 83.* ad quem locum ſe refert idemmet *Scac. de appellat. quæſt. 17. limit. 47. memb. 1. num. 146.*

15 Quando verò reus poſſit torqueri pro præciſa reſponſione habenda, ſi in ſecundo, vel vlteriori Conſtituto ſe referat ad primum examen, tradunt *Vulpel. conſ. 24. num. 8. Baiar. ad Clar. quæſt. 45. n. 45. Cartar. in pract. inter. reo. lib. 3. cap. 2. num 83. et ſeq. Scac. de iudic. lib. 1. cap. 86. num. 47. Ambr. in proceſ. infor. lib. 2 cap. 7. num. 13. & Guazzin. d. defenſ. 20. cap. 10. num. 5.* ipſos conſulas,

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quòd reus recuſans Iudici reſpondere poteſt ad id cogi per torturā adde *Scialo. in prax. torq. reos d. cap. 6. num 52.* qui *num. 53.* dicit hoc procedere quando reus poteſt alias torqueri pro principali delicto, alias ſolum cogi poteſt ad reſpondendum mulcta indicta, vel captis pignoribus, vti habetur etiam *hic num. 6.*

N. 9. Vbi habetur, quod reus pro præciſa reſponſione habenda poteſt torqueri ſi præcedant indicia ſufficientia ad illum conſtituendum adde, quicquid male voluerit *Scialo. in prax. torq. reos d. cap. 6. num. 54.* requirens ad d. effectum indicia ad torturam, cum ſolam authoritates ab eo adductæ dicant, quod ad torquendum reum pro præciſa reſponſione requiritur diffamatio, vel aliquod aliud indicium loco diffamationis, & de indicijs ad torturam nec verbum quidem, vt ex *Clar. Farinac. et alijs* videre eſt, neque illius ratio eſt vera, quod ad ponendum aliquem inter reos requirantur indicia ad torturam, non ſufficiant leuiora, vt probaui ſupra in *verbo Index Reſol. 9. num. 4.* & in verbo *Inquiſitio Reſol. 2. num. 4.*

Dum vero ad d. effectum *ibi num. 55.* requirit, conſtare debere de corpore delicti, & quod tortura ſit moderata verū dicit, vt probant *Doctores hic per me adducti num. 10. et 11.*

SVMMARIVM.

1 *Homicidio à pluribus in rixa commiſſo, ſi ignoretur quis vulnerauerit, & occiderit, poſſunt omnes rixantes torqueri ad eruendam veritatem, quis nam vulnerauerit, vel occiderit.*

Debet tamen Iudex in d. caſu torturam incipere à magis ſuſpecto, num. 2.

Etiam data paritate indiciorum inter rixantes, num. 3.

Licèt contrarium, quod torqueatur ſolùm ille, qui eſt malæ famæ, non autem omnes rixantes, teneant plures Doct. num. 4.

5 *Homicidio commiſſo in domo, an poſſint torqueri omnes de domo, remiſſiuè.*

RESOLVTIO VII.

Homicidio a pluribus in rixa commiſſo, ſi ignoretur quis vulnerauerit, & occiderit an poſſint omnes rixantes torqueri ad eruendam veritatem.

1 HOmicidio à pluribus in rixa commiſſo, ſi ignoretur quiſnam vulnerauerit, & occiderit, licèt nemò teneatur pœna ordinaria, poſſunt tamen omnes rixantes torqueri ad ſciendum, quis eorum vulnerauerit, & occiderit, vt tradunt *Menoch. de arbitr. caſu 362. ſub num. 20. Baiar. ad Clar. § homicidium num. 122. Cartar. de execut. ſent. capt. bann. cap. fin. num. 246. Farinac. de pœn. temp. quæſt. 96. num. 80. & ſeq. Caball. reſol. crim. caſu 152. num. 13. et ſeq.* qui alios dat concordantes, *Calui. de aquit. lib. 2. cap. 130. num 25. et 26 et Vermigl. conſ. 39. num. 10* & dixi etiam ſupra in ver. *Homicidium Reſol. 6 n. 15.*

2 Amplia primò d. concluſionem, declaratiuè, quòd Iudex torquendo eos, qui in rixa interfuerunt ad effectum ſciendi, quiſnam ex eis vulnerauerit, vel occiderit, debeat incipere torturam à magis ſuſpecto, puta ab eo, qui eſt malæ famæ, vel eſt ſolitus ſimilia committere, & ſimil. vt docent *Auguſt. ad Ang.* 3

ad Ang. de maleſ. in ver. Quod fama publica num. 53. circa medium, Boſſi. in pract. in tit. de homic. nu. 28. Adden. ad Bertaz. conſ. 335. lib. 2. Cartar. de execut. ſent. cap. bann. cap. fin. num. 248. & Baiar. ad Clar. §. Homicidium num. 123.

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt torqueri poſſint omnes rixantes, vt ſupra, etiam data paritate, & æqualitate iudiciorum contra omnes eodem modo militantium, quia adhuc Iudex poteſt contra eos ad torturam deuenire incipiendo tamen torturam à magis ſuſpecto, vt ſupra, vt voluerunt *Adden. ad Bertaz. d. conſ. 335.* qui impugnant *Foller. & Burſat.* contrarium tenentes, latè *Cabal. d. caſu 292. num. 14.* vbi hanc opinionem benè comprobat, & teſtatur, ita ſeruari in practica, vt ibi per eum. & *Baiar. ad Clar. in d. §. homicidium num. 123.* qui pariter dicit, Ita ſeruari in practica, & ita ſentit *Vermigl. conſ. 39. num. 11.*

4 Licèt contrarium, imò non eſſe deueniendum ad torturam contra omnes, qui in rixa, in qua eſt ſecutum homicidium, interuenerunt, quando indicia contra omnes ſunt æqualia, & quando nullus ex eis eſt malæ famæ, nè corpus innocens cruciatur pro nocente, ſed torqueatur ſolùm ille, qui eſt malæ famæ, voluerunt *Marſil. in pract. §. diligenter num. 101. & ſingul. 217. num. 2. Foller. conſ. 137. num. 9. inter conſ. crim. diuer. lib. 1. Burſatt. conſ. 116. num. 11. & ſeq. lib. 3. Bertaz. d. conſ. 135. in prin.* cum quibus pertranſit *Guazz. d. defen. 31. cap. 21. num. 9. circa medium*, ſentiens, illos eſſe pœna pecuniaria mulctandos, & dicens, hoc habere locum, quando quis vulneratus fuit vnico vulnere, ſecùs ſi pluribus vulneribus, vt ibi per eum. nec non *Farinac. de pœn. temp. quæſt. 96. num. 83. & ſeq.* quando vulnera fuerunt minora in numero, quam fuerint vulnerantes, ſecùs ſi vulnera fuerunt æqualia cum vulnerantibus, vel etiam plura, vt ibi per eum latè diſſerentem, & quod non ſit deueniendum ad torturam contra omnes, quando aliquis ex eis eſt magis indiciatus, voluit *Vermigl. conſ. 39. num. 11.* allegans *Caball. vbi ſupra*, qui tamen eius intentionem non benè probat.

5 Quando verò homicidium fuit commiſſum in domo, an poſſint torqueri omnes de domo ad ſciendum, quis homicidium commiſerit, vel vti principales, vel vti veriſimiliter informati, latè tradit *Farinac. de indic. et tortu. quæſt. 52. num. 68. & pluribus ſequen.* vbi plures facit diſtinctiones, & ſatis magiſtraliter loquitur, *& de pæn. temper. dict. quæſt. 96. num. 82. & ſequen.* vbi quid ſi homicidium fuerit commiſſum ex lapide proiecto ex feneſtra alicuius domus, ipſum conſulas, cum noluerim eius ſcripta ſatis diffuſa hic inutiliter referre.

S V M M A R I V M.

1 *Reus, ſi propter dignitatem, vel ætatem torqueri non poſſit, condemnatur in pœnam extraordinariam.*

Contrarium, quod ſit dimittendus ſub cautione, tenent alij, num. 2.

Declara concluſionem procedere tribus concurrentibus, vt num. 3.

R E S O L V T I O VIII.

Reus ſi propter dignitatem, vel ætatem torqueri non poſſit an condemnandus ſit in pœnam extraordinariam.

1 Reus inquiſitus, ſi propter dignitatem perſonæ, ætatem, vel aliud impedimentum, torqueri non poſſit, & contra eum adſint legitima indicia ad torquendum, poteſt condemnari in pœnam extraordinariam pecuniariam, vel exilij, ne remaneat impunitus vt tradunt *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 12. in fin. Farinac. de indic. & tortu. quæſt. 41. in fin. Caball. reſol. crim. caſu 288. num. 19. cent. 3. Guazz. defenſ. 30. cap. 18. num. 6.* & latius *cap. 41. num. 3.* vbi plures dat concordantes *Baiar. ad Clar. quæſt. 61. num. 72. idem Farinac. conſ. 82. num. 5. lib. 1. Hieron. de Ceuallos reſol. crim. 46. num. 2 & Cauale. de Brach. Reg. par. 3. num. 170.* nec non *Fachin. contro. iur. lib. 1. cap. 29. & conſ. 63. nu. 13. lib. 2.* benè declarans, & *P. Dian. in ſum. in ver. Inquiſ. praxis ad torquen. num. 241.*

2 Contrariam tamen opinionem, quod imò in d. caſu reus indiciatus non ſit condemnandus aliqua pœna extraordinaria, ſed ſit dimittendus, vel ſub fideiuſſione, vel ſimpliciter, donec appareat ex probationibus fortè emerſuris, ipſum eſſe innocentem, vel culpabilem, cum, quando indicium eſt dubitatum, quia delictum poteſt eſſe à ſuſpecto commiſſum, & non commiſſum, non ſit locus condemnationis, ſed melius ſit impunitum relinquere facinus nocentis, quam innocentem condemnare, tuetur *Cirlae. contro. 106. num. 18.* vbi dicit, contrariam opinionem non eſſe tutam, & hanc eſſe probabilem, vt ibi per eum.

3 Declara d. concluſionem, vt habeat locum tribus concurrentibus, primò, quòd conſtet de priuilegio, ſecundò quòd caſus ſit de grauibus, & atrocibus, & tertiò, quòd veriſimile ſit, quòd haberi non poſſint aliæ probationes, quia, ſi dubium ſit, an alia indicia haberi poſſint durante d. ſpe non eſt deueniendum ad pœnam extraordinariam, vt declarat *Cauale. de Brach. Reg. d. par. 3. num. 271.* quem referendo ſequitur *Guazz. d. defen. 30. cap. 41. in fin.*

A D D I T I O.

N. 1. Vbi habetur, quod reus, qui propter dignitatem, vel ætatem torqueri non poteſt licet indiciatus condemnari debet in pœnam extraordinariam adde *Scialo. in prax. torq. reos cap. 13. in fin.*

S V M M A R I V M.

1 *Tortura inferri non poteſt non præcedentibus legitimis indicijs.*

A tortura enim non eſt inchoandum, num. 2.

Et indicia

Et indicia debent eſſe grauia, vrgentia, clara, non leuia, & vt num. 3.

Et quænam dicantur ſufficientia, remittitur arbitrio Iudicis, num. 4.

Et debent eſſe plura, quia vnum non eſt ſufficiens, num. 5.

Et debent eſſe plenè probata per duos teſtes, num. 6.

Et concluſio procedit etiam in territione, quæ requirit legitima indicia, num. 7.

Licèt contrarium in territione teneant aliqui Doctores, num. 8.

Et indicia legitima requiruntur etiam in atrociſſimis, num. 9.

Licèt contrarium teneant Doct. aliqui num. 10.

Et indicia requiruntur, etiamſi Iudex habeat amplum arbitrium, num. 11.

Et Princeps non poteſt mandare, reum torqueri ſine indicijs, num. 12.

Ita vt confeſſio extorta non præcedentibus legitimis indicijs non valeat, num. 13.

Et concluſio procedit etiam in delictis occultis, & difficilis probationis, num. 14.

Licèt contrarium teneant aliqui, num. 15.

Fallit concluſio in reo recuſante Iudici reſpondere, vel non præciſè, num. 16.

Et in caupona, cuſtode bonorum, & ſimilium, num. 17.

Et fallit etiam in ſimulante furorem, nu. 18.

Et in occidente ſinè cauſa, qui poteſt torqueri ad indicandum mandantem, num. 19.

Et in bannito in contumacia comparente ad ſe defendendum, num. 20.

21 *Iudex indebitè, & ſinè indicijs torquens, quando, & qua pœna puniatur, remiſſiuè.*

RESOLVTIO IX.

Tortura an poſſit inferri non præcedentibus legitimis indicijs.

1 TOrtura inferri non poteſt non præcedentibus legitimis indicijs l. 1. §. 1. ff. de quæſt. & ita dunt Rolan. conſ. 12. num. 31. lib. 1. vbi teſtatur de magia communi Doct. opinione, & valdè inuehit contra Iudices contrarium facientes, Clar. in pract. § fin. quæſt. 64. ver. dixi etiã &c. & ver. dixi quoque &c. vbi admonet Iudices, nè aliquem tormentis ſubijciant non præcedentibus legitimis indicijs, Hond. conſ. 100. num. 5. & conſ. 107. num. 23. & ſeq. lib. 1. Cartar. in pract. inter. reo. lib. 4. cap. 1. num. 51. vbi dicit, hanc eſſe communem Doctorum ſententiam, plenè Farinac. de indic. & tortu. quæſt. 37. num. 1. vbi alios dat concordantes, & conſ. 76. num. 21. & conſ. 83 num. 3 lib. 1. vbi dicit, Iudicem non poſſe torquere, etiam quòd proprijs oculis viderit, aliquem delinquere, & idem dicit Vermigl. conſ. 15. num. 3. Moroc. conſ. 17. num. 6. Guazz. defen. 30. cap. 4 num 3. qui pariter alios recenſet, ita ſentientes, Caren. de Offic. S. Inq. par. 3. tit. 10. num. 10 & ſeq. vbi dicit, Iudicem non poſſe reum torquere ex propria conſcientia, Ant. de Ball. tract. crim. lib. 1. quæſt. 4. in prin. & Zuff. de legit. proc. crim. quæſt. 80. num. 17. & dixi ego alleg. foren. 84 num. 2. et alleg. 90. num. 2.

2 A tortura enim non eſſe inchoandum, dicit I.C. in l. 1. ff. de quæſt. & vbique exclamant Doctores, & præcipuè Clar. in d. qu. 64. d. ver. dixi etiam, &c. Maſc. de prob. concl. 353. nu. 4. lib. 1. Farinac. d. quæſt. 37. num. 2 vbi alios recenſet ſectatores, & Caren. d. par. 3. tit. 10. num. 8. cum tortura res fragilis ſit, & fallax, periculoſa, & quæ veritatem fallit d. l. 1. § quæſtionem, & ibi Gothofr. in not. ff. de quæſt. Gillauſc. in arbo. iudic. crim. cap. 6. par. 7. in prin. num. 6. & Carena d. tit. 10. num. 9.

3 Amplia primò d. concluſionem, quòd indicia, vt dicantur legitima & ſufficientia ad torturam, debeant eſſe grauia, veriſimilia, vrgentia, clara, probabilia, non leuia, non dubia, non æquiuoca, cum agatur de vita hominis, ita vt Iudex ſit ita certus de delinquente, vt ſola illius confeſſio deficere videatur, vt poſt Farinac. Eugen. Cittac. Ant. de Ball. & Vermigl. per me relatos probaui ſupra in verbo Indicium ad torturam Reſolut. 7. num. 1. & ſeq. & dixi etiam Reſolut. foren. 90. num. 22. & ſequen. & allegat. 94. num. 10.

4 Declara d. primam ampliationem, quod cum in iure expreſſum non ſit, quænam indicia dicantur ſufficientia ad torturam, & cum de hoc certa doctrina dari non poſſit, Iudicis prudentis arbitrio remiſſum ſit, quænam indicia dicantur ſufficientia, & legitima ad torquendum reum, ita vt illa dicantur Iudici arbitraria, vt docent Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 13. ſub num. 13. Clar. in pract. § fin. quæſt. 20. poſt prin. vbi dicit, ita omnes ſentire, & quæſt. 64. d. ver. Dixi etiam &c. Menoch. de arbitr. caſu 270. num. 3. & 4. Pegue. deciſ. crim. 17. num. 9. & 10. Cartar. in prac. inter. reo. lib. 4. cap. 1. num. 57. plenè Farin. de indic. & tortu. d. quæſt. 37. num. 192. & ſeq. vbi plures dat concordantes, & dicit, Iudicis arbitrium non debere eſſe liberum, ſed à iure, & à doctrinis approbatis Doctorum regulatũ, & Iudicem arbitrari debere, vti bonum virum, vt ibi per eum, qui magiſtraliter docet, quomodo d. arbitrium ſit practicandum, latè Guazz. defen. 30. cap. 4. nu. 10. & ſeq. vbi dicit, d. Iudicis arbitrium verſari circa indicia facti, non iuris, vt ibi per eum, Ambr. in proc. infor. lib. 4. cap. 1. n. 15. & Carena de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 10. num. 19. & 20. qui pariter dicit, d. arbitrium eſſe debere regulatũ ex ſententijs, & dictis Doctorum, addo Ant. de Ball. trac. crim. lib. 1. quæſt. 4. num. 9. & 10. et P. Diana in ſum. ver. Inquiſ. iuriſd. quoad torturam num. 106.

5 Amplia ſecundo d. concluſionem, quod indicia ad torturam inferendam, vt dicantur ſufficientia, debeant eſſe plura, & vnum non ſufficiat, quod an verùm ſit, & quando habeat locum, dixi latiùs ſupra in ver. Indicium ad torturam. Reſol. 1. num. 1. & ſeq. ibi videas.

6 Amplia tertio d. concluſionem, vt indicia, vt dicantur ſufficientia ad torturã, debeant eſſe plenè, & con-

& concludenter probata in genere ſuo per duos teſtes, de quo pariter dixi ſupra in ver. *Indicii ad torturam Reſol.* 4. *&* 5. *per tot.* ibi videas, cum noluerim hic eadem inutiliter replicare.

7 Amplia quartò d. concluſionem, vt habeat locũ etiam in territione, & in leui tortura, quæ neq; reo inferri poteſt non præcedentibus legitimis indicijs, cum metus torquendi æquiparetur torturæ, vt voluerunt *Marſil. in prac.* §. *expedita num.* 2. *& ſeq. Gram. conſ.* 15. *num.* 6. *& ſeq. Peſonal. de indic. & tor. in prin. et nu.* 73. vbi teſtatur de communi opinione, *Maſc. de prob. conſ.* 353. *num.* 14. *lib.* 1. plenè *Farinac. de indic. & tort. d. qu.* 37. *n.* 96. *& ſeq.* vbi dicit, hanc eſſe magis communem Doct. opinionẽ, alioſq; plures dat concordantes, qui poſtea admittit territionem verbalem, quando Iudex habet vehementem opinionem, quod aliquis ſit reus, non autem territionem realem quæ conſiſtit in ducendo reum ad locum torturæ, ipſumq; ſpoliando, & ligando, niſi tamen Iudex haberet aliqua indicia, licèt non plena, ſed leuiora, vt ibi per eum, *& conſ.* 99. *nu.* 28. *lib.* 1. *Guazz. defen.* 30. *cap.* 4. *n.* 5. *Ant. de Ball. tract. crim. lib.* 1. *quaſt.* 4. *nu.* 12. *& ſeq.* vbi dicit, hanc ampliationem veriorem, plures adducit, ita ſentientes, & ex leuibus indicijs non poſſe reum neq. leuiter torqueri, vt ibi per eum, & concordat *Maur. Burg. de modo proc. ex abrup. qu.* 100. *num.* 148. *& ſeq. Ciriac. contro.* 80. *num.* 7. vbi loquitur etiam in delictis occultis.

8 Licèt contrarium, imò Iudicem, qui non poteſt torquere reum ex defectu Indiciorum poſſe tamen illum terrere, cum leuis tortura non dicatur tortura, tenuerint *Bald. in l.* 2. *num.* 4. *&* 5. *C. quorum appell. &c. Brun. de indic.* 2. *par. quaſt.* 8. *num.* 8. *Clar. in pract. d. quaſt.* 64. *ver. nunc de gradibus &c.* & alij relati per *Farinac. in d. quaſt.* 37. *nu.* 98. *& ſeq.* contra quos adeſt verior, & magis communis opinio, de qua ſupra.

9 Amplia quintò d. concluſionem, vt habeat locum etiam in atrociſſimis, in quibus non poteſt deueniri ad torturam contra reum legitimis non præcedentibus indiciis, vt adnotarunt *Rolan. conſ.* 12. *nu.* 33. *&* 89. *lib.* 1. vbi teſtatur de communi opinione *Clar. in pract. d. quaſt.* 64. *ver. dixi etiam in fin.* licèt contrarium dicat obſeruari Mediolani in loco infra allegando *Cartar. in prac. inter. reo. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 52. vbi pariter teſtatur de communi opinione, late *Farin. de indic. & tortu. quaſt.* 37. *nu.* 79. *et ſeq.* vbi hanc opinionem, dicit, eſſe magis communem, & probabiliorem, & ſolùm in atrociſſimis poſſe Iudicem grauiùs torquere, vt ibi per eum contrariis etiam reſpondentem, *& conſ.* 16. *num.* 21. *& conſ.* 20. *num.* 8. *& conſ.* 56. *num.* 21. *lib.* 1. *et de hæreſi qu.* 185. *nu.* 121. *& ſeq. Hond. conſ.* 107. *ſub nu.* 7. *lib.* 1. plenè *Guazz. d. defen.* 30. *cap.* 4. *num.* 8. vbi plures dat concordantes, & loquitur in aſſaſſinio, in crimine læſæ maieſtatis. & ſimil. & contrariis reſpondet, *& Carena de Offic. S. Inqu. par.* 3. *tit.* 10. *nu.* 11. vbi dicit, hanc ampliationem habere locum, etiam in crimine hæreſis, & in Tribunali S. Officij, *& d. tit.* 10. *num.* 118. *& P. Delr. diſquiſ. magic. lib.* 5. *in* 2. *append. quaſt.* 21.

10 Licèt contrariam opinionem, imò in atrociſſimis poſſe deuenire ad torturam ex non ſufficientibus indicijs, cum in eis liceat iura tranſgredi, voluerint *Menoch. de arb. lib.* 1. *quaſt.* 84. *num.* 9. & ita practicari Mediolani, dicat *Clar. in pract.* §. 1. *ver. ſunt etiam &c. in fin. Maſc. de prob. concl.* 1385. *num.* 13. *& ſeq. lib.* 3. & alij, quos refert, & ſequitur *Ant. de Ball. tract. crim. lib.* 1. *quaſt.* 4. *num.* 14. contra quos adeſt magis communis Doctorum opinio, de qua ſupra.

11 Amplia ſextò d. concluſionem, vt habeat locum etiamſi Iudex habeat à lege, vel ab homine amplum, ſeù liberum arbitrium in procedendo, & puniendo delicta, qui adhuc non poteſt vigore d. facultatis reum torquere non præcedentibus legitimis indicijs, cum d. arbitrium regulandum ſit à iure, vt tradunt *Decian. tract. crim. lib.* 7. *cap.* 46. *n.* 1. *in fin. Clar. in pract. d. quaſt.* 64. *ver. dixi etiam &c. Menoch. de arbitr. dict. lib.* 1. *quaſt.* 84. *in princ.* vbi teſtatur de communi opinione *Maſcar. de prob. d. concl.* 1385. *num.* 5. *Cartar. in prac. inter. reo. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 53. *Hond. conſ.* 100. *num.* 5. *et conſ.* 102. *num.* 8. *et ſeq. lib.* 1. latè *Farinac. de indic. & tortu. dict. quaſt.* 37. *num.* 71. *et ſeq.* vbi alios dat concordantes quamplures, & plenius docet *Guazz. d. defen.* 30. *cap.* 4. *num.* 4. vbi plures refert ita ſentientes, *Scac. de indic. lib.* 1. *cap.* 97. *ſub num.* 88. *& Ant. de Ball. tract. crim. lib.* 1. *quaſt.* 4. *poſt prin.*

12 Amplia ſeptimò d. concluſionem, vt neque Princeps poſſit mandare, quod reus torqueatur non præcedentibus legitimis indicijs, ita vt, ſi id mandet, Iudex non teneatur illi obedire, vt not. *Gram. voto* 32. *num.* 6. vbi teſtatur, ita ipſum reſpondiſſe D. Cardinali Columnæ Proregi Neapolitano, *Clar. in pract. d. quaſt.* 64. *ver. dixi quoque &c.* vbi dicit, ita reſpondiſſe Aff. ic. Regi Federico, *Cartar. in pract. inter. reo. lib.* 4. *cap.* 1. *ſub num.* 53. *Farinat. de indic. et tortu. d. quaſt.* 37. *num.* 74. *et ſeq.* vbi alios dat concordantes, & dicit, ita mandaſſe Sixtum V. in illa grauiſſima cauſa ſubtractionis anuli Piſcatoris, *et conſ.* 69. *num.* 39. *lib.* 1. *Card Tuſch. pract. concl. litera T. conſ.* 319. *num.* 8. *et ſeq.* vbi dicit, quòd id multò minùs mandare poteſt Cardinalis Legatus, *et num.* 10. *Guazz. d. defen.* 30. *cap.* 4. *n.* 4. *ver. imò nec etiam, etc.* vbi quamplures adducit, ita ſentientes, *Scac. de indic. d. lib.* 1. *cap.* 97. *ſub nu.* 88. *et Ant. de Ball. tract. crim. d. lib.* 1. *quaſt.* 4. *nu.* 5. *et ſeq.* vbi contrarium videtur admittere, quando Princeps id mandaret in cauſa vrgentiſſima, & cũ conſilio Procerum, vt ibi per eum, cum quibus pertranſit. *Caren. de Offic. S. Inq. d. par.* 3. *t.* 10. *n.* 118.

13 Amplia octauò d. concluſionem, vt confeſſio extorta à reo per Iudicem in tortura non præcedentibus legitimis indicijs, vel cum indicijs non legitimis, nihil valeat, & confitenti non præiudicet ad tex. in *l.* 1. §. *Diuus Seuerum ff. de quaſt. Giouagno. conſ.* 28. *num.* 30. *lib.* 1. de qua materia cum ego dixerim latè ſupra in ver. *Confeſſio Reſol.* 2. *n.* 1. 2. *et per tot.* hic nolo illam repetere, videas ibi.

14 Amplia nonò d. concluſionem, vt habeat locum

etiam in delictis occultis, & difficilis probationis, in quibus reus torqueri non poteſt non præcedentibus legitimis indicijs, licèt in ijs leuiora ſufficiãt, quàm in alijs delictis ob difficultatem probationis, vt tradunt *Clar. in pract. §. quæſt. 64. num. 6. Farinac. de indic. et tortu. d. quæſt. 37. num. 151. & ſeq.* vbi dicit, in delictis occultis requiri indicia, vt reus poſſit torqueri, ſed in illis ſufficere leuiora indicia, & illa dici legitima, & teſtatur de magis communi Doctorum opinione, *& conſ. 20. nu. 8. lib. 1.* cum quibus pertranſit *Guaz. d. defen. 30. cap. 4. n. 9.* vbi alios dat concordantes, nec non *Caren. de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 10. ſub num. 118.*

15 Quicquid contrarium, imò in delictis occultis, & difficilis probationis poſſe contra reum deueniri ad torturam etiam abſque indicijs, dixerint *Gram. conſ. 40. num. 7. Gigan. de crim. læſæ maieſt. lib. 2. tit. quomodo, & per quos crim. læſæ maieſt. prob. qu. 26. num. 2. & Deci. conſ. 18. num. 54. lib. 1.* quos refert *Farinac. d. quæſt. 37. num. 151.* contra quos adeſt magis communis opinio Doct. de qua ſupra.

16 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in reo recuſante reſpondere Iudici illum interroganti negatiuè, vel affirmatiuè, ſeù præcisè, quia ad id cogi poteſt per torturam ſine alijs indicijs, vt latè probaui ſupra *Reſolut. 6. per tot. in hoc ver. Tortura*, vbi plenè hanc materiam declaraui, videas igitur ibi cum ſuperfluum iudicauerim, illam hic iterùm repetere.

17 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in cuſtode bonorum Cauponæ, & eius famulis, qui, ſi ſint viles perſonæ, & malæ famæ, poſſunt torqueri ſuper furto facto in caupona, ſeù de bonis, quorum eſt cuſtos, vt tradunt *Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 37. num. 156. et ſeq.* vbi benè declarat, & alios dat concordantes quamplures, *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 1. quæſt. 4. num. 7. & 9. Carena de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 10. num. 123.*

18 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum in ſimulante furorem, quem ideò poſſe torqueri, cenſuit Senatus Sabaudiæ apud *Fabr. in Codic. lib. 9. tit. 21. diffin. 1.* quem referendo ſequitur *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 10. num. 129. ver. prout idem &c.*

19 Limita quartò d. concluſionem, vt non habeat locum in vulnerante, ſeù occidente aliquem, cum quo nullam cauſam habebat occidendi, ſeù vulnerandi, quia cùm nemo præſumatur delinquere ſinè cauſa, ex d. inuериſimilitudine oritur præſumptio contra eum, quod id fecerit de mandato alterius, ita vt poſſit per Iudicem interrogari in genere, & etiam torqueri, vt indicet, ad cuius inſtantiam occiderit, ſeù vulnerauerit, vt docent *Boſſ. Peguer. Clar. Rolan. Farinac. Cartar. & Zuff.* in loc. per me relatis ſupra in ver. *Mandatum Reſol. 4. nu. 1. 2. & 3.* vbi pleniùs egi de materia huius quartæ limitationis, videas ibi.

20 Limita quintò d. concluſionem, vt non habeat locum in bannito in contumacis, qui, ſi compareat ad ſe defendendum, & purgandum contumaciam in tempore ſibi a Statuto conceſſo, torqueri poteſt ſinè alijs indicijs ex præſumptione ex banno, & contumacia contra eũ inſurgente, de qua materia dixi ſupra in ver. *Reus Reſ. 8. per tot.* illuc confuge.

21 Quando vero Iudex indebitè aliquem torquens & ſic non præcedentibus legitimis indicijs, teneatur in ſindicatu, & quam pœnam incurrat, præcipue ſi id fecerit de mandato Principis, latè tradit *Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 37. num. 74. et ſeq.* & latiùs *num. 111. & plur. ſeq. Guazzin. defenſ. 30. cap. 42. per tot. Scac. de iudic. lib. 1. cap. 97. ſub nu. 181. & Ant. de Ball. tract. crim. lib. 1. quæſt. 4. num. 13. & ſeq. & lib. 2. q. 19. n. 10. & ſeq.* ipſos conſulas.

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod tortura non poteſt inferri non præcedentibus legitimis indicijs adde *Scialo. in prax. torqu. reos, cap. 3. num. 2.* qui num. 10. dicit, neque reum poſſe terreri referendo, ſe ad *Farinac. & Guazzin. in loc. hic adduct. num. 7. & num. 4. & ſeq.* dicit, neque id fieri poſſe in atrociſſimis, vt habetur *hic num. 9. & num. 10* dicit, id pariter fieri non poſſe, etiamſi Iudex habeat arbitrium, vt habetur *hic num. 11.* & quod Princeps non poteſt mandare contrarium, vt ibi per eum *num. 13.* & habetur etiam *hic num. 12.*

N. 13. Vbi habetur, quod confeſſio extorta à reo in tortura non præcedentibus legitimis indicijs confitenti non nocet adde *Scialo in d. cap. 3. num. 17. & ſeq.* vbi altàs facit illationes, & alios dat concordantes.

N. 14. Vbi habetur, quod neque in delictis occultis poteſt reus torqueri ſine legitimis indicijs, licet ſufficiant leuiora, adde idem ſentientem *Scialo in prax. torq. reos d. cap. 3. num. 9. & in prax. for. iudicat. cap. 4. num. 98.*

N. 21. Vbi quæritur, qua pœna puniatur Iudex, qui aliquem indebitè torturæ ſubiecit adde Vide *Scialo. in prax. torq. reos cap. 12. per tot.* vbi alios adducit ita ſentientes.

SVMMARIVM.

1 *Tortura illata principali, qui fuit negatiuus, ſuffragatur etiam imputatis de auxilio, ope, vel fauore.*

Quod procedit etiam in ſocio criminis ad fauorem complicis, num. 2.

Et in teſte torto in alium, num. 3.

Et in mandatario, qui, ſi ſit negatiuus, prodeſt mandanti, num. 4.

5 *Et ſententia condemnatoria, vel abſolutoria, quando noceat, vel proſit alteri remiſſiuè.*

RESOLVTIO X.

Tortura illata principali, qui fuit negatiuus an ſuffragetur etiam imputatis de auxilio, vel fauore.

1 TOrtura illata principali, qui fuit in illa negatiuus, ſuffragatur etiam alijs imputatis de auxilio, ope, vel fauore, ita vt purgatis indicijs contra principalem intelligantur etiam purgata indicia circa acceſſoria ad fauorem aliorum, vt tradunt *Deciar. conſ. 93. num.*
2 *117. & ſequen. lib. 2. Simon. de Præt. conſ. 64. num. 13.*

num.13.& ſeq.& conſ.191.num.2. Menoch.de arb. caſu 351. num.12. & ſeq. Batar.ad Clar. quaeſt.88. num.6.Guazzin. defen.19. cap.18. num.1. in fin. & defen.10.cap.40.n.1. ver.quae opinio,&c. & Giurb. conſ.87.n.4. & dixi ſupra in ver. *Reus Reſol.5. n.2.*

Vbi enim dicimus, non deliquiſſe principalem, eò minùs dici poteſt deliquiſſe acceſſori., vt poſt *Bar. conſ.199.in prin.par.1.Crau.conſ.119.n.12.Farinac. de inquiſ.qu.3.nu.4.et Mari. Anton.reſol.26.nu.10. lib.3.* per eum relatos firmat *Giurb. d.conſ.87.n.3.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt tortura illata ſocio criminis, qui in illa permanſit negatiuus, purget indicia non ſolum contra ipſum, ſed etiã contra complices illius, ſi qui adſint, vt not. *Farin.de indic.& tortu.quaeſt.43.num.10.et ſeq.et conſ.161. n.1.et 2.lib.2.* qui loquitur in ſocio excuſpãte ſociũ in tortura. & in his terminis *conſ.138. nu.21. Ant. Part.poſt d.conſ.183.n.12.& Giurba d.conſ.87. n.4.* & dixi ſupra in d.ver. *Reus Reſol.5. num. 2.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem in teſte torto in alium, vt ſuffragetur tertio, vt probat *Simo.de Prat.conſ.104.num.42.et ſeq.* quem referendo ſequitur *Guaz.d.def.30.cap.10.n.1.ver. Ac etiam &c.*

4 Amplia tertiò d. concluſionem, vt tortura illata mandatarijs proſit etiam mandanti, ſi illi in tortura fuerint negatiui *l.1. §. ſi quis vltrò, ff. de quaeſt.* & ſcripſerunt *Farinac. conſ. 130. num. 14. lib. 2. Giurba d. conſ. 87. num. 4. et Vermigliol. conſ. 35. num. 4. et conſ.97. num. 10.*

5 Quando verò ſententia abſolutoria, vel condemnatoria lata ad fauorem vnius proſit, vel noceat alteri praecipuè in delictis connexis, vt in principali, & auxiliatore, in mandatario, & mandante, adultero, & adultera, & ſimil. tradit *Giurb.d.conſ. 87. n.3.* vbi tenet pro negatiua, & ego dixi ſupra in ver. *Abſolutio Reſol. 2. num. 1. & ſeq. et in ver. Mandatum Reſol.5.per tot.* videas ibi.

S V M M A R I V M.

1 *Tortura inferri poteſt in omnibus delictis, in quibus imponitur poena corporalis.*

Contrarium, quòd illa non poſſit inferri, niſi in delictis, in quibus imponitur poena vltra relegationem, tenent plures Doct. num. 2.

Ita vt tortura non inferatur in delictis leuibus, vbi poena eſt pecuniaria, num. 3.

Licèt contrarium teneant plures Doct. num.4.

Neq; vbi imponitur poena duorum fuit ictuum, num. 5.

Infertur tamen tortura in cauſa ciuili habente crimen annexum, num. 8.

6 *Delicti grauitas, vel leuitas cognoſcitur ex qualitate poenae.*

Licèt hoc remitti Iudicis arbitrio, voluerint aliqui. num. 7.

9 *Tortura non infertur in delictis, pro quibus poena eſt arbitraria.*

Declara, num. 10.

RESOLVTIO XI.

Tortura an inferri poſſit in omnibus delictis, in quibus imponitur poena corporalis.

1 TOrtura inferri poteſt in omnibus delictis, in quibus imponitur poena ſanguinis, vel alia corporalis, vt tradunt *Clar.in pract.§.fin quaeſt.64. ver. praeterea debet, &c.* vbi dicit, hoc communiter ſeruari, & ita iudicarunt ſex Doctores Gerunden. apud *Peguer. deciſ. 16. num.6.* contra votum ipſius *Peguer.* vbi agebatur de poena corporali fuſtigationis, *Cabal.reſol.crim. caſu 28.num.12.& ſeq.cent.1.* latè comprobans, & dicens, ita vidiſſe millies obſeruari, & contrariam opinionem, quod tortura non poſſit inferri, niſi in delictis à relegatione ſupra, eſſe falſam de iure communi, *Farinac. de indic.& tortu.quaeſt.38. num.6.* vbi alios dat concordantes, & teſtatur de communi opinione, *quaeſt.42.n.3.* vbi pariter hanc opinionem dicit communem, & illam eſſe ſine contradictore, *& conſ.70.num.14.lib.1.Cartar.in prac. inter.reo.lib.4.cap.1.num.17.et ſeq.* benè comprobans, per *Guazz.d.defen.10.cap.3.num.2.* vbi quamplures adducit, ita ſentientes, & exemplificat in poena fuſtigationis, perforationis linguae, & relegationis. vt ibi per eum, *Ant.de Ball.tract.crim. lib. 4. quaeſt.5. num. 16.* vbi dicit, ita communiter obſeruari, *Ambr.in proc.infor.lib.4.cap.1.num.9. et Giurb.* qui loquitur de poena triremium *conſ.37. num. 10.et conſ 14. num. 14.*

2 Licèt contrarium, quòd imò tortura inferri non poſſit, niſi in iis delictis, pro quibus imponitur poena vltra relegationem, teneurint *Foller.in prac. in prima par. 2 par. in ver. Rei indurati torqueantur num.12.& ſeq.in ver. & ſi confitebuntur num. 61. Peguer.d.deciſ.16.num 2.Mar.Burg.de modo proc. ex abrup.quaeſt. 100.n.1.& 2.Giurb. conſ.37.nu.10. & conſ.71.num. 6.& Vermigl.d. conſ.81.num. 10.* qui tamè ſe omnes loquũtur de iure Regni Neapolitani, ita vt illorum opinio non ſit extendenda extra d. Regnum, & contra communem, & practicatam opinionem, de qua ſupra.

3 Amplia primò d. concluſionem illatiuè, vt tortura inferri non poſſit in delictis leuibus, in quibus venit imponenda poena pecuniaria, vel exilii, praecipuè infra quinquennium nè modus probandi delictum habeat plus acerbitatis, & vindictae, quàm ipſa poena principalis, & nè medium ſit aeſtius quã finis, vt not. *Ant. Gomez var. reſol. tom.3. cap.13. num. 2. Clar. in pract.d.quaeſt.64. ver. praeterea debet &c.Crauet.conſ.137.num.11.* vbi dicit, ita ſeruari in Curia Delphinatus *Franc. Becel.conſ. 67. num.25.lib.1. Cartar.in prac.inter.reo.lib.4.cap.1. nu. 17. & plur.ſeq.* vbi plures dat concordantes, latè *Farinat.de indic.d.quaeſt.42.num.9.et plur.ſeq.* vbi alios adducit, ita ſentientes, hanc ampliationem benè comprobat, & dicit, illam eſſe veriorem, magis communem practicatam, & probabiliorem

& Iudi-

& Iudices, qui contrarium ſeruarunt, fuiſſe grauiter reprehenſos, & Doctoribus de contraria conſuetudine teſtantibus non credi extra eorum Curiam, & conſ. 70. num. 33. & ſeq. lib. 1. vbi hoc extendit, etiamſi agatur de pœna infamiæ, & conſ. 125 n. 15. lib. 2. *Aldon. conſ. 26. n. 59.* dicens, hoc eſſe nimis iniquum plenè *Guazz. d. defen. 3. cap. 3. nu. 3.* vbi quamplures dat concordantes, & admonet Iudices, ne contrarium faciant, ſi Deum timeant, & num. 5. ver. ego autem &c. hanc ampliationem late comprobat, quicquid poſtea dubitet, quando pœna eſſet magna ex *Caball.* quem allegat, & ita ego ſemper ſeruaui, à bonis Iudicibus ſeruatum vidi in Legatione Vrbini,

4 Licèt contrarium, imò de conſuetudine ſolere deueniri ad torturam etiam in delictis leuibus, in quibus imponitur pœna pecuniaria, & alia, quæ non ſit corporis afflictiua, teſtentur *Ludo. commun. concl. de conſuet. concl. 38. num. 106. illat. 1.* dicens; ipſum torqueri feciſſe quendam pro occiſione boum, & ſic pro damno dato, *Cartar. in pract. inter. reo. lib. 4. cap. 1. num. 46. ver. & Senatus &c.* latè *Caball. reſol. crim. caſu 170. num. 6. cent. 2. Caualc. de brach. Reg. par. 3. num. 169. ver. quicquid ſit &c. & num. 260.* vbi loquitur in Supremis Magiſtratibus, & alijs concurrentibus, vt ibi per eum, cum quibus ſcribit *Ambr. in proc. inform. d. lib. 4. cap. 1. nu. 10.* & relati per *Guazz. d. cap. 3. num. 5.* contra quos adeſt verior, & magis communis opinio, de qua ſupra, & cum aſſerta conſuetudo non ſit extendenda ad alia loca, vt not. Doctores ſupra in ampliatione adducti.

5 Subamplia d. primam ampliatione, vt tortura inferri, neque poſſit pro habenda veritate in delictis, pro quibus eſt impoſita tantùm pœna corporalis ductorum ſuu s ictuum, nè grauius ſit medium, per quod peruenitur ad finem, quam ipſe finem, vt docet *Farinac. de var. ac diuer. crim. quaſt. 108. num. 162.* vbi dicit, ita eſſe tenendum.

6 Declara d. primam ampliationem quod leuitas, vel grauitas delicti cognoſcitur ex qualitate pœnæ illi à iure impoſitæ, ita vt, ſi leuis pœna ſit delicto impoſita, leue dicatur delictum, ſi grauis ſit pœna, graue dicatur delictum, & ſi grauiſſima, grauiſſimum ſit delictum, vt declarant *Bran. de indic. & tortu. quaſt. 3. par. 2. num. 4. Sac. Sen. con. 157. n. 5. lib. 2.* dicens, hanc eſſe communem theoricam. *Clar. in pract. q. 1. ver. ſunt autem &c. Odd. de reſtit. in integ. quaſt. 80. num. 10. Farinac de delict. et pœn. quaſt. 18. num. 83. et ſeq.* vbi hoc benè declarat, & *de indic. & tortu. d. quaſt. 42. num. 8.* in quibus locis plures dat concordantes, *Card. Tuſc. pract. concl. litera D. concl. 163. num. 8.*

7 Licèt, quodnam leue, vel graue delictum Iudicis arbitrio eſſe remittendum, voluerit *Menoch. de arb. caſu 267. poſt prin.* qui dat concordantes, leue tamen delictum dicitur proiicere lapides in aliquem, ire de nocte ſinè lumine, delicta commiſſa ſinè dolo, percutere aliquem pugno, furtum in re parua, iniuria verbalis, ſi inferatur vilnuſculum, impingere colaphos, crimen abigeatus, & ſimilia relata per *Iodoc. in pract. cap. 35. num. 5. per Peguer. deciſ. 16. ferè per tot. per Farinac. de indic. & tortu. d. quaſt. 42. num. 7. & d. conſ. 70. num. 34. et per Guazz. d. defen. 30. cap. 3. num. 4.* qui alios dant concordantes.

8 Declara ſecundò d. primam ampliationem, vt
1 non habeat locum in cauſa ciuili habente crimen annexum, puta in cedente bonis ſuſpecto de occultatione bonorum, in hærede ſuſpecto de expilatione hæreditatis, in tutore ſuſpecto de occultatione bonorum pupilli, & præcipuè in mercatoribus decoctis, & ſimil. contra quos poſſe ad torturam deueniri, quando contra eos proceditur criminaliter, & crimen annexum eſt tale, vt in eo de ſui natura reus poſſit torqueri, voluerunt *Caſt. remed. ſubſid. 26. num. 5. Baiar. ad Clar. quaſt. 94. num. 10. & ſeq. Farinac. de indic. & tort. d. quaſt. 42. num. 33. et conſ. 46. num. 18. lib. 1. Ciriac. contro. 326. num. 69. et Guazz. defen. 30 cap. 3. num. 7. & ſeq.* qui prædicta benè declarant, quæ cum longiora ſint, ſufficiat mihi lectorem beneuolum ad illos remittere.

9 Addo pro coronide, quod, licèt torturam inferri non poſſe, quando pœna eſt arbitraria, quaſi d. pœna regulariter continere non debeat corporis afflictionem, voluerint *Gram. conſ. 15. nu. 4. Roller. in prac. in 1. par. 2. par. in ver. Rei indurati torqueantur num. 12. Muſtril. deciſ. 191. num. 34 Ant. de Ball. tract. crim. lib. 4. quaſt. 3. num. 12. Giurb. conſ. 37. num. 10. in fin. et conſ. 91. nu. 19. et Vermigl. conſ. 39. num. 4. et conſ. 81. num. 10.*

10 Declara tamen d. concluſionem, vt non habeat locum, quando ex proceſſu offenſiuo apparēt qualitates adeò aggrauantes delictum pro eo pœnam grauem, & corporalem, quia tunc Iudex benè poteſt vti tortura, vt declarant *Ant. de Ball. trac. crim. lib. 4. quaſt. 5. num. 14. et Maur. Burg. de modo proc. ex abrup. quaſt. 23. num. 286. et ſeq* vbi dicit, idem eſſe è contra, quando ex proceſſu informatiuo apparent qualitates excuſantes delictum graue, ita vt Iudex arbitrari debeat pro eo pœnam leuem, vt ibi per eum,

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod tortura non infertur, niſi in delictis, in quibus imponitur pœna corporalis adde
1 *Scialo. in prax. torq. reor. cap. 1. num. 18.* qui *num. 22.* dicit, quod in Regno Neapolitano tortura infertur pro delicto, pro quo imponitur pœna vltra relegationem, vt habetur etiam *hic num. 2.*

N. 8. Vbi habetur, quod in cauſa ciuili habente crimen annexum eſt locus torturæ adde *Scialo. in d. cap. 1. num. 34.* & quando pœna eſt arbitraria ſi ex circumſtantijs poteſt eſſe locus pœnæ corporali, vt *num. 37.* & habetur *hic n. 10.*

SVMMARIVM.

1 *Tortura ſemel reo illata ampliùs nō eſt repetenda.*

Ita vt confeſſio extorta ex repetitione torturæ non repetendæ ſit nulla, num. 2.

Et neque in teſtibus ſit repetenda, niſi grauia adſint indicia, num. 3.

Repeti

Repeti tamen poteſt, ſi alia ſuperueniant indicia à primis diuerſa, num. 4.

Declara, dummodo indicia, quæ ſuperueniant, ſint diuerſa ſpecie, & re, & ſubſtantia à primis differentia, num. 5.

Ita vt prima indicia, vti eliſa per torturam, non ſit ampliùs attendenda, num. 6.

Et ſecunda indicia debeant eſſe vrgentiora primis, num. 7.

Et tortura poteſt repeti, quando reus non fuit ſufficienter tortus, num. 8.

Quando verò fuerit ſufficienter tortus, remittitur arbitrio Iudicis, num. 9.

Non tamen eſt illa repetenda eadem die, n. 10.

Et non eſt repetenda, niſi per ſecundam vicem, & non vltra, num. 11.

Licèt poſſe repeti vſque ad tertiam vicem, voluerint aliqui, num. 12.

Et poteſt etiam repeti tortura, quando indicia ſunt grauiſſima, & vrgentiſſima, num. 13.

Licèt contrarium teneant aliqui Doct. nu. 14.

Sicuti poteſt repeti, quando reus eſt confeſſus, et negat rit ficare, num. 15.

16 *Tortura ex iuſta cauſa poteſt diuidi per iudicem.*

RESOLVTIO XII.

Tortura ſemel reo illata an poſſit ampliùs repeti.

1 TOrtura ſemel reo illata ampliùs non eſt repetenda, vt tradunt *Foller. in pract. in ver. & ſi confitebuntur in 3. par. ..var. num. 78. Eng. conſ. 76. num. 124. lib. 1.* vbi teſtatur de communi opinione, *Decia. conſ. 93. num. 115. lib. 2. Farinac. de indic. & tortu. quæſt. 38. num. 72. et ſeq.* vbi quàmplures dat concordantes de communi opinione teſtantes, & contrariam conſuetudinem improbat, *& conſ. 60. nu. 35. lib. 1. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 13. ſub num. 26.* vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione, *Cartar. in pract. inter. reo. lib. 4. cap. 1. num. 123.* qui hanc dicit veram, & communem opinionem, *Cæuall. in ſpec. comm. contra commu. quæſt. 618. num. 6.* vbi dicit, quòd hæc opinio eſt magis communis, & tenenda, tatè *Guazz. defen. 30. cap. 23. in prin.* vbi quamplures adducit de communi opinione teſtantes, ampliana, etiamſi Iudex habeat arbitrium, & delictum ſit atrociſſimum, vt ibi per eum, *Gionag. conſ. 28. n. 32. lib. 1. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 2. q. 17. num. 15. & Rot. apud Merlin. deciſ. 446. num. 9. tom. 1.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt confeſſio extorta ex repetitione torturæ, quæ repeti non debeat, non valeat, & confitenti non præiudicet, vt voluerunt *Carer. in pract. in 2. tract. de indic. et tort. §. circa ſextum de repet. tort. num. . Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. d. cap. 13. n. 25. ver. tertiò infero &c. Farinac. de indic. & tortu. quæſt. 38. num. 78. & conſ. 19. num. 12. lib. 1. Guazz. d. defen. 30. cap. 23. num. 5.* ibi alios dat concordantes, *& Adden. ad Ambr. in proc. infor. lib. 4. cap. 4. nu. 6. ver. quintò confeſſio &c.* & dixi ſupra in ver. *Confeſſio Reſolut. 2. in fin.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locũ etiam in teſtibus, contra quos tortura non eſt repetenda, niſi grauia adſint indicia, vel alia indicia ſuperueniant, vt not. *Burſatt. conſ. 216. num. 115. lib. 2.* vbi teſtatur de magis communi opinione, *Baiard. ad Clar. quæſt. 25. numer. 33.* quos refert, & ſequitur *Guazzin. defen. 19. cap. 13. num. 7. Bertaz. conſ. 549. num. 4. lib. 2. Gimba conſ. 23. num. 14. & Vermigl. conſ. 35. num. 5.*

4 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando poſt illatam torturam noua ſuperueniunt indicia, re tamen, & ſubſtantiam à primis differentia, quia tunc non obſtante prima tortura reus poteſt, & debet iterùm torqueri *l. vnius §. 1. ff. de quæſt.* & ſcripſerunt *Menoch. de arbitr. caſu 272. num. 7. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 6. num. 64. Farin. de indic. & tortu. d. quæſt. 38. num. 90.* vbi quamplures dat concordantes, *& conſ. 19. num. 12. lib. 1. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 13. ſub num. 26.* vbi aſſerit ita practicari, *C. ball. reſol. crim. caſu 93. nu. 41. & ſeq. cent. 1. Guazz. d. defen. 30. cap. 23. n. 8. Cartar. in pract. inter. reo. lib. 4. cap. 1. nu. 123. Ambr. in proc. infor. lib. 4. cap. 4. num. 3. & ſeq. Gionagae. d. conſ. 28. num. 12. lib. 1. Carena de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 10. num. 148. T. Delb. in ſumm. in ver. Inquiſ. iuriſ. quæ. d. tortu. nu. 131. & Ant. de Ball. tract. crim. lib. 2. quæſt. 17. num. 1.*

5 Declara d. primam limitationem, vt habeat locum, dummodo indicia, quæ ſuperuenerunt, ſint diuerſæ ſpeciei, & re, & ſubſtantia a primis differentia, vt ſupra, ſecùs tamen eſt, ſi illa eſſent eiuſdem ſpeciei, & prima indicia tantùm corroborarent, quia tunc non dicerentur ſuperuenire noua indicia ſed noua veteris indicij probatio, cum noua indicia dicantur, quæ differunt a veteribus ſpecie, vel ſubſtantia, vt ſi prima indicia erant de mala fama, vel de inimicitia, & poſtea ſuperuenit teſtis de viſu, & ſimilia, vt declarant *Guazz. d. defe. 30. cap. 23. num. 6. Caren. in d. part. 3. tit. 10. nu. 148. & ſeq. Farinac. de indic. et tortu. d. quæſt. 38. nu. 90. & conſ. 110. num. 43. lib. 2. Ant. de Ball. d. quæſt. 17. num. 9.* & poſt *Gaid. de Sazar. Brun. Guazz. Caball. Farinac.* & alios per me adductos declaraui ſupra in ver. *Abſolutio Reſol. 1. num. 2.*

6 Declara d. primam limitationem, vt prima indicia, vti per torturam iam eliſa & expurgata, non ſint habenda amplius in conſideratione aliqua, ſed requirantur noua indicia grauia, & ad torturam ſufficientia, vt tradunt *Vinc. de Franch. deciſ. 177. in fin. Guazz. d. defen. 30. cap. 23. num. 8. Giarb. conſ. crim. 5. nu. 42. Baltaſ. de Angel. & Didac. de Mari. ad Gizzarell. deciſ. 78.* quos refert, & ſequitur *Carena de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 10. num. 150.* & dixi ſupra in d. ver. *Abſolutio Reſol. 1. num. 4.* vbi alios retuli concordantes.

7 Declara tertiò d. primam limitationẽ, vt indicia ſuperuenientia poſt illatam reo torturam, vt operentur repetitionem illius, debeant etiam eſſe vrgentiora primis, vt voluerunt *Gandi, Prac. Papien.*

Brun, Curt, Sen, Auguſt. ad Angel, Marſil, & Cranet. quos refert, & ſequi videtur *Clar. in pract. in d. qu. 64. ver. vltimo videndum &c. circa medium. Cartar. in pract. inter. reo. d. lib. 4. cap. 1. num. 123.* plen. *Farinac. de indic. & tortu. d. quaſt. 38. num. 76.* vbi plures dat concordantes, *et conſ. 130. num. 41. lib. 2. Guazz. d. def. 30. cap. 23. n. 7. et Ant. de Ball. d. q. 17. num. 1. & num. 14.* licèt, imò hoc eſſe remittendum Iudicis arbitrio, dixerit *Carena de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 10. num. 153.*

8 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando reus vigore primorum indiciorum non fuit ſufficienter tortus, ſed tantùm leuiter, quia tunc poteſt iterùm torqueri, & contra eum poteſt tortura repeti, vt tradunt *Pegner. in conſ. 2. num. 130. lib. 2. Farinac. de indic. & tort. d. quaſt. 38. num. 79. et 91. Clar. in prac. d. quaſt. 64. ver. vltimo &c. Ambr. in proc. infor. lib. 4. cap. 4. n. 5. Guazz. d. defen. 30. cap. 23. nu. 9.* qui alios dant concordantes, *& num. 11,* dicit, non eſſe repetendum tormentum vigiliæ, in quo reus ſtetit per notabile tempus, *& Carena de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 10. nu. 154.* nec non *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 2. quaſt. 17. in prin.* vbi dicit, ita ipſum obſeruaſſe in facto, & ita ſentit *Maſſin. de confiſc. bon. quaſt. 1 d. num. 47.*

9 Declara d. ſecundam limitationem quod, quando reus dicatur leuiter tortus, & ſic non purgaſſe omnia indicia, cum in iure non ſit diffinitum, remittitur arbitrio Iudicis, quid arbitrari debet conſiderata qualitate delicti, & indiciorum, fortitudine, vel debilitate rei torti, & ſimil. vt declarant *Farinac. de indic. & tortu. d. quaſt. 38. num. 76. & ſeq.* vbi dicit, non eſſe veram opinionem, quod repetitio torturæ ſit Iudici arbitraria, ſed ſolùm, an reus fuerit ſufficienter tortus, nec nè, vt ibi per eum, *et conſ. 60. num. 35. conſ. 99. num. 9. lib. 1. Menoch. de arb. caſu 273. num. 6. in addit. Eug. conſ. 76. num. 129. lib. 1. Cartar. in pract. inter. reo. lib. 4. cap. 1. nu. 119. et ſeq. Ambr. in proc. infor. lib. 4. cap. 4. nu. 2. et ſeq. et ibi Adden. Guazz. d. defen. 30. cap. 23. nu. 2.* vbi quamplures dat concordantes. *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 2. qu. 17. n. Giouagn. d. conſ. 28. n. 32. lib. 1. Maſſin. de confiſc. bon. d. q. 1. num. 47.*

10 Declara ſecundò d. ſecundam limitationem, vt repetitio torturæ non ſit facienda eadem die, ſed ſeparatis, & interpellatis diebus ſecundùm *Franc. Perſonal. de indic. & tortu. num. 83. Farinac. de indic. et tortu. d. quaſt. 38. num. 103. et ſeq.* vbi dicit, quòd ita ſeruatur, & quod ſi Iudex aliter faceret, malè faceret, & quod Iudex in decreto depoſitionis rei à prima tortura debet apponere clauſulam *animo continuandi torturam*, vt ibi per eum, *Canale. de Bracb. Reg. d. par. 3. num. 137. & Guazz. d. defen. 30. cap. 23. num 11.* nec non *Cartar. in pract. inter. reo. lib. 4. cap. 1. num. 131. Caren. de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 10. num 154. & Antonel. de temp. legal. lib. 4. cap. 20. num. 10.* dicens, tormentum vigiliæ non eſſe repetendum propter eius atrocitatem.

11 Declara tertiò d. ſecundam limitationem, vt tortura in caſu repetitionis non ſit repetenda, niſi per ſecundam vicem, & non vlteriùs, vt voluerunt *Burſatt. conſ. 201. num. 87. lib. 2. et conſ. 326. num. 8. vol. 3. Rim. iun. conſ. 395. num. 42. lib. 4.* quos refert, & ſequitur *Farinac. de indic. et tort. d. quaſt. 38. num. 105.* vbi hanc declarationem bene comprobat, & dicit, ita practicari, *Guazz. d. defen. 30. cap. 23. n. 2. in fin.* vbi dicit, nunquam vidiſſe in Curia Romana ſeruari contrarium, *& cap. ſequen. num. 1. et cap. 28.* vbi hoc extendit, etiamſi procedatur ad torturam ex proceſſu informatiuo ex præheminentia Curiæ, vt ibi per eum, & non diſſentit *Cartar. in pract. inter. reo. d. lib. 4. cap. 1. num. 132. in fin.* addo *Ant. de Ball. tract. crim. d. lib. 2. quaſt. 17. num. 7.* vbi dicit, ita ſeruari in Regno Neapolitano, præterquam in ardua, vt ibi per eum.

12 Licèt ad repetitionem torturæ deueniri poſſe, etiam vſque ad tertiam vicem, & non vltra, maximè ſi procedatur Manu Regia, quando indicia ſunt vrgentiſſima, voluerint Doct. relati *per Farinac. d. quaſt. 38. num. 105. & per Cartar. in d. cap. 1 num. 132. idem Guazz. defen. 21 num. 12.* vbi loquitur, quando proceditur Manu Regia, & ex abrupto, *Ambr. in proc. infor. d. lib. 4. cap. 4. n. 7. Carena d. par. 3. tit. 10. num. 154. Maſſin. de confiſc. bonor. quaſt. 1. num. 49. & Antonell. de tempor. legal. lib. 4. cap. 20. num. 1.*

13 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando indicia ſunt grauiſſima, & vrgentiſſima, quia tunc, cum per primam torturam illa non cenſeantur purgata, & ideò Iudex poteſt ad illius repetitionem deuenire, & reum iterùm torquere etiam alijs non ſuperuenientibus indicijs, iuxta theoricam *Bar. in l. vnius 18 §. 1. num. 2. ff. de quaſt.* quem ſequuti ſunt *Clar. in pract. d. quaſt. 64. ver. debet igitur, &c.* vbi teſtatur de communi opinione, & quòd ita ſeruant boni Aſſeſſores, *Bertaz. conſ. 320 nu. 6. & 7. et conſ. 474. nu. 21. lib. 2. Cartar. in pract. inter. reo. lib. 4 cap. 1. num. 119. & ſeq. Farinac. de indic. & tortu d. quaſt. 38. num. 79. & ſeq.* vbi hanc opinionem dicit magis communem eſſe, & magis receptam, & ab illa non eſſe recedendum, pluresq; refert ita ſentientes, *Guazzin. d. defen. 30. cap. 23 num. 2* nec non *Carena de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 10. nu. 154.* vbi limitat, niſi reus ſit multùm debilis, vt ibi per eum, *Rot. apud Merlin. dec. 446. num. 9. par. 1.*

14 Licèt contrarium, imò torturam repeti non poſſe ex quibuſcunq; indicijs etiam vrgentiſſimis, voluerint *Boer. deciſ. 167. num. 12. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 13. ſub num. 26.* vbi malè teſtatur de magis communi opinione, & alij relati *per Farinac. d. quaſt. 38. num. 80.* & non ſufficere indicia vrgentiſſima, niſi etiam concurrat leuitas torturæ, voluit idem *Farinac. conſ. 99. nu. 58. & 59. lib. 1.*

15 Limita qoartò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando reus confeſſus fuit in tortura, & ductus ad ratificandum die ſequenti recuſat ratificare, quia tunc poteſt, vti varius, ex præcedenti confeſſione iterùm torqueri, de qua materia dixi ſupra in ver. *Confeſſio Reſol. 1, per tot.* videas ibi.

16 Addo prædictis pro complemento, quòd Iudex ex iuſta cauſa, puta, ſi reus parùm pati videatur,

ſeu ex

ſeu ex alia eius arbitrio, poteſt diuidere torturam, ita vt, ſi reus ſit torquendus per horam integram, illum poteſt torquere per mediam horam, & poſtea poteſt iterùm illum per aliam mediam horam torquere die ſequenti, ſi tamen ille per horam erat torquendus, ſecùs ſi per mediam horam tantùm erat torquendus, quia tunc acriùs torqueretur, vt tradunt *Farinac.de indic.& tort.d.quaeſt.38.nu.83. Guazzin.d.defen.30.cap.13. num.6.* dicens, poſſe incipi à leui tortura, & poſtea proſequi integram torturam prima computata, qui alios dant concordãtes quamplures, prout facit *Antonel.de tempor.legal.lib.4.cap.20. num.6.* vbi dicit, quod tormentum vigiliæ propter illius atrocitatem non eſt repetendum, nec diuidendum, vt ibi per eos, quos conſulas in hac materia.

ADDITIO.

N.1. VBi habetur, quod tortura ſemel illata non eſt repetenda adde *Scialo in prax.torq.reos, cap.10. num. 1. & ſeq. & num.21.* ſubiungit, confeſsionem extortam per repetitionem torturæ indebitè iactam confitenti non nocere, vt habetur etiam hic *num.2.*

N.4. Vbi habetur, quod tortura poteſt repeti quando ſuperuenerunt noua indicia re, & ſubſtantia à primis differentia: adde *Scialo in prax.torq.reos, cap.1.num.10.& ſeq.* vbi requirit, quod noua indicia ſint diuerſi generis, & clariora primis, & quod ſuperueniant intra biennium à die litis conteſtatæ, & vide adducta per me ſupra in *verbo Abſolutio, Reſol.1.cum addit. & P.Diana in Summ.in verb Inquiſ. prax. quoad iuri. num. 131.*

N.8. Vbi habetur, quod reus poteſt torqueri iterum ſi prima vice non fuit ſufficienter tortus adde *Scialo. in prax. torq. reos, cap.10. num.8. & ſeq.* vbi dicit, remitti Iudicis arbitrio, an reus fuerit ſufficienter tortus, vti habetur etiam hic *nu.9.* etiam ſine proteſtatione, ſi ex actis conſtet non fuiſſe ſufficienter tortum, vt ibi per eum.

N.10. Vbi habetur, quod repetitio torturæ non eſt facienda eadem die, adde *Scialo.in d. cap.10. num.28.* vbi alios adducit ita ſentientes.

N.12. Vbi habetur, quod tortura poteſt repeti vſque ad tertiam vicem quando indicia ſunt vrgentiſſima adde *Scialo. in d.cap.10. num.29.* cum per primam torturam non dicantur d. indicia purgata, videas eundem *d. cap. 10 nu.7.*

SVMMARIVM.

1 *Tortura incipi debet ab eo, qui eſt timidior, debilior, teneræ ætatis, & à quo eſt veriſimiliùs habere veritatem.*

Et ab eo, qui eſt malæ conditionis, & famæ cæteris paribus, num. 2.

Et ab eo, qui eſt magis indiciatus, & ſuſpectus, num.3.

Licèt, hoc eſſe remiſſum arbitrio Iudicis, voluerint aliqui Doctores, n.4.

RESOLVTIO XIII.

Tortura danda pluribus reis a quo ſit incipienda.

1 EX pluribus torquendis torqueri debet priùs ille à quo veriſimiliùs eſt, veritatem faciliùs eſſe, eruendam, & ſic ab eo, qui eſt timidior, debilior, & teneræ ætatis, puta priùs à fœmina, quã à maſculo, priùs à filio, quam à patre, priùs ab vxore, quàm à viro, priùs à minore, quam à maiore, & ſimil. *l. vnius facinoris 18. ff. de quaeſt. l. 1. §. idem Adrianus, ff. eod. tit.* & tradunt *Clar. in pract. §. fin. quaeſt. 64. num. 28. Ambroſ. in proceſ. inform. lib. 4. cap. 6. in princ. Caball. ad Conſt. Mareb. lib. 4. cap. 29. litt. A. nu. 18. gloſ. 1.* plenè *Cartar. in pract. inter. reo. lib. 1. cap. 8. num. 208. & ſeq.* vbi plures dat concordantes, latè *Guazzin. defenſ. 30. cap. 19. num. 1. & per tot. & Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 10. num. 62.*

2 Amplia d. concluſionem declaratiuè, vt tortura priùs incipienda ſit ab eo, qui eſt malæ conditionis, & famæ, & eſt ſolitus delinquere cæteris paribus, vt voluerunt *Pacia. de probat. lib. 2. cap. 15. num. 68. Guazzin. d. defen. 30. cap. 19. num. 4. Caball. reſol. crim. caſu 1 2. num. 14. cent. 2. & Vermigliol. conſ. 18. num. 8. Cartar. d. lib. 4. cap. 1. n. 212.*

3 Amplia ſecundo d. concluſionem pariter declaratiuè, vt tortura prius incipienda ſit ab eo, qui eſt magis indiciatus, & ſuſpectus, vt not. *Decian. conſ. 115. ſub num. 2. & num. 5. vol. 3. Guazzin. d. defen. 30. cap. 19. num. . & num. 4. verſ. eritque etc. et verſ. alii autem. Caball. d. caſu 192. num. 14. Cartar. in pract. inter reo. d. lib. 4. cap. 1. num. 209. & ſeq.* vbi dicit, magis ſuſpectum dici, qui eſt ſolitus ſimilia delicta committere, vt ibi per eum, *& Vermigliol. d. conſ. 184. num. 8.*

4 Declara poſtremo d. concluſionem vnà cum declarationibus ſequen. vt hoc totum, vti in iure non deciſum, relinquendum ſit Iudicis arbitrio, vt docent *Baiar. ad Clar. quaeſt. 64. num. 94. & Guazzin. d. defen. 30. cap. 19. in fin.* qui dicit, quod eſt torquendus prius, qui eſt vicinior loco commiſſi delicti, vti magis informatus, & qui habet turpe nomen, & alia plura ad materiam.

ADDITIO.

N.1. VBi habetur, quod tortura debet incipi ab eo, quo eſt timidior, debilior, & à quo eſt veriſimilius habere veritatem adde *Scialo in prax. torq. reos cap. 9. num. 5. et ſeq.* vbi dicit incipiendum eſſe prius à fœmina, quam à maſculo, prius à filio, quam à patre, prius ab vxore, quam à viro, prius a minore, quam a maiore remittendo hoc Iudicis arbitrio, vt habetur etiam hic *num. 4. et num. 9. et num. 10.* addit prius eſſe torquendum qui habet turpe nomen, otiam phiſionomiam, & ſolitum delinquere, vt habetur etiam hic *num. 2.* de quibus vide *P. Dian in Sum. in verb. Inquiſ. prax. in torq. num. 233.*

SVMMARIVM.

1 *Tortura non purgat plenas probationes, quæ ſunt contra reum, ita vt, ſi tortus perſiſtat, adhuc eſt condemnandus pœna extraordinaria.*

RESOLVTIO XIV.

Tortura an purget plenas probationes, quæ ſunt contra reum.

1 TOrtura non purgat plenas probationes, quæ ſunt contra reum, ita vt, ſi illa inferatur reo conuicto, qui perſiſtat in tortura negatiuus, adhuc con-

condemnari poteſt in pœnam extraordinariam, etiam triremium perpetuarum, vel ad tempus, ſi delictum ſit capitale, cum illa in aliquo debeat reo prodeſſe, cum ſit ſpecies probationis, vt tradunt *Farinac. de indic. & tort. quæſt. 4. num. 11. & ſeq.* dicens, ita ſeruari in practica, *Theſaur. quæſt. for. lib. 4. q. 7. & in 10. lib. 1. Giurb. conſ. 42. num. 30. Guazzin. defen. 30. cap. 40. num. 2. verſ. ſed moderni nus &c. Caball. reſol. crim. caſu 238. num. 38. cent. 3. Carer. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 10. num. 180.* & ita practicatum fuiſſe in Collater. Conſilio teſtatur *Reg. Capic. Latr. deciſ. 132. in fin. par. 2.* de qua materia dixi ſupra latiùs in verb. *Reus, Reſol. 5. ferè per tot.* videas ibi.

SVMMARIVM.

1 *Tortura in teſtibus non purgat plures defectus, ſed vnum tantum, n. 2.*
Licèt teſtes patientes plures defectus probare tortura adhibita de conſuetudine, tenent Doctores, num. 3.
Neque in caſu difficilis probationis, n. 4.
5 *Tortura non ſupplet defectum periurii.*
Licèt contrarium de conſuetudine ſeruari, dixerint aliqui, n. 6.

RESOLVTIO XV.

Tortura an purgat plures defectus, aut vnum tantum.

1 TOrtura in teſtibus non expurgat plures defectus, & exceptiones, ſed vnum tantùm defectum, & exceptionem, vt tradunt *Rolan. conſ. 5. num. 48. lib. 3. Honded. conſ. 100. nu. 37. lib. 1. & conſ. 93. num. 52. lib. 2. Crauet. conſ. 6. num. 54. Farinac. conſ. 10. num. 12. & conſ. 11. num. 7. & conſ. 22. num. 16. & conſ. 79. num. 10. lib. 1. & de indic. & tort. quæſt. 43. num. 178. & de teſt. quæſt. 62. num. 382.* plenè *Guazzin. defen. 30. cap. 40. num. 13. & Vermigliol. conſ. 16. num. 17. & conſ. 33. num. 19. & conſ. 123. num. 14. & conſ. 171. num. 16.*

2 Limita primò d. concluſionem illatiuè, vt teſtes patientes plures defectus non probent, etiam adhibita tortura, cum illa non purget plures defectus, vt nor. *Surdus conſ. 219. num. 42. lib. 2. Aden. ad Bertaz. conſ. 71. litt. H. lib. 1. Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 43. num. 178. & de teſt. diſt. quæſt. 62. num. 382. Guazzin. d. defen. 30. cap. 40. num. 13. & Vermigl. d. conſ. 32. num. 2. & d. conſ. 36. num. 17.* & alij Doctores ſupra adducti.

3 Quicquid de contraria conſuetudine, imò teſtes patientes plures defectus probare *ex Boſſ. & Clar.* per eum relatis teſtetur *Baiar. ad Clar. quæſt. 24. nu. 128. in fin.* quam impugnat *Farinac. de teſt. d. quæſt. 62. num. 382. verſ. & licèt &c.* vbi dicit, nunquam vidiſſe id ſeruari in Alma Vrbe, & quòd *Boſſ. & Clar.* per eum adducti loquuntur tantum quoad pecturium, in quo pariter *Farinacc.* eſt contrarius *in tit. de indic. & tort. d. quæſt. 43. num. 184. & in conſ. 216. num. 2. & n. 20. lib. 3.* illamque impugnat pariter *Vermigl. d. conſ. 32. num. 3. & 4. et d. conſ. 36. num. 18. et conſ. 33. num. 11.*

4 Ampliа ſ. cundò d. concluſionem, vt habeat locū, etiam in caſu difficilis probationis, & quando veritas aliter haberi non poteſt, vt adnotarunt *Farinac. in d. conſ. 10. num. 12.* vbi hoc extendit etiam ad crimen læſæ maieſtatis, & *Guazzin. d. defenſ. 30 cap. 40. num. 13.*

5 Addo prædictis, quod tortura non ſupplet defectum periurij in criminalibus, ita vt etiamſi teſtes periurij ſint torti, adhuc non faciant indicium, neque ad inquirendum, cum tortura non purget infamiam teſtis, vt tradunt *Rolan. conſ. 16. num. 10. & 19. et conſ. 79. num. 12. lib. 1. Thob. Non. conſ. 90. num. 5. et ſeq. Eugen. conſ. 27. num. 54. lib. 1. Maſcar. de prob. concl. 1138. num. 7. lib. 3. Oſaſch. conſ. 65. num. 32. et ſeq. lib. 1. Honded. conſ. 100. nu. 38.* vbi alios dat concordantes, & teſtatur de communi opinione *lib. 1. et Farinac. de teſt. d. quæſt. 63. n. 193. et ſeq. et Guazzin. defen. 19. cap. 16. num. 15. et defen. 30. cap. 40. in fin. et num. 15.* dicit, illam neque ſupplere defectum inimicitiæ, vt ibi per eū.

6 Licèt contrarium de conſuetudine ſeruari dixerit *Boſſ. in pract. in tit. de indic. num. 156. in fin.* cum quo ſentiunt *Farinac. conſ. 10. num. 10. lib. 1. et Vermigl. d. conſ. 3. num. 11. et d. conſ. 6. num. 18.*

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod tortura non purgat plures defectus adde *Farinac. conſ. 216. num. 7. lib. 3.* qui alios dat concordantes.

SVMMARIVM.

1 *Reus indiciatus non eſt torquendus vltra horam, etiam in crimine grauiſſimo.*
Fallit in tormento vigiliæ, equi, et ſimil. in quibus longius torquetur, n. 2.
Si tamen torquetur ad ſciendum complices, et receptatores, non detinetur in tortura, niſi vſque ad dimidium horæ, n. 3.
Declara, quòd rei non omnes vno modo torquentur, ſed aliqui leuiùs, aliqui grauiùs ſecundum qualitatem perſonarum delicti, et indiciorum, n. 4.
5 *Tortura non eſt inferenda, niſi poſt octo horas, vel vltra à ſumpto cibo.*
Et iudex debet vti tormentis ſolitis, et conſuetis, nè, ſi reus moreretur in tormentis ponat ſe in periculo, n. 6.

RESOLVTIO XVI.

Reus indiciatus per quantum tempus detineri poſſit in tortura.

1 REus indiciatus ad torturam non eſt torquendus vltra horam ad ſummum, etiamſi crimen ſit grauiſſimum, vt tradunt *Foller. in pract. in ver.*

Res

Rei interati torqueatur poſt num. 16. Farinac. de ind. & tort. quæſt. 38. num. 54. vbi alios dat concordantes, & dicit quocunque grauiſſimo crimine non vidiſſe torturam exceſſiſſe horam integram, niſi in quarta parte ipſius horæ, & non plus, *Adden. ad Ambroſ. in proc. inform. lib. 4. cap. 4. num. 4. Cartar. in pract. inter reo. lib. 4. cap. 1. num. 113. & ſeq. Ambroſ. in proceſ. inform. lib. 4. cap. 3. per tot.* vbi propterea docent, Iudicem in loco torturæ detinere debere horologium pulueris, ſeu clepſydram ad effectum cognoſcendi quemlibet horæ lapſum, *Guazzin. defen. 21. cap. 1. num. 5. & defen. 30. cap. 22. ſub num. 6. & Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 20. num. 171.*

2 Limita d. concluſionem, vt habeat locum in tortura, quæ infertur reo cum corda, ſecus tamen eſt in tormento vigiliæ equi, vel capræ, in quo reus detinetur per quinque, & etiam per decem horas, & aliquando paulò etiam plus Iudicis arbitrio, vt docet *Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 38. num. 71.* vbi dicit, Iudicem vti non debere iſto tormento ſæuiſſimo, niſi in atrociſſimis, vt ibi per eum, *Ambroſ. in proc. inform. lib. 4. cap. 10. num. 2. & Cartar. in pract. inter reo. lib. 4. cap. 2. num. 7. & 8.* vbi dicit, in tormento vigiliæ reum detineri poſſe, etiam vſque ad quadraginta horas, ſecus autem in tormento capræ, vt ibi per eum, cum illud ſit ſæuiſſimum, vt dixi, & idem dicit de tormento vigiliæ, *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 2. quæſt. 5. num. 28. & 29.*

3 Declara primo d. concluſionem, quod ad ſciendum complices, & receptatores reus torqueri non poſſit vltra dimidiam horam ad ſummum, vt not. *Farinac. conſ. 10. num. 24. & conſ. 11. num. 17. & conſ. 60. num. 35. lib. 1. & conſ. 106. num. 6. lib. 2. Cartar. de execut. ſent. capt. bann. cap. 2. num. 68. & Guazzin. defen. 21. cap. 8. num. 1.*

4 Declara ſecundo d. concluſionem, quòd omnes rei, etiam quòd contra eos legitima præcedant indicia, non ſunt vno modo æqualiter torquendi, ſed aliqui leuiùs, & aliqui grauiùs ſecundum qualitatem perſonarum, delicti, & indiciorum, ex proceſſu reſultantium, cum in hoc non poſſit dari certa regula, & ideò totum ſit tribuendũ boni Iudicis arbitrio *l. quæſtionis modum 7. & ibi Doct. communiter, ff. de quæſt.* & declarant *Menoch. de arbitr. caſu 271. per tot. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 64. verſ. nunc de gradibus &c. et ver. debet igitur,* benè *Cartar. in pract. inter reo. lib. 4. cap. 1. num. 112. in fin.* vbi admonet Iudices quomodo in hoc ſe gerere debeant, meliùs *Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 38. num. 33. et ſeq.* vbi alios dat concordantes, teſtatur de communi opinione, & diſtinguit plures gradus torturæ, ita vt illius dicta ſequendo difficile ſit errare, *Guazzin. defenſ. 30. cap. 4. num. 24. et cap. 20. num. 2.* vbi dicit, quòd Iudex in inferenda tortura conſiderare debet qualitatem Inquiſiti, an ſit debilis, robuſtus, nobilis, plebeius, ruſticus, an delictum ſit graue, leue, & quòd debet vti magis moderatione, quàm ſeueritate, vt ibi per eum, *et cap. 21. per tot. et Ant. de Ball. tract. crim. lib. 2. qu. 23. num. 42. et ſeq.* vbi de reo habente defectum in pectore, laborante morbo Gallico, & *quæſt. 19. per tot.* vbi dicit, d. Iudicis arbitrium circa torturam non eſſe ad libitum ſed ſecundùm rationem & æquitatem, vt ibi per eum.

5 Addo aliam conſiderationem pro Tironibus, quòd tortura non eſt inferenda, niſi poſt octo, vel decem horas à ſumpto cibo, vt docent *Cartar. in pract. inter reor. lib. 4. cap. 1. num. 78. et ſeq. Farinac. de indic. et tort. quæſt. 38. num. 32. Ambroſ. in proceſ. inform. lib. 5. cap. 1. num. 30.* vbi dicit, ſufficere octo horas, & quòd ita vidit obſeruari, *Guazzin. defen. 30. cap. 4. nu. 20.* vbi alios dat concordantes, & dicit, quòd, ſi aliàs euenirent accidentia, & paſſiones in tormentis, Iudex teneretur in ſyndicatu, vt ibi per eum, & *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 10. num. 160.*

6 Ac etiam aliam, quòd Iudex vti debet tormentis ſolitis, & conſuetis ſecundum conſuetudinem loci, nè aliàs, vti nouorum tormentorum inuentor peruerſus nuncupetur; & ſi reus in eis moreretur, pœnas ſe in vitæ propriæ periculo, vt euenit in Statu Vrbini cuidam I.C. pluribus abhinc annis, qui adhibendo tormentum inſolitum, reus mortuus fuit in tortura, & ipſe magnum ſubijt capitis periculum, et admonent *Cartar. in pract. inter reo. lib. 4. cap. 1. num. 7. et ſeq. Farinac. de indic. et tort. quæſt. 38. num. 56. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 2. quæſt. 5. num. 25.* plenè *Guazzin. defen. 30. cap. 21. num. 1. et ſeq. et Caren. de Offic. S. Inqu. d. par. 3. tit. 10. n. 164.*

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod Iudex torquendo reum debet vti horologio pulueris adde *Scialo. in prax. torq. reos cap. 8. num. 9.* vbi dicit, quod aliàs in Iudice præſumitur dolus, vt ibi per eum.

N. 3. Vbi habetur, quod quando torquetur reus ad ſciendum complices non eſt torquendus vltra dimidiam horam adde *Scialo. in d. cap. 8. num. 12.* eandem ſententiam.

N. 5. & 6. Vbi habetur, quod reus torqueri debet poſt octo vel decem horas à ſumpto cibo, & tormentis conſuetis adde eundem *Scialo. in d. cap. 8. num. 1. & num. 16. & P. Dian. in ſumm. in verbo Inquiſ. prax. in torq. n. 240.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex non poteſt de facto ad torturam deuenire contra reum, etiamſi adſint indicia, ſed requiritur decretum.*

Ita vt tortura illata ſinè decreto de torquendo dicatur nulliter, et indebitè illata, n. 2.

In d. decreto eſt apponenda clauſula ſinè præiudicio probatorum, & confeſſi, & conuicti, *n. 3.*

Et in eo ſunt apponenda omnia indicia contra reum exiſtentia ſummatim, num. 4.

A d. tamen decreto datur appellatio, n. 5.

RESOLVTIO XVII.

Iudex an poſſit deuenire de facto ad torturam rei, vel requiratur decretum.

1 IVdex non poteſt de facto ad torturam contra reum deuenire, licèt habeat contra eum legitima indicia, ſed debet, poſt publicationem pro-

ceſ-

ceſſus, & cauſam cum Aduocatis rei diſcuſſam, prius proferre interlocutoriam, & decretum de reo torquendo, vt tradunt *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 13. num. 21. & 22. Farinac. de indic. & tort. quaſt. 38. num. 7. & ſeq.* vbi teſtatur de communi opinione, *& conſ. 22. num. 19. lib. 1. Maur. Burg. de mod. proced. ex abrup. quaſt. 100. num. 102.* vbi limitat, d. decretum non requiri, quando proceditur ex abrupto, *Cartar. in pract. inter reo. lib. 4. cap. 1. num. 58. & ſeq. Ambroſ. in proceſſ. inform. lib. 4. cap. 1. num. 25. Guazzin. defen. 30. cap. 1. num. 1. & cap. 4. num. 15.* vbi dicit, quod ipſe ſemper ita ſeruauit, & a bonis Iudicibus ſeruari, vidit, *Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 97. num. 92. & ſeq. & Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. cap. 10. num. 160.* vbi alios dat concordantes.

2 Amplia d. concluſionem, vt, ſi tortura fuerit illata nullo decreto præcedente, dicatur nulliter, & indebite illata, vt poſt *Arno. Brun. Marſil. Foller. Ant. Gomez, & Rim. Iun.* per eum relatos ſcribit *Farinac. in d. conſ. 22. num. 19. lib. 1.* vbi dicit, eò magis illam eſſe nullam, quando fuit illata contra formam decreti ipſius Iudicis, vt ibi per eum, & *Guazzin. d. defen. 30. cap. 4. num. 15.*

3 Declara primo d. concluſionem, vt in d. decreto de torquendo ſit apponenda clauſula, *Sine præiudicio probatorum, vel confeſſi, & conuicti*, quæ conſeruat indicia, & operatur, quòd plenè probata non elidantur per torturam, dummodo reus ſuper illis ſpecificè non interrogetur ſecundùm *Boſſ. de indic. ant. tort. num. 130. Caren. de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 10. num. 160. & P. Diana reſol. moral. par. 4. tract. 6. reſol. 38. per tot.*

4 Declara ſecundò d. concluſionem, vt in d. decreto de torquendo Iudex debeat ſummatim exprimere cauſam, & omnia indicia, & præſumptiones, quibus mouetur ad reo torturam infligendam, vt docent *Farinac. de indic. & tort. d. quaſt. 38. num. 8.* vbi dicit, quod ita obſeruat, licèt regulariter fatuus dicatur Iudex, qui apponit cauſam in ſententia, *Guazzin. d. defen. 30. cap. 1. num. 1. verſ. Imò videtur &c. et d. cap. 4. num. 15. in fin.* vbi dicit, quod ipſe ſemper ita obſeruauit, & *Ambroſ. in proceſſ. inform. lib. 4. cap. 1. num. 23.*

5 Declara tertiò d. concluſionem, vt à d. decreto de torquendo liceat reo appellare, itaut appellatio ab eo ſit admittenda, ſiuè d. decretum ſit apertum, ſiuè ſecretum, notat *Guazzin. d. defen. 30. cap. 1. nu. 2. et plurib. ſeq. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 2. quaſt. 26. num. 1. et 2.* vbi limitat, quando proceditur ex abrupto, & benè declarat, de qua materia dix. ſupra latiùs in verb. *Appellatio, Reſol. 1. per tot.* quæ nè hic iterum repliceentur, lectorem ad ibi dicta remittendum, cenſui.

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod Iudex antequam deueniat ad torturam debet facere decretum de torquendo adde *Scialo.* idem tenentem *in prax. torq. reos, cap. 7. num. 8.* vbi ponit formam dicti decreti.

SVMMARIVM.

1 *Torturæ non eſſe locum, eſt pronunciandum per Iudicem in dubio.*

Et non eſſe locum repetitioni torturæ, n. 2.

Et indicia non eſſe ſufficientia ad torturam in dubio, n. 3.

RESOLVTIO XVIII.

Torturæ non eſſe locum an in dubio ſit pronunciandum.

1 IVdex in dubio debet pronunciare, non eſſe locum torturæ, cum ſemper debeat inclinare in mitiorem partem, vt tradunt *Eugen. conſ. 63 num. 86. lib. 1. Caball. reſol. crim. caſu 200. num. 145. cent. 2. Guazz. defen. 29. cap. 2. num. 4. Giurb. conſ. 42. num. 8. Ciriac. controu. 106. num. 55. et Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 10. num. 24.* & dixi etiam ſupra in verb. *Indicium, Reſol. 10. num. 3.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt Iudex in dubio debeat pronunciare, non eſſe locum repetitioni torturæ, & ſic in mitiorem partem, vt docent *Clar. in pract. § fin. quaſt. 64. verſ. hæc autem omnia, etc. Eugen. conſ. 76. num. 129. lib. 1. Farinac. de indic. et tort. quaſt. 38. num. 89. Cartar. in pract. inter reo. lib. 4. cap. 1. num. 128. et Guazzin. d. defen. 30. cap. 23. ſub num. 2.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt Iudex in dubio pronunciare debeat, indicia non eſſe ſufficientia ad torturam, & ſic pariter in benigniorem partem, vt not. *Honded. conſ. 106. num. 83. lib. 1. et conſ. 102. num. 14. et conſ. 107. in fin. lib. 2. Giurb. d. conſ. 42. num. 8 Ant. de Ball. tract. crim. lib. 1 qu. 3 num. 8. Ciriac. controu. 106. num. 55.* & alij plures per me relati in ſupra ver. *Indicium, Reſ. 1. in princ.*

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio facta in tortura non nocet, niſi illa ſit ratificata extra torturam.*

Etiam quòd d. confeſſio ſit adminiculata, n. 2.

Quicquid aliqui contrarium teneant, n. 3.

Quod procedit etiam in confeſſione facta extra torturam, ſed metu tormentorum, n. 4.

Quando verò d. confeſſio facta dicatur metu tormentorum, eſt Iudici arbitrarium, n. 5.

Facta tamen poſt comminationem torturæ verbalem non dicitur facta metu tormentorum n. 6.

Et confeſſio facta in tortura eſt ratificanda, etiamſi præceſſerit confeſſio extraiudicialis, n. 7.

Quicquid contrarium tenuerint aliqui, n. 8.

Confeſſio verò ſpontanea non requirit ratificationem, n. 9.

Licèt aliqui contrarium teneant, n. 10.

Neque illam requirit confeſſio rei reperti in flagranti n. 11.

Neque confeſſio facta per teſtem requirit ratificationem, n. 12.

con-

Contrarium tamen tenent, illam requiri, plures Doctores, n.13.

Concorda. vt num.14.

Dicta ratificatio eſt facienda extra locum torturæ, num.15.

Et poſt vnam diem, & vnam noctem ſaltē, n.16

Quod d. tempus ſit remiſſum Iudicis arbitrio, tenent aliqui n.17.

Formam d. ratificationis ponunt Doctores relati, num.18.

RESOLVTIO XIX

Confeſſio facta in tortura an noceat ſi illa non ſit ratificata extra torturam.

1 COnfeſſio facta per eeum in tortura ipſi non præiudicat, niſi fuerit per eum ratificata, & confirmata extra torturam, vt tradunt *Clar. in pract. §. fin. quaſt.64. verſ. caeterùm, &c.* vbi teſtatur de communi opinione, & practica, plenè *Farinac. de reo confeſſ. & conui. quaſt.83. num.67.* vbi quamplures dat concordantes, *Cartar. in pract. inter reo. lib.4. cap.1. num.139. Guazzin. defen. 30. cap.35. num. 2.* vbi pariter plures ref. et ita ſentientes, *Maur. Burg. de modo proc. ex abrup. quaſt.100. num.10. & ſeq. Ambroſ. in proc. inform. lib.4. cap.5. in princ. Carena de Offic. S. Inquiſ. par.3. tit.10. num.174. Vermigl. conſ.83. num.4. & conſ.113. n.14. & Zuffi. de leg. proc. crim. q.191. n.1. & ſeq.* vbi tenet, non ſufficere tacitam ratificationem, vt ibi per eum. Torturæ enim remedium fallax eſt, fragile, & periculoſum, cum aliqui ex impatientia doloris potiùs velint mentiri confitendo delicta non commiſſa, quam pati, cruciari *l.1. §. in cauſa tributorum, ff. de quaſt.* & not. *Farinac. de indic. & tort. quaſt.43. num. 22. & de reo confeſſ. & conuict. d. quaſt. 81. num.68. Cartar. in pract. inter reo. lib.4. cap.1. nu. 129.* vbi dicit, plures in Statu eccleſiaſtico fuiſſe vti confeſſos damnatos, qui poſt innocentes reperti ſunt, *Guazzin. d. defen.30. cap.35. ſub num.2. & Ciriac. contron. 150. num. 91. & 92.* vndè nil mirùm, ſi requiratur, quòd d. confeſſio ſit per eum ratificata, & confirmata, antequam ille damnetur vt aduertunt *Farinac. Guazzin.* & alij Doct. ſuprad.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum etiam quòd d. confeſſio ſit adminiculata, quia adhuc illa debet ratificari extra tormenta, aliàs deſtrueretur ſupradicta concluſio communiter recepta, quòd requiritur ratificatio d. confeſſionis, cum ſemper ſupponatur, quòd illa emanauerit præcedentibus, non ſolùm adminiculis, ſed etiam indicijs, vt dicent *Boſſ. in pract. in tit. de confeſſ. per tort. num. 2. & 5. Clar. in pract. in d. quaſt. 64. d. ver. caeterum &c.* vbi teſtatur de communi opinione, *Farinac. de reo confeſſ. & conui. d. quaſt. 83. num. 7.* vbi dicit, ita ſeruandum eſſe in practica, & alios dat concordantes, *Guazzin. d. defen. 30. cap. 35. num.7. verſ. contrarium &c.* benè comprobans, & dicens, contrariam opinionem ſubſtineri non poſſe, vt ibi per eum, & *Zuffi. d. quaſt. 191. num. 12.*

3 Quicquid contrarium, imò confeſſionem factam in tortura, ſi ſit adminiculata, non indigere ratificatione voluerint *Bald. Put. Caſon. Carer. Foller.* & alij relati per *Farinac. in d. quaſt. 83. num. 78.* cum quibus quòad imponendam pœnam extraordinariā pertranſit *Baiar. ad Clar. d. q.64. n.137. in fin.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt ratificanda ſit non ſolum confeſſio facta in tortura, ſed etiam facta extra torturam, metu tamen tormentorum, cum confeſſio facta metu tormentorum æquiparetur confeſſioni factæ in tormentis, vt voluerunt *Brun. de indic. & tortu. par.2. quaſt.6. num.22. Ang. de malef. in verb. quòd fama publica num.111. Baiar. ad Clar. d. quaſt.64. num.129. Farinac. de reo confeſſ. & conuic. d. quaſt.83. nu.70. Cauale. de brach. Reg. par.3. num.181. Guazzin. d. defen. 30. cap.35. nu. 2. verſ. & debet &c.* vbi alios dat concordantes quamplures, & *Zuffi. d. quaſt.191. num.1.*

5 Declara d. ſecundam ampliationem generaliter, quòd, cum plures, & inter ſe contrariæ reperiantur Doctorum opiniones, quando confeſſio dicatur facta metu tormentorum, vt videre eſt apud *Farinac. de reo confeſſ. & conuict. d. quaſt.81. num.32. & 33. & ſeq. et conſ.106. num.9. lib.2.* & apud *Adden. ad Farinac. conſ. 16. litt. G. lib.1.* & apud *Guazz. d. defen.30. cap.37. num. 1. et ſeq.* vbi de confeſſione facta in carcere, maximè valde atroci, de facta in loco tormentorum, de facta à detento in cippis, catenis, & manicis ferreis ab eo cui non præſtabantur alimenta, & vt latiùs ibi per eos, ideò, cum circa hoc non poſſit dari certa doctrina, prudentis Iudicis arbitrio hoc ſit remittendum, qui conſiderabit perſonam confitentis, an ſit debilis, & timida, ſeù ſit audax, ferox, & ſimilia, vt declarant *Foller. in pract. in ver. et ſi confitebuntur, par.3. nu. 112. Cauale. de brach. reg. par.3. num.195. et 199. et ſeq. Farinac. de reo confeſſ. et conuict. d. quaſt.83 num.61. et Guazzin. d. defen.30. cap.37. nu.2. verſ. ſed ego &c.* vbi plures dat concordantes.

6 Declara ſecundò d. ſecundam ampliationem ſpecialiter, quòd confeſſio emanata poſt ſolā comminationem torturæ verbalem non dicitur facta metu tormentorum, quia talis metus eſt remotus a tortura, & eſt ita leuis, vt torturæ non poſſit æquiparari, ſecùs tamen eſt, quando metus fuit proximus torturæ, vt quia confeſſio ſequuta ſit poſt comminationem in loco torturæ, dum reus ſpoliaretur, vel ligaretur &c. quia tunc illa diceretur ſequuta metu tormentorum, cum metus torturæ proximus idem operaretur, quod ipſa tortura *Farinac. conſ.16. num.34. lib.1. & ibi Adden. litt. H.* qui tamen plures contrarium tenentes referunt, & poſt *Maldona. conſ.9. num.15. Marta conſ. 42. num. 16. Pegn. in Direct. commen.39 par.3. Souſa in Aphoriſ. Inquiſ. lib. 2. cap.39. num. 42. P. Diana reſol. moral. par 4. tract.6 reſol.22.* & alios per eum adductos tradit *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par.3. tit.10. nu.176.* & ſolam conductionem ad locum torturæ, inna-

iunctis minis, ſufficere, vt confeſſio dicatur facta metu tormentorum, ſecùs, ſi minæ non interueneriot, niſi tamen perſona ſit timida, voluit *Far. in d. q. 83. n. 53. & 54.* nec diſſentit *Guaz. d. def. 30. cap. 17. n. 2.* alios referens concordantes quamplures.

7 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum, etiam quòd præceſſerit confeſſio extraiudicialis, quia adhuc requiritur ratificatio confeſſionis factæ in tortura, vt docent *Ant. Gom. var. reſ. tom. 3. cap. 13. ſub n. 8.* vbi dicit, contrariam opinionem non ſubſiſtere, & in practica non ſeruari, teſtatur *Cartar. in pract. inter. reo. lib. 4. cap. 1. num. 153. Balar. ad Clar. d. qu. 64. n. 136. & ſeq. Caball. reſol. crim. caſu 81. num. 6. & ſeq.* vbi dicit, quod ita millies practicauit, *Farin. de reo confeſſ. & conuict. quæſt. 83. nu. 81. Guaz. d. defen. 30. cap. 35. nu. 6. verſ. qua opinio &c.* vbi dicit, contrariam opinionem in practica nullo modo eſſe recipiendam, vt ibi per eum, *& Carcn. de Offic. S. Inquiſ. d. par. 2. tit. 10. num. 177.* dicens contrariam opinionem in practica non ſeruari, & *P. Dian. reſol. moral. par. 4. tract. 6. reſol. 22. ver. Notu ſecundò &c.*

8 Licet contrarium, imò ratificationem non eſſe neceſſariam, quando præceſſit confeſſio extraiudicialis, voluerint *Maſcar. de prob. concl. 353. n. 24 lib. 1. Bart. and. reg. crim. 54. nu. 9. Pract. Cortad. in tit. de confeſſ. crim. n. 10. ſub 9. ampliat.* & alij relati per *Farin. in d. qu. 83. n. 80.* cum quibus pertranſit *Aut. F. br. in ſuo Cod. lib. 9. tit. 21. de. quæſt. diff. 22*

9 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in confeſſione ſpontanea, quæ nullam requirit ratificationem, & ſola ſufficit ad reum condemnãdum, vt tradunt *Ant. Gomez var. reſ. tom. 3. cap. 12 num. 3.* vbi teſtatur de communi opinione, *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 65. verſ. ſed quæro nunquid &c. Maſcar. de prob. concl. 351. num. 14. lib. 1.* vbi hanc dicit communem opinionem, *Cartar. in pract. inter reo. lib. 4. cap. 1. num. 18.* qui pariter teſtatur de communi, & practicata opinione plenè *Farinac. de reo confeſſ. & conuict. q. 81. n. 8.* vbi quamplures referens de communi opinione teſtantes, & illam dicit veriorem, magis communem, & in practica ſeruatam, & cautius eſſe, licèt non neceſſarium illam ratificari facere, & contrariam opinionem fortè ſaluari poſſe in confeſſione minoris, vt ibi per eum, & *conſ. 23. num. 11. & conſ. 84. nu. 6. lib. 1. & Guazz. d. defen. 30. cap. 5. n. 5.* vbi pariter plures refert ita ſentientes, & dixi latiùs ſupra in verb. *Confeſſio, Reſol. 14. num. 1. & ſeq.*

10 Quicquid contrarium, imò etiam confeſſionem ſpontaneam eſſe ratificandam, voluerint *Marſil. Bolo. nu. Adden. ad Ang. & Cumn.* relati per *Farin. in d. quæſt. 81. n. 9.* contra quos adeſt verior, & magis communis opinio, de qua ſupra.

11 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum in reo reperto in flagranti, qui, ſi in tortura fateatur delictum, eius confeſſionem non requirere ratificationem, voluerunt *Grau. dec. 14. n. 60. & Bata. ad Clar. in prac. d. q. 64. n. 139.* quos refert, & ſequitur *Guaz. d. d. f. 30. c. 35. n. 8.* nec non *Adden. ad Ambroſ. in proc. inſ. lib. 4. c. 5. n. 10. ver. ſecundò &c.*

12 Limita tertiò d. concluſionem, vt non habeat locum in confeſſione, & depoſitione facta per teſtem in tortura, quæ non indiget ratificatione, cum teſtis non poſſit dictum ſuum reuocare, vt voluerunt *Bal. in l. fin. a. 2. C. de quæſt. Adden. ad Angel. de maleſ. in ver. quod fama publica, n. 17. Cabal. reſ. crim. caſu 33. ſupra.* vbi dicit, quod ita practicatur communiter, *Bert. conſ. 100. n. 2. & 3. lib. 1. Franc. Celtel. Aduoc. Rom. apud Farin. de indic. et tort. q. 39. n. 139 et Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 7. num. 60. et tit. 10. num. 179.* vbi dicit, ita ſeruari in practica, & quòd ipſe nunquam vidit, ſeruari contrarium, et *Adden. ad Ambroſ. in proc. inform. lib. 4. cap. 5. n. 6*

13 Contrarium verò, imò etiam confeſſionem, & depoſitionem teſtis eſſe ratificandam, tenuerunt *Boſſ. in pract. in tit. de confeſſ. per tort. n. 7. Ant. Gom. var. reſ. tom. 3. cap. 13. n. 29. in fin.* vbi teſtatur de communi opinione, *Balar. ad Clar. quæſt. 25. num. 4. Simanch. Cathol. Inſtit. tit. 65. ſub. de teſt. num. 73.* vbi contrarijs reſpondet, & hanc opinionem dicit veriorem, & probabiliorem, quam ſequitur etiam *Farinac. de teſt. quæſt. 79 n. 83.* vbi dicit, illam ſibi tutiorem, & veriorem videri, vt ibi per eum.

14 Concorda d. contrarias opiniones, vt prima habeat locum in confeſſione emanata in tortura illata teſti ad conualidandum dictum, ad tollendam maculam, ſeu ad videndum, an quò dicto perſiſtat, cum d. tortura inferatur per breue tempus, puta per vnum Credo, & ſimil. ſecunda verò habeat locum in confeſſione emanata in tortura illata teſti veriſimiliter informato, & recuſanti propalare delinquentes, quæ infertur per maius ſpatium temporis, ita vt d. confeſſio dicatur extorta per cruciatum corporis, ita vt dubitari valeat de illius veritate, vt tradit *Guazz. d. defen. 19. cap. 14. num. 2.* vbi dicit, ita obſeruari in Curia Romana, & ita ipſum ſeruaſſe, & quòd in ſocio criminis alium nominante in tortura non requiritur alia ratificatio, niſi quòd ſocius iterum torqueatur ad purgandam maculam, & in tortura dictum ſuum confirmet, vt ibi per eum, & ego dixi ſupra in ver. Socius crim. *Reſ 2. a. 15. et 16.* & cum *Guaz vbi ſupra* tenet etiã *Maſſin. de conſ. bonor. quæſt. 1. num. 73. et 74.*

15 Declara primò d. concluſionem, quod, ratificatio d. confeſſionis vt valeat, non ſit facienda in loco torturæ, ſed extra illum, & in loco in quo tormenta inſpici non valeant per eum, vt docent *Clar. in pract. §. fin. d. quæſt. 64. verſ. debet quoque etc. Cartar. in pract. inter reo. lib. 4. cap. 1. n. 145. et ſeq.* late *Farde reo. conf. et conuict. d. q. 81. n. 71.* vbi alios dat concordantes, dicens, illam fieri poſſe de conſuetudine ſine teſtibus, & ad bancham iuris, & etiam in carcere, vt ibi per eum, *Balar ad Clar. d. q. 64. n. 142. et ſeq.* vbi dicit, in ſtatu Eccleſiaſtico ſeruari, d. ratificationem recipi ſine teſtibus, & quòd reus d. ratificationem ſubſcribat, vel faciat ſignum Crucis, ſi neſciat ſcribere bene *Guazzin. d. defen. 30 cap. 35. n. 2 verſ. Ac etiam, etc.* vbi plures dat concordantes, & dicit, in Curia recipi ratificationem in loco tormentorum, licet ipſe contrarium ſemper ſeruauerit, & d. ratificationem faciendam eſſe extra locum

tormentorum, ſi eſt poſſibile, dicit etiam *Ambroſ. in proc. inf. rm. lib. 4. cap. 5. nu. 6. & P. Diana in ſumma in ver. Inquiſ. prax. in torquen. num. 241.*

16. Declara ſecundò d. concluſionem, quod ratificatio d. confeſſionis non eſt facienda per reum incontinenti, nec paulò poſt torturam durante adhuc dolore torturæ, ſed ex interuallo, quòd debet eſſe ad minùs vnius diei, & vnius noctis, & ſic poſt horas vigintiquatuor, vt tradunt *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 13. ſub n. 24. Menoch. de arbitr. caſu 38. n. 2. Clar. in pract. d. qu. 64. ver. & circa &c. Cartar. in pract. inter. reo. lib. 4. cap. t. n. 141. & ſeq.* vbi teſtatur de communi, & ſeruata opinione, *Maſc. de prob. concl. 353. n. 2. & 13. & concl. 355. n. 2 lib. 1.* & d. tempus eſſe omninò expectandum, quando tortura fuit grauia, tutius eſſe dicit *Farin. de reo. confeſ. & conuic. d. q. 83. n. 74.* vbi plures dat concordantes, & cum eo concordat *Guaz.* quando tortura fuit grauis, *d. defen. 30. cap. 35. nu. 3. ver. ſed vt verum &c.* & ita ſeruari in Regno dicit *Ant. de Ball. tract. crim. lib. 2. qu. 23. nu. 1.* & in Hiſpania *P. Diana in ſum. in ver. Inquiſ. prax. in torq num. 245.*

17 Licèt d. interuallum ratificationis faciendæ ſit remiſſum Iudicis arbitrio attenta qualitate perſonæ tormentatæ, & quantitate illati tormenti, vt voluerunt *Bart. Imol. Alex. Iaſ. Bero. Maria. Pute. Ang. Mille. Marſil. de Guid. ...uz... Menoch. Bald. Gomez, Clar. & Cartar.* in locis relatis per *Farin. in d. quaſt. 83. n. 76.* quos ipſe ſequitur, dicens, hanc eſſe magis communem, & practicatam opinionem, cum quibus pertranſit etiam *Guaz. d. defen. 30. cap. 35. num. 3. ver. Tamen, &c.* vbi dicit, ita omnes in hoc conuenire, & quòd eſt attendenda conſuetudo Curiarum, neque ratificationem eſſe eadem die recipiendam, ſed die ſequenti, licet non ſint elapſæ horæ vigintiquatuor, vt ibi per eum, & ita ſeruat etiam *Ambroſ. in proceſ. inform. d. lib. 4. cap. 5. num. 6.* & tradit etiam *Ant. de Ball. tract. crim. d. quaſt. 23. num. 1.* vbi teſtatur de communi opinione & *P. Dian. vbi ſupra num. 245.*

18 Formam verò recipiendi, d. ratificationem confeſſionis factæ in tortura ponunt inter cæteros *Cartar. in pract. inter. reo. lib. 4. c. t. n. 145. & ſeq.* latiùs *Ambr. in proc. infor. lib. 4. c. 15. per tot. Guazz. d. def. 30. cap. 36. nu. 1. 2. & ſeq. P. Diana in ſumma in ver. Inquiſit. prax. in torquen. num. 244.* ipſos conſulas.

ADDITIO.

N. 1. VBi habetur, quod confeſſio facta in tortura non nocet, niſi ſit ratificata, adde *Cabal. reſol crim. caſu 33. num. 10. Scialo. in prax. torq. reos, cap. 11. num. 2. P. Dian. in ſum. vbi ſupra, n. 244.*

N. 4. Vbi habetur, quod confeſſio eſt ratificanda etiam ſi illa non ſit facta in tortura, ſed metu tormentorum adde *Scial. in d. cap. 11. num. 3. & ſeq.* qui *cap. 3. num. 27. & ſeq.* declarat, quando confeſſio dicatur facta metu tormentorum, & eamdem confeſſionem eſſe factam in tortura, vel metu tormentorum not. etiam *Adden. ad Rotam deciſ. 254. num. 341. par. 9. recent. tom. 1.*

N. 9. Vbi habetur, quod confeſſio ſpontanea non eſt ratificanda adde *Scialo. in prax. torq. reos, cap. 11. nu. 13. & ſeq.* vbi dicit ita practicari, & ſufficere aſſignare terminum ad dicendum contra confeſſionem, & *num. 9.* dicit, neque eſſe ratificandam confeſſionem rei reperti in flagranti crimine, vt habetur etiam hic *num. 11.* nec confeſſionem Teſtis factam in tortura, vt per eum *ibi. num. 10.* & habetur etiam hic *num. 12.* & *num. 4.* dicit, d. confeſſionem eſſe ratificandam extra locum torturæ, vti habetur etiam hic *num. 15.*

N. 16. Vbi habetur, quod ratificatio confeſſionis eſt facienda ex interuallo vnius diei, & vnius noctis adde *Scialo. d. cap. 11. nu. 5. & ſeq.* vbi dicit, ſeruandam eſſe conſuetudinem, & ratificationem non requiri quando reus fuit tortus ex indicijs indubitatis, vel ſi erat conuictus, & *num. 20.* ponit formam d. ratificationis.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis veriſimiliter informatus de delicto ſi recuſet dicere veritatem, poteſt per Iudicem torqueri.*

Quod procedit, etiam in teſte dicente, ſe non recordari de eo, de quo veriſimiliter recordari debet, num. 2.

Debet tamen de dict. veriſimilitudine in actis conſtare, num. 3.

Debet tamẽ torqueri leuiter, & moderatè. n. 4.

Et concluſio procedit etiam in teſte negante, interfuiſſe delicto, num. 5.

Quomodo autem debeat teſtis conuinci de mendacio, habes, num. 6.

Et in teſte, qui interfuit facto, & dicit, non vidiſſe, num. 7.

Niſi tamen aliqua bona ratio teſtem excuſaret, num. 8.

Si tamen teſtis nihil probaret, non eſt torquendus, num. 9.

Et non eſt torquendus, niſi quando veritas aliter haberi non poteſt, num. 10.

Et, vt poſſit torqueri requiruntur indicia, de quibus, num. 11.

RESOLVTIO XX.

Teſtis veriſimiliter informatus de delicto quando poſſit per Iudicem torqueri.

1 TEſtis veriſimiliter informatus de delicto, puta, quia illud fuit commiſſum ante eius domum, apothecam, vel ſtationẽ, vel quia ipſe fuit in loco cõmiſſi delicti ſi recuſet dicere veritatem circa illud, poteſt ad d. effectum per Iudicem torqueri, vt tradunt *Boſſ. in pract. in tit. de tortu. teſti. num. 2. Adden. ad Bertaz. conſ. 166. litera A. lib. 1. Farinac. de teſti. quaſt. 79. num. 16.* vbi alios dat concordantes, & *num. 40. & conſ. 22. nu. 23. et conſ. 83. nu. 4. lib. 1. Theſa. deciſ. 42. num. 1. & 2.* vbi dicit, hoc procedere, etiam ceſſante vacillatione teſtis, & quod ita in illo Senatu fuit deciſum, *Ambr. in proc. inform. lib. 1. cap. 4. num. 10. Guazz. in. defen. 19. cap. 5. in prin. Ant. de Ball. tract. crim. lib. 1. quaſt. 4. num. 21. Carena de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 6. num. 24. et tit. 7. num. 57. et Zuffi. de legit. proc. quaſt. 91. num. 2.*

Teſtis enim officium eſt publicum, & neceſſariũ *Guaz. defen. 14. cap. 11. in prin. Ambroſ. in poceſ. inform.*

lib. 1, cap. 1, in prin, Scacc, de iudic, lib, 2, cap, 10, num. 3. cum intersit Reipub, delicta puniri, & prouinciam malis hominibus expurgari, quod ſine teſtium compulſione ad deponendum ſuper delictis fieri nō poſſet, vt not, *Senc, Guaz, & Adden, ad Ambroſ. vbi ſup*, ita vt illos ad ferendum teſtimonium in criminalibus hodiè paſſim cōpellantur, vt probaui ſupra in ver, *Teſtium ſecillanca, Reſ, 1, in prin,*

2 Amplia primò d, concluſionem, vt habeat locum etiam in teſte, qui dicit, ſe non recordari de eo, de quo veriſimiliter recordari debet, vt puta, ſi factum ſit de recenti, qui poſt ei factas monitiones, & aliquorum dierum carcerationē poteſt torqueri, vt docent *Scacc, de iudic, lib, 1. cap. 86. num, 14, Farinac, de teſt, d, q. 79, n. 13.* niſi obliuio ſit veriſimilis, & interrogetur de facto principali, & qualitatibus ſubſtantialibus, alias ſecùs *Guaz, d, def, 19. c. 4, n. 2. & Caren, de Off, S, Inquiſ, d, par. 3, tit 7. n. 59,*

3 Declara d, concluſionem, quòd ad hoc, vt teſtis, vti veriſimiliter informatus, poſſit torqueri, debet de d, veriſimilitudine in actis conſtare, alias torturæ non eſt locus, vt declarant *Farinac, in d, conſ. 22, n. 21, Ambroſ, in proc, inform. lib, 1. cap. 4, ſub num. 15 Ambroſ. in proc. inform. lib, 1, cap 4, n. 15. Ant. de Ball. d, 7. 10, num, 22, & Guaz, d, defen. 19 cap, 2. n. 5. & c. 5. n. 2. in fin,* & teſtem torqueri poſſe, niſi cōtra eū aliqua adſint indicia, dixi *infra, n. 11*

4 Declara ſecundò d, concluſionem, quæ declaratio deſeruire poteſt etiam pro ſequētibus ampliationibus, quod teſtis veriſimiliter informatus torquendus ſit leuiter, & moderatè, vt not, *Clar, in pract. §. fin. quaſt, 25. ver, torquentur etiam &c. Farinac, de teſt, d, quaſt. 79, num. 81,* vbi plures dat concordantes, & dicit, apud eos in d, caſu teſtem torqueri per quartam partem horæ, & quandoque vſque ad dimidiam horæ ad plus, attenta facti, & perſonarum qualitate, vt ibi per eum, *& conſ. 83, n, 5, lib, 1. & conſ, 181, num, 2. & 3. lib, 2, Guazz. d, def, 19, cap, 5, n. 2* vbi ſentit, eſſe etiam attendendam vilitatem teſtis, & *Ambroſ, in proc. inform. lib, 1. cap, 4. n. 17.* vbi hoc remittit Iudicis arbitrio,

5 Amplia ſecundò d, concluſionem, vt habeat locum, etiam in teſte qui negat interueniſſe facto, & delicto, qui pariter, cum præſumatur occultare veritatem, poteſt torqueri, vt voluerunt *Boſſ, in pract, in tit. de tort, teſt. num. 10, & 11,* vbi teſtatur de communi opinione *Ant, Gomez var. reſ, tom, 3. cap, 13. num. 29, Theſaur, d, decis. 42, in prin. Baiar, ad Clar. quaſt. 54, num. 20,* latè *Farin de teſt, d, quaſt 79, n, 80,* vbi quamplures adducit ita ſentientes, more ſuo, & *Guazz. d, defen. 19, c. 3, in prin.*

6 Declara d, ampliationem ſecundam, vt habeat locum, quando teſtis conuincitur de aſſiſtentia facto, & ſic de menda io per alium teſtem omni exceptione maiorem, ſeù per teſtem, qui ſit maior ipſo teſte, qui facto, & delicto interuenerit, ſeù per eius confeſſionem extraiudicialem, vt declarant *Brun, de ind, & tort, par, 2. q, 4. n. 3. Fuller, in pract, in ver, Capiat informationem, ſub n, 38, Boſſ, in pract, in d, tit, de tort, teſt, n. 30, & in tit, de indic, n. 27. Bert. conſ. 60, n. 7. & conſ. 210, n, 3. Far, de teſt, d,*

q. 79, n, 21, & 22. Guaz, d, def, 19, cap, 1, n, 8. & c, 3. n, 3, vbi dicit, quod ſi teſtes ſunt dignitate pares, nemo ex eis torquetur, & *Pract, Archiep, Neapol, cap, 10. num, 4,* necnon *Maſtrill. deciſ, 192. num, 6,* vbi intelligit, ſi agatur de probando indicio proximo, ſecùs ſi de remoto, vt ibi per eum.

7 Amplia tertiò d, concluſionem, vt habeat locum etiam in teſte, qui facto, & delicto interfuit, & negat, vidiſſe, & recuſat factum reuelare, & delinquentem propalare, qui pariter poteſt, pro facti veritate habenda, torqueri ad tex, in *l, vnius 18 §. teſtes, & ibi gloſ, ff. de quaſt,* & adnotarunt *Clar, in pract, §. fin q 25, ver, torquentur etiam &c, & ibi Baiar, n. 29, Theſ. d, dec, 42. n. 3,* vbi dicit, ita in illo Senatu fuiſſe deciſum, *Scac, de iudic, lib, 1. cap. 86, n, 14. ver, contrariū &c, Far, de teſt, d, q. 79. n. 17.* vbi plures dat concordantes, prout facit *Guazz, d, def, 19, c. 4, in prin, Ambroſ, in proc, inf, lib, 1. c. 4. n. 10, & Care, de Off, S, Inq, par, 3. tit, 6, n. 24. & tit, 7, n. 57*

8 Limita d, tertiam ampliationem, vt non habeat locum, quando aliqua bona ratio teſtem excuſaret, puta ſi factum ſucceſſerit in multitudine gentium, vt in foro, in nundinis, in choreis vel ſi delictum fuerit commiſſum extra conſpectum teſtis, & a tergo, & dùm cum alijs loqueretur, & de nocte, & ſimilia, quia tunc eſſet abſoluendum a tortura, vt docent *Boſſ. in pract, in d, tit, de tor, teſt, n. 42, Far, de teſt, d, q. 79. n, 19, Guaz, d def, 19. cap, 1, n. 11, & cap, 4. n, 4.* vbi dicit, quod, vt teſtis poſſit torqueri, vltra præſentem requiritur, cōſtare, quòd teſtis potuerit videre, & percipere quod factū fuit, cū non valeat cōſequentia, præſens, ergo vidit, vt ibi per eū benè declarantem, *& Carc, de Off, S. Inq, d, p, 3. tit, 7. n, 56,*

9 Limita primò d, concluſionem eiuſque ampliat ſeq. vt non habeat locum, quando teſtis pateretur tot exceptiones, vt nullam faceret probationem, quia tunc ille non eſt torquendus, ne fruſtra ſubijciatur tormentis, vt docent *Boſſ, in pract, in tit, de indic, n, 13.* vbi dicit, quod multi inaduertēter ſeruant contrarium, *Brun, de indic, & tort, par, 2. q. 4. nu, 10. & ſeq, Adden, ad Clar, q. 25. lit, A, Farin, de teſt, d, q. 79. n. 52.* vbi teſtatur de communi opinione, vbi dicit, quòd ante torturā teſtis ſunt examinandæ exceptiones, ne teſtis torqueatur ſine cauſa, niſi tamen Iudex nolit fundare eius intentionē omninò ſuper depoſitione d, teſtis, ſed habeat alia indicia, quia tunc vult, d, teſtem poſſe torqueri ad corroborandum d, indicia, cum quo concordat *Guaz, d, def 19. c. 1. n. 3, & 4. et c, 18. n 13,* vbi alios adducit ita ſentientes.

10 Limita ſecundò d, concluſionem, vt ſupra, vt non habeat locum, niſi in ſubſidium, quando veritas aliter haberi non poteſt cum tortura ſit remedium ſubſidiarium, alias ſecùs, quia ſi adeſſent alij teſtes, qui facto interfuerunt, & propalarent factum, & delinquentes, tunc non eſt deueniendum ad torturam contra teſtem negantem, interfuiſſe, vel vidiſſe, vt tradunt *Bertaz, conſ, 153, nu, 8. lib. 1.* quem referendo ſequitur *Farin, de teſt, d, q. 79. nu, 76. Guazzin, d, defen, 15, cap, 3. num, .. & Carenn de Offic. S. Inquiſ. dict. par, 3. tit, 7, num, 58.* vbi dicit, teſtem non eſſe torquendum, niſi examinato reo,

vt ibi

vt ibi per eum, quod tamen non haberet locum in inquiſitione generali, quando quæritur generaliter, quis commiſerit delictum, vt quia non appareant de eo indicia contra aliquam particularem perſonam, per notata per *Far. in d. q. 79. n. 46. et 72*

11 Limita tertiò d. concluſionem, vna cũ amplia. ſeq. vt non habeat locum, niſi contra teſtem præcedant indicia, non quelia requiruntur contra reũ ſed puta, quod ipſe ſit veriſimiliter informatus, quod delicto fuerit præſens, quod potuerit illud videre, & ſimil. alias tortus ſinè indicijs nihil probet, vt docent *Gram. vot. 6. nu. 10. Bertaz. conſ. 124. num. 6. lib. 1. Maſc. de prob. concl. 353. num. 6. lib. 1. Baiar. ad Clar. quæſt. 25. num. 29. Farinac. de teſt. d. quæſt. 79. num. 73. & ſeq.* qui benè declarat, hoc non procedere, quando teſtis torquetur ad purgandam maculam infamiæ, *& conſ. 22. nu. 29. lib. 1. Guazz. d. defen. 19. cap. 1. num. 6.* qui alios dant concordantes, & alia afferunt requiſita, vt teſtis poſſit torqueri, nempè quod conſtet de corpore delicti, quod pœna ſit corporalis contra reũ, quòd contra eundem aliqua præcedant indicia, vt ibi per eos, quę omnia hic longum eſſet recenſere.

ADDITIO.

N. 1. Vbi habetur, quod Teſtis veriſimiliter informatus recuſans dicere veritatem poteſt torqueri, adde *Scialo. in prax. torq. reos, cap. 14. num. 15. & num. 4.* idem dicit procedere in teſte dicente, ſe non recordari de eo, de quo veriſimiliter recordari debet, licet dicat eſſe torquendum leviter, *num. 10.* & de teſte dicente non audiuiſſe &c. *Andreo. cont. 745. n. 3.* & habetur etia hic n. 2. & 4

N. 5. Vbi habetur, quod Teſtis negans interueniſſe delicto poteſt torqueri adde *Scialo. in d. cap. 14. num. 17.* vbi dicit ſufficere illũ conuinci per vnum teſtem omni exceptione maiorem, vel maiorem ipſo negante, niſi agatur de inditio remoto, quia tunc requiruntur duo teſtes, & *num. 21.* dicit, quod teſtis non conuictus, ſi confiteatur in tortura, d. confeſſio non nocet, & *num. 16.* addit, teſtem non eſſe torquendum, ſi aliqua bona ratio illum excuſaret, vt habetur etiam hic *num. 8.* & *num. 42.* addit, quod teſtis non eſt torquendus, qui nihil probaret, vt pariter habetur hic *num. 9.* & *nu. 23.* dicit quod teſtis non poteſt torqueri, niſi in ſubſidium, & quod non torquetur abſque indicijs ſcientiæ, *num. 20.* & 21.

Adde plures caſus in quibus teſtis veriſimiliter informatus non poteſt torqueri Primo ſi delictum eſt tale, pro quo non intrat tortura, Secundo ſi teſtis ſit minor, Tertio Sacerdos in ſi in certis caſibus: Quarto filius contra patrem Frater contra fratrem, E contra torquentur teſtes domeſtici pro delicto commiſſo in domo, & vicini pro delicto commiſſo in vicinia, de quibus omnibus videas latè per *Scialo. in prax. torq. reos, cap. 14. per tot.* vbi plures dat concordantes.

SVMMARIVM.

1 *Tortura non poteſt inferri in dieb. feriatis in honorem Dei, n. 1.*

Ratio affertur ibi, n. 2.

Licèt contrarium ſeruari de conſuetudine teneant aliqui, n. 3.

Qua conſuetudo impugnatur per plures Doct. n. 4.

Limita d. concluſionem non habere locum in delictis grauibus, & enormibus.

Itant ratione grauitatis criminis poſſit exequi ſententia capitalis etiam in d. diebus.

Reſol. Crim.

RESOLVTIO XXI.

Tortura an poſſit inferri in die feriata in honorem Dei.

1 Tortura non poteſt inferri in diebus feriatis in honorem Dei etiam ſtantibus legitimis indicijs ad tex. in *l. dies feſtos, 10. & in l. prouinciarum, 9. & in l. quadraginta 6. & in l. actus 1. C. de fer. & in l. nemo, 3. C. de Epiſc. aud.* & tradunt *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 64. verſ. quæro an tortura &c.* vbi dicit, ita obſeruare bonos Iudices, & Deum timentes, *Farinac. de indic. & tort. quæſt. 38. num. 107.* vbi plures dat concordantes more ſuo, & teſtatur de communi opinione *Guazz. in. defen. 30. cap. 4. in fin. Caball. var. iur. reſol. caſu 227. n. 16. cent. 3. Danza. de pugn. Doct. to. 2. de offic. deleg. c. 3. n. 2. & Scial. in prax. tor. reos, c. 8. n. 24*

2 Dies enim feſtos Maieſtati Altiſſimæ dedicatos adeo per Iudices cuſtodiendos, & venerandos eſſe conſtat, & vt in eis in criminalibus cauſis nullus actus iudiciarius exerceri poſſit, nullaque exactio, nec executio fieri ad tex. in *d. l. omnes dies 10. C. de fer. & in l. 2. §. ſanctum, eod. tit.* & benè declarant *Caball. var. reſol. d. caſu 227. in princ.* nec non *Villagut. in pract. crim. lib. 8. cap. 6. concl. 1. in princ.*

3 Quicquid contrarium ſeruari de conſuetudine ſcripſerint *Bo. r. Brun.* & alij quos refert, & ſequitur *Cabal. d. caſu 227. num. 11. & ſeq.* quam conſuetudinem benè impugnarunt *Clar. in d. quæſt. 64. Farinac. in d. quæſt. 38. num 107. & Guazz. in d. cap. 4. in fin.*

5 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in delictis grauibus, & enormibus, in quibus poſſe Iudicem contra tales delinquentes deuenire ad torturam etiam in diebus feriatis in honorem Dei voluerunt *Clar. in d. quæſt. 64. verſ. quæro an tortura &c. Farinac. de indic. & tort. d. quæſt. 38. num. 107. Guazz. in d. defen. 30. cap. 4. in fin. & Scialo. in prax. torq. reos, d. cap. 8. num. 24. & ſeq.* qui plures dant concordantes.

Amplia d. primam limitationem, vt ratione grauitatis criminis liceat exequi etiam ſententiam capitalem in die feriato in honorem Dei, ita vt inſignis latro, & ſimiles poſſint ſuſpendi in d. diebus, vt tradunt *Caball. reſol. crim. d. cap. 227. num. 28. & ſeq.* qui hoc extendit etiam ad delicta leuiora, *Guazz. in. defen. 38. cap. 5. num. 1. & ſeq. & Scialo. in prax. iuridic. cap. 26. num. 14. & in prax. torq. reos d. cap. 8. num. 25. & ſeq.* & ante eos ſcripſerunt *Bal. Caſtr. & alij in d. l. prouinciarum, 9. C. de fer.*

TRACTATVS.

SVMMARIVM.

1 *Tractatus ad delinquendum non præſumitur, ſed ille debet probari.*

Ita vt neque probetur per confeſſionem rei, ſed de illo debeat conſtare aliunde, n. 1.

Ad illum tamen probandum ſufficiunt indicia, & coniectura, n. 3.

Licèt contrarium teneant aliqui, n. 4.

Et probatur etiam per teſtes inhabiles, n. 5.

Indicia tamen in d. caſu debent eſſe indubitata, n. 6

Et ſufficiunt pro pœna extraordinaria, non autem pro ordinaria, n. 7.

Licèt contrarium voluerint alij, n. 8.

Teſtes autem deponentes de tractatu debent deponere de illius concluſione, vt probent, n. 9.

Indicia verò tractatus referuntur plura, n. 10.

11 *Tractantes, & ordinantes homicidium puniuntur eadem pœna, qua punitur homicida.*

RESOLVTIO VNICA.

Tractatus ad delinquendum an debeat probari; vel præſumatur.

1 TRactatus de delinquendo non præſumitur, ſed ille eſt probandus per allegantem, & per ſilentium ad tex. *in l.2. §. homines ff. de vi bon. rapto.* & tradunt *Maſc. de prob. concl. 1393. in prin. lib. 3. Bertaz. conſ. 150. n. 8. vol. 1. Farinac. de pœn. temp. quæſt. 96. n. 75. & conſ. 61. nu. 7. lib. 1. & conſ. 166. nu. 2. lib. 2. Guazz. defen. 4. cap. 34. n. 3. & defen. 33. cap. 10. num. 14. Giurb. conſ. 2. n. 34. & conſ. 87. nu. 13. Ciriac. contro. 106. nu. 34. Vermig. conſ. 500. n. 8. & Sperell. deciſ. 168. n. 13. par. 2.*
Cum delictum in dubio non præſumatur, ſed illud ſit probandum *l. meritò 51. & ibi gloſ. ff. pro Soci. Vulpel. conſ. 38. num. 2. 3. & ſeq. Farin. de reo confeſ. & conuic. quæſt. 85. n. 1. & ſeq. Capic. Latro deciſ. 13. n. 4. par. 1. Rubc. de valid. legat. cap. 16. nu. 44.* & dixi latiùs ſupra in ver. *Delictum Reſiuit. 1. in prin.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt tractatus non probetur per confeſſionem rei, ſed de illo neceſſe ſit conſtare aliundè ad tex. *in l. 1. §. item illud. ff. ad Sillan. Grat. conſ. 91. nu. 4. par. 2. Guazz. d. def. 4. cap. 14. in prin.* & de tractatu debere conſtare ſaltem in genere, vt procedi poſſit ſuper eo voluerùnt *Euge. conſ. 76. num. 26. lib. 1. Hond. conſ. 87. ſub num. 97. lib. 2. idem Guazz. d. cap. 14. num. 7. et Vermigliol. conſ. 79. num. 8.*

3 Declara primò d. concluſionem, quòd, cum tractatus occulte fieri ſoleat, & ideò dicatur difficilis probationis, ad illum probandum ſufficiant indicia, & coniecturæ, ita vt per illas probetur non ſolùm ad effectum torquendi, ſed etiam ad effectum condemnandi, vt docent *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 20. ver. ſcias tamen &c. in fin.* vbi dicit, ita apud ipſos ſeruari, *Menoch. de arbitr. caſu 116. nu. 15. Maſc. de prob. d. concl. 1393. num. 4. & ſeq. Farin. de reo confeſ. & conui. quæſt. 86. num. 36. & de pœn. temp. quæſt. 96. num. 78. & conſ. 16. num. 32. & conſ. 55. num. 54. & ibi Adden. litera F. lib. 1. Guaz. d. defen. 4. cap. 14. n. 1. & n. 4. & ſeq.* vbi declarat, hoc procedere, quando agitur de probando ipſo tractatu, ſecus ſi agatur de probandis indicijs illius, puta inimicitia, litteris miſſiuis, & alijs, quæ poſſunt eſſe nota pluribus, vt ibi per eum, *Giurb. conſ. 2. nu. 30. & conſ. 4. n. 6 & conſ. 87. n. 13. Cartar. de execut. ſent. capt. banni. cap. fin. n. 243.* & admittit etiam *Illuſtriſſimus Sperel. d. dec. 108. n. 14.*

4 Quicquid contrarium, imò tractatum eſſe plenè & concludenter probandum, voluerint Doctores relati *per Farin. conſ. 61. num. 23. & de pœn. temp. d. quæſt. 96. num. 77. et Vermigl. conſ. 17. num. 9.*

5 Amplia d. declarationem, vt tractatus probari poſſit etiam per teſtes inhabiles, & præcipuè per ſocios, & complices eiuſdem criminis, vt not. *Maſt. de prob. d. concl. 1393. n. 7.* benè comprobans, & alios adducens, ita ſentientes *Boer. de ſeditio. quæſt. 7. num. 5. Decia. conſ. 24. nu. 1. lib. 2. Mago. deciſ. Lucen. 30. num. 26. et Guazzi. d. defen. 4. cap. 14. nu. 1. & 9.* vbi alios dat concordantes, late *Giurb. d. conſ. 2. num. 45. et ſeq.*

6 Limita primò d. declarationem, vt habeat locum quando coniecturæ, & indicia ſunt indubitata, aliàs ſecùs, vt voluerunt *Rimi. Iun. conſ. 704. n. 28. lib. 6. Maſc. de prob. concl. 822. nu. 14. et ſeq. lib. 2. Farin. de reo confeſ. & conui. d. quæſt. 86. nu. 37.* vbi alios adducit, ita ſentientes, *Guazzin. d. defen. 4. cap. 14. n. 6. et Adden. ad Farinac. d. conſ. 55. litera F. lib. 1.*

7 Limita ſecundò d. declarationem, vt habeat locum quoad imponendam pœnam extraordinariã, non autem quoad ordinariam, cum nemo ex præſumptionibus pœnam ordinariam patiatur, ſed tũc requiratur plena probatio, vt tradunt *Clar. in pract. §. homicidium ver. alia etiam etc. et in §. fin. quæſt. 20 ver. ſcias tamen in fin. Farin. de reo confeſ. et conuic. d. quæſt. 86. num. 18. et nu. 21. et ſeq.* dicens, ab hac opinione, vti veriori, & magis communi non eſſe recedendum, *et in conſ. 61. num. 28. lib. 1. Adden. ad Farinac. d. conſ. 55. litt. F. lib. 1.* vbi alios dant concordantes, *Maſc. de prob. d. concl. 822. n. 14. Guazz. d. defenſ. 4. cap. 14. num. 6. ver. item intellige etc. Peguer. deciſ. 14. num. 19.* benè *Illuſtr. Sperell. d. deciſ. 108. num. 14.* vbi alios adducit de communi, & magis communi opinione atteſtantes *par. 2.*

8 Licet contrarium, imò poſſe etiam imponi pœnam ordinariã, voluerit, vti verius, *Giurb d. conſ. 2. num. 62. et ſeq.* vbi alios dat concordantes, qui tamen illius intentionẽ parùm, aut nihil probant, & Doct. adductis per *Farin. in d. q. 86. n. 11 t.* cõtra quos adeſt verior, & magis cõmunis opinio, de qua ſup.

9 Declara ſecundò d. concluſionem, vt teſtes deponentes de tractatu, illum non probant, niſi deponãt de illius concluſione, quia multa tractantur, quæ nõ perficiuntur, cum tota vis tractatus in concluſione conſiſtat, vt declarant *Rimin. Iun. conſ. 299. n. 24. in fin. lib. 2. Bertaz. conſ. 251. nu. 27. et conſ 252. num. 4. et conſ. 253. nu. 6. lib. 2.* quos vnà cum alijs pluribus refert, & ſequitur *Guazzin. d. defen. 4. cap. 14. nu. 10* vbi dicit, quòd, ſi conſtaret de colloquio, & poſtea ſequutum eſſet delictum, præſumeretur commiſſum præcedente tractatu, vt ibi per eum, addo *Farinac. conſ. 112. nu. 9. lib. 2. Capic. Latro deciſ. 140. nu. 5. par. 2. et Rot. apud Greg. XV. deciſ. 168. nu. 2. et ibi Adden. nu. 7.*

10 Declara tertiò d. concluſionem cum ampliatione ſequen. vt plures ſint indicia, & coniecturæ tractatus, & præcipuè ex eo, quod plures nullis dictis verbis aliquem aggrediantur, ex aſſiſtentia cum armis, ſi ex illa aggreſſor efficiatur audacior, & aggreſſus timidior, ex receptatione delinquentis ante commiſſum delictum, ſi ei innotuit animus receptatori, ex accommodatione armorum, equi, vel inſtrumentorum ad delinquendum aptorum, ex receptatione delinquentis poſt delictum commiſſum, ex inimicitia, ex variatione, & mendacijs inquiſiti circa ſubſtantialia, ex eo quòd aliqui cõuenerint in aliquo loco, & ſecretè loquuti ſint, & ex eo prodeuntes delictum cõmiſerint, & ex alijs, quæ longũ eſſet recẽſere, vt videre eſt per *Calà de*

moda

modo artic. gloſ. vnic. § 2. num. 1432. & pluribus ſeq. per Farinac. conſ. 55. num. 52. lib. 1. vbi num. 18. & ſeq. ponit plura indicia excluſiua tractatus, *Maſc. de prob. concl. 1398. per tot. lib. 3. per Guazzin. d. def. 4. cap. 14. num. 11. 12. & plurib. ſeq. & per Giurb. d. conſ. 2. num. 47. & ſeq. & conſ. 87. num. 13* qui alia etiam afferunt, & prædicta examinant, vide ibi per eos.

11 Addo prædictis pro coronide, quòd tractantes, & ordinantes homicidium, ſeù aliud delictum puniuntur eadem pœna, qua punitur homicida, ſeù aliàs delinquens, ſiuè pœna ſit impoſita à iure, ſeù à Statuto, vt tradit *Farin. de conſult. & mand. qu. 129. num. 36. & ſeq.* vbi dicit, hoc non habere difficultatem, & ex *Bertaz. conſ. 62. lib. 1.* videtur hoc limitare, quando homicida adhuc erat facturus, & *conſ. 143. num. 2. lib. 2.* præterquam, ſi effectus non eſſet ſequutus, vt per eundem *Farinac. de homic. quæſt. 124. num. 47. & ſeq.* vbi hoc declarat, ipſum conſulas.

VENENVM.

SVMMARIVM.

1 *Veneni pro crimine vt procedi poſſit, debet prius conſtare de corpore delicti,*

Quod in d. crimine probatur ex atteſtatione Medicorum, & Peritorum, n. 2.

Qui ſufficit, quòd deponant de eorum iudicio, & credulitate, n. 3.

Debent tamen deponere, quem eſſe mortuum ex veneno propinato, cum potuerit mori ex veneno ingenito, n. 4.

RESOLVTIO I.

In crimine veneni vt procedatur an debeat conſtare de corpore delicti.

1 Qvando agitur contra aliquem de crimine veneni, debet ante omnia conſtare de corpore delicti, & quod, qui dicitur mortuus, fuerit veneno interemptus, prout requiritur in aliis delictis, vt tradunt *Decian. tract. crim. lib. 9 cap. 24. n. 4. Scac. de iud. lib. 1. cap. 83 n. 1. & n. 16. late Hond. conſ. 88. num. 9. & ſeq. lib. 2. Cabal. reſol. crim. caſu 180. num. 3. cent. 2.* vbi vult, confeſſionem venenantia non ſufficere, *Farinac. de Inquiſ. quæſt. 2. nu. 30. et ſeq. Guazzin. defen. 4. cap. 5. num. 2. et Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 1. num. 33. et ſeq.*

Antequam enim contra aliquem procedatur, conſtare debere de corpore delicti, aliàs proceſſus eſt nullus, vulgare eſt axioma ad tex. *in l. 1. §. item illud, ff. ad Syllan.* & tradunt *Clar. Farinac. Guazz. Giurb. Ambroſ. Caren. Cabal. Vermigl. Ciriac. et Sperell.* in locis per me relatis ſupra in verb. *Corpus delicti, Reſol. 1. in princ.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt corpus delicti in crimine veneni, & quem eſſe mortuum ex veneno, probetur ex atteſtatione Medicorum, & Peritorum, vt not. *Foller. in pract. in ver. Capiat informationem, ſub num. 16. et in verſ. Item quod venenauit ſororem, num. 14. et in ver. Et ſi confitebuntur num. 86. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 3. num. 8. Clar. in pract. § fin. qu. 4. n. 5. Cabal. in d. caſu 180. n. 8. Hond. conſ. 88. num. 12. et ſeq. lib. 2. Farinac. de Inquiſ. d. quæſt. 2. num. 30. et ſeq. Guazz. d. defen. 4. cap. 5. num. 3.* alios adducens concordantes, & *Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 1. num. 33. et ſeq.*

3 Subamplia d. primam ampliationem, vt iſti Medici, & Periti non teneantur præcisè deponere, illum eſſe mortuum ex veneno, ſed tantum de eorum iudicio, & credulitate, dummodò deponant medio iuramento, vt ſcripſerunt *Ant. Gomez in d. tom. 3. cap. 3. num. 8. Clar. in d. quæſt. 4. in fin. Foller. in pract. in d. ver. Capiat informationem, n. 26. Farin. de Inquiſ. d. quæſt. 2. num. 31. et 32. Guazzin. d. defen. 4. cap. 5. num. 7.* qui volunt, quod d. Periti poſſint etiam, quatenus opus ſit, aperiri facere cadauer occiſi, & *Caren. d. par. 3. tit. 1. num. 35.*

4 Declara d. concluſionem principalem, quòd, cum venenum aliud ſit propinatum, aliud verò in corpore genitum, vel ex aeris corruptione, vel ex malignitate humorum proueniens, ideò Medici, & Periti, vt probent corpus delicti in hoc crimine veneni, non ſufficit, quòd deponant, hominem fuiſſe veneno interemptum, quia id poteſt intelligi de veneno ingenito, ſed debent deponere, illum fuiſſe mortuum ex veneno propinato, adducendo ſigna, & coniecturas veneni propinati puta, quòd ſtatim ſumpto cibo morbum ſuperuenerit, quòd tam repente venenum ingenitum ſuam operationem non feciſſet, & alia ſigna quamplura, quæ ſatis longum eſſet recenſere, quæ latè recenſentur per *Foller. in pract. in d. verſ. Item quòd venenauit ſororem per tot. per Farinac. de Inquiſ. d. quæſt. 2. nu. 30. & ſeq. & conſ. 59. num. 30. lib. 1. per Lauren. decis. Auenion. 20. per tot. per Guazz. d. defen. 4. cap. 5. per tot. per Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 83. num. 3. per Caball. reſol. crim. caſu 18. n. 8. & in tract. de omni. gen. homic. num. 626. & ſeq. per Hond. d. conſ. 88. num. 17. & ſeq. per Caren. de Offic. S. Inquiſ. par. 3. d. tit. 1. num. 33. & ſeq. & per Maſſin. de confiſc. bonor. d. quæſt. 31. num. 54. & ſeq.* qui alios dant concordantes, ipſos conſulas.

ADDITIO.

N. 2. VBi habetur, quod corpus delicti in crimine veneni probatur iudicio peritorum, adde *Ciriac. contr. 485. num. 10.* vbi dicit, quod venenum vulnum an ſit puluis, vel aliud datum pro veneriandu aliquem eſt iudicandum à peritis, & eſt adnotandum in actis, de quo vide ſupra in verbo *Corpus delicti, Reſol. 5. per tot.*

SVMMARIVM.

1 *Veneni crimen dicitur delictũ difficilis probationis.*

Ita vt illud probetur præſumptionibus, & coniecturis, n. 2.

Dummodò non condemnetur in pœnam ordinariam, n. 3.

Contrarium, quòd ſequi poſſit condemnatio in pœnam corporalem, tenent alij, n. 4.

Declara, vt n. 5.

Et Iudex in d. crimine debet eſſe facilior in adhibendo torturam, n. 6.

Et in d. crimine punitur affectus pœna ordinaria, etiam effectu non ſequuto, n. 7.

Contrarium tamen teneat plures Doct. n. 8.

Maximè ſi ſit deuentum ad actum proximum contraria conſuetudine Italiæ non obſtante, n. 9.

Licèt contrarium teneant plures Doct. n. 10.

RESOLVTIO II.

Veneni crimen an dicatur delictum difficilis probationis.

1 VEneni crimen cum in occulto committi ſoleat, dicitur delictum difficilis probationis. ad tex. in l. 1. §. 1. occiſo ff. ad Syllan. & tradunt *Gram. vot. 3. num. 2. Declan. tract. crim. lib. 9. cap. 22. ſub num. 1. Farinac. de reo conf. & conuict. q. 86. n. 35. & de homic. q. 122. num. 53. Guaz. def. 4. cap. 5. in princ. Hond. conſ. 88. in princ. lib. 2. Maſſin. de confiſ. bonor. quæſt. 31. n. 53*

2 Amplia primò d. concluſionem illatiuè, vt in illo crimine ſufficiant præſumptiones, & coniecturæ non ſolum ad effectum torquendi reum, ſed etiam ad effectum illum condemnandi; vt docent *Gram. d. vot. 3. nu. 3. Foller. in pract. in ver. item quòd venenauit ſororem, num. 5. infra. & num. 10. pariter in fin. Bajar. ad Clar. §. fin. quæſt. 68. num. 123. & ſeq. Hond. d. conſ. 88. num. 12. & ſeq. Farinac. de homic. quæſt. 122. num. 54. Guazzin. d. defen. 4. cap. 5. in prin.* alios adducens concordantes, *Maſſin. de confiſc. bonor. d. quæſt. 31. nu. 61. 62. & ſeq. & Rota apud Merlin. deciſ. 415. num. 8. tom. 1.*

3 Declara primò d. primam ampliationem, vt, quando reus condamnatur ex præſumptionibus, & coniecturis, non veniat condemnandus in pœnam vitæ ordinariam, ſed in aliam pœnam extraordinariam, & mitiorem ex illa concluſione, quod, quando Iudex condemnat reum ex præſumptionibus, multùm temperare debeat arbitrium ſuum, vt declarant *Caſtr. conſ. 299. per tot. lib. 2. Alex. conſ. 215. num. 8. & ibi Addea litera C. lib. 3. Farinac. de homic. quæſt. 122. nu. 51.* dicens; non eſſe imponendam, niſi pœnam pecuniariam non autem corporalem, & quando agitur contra homines malæ conditionis, & famæ, vt ibi per eum, & *Guazzin. defen. 4. cap. 5. num. 21.* qui alios dant concordantes, & generaliter tenuerunt *August. ad Ang. Brun. Grat. Marſil. Tiraq. Gram. Cancer. Ruſti. Gomez. Menoch. Rim. Iun. Scarlat. Placa Montiecl Clar. Moron. Rolan. Caual.* & alij quos referre, & ſequitur *Farin. de reo confeſſ. & conuict. d. quæſt. 86. nu. 113.* volentes, ex indicijs, etiam indubitatis, reum condemnari non poſſe in pœnam corporalem, ſed ſolùm in pecuniariam: quando ſumus in Iudice ordinario, quicquid ſit quoad Suprema Tribunalia, in quibus poteſt procedere contraria Doctorum ſententia, & teſtantur de veriſſima, & magis communi Doctorum opinione, prout facit ipſemet *Farinac.* ibi, cum quibus concordat *Guazzin. defen. 33. cap. 14. num. 15. verſ. tandem Aduocatus, &c.* qui pariter teſtatur de veriori, & magis receptâ Doctorum opinione quoad Iudices ordinarios, præterquam quoad pœnam exilij, & ictuum funis, vt ibi per eum, & dixi ego *allegat. foren. 86. num. 27. & ſeq.* vbi alios dedi concordantes.

4 Contrariam tamen opinionem, quòd in eo ex indicijs, & præſumptionibus præcipuè indubitatis ſequi poſſit condemnatio in pœnam corporalem, quando agitur de delicto occulto, & difficilis probationis, vt eſt crimen veneni, quæ magis placet dummodo ſit minor pœna ordinaria, generaliter tenuerunt *Gram. deciſ. 42. num. 14. & ſeq. & voto 21. nu. 8. & ſeq. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 20. verſ. ſcias tamen &c. Surd. conſ. 132. num. 14. vol. 1. Far. in his terminis d. quæſt. 86. num. 115.* loquens de pœna fuſtigationis, *Maſcar. de prob. concl. 1280. n. 10. & ſeq. lib. 3. Menoch. de præſum. lib. 1. quæſt. 97. num. 17. et Guazz. d. defen. 33. cap. 14. num. 15. ver. & maximè, &c.* qui tamen excludit pœnam fuſtigationis ratione infamiæ, vt ibi per eum, & ita ſeruari in Regno Neapolitano, in Statu Mediolani, & in Statu Sereniſſimi Magni Ducis Etruriæ, teſtatur *Cabal. reſol. crim. caſu 288. nu. 7. et 15. cent. 3.*

5 Limita d. declarationem, vt habeat locum in reo præſente, non autem in contumace, quia ipſe, quicquid ſit de iure in Statu Eccleſiaſt. vigore Bullarũ Sum. Pont. poteſt condemnari etiam in pœnam ordinariam ex præſumptionibus, & indicijs legitimis ad tranſmittendam inquiſitionem, vt declarant *Farinac. de inquiſ. quæſt. 41. num. 16. ver. à quibus, &c. et Cartar. de execut. ſent. capt. haur. cap. fin. num. 55. et ſeq.* & dixi ego *d. alleg. foren. 86. num. 29. ver. verùm quia eſt.* & ita ego pluries ſeruaui, & ſeruari vidi præcipuè, cùm fui Auditor Legationis Vrbini.

6 Amplia ſecundò d. concluſionem pariter illatiuè quòd, cum crimen veneni, vti occultum, ſit difficilis probationis, vt dixi ſupra, ideò Iudex in eo debet eſſe facilior ad inferendam torturam *Foller. in pract. in ver. Itẽ quod venenauit ſororem n. 3. Alb. conſ. 72. n. 1. et 2. lib. 1. Decian. trac. crim. lib. 9. c. 12. nu. 6. et cap. 14. num. 1. Lauren. dec. ſ. Auenion. 10. num. 4. et 5. Farinac. de homic. quæſt. 122. num. 57.* alios adducens concordantes, *Guazzin. d. defen. 4. cap. 5. nu. 20. et Cabal. de omn. gen. homic. num. 576.*

7 Amplia tertiò d. concluſionem, vt ſupra, vt in hoc crimine propter illius atrocitatem puniatur affectus pœna ordinaria, etiam non ſequuto effectu, & homicidio, quando deuentum fuit ad actum proximum, cum quoad propinantem venenum, iam delictum fuerit completum, vt voluerunt *Cartar. in clem. ſi furioſus, par. 2. n. 11. de homic.* vbi teſtatur de communi opinione, & dicit, ita in facto fuiſſe ſeruatum, *Menoch. de arbitr. caſu 360. num. 21. et 47. ver. ſecundus caſus, latè Vulpel. conſ. 145 per tot. Bajar. ad Clar. in §. homicidium an. 47. Decian. tract. crimin. lib. 5. cap. 23. numer. 3. in fin. Anton. de Ball.*

tract.

tract.crim.lib.4. quaſt. 1. num.43. benè comprobans, prout facit *Caball.de omn.gen.homic.nu.595.* vbi teſtatur de communi opinione, & *Maſſin. de conſ.honor. d.quaeſt.11. num. 71. & ſeq.* vbi, hanc opinionem, dicit eſſe veriorem in Ueſico venenum dante, vt ibi per eum, & ita diſponitur in *Conſtit. March. lib.4. cap.68. in fin.* & in Bannimentis gener. Stat.Eccl.*cap.60.* & Legat, Vibini *cap.50.*

8 Contrariam tamen opinionem, quòd imò in d. caſu non inferatur pœna ordinaria mortis, tenuerunt *Gram.conſ.36. num.12. & ſeq. & deciſ.2. per tot.* vbi teſtatur ita fuiſſe deciſum reuocata contraria ſententia, *Silua.conſ.43. nu.20. verſ. hinc eſt & e. Clar. in pract. §.homicidium, num.11.* vbi teſtatur ita in facto fuiſſe ſeruatum, *Adden.ad Alba.d.conſ. 72.litt.A.* qui teſtantur de magis communi Doctorum opinione, quam ſequitur etiam *Farinac.de homic.d.quaeſt.122. num.20.& ſeq.* vbi alios adducit ſectatores, & dicit, hanc opinionem ſine difficultate procedere, quando non fuit deuentum ad actũ proximum, vt ibi per eum, *Criſpol. caſu milit.26. num.31. & ſeq.* vbi, hanc opinionem, dicit, mitiorem eſſe, præterquam quoad militem, quem ob d.crimen condamnandum eſſe pœna ordinaria ob ſpecialem fidem in militibus à legibus requiſitam, tenet ibi *num.34. & 35.* plenè comprobans; & generaliter conatum non puniri pœna ordinaria de generali conſuetudine Italiæ, licèt fuerit deuentum ad actum proximum, ſcripſerunt *Giurb. conſ.46. num.17.* vbi quamplures dat concordantes, & *Vermigl.conſ.23.num.10.* & in terminis veneni plene ſcribit *Giouagno. conſ.28. & 29. lib.1.* & quando non concurrit aliqua notabilis circunſtantia, aliàs ſecùs, *Caren.de Offic.S.Inquiſ.part.2. tit. 12. num. 284. & ſeq.*

9 Subamplia d.tertiam ampliationem, vt quando fuit deuentum ad actum proximum, inferatur pœna ordinaria contra venenantem, etiam homicidio non ſequuto, vt habeat locum non obſtante generali conſuetudine Italiæ, quòd non puniatur affectus non ſequuto effectu, de qua ſupra, cum illam non habere locum in crimine veneni, quando fuit deuentum ad actum proximum, voluerint *Conar. in d. clem. ſi furioſus, par.2. num.11. & per tot. de homic. Piaſ.in epit.delict.lib.1. cap.20. nu.2.verſ. Nam hac &c. Menoch.de arbitr. d.caſu 360. num. 47. Valpell. d.conſ.14. num.5. & per tot. & Decian.tract.crim.d.lib.9. cap.21. num. 3.*

10 Licèt contrarium teneat *Farinac. de homic. in d. quaeſt.122. num. 31.* vbi teſtatur, hanc eſſe veriorem, & ſeruatam in praxi opinionem, & *Giouagnol. d. conſ. 28. & 29. lib.1.*

ADDITIO.

N.8. VBi habetur, quod in crimine veneni non punitur affectus non ſequuto effectu, adde *Ciriac.d.contr. 485. nu.18. & ſeq.* maximè ſi non ſit deuentum ad actum proximum, ad quem non dicitur deuentum quando fuit datum venenum portandum, & vide ſcripta ſupra in verbo *Affectus, Reſol.1. per tot.*

Reſol. Crim.

SVMMARIVM.

1 *Veneno aliquem interficiens dicitur homicida proditorius.*

Licèt de hac concluſione dubitauerint aliqui, n.2

Ita vt occidens aliquem veneno non gaudeat immunitate Eccleſiæ, n.3.

Licèt contrarium in occidente veneno inimicum teneat P. Diana, n.4.

Limita d.concluſionem non procedere in mandante, qui gaudent immunitate, n.5.

Licèt contrarium teneant plures Doct. n.6.

RESOLVTIO III.

Occidens aliquem veneno an dicatur homicida proditorius.

1 INterficiens aliquem veneno dicitur homicida proditorius, vt tradunt *Ant.Gomez var.reſol.tom.3.cap.3 num.7. Decian. tract. crim. lib. 7. cap.29. num.21. & lib.9. cap.22. nu.1. Bajar.ad Clar. §.homicidium, num. 23. & quaeſt. 68. num. 123. Caball. Reſol.crim. caſu 278. num.2. cent.3. & de omni gen.homic.num.428. & 551. Honded. conſ.88. nu.7.lit.2. Barboſ.de iure Eccleſ.vniuer. lib.2.cap. 3. num.94. Farinac. de delict. & pœn. quaeſt.18. nu. 74. & de carc. & carc.quaeſt.28.num.24. & de homic.q.122. num. Guazzin.defen.1.cap.38.nu.43. Riguer.deciſ.54.num.12.Criſpol.caſu milit.26.n.14 P. Laym.in Theol.mor.lib.4. tract.9. cap.3. num.8. Maſſin.de conſ.hon.q.31.n.68.* & late comprobat nouiſſime *P. Graſſet. de nece prodit. §. 19. num. 1.* vbi innumeros ferè dat concordantes, & ampliat hanc concluſionem, vt habeat locum etiam quod venenum non fuerit datum ſub colore amicitiæ, imò contra *P.Diar.Sperel.* & alios etiam quòd illud fuerit datum ab inimico, vt ibi per eum.

Cum venenator occidat hominem non præcauentem & ſe hic, & nunc defendere non valentem, quia viuit aſſidatus de porrigente venenum, vel in cibo, vel in potu, ad quem non debuit reſtringere homicidium per venenum, vt poſt *Caball. in d. tract. de omn. gen. homic. num.545. & Guazz. de caſibus reſer.lib.1.cap.14. num.31.* per eum relatos declarat *P.Graſſet.de de nece prod.d.§.19. num.3.* maximè cum venenum non ſoleat propinari niſi per eos de quibus venenatus confidit vt per *P.Graſſ.d.n.3*

2 Quicquid de hac concluſione dubitauerit *P. Nald. in Summ. in ver.Eccleſia num.12 §.3.* & hanc eſſe largè proditionem, dixerit *Caball.de omn. gen.homic. num. 60.* quem reprobat *P. Graſſet. d. §.19. num. 7. in fin.*

3 Amplia d. concluſionem illatiuè, quòd occidens aliquem veneno, vti proditorius homicida, non gaudeat immunitate Eccleſiæ, vt voluerunt *Farin. de immun Eccleſ. nu. 142.* vbi plures dat concordantes, licèt poſtea dicat, eſſe conſulendum Summ. Pontificem *Guazz defen. 1. d.cap.38. n.1 .P.Suar. de Statu Relig. lib.3. cap.11. num.12. Barb. de iure*

Eccleſ, vuin. d, lib 2. cap, 3, num, 94, Caball, de omn, gener homic, num, 583, P, Layman, Theol, moral, lib, 4, tract, 9, cap, 3, num, 8, P, Sanch, conſ, moral, lib, 6, cap, 1, dub, 8, n, 25, & 26, & plen pluribus adductis authoritatibus comprobat *P, Graſſet de nec, prodit, d. §. 19, n, 25, & ſeq.* vbi hoc ampliat, contra *Dian,* & alios, procedere etiã in occidente veneno inimicum, etiã in terminis *Conſt, Greg, XIII,* et ibi per eũ,

4 Licèt contrarium in occidente veneno inimicum tractatur *P, Dian, in ſum, in verb. Immunitas Eccleſ, quoad delicta, num, 28, circa medium*,

5 Limita primò ampliationem, vt non habeat locum in mandante, aliquem veneno interfici, qui licèt ſit reus homicidij proditorij, quia ipſe imponit mandatario virtutem operandi necem proditoriã, non tamen priuatur immunitate Eccleſiaſtica, quia *Conſtit, Gregoriana* vtitur ver. *Occiderit*, nomine verò occidentis non venit in odioſis mandans, occidi, ſed ſolum occiſionis executor, vt voluerunt *Homobo, in exam, eccleſ, par, 2. pag, 323, col 2.* qui hanc limitationem non improbat. *Vinc, Tancred, de Relig, tract. 1. lib, 4. diſput, 8, quaſt. 5, num, 24, Caren, de Offic, S, Inquiſ, par. 2, tit, 12, num, 269, Guazzin, tun, tract, moral, ad defen. lib, 2, defen, 1, cap, 14, num, 20, & 27. & P, Sanch, conſ, moral, tom, 2, lib, 6, capit, 1, dubit, 9, num, 3,* quos refert, & ſequitur *P, Graſſet, de nec prodit. d. §, 19, num, 29,* vbi de veneno ante per alium etiam idem ſentiem, & *§. 20, num, 3, & ſeq,* vbi hanc opinionem latè tuetur, & contrarijs reſpondet, vt ibi per eum,

6 Licèt contrarium, imò mandantes inſidiosè aliquem interfici non gaudere immunitate, ſequuto effectu, voluerint *P, Suarez, P Layman, P, Facundez, Perſic, & Vinc, Tancred,* in locis relatis per *P. Graſſ, de nece prodit, d, §. 20, num, 6,* quorum rationes benè refellit, vt ibi per eum, qui *num, ſeq.* plura ad materiam ſubnectit, quæ videas ibi per eum,

---

V S V R A.

S V M M A R I V M.

1 *Vſura eſt omni iure prohibita,*

Itaut vt vſuram committens ſit puniendus pœna extraordinaria, n 2,

Quod procedit etiam in Iudæis, n. 3.

Sed non in muliere, quæ ob ſexus imbecillitatem, ob vſuram non puniatur, n, 4.

Et idem eſt in ruſtico, n, 5,

Et quando vſura in aliquo loco publicè frequentatur, n. 6,

Licèt contrarium teneant aliqui Doct. n, 7.

Et quando vſuras quis non exegit, quia non punitur, num, 8,

Licèt contrarium teneant plures Doct. n. 9,

Et quando adſunt graues authores volentes, contractum non eſſe vſurarium, n. 10.

Et quando vſura extorta eſt minima, n. 11,

Licèt contrarium teneant plures Doct. n. 12.

13 *Vſura in crimine Iudex de conſuetudine non procedit ex officio.*

R E S O L V T I O I.

Vſura an ſit omni iure prohibita.

1 Vſura eſt omni iure prohibita, & damnata, nempè Diuino, Naturali, Canonico, & ciuili ſaltem nouiſſimo, *auth. ad haec, C. de vſur, cap, 1, & cap, 3, & per tot, eod, tit,* & tradunt *Clar. in pract. §. vſura, num, 3. & 4. Peguer, deciſ, 30. nu, 9, & plur ſeq. Mar. Antnat. var, reſ, lib. 2, cap. 12, num, 12. Gail de credit. cap. 2, tit. 7, num. 1552. Carleval, de iud. lib. 1, tit, 1 diſp, 3, n. 1, Gratian, diſcep, forens. cap. 851. num, 13. par 5, Ill, Sperel, deciſ, 91. n, 50. par, 1. & deciſ. 116. num, 21, par, 2,* plenè *Leotar, de vſur, quaſt, 2, nu, 25. et plur, ſeq.* dicens, efficaciter oſtendere eſſe iniuſtas ſuperè hæreſim, & leges ciuiles, vſuras, permittentes eſſe correctas, vt ibi per eum, quam concluſionem latè comprobat *Rota deciſ, 52, num. 5, par. 1 & deciſ. 301 n. 32. et ſeq. par, 5, rec,* vbi dicit, etiam illam eſſe prohibitam in Sacr. Concilijs, vt ibi per eum,

2 Amplia primò d, concluſionem illatinè, vt vſurarius inter alias pœnas, quas patitur ob crimen vſuræ, puniri debeat pœna extraordinaria Iudicis arbitrio, vt not, *Clar, in pract, d. §, vſura verſ. ſed quaro, et ibi Baiar. num. 27, Peguer. deciſ. 31. in fin. Decian, tract, crim lib, 4, cap. 26, num 3, Menoch, de arbit, caſu 398, n. 41, Farinac, conſ. 15. num, 8,* vbi teſtatur de veriori, & magis communi Doctorum opinione *lib, 1. Vgoli, de vſuris, cap 26. §. 1, num. 1,* vbi hanc dicit, magis communem opinionem eſſe, *Leotar, de vſur, d, q. 100. n, 52,* vbi alios dat concordantes, & *Gail, de cred, cap. 2, tit. 7. n. 1534. et ſeq.*

3 Subamplia d, ampliationem, vt habeat locum etiam quoad Iudæos, qui puniri poſſunt criminaliter ob vſuram per eos commiſſam abſque licentia eiuſ, qui hoc eis permittere poteſt, vt docent *Clar, in d, §. vſura num, 7. et ibi Baiar. n, 20, Marquar, de Iudæ, par. 1. cap. 11, nu. 7 et ſeq, Farinac. in frag, crim, litt. I, num. 667, Mart. Anton. var. reſ. lib. 2. cap, 12. num, 83, et Leotar, de vſur. d. cap, 100 n, 53,* & Iudæis non licere abſque crimine vſuras exigere, dicit *Vermigl. conſ. 300. num, 6,* & benè comprobat *Rota d. deciſ. 301. num. 46. et ſeq. par, 5 recent.*

4 Limita primò d, ampliationem, vt non habeat locum in muliere, quam ob ſexum, & ignorantiam iuris ab hac pœna excuſari voluerũt *Bertaz, conſ. 182 nu. 17 lib. 1. Vgolin. de vſur d, cap. 26. §. 1. n. 2, Farin, de pœn, temp. quaſt, 98, nu. 4. Card. Mant. de tacit lib. 8 tit, 25 n. 11, et Leotar, de vſur, d, quaſt, 100, num. 61* vbi limitat, hoc non procedere in muliere ſagaci, & in aperta, & manifeſta vſura, ſed tantum in præſumpta, vt ibi per eum,

5 Limita ſecundò d, ampliationem, vt non habeat locum in ruſtico, cui ob pœnam vſurarum venit ignoſcendum, cum ab eo credatur abeſſe dolum, vt voluerunt *Bertaz. dict. conſ. 182, num. 46. Menoch de arbitrar. caſu 149. numer. 47. et de præſumpt, lib. 3. præſump, 122. n. 40.* plenè *Farinac, de pœna temper. d. qu. 98. nu. 27.* vbi plures dat con-

cor-

cordantes, *Vgolin. de vſur. d. cap. 26. §. 1. ſub num. 2. & Leotar. de vſur. d. quaeſt. 100. nu. 57.* vbi iures adducit, ita ſentientes, & pariter dicit, hanc limitationem non habere locum in ruſtico ſagaci, & in euidenti, & aperto ſauore, & in euidenti, & aperta iniquitate contractus, vt ibi per eum.

6 Limita tertiò d. ampliationem, vt non habeat locum, quando vſura in aliquo loco publicè, & palàm frequentatur, quia tunc licèt conſuetudo, etiamſi eſſet totius Orbis, contractum vſurarium validum facere non poſſit, vt dicit *Rot. d. dec. 301. num. 24. & ſeq. par. 5. rec.* & dixi ego *allegat. foren. 1. nu. 57.* excuſat tamen exercentem contractum vſurarium, vt puniri criminaliter non poſſit, vt ſcripſerunt *Rolan. conſ. 75. num. 17. lib. 1. Menoch. de praeſump. lib. 5. d. praeſump. 122. nu. 97. Farinac.* qui teſtatur de magis communi opinione, *de poen. temp. quaeſt. 95. n. 5.* vbi plures dat concordantes, *Vgolin. de vſur. d. cap. 36. §. 1. nu. 2. Iuſti. inter conſ. Farinac. 15. nu. 63. lib. 1. Ciriac. contr. 169. num. 10. Leotar. de vſur. qu. 99. n. 4. et q. 100. n. 5. et ſeq.* vbi tenet ſtante dicta conſuetudine, vſurarium eſſe omninò excuſandum, cum conſuetudo etiam iniuſta excuſet à poena, vel ſaltem leuiſſima poena eſſe puniendũ. licèt aliqui contrarium ſentiant, quam limitationem tenent etiam *Zach. de ſociet. num. 348. & ſeq.* & admittit *Rot. apud Merlin. de pign. deciſ. 29. in fin.* & dixi ego *d. allegat. forenſ. 1. num. 57.* vbi concordantes.

7 Licèt contrarium teneant *Peguer. deciſ. 24. nu. 2. & ſeq.* & alij relati *per Leotar. d. qu. 100. n. 56.* quorum opinionem procedere in vſura manifeſta, & patente, aliàs ſecùs, volt *Farinac. in d. quaeſt. 95. n. 7.*

8 Limita quartò d. ampliationem, vt non habeat locum, quando quis vſuras fuit tantùm ſtipulatus, ſed illas non exegit, quia tunc aliqua poena criminali puniri non poteſt, cum in exactione tantùm dolus committatur, vt voluerunt *Bero. conſ. 207. nu. 22. & conſ. 208. n. 6. lib. 3. Ripa. reſpon. 116. nu. 2. Borgn. deciſ. 13. num. 78. lib. 2. Lauren. deciſ. Auenio. 48. in fin.* dicens, ita fuiſſe iudicatum, *Ciriac. contr. 169. num. 16.* & alij relati *per Leotar. de vſur. d. qu. 100. n. 63.* cum quibus pertranſit *Rouit. ad pragm. 1. de vſur. nu. 34. & 35.* vbi alios dat concordantes, & hanc opinionem in terminis pragm. Regni dicit veriſſimam *Gait. de credit. cap. 2. num. 1555. & ſequen.*

9 Contrarium tamen, imò illum, qui illicitas vſuras ſtipulatus fuit extra ordinem, puniri poſſe, licèt vſuras non exegerit, cum committere vſuras ſit actus prohibitus, & illum faciens dicitur temerarius tenuerunt *Baiar. ad Clar. d. §. vſura num. 12. Menoch. de arb. caſu 360. num. 17. Scac. de comer. & camb. qu. 7. ampliat. 20. nu. 10. Gait.* ſibi contrarius *de credit. cap. 2. tit. 7. nu. 1547.* qui illum ſequitur, & hanc opinionem dicit veriorem, ſic à poſtea à num. 1555. *& ſeq.* contrarium teneat in terminis *Pragm. Regni, Felicia. de cenſ. lib. 1. cap. 7. n. 4. ver. 2. et Leotar. de vſur. d. qu. 100. num. 63. & ſeq.* vbi alios dat concordantes, & dicit, hanc opinionem veriorem, illamq; comprobat, & à contrarijs moitur, & tenet, in hoc caſu foeneratorem eſſe mitiùs puniendum, vt ibi per eum.

10 Limita quintò d. ampliationem, quando adſunt graues authores volentes contractum non eſſe vſurarium, quia tunc illum celebrantes non poſſunt criminaliter puniri, licèt teneantur ad reſtitutionem vſurarum, vt tradunt *Iaſ. in l. properandum 13. §. ſin. autem alterutra ſub num. 8. C. de iudi. Franc. in cap. vt debitus 59. num. 44. de appell. Aſin. in prac. §. 32. cap. 2. limit. prin. 2. in prin. Ciriac. contro. 169. num. 29.* vbi alios dat concordantes, & ſaciunt notata per me *allegat. foren. 1. num. 55.*

11 Limita ſextò d. ampliationem, vt non habeat locum, quando vſura extorta eſt minima, quia tunc iudicio criminali non eſt locus, cum modicitas rei dolum excludat, ſinè quo nemo dicitur delinquere, vt voluerunt *Ripa reſp. 116. nu. 6. Zecch. de vſur. cap. 15. num. 3. Scap. de iure non ſcrip. lib. 5. cap. 150. num. 7. Vgolin. de vſur. cap. 26. §. 1. num. 2. ver. poſtremò excipiter &c.* quos refert, & ſequitur *Leotar. de vſur. d. quaeſt. 100. nu. 67 & 68.* benè comprobans, & contrarijs reſpondens, cum quibus pertranſire videtur *P. Diar. in ſum. in ver. vſur. num. 2. Emin. Card. de Lugo de iuſti. & iur. diſp. 25. in fin.*

12 Licèt contrarium, imò paruitatem materiae non excuſare in crimine vſurarum, cum quicquid ſorti accedit, vſura ſit, quod verbum, *quicquid*, etiam in modica materia verificetur, poſt *Craſ. & Alpho. de Leone* per eum relatos tenuerint *T. Vida. in Arca ſalut. de paruit. mate. Inquiſ. vni. num. 69. R. P. D. Fagna. ad cap. vlt. num. 15. de vſur.* quem referendo ſequitur *Rota apud Zuff. de legit. proceſ. crim. deciſ. 104. num. 5. & 6.*

13 Addo pro coronide, quòd in crimine vſurarum non proceditur ex iudicis officio, ſolo fiſco inſtante, de generali conſuetudine ſinè accuſatione iuxta doctrinam *Innoc. in cap. ad noſtram ac. in princ. de iureiur.* & tradunt *Peguer. deciſ. 35. num. 1. & ſeq. Guazz. defen. 7. cap. 1. num. 7. & Vermigl. conſ. 294. num. 2. & conſ. 301. num. 1.* vbi teſtatur de veriori opinione, & limitat non procedere, quando ſoluentes vſuras iurarunt non repetere, & quando inquiritur ad correctionem peccati, vt ibi per eũ, alium caſum addit *Peguer. d. deciſ. 35. num. 1. ver. ſecundò &c.* quando notorium eſt, vſuras fuiſſe extortas, & ille timet repetere ob potentiam aduerſarij, vt ibi per eum.

S V M M A R I V M.

1 *Vſurarum crimen eſt mixti fori, & vterque iudex poteſt ſuper eo procedere, ita vt ſit locus praeuentioni.*

RESOLVTIO II.

Crimen vſurarum an ſit delictum mixti fori.

1 VSurarum crimen eſt mixti fori, & vterque Iudex Eccleſiaſticus, & laicus ſuper eo poteſt procedere, ita vt inter eos ſit locus praeuentioni,

tione, ſiuè quæſtio ſit facti, ſiuè iuris, vt tradunt *Conar. Clar. Decia. Oſaſch. Farin. Pegner. Pachin. Menoch. Cabal. Guazz. Fontanell. Leotar. & Carleual.* in loc. relatis, ſupra in ver. *Delictum Reſol. 2. nu. 12. & ſeq.* vbi plenè dixi de hac materia, & contrarium tenentes recenſui, videas ibi, cum ſuperfluum eſſet iterùm hic illam replicare.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes deponentes, vſuras perſoluiſſe, non probant illum eſſe vſurarium.*

Quòd procedit tam in ciuilibus, quam in criminalibus, num. 2.

Fallit concluſio, quando teſtes deponerent ad fauorem tertij, num. 3.

Contrarium, imò neque tunc teſtes eſſe integræ fidei, voluerunt Doct. num. 4.

Fallit ſecundò, quando teſtes renunciant eorum intereſſe, num. 5.

Niſi tamen appareat, dict. renunciationem tantùm verbalem eſſe, num. 6.

Et d. renunciatio eſt facienda apud acta, & cum iuramento, num. 7.

Non tamen d. teſtes ſunt omni exceptione maiores, etiam ſtante d. renunciatione, num. 8.

RESOLVTIO III.

Teſtes deponentes vſuras perſoluiſſe an probent quem vſurarium.

1 Teſtes deponentes, vſuras alicui perſoluiſſe, non probant illum eſſe vſurarium, cum dicantur habere intereſſe in cauſa, ita vt videantur deponere in cauſa propria ob reſtitutionem vſurarum, quæ indè euenit, & ideò non cenſentur eſſe integræ fidei, vt tradunt *Conar. var. reſ. lib. 3. cap. 1. n. 4. in fin. Oſaſch. deciſ. Pedem. 42. num. 6. Menoch. de arbitr. caſu 235. n. 23.* vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione, *Maſc. de prob. concl. 1417. num. 14. lib. 2.* qui pariter hanc dicit magis communem opinionem. *Clar. in pract. §. fin. quæſt. 43. nu. 18. & ſeq.* latè *Farin. de teſt. quæſt. 60. nu. 77.* alios referens concordantes. *Carena de Offic. S. inquiſ. par. 3. tit. 5. num. 64. & Vermig. conſ. 288. num. 3. & ſeq. & conſ. 290. num. 1. & ſeq.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum non ſolum in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus, vt not. *Bertaz. conſ. 23. num. 17. & conſ. 170. nu. 11. lib. 1. & conſ. 251. num. 30. lib. 2.* vbi teſtatur de communi opinione, & alios dat concordantes, *Oſaſch. d. deciſ. 72. num. 6. Farinac. d. quæſt. 60. num. 80.* vbi declarat opinionem *Cepoll.* contrarium tenentis *de ſimul. contrac. nu. 87.* habere locum quoad effectum inquirendi contra vſurarium generaliter, & ad aſſumendum informationes tantùm, vt ibi per eum *num. 81. & ſeq. & Vermigliol. d. conſ. 288. ſub num. 3. & d. conſ. 290. in princ.*

3 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando teſtes deponentes, vſuras ſoluiſſe, deponerent ad fauorem tertij, & ſic in cauſa per tertium contra vſurarium mota, quia tunc illos probare, voluerunt *Crauet. conſ. 6. nu. 102. ver. reperio tamen, & de antiq. tempo. ver. ſed enim & c. n. 12. Menoch. de arbitr. d. caſu 235. nu. 25. et Maſc. de prob. d. concl. 1417. n. 14.* vbi alios adducunt ita ſentientes.

4 Contrariam tamen opinionem, quod d. teſtes non dicantur integræ fidei, & omni exceptione maiores per rationem, quam adducit, tenet *Farinac. de teſt. d. quæſt. 60. num. 85.* & poſt eum *Caren. de Offic. S. Inquiſ. d. par. 3. tit. 5. num. 64.* & hanc contrariam opinionem dicit veriorem, & magis communiter receptam *Vermigl. d. conſ. 290. n. 19.*

5 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando d. teſtes declarant, quòd ex eorum depoſitione nullum intendunt commodum reportare, & eorum intereſſe omnino renunciant, quia, tunc illos probare, tenent *Bald. in l. diſtantibus 22. num. 3. et ibi Adden. C. de teſtam. Rolan. conſ. 95. nu. 14. et conſ. 98. num. 31. lib. 4. Menoch. de arb. d. caſu 215. poſt nu. 25. Maſc. de prob. d. concl. 1417. nu. 15. & concl. 1357. num. 57. lib. 2.* latè *Farinac. de teſt. d. quæſt. 60. num. 51. & 52. & num. 86.* latè *Giurba* qui loquitur in de probato *conſ. 50. num. 40. & conſ. 93. num. 7.* qui alios dat concordantes, *Vermigl. d. conſ. 288. num. 5. & d. conſ. 290. nu. 11. Zuff. de legit. proc. qu. 34. n. 2. & ſeq.* vbi non requirit renunciantem intereſſe, quando perſona eſt legalis, vt ibi per eum *Rota apud Sarnen. deciſ. 10. nu. 2.* & dixi ſupra in ver. *Furtum Reſolut. 13. num. 2.*

6 Declara d. limitationem non habere locum quando ex depoſitionibus teſtium dignoſcitur, eoſdem reſtitutionem vſurarum facto iuſtitiæ ſperare, & renunciationem intereſſe per eos factam tantùm verbalem eſſe, vt ſentiunt *Doct. allegati per Farin. de teſt. d. qu. 60. nu. 51. & 52. Lup. de vſur. commen. 4. in præfat. num. 26. ante fin. Batar. ad Clar. d. 9. vſur. num. 26. in fin.* quos refert, & ſequitur *Vermigl. d. conſ. 288. num. 5. & d. conſ. 290. num. 12.*

7 Declara ſecundò d. limitationem, vt renunciatio intereſſe, de qua ſupra, vt attendatur, facienda ſit apud acta, vel ante depoſitionem, vel ſaltē tempore depoſitionis, & cum iuramento, vt ſentiunt *Felin. in cap. perſonas 20. in fin. de teſt. Pegner. deciſ. 35. in prin.* & declarat *Vermigl. d. conſ. 290. num. 13. & ſeq.* & dixi etiam ſupra in ver. *Furtum Reſolut. 13. num. 4.*

8 Declara tertiò d. limitationem, vt teſtes prædicti, ſtante etiam dicta renunciatione, non tamen dicantur teſtes omni exceptione maiores, vt tradunt *Burſat. conſ. 330. num. 39. & ſeq. Bertaz. conſ. 236 num. 16. lib. 2.* quos refert, & ſequitur *Giurba d. conſ. 50. num. 40. in fin. & d. conſ. 93. num. 7. in fin.* & nouiſſimè *Zuff. de legit. proc. crim. d. quæſt. 34. n. 3. & 4.* & dixi ſupra *d. Reſol. 13. num. 3.*

ADDITIO.

N. 1. Vbi habetur, quod teſtes deponentes vſuras perſoluiſſe alicui non probant, illum eſſe vſurarium, adde contrarium tamen adeſt Statutum in Regno Neapolitano

politano per *cap. noniter noſtra* 270. nempè quod etiam ad effectum puniendi vſurarum criminaliter ſufficerent tres teſtes ſingulares ſingularitate adminiculatiua deponentes vſuras perſoluiſſe fœneratori, vt teſtatur *Illuſtriſſ. D. meus Deluca in Teat. veri. & iuſt. tom. 5. in tit. de vſur. diſc. 12. n. 13. qui n. 11.* latè probat in materia vſuraria non requiri plenam, & perfectam probationem, cum aliàs fœneratores nunquam conuincerentur de vſura, vbi dicit hanc concluſionem magis communiter receptam eſſe per *Canoniſtas, & moraliſtas*, vt ibi per eum.

VVLNVS.

SVMMARIVM.

1 *Vulnus quando conſtat, non eſſe mortale, vulnerans, mortuo vulnerato; non tenetur de occiſo.*

Et eò magis, ſi conſtat de mala cura, & malo regimine, num. 2.

Mala tamen cura, & negligentia debet eſſe magna, num. 3.

Et etiamſi vulneratus mortatur infra paucos dies, num. 4.

Si verò conſtat, vulnus eſſe mortale, vulnerans tenetur de occiſo, num. 5.

Etiamſi Medicus non fuerit adhibitus, & conſtet de aliqua mala cura, num. 6.

Ac etiamſi vulneratus lethaliter decedat ex interuallo, num. 7.

In dubio, an vulnus fuerit mortale, nec ne, vulneratus præſumatur mortuus ex vulnere, num. 8.

Contrarium, quod in dubio vulneratus non præſumitur mortuus ex vulnere, num. 9.

Prima opinio non procedit, quando conſtat de mala cura, num. 10.

Nec quando ſuperuenit alius morbus non habens cauſam à vulnere, num. 11.

12 *Vulnus quando dicatur mortale, vel non mortale quid ſit attendendum, remiſſiuè.*

RESOLVTIO I.

Vulnus quando conſtat non eſſe mortale vulnerans mortuo vulnerato an teneatur de occiſo.

1 VVlnus quando certò conſtat ex relatione Medicorum, ſeù Peritorum, vel aliundè, non eſſe mortale, vulneratus ſi deceſſit, non præſumitur, ex vulnere deceſſiſſe, ſed ex alia cauſa, puta ex malo regimine, ſeù ex culpa Medici, ita vt vulnerans non teneatur de occiſo, vt tradunt *Boſſ. in pract. in tit. de homic. nu. 115. Clar. in pract. §. homicidium nu. 33. Menoch. de arb. caſu 274. num. 3. in fin. Farinac. de homic. quaeſt. 127. nu. 13.* vbi plures dat concordantes, teſtatur de magis communi opinione, & declarat *Gandi.* contrarium ſententem, *Guazz. defen. 4. cap. 10. num. 7. Giurb. conſ. 84. nu. 27. ver. ſecundus caſus &c.* vbi plures adducit, ita ſentientes, & loquitur, etiamſi ſpaſmus ſuperueniat, vt ibi per eum, *Caball. reſol. crim. caſu 248. num. 40. cent. 3. Adden. ad Paitel. expedit. 88. num. 28. Ciriac. contro. 394. nu. 6. & ſeq. et Antonel. de temp. legal. lib. 4. cap. 55. nu. 3.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando etiam conſtat de aliqua culpa, & negligentia, ſeù de malo regimine in curando vulneratum, quia tunc, cum concurrat, non mortalitas vulneris, & mala cura, certum eſt, vulneratum non deceſſiſſe ex vulnere; & ſic vulnerans tenetur tantum de vulnere non autem de occiſo l. *qui occidit 30. §. fin. ff. ad leg. Aqui.* & voluerunt *Signorol. conſ. 164 ſub num. 6.* vbi dicit, ita pluriès obtinuiſſe in Ciuitate Mediolani, *Caph. conſ. 61. nu. 33. ver. aut conſtat &c.* plenè *Farinac. de homic. d. quaeſt. 127. nu. 16.* vbi quamplures dat concordantes, *Gail. pract. obſer. lib. 2. obſer. 114. num. 12. in fin. Guazz. d. defen. 4. cap. 10. num. 10. Fachin. conſ. 82. num. 74. lib. 3.* vbi dicit, hoc eſſe tritum, & *Ciriac. d. contr. 394. n. 71.* vbi alios adducit, ita ſentientes.

3 Declara d. ampliationem, quòd non omnis negligentia in curando vulnus, & in regendo vulneratum ſufficit, vt ille dicatur deceſſiſſe ex culpa, negligentia, & malo regimine, non autem ex vulnere, ſed illa debet eſſe magna, & prædominans qualitati vulneris, vt declarant *Bald. in cap. 1. n. 9. quibus mod. Feud. amit. Soc. iun. … Preſbiter. n. 7. nu. 9. in fin. de homic. Boer. deciſ. 325. ſub num. 20. Farinac. de homic. d. quaeſt. 127. num. 25. & Guazz. d. defen. 4. cap. 10. num 6.*

4 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt habeat locum, etiam quod vulneratus non mortaliter moriatur intra paucos dies, quia adhuc ille præſumitur mortuus non ex vulnere, ſed ex alia cauſa, & ſic vulnerans non teneatur de occiſo, vt not. *Ancar. & Felin. in d. cap. Præsbiteris 7. de homic. Deci. conſ. 415. num. 7. Rim. iun. conſ. 121. num. 5. in fin. lib. 2.* & alij plures, quos refert, & ſequitur *Farinac. de homic. d. q. 127. nu. 15. Guazz. d. defen. 4. cap. 10. nu. 8.*

5 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando conſtat, ſeù eſt certum, quod vulnus fuit mortale, quia tunc vulnerans, morte ſequuta, tenetur de occiſo, cum præſumatur, vulneratum deceſſiſſe ex vulnere, vt tradunt *Boſſ. in pract. in tit. de homic. nu. 11. Clar. in pract. § homicidium nu. 31. Rim. Iun. d. conſ. 121. nu. 13. lib. 2. et conſ. 799. nu. 3. & ſeq. lib. 7. Farinac. de homic. d. qu. 127. nu. 10.* vbi alios dat concordantes; *Guazz. d. defen. 4. cap. 10. in prin. Giurb. conſ. 84 n. 27. Ciriac. d. contra. 394. nu. 5.* qui plures adducit, ita ſentientes, et *Antonel. de temp. legal. lib. 1. cap. 55. num. 2.*

6 Amplia primò d. limitationem, vt habeat locũ, etiam quòd Medicus non fuerit adhibitus, ſed imperitus, & etiamſi conſtet de aliqua culpa, & negligentia Medici, vel ipſius vulnerati, quia adhuc, ſtante vulnere mortali, vulnerans tenetur de occiſo pœna ordinaria ſequuta illius morte, cum præſumatur mortuus ex vulnere, vt voluerunt *Gram. conſ 49. num. 11. Plaz. in epit. delict. lib. 1. cap. 13. num. 13. Clar. in pract. §. homicidium num. 33.* & ibi *Baiar. num. 157. Gail. obſer. 101. num. 10. & ſeq. lib 2.* plenè *Farinac. de homic. d. qu. 127. nu. 12.* vbi plures dat concordantes, et *num. 17.* vbi loquitur,

quando

quando vulnus erat omninò mortale, ſecùs, ſi non erat omninò mortale, vel id erat dubium, vt declarat *num.20.& conſ.100.nu.31.lib.1.* vbi dicit, hanc eſſe certiſſimam ſententiam, *Guazz.d.defen.4.cap.10.nu.3.Giurb.d.conſ.84.num.27.& Adden.ad Paitell.d.exped.88.num.8.*

7 Amplia ſecundò d. primam limitationem, vt habeat locum, quandocunq; mortaliter vulneratus decedat, etiam ex interuallo, quia adhuc præſumitur mortuus ex vulnere, & vulnerans tenetur de occiſo, vt docent *Boer. deciſ.323.ſub num.11. Plaza in epit.delict. lib.1.cap.12.nu.13. et cap.13. num. 23. in fin.* vbi ampliat, etiamſi infra annum moriatur, *& nu.25.Gail.d.obſer.101.num.9.lib.2. Rim.Iun.d.conſ.121.ſub n.2.lib.2.Farinac.de homic. d.quæſt. 127. num. 11.* vbi plures dat concordantes, *Guazz.d.defen.4.cap.10. num.2.Giurb.d.conſ. 84. num.26.* vbi de mortuo poſt octo menſes, & *Ciriac.d.contro.394.poſt princ.*

8 Declara d. conclusionem, quando non conſtat, an vulnus fuerit mortale, nec nè, ſed ſumus in dubio, tunc ſequuta morte præſumitur vulneratum deceſſiſſe ex vulnere, nam effectus cauſam oſtendit, non autem ex alia cauſa, niſi illa probetur, vt tradunt *Gram.conſ.49.nu.2.& 9.Boer. d.deciſ.323. num.4.in prin. iuncta n. 8.* vbi teſtatur de communi opinione, *Ant. Gomez var. reſol. tom.3.cap.3. ſub num.29.Clar.in d.§. homicidium.num.33.& ibi Baiar.nu.147.& ſeq.* & hanc opinionem magis receptam in caſu dubio dicit *Farinac.de homic. dict. quæſt. 127. num. 21. & 23.* vbi plures dat concordantes, cum quibus pertranſit, quando, nullæ ſunt factæ probationes ſuper qualitate vulneris, an ſit mortale, nec ne, nec vlla adeſt præſumptio pro reo *Ciriac.d.contro.394.num.39.* ſecùs, ſi Periti inter ſe diſcordant, & probationes ſunt pares, vt ibi per eum *num. 40. & ſeq.* concordat *Antonell. d. lib. 1. cap. 55. num. 4. & ſeq.*

9 Contrariam tamen opinionem, imò in dubio iudicandum eſſe pro reo, quod vulneratus non deceſſerit ex vulnere, tenuerint plures Doctores relati *per Farinac.d.quæſt.127. num.22.* & præcipuè *Rim.Iun.d.conſ.121.num.11. & ſeq.lib.2.& d.conſ. 799.num.31.lib.7.Fachin.d.conſ.82.num.66,lib.3. & Iacob.Ayrer.de homic. par.2.num.71* vbi dicit, ab hac opinione non eſſe recedendum, quos refert, & ſequitur *Guazz.d.defen.4.cap.10.nu.15.* & quando probationes factæ ſuper mortalitate vulneris ſunt pares, tenet hanc opinionem etiam *Ciriac. d. contro.394.num.40.& ſeq.* benè comprobans.

10 Limita d.declarationem, vt non habeat locum, quando conſtaret de mala cura, vel de aliqua negligentia, vt quia vulneratus Medicum non adhibuerit, vel adhibuerit imperitum, vel ei non obedierit, vel aliàs male ſe geſſerit in regendo ſe ipsũ, quia tunc in dubio non præſumitur mortuus ex vulnere, & vulnerans non tenetur de occiſo, vt poſt *Soci. Caleph. Fulgo. & Aſin.* per eum relatos tradit *Ciriac.d. contra.394.num.27. et num.33.* vbi dicit, idem eſſe, ſi alia concurrat præſumptio, quòd vulneratus deceſſerit ex alia cauſa, & ita ſentit etiã *Farinac.d.quæſt.127.num.21.in prin.* & in fortioribus *Guazz.d.defen.4.cap.10.num.15.in fin.et Giurb. d.conſ.84.num.27. ver.Tertius caſus &c.*

11 Limita ſecundò d.declarationem, vt non habeat locum, quando ſuperuenit alia infirmitas non trahens tamen originem à vulnere, ſed penitùs diuerſa, & quæ per ſe eſt habilis ad inducendam mortẽ, quia neque tunc vulnerans tenetur de occiſo *l.huic ſcripturæ 15.§.ſi ſeruus, & ibi gloſ.in ver.mortiferum, item.Mela.11.§.Celſus, et ibi Albert. ff.ad leg. Aquil.* & not. *Marſil.ſingul.7.ſub num.28.Capall. ... ſ.61.ſub num.28.Baiar.ad Clar. in d.§. homicidium num.141.Rim.Iun.d.conſ.121.nu.24.et Ciriac. d.contro.394.num.28. et ſeq.* vbi alios dat concordantes, & dicit, hoc procedere, etiamſi ſuperueniat febris, dummodò habeat aliam originem, quam ex vulnere & hanc limitationem benè comprobat, addo *Caball. de omn gener.homic.nu.316.* & in fortioribus terminis, quando vulnus non eſt lethale, ſi febris ſuperueniat, quòd vulnerans non teneatur de occiſo, ſcribit *Guazz.d.defen.4.cap.10. n.9.* addo *Antonel.de temp.legal.lib 1.cap.55.n.8.*

12 Quãdo verò vulnus dicatur mortale, vel nõ mortale, tradũt latè *Farin.de hom.d.q.127.n.28. et plur. ſeq.& n.101.et ſeq.Guaz.d.deſ.4. cap.11. et 12.per tot.Ciriac.d.contr.394.per tot.et Adden.ad Paitel. d.exped.88.n.5.& ſeq.* qui quàmplures referũt coniecturas includentes, ſeu includentes mortalitatẽ vulneris, & præcipuè, ſi vulneratus deceſſit incontinenti poſt acceptũ vulnus, ſeù ex interuallo, & poſt longum tempus, circa quos maximè verſatur arbitrium Iudicis, quænam pars corporis fuerit læſa, ſi vulneratus nunquam conualuit, ſi ſuperueneriſ ſpaſmus, dolor, vel febris, maximè incontinenti, & aliæ plures ſuadentes contrarium, & in hoc ſtandum eſſe relationi Medicorum, & Peritorum de quo dixi ſupra in ver. *Corpus delicti Reſolut.5. per tot.* quæ cum ſatis longa ſint, & benè per ſupradictos explicentur, ſufficiat mihi benignum Lectorem ad eos remittere.

S V M M A R I V M.

1 *Vulnerans aliquem tenetur ei reficere damna, & intereſſe, & alia de quibus ibi.*

Quod procedit etiam in mandante, aliquem vulnerari, num. 2.

Et eò magis ſi ex vulnere ſequuta fuerit aliqua debilitatio corporis, num. 3.

Secùs tamen eſt, ſi ſolùm remanſerit cicatrix. num. 4.

Et Concluſio procedit, etiam ſequuta pace inter vulnerantem, et vulneratum, num. 5.

Et etiã ſequuto vulnere, non dolo, ſed culpa, n.6.

Et etiam in vulnerante animal, qui tenetur domino ad intereſſe, num. 7.

Fallit concluſio in vulnerante ad ſuam neceſſariam defenſionem, num. 8.

In duobus tamen reciprocè ſe prouocantibus, quoad intereſſe mutua ſit compenſatio, num.9.

RESO-

RESOLVTIO II.

Vulnerans aliquem an teneatur ei reficere damna, & intereſſa.

1 Vulnerans aliquem tenetur reficere vulnerato damna, & intereſſe paſſa, & ad æſtimationem operarũ amiſſarum, & ad expenſas Medicorum, & aliorum in curatione vulneris adhibitorum *l. liber homo 13. & ibi not. gloſ. & Doct. ff. ad leg. Aqui. l. qua actione 7. & ibi gloſ. ff. eod. tit. l. fin. ff. de his, qui deiec. vel effud.* & tradunt *Plot. de in lit. iuran. §. 41. num. 2. Ludou. deciſ. Lucen. 62. num. 23.* & latius *concl. 39. num. 1.* vbi teſtatur de communi opinione, *Bajar. ad Clar. in §. homicidium num. 70. Menoch. de arb. caſu 122. in addit. Farinac. de homic. quæſt. 119. num. 115. Caball. reſol. crim. caſu 248. ferè per tot. cent. 3. Guazz. de pace par. 1. quæſt. 38. num. 10. & defen. 34. cap. 4. num. 1. et ſeq.* plenè *Paitell. expedit. ciuil. 88. nu. 1. & ſeq. & ibi Adden. num. 34.* vbi admonent iudicem, quòd condemnet vulneratẽm etiam ad damna reficienda, vt ibi per eos; dixi etiam ſupra in ver. *Occiſio Reſol. 2. num. 2.*

In quocunque enim delicto, in quo oritur actio criminalis ad pœnam, oritur etiam actio in factum ad intereſſe vt not. *Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 3. num. 37. Caball. d. caſu 248. num. 44. Vinc. de Franch. deciſ. 400. num. 2. Farinac. d. quæſt. 119. num. 93. Guazz. d. defen. 34. cap. 4. in prin. Mar. Ant. reſolut. 44. ſub num. 6. lib. 3. & Cancer. var. reſolut. part. 2. cap. 11. num. 73. & ſeq.*

2 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locum, etiam in mandante aliquem vulnerari, qui tenetur reficere vulnerato damna, intereſſe, non ſecùs ac mandatarios, vt voluerunt *Paris. conſ. 87. nu. 18. lib. 4.* qui loquitur in mandante fieri incendium, *Decian. tract. crim. lib. 9. cap. 29. num. 27.* vbi vult, mandantem teneri pro mandatario exiſtente non ſoluendo, quos referendo ſequitur *Farinac. de conſult. & mandat. quæſt. 135. num. 3.*

3 Amplia ſecundò d. concluſionem, vt eò magis vulnerans teneatur vulnerato ad æſtimationem operarum amiſſarum, & lucri ceſſantis, quando ex vulnere ſequuta eſt aliqua debilitatio corporis, fuit aliquod membrum inutile redditum, vel abciſſum, quia tunc vulnerans tenetur etiam ad operas omiſſas, & lucrum ceſſans durante debilitatione, & vita ipſius vulnerati *d. l. qua actione 7. in prin. ff. ad leg. Aqui. l. ex hac lege 3. in fin. & ibi Odofr. ff. ſi quadrup. paup. feciſ. dic.* & tradunt *Plot. de in lit. iuran. d. §. 41. num. 11. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 6. num. 11.* vbi dicit, ita practicari, *Rolan. conſ. 39. num. 13. lib. 2. Ludo. d. concl. 39. in 1. ampliat. Farinac. de homic. d. quæſt. 119. num. 117.* vbi alios dat concordantes, *Guazz. d. defen. 34. cap. 4. num. 3. ver. idemq; & nu. 4. & Paitel. d. expedit. 88. in princ.*

4 Limita d. ſecundam ampliationem, vt habeat locum, quando ex vulnere ſequuta fuit aliqua debilitatio corporis, vel membri, ſecùs, ſi ſola remanſerit cicatrix, ſeù deformitas, quia ratione illius nullum damnum vulnerans tenetur reficere, quia in homine libero nulla corporis æſtimatio cadit *l. liber homo 13. & ibi gloſ. ff. ad leg. Aqui. l. 1. §. ſeq. cum liber ff. de his, qui deiecer. vel effud.* & docent *gloſ. Innoc. Ancar. Butr. Mar. Soci. & alij in cap. 1. de iniur. & damn. dat. Plot. de in litem iur. d. §. 41. ſub num. 7. Ant. Gomez d. tom. 3. cap. 6. num. 12. Rola. d. conſ. 36. nu. 7. lib. 2. Ludo. d. concl. 49. limit. 2. Farinac. de homic. d. quæſt. 119. num. 118. & ſeq.* vbi limitat, hoc non procedere in muliere, maximè nuptui tradenda, in qua deformitatis ex cicatrice ratio habetur, vt ibi per eum, *Guazz. d. defen. 34. cap. 4. n. 15.* vbi hoc limitat etiam in cicatrice facta animali, & *Adden. ad Paitell. d. expedit. 88. nu. 39.*

5 Amplia tertiò d. concluſionem, vt habeat locum, etiam ſequuta pace inter vulnerantem, & vulneratum, quia licet per illam cenſeantur remiſſa odia, & rancores, non tamen cenſentur remiſſa damna, & intereſſe ob vulnus debita, quæ adhuc peti poſſunt, vt tradunt *Boſſ. Clar. Gomez, Farinac. Vulpell. Guazz. Grinan. Cancer. & Balth. Tomaſ.* in locis relatis ſupra in ver. *Pax Reſol. 21.* vbi tractaui hanc materiam, videas ibi, ne hic inutiliter replicetur.

6 Amplia quartò d. concluſionem, vt habeat locum non ſolùm in vulnerante aliquem dolosè; ſed etiã in vulnerante per culpam, puta in rixa, in qua ſolet abeſſe dolus *cap. 1. et ibi not. Butr. & Abb. de iniur. et damn. dat. Plot. de in litem iur. d. §. 41. nu. 2. et 6. Ludo. d. concl. 39. in 2. ampl. Farinac. de homic. d. quæſt. 119. num. 108. et ſeq. et num. 121.* vbi hanc ampliationem extendit etiam ad factum caſuale, *et P. Dinan in ſumma in ver. Reſtituere quis teneatur num. 9.* qui hanc ampliationem admittit ſolùm in culpa lata, non autem in leui, nec leuiſſima, nec in facto caſuali, vt ibi per eum.

7 Amplia quintò d. concluſionem, vt habeat locũ etiam in vulnerante equum, bouem, vel aliud animal, qui propterea tenetur reſarcire domino expenſas curationis ad damna, & lucrum ceſſans, & ad intereſſe deformitatum ex vulnere illato *l. ex hac lege. 3. et ibi gloſ. ff. ſi quadr. paup. feciſ. dicatur Plot. de in litem iurand. d. §. 41. num. 13. et Ludou. d. concl. 39. ampliat. 5.* & è contra dominum animalis teneri ad damna, & intereſſe ob vulnus ab animali illato, voluerunt *Adden. ad Paitell. d. expedit. 88. num. 38.* vbi dat concordantes.

8 Limita primò d. concluſionem, vt non habeat locum in vulnerante ad ſui neceſſariam defenſionẽ, qui ad damna, & intereſſe vulnerato reficienda non tenetur, vt voluerunt *Plot. de in litem. iur. d. §. 41. num. 14. Ludo. d. concl. 39. limit. 4. Adden. ad Bertaz. conſ. 18. litera B. lib. 1. Farinac. de homic. d. quæſt. 119. nu. 122. et ſeq. Paitell. d. expedit. 88. num. 4. & ibi Adden. num. 37.* & dixi latiùs ſupra in d. verbo *Occiſio Reſol. 2. num. 7. & ſeq.* vbi habebis, quid ſi defendendo quis exceſſit modum inculpatæ tutelæ? & quid ſi vulneratus fuit in aliqua culpa, vt ſi fuerit author rixæ? & quando ad probandum damna, & intereſſe detur iuramentum in litem, & alia

plura

plura ad materiam pertinentia, quæ hic iterùm non ſunt replicanda vidas ibi.

9 Adde pro coronide, quòd ſi ex duobus rixantibus, & reciprocè ſe prouocantibus alter vulneratur, vel ambo, licèt quoad pœnam criminalem omnes puniantur, tamen, quoad intereſſe priuatum mutua ſit compenſatio, vt not. *Bald. in leg. vt vim 3 num. 10. ff. de iuſti. & iur. Felin. in cap. dilecti 8. num. 36. de except. Adden. ad Bertaz. conſ. 18. litera B. lib. 1. Paſtell. diſt. expedit. 88. in fin. & Capic. Latro deciſ. 75. num. 24. par. 1.*

S V M M A R I V M.

1 *Si duo rixantur, & vnus remaneat vulneratus, vel occiſus, præſumitur id actum à corrixante.*

Et eò magis, ſi vnus ex corrixantibus viſus fuerit admenare, num. 2.

Ita vt Iudex poſſit torquere corrixantem ſinè alio adminiculo, num. 3.

Limita concluſionem, quando corrixantes ſunt plures, num. 4.

Quando verò in d. caſu poſſit deueniri ad condemnationem, remiſſiuè num. 5.

R E S O L V T I O III.

Si duo rixantur, & vnus remaneat vulneratus, vel occiſus an id præſumatur factum a corrixante.

1 SI duo, vel plures corrixantur, & vnus ex eis remaneat vulneratus, vel occiſus præſumitur vulneratus, vel occiſus ab altero corrixante, vt tradunt *Corn. conſ. 51. num. 6. & 7. lib. 1. Brun. de indic. q. 4. 1. par. nu. 7. Boer. deciſ. 237. ſub nu. 3. Marſil. in pract. §. quoniam nu. 30. Vulpel. conſ. 825. nu. 3. Farin. conſ. 116. n. 12. lib. 2. Giurb conſ. 17. nu. 1. Cabal reſol. crim. caſu 289. nu. 8. cent. 3. Ciriac. contro. 250. num. 10.* qui alios dant concordantes, & *Comes Andreol. contro. 172. num. 3.*

Cum nemo præſumatur vulnerare ſe ipſum, vt not. *Marſil. in l. fin. num. 25. ff. de quaſt. Soc. Sen. conſ. 54. num. 11. lib. 3. Mari. Ant. reſol 43. num. 11. lib. 3. & Giurba d. conſ. 17. nu. 2.* & cum, quod veriſimilius ſit, Iudex inſpicere debeat *Bald. in l. 1. num. 16. C. de ſeru. fugit. Gram. conſ. 42. num. 14. & voto 14. nu. 8. Giurb. d. conſ. 17. num. 3,* vbi alios recenſet, ita ſentientes.

2 Amplia primò d. concluſionem, vt eò magis habeat locum, quando alter ex rixantibus viſus fuit admenare, licèt non percutere, quia ſi alter reperiatur vulneratus, vel occiſus, præſumitur vulneratus, vel mortuus ab eo, qui admenauit, vt tradunt *Carer. Farina. Alba. Cabal. Surd. Batar. et Guaz.* in locis relatis ſupra in ver. *Indicium ad torturam Reſol. 2. num. 5.* vbi videas.

3 Amplia ſecundò d. concluſionem cum ampliatione ſeq. quòd altero ex rixantibus reperto vulnerato, vel mortuo Iudex poſſit contra alterum corrixantem ad torturam deuenire etiam ſinè alio adminiculo, cum d. indicium recenſeatur inter indicia indubitata, vt poſt *Angel. Nouell. Caſon. Marſil. Menticel. Blanc. et Carrer.* per eum relatos firmat *Farinac. de indic. et tortu. quaſt. 37. num. 50.* vbi dicit, hoc non habere dubium, *Co. Andreol. d. contro. 172. num. 3.* & dixi ego in d. ver. *Indicium ad torturam d. Reſol. 2. num. 5.*

4 Limita d. concluſionem, vt habeat locum, quando duo tantùm corrixantur, ſecùs ſi ſint plures, quia tunc, cum alius potuerit percutere, & vulnerare, non magis inſurgit præſumptio vulneris contra vnum, quam contra alterum, ita vt ſaltem pœnæ ordinariæ locus eſſe non valeat, vt limitat *Giurb. d. conſ. 17. num. 12.*

5 Vtrùm verò in d. caſu contra corrixantem poſſit deueniri etiam ad condemnationem, & in quam pœnam, vide *Farinac. de indic. & tortu. d. quaſt. 37. nu. 51.* vbi tenet pro pœna extraordinaria tantùm, & ego dixi latè ſupra in ver. *Indicium ad torturam Reſol. 3. num. 1. et per tot.* videas ibi ſi cupis.

A D D I T I O.

N. 1. VBi habetur, quod, ſi duo rixantur, & vnus remaneat vulneratus, vel occiſus præſumitur id factū fuiſſe à corrixante adde *Scialo. in prax. torq. reos cap. 4. n. 4. idem ſentientem*, & alios adducentem concordantes.

V X O R.

S V M M A R I V M.

1 *Vxor ratione ſua hypotheca dotalis poteſt impedire deuaſtationem domus viri delinquentis.*

Licèt, contrarium ſeruari in praxi, voluerint aliqui Doct. num. 2.

Quòd habet locum etiam in creditoribus habentibus hypothecam, num. 3.

Concluſio procedit in ſubſidium, quando non adſunt alia bona, num. 4.

Et niſi fiſcus vellet ſoluere dotem, ſeù creditum vxori, et creditori, num. 5.

Vxor an poſſit impedire fiſcum, nè capiat poſſeſſionem bonorum viri, remiſſiuè num. 6.

R E S O L V T I O I.

Vxor ratione ſua hypotheca dotalis an poſſit impedire deuaſtationem domus viri delinquentis.

1 VXor ratione ſuæ hypotecæ dotalis poteſt impedire deuaſtationem, & demolitionem domus viri faciendam ob delictum commiſſum per virum, niſi priùs fuerit ſatisfacta de eius dote, vt tradunt *Gandi. de malef. in tit. de bon. malef. num. 3. Auguſt. ad Angel. de malef. in ver. et eius bona nu. 10. Farinac. de crim. leſa maieſt. quaſt. 116. num. 35.* vbi concluſionem latè comprobat, &

bar. & contra ijs reſpondet *Grat. diſcep. foren. cap. 216. n. 75. & ſeq. par. 2. Guazz. de confiſc. bon. concl. 13. limit. 35. nu. 19. Carpa. ad Nou. Conſtit. Mediol. cap. Omnium nu. 296. et ſeq. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 6. gloſ. 2. par. 2. n. 10. Merli. de pign. lib. 3. q. 75. nu. 1. et ſeq.* vbi teſtatur hanc eſſe communem Doctorum opinionem, quam ſequitur etiam *Maſſin. de confiſc. bon. quæſt. 31. num. 5.*

2 Licèt, contrarium ſeruari in praxi, teſtati ſunt *Gandi. & Auguſt. ad Aug. vbi ſupra, Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 40. nu. 37.* & alij relati per *Farin. in d. qu. 116. nu. 35.* & in eam inclinat *Clar. in pract. §. fin. qu. 82. Statut 8. nu. 4.* quam obſeruantiam, vt irrationabilem, benè impugnat *Farinac. d. qu. 116. nu. 36. & 37.* & cum eo ſentiunt *Merlin. de pign. d. lib. 3. q. 75. n. 2. et Maſſin. de confiſc. bon. d. q. 31. n. 5.*

3 Amplia primò d. concluſionem, vt habeat locũ non ſolùm quoad vxorem ratione ſuæ hypothecæ dotalis, ſed etiam quoad quæcunque alium creditorem habentem hypothecam, qui ratione d. hypothecæ poteſt pariter impedire demolitionem domus ſui debitoris delinquentis, vt adnotarunt *Farinac. de crim. læſæ maieſt. quæſt. 116. nu. 37. Grat. diſcep. foren. d. cap. 216. n. 73. Fontanel. de pact. nupt. d. gloſ. 2. par. 2. nu. 10. Guazz. de confiſc. d. limit. 35. num. 19. et Maſſin. de confiſc. bonor. d. quæſt. 31. num. 5. & ſeq.* & quando domus eſt communis, vide *Menoch. conſ. 304. num. 2. lib. 4.*

4 Limita primò d. concluſionem vnà cum ampliatione ſeq. vt habeat locum in ſubſidium, quando non adſunt alia bona, in quibus vxor, & creditores poſſunt ſatisfieri de eorum creditis, quia, ſi adſunt alia bona ſufficientia pro eorum creditis, non poſſunt deuaſtationẽ domus eorum debitoris impedire, vt declarant *Alber. de Stat. par. 3. quæſt. 14. Farin. de crim. læſæ maieſt. d. quæſt. 116. nu. 37. Grat. diſcep. foren. d. cap. 216. num. 73. et Merlin. de pign. d. lib. 3. quæſt. 75. num. 51.*

5 Limita ſecundò d. concluſionem, vt non habeat locum, quando fiſcus vellet ſoluere dotem vxori, vel creditum creditoribus, quia tunc illi non poſſunt impedire deuaſtationem domus delinquentis, vt voluerunt *Farinac. de crim. læſæ maieſt. d. q. 116. nu. 19. Grat. diſcep. foren. d. cap. 216. num. 79. & ſeq. Merli. de pign. d. lib. 3. q. 75. nu. 6.* vbi ampliat, hoc procedere, etiã ſi domus deuaſtanda eſſet dotalis, & ante eos ita tradunt *Clar. in pract. §. fin. q. 82. Stat. 8. n. 4. & Card. Tuſc. pract. concl. lit. S. concl. 506. n. 4.*

6 Vxor autem vtrùm ratione ſuæ hypotecæ dotalis poſſit impedire fiſcum, nè aſſequatur poſſeſſionem bonorum viri condemnati, niſi dos ei fuerit priùs reſtituta, benè, & latè declarat *Carta. de pœn. innoc. art. 1. num. 91. & Maſſin. de confiſc. bon. d. quæſt. 31. nu. 7. 8. & plur. ſeq.* ipſos conſulas.

SVMMARIVM.

1 *Vxor eximens virum è manibus Curiæ non punitur pœna ordinaria iuris communis, vel Bulla Sixti V.*

RESOLVTIO II.

Vxor eximens virum de manibus Curiæ an puniatur pœna ordinaria iuris communis, vel Bulla Sixti V.

1 VXor eximens virum è manibus Curiæ non punitur pœna ordinaria impoſita à iure communi, vel vigore Bullæ Sixti Papæ V. ſed ſolùm pœna extraordinaria Iudicis arbitrio, cum id, præſumatur, feciſſe ratione intenſi amoris, quo virum proſequitur, non autem animo offendendi Maieſtatem Principis, vt tradũt *Clar. Baiar. Farinac. Guazz. Calui. Gallia* in locis relatis ſupra in ver. *Eximitio à Curia Reſol. 2. in prin.* vbi latiùs egi de hac materia, videas ibi, & dixi pariter ego *allegat. foren. 87. per tot.* vbi latè hanc concluſionem comprobaui.

Et per hæc ad laudem, & gloriam *DEI Omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & Sanctiſſimæ Dei Genetricis MARIÆ, & Sanctorum Martini Epiſcopi, Antonij de Padua, & Franciſci Xauerij meorum Aduocatorum* ſit impoſitus finis hiſce meis Reſolutionibus Criminalibus, quas humiliter ſubijcio correctioni, & determinationi S. Matris Eccleſiæ Catholicæ *ad tex. in c. hæc eſt fides 24. q. 1.*

FINIS.

PERVSINA SALVI CONDVCTVS

De qua fit mentio in Verbo Saluus conductus in Reſol. IV.

1 ETſi accuſatus, vel inquiſitus de pluribus delictis ſeparatis, volens ſe purgare, & excuſare ab vno aliorum, petere, & obtinere poſſit ſaluum conductum pro alijs, quia Reipub. intereſt, vt ſtante impoſſibilitate capturæ ipſius rei, plurium veritas ex illius cõparitione pateſiat ſaltem in vno ad pœnam, ſi nocens, & abſolutionem ſi innocens compertus fuerit, iuxta rationem perpenſam *ab Alberi. in l. 1. §. non fuit num. 11. ff. de dolo malo. & Statut. part. 4. quæſt. 39.* & repetitam à *Magalot. de ſecuri. & ſalu. cond. par. 1. nu. 77. ver. & idem tract. tom. 11. par. 1. fol. 233. Declan. conſ. 96. ex num. 4. vſque ad 11. ver. igitur vel. 3. Farinac. quæſt. 29.*

quæſt.29.num.86.& Guazz.defen.12. cap.1.nu.58. ver. & conceditur &c.

Quatenùs tamen *Decia.d.num.8. in fin.et 9.* incidenter addidit, quòd Inquiſitus de homicidio appenſato poſſit homicidium fateri, & negare qualitate appenſati, ſicq; petere, & obtinere ſaluum conductum pro homicidio puro, ſeque conſtituere ſuper d. qualitate appenſati, cum quo tranſit *Guazz. ſub cit. ver. & conceditur &c.*

Aduertendum eſt in primis, *Decian.* ſupponere pro conſtanti, quod ipſe inquiſitus liberè fateatur, ſe commiſiſſe homicidium purum, vt Fiſco illius confeſſionem acceptante, iuſtè poſſit pro illo condemnari, vt liquet, ponderando tam verba ipſius *Decia.* ibi *Imò potuit fateri homicidium, & negare, quòd appenſatè fuerit commiſſum, & ideò pro homicidio puro petere ſaluum conductum, poteſt enim quis approbare, et fateri factum, qualitatem tamen eius reprobare, & negare.*

Quam relationem facti præpoſitam eius reſponſo, ibi *Qui Capitaneus, cum fateretur, ſe occidiſſe d. Franciſcum Cappiuum &c. negaret tamen, ſe expoliaſſe, neque bona abſtuliſſe, procurauit medio Aduocati ſui habere ſecuritatem, et ſaluum conductum pro homicidio, etc.* ex quo fatebatur perpetraſſe, aſſerens, ſe libentiſſimè oblaturum, & præſentaturum carceribus pro deprædationibus, & robarijs falsò ſibi obiectis, nouiſſimamque clauſulam d. reſponſi, ibi *licèt pro homicidio, quod confitetur, iuſtè ſit, condemnatus etc.* clariùſque dictum, quia, ſi fateatur homicidium poterit obtinere ſaluum conductum ſuper appenſamento, vt apertè innueret, huiuſmodi confeſſionem requiri pro conditione, ſinè qua non, etſi principaliter faciat conditionem, & ſecundario tempus reſpiciat ſec. *Bald. in l. ſi Titio 22. in prin. ff. quan. dies lega. ced. cum ſimil.*

Vndè liquet, in ſententia *Decia. et Guazz.* non poſſe huiuſmodi ſaluum conductum peti, niſi ab exhibante inſtrumentum propriæ confeſſionis ipſiuſmet rei ſuper homicidio puro, quam acceptatam à Fiſco ratificet, dùm ſe conſtituit.

Qua ratione *Carpa.par.3.qu.12.num.4*. dixit, quòd, ſi reus fateatur, alleget tamen exceptionem probabilem, veluti, ſe aliquem occidiſſe ad ſui defenſionem, ſaluus conductus ei ſolummodò proſit, donec pronuncietur ſuper d. exceptione.

Vlteriùs pro fiſco dicitur, Inquiſitum de homicidio appenſato non poſſe ab eo diuidere appenſamentum, ſicq; dicere, quòd fuit in rixa citra deſtructionem ſubſtantiæ criminis, ſuper quo fit inquiſitio, nam ſec. *Bald. in l. ea quæ 4. num. 1. et 12. C. de condict. indeb.* ſubſtantia in maleficijs eſt ſuum principale propter quod maleficium definit, qualitas verò eſt id, quod alterat delictum, cum natura qualitatis ſit aliquid in eſſe ponere præter ſubſtantiam qui propterea *in l. de quibus 31. nu. 120. ff. de leg.* exemplificauit qualitatem in quolibet accidente, ſubdens apud legiſtas, qualitatem eſſe quicquid inducit alterationem ſubiecti, ſiuè concernat locū, ſiuè tempus, ſiue quodcumq; accidens, quod adeſt & abeſt præter ſubiecti corruptionem.

Clar. verò in d. homicidium ſub initio, & Caball. de omn. gen. homic. num. 4. infra homicidium, ac genus diuidunt in duas ſpecies, nempè homicidium ſimplex, & homicidium deliberatum, prioriq; ſpeciei quatuor qualitates adſcribunt, neceſſitatis, caſus, culpæ, & doli, alteri quinq; nempè ex propoſito abſq; alia qualitate, ex inſidijs, proditione, per aſſaſſinium, & per venenum, ex quo patet, non poſſe à ſpecie homicidij deliberati ſeiungi, & remoueri appenſamentum citrà deſtructionem ſubſtantiæ ipſius delicti, ſuper quo fit inquiſitio, nec conſequēter admitti confeſſio rei, quæ faciat ipſum delictum tranſire de vna ſpecie in aliam cum *Bald. in præcit. l. ea quæ num. 4. C. de condit. indeb.* dixerit, non fateri aliquid, qui ſub alia ſpecie confitetur, quia etiam ibidem addit *num. 13. & 14.* negantem qualitatem delicti totum negare, quod pariter ſcripſerat *Bart. in quæſt. 8. incip. per Italiam num. 14. et ſequen.*

Præterea cum ſaluus conductus à Iudice valeat ſolùm concedi ex iuſta cauſa ab eo plenè cognoſcenda, non autem ad placitum, adeò vt ſcribentes dixerint, eum dumtaxat obſeruandum eſſe, quem Iudex conceſſit, adhibita cauſæ cognitione, ac plena informatione deſumpta in obſeruando à Superiore illum, quem alter conceſſerit, quia non potuit Iudex illum concedere in præiudicium Reipub. nempè *Bald. in l. 1. §. nam fures num. 2. ver. ego dico, ibique Corn. nu. 3. ff. de dolo malo, Adden. ad Ang. in l. vtimur litera B. ver. ſi cum cauſæ cognitione ff. de ſepulc. viol.* & alij penes *Farinac. d. quæſt. 29. nu. 81.* fatendum profectò eſt, dum liquet ex proceſſu informatiuo de ſpecie homicidij, non ſit reo volenti ſe ab illo expurgare concedendus ſaluus conductus de ſpecie diuerſa ſimplicis homicidij commiſſi in rixa, ſuper qua fiſcus non prætendit contra eum inquirere.

His additur, petentem Saluum conductum, pro illius validitate, teneri narrare omnes qualitates delicti, pro quo illum petit, alioquin *Doct.* negant, illum valere, vt not. *Bertaz. conſ. crim. 104. num. 2. vol. 2. Baiar ad Clar. § fin. quæſt. 32. n. 37. Canelc. de Brach. Reg. par. 2. nu. 318. in fin. cum ſeq. Guazz. d. defen. 12. cap. 1. num. 58. ver. & caueat &c. Viſcon. concl. ... ver. 6. Saluus cond. col. 2. ante medium ver. debet tamen &c.* ex hoc patet, minimè ſcindi poſſe qualitatem ab ipſo delicto, vt eam fatendo Saluus conductus ſuffragetur.

Quare, &c.

Petrus Franciſcus de Rubeis Fiſci, & Cam. Apoſt. Aduocatus &c.

INDEX MATERIARVM.

A

ABSOLVTVS ſemel de delicto non poteſt amplius de eo moleſtari, fol. 1. n. 1.

Procedit, quando eſt abſolutus diffinitiuè, ſecùs ſi ab obſeruatione iudicii, eod. nu. 2.

Abſolutus ab obſeruatione iudicij poteſt iterùm moleſtari ex nouis indicijs quæ ſint diuerſa à primis, fol. 1. num. 3.

Et dummodò indicia ſuperuenientia ſint grauia, & ſufficientia ad torturam, eod. n. 4.

Abſolutus poteſt iterùm moleſtari, quando proponitur noua cauſa, quæ alterat, ſeù diuerſificat delictum, fol. 1. num. 5.

Et quando fuit nulliter abſolutus, eodem num. 6.

Ac etiam, quando volens noniter accuſare ſuam iniuriam proſequeretur, et allegaret ignorantiam primæ accuſationis, eod. n. 7.

Et ſtante colluſione, eod. n. 8.

Abſolutio adulteri prodeſt etiam adulteræ, fol. 3. n. 1. & fol. 41⁹. n. 6.

Procedit in crimine adulterij fauore matrimonii, non autem in inceſtu, & alijs, eod. n. 4.

Abſolutus de crimine in loco delicti non poteſt de eo iterùm moleſtari per Iudicem domicilii, vel originis, & è contra, fol. 4. n. 1.

Quicquid tenuerint Doct. relati num. 2.

Abſolutus à Iudice Eccleſiaſtico in delictis mixti fori non poteſt moleſtari per Iudicem laicum, & è contra, fol. 4. n. 3.

Amplia, habere locum etiam in condemnato per Iudicem Eccleſiaſticum, qui non poteſt moleſtari per Iudicem laicum, eod. n. 4.

Abſolutus in vno foro poteſt moleſtari in alio, ſi fuit abſolutus ab obſeruatione indicii tantùm, fol. 4. num. 5.

Item, quando abſolutio facta fuit per colluſionem, vel fraudem, eod. n. 6.

Abſolutus ſi ſit principalis de delicto, eò magis abſoluendus eſt imputatus de auxilio, fol. 58. num. 1.

Accuſatore, vel fiſco non probante, reus eſt abſoluendus, fol. 5 n. 1.

Ita vt reo ſufficiat delictum ſolùm negare, & nihil teneatur probare pro parte ſua, eodem num. 2.

Etiam quòd accuſator eſſet vir nobilis, & ſpectatæ fidei, eod. nu. 3.

Accuſatore delictum non probante, reus dicitur, docuiſſe præſumptiue de ſua innocentia, fol. 5. num. 4.

Accuſatore, vel fiſco non probante, reus non eſt abſoluendus, vti innocens, ſed ab obſeruatione iudicij tantùm, fol. 5 n. 5.

Accuſatore, vel fiſco non probante, delictum, reus eſt abſoluendus, etiamſi ſuſcepiſſet onus probandi ſuam innocentiam, fol. 5. n. 6.

Accuſator, qui per calumniam accuſauit hodiè punitur pœna extraordinaria fol. 6. n 1.

Amplia, vt d. accuſator condemnari etiam debeat ad refectionem damnorum, & expenſarum accuſati, eod. n. 2.

Amplia, vt habeat locum non ſolùm in accuſatore, qui eſt verus calumniator, ſed etiam in præſumpto, eod. n. 3.

Calumniator tamen præſumptus ſolùm eſt condemnandus in expenſis, fol. 7. n. 4.

Accuſator, qui habuit iuſtam cauſam accuſandi, excuſatur à calumnioſa accuſatione, fol. 7. numer. 5.

Quæ autem ſit iuſta cauſa, relinquitur arbitrio Iudicis, eod. n. 6.

Et excuſatur, quando accuſationem ſemiplenè probauit, eod. nu. 7. & 9.

Accuſator, qui accuſationem probauit per vnum teſtem, vel ſemiplenam probationem, excuſatur à pœna calumniæ, fol. 7. n. 8.

Et etiam ab expenſis, fol. 8. n. 11.

Licet contrarium tenuerint aliqui Doctores: fol. 8. num. 12.

Ac etiam à pœna iniuriarum, eod. n. 13.

Quicquid tenuerint aliqui, eod. nu. 14.

Accuſatori ſufficit ſolùm ſubminiſtrare indicia ad inquirendum, fol. 7. n. 10.

Accuſator excuſatur à pœna calumniæ, quando reus fuit tortus, fol. 8. n. 15.

Quicquid contrarium tenuerint aliqui, eod. n. 16.

Accuſator excuſatur à pœna calũnia, quando accuſauit ratione officij, fol. 8. num. 17.

Et quando probauit accuſationem per teſtes, qui poſtea fuerunt reprobati, eod. n. 18.

Et quando accuſator habet pro ſe famam publicam, eod. n. 19.

Accuſator non excuſatur à pœna calumniæ, & pœna expenſarum, quando fuit in vera calumnia, fol. 9. num. 20.

Accuſator ne poſſit condemnari de calumnia, & in expenſis, debet ei aſſignari terminus ad deducendum cauſam, quare condemnari non debeat, eod. num. 21.

Accuſatori, & inſtigatori dari debet copia proceſſus, ſi illam petant, vel ſaltem ei eſt oſtendendus proceſſus, vt partem contra reum facere poſſint, fol. 9. num. 1.

Accuſator tenetur ad expenſas, quæ fiunt pro fabricatione proceſſus offenſiui, fol. 9. n. 1.

Procedit, quando reus non eſt culpabilis, quia, ſi eſt in culpa, expenſæ fiunt de eius bonis, ſi eſt ſoluendo, alioquin expenſis accuſatoris, & poſtremò fiſci, eod. n. 2.

Dicitur eſſe culpabilis, quando contra eum adſunt indicia ad tranſmittendam inquiſitionem, eod. num. 3.

Accuſatoris confeſſio facta in accuſatione, vel articulis probat contra eum, fol. 9. n. 1.

Amplia etiam in confeſſione eiuſdem extraiudiciali ſuper innocentia rei, fol. 10. n. 2.

Amplia etiam in confeſſione eiuſdem ſuper falſitate, quæ ſufficit ad illum condemnandum, eod. num. 3.

Amplia in confeſſione eiuſdem, quòd ſit particeps criminis, eod. n. 4.

Amplia in confeſſione eiuſdem, quòd Iudicem corruperit ad iniuſtam ſententiam ferendã, eod. n. 5

Accuſator deſiſtens ab accuſatione non poteſt ampliùs ad eam redire, fol. 10. n. 1.

Etiamſi accuſator deſiſtat cum pacto, vt reus ei aliquid dare debeat, eod. n. 2.

Et etiamſi accuſator deſiſtat cum proteſtatione, quòd intendit iterum accuſare, eod. n. 1.

Fallit in accuſatore, qui per dolũ aduerſarii inductus fuit ad reuocandam querelam, fol. 10. n. 4.

Accuſator dicitur deſiſtere ab accuſatione, qui in totum animum ad accuſandum depoſuit, & aliàs, vt fol. 10. n. 5.

Accuſator nullã facit probationem contra accuſatum fol. 11. n. 1.

Quæ concluſio procedit etiam in denunciatore eod. n. 2.

Vt neque faciat indicium ad inquirendum, etiãſi ſit nobilis, & in dignitate conſtitutus, eodem num. 3.

Neque in caſibus exceptis, & difficilis probationis, eod. n. 4.

Et etiamſi eius dictum in tortura emanauerit, eod. n. 5.

Itanè neque probent familiares, & conſanguinei accuſatoris, fol. 11. n. 6.

Fallit concluſio in cauſa hæreſis, eod. n. 7.

Et in denunciatoribus, ſindicis, & ſimil. qui aliquam faciant probationem in lentibus, eod. n. 8.

Accuſator in accuſatione non tenetur ſpecificare diẽ, & horam commiſſi delicti, fol. 12. nu. 1.

Fallit, quando inquiſitus peteret ſpecificari diem, & horam commiſſi delicti, fol. 12. n. 1.

Fallit, quando inquiſitus peteret, ſpecificari diem, quia vult probare, d. die alibi fuiſſe, eod. num. 2.

Licet contrarium teneant aliqui Doct. eodem num. 3.

Niſi tamen Inquiſitus d. ſpecificationem calumnioſè peteret, eod. n. 4.

Et quando accuſator medio iuramento aſſerat, de die præciſa non recordari, eod. n. 5.

Tenetur etiam diem ſpecificare, quando delictum non eſſet patibile, niſi certa die, & hora, eod. n. 6.

Non tenetur tamen diem probare, eod. n. 7.

Inquiſitus verò poteſt d. ſpecificationem petere, quando ei aſſignatur terminus ad ſe defendendum, eod. num. 8.

Accuſator tenetur in accuſatione exprimere annum, menſem, & locum commiſſi delicti, etiam parte non opponente, fol. 12. n. 9.

Et Iudex tenetur in inquiſitione ſpecificare annum, menſem, & alias qualitates, ne rea tollatur defenſio, eod. n. 10.

Accuſatio, vel inquiſitio ſi contineat qualitatem, quæ non ſit probata in proceſſu, non poteſt ſequi condemnatio, fol. 13. n. 1.

Licèt aliqui contrarium teneant eod. n. 2.

Fallit, ſtantibus clauſulis ſalutaribus in accuſatione, vel inquiſitione appoſitis, eod. n. 3.

Fallit ſecundò, ſi reus fateatur delictum, eod. num. 4.

Accuſatio ſi non contineat qualitatem, de qua tamen conſtat in proceſſu, poteſt ſuper ea ferri ſententia, fol. 14. n. 1.

Licèt contrarium teneant aliqui Doct. eod. n. 2.

Quod procedit etiam in qualitate non appoſita in inquiſitione, eod. n. 3.

Maximè, ſtante confeſſione inquiſiti, eod. n. 4.

Et ſtantibus clauſulis ſalutaribus, eod. n. 5.

Itanè ſi locus pœnæ ordinariæ, fol. 15. n. 6.

Licèt contrarium teneant aliqui Doct. fol. 15. num. 7.

Qualitas verò addi poteſt in accuſatione, vel inquiſitione ante ſententiam, fol. 14. n. 8.

Accuſatore aperto non dato primus teſtis examinatus habetur pro accuſatore, fol. 15. n. 1.

Etiam, quando eſt proceſſum per deuenit ad aures, eod. n. 2.

Accuſare nemo poteſt nomine, alieno, fol. 15. numer. 1.

Ita vt Tutor. Sindicatus, & ſimil. accuſare non poſſint nomine ſindicatorio, et vniuerſitatis, & tutor tutorio nomine, ſed accuſare debeant proprio nomine ad vtilitatem vniuerſitatis, & minorie eod. num. 2.

De conſuetudine tamen quilibet poteſt accuſare pro alio cum legitimo mandato, fol. 15. num. 3.

Limita concluſionem in fiſco, perſonis illuſtribus, mulieribus honeſtis, & minoribus, fol. 15. num. 4.

Accuſator non tenetur ſe repetere ſuper interrogatorij accuſati, fol. 15. n. 1.

Accuſandi ius præſcr bitur regulariter ſpatio viginti annorum, fol. 215. n. 2.

Accuſator non dat interrogatoria, quando reus examinat ad defenſa, fol. 184. n. 1.

Neque fiſcus id valet facere, eod. n. 2.

Neque inſtigator, qui tamen poteſt illa dare in aliqua cedula ad inſtructionem Iudicis tantùm 385. num. 3.

Accuſatus, ſeù inquiſitus pendente iudicio repellitur à teſtificando. fol. 587. n. 1.

Et idem eſt in carcerato pro delicto eod. numer. 2.

Procedit, ſi delictum irroget infamiam, aliàs ſecùs, eod. num. 3.

Item in carcerato pro delicto graui, & infamatorio, aliàs ſecùs, eod. n 4.

Item fallit concluſio in delictis exceptis, eod. num. 5.

Et quando accuſatus, ſeù inquiſitus inducitur ad defenſam, quia tunc non repellitur. eod. n. 6

Actus, qui poteſt ſe habere ad delictum, & non delictum, interpretatur pro non delicto, fol. 16. num. 1.

Actus, qui vno tempore, & loco eſt licitus, & in alio non, præſumitur factus in loco, et tempore licito, eod. n. 3.

Actus, qui poteſt ſe habere ad falſum, & non falſum, interpretatur pro non falſo. fol. 257. nu. 5.

Actus interpretatur, vt importet delictum leuius, & quod mitius punitur, fol. 343. n. 2.

Adminicula probari debent per duos teſtes, fol. 17. num. 1.

Et teſtes probantes adminicula debent eſſe omni exceptione maiores, eod. n. 2.

Licèt contrarium teneant aliqui Doct. n. 3.

Etiam in atrociſſimis, eod. n. 4.

Et in delictis occultis & difficilis probationis, eod. num. 5.

Adminicula probari debent per duos teſtes etiam in crimine grauiſſimo, eod. n. 6.

Et teſtes debent eſſe ſaltem duo, & conteſtes, eod. num. 7.

Declara, vt num. 8.

Adminicula vt ſuffragentur, debet præcedere aliquis gradus probationis, fol. 18. n. 1.

Quod enim nullum, eſt adminiculari non poteſt, eod. num. 2.

Adulteri ſimul in eodem libello accuſari non poſſunt, fol. 3. num. 2.

Adulteri condemnatio adulteræ non nocet, fol. 3. num. 3.

Aduocatus, & procurator opem ferentes bannitis per viam iuſtitiæ vel gratiæ non comprehenduntur bannimentis prohibentibus opem ferri bannitis, fol. 18. n. 1.

Maximè, quando delictum non erat ampliùs punibile, eod. num 2.

Aduocatus compelli poteſt per Iudicem ad ſuſcipiendam cauſam, & defenſionem inquiſiti, fol. 19. num. 1.

Maximè, quando inquiſitus eſt pauper, eod. num. 2.

Ita vt aduocatus recuſans poſtulare poſſit officio priuari, eod. n. 3.

Fallit, quando Iudex vellet illum cogere patrocinari pro ſuo inimico, vel contra amicum, vel dominum, vel contra proprios conſanguineos, eod. num. 4.

Aduocatus non poteſt recipi in fideiuſſorem pro ſuo, cliente, fol. 19. n. 1.

Aduocati, & procuratores non dicuntur fideiuſſore idonei, vti difficilis excuſſionis, fol. 19. n. 2.

Aduocatus non poteſt poſtulare pro aliquo in crimine læſæ Maieſtatis Diuinæ, & humanæ ſine licentia fol. 19. n. 1.

Aduocati, & Procuratores non poſſunt capi in foro, & in ſcolis, fol. 90. n. 4.

Aggreſſor ſi neſciatur, quis fuerit ex duobus vulneratis, omnes ſunt puniendi pæna pecuniaria fol. 21. num. 1.

Quòd verò omnes ſint abſoluendi ratione incertitudinis tenet alij, fol. 22. n. 2.

Si verò ex rixantibus vnus ſit mortuus, & alius viuus iſte præſumitur aggreſſor, eod. num. 3.

Licèt contrarium teneant aliqui, eod. n 4.

Et ſi vnus ſit vulneratus, & alius, non iſte dicitur aggreſſor, eod. num. 5

Licèt, quòd vulneratus dicatur aggreſſor teneant alij, eod num. 6.

Quomodò vero Iudex in d. caſu debeat procedere ad torturam vide n. 7.

Aggreſſus non tenetur fugere, ſed poteſt aggreſſorem contra ſe venientem occidere, fol. 191. numer. 1.

Licèt aliqui contrarium teneant eod. nu. 2.

Etiam, quòd aggreſſus fugiendo nullum periculum incurrat, eod. n. 3.

Contrarium tenent aliqui, eod. n. 4.

Et eò magis, ſi fugiendo periculum incurreret, eod. num. 5.

Et etiamſi aggreſſus ſit perſona nobilis quàm ignobilis, eod. n. 6.

Contrarium in perſona ignobili tenent aliqui, eod. num. 7.

Et neque Clericus tenetur fugere aggreſſus, ſi periculum incurret, fol. 192. n. 8.

Limita, quando agitur contra eos, quibus debetur reuerentia, eod. n. 9.

Limita ſecundò de iure canonico, eod. n. 10.

Aggreſſo non fugiente, quando tenetur fugere, ſi occidat, intrat ſolùm pœna pecuniaria, eod. n. 11.

Amor ebrietati, & furori comparatur, fol. 122. num. 2.

Animalia aliena, vel currus, ſuper quibus fuerunt portata res, pro quibus non fuit ſoluta gabella, non publicantur, ſi dominus illorum id ignorauit, fol. 324. n. 1.

Fallit, ſtante conſuetudine, vel ſtatuto mandante contrarium, eod. n. 2.

Declara prædicta, vt n. 3.

Animus declaratur non ſolùm ex factis, ſed etiam ex verbis, fol. 367. n. 2.

Animus deliberatus occidendi præſumitur ex inimicitia præcedenti, fol. 374. n. 2.

Appellatio datur à decreto torturæ, fol. 22. n. 1.

Licèt contrarium, tenent aliqui, ſeruari de conſuetudine, fol. 23. n. 2.

Et datur etiam à comminatione torturæ, eod. num. 3.

Ita vt Iudex, ſtante appellatione, debeat ſuperſedere etiam ſine inhibitione, eod. num. 4.

Et debet ſuperſedere etiam pendente termino ad appellandum, eod. n. 5.

Ita vt ſi reus fateatur pendente appellatione, confeſſio ſit nulla, eod. n. 6.

Limita concluſionem, quando Iudex facit decretum ſecretum de torquendo, eod. n. 7.

Contrarium tenent Doct. eod. n. 8.

Limita ſecundò, quando appellatio eſſet friuola, & calumnioſa, eod. n. 9.

Procedit, quando euidenter eſt friuola, & calumnioſa, aliàs ſecùs, fol. 24. n. 10.

Argumentum à cautione de non offendendo ad pacem, quando valeat, fol. 486. n. 4.

Arma deferens ligata pœnam delationis armorum non incurrit, fol. 25. n. 1.

Declara, vt n. 2.

Armorum delationis pœna non confunditur cum pœna delicti commiſſi in Statu Eccleſiaſtico, fol. 25. num. 1.

Et idem eſt de iure communi, eod. n. 2.

Contrarium tenent plures Doctores, eod. numer. 3.

Arma deferens cum licentia, ſi delictum cum eis committat, puniri etiam poteſt de delatione armorum, fol. 26. n. 1.

Contrarium tenent Doctores, eod. nu. 2.

Armis cum alienis ſi ſit commiſſum delictum, non inſurgit delictum contra dominum illorum, non conſtita de commodata, fol. 27. n. 1.

Secùs ſi conſtat de accommodatione, quia tunc contra accommodantem inſurgit iudicium tractatus, & mandati, eod. n. 2.

Declara in accommodante ſcienter, aliàs ſecùs, eod. n. 4.

Armorum accommodatio non præſumitur, ſed illa eſt probanda per fiſcum, vel accuſatorem, fol. 27. num. 2.

Arma accommodans ad occidendum, vel vulnerandum dicitur particeps criminis, & tenetur eadem pœna, qua tenetur delinquens, fol. 27. n. 1.

Quod verò teneatur tantùm pœna extraordinaria, volunt aliqui, fol. 28. nu. 2.

Et idem eſt in accommodante ſcalam, & ſimilia ad committendum furtum, eod. n. 3.

Quod verò ſolùm ſit locus pœnæ extraordinariæ, tenent aliqui, eod. n. 4.

Et idem eſt in accomodante domum ad committendum delictum, eod. n. 5.

Licèt, tantùm eſſe locum pœnæ extraordinariæ, voluerint aliqui, eod. nu. 6.

Et in accommodante pecuniam ad committendum delictum, eod. n. 7.

Licèt, ſolùm intrare pœnam extraordinariam, voluerint alij, eod. n. 8.

Et in accommodante familiam ad delinquendum, eod. n. 9.

Et in portante nuncium, vel litteras ad delinquendum, eod. n. 10.

Et in accōmodante equũ delinquẽti, fol. 29. n. 11

Declara d. ampliationem, vt n. 12.

Limita concluſionem in accommodante arma, ſcalam, & ſimilia ſcienter, aliàs ſecùs, eod. n. 13.

Accommodatio autem in dubio præſumitur facta ignoranter, ita vt ſcientia debeat probari, eod. n. 14.

Maximè in ſolito illa accommodare, eod. n. 15.

Armatus ſtans in propria domo non incurrit pœnam delationis armorum, fol. 30. n. 1.

Neque ſtans armatus in oſtio domus, eod. n. 2.

Neque inuentus à birruarijs cum armis fugiens in propria domum, eod. n. 3.

Contrarium tenet Farinac. *eod. n. 4.*

Et idē eſt in ſtante armato in Caupona, eod. n. 5.

Fallit in ſtante armato, vbi ſupra, cum archibuſetto breuioris menſuræ, eod. n. 6.

Armorum appellatione non veniunt dentes, fol. 31. num. 1.

Quod procedit non ſolùm ſtante Statuto prohibente offenſionem cum armis, ſed etiam in prohibente percuſſionem cum rem apta ad maleficium, eod. num. 2.

Quomodo ſit punienda offenſio facta cum dentibus, vide eod. n. 3.

Armorum delatio eſt etiam prohibita de iure communi, fol. 26. n. 3.

Archibuſettum deferentis pœna, vt habeat locum, debet conſtare, illum eſſe breuius duorum palmorum de canna, fol. 34. num. 1.

Ita vt teſtes deponentes de illa cum dictione (in circa) *non probent, eod. n. 2.*

Neque probant, ſi dicant, vidiſſe, deferre tormentum breue, eod n. 3.

Fallit, ſi teſtes dicant, vidiſſe, tetigiſſe, & menſuraſſe, eod. n. 4.

Archibuſettum breuioris menſuræ deferens incurrit pœnam vitæ, & confiſcationis bonorum, fol. 34. n. 1.

Quæ

Quod habet locum etiam in illud retinente domi, eod. num. 2.

Niſi retineatur parua temporis ſpatio, eod. num. 3.

Et etiamſi illud retinentes ſint Officiales, & Miniſtri iuſtitiæ, eod. num. 4.

Archibuſettum imperfectum, ſeu inutile deferens, vel retinens non incurrit pœnas Conſtitutionum Pij IV. & Pij V. fol. 34. num. 1.

Quod procedit etiam in deferente archibuſium non aptum ad nocendum, eod. num. 2.

Archibuſium ſine rota, vel imperfectum, & non aptum ad nocendum non dicitur archibuſium, fol. 34. num. 2.

Armorum delatio ſi ſit momentanea, non eſt punibilis, fol. 35. num. 1.

Maximè, ſi arma capiantur de domo, vel de manu alicuius ad ſe defendendum, eod. num. 2.

Quod procedit etiam in retinente in domo arma prohibita per modicum tempus. eod. n. 1.

Et in tranſeunte, qui per modicum tempus moratur in aliquo loco, eod. num. 4.

Arma deferens pro occidendis bannitis non poteſt pro eorum delatione moleſtari, fol. 35. num. 1.

Contrarium quoad archibuſetta tenet Farinac. fol. 36. num. 2.

Et idem eſt in deferente arma prohibita pro ſeruitio iuſtitiæ, eod. n. 3.

Fallit concluſio, quando magnum interuallum interceſſit inter delationem armorum, & occiſionem banniti, eod. num. 4.

Arma reperta in terra penes aliquem præſumitur, quòd ab eo fuerint in terram proiecta, ita vt poſſit condemnari fol. 38. n. 1.

Etiamſi arma fuerint reperta penes plures, eod. num. 2.

Si tamen plura arma ſint reperta, ſecùs ſi vnum tantùm genus armorum, quia tunc ratione incertitudinis nemo tenetur, eod. n. 3.

Licèt, quòd omnes teneantur, voluerint aliqui, eod. num. 4.

Declara primam limitationem, vt num. 5.

Declara ſecundò, vt ſi concurrat alia præſumptio contra aliquem, poſſit torqueri, eod. n. 6.

Limita d. concluſionem ſecundò, vt non procedat contra hominem bonæ famæ, & non ſolitum arma deferre, eod. n. 7.

Arma prohibita aſportata ſinè licentia Superioris confiſcantur, fol. 39. n. 1.

De conſuetudine tamen acquiruntur executoribus, eod. num. 2.

Quod non habet locum in archibuſettis prohibitis, eod. n. 3.

Et acquiruntur executoribus, etiamſi ſint aliena, eod. num. 4.

Quod tamen declaretur, eod. num. 5.

Arreſtatus à Iudice ſi ab eo appellauit, appellatione pendente poteſt recedere, & ad Superiorem recurrere, fol. 40. nu. 1.

Articuli dati per carceratum pro ſua defenſione ſunt admittendi, etiamſi iuuent abſentes, fol. 41. n. 1.

Maximè in delictis connexis, vt in mandante, & mandatario, eod. num. 2.

Non ſunt admittendi, ſi ſint dati ad iuuandum abſentes, & quomodo tunc admittantur, eod. n. 3.

Articuli dicuntur pertinentes, quando qualitercumque cauſæ adminiculantur, fol. 41. nu. 1.

Impertinentes verò dicuntur, qui nec directè, nec indirectè faciunt ad cauſam, fol. 42. n. 2.

Articuli impertinentes non ſunt admittendi, fol. 42. num. 3.

Si ſunt clarè impertinentes, aliàs ſecùs, eod. num. 4.

Articuli impertinentes admiſſi cum clauſula, ſaluo iure &c. habentur pro non admiſſis, fol. 42. n. 5.

Articuli licèt obiectiui admittuntur, quando ſunt de iure dantis fol. 42. nu. 1.

Si enim non admitterentur, tolleretur reo defenſio, eod. nu. 2.

Quod procedit, licèt articuli eſſent calumnioſi, eod. num. 3.

Et criminoſi, eod. num. 4.

Declara, vt num. 5.

Articuli quando dicantur obiectiui remiſſiuè, fol. 43. num. 6.

Articulos producens in cauſa criminali non cenſetur fateri in illis contenta, fol. 43. nu. 1.

Maximè ſi fiſcus, vel aduerſarius illos impugnauit, eod. num. 1.

Faciunt tamen magnum adminiculum, eod. n. 2.

Fallit, quando in fine articulorum fuit dictum, omnia in eis contenta fuiſſe, & eſſe vera, & notoria, eod. num 4.

Et quando fuerunt dati articuli medio iuramento, eod. num. 3.

Aſſaſinium non datur, niſi homicidium fuerit commiſſum mediante datione, vel promiſſione pecuniæ, vel alterius rei, fol. 44. num. 1.

Et niſi ſequatur acceptatio mandatarii, ita vt non ſufficiat pollicitatio, eod. n. 2.

Et promiſſio pecuniæ, vel alterius rei debet eſſe certa, & generalis non ſufficit, eod. n. 3.

Licèt aliqui contrarium teneant, eod. n. 4.

Neque ſufficit, quòd homicidium committatur ad complacentiam, etiamſi ſperetur remuneratio, eod. num. 5.

Licèt aliqui contrarium voluerint, fol. 45. n. 6.

Aſſaſſinium non datur ex datione, vel promiſſione paruæ rei, fol. 45. n. 7.

Neque ſi aliquid detur, vel promittatur pro expenſis, eod. num. 8.

Declara, vt num. 9.

Aſſaſſinium non dicitur, quando per alium pretio conuento inimicus occiditur, ſi mandans in homicidio interuenit, fol. 45. n. 1.

Ratio, vt num. 2.

Declara concluſionem, n. 3.

Aſſaſſinium non dicitur commiſſum ab eo, qui communem inimicum occidit, receptâ etiam ab altero pecunia, fol. 46. num. 4.

Aſſaſſinium non comprahenditur ſub generali abolitione Principis, fol. 356. num. 1.

Declara d. conclusionem, vt num. 2. 3. 4. et 5.

Aſſaſſinij mediator punitur pęna mortis, vti mandans, et mandatarius, fol. 46. num. 1.

Item eſt in depoſitario pecunia conuenta pro aſſaſſinio, eod. num. 2.

Et in deferente ambaſciatam, vel literas, eod. num. 3.

Et in portante pecuniam pro aſſaſſinio. eod. nu. 4

Et in mutuante pecuniam pro inueniendo aſſaſſinio, eod. num. 5.

Et etiam in praſtante auxilium pro aſſaſſinio, eod. num. 6.

Limita, pradicta procedere, concurrente ſcientia, aliàs secùs, fol. 47. num. 7.

Qua ſcientia non praſumitur, ſed eſt probanda, eod. num. 8.

Aſſaſſinus non dicitur occidens aliquem in domo, vel via publica, et illum pecuniis, vel armis expolians, fol. 47. num. 1.

Aſſaſſinium propriè dicitur, quando concurrant mandatum ad occidendum, datio vel promiſſio pecunia, et mandatarij acceptatio, et executio, fol. 46. num. 2.

Impropriè verò dicitur in multis caſibus ex communi vſu loquendi, eod. num. 3.

Aſſaſſinium propriè non eſt mandatum datum alicui ad vulnerandum, pecunia mediante, niſi mors ſit ſequuta, fol. 47. num. 1. et 5.

Licèt contrarium teneant aliqui, fol. 48. numer. 3.

Vt neque ſufficiat praſumptus animus occidendi mandantis, eod. num. 4.

Puniri tamen debet d. mandatum ad vulnerandum grauiùs, eod. num. 6.

Aſſaſſinium vt dicatur, requiritur mandatum ad occidendum Chriſtianum, datio, vel promiſſio pecunia, et acceptatio, et executio mandatarij, fol. 48. num. 2.

Aſſaſſinium probatur per coniecturas, et probabilia argumenta, fol. 48. num. 1.

Etiam ad effectum imponendi pęnam ordinariam, eod. num. 2.

Quanam ſint d. probabilia argumenta, vide, eod. num. 5.

Et teſtes de auditu faciunt indicium ad torturam in d. crimine, eod. num. 3.

Et teſtes examinati, parte non citata, probant in crimine, eod. num. 4.

Dummodò conſtet ante omnia de qualitate aſſaſſinij, fol. 49. num. 5.

Aſſertio vulnerati conſtituti in articulo mortis non facit indicium ad inquirendum ſpecialiter, ſed generaliter tantùm, fol. 49. num. 1.

Fallit, quando offenſus aſſerit, ſe vulneratum ab vno ex duobus, quorum vnum, certum eſt, vulneraſſe. eod. num. 3.

Et quando cum d. aſſertione concurrunt adminicula, fol. 50. num. 4.

Ita vt d. aſſertio faciat indicium ad torturam, eod. num. 5.

Niſi tamen d. aſſertio facta eſſet dubitatiuè, eod. num. 6.

Et ſi vulneratus erat alius inimicus, eod. num. 7

Et quando contra d. aſſertionem adeſſent grauiora indicia, eod. num. 8.

Vel ſi d. aſſertio ſit facta ſine iuramento, eod. num. 9.

Aſſertio vulnerati, vt operetur, debent plura concurrere, fol. 50. num. 10.

Debet enim eſſe probata per duos teſtes, eod. num. 11.

Et facta in articulo mortis, aliàs secùs, eod. num. 12.

Aſſertioni partium habenti praſumptionem contra ſe non eſt ſtandum, fol. 199. num. 2.

Aſſertioni illius, qui actum, fecit ſtatur, cum iuramento in dependentibus ab eius animo, fol. 236. num. 2.

Aſſertio ſtuprata facit indicium contra ſtuprantem ad torturam, concurrentibus adminiculis, aliàs secùs, fol. 367. numer. 1. vide verbo Stuprum.

Aſſiſtens armatus homicidio dicitur illi opem praſtare, & punitur eadem pęna, qua punitur delinquens, fol. 51. num. 1. & 2.

Quòd puniatur tantùm mitiùs, volunt alij num. 3.

Amplia, etiamſi adſtans manus ad arma non poſuerit, eod. num. 4.

Licèt contrarium teneant alij, fol. 51. num. 5.

Maximè, ſi poſtea aſſociauerit etiam delinquentem, fol. 52. num. 6.

Aſſiſtens armatus punitur, ſi id fecit ſcienter & dolosè aliàs secùs, fol. 52. num. 7.

Et cum armis, aliàs secùs, eod. num 11.

Et ſi adſtitit à principio, secùs ſi ſuperuenit poſt delictum, eod. num. 13.

Si adſtitit animo diuidendi rixam non punitur, eod. num. 12.

Et ſi adſtitit in loco remoto, eod. num. 14.

Aſſiſtentia in delicto praſumitur potiùs accidentalis, quam appenſata, fol. 52. num. 9.

Licèt aliqui teneant contrarium, eod. num. 10.

Aſſiſtens homicidio quando poſſit torqueri ad ſciendũ, an caſualiter, vel appenſatè adſtiterit remiſſiuè, fol. 53. num. 15.

Aſſociatio delinquentis poſt delictum ad euadendum illum à Curia punitur tantùm extraordinariè, fol. 53. num. 1.

Si ad euadendum illum ab inimicis, nulla pœna punitur, eod. num. 3.

Idem eſt, ſi aſſociatio ſit facta ignoranter, eod. num. 4.

Prout ita facta praſumitur, eod. num. 5.

Licèt contrarium teneant alii, fol. 54. num. 6.

Et ſi aſſociatio fuerit facta ſine armis, & parùm longè, eod. num. 7.

Et ad

Et ad bonum finem, eod. num. 8.

Et ſi non aderant birruarij parati ad capiendum delinquentem, eod. n. 9.

Et quando aſſociatio non eſt facta ad locum tutum, eod. num. 10.

Aſſocians delinquentem poſt delictum nõ dicitur propriè opem ferre delicto, fol. 53. n. 2.

Aſſociatio facta poſt delictum punitur pœna ordinaria, quando eſt facta præcedente tractatu, fol. 54. num. 11.

Licèt contrarium teneant aliqui, eod. n. 12.

Et idem eſt, quando quis aſſociaũt, & adſtitit etiam delicto, eod. n. 13.

Declara, vt num. 14.

Aſſocians delinquentem ad euadendum illum à Curia torqueri poteſt ſuper tractatu, & ſcientia, fol. 55. num. 1.

Licèt contrarium teneant plures Doct. eod. n. 2.

Procedit, ſi aſſociatio ſit facta incontinenti, ſecùs ſi ex interuallo, eod. n. 3.

Et non procedit in conſanguineo, vel affine aſſociante, eod. n. 4.

Neque in aſſociante non multùm longè à rixa, eod. n. 5.

Neque in aſſociante ignoranter, eod. n. 6.

Nec ſi apparent ex coniecturis aſſociationem fuiſſe factam ſine participatione delicti, eod. n. 9.

Aſſociatio, & auxilium poſt delictum præſumitur præſtitum ignoranter, fol. 55. num. 7.

Contrarium tenent plures Doct. fol. 56. n. 8.

Aſſociatio vt arguat tractatum, probanda eſt per duos teſtes, fol. 56. n. 10.

Auxilium præſtans poſt delictum mitiùs punitur, quàm principalis, fol. 219. n. 2.

Auxiliatores inquiri non poſſunt, non conſtito de principali delinquente, & eius delicto, fol. 56. n. 1.

Ita vt non ſufficiat ſententia contumacialis, eod. num. 2.

Licèt hoc non ſeruari de conſuetudine, teneant aliqui, eod. n. 3.

Quam non eſſe extendendam ad alia loca, volunt plures, fol. 57. n. 4.

Auxiliatores vt non poſſint inquiri, non conſtito de principali delinquente, incertitudo debet eſſe omnimoda, fol. 57. n. 5.

Auxiliatores vt poſſint inquiri de auxilio, debent præcedere indicia ſpecialia auxilium indicantia, fol. 57. n. 1.

Auxilium, & opem, quando dicatur quis præſtare delinquenti remiſſiuè, fol. 29. n. 16.

Et quando dicatur præſtare cauſam proximam, vel remotam delicto remiſſiuè, fol. 58. n. 5.

B

B*Annimenta, & Bulla prohibentes allocutionem, & conuerſationem cum bannitis procedunt, quando illa eſt doloſa, & in damnum fiſci, vel Reipub. aliàs ſecùs, fol. 58. n. 1.*

Vndè non comprahendunt ſimpliciter loquentes, cum bannitis, eod. n. 4.

Et ſi bannimenta loquantur de diffamatis, qui tales dicantur, eod. n. 5.

Bannimenta prohibentia aliquid non propter ſe, ſed ad euitandum malum non habent locum, ſi finis illorum non violatur, fol. 59. n. 3.

Bannimenta prohibentia receptationem, & allocutionem cum bannitis non procedunt in bannito tolerato, fol. 59. num. 1.

Etiamſi ſit toleratus ſinè ſcientia Principis, & Officialis, eod. n. 2.

Licèt contrarium teneant aliqui, eodem. numer. 3.

Bannitus toleratus ſinè ſcientia Principis an poſſit impunè occidi remiſſiuè, fol. 60. n. 4.

Et quando dicatur toleratus, vt poſſit impunè occidi remiſſiuè, fol. 62. n. 7.

Bannitum occidens, qui poteſt impunè offendi non dicitur frangere pacem factam cum eo ante bannum fol. 63. n. 1.

Etiamſi pax ſit facta poſt ſequutum bannum, eod. n. 2.

Licet contrarium teneant aliqui. eod. n. 3.

Quod procedit etiam in cautione de non offendendo, eod. n. 4.

Et ex quauis cauſa fuerit bannitus, eodem numer 5.

Fallit concluſio in bannito offendente eum, cum quo pacem fecerat, eod. n. 6.

Fallit ſecundò in bannito tolerato, habente ſaluum conductum, & aliàs, vt n. 7.

Bannitum coactè, & per metum receptans nulla pœna punitur, fol. 64. num. 1.

Ad metum tamen inducendum ſufficiunt minæ, eod. n. 2.

Et etiam armorum viſus, eod. n. 3.

Receptatio autem per vim, & metum facta præſumitur, fol. 65. n. 4.

Et metus debet eſſe talis, vt excuſet, vt cadat in conſtantem virum, eod. n. 5.

Bannito non licet contra eum volentem occidere ſe defendere, fol. 298. n. 8.

Licèt aliqui contrarium teneant. eod. n. 9.

Bannitus in contumacia ſi ad manus Curiæ perueniat, debet eius perſona recognoſci, antequam ſententia, contra eum exequatur fol. 526. n. 1.

Maximè, ſi in loco reperiantur alii eiuſdem nominis, & cognominis, eod. num. 2.

Et quando in banno fuit erratum in nomine, cognomine, vel patria, eod. n. 3.

Et quando bannitus non fuit condemnatus nominatim, ſed per ſigna, eod. n. 4.

Quæ recognitio eſt facienda per banniti confeſſionem dicentis, eſſe illum, qui eſt condemnatus in ſententia, eod. n. 5.

Sufficere tamen, conſtare de nomine, & cognomine, tenent alij, eod. n. 6.

Banniti negantis eſſe illum comprahenſum in ſententia recognitio facienda eſt per teſtes idoneos, fol. 527. n. 7.

Qui

Qui habent deponere, eſſe illum, qui eſt nominatus in ſententia, eod. nu. 8.

Et ſunt examinandi ſeparatè, & reo poſitu inter plures, eod. n. 9.

Et ſi teſtes non adſint, deuenitur contra reum negantem ad torturam, eod. n. 10.

Præcedentibus tamen indicus, & non aliter, vt num. 11.

Et recognitione facta Iudex pronunciat, eſſe illum comprahenſum in ſententia, eod. n. 12

Banniti recognitionis practica recenſetur remiſsiuè, eod. num. 13.

Bannitus, ſeù condemnatus ſi citetur pro alio delicto, non tenetur comparere, niſi oblato ei ſaluo conductu, fol. 546. num. 1.

Licèt contrarium teneant aliqui. eod. numer. 2.

Ita vt ſaluo conductu non oblato ſententia, & proceſſus ſit nullus, eod. num. 3.

Et ſaluus conductus eſt inſerendus in prima citatione, eod. num. 4.

Et eò magis, ſi ſaluus conductus per reum ſit petitus, eod. num. 5.

Barattaria, & concuſſio eſt probanda plenè, vt poſſit puniri criminaliter, fol. 551. n. 1.

Cum lex ſemper præſumat pro Iudice, fol. 552. num. 2.

Et teſtes probantes barattoriam debent eſſe idonei, eod. num. 3.

Ita vt non admittantur teſtes à Iudice carcerati, eod. num. 4.

Nec teſtes, qui dederunt petitiones contra Iudicem in ſindicatu, eod. n. 5.

Licèt aliqui contrarium ſentiant, eod. numer. 6.

Neque ad probandam barattariam admittuntur mediatores, eod. num. 7.

Illa tamen probatur per teſtes domeſticos Iudicis, eod. n. 8.

Birruarius denuncians reo capiendo mandatum punitur extraordinariè, fol. 66. n. 1.

Etiamſi mandatum ſit pro cauſa ciuili, eod. num. 2.

Et idem eſt in birruario negligente capere, vel captum dimittente, eod. num. 3.

Et in tertio certiorante delinquentem de carceratione, eod. n. 4.

Et ſi cauſa ſit ciuilis, denuncians tenetur ad ſolutionem debiti, eod. n. 5.

Birruarii volentes facere executionem realem, vel perſonalem debent oſtendere mandatum de capiendo, fol. 67. num. 1.

Aliàs eis poteſt reſiſti propria authoritate, eod. num. 2.

Licèt contrarium teneant Theſa. *eod. num. 3.*

Non tenentur tamen oſtendere mandatum, quando poſſunt reum capere propria authoritate, eod. num. 4.

Nec tenentur illud oſtendere ante capturam, ſed ſolùm poſt, eod. num. 5.

Birruarii ſi capiunt aliquem cum armis, illum conuincunt de delatione, fol. 68. num. 1.

Si tamen pœna pro delatione eſt leuis, ſecùs, ſi grauis, eod. n. 2.

Etiamſi birruarii ſint plures, quando pœna eſt grauis, eod. n. 3.

Licèt contrarium teneant aliqui, fol. 69. num. 4.

Quod tamen relinquitur arbitrio Iudicis, eod. num. 5.

Maximè ſi birruarij alias patiantur exceptiones, eod. num 6.

Probans autem concurrentibus adminiculis, eod. num. 7.

Licèt contrarium tenuerint alii, eod. n. 8.

Et ſi ita mandet ſtatutum, fol. 69. num. 9.

Niſi birruarij alias patiantur exceptiones, eod. num. 10.

Item probant, ſi concurrat depoſitio teſtis fide digni, eod. n. 11.

Licèt contrarium teneant alii, n. 12.

Concluſio ſupradicta procedit etiam, quando birruarii caperent aliquem inflagranti, eod. num. 13.

Si perſona priuata capiunt aliquem inflagranti, illum conuincunt, ſi ſint duæ idoneæ, & ſi vnus, facit indicium ad torturam, eod. n. 14.

Birruarij deponentes, in aliqua executione fuiſſe impeditos, non probant, fol. 69. n. 1.

Maximè ſi deponant, fuiſſe impeditos ab aliquo tertio, eod. num. 2.

Et quando deponunt, fuiſſe in exequendo iniuriatos, vel offenſos, fol. 70. n. 3.

Etiamſi birruarii id deponentes ſint plures, eod. num. 4.

Contrarium tenent alii, fol. 71. n. 5.

Quod declaratur, n. 6.

Maximè ſi cum eorum depoſitionibus concurrat depoſitio teſtis fide digni, eod. n. 7.

Faciunt tamen depoſitiones birruariorum qualem præſumptionem, eod. n. 8.

Et concurrentibus cum eis præſumptionibus ſufficiunt ad torturam, eod. n. 9.

Quod tamen Iudicis arbitrio remittitur, eod. num. 10.

Birruarij, vti infames, repelluntur à teſtificando in criminalibus, fol. 71. n. 1. & fol. 595. num. 1.

Maximè ſi aliam patiantur exceptionem, eod. num. 2.

Etiamſi deponant de ijs, quæ antecedunt illorum officium, eod. num. 3.

Probant autem impertinentibus ad illorum officium, eod. n. 4.

Et quando deponunt ad defenſam, eod. n. 5.

Et contra Curiam, eod. num. 6.

Non ſunt tamen in d. caſibus teſtes omni exceptione maiores, eod. n. 7.

Birruarij, quando mandatum de carcerando eſt iniuſtum, ſi vulnerant, vel occidant reſiſtentem cum armis, non puniuntur, fol. 72. n. 1.

Amplia, etiamſi mandatum ſit relaxatum indebitè, eod. num. 2.
Licèt contrarium teneant aliqui, eod. n. 3.
Niſi birruarij habeant notitiam de iniuſtitia mandati, eod. num. 4.
Vel iniuſtitia captura proueniat ex culpa birruariorum, eod. n. 5.
Amplia ſecundò, quando capiendus poterat impunè offendi, eod. n. 6.
Et quando captura ſit pro cauſa ciuili, eodem num. 7.
Limita, quando carceratus non cognouit birruarios, eod. num. 8.
Et quando capiendus non reſiſtit, ſed aufugit, eod. num. 9.
Licèt contrarium teneant aliqui, fol. 73. numer. 10.
Birruarij vulnerantes reſiſtentem debent id facere cum moderamine inculpatæ tutelæ, eod. n. 11.
Et quando non poſſunt reum aliter capere, eod. num. 12.
Blaſphemia crimen omnium immane, & ſceleratiſſimum eſt, fol. 73. n. 1.
Ita vt de iure diuino, & ciuili puniatur pœna mortis, eod. n. 2.
Quod procedit in blaſphemantibus Deum, non Sanctos, fol. 74. n. 3.
Et in ſolito blaſphemare, aliàs ſecùs, eodem num. 4.
Pœna tamen mortis receſſit ab Aula, eod. n. 5.
Maximè vigore iuris canonici, & Bullarum, eod. num. 6.
Blaſphemator, vti infamis repellitur à teſtificando, eod. num. 7.
Etiamſi de crimine blaſphemiæ non fuerit condemnatus, eod. num. 8.
Licèt contrarium teneant aliqui, eod. n. 9.
Blaſphemans per ebrietatem non punitur, vel mitiùs punitur, eod. n. 10.
Declara fol. 75. num. 11.
Et idem eſt in blaſphemante ex ira, vel iuſto dolore, eod. num. 12.
Declara, vt num. 13.
Et qui incontinenti poſt blaſphemiam ſe correxit, eod. n. 14.
Blaſphemator tamen allegans d. cauſa tenetur illas probare, eod. n. 15.
Blaſphemia crimen eſt mixti fori, fol. 77. n. 1.
Etiamſi blaſphemans ſit Iudæus, eod. n. 2.
Contrarium quò ad Iudæum, quòd ſpectet ad Iudicem laicum tenent alij fol. 76. num. 3.
Si blaſphemia ſit hæreticalis, ſolus inquiſitor procedit, eod. n. 4.
Blaſphemia hæreticalis, quæ dicatur, fol. 76. n. 5.
Bona furis non ſunt tacitè hypotecata pro reſtitutione rerum furatarum, fol. 317. n. 1.
Licèt contrarium teneant aliqui, eod. n. 3.
Maximè de iure ciuili, eod. n. 4.
Bona fama vide infra in ver. fama.
Bulla Sixti V. contra caualcatam facientes non habet locum, quando collectio armatorum ſit in auxilium Curiæ, fol. 77. n. 1.
Neque, quando ſit contra latrones, bannitos, & graſſatores, eod. n. 2.
Neque pro tuenda propria poſſeſſione, eodem, num. 3.
Si de illa non fuit deiectus, nec ſpoliatus, aliàs ſecùs, eod. n. 4.
Etiamſi recuperatio poſſeſſionis fieret incontinenti, eod. n. 5.
Neque quando conſtat armatos fuiſſe collectos pro defenſione propriæ perſonæ, eod. n. 6.
Bulla Pij IV. compellens patrem ad ſoluendam legitimam pro filio, vti odioſa, & correctoria non comprehendit alios caſus, fol. 77. n. 1.
Bulla Pii IV. compellens patrem ad ſoluendam legitimam pro filio non habet locum, quando filius eſt ciuiliter condemnatus, fol. 78. n. 1.
Neque quando filius eſt condemnatus iniuſtè, eod. num. 2.
Licèt contrarium teneant aliqui, eodem, num. 3.
Bulla Pii IV. contra bannitos captos poſt annum habet locum in captis in Ditione Eccleſiaſtica, aliàs ſecùs, fol. 78. num. 1.
Declara, vt n. 2.
Bulla Alexandrina contra offendentes ex cauſa litis vt habeat locum, tria copulatiuè requiruntur, fol. 78. num. 1.
Occaſio præſumitur facta ex noua cauſa, ſi de illa conſtet, aliàs ſecùs, fol. 79. num. 2.
Et quomodo probetur illam factam fuiſſe ex noua, vel veteri cauſa, eod. num. 3.
Bulla Alexandrina depoſitio extenſa fuit ad totum Statum Eccleſiaſticum, eod. n. 4.
Bulla Sixti IV. compellens patrem ad ſoluendam legitimam pro filio non comprehendit legitimam Clericorum, eod. n. 1.
Neque habet locum in Terris Baronum, eodem num. 3.
Bulla Pii IV. & Pii V. prohibentes appellationes in criminalibus cauſis pecuniariis, niſi facto depoſito, non ſeruantur in foro Epiſcopali, eodem num. 2.
Bulla Pii IV. & Pii V. prohibentes delationem archibuſetti breuioris menſuræ ligant etiam Clericos, fol. 79. num. 4. & fol. 39. num. 1.
Bulla Sixti V. prohibens contractus ad caput ſalmam comprehendit ſolum contractus prohibitos de iure communi, fol. 80. num. 1.
Bulla Sixti V. deferens fiſco fructus bonorum fideicommiſſi durante vita delinquentis habet locum ſolùm in caſu receptationis bannitorum, fol. 81. num. 1.
Bulla Pii V. quòd banniti in contumaciam ſi ſint capti, non audiantur, intelligitur, ſi ſententia contra eos lata ſit cum legitimis indicijs, fol. 80. num. 1.
Et quatenùs d. ſententia ſit valida, eodem num. 2.

Ita

Ita vt capto ſit danda copia proceſſus, & indiciorum, ad videndum, an proceſſus ſit validus, & adſint indicia, eod. n. 3.
Bulla Pij V. contra ſodomitas non habet locum in Clericobis, aut ter d. crimea committentem, fol. 64. n. 1.
Licèt aliqui contrarium teneant, eodem, numer. 2.
Et non comprehendit, niſi Clericum notorium, eod. n. 3.
Et requiritur actus conſumatus, eodem, numer. 4.
Et d. Bulla non habet locum, niſi in foro exteriori, eod. n. 5.
Bulla prohibentes allegationem nouæ cauſæ, quando procedant, fol. 100. num. 14.

C

CAlamer non eſt recognoſcendum inter plura, fol. 25. num 6.
Cancellatio, ſeù raſura reperta in inſtrumentu, ſeù ſcriptura præſamitur facta ab eo penes quem inſtrumentum, ſeù ſcriptura fuit repertu, fol. 254. num. 1.
Fallit, ſi illa fuit reperta penes plures, eod. n. 2.
Et quando ceſſat commodum illius, apud quem ſcriptura, vel inſtrumentum fuit repertum, eod. num. 3.
Cancellatio verborum in inſtrumento non arguit falſitatem, ſi verba poſſunt legi, fol. 259. n. 1.
Nec. quando ex præcedentibus, & ſequentibus veras ſenſas colligi poteſt, eod. n. 2.
Quæ procedunt etiam in raſura facta in ſcriptura, eod. n. 3
Quod tamen non placet Farinac. & Genuæ relatis, eod. n. 4.
Capi in domo propria nemo poteſt, fol. 82. n. 1.
Ratio. num. 2.
Procedis pro cauſa ciuili, non autem pro criminali. eod. num. 3.
Et pro cauſa criminali executores poſſunt frangere oſtia, & feneſtras, eod. n. 4.
Secùs pro cauſa ciuili ſinè licentia Iudicis, eod. n. 5.
Captura decerni poteſt contra reum, etiamſi agatur de ſola pœna pecuniaria, fol. 82. n. 1.
Licèt contrarium teneant alij, fol. 83. n. 2
Carcerari poteſt facere Iudex filium ad inſtantiam patris eod. n. 1.
Et poteſt illum punire pœna à patre deſignata, eod. num. 2.
Id tamen facere non poteſt ad inſtantiam matris, nec propinquorum, eod. n. 3.
Carcerari nemo poteſt pro debitu ciuili in diebus feriatis, eod. num. 1.
Limita pro delicto, eod. n. 2.
Quod procedit in delictis grauibus, aliàs ſecùs, eod. n. 3.
Carcerari non poteſt infirmus graui infirmitate, vel grauiter vulneratus, ſed eſt aſſicurandus fideiuſſione, vel cuſtodia, fol. 84. num. 1.
Et infirmitas grauis excuſat etiam à contumacia, eod. num. 2.
Declara, vt num. 3.
A captura in criminalibus non eſt incheandum, fol. 84. num. 1.
Captura decreta ſinè legitimis indicijs eſt nulla, & iniuſta, fol. 84. num. 2.
Licet contrarium teneant alij, eod. n. 3.
Quod procedit etiam in atrociſſimis, eod. n. 4.
Et de legitimis indicijs debet conſtare in actis, eod. num. 5.
Fallit in capto in flagranti, eod. n. 6.
Et in vagabundu, & de fuga ſuſpecto, eod. n. 7.
Quæ autem indicia requirantur eſt Iudici arbitrarium, eod. n. 8.
Captura decerni non poteſt ex ſola querela partis, fol. 85. num. 9.
Captura vt poſſit decerni, requiritur, quòd conſtet de corpore delicti, fol. 87. n. 10.
Contrarium tenent aliqui, eod. n. 11.
Carceratus pro cauſa criminali non poteſt in carcerē recommandari pro cauſa ciuili, fol. 86. num. 1.
Licèt contrarium teneant alij ibi. num. 2.
Amplia etiam in retentu in palatio, vel domo ſub cautione, fol. 87. num. 3.
Recomendari tamen poteſt pro alio delicto, eodem num. 4.
Carceratus pro cauſa ciuili poteſt recommendari pro criminali, fol. 87. num. 5.
Carceratus pro delicto fiſcali poteſt recommendari pro debitu priuatu, fol 87. num. 6.
Captus indebitè, vel nulliter ita eſt relaxandus, vt iterùm capi non poſſit, fol. 87. num. 1.
Carceratus pro criminali, & dimiſſus ex carcere non poteſt carcerari pro ciuili, niſi poſt horam, fol. 87 num. 2.
Captus iniuſtè poteſt impunè à capiente relaxari, fol. 88. num. 1.
Declara, vt n. 2.
Captus indebitè non poteſt dare de nullitate capturæ, ſi præſtitit cautionem de ſe repræſentando, fol. 88 num. 1.
Licèt contrarium teneant alij, eod. num. 2.
Quod procedit etiam in ſoluente debitũ, eod. n. 3
Et in confeſſo delictum, qui non poteſt dare de nullitate capturæ, eod. n. 4.
Licèt contrarium teneant alij, eod. num. 5.
Limita, vt num. 6. & 7.
Captus à birruarijs dicens, fuiſſe captum in Eccleſia ſi birruarij id negent, cognitio ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum, fol. 89. num. 1.
Et ad eum ſpectat cognitio ſuper immunitate loci ſacri, eod. n. 2.
Et quando inter Iudicem laicum, & Eccleſiaſticum incidit quæſtio iuriſdictionis, eod. n. 3.
Et in diſcordia inter captum, & birruarios, cui ſit credendum. eod. n. 4.
Creditur birruarijs dicentibus, cepiſſe aliquem in Ec-

in Eccleſia, eod. n. 5.

Carcerum effractores puniuntur pœna arbitraria, fol. 90. num. 1.

Neque contra eos intrat pœna confeſſati criminis, eod. n. 2.

Licèt contrarium teneant alij, fol. 91. n. 3.

Maximè, ſi carceratus ignorauit cauſam carcerationis, eod. n. 4.

Et quando aufugit ianuis apertis, & ſinè fractura, eod. n. 5. & 6.

Carcerum effractores puniuntur arbitrariè, ſi fugiunt culpa cuſtodis, fol. 91. num. 8.

Et quando fugiunt ex carcere ſine fractura illorum, eod. n. 9.

Et quando, fracto carcere, non effugiunt, eod. num. 10.

Carceratus iniuſtè, frangendo carceres, & fugiendo ex eis, non punitur, fol. 92. num. 11.

Licèt alij contrarium teneant, eod. n. 12.

Et qui fugit cum licentia cuſtodis, eodem num. 13.

Etiamſi fugiens cum d. licentia cautionem dederit de tuto carcere, eod. n. 14.

Neque carceratus, qui fugit animo reuertendi, eod. num. 15.

Neque qui reuelauit conſpirationem de frangendo carcerem, eod. num. 16.

Neque carceratus, qui, alijs exeuntibus, remanſit in carcere, eod. num. 17.

Carceris effractor punitur, ſinè ſit carceratus pro debito, ſeù pro delicto, eod. num. 18.

Carceris effractor dicitur etiam, qui ruptis vinculis, & compedibus ſinè fractura carceris, vel per furtum ſinè aliter aufugit, eod. num. 19.

Carcerum effractores, vt carcerati ex illis à fugiant, puniuntur eadem pœna, qua puniuntur carcerati, fol. 93. num. 1.

Licèt, pœnam contra eximentes carceratos eſſe arbitrariam, teneant alij, eod. num. 2.

Et eadem pœna punitur Cuſtos carceris, cuius dolo, vel culpa carceratus aufugit, eod. num. 3.

Nec non fautores, auxiliatores, & conſultores, eod. num. 4.

Carceratio longa tollit pœnam incurſam, vel illam diminuit, fol. 94. num. 1.

In leuibus tamen, non autem in grauibus delictis, eod. num. 3.

Et quando carceratio fuit longa ex culpa Iudicis, eod. num. 4.

Carcer licèt detur ad cuſtodiam, continet tamen in ſe pœnam, fol. 95. num. 2.

Carceris priuati pœna de iure eſt capitalis, fol. 95. num. 1.

De conſuetudine tamen eſt arbitraria, eod. num. 2.

Carceris priuati pœna, vt habeat locum, carceratus debet retineri per viginti horas, fol. 95. num. 3.

Quod procedit, quando captura eſt licita, aliàs ſecùs, eod. num. 4.

Carceris priuati pœna non intrat contra detinentem carceratum correctionis cauſa, fol. 96. numer. 5.

Neque quando detinetur in domo meretrix libidinis cauſa, eod. num. 6.

Declaratur, num. 7.

Neque, quando detinetur in domo debitor captus cum licentia Iudicis, eod. num. 8.

Neque, quando detinetur banitus, qui poteſt impunè offendi, eod. num. 9.

Licèt contrarium teneat Decia. *eod. num. 10.*

Neque, quando retinetur quis in domo ſinè dolo, eod. num. 11.

Neque, quando capiens denunciauit ſtatim Iudici capturam, eod. num. 12.

Pœna prædicta procedit, etiam in retinente in compedibus, & vinculis, eod. n. 13.

Carceratus pro debito eſt alendus per creditorem, fol. 287. num. 4.

Carceratus pro delicto pœna, vel innocentia eſt ſeruandus, fol. 287. num. 2.

Carceratus cognoſcens carnaliter ancillam, vel vxorem cuſtodis carceris non punitur, fol. 459. num. 6.

Licèt illum puniendum eſſe extraordinariè teneant alij, eod. num. 7.

Carceratus poteſt facere probationes ſibi vtiles, licèt alia iuuent abſentes, fol. 514. num. 1.

Cauſa ceſſante in delictis ceſſat etiam præſumptio delicti, fol. 212. n. 1.

Et delicti cauſa non debet eſſe leuis, ſed grauis, eod. n. 3.

Et in delictis deliberatis debet eſſe ratiocinatiua, eod. num. 4.

Ita, vt ceſſante cauſa delinquendi, corruat confeſſio rei, eod. n. 5.

Ex cauſa verò delinquendi oritur indicium, ſi de alia non conſtet, eod. n. 6.

Quæ debet eſſe grauis, & proportionata delicto eod. n. 7.

Et debet eſſe probata in ſpecie, fol. 21?. n. 8.

Et non facit indicium, niſi aliud concurrat adminiculum, eod. n. 9.

Cauſæ excuſantes reum à comparendo in Iudicio recenſentur, fol. 521. n. 13.

Caueere de bene viuendo cogi poſſunt perſonæ rixoſæ, fol. 97. n. 1.

Quæ cautio continet tria iuris præcepta, eod. num. 2.

Requiruntur tamen cauſæ grauiores, quàm ad cauendum de non offendendo, eod. n. 3.

Cautio prædicta non liberat à cauendo de non offendendo, eod. n. 4.

Cautio de bene viuendo, vt odioſa ſtrictè eſt interpretanda, fol. 97. n. 1.

Ita vt non ſit trahenda ad delicta leuia, eodem num. 2.

Amplia, vt idem ſit in cautionibus de non offendendo, & de repreſentando, eod. n. 3.

Cautioni de bene viuendo, dicitur côtrauenire deferens,

vel

vel retinens arcbibuſetta; & alia arma ſimilia, fol,97.num 1.

Si pro delatione imponitur pœna grauis, eod, num. 3.

Cum non dicatur benè viuere contrafaciens bannimentis. eod.num.2

Cautionis de benè viuendo fractura non euitatur ex noua cauſa, niſi illa ſit valde probabilis, fol,98, num. 1.

Declara vt, num. 2.

Cautio de non offendendo non rumpitur ex offenſione ex noua cauſa, fol. 99. num.1.

Offenſio quando præſumatur ex noua cauſa, n. 2. & 3.

Præſumitur ex noua cauſa poſt plures annos, eod, num. 4.

Et noua cauſa excuſat, etiamſi non ſit iuſta, eod, num. 5.

Licèt contrarium teneant alij, fol, 100. nu. 6.

Et etiamſi noua cauſa ſit erronea, eod. num. 7.

Et eò magis, ſi offenſio ſit facta caſualiter, eod, num. 8.

Et ad excuſandum offendentem ſufficit factum prouocatiuum ad iram, licèt non puuibile, eod. num. 9.

Non excuſat tamen noua cauſa affectata, eod, num. 10.

Quæ tamen affectatio non præſumitur, eod. numer. 11.

Noua tamen cauſa non poteſt allegari per autorem rixæ, eod. num. 12.

Et noua cauſa probatur ex præſumptionibus, & coniecturis, eod. num. 13.

Cautio de non offendendo vt dicatur fracta, debet plenè probari, fol. 101. num. 1.

Et ſi agatur contra fideiuſſorem, non ſufficit confeſſio ficta, eod, num. 2.

Imò neque ſufficit vera, eod. num. 3.

Licèt contrarium teneant plures Doct. eod nu. 4.

Quæ non habent locum in Statu Eccleſiaſtico vigore Bullæ Pij IV, eod, num. 5.

Cautio de non offendendo cenſetur rupta per offenſionem ſequutam extra territorium fol. 103. num.1.

Ita vt Iudex loci, vbi cautio fuit præſtita, poſſit contra eum procedere, eod. num. 2.

Quæ procedunt etiam in pace fracta extra territorium, eod. num. 3.

Cautio de non offendendo non cenſetur caſſa per pacē poſtea ſequutam, niſi fiſci conſenſu accedente, vel Iudicis decreto id mandante, fol. 104. num. 1.

Cautio de non offendendo cenſetur rupta ex exoneratione archibuſij, fol, 105. num. 1.

Et ex exoneratione rotæ eiuſdem, eod. num. 2.

Et ex proiectione teli, vel lapidis, eod. num. 3.

Et ex admenatione cum armis euaginatis, eod, num. 4.

Maximè ſi cautio ſit vniuerſaliter concepta, eod. num. 5.

Non cenſetur tamen rupta, ſi fuit promiſſum non offendere in perſonam, eod. num. 6.

Ita vt in d. caſu neque ſufficiat offenſio ſuper veſtibus, eod. num. 7.

Quicquid contrarium teneant alij, eod, num, 8.

Cautio de non offendendo, quando dicatur rupta ex inſultu cum armis remiſſiu, fol. 106. num. 6.

Cautio de non offendendo non valet, ſi non ſit præſtita ex altera parte eod. num. 1.

Contrarium tenent alij, eod.num. 2.

Idem eſt, quando alia non eſt præſtita in eadem quantitate, fol, 107, num. 3.

Maximè ſtante proteſtatione, eod. num. 4.

Niſi tamen illa fuerit præſtita cauſa cognita, eod. num. 5.

Amplia, concluſionem eò magis procedere, ſtante proteſtatione, eod. num. 6.

Si tamen proteſtatio fuerit admiſſa, ſecùs ſi reiecta, eod, num. 7.

Limita concluſionem, quando cautio fuit præſtita cauſa cognita, eod. num. 8.

Et quando Iudex in præcepto mandauit, interim illam haberi pro præſtita, ibi. num.9.

Cautio de repræſentando, vti ſtricti iuris, ſtrictè eſt interpretanda, fol. 116. num, 1.

Ita vt in dubio iudicandum ſit, illam non eſſe ruptam. eod. num. 2.

Cautio de non offendendo poſtquam eſt præſtita, dicitur odioſa, eod. num. 3.

Ita vt in dubio iudicandum ſit, illam non eſſe ruptam, eod. num. 4.

Cautio de benè viuendo dicitur odioſa, fol. 117. numer. 5.

Ita vt in dubio ſit iudicandum, illam non eſſe ruptam, eod, num, 6.

Clerici inuenti cum armis an poſſint capi per birruarios laicos, & ad Curiam Eccleſiaſticam perduci, remiſſiue, fol. 390, num. 7.

Clericus iurans falſum coram Iudice laico non poteſt ab eo puniri, fol, 267. num, 12.

Licet aliqui contrarium teneant. ibi. num. 13.

Componens cum fiſco an cenſeatur fateri delictum, remiſſiuè, fol, 136, num. 10.

Commiſſarius, & Vic. Epiſ, non poteſt à partibus aliquid exigere, dùm vadit ad aliquem locum Diœceſis ad faciendum proceſſum. fol. 231. n. 1.

Contraria conſuetudine non obſtante, eod. numer. 2.

Condemnatus ad triremes, relegationem, vel exilium poteſt appellare quandocunque, etiam poſt decem dies, fol, 24. num. 1.

Quod procedit etiam quoad capturam, & carcerationem, eod, num. 2.

Niſi tamen Iudex pronunciaſſet, carcerationem eſſe iuſtam, eod. num, 3.

Vel ſi carceratus fideiuſſiſſet de ſoluendo, vel redeundo ad carceres, eod, num. 4.

Condemnatio in exilium, vel ad triremes an poſſit retardari per creditores, donec fuerint conſequuti eorum credita, fol. 87, num. 7.

Confeſſio facta in tortura, & per reum reuocata facit contra eum nouum indicium ad torturam, ita vt

poſſit

poſſit ſecunda vice torqueri, fol. 121. num. 1.
Et ſi ſecunda vice confiteatur, & confeſſionem renocet, poteſt tertiò torqueri, eod. n. 2.
Si tamen indicia ſint ſatis grauia, aliàs ſecùs, fol. 127. num. 3.
Non poteſt tamen vltra tertiam vicem torqueri, fol. 124. num. 4.
Declara, vt num. 5.
Si tamen ſecundam torturam ſubſtineat eſt abſoluendus, eod. n. 6.
Si verò confeſſionem renocet ex cauſa erroris vlterius non torquetur, eod. n. 7.
Et ſi confeſſionem renocatam confirmet, confeſſio valebit, eod. n. 8.
Contra tamen reum confitentem, & renocantem confeſſionem intrat pœna extraordinaria, fol. 128. n. 10.
Et d. confitens, & renocans confeſſionem eſt condemnatus, ſtante Statuto, quod habeatur pro confeſſo, eod. n. 9.
Confeſſio extorta à reo in tortura ſinè legitimis indicijs non valet, fol. 125. n. 1.
Etiamſi d. confeſſio ſit ratificata, & geminata, eod. num. 3.
Licèt contrarium teneant alij, fol. 129. numer. 4.
Et etiamſi agatur de crimine excepto, atrociſſimo, eod. n. 5.
Ita vt d. confeſſio non validetur per indicia ſuperuenientia, eod. n. 6.
Neque noceat alijs nominatis in ea, eod. numer. 7.
Et d. confeſſio eſt nulla cum omnibus indè ſequutis, eod. n. 8.
Etiamſi ſit verificata per oculorum inſpectionem, eod num. 9.
Quæ confeſſio neque facit indicium contra confitentem, eod. n. 10.
Quod fallit in publicis latronibus, & graſſatoribus viarum, eod. n. 12.
Confeſſio extorta ſinè legitimis indicijs non nocet, etiamſi ſit facta non in tortura, ſed metu tormentorum, fol. 126. n. 11.
Quando verò dicatur facta metu tormentorum remiſſinè, eod. n. 13.
Confeſſio extorta à reo ſinè indicijs ad illum conſtituendum inter eos non ſufficit ad condemnandum, fol. 126. n. 1.
Licèt contrarium teneant aliqui Doctores, eod. num. 3.
Declaratur concluſio, eod. n. 4.
Cum Iudex non poſſit aliquem ponere inter reos ſinè legitimis indicijs, eod. n. 2.
Confeſſio in criminalibus facta in vno iudicio præiudicat in alio, fol. 128. n. 1.
Si eſt facta inter eaſdem perſonas, aliàs ſecùs, eod. n. 2.
Et ſi confeſſio eſt vera, ſecùs ſi ficta eod. n. 3.
Niſi cum confeſſione ficta concurrant coniecturæ, eod. n. 4.
Non probat tamen, ſi contra illam fuiſſet iudicatum, eod n. 5.
Confeſſio facta in iudicio ciuili habetur pro extraiudiciali, & ſolùm facit indicium, fol. 128. n. 6.
Quod tamen d. confeſſio probet, tenent alii, fol. 129. n. 7.
Confeſſio facta incidenter de crimine non ſufficit ad condemnandum, eod. n. 1.
Et multò minùs nocet aliis non nominatis in cauſa, eod. n. 2.
Limita in crimine falſi, eod. n. 3.
Et quando condemnatio fieret per Principem, eod. n. 4.
Et quando teſtis interrogatur quoad ſe, & vti teſtis quoad alios, eod. n. 5.
Et quando crimen confeſſatum tangit cauſam, de qua agitur, eod. n. 6.
Confeſſus crimen incidenter puniri poteſt pœna extraordinaria, fol. 130. n. 8.
Licèt contrarium teneant alii, n. 9.
Confeſſio facta incidenter in alio iudicio an probet, vel faciat indicium, fol. 130. n. 10
Confeſſo reo Iudex ante condemnationem tenetur aſſignare terminum ad faciendum defenſiones, fol. 130. n. 1.
Et ſunt aſſignanda etiam reo conuicto tantùm, eod. n. 2.
Et reo condemnato in contumaciam, ſi deuenerit ad manus Curiæ, eſt dandus terminus ad dicendum cauſam, quare ſententia exequi nòn debeat, fol. 131. n. 3.
Licèt contrarium teneant alii, eod. n. 4.
Et debet dari d. capto copia ſententiæ, & proceſſus, eod. n. 5.
Licèt de hoc dubitet Cartar. eod. n. 6.
Et terminus reo confeſſo eſt aſſignandus, etiamſi non ſit petitus, eod. n. 7.
Limita in reo confeſſo, qui defenſionibus renunciauit, eod. n. 8.
Iudex autem reum ad renunciandum ſuadere non debet, eod. n. 9.
Confeſſio facta coràm Iudice incompetente non ſufficit ad condemnandum, fol. 132. n. 1.
Licèt ſit facta coràm Iudice incompetente, cuius iuriſdictio non poteſt prorogari, eod. n. 2.
Contrarium tenent alii, eod. n. 3.
Et licèt Iudex ſit incompetens ratione cauſæ, eod n. 4.
Confeſſio facta coràm Iudice incompetente ſufficit ad torquendum, eod. n. 5.
Licèt aliqui contrarium teneant, fol. 133. numer. 6.
Etiamſi confeſſio fuerit renocata, eod. nu. 7.
Licet alii contrarium teneant, eod. n. 8.
Non facit indicium, ſi iuriſdictio non poterat prorogari, eod. n. 9.
Contrarium tenent plures Doct. eod. n. 10.
Neque, quando confeſſio facta fuit incidenter, eod. n. 11.
Confeſſio facta coràm Iudice incompetente, vt faciat indi-

iudicium, an requirantur coniectura, fol. 133. num. 12.

Confeſſio facta coram ſolo Notario non ſufficit ad condemnandum, fol. 134. n. 1.

Cum non dicatur confeſſio iudicialis, eodem, num. 2.

Et idem eſt in confeſſione facta coram Iudice tantùm, eod. n. 3.

Vel coram iudice non ſedente pro tribunali, eod. n. 4.

Et in confeſſione facta coram arbitratore, eod. num. 5.

Niſi Notarius reum examinaret de mandato Iudicis, eod. n. 6.

Cui hoc aſſerenti non creditur, eod. n. 7.

Licèt aliqui contrarium teneant, eodem, numer. 8.

Confeſſio facta coram ſolo Notario ſufficit ad torquendum, eod. n. 9.

Etiamſi dicta confeſſio fuerit reuocata, fol. 135 num. 10.

Licèt aliqui contrarium teneant, eod. n. 11.

Confeſſio extorta à reo per torturam ſinè indicijs non conualidatur per indicia ſuperuenientia, fol. 136. n. 1.

Etiamſi ſuperueniat indicium confeſſionis extraiudicialis, eod. num. 2.

Licèt contrarium teneant aliqui, eod. n. 3.

Et etiamſi confeſſio fuerit ratificata, eod. n. 4.

Confeſſio extorta à reo per ſuggeſtionem tàm in tortura, quàm extra non ſufficit ad condemnandum, fol. 137. num. 1.

Etiamſi illa fuerit ratificata, eod. n. 2.

Et ſtante d. confeſſione eſt nullus totus proceſſus, eod. n. 3.

Confeſſio dicitur extorta ſuggeſtiuè, quando reus interrogatur de delicto in ſpecie, fol. 138 n. 4.

Et quando interrogatur de circumſtantijs delicti ante illius confeſſionem, ibi. n. 5.

Fallit, quando procedunt indicia ſufficientia, eod. n. 6.

Confeſſio quando dicatur ſuggeſtiuè extorta, eſt Iudici arbitrarium, eod. n. 9.

Confeſſio extraiudicialis de delicto non ſufficit ad condemnandum, fol. 139. n. 1.

Etiamſi illa facta fuerit parte preſente, eodem num. 2.

Licet contrarium teneant alij, eod. n. 3.

Fallit concluſio, quando cùm d. confeſſione concurrunt adminicula, eod. n. 4.

Declara quoad pœnam extraordinariam, eod. num. 5.

Item fallit in confeſſione geminata, eod. n. 6.

Licèt de fallentia aliqui dubitent, eod. n. 7.

Item fallit in confeſſione facta in publico, fol. 140. n. 8.

Et quando confeſſio deducitur in iudicio, vti delictum particulare, eod. n. 9.

Confeſſio extraiudicialis facit indicium ad torturam, fol. 140. n. 1.

Etiamſi ſit confeſſio extraiudicialis mineris, eod. n. 3.

Et ſi ſit facta ſine loco, & tempore, & alijs circumſtantijs fol. 141. n. 4.

Licet aliqui contrarium teneant.

Et etiamſi d. confeſſio facta fuerit ſinè cauſa, eod. n. 6.

Licet aliqui Doct. contrarium teneant, eodem, num. 7.

Ac etiamſi illa fuerit reuocata in iudicio non docto de errore, eod. n. 8

Contrarium tenent alij, eod. n. 9.

Si tamen d. confeſſio reuocetur incontinenti, aliàs ſecùs, eod. n. 10.

Confeſſio extraiudicialis facit ſemiplenam probationem, fol. 140. n. 2.

Confeſſio extraiudicialis, vt faciat indicium, debet eſſe probata per duos teſtes conteſtes, fol. 141. num. 11.

Licèt aliqui teneant contrarium, eodem, numer. 12.

Ita vt probata per vnum teſtem nihil faciat, eod. num. 13.

Et teſtes illam probantes debent eſſe idonei, & omni exceptione maiores, n. 14.

Confeſſio extraiudicialis non facit indicium, quando non eſt veriſimilis, fol. 142. n. 15.

Neque quando fuit facta iocosè, & per laſciuiam, eod. n. 16.

Et ſi ſit facta incidenter, & ad alium ſinem, eod. n. 17.

Confeſſio ſpontanea facta ſine tortura non requirit ratificationem, fol. 143. n. 1.

Licet aliqui contrarium teneant, eodem, numer. 2.

Tutus tamen eſt, ſi illa ratificetur, eod. num. 3

Confeſſio, vt operetur, debet eſſe verificata in ſuis qualitatibus, ſiuè ſit facta ſponte, ſiuè in tortura, fol. 143. n. 1.

Declara, vt num. 2.

Ita vt, non verificatis circumſtantiis, reus ſit dimittendus ſub cautione de ſe repreſentando, fol. 144. num. 3.

Quod fallit in mariolis, & tagliaborſcis, eod. num. 4.

Confeſſio debet eſſe clara, & ſpecifica, non autem dubia, fol. 144. n. 1.

Cum confeſſio dubia interpretetur in fauorem confitentis, eod. n. 2.

Et quando dicatur clara, n. 3.

Et confeſſio dubia minùs nocet, ſi ſit facta in alio iudicio, eod. n. 4.

Confeſſio dubia poteſt per confitentem declarari, fol. 145. num. 5.

Et eſt interpretanda, vt minus noceat confitenti, eod. n. 6.

Confeſſio dubia ſufficit ad torquendum, fol. 145. numer. 7.

Declara, vt n. 8.

Confeſſio, vt noceat, debet eſſe veriſimilis, & probabilis

babilis, fol. 145. num. 1.
Facta ſiat cauſa non dicitur veriſimilis, eodem num.
Confeſſio vt noceat, debet eſſe libera, non conditionalis, eod. n. 4.
Confeſſio impoſſibilis non nocet confitenti, fol. 145. num. 5.
Confeſſio facta ſponte poteſt reuocari incontinenti etiam non docto de errore, fol. 146. n. 1.
Et eò magis, ſi ſit facta in tortura, eodem, num. 2.
Confeſſio poteſt reuocari etiam ex internallo, docto de errore, eod. n. 3.
Etiamſi illa ſit iurata, eod. n. 4.
Et etiamſi ſit geminata, & ratificata, eodem, num. 5.
Licèt aliqui contrarium teneant, eodem, numer. 6.
Et poteſt reuocari etiam poſt concluſum in cauſa, & poſt ſententiam, eod. n. 7.
Et licet contra confeſſionem extarent plura indicia, eod. n. 8.
Et etiamſi illa ſit extorta per torturam, & ratificata, fol. 147. n. 9.
Confeſſio, vt poſſit reuocari, ſufficit, doceri de errore per coniecturas, eod. n. 10.
Confeſſio poteſt reuocari per confitentem, & etiam per alium eo inuito, eod. n. 11.
Et quando ſit probandus error, & cauſa erroris remiſſiuè, eod n. 12.
Confeſſio non ſufficit ad condemnandum, non conſtito de corpore delicti, eod. n. 1.
Quod procedit etiam in confeſſione ficta, eod. num. 2.
Ita vt reus ſit abſoluendus, tanquam innocens, eod. n. 3.
Declàra, vt num. 4.
Confeſſio non ſufficit ad condemnandum, ſi conſtet de innocentia rei, fol. 148. n. 5.
Confeſſus ſponte mitiùs punitur, quam conuictus, eod. n. 1.
Licèt aliqui contrarium teneant, eod. n. 2.
Etiamſi reus confeſſus ſit ſponte, metu probationum, eod. n. 3.
Licèt contrarium teneant alij, eod. n. 4.
Quantum verò ſit de pœna remittendum eſt Iudici arbitrarium, eod. n. 5.
Confitens delictum, & negans qualitatem, illa probata, an mitiùs puniatur remiſſiuè, eod. n. 6.
Confeſſio minoris ſine authoritate curatoris eſt nulla, fol. 188. num. 1.
Etiamſi ſit iurata, fol. 149. num. 3.
Et minor habeat patrem, eod. n. 4.
Et licèt minor non habeat curatorem, eodem, num. 5.
Et de quo tempore curator debeat interuenire in acta, eod. n. 6.
Prædicta tamen de conſuetudine non ſeruantur, eod. n. 7.
Confeſſio extorta à reo ſub ſpe impunitatis non ſufficit ad condemnandum, fol. 151. num. 1.
Licèt alij contrarium teneant, eod. n. 2.
Impunitas dicitur promiſſa, vt ibi num. 3.
Et d. concluſio procedit etiam quoad teſtes, eod. num. 4.
Si tamen confeſſio fuerit reuocata, aliàs ſecùs, eod. n. 5.
Quod fallit in caſibus relatis, ibi. num. 6.
Confeſſio ſub ſpe impunitatis nocet quoad pænam extraordinariam, fol. 152. num. 7.
Procedit, ſi illa non ſit reuocata, nec ratificata à aliàs ſecus, eod. n. 8.
Et reuocata ſufficit ad torturam etiam ſine indicijs, eod. n. 9.
Contrarium tamen tenent alij, eod. num. 10.
Impunitas tamen non dicitur reo promiſſa per verba generalia, eod. num. 11.
Confeſſio qualificata ſcinditur, & pro parte acceptatur, & pro alia impugnatur, quando ſumus in prohibitis, fol. 153. num. 1.
Licèt contrarium teneant aliqui, eodem num. 3.
Maximè, quando qualitas adijcitur ex internallo, eod. n. 4.
Et tunc d. confeſſio ſufficit ad condemnandum etiam in pænam ordinariam, eod. n. 5.
Poteſt tamen confitens d. qualitatem probare, eod. num. 6.
Et d. confeſſio poteſt diuidi, etiamſi ſit facta vnica ſtructura, eod. n. 7.
Licèt contrarium teneant alii, eod. n. 8.
Et poteſt diuidi d. confeſſio, etiamſi reus negauerit, & poſtea confeſſus ſit cum d. qualitate, fol. 154 num. 9.
Poteſt tamen confitens d. qualitatem probare, eod. n. 10
Non poteſt diuidi, ſi ſit facta cum clauſula, & non aliter, eod. n. 11.
Nec, quando confeſſio iuſtificatur aliundè, eod. num. 12.
Ita ut iuſtificata aliundè nulla pæna puniatur, eod. num. 13.
Nec, quando ſumus in non prohibitis, eodem num. 14.
Et quando de delicto non conſtat, niſi per confeſſionem rei, eod. n. 15.
Licèt contrarium teneant aliqui, eodem, numer. 16.
Confeſſio facta in tortura non nocet, niſi fuerit per reum ratificata extra torturam, fol. num. 1.
Cum tortura remedium ſit fallax, & periculoſum, eod. num. 2.
Etiam quòd d. confeſſio ſit adminiculata, eodem num. 3.
Licèt aliqui contrarium teneant, eod. n. 4.
Quæ procedunt etiam in confeſſione facta metu tormentorum, eod. n. 5.
Quando verò dicatur facta metu tormentorum, Iudici eſt arbitrarium, eod. n. 6.

Quid ſi ſit facta poſt comminatam torturam? vide ibi. n 7.

Amplia concluſionem, etiamſi præceſſerit confeſſio extraiudicialis, eod. n.8.

Licèt aliqui contrarium teneant, n.9.

Limita concluſionem, vt non habeat locum in confeſſione ſpontanea, eod. n. 10.

Licèt aliqui contrarium teneant, ibidem, numer. 11.

Limita ſecundò in confeſſione facta per repertum in flagranti, eod. n.12.

Limita tertiò in confeſſione teſtis facta in tortura, eod. n.13.

Licèt contrarium teneant plures, imò illam eſſe ratificandam, eod. n.14.

Concorda d. opiniones, vt n.15.

Ratificatio d. confeſſionis eſt facienda extra locum tormentorum, eod. n. 16.

Et ex interuallo poſt vnam diem, & vnam noctem, eod. n.17.

Licèt hoc ſit remiſſum Iudicis arbitrio, vt ibi, num.18.

Formam verò recipiendi d. ratificationem habes remiſſiuè, eod. n.19.

Confeſſio qualificata, quando ſcinditur, non intrat, niſi pœna extraordinaria, fol. 155. n.17.

Quicquid aliqui teneant contrarium, eodem, n.18.

Etiamſi contra qualitatem plures vrgeant præſumptiones, eod. n.19.

Et pœna extraordinaria non debet eſſe corporalis, eod. n.20.

Si verò qualitas ſit inueriſimilis, intrat pœna ordinaria, eod. n. 21.

Contrarium tenent alii, eod. n.22.

Et pœna ordinaria intrat in aliis caſibus, de quibus ibi, n. 23.

Confitens qualificatè, quando qualitas poteſt ſcindi, poteſt torqueri, eod. n.24.

Quod verò ſit condemnandus confitens pœna extraordinaria, tenent alij, fol. 156. n.25.

Et quòd poſſit torqueri, & ſi neget, poſſit condemnari in pœnam extraordinariam moderatam, tenent alij, eod. n. 26.

Confeſſus qualificatè punitur extraordinariè, etiamſi qualitas in animo conſiſtat, eod. n.27.

Confinatus in aliquo loco, ſi ab eo recedat ad effectum implendi votum, nulla pœna tenetur, fol. 156. n. 1.

Et idem eſt, ſi diſcedat ex cauſa amoris, fol. 157. n.2.

Et ſi quis excedat ex carcere, vt impleat votum, vel confiteatur peccata, ſi citò redeat, non dicitur fractor carceris, eod. n.3.

Confinatus, ſi frangat confines, incurrit pœnam conuentionalem, & iuris communis, eod. n.4.

Confiſcationis pœna imponi non poteſt, quando ex cauſa imponitur pœna extraordinaria, fol. 157. num. 1.

Neque, quando imponitur pœna exilii, eod. n.2

Confiſcationis pœna ſi condemnetur laicus in foro Eccleſiaſtico, illa applicatur fiſco ſeculari, fol. 158 num. 1.

Procedit, ſi confiſcatur tota, vel quota, ſecùs, ſi agatur de pœna pecuniaria, quæ ſpectat ad fiſcum Epiſcopi, eod. n. 2.

Quam fiſcus Epiſcopi debet erogare in vſus pios eod n.3.

Confiſcatorum bonorum poſſeſſio non eſt accipienda, niſi poſt annum à die condemnationis, fol. 158. numer. 1.

Quod ſeruatur, etiam quoad beneficia in Dataria Sanctiſſimi, eod. n.2.

Confiſcatio bonorum, per quantum tempus præſcribatur remiſſiuè, n.20.

Confrontatio teſtium cum reos ſi non fiat, proceſſum non vitiat, fol. 174. n.1.

Requiritur tamen, quando teſtes dicunt, non cognoſcere delinquentem de nomine, ſed ſolum ex viſu, & ſimil. eod. n.4.

Et quando teſtis deponit de directo contrarium contra reum, eod. n.6.

Contrarium tenent alii, eod. n.7.

Confrontatio habet vim citationis ad videndum iurare teſtes, fol. 173. numer. 2. & 174. numer. 1.

Confrontatio, ſeù recognitio quomodo ſit facienda, remiſſiuè, eod. n.5.

Confrontatio eſt periculoſa, & Iudex cautè in ea debet procedere, eod. n.8.

Confrontatio non eſt neceſſaria, quando reus habuit teſtes pro ritè examinatis, fol. 173. n.1.

Confrontationis in actu teſtes debent iterùm iurare, fol. 174 n.2.

Et debent ſeruari omnia, quæ requirebantur in primo examine, eod. n.3.

Et reus in actu confrontationis poteſt teſtes interrogare, eod. n.4.

Confrontatio ſocii criminis, vel teſtium, quando reus torquetur denegatis defenſionibus, debet eſſe ficta, fol. 175. n.5.

Confrontatio non eſt facienda, quando teſtibus imminet periculum ob potentiam rei, eodem, num. 6.

Confrontatio teſtium non impedit, quin reus poſſit facere, repeti teſtes ſuper ſuis interrogatoriis, fol. 175. n.1.

Licèt contrarium teneant aliqui, eod. n. 2.

Quæ opiniones concordantur, ibi. n.3.

Licèt indiſtinctè illam eſſe concedendam, teneant Farinac. & Guazzin, *ibi. n.4.*

Coniecturæ probantes corpus delicti in crimine furti ſunt querela partis, conqueſtiones domini rei furatæ, fractio oſtii, & alia de quibus, fol. 319. num. 8.

Conſanguinei, & affines teneantur præſtare cautionem de non offendendo pro eorum conſanguineis, et affinibus, ſaltem de conſuetudine, fol. 102. n.1.

Licèt contrarium de iure teneant alii, eodem, num. 2.

Etiam

Etiam pro conſanguineis bannitis, eod. n. 3.

Non tamen pro conſanguineis inimicis, eodem num. 4.

Neque pro conſanguineis diſcolis, rixoſis, & pauperibus, eod. n. 5.

Tenentur tamen primò proximiores ſecundùm ordinem ſuccedendi, eod. n. 6.

Et affines tenentur in ſubſidium, ſi non extent conſanguinei, fol. 103. num. 7.

Licèt contrarium ſeruet Sacra Conſulta, eod. num. 8.

Conſanguinei cauentes pro conſanguineis de non offendendo, ſequuta contrauentione, non habent relexationem, niſi in tribus caſibus, fol. eodem, num. 9.

Quod verò relenatio ſemper debeatur, tenent alii, eod. n. 10.

Conſanguinei, & affines in criminalibus non ſunt teſtes idonei pro eorum conſanguineis, & affinibus, fol. 591. num. 1.

Tàm in linea recta, quàm in tranſuerſali, fol. 630. num. 2.

Fallit diſſoluta affinitate; eod. n. 3.

Et in conſanguineis vtriuſque partis, eod. n. 4.

Et in conſanguineis remotioris gradus, fol. 592 num. 5.

Et quando veritas aliter haberi non poteſt, eod. num. 6.

Et in criminibus exceptis, eod. n. 7.

Et quando conſanguineus inducitur ad defenſam conſanguinei, eod. 8.

Et probant etiam contra producentem, eod. n. 9

Non ſunt tamen in d. caſibus teſtes omni exceptione maiores, eod. n. 10.

Conſanguinei, & affines non poſſunt cogi ad teſtificandum contra conſanguineos, & affines, fol. 592 num. 1.

Fallit, quando veritas aliter haberi non poteſt, eod. n. 2.

Et in crimine hæreſis, fol. 593. n. 3.

Volentes tamen admittuntur, eod. n. 4.

Si appareat ex proceſſu, illos voluntariè depoſuiſſe, aliàs ſecùs, eod. n. 5.

Quando autem dicantur inuiti depoſuiſſe, vide eod. num. 7.

Conſilium alicui datum, ſi poſſit intelligi de delicto, & non delicto, intelligitur pro non delicto, fol. 17. n. 5

Conſtitutio, quod conſanguinei caueant, quod banniti non ingrediantur ſtatum Eccleſiaſticum, eſt valida, fol. 108. num. 1.

Non tenentur tamen cauere pro bannitis inimicis, eod. n. 2.

Neque pro bannitis non capitalibus, eod. n. 3.

Et tenentur ad d. cautionem banniti proximiores, eod. n. 4.

Et poſtea affines in ſubſidium, eod. n. 5.

Sacra tamen Conſulta cogit indifferenter omnes conſanguineos, eod. n. 6.

Banniti verò non dicuntur contrauenire per ſolum tranſitum, eod. n. 7.

Conſuetudo, & quelibet cauſa excuſat à pœna delationis armorum, fol. 37. n. 1.

Licèt, d. conſuetudinem non valere, teneant aliqui, eod. n. 2.

Quod tamen declaratur, eod. n. 3.

Contumax non poteſt opponere declinatoriam fori, nec remiſſoriam ad ſuum Iudicem, fol. 298. numer. 1.

Neque poteſt allegare præuentionem, eodem, num. 2.

Fallit, ſi contumax comparuit, & contumaciam purgauit, eod. n. 3.

Poteſt tamen Superior contumacis remiſſionem petere, eod. n. 4.

Copia proceſſus dari debet reo, antequam contra illum veniat ad torturam, etiamſi non ſit petita, fol. 176. num. 1.

Licèt aliqui contrarium teneant, eodem, numer. 2.

Dummodò proceſſus ſit completus, & legitimatus, aliàs ſecus, eod. n. 3.

Et copia eſt danda expenſis ipſius rei, fol. 182. num. 4.

Niſi inquiſitus ſit pauper, eod. n. 5.

Cui Iudex debet prouidere de Aduocato, & Procuratore, eod. n. 6.

Copia proceſſus, quando ſunt plures rei, quorum aliqui ſunt abſentes, non datur reo præſenti, niſi priùs abſentibus condemnatis, fol. 177. n. 1.

Corpus delicti debet conſtare, antequam Iudex procedat, aliàs proceſſus eſt nullus, eod. n. 1.

Et debet conſtare, ſcelere delictum fuiſſe commiſſum, eod. n. 2.

Quod probatur [illegible], & præſumptiones, fol. 178. n. 3.

Ceſſantibus verò coniecturis, potiùs caſu præſumitur commiſſum, eod. n. 4.

Licèt contrarium teneant aliqui, ibi, n. 5.

Et debet conſtare de delicto, & etiam de illius qualitatibus, eod. n. 6.

Ita vt neque poſſit deueniri ad capturam, eod. num. 7.

Neque ad ſpecialem inquiſitionem, eodem, num. 8.

Neque ad torturam, eod. n. 9.

Neque ad condemnationem rei, eod. n. 10.

Corpus delicti defectus non ſuppletur per confeſſionem Inquiſiti, fol. 179. n. 1.

Tàm ſi confeſſio ſit vera, quàm ſi ſit ficta, eod. num. 2.

Etiamſi Inquiſitus confiteatur, hominem ignotum occidiſſe, & illum proieciſſe in mari, eodem num. 3.

Licèt contrarium teneant aliqui, eod. n. 4.

Si tamen confiteatur, occidiſſe hominem certum, & ille non reperiatur, poteſt condemnari concurrente alio adminiculo, eod. n. 5.

Fallit in malandrinis, quos ſufficit confeſſos, homines ignotos occidiſſe, & in mare proieciſſe, fol. 180. n. 6.

Concurrente tamen alio adminiculo, eod. n. 7.

Ita vt inquiſitus, non conſtito de corpore delicti, ſit abſoluendus, eod. n. 8.

Corpus delicti contra apprehenſum cum armis eſt probandum per ocularem inſpectionem, & deſignationem qualitatis armorum, fol. 33. n. 1.

Amplia etiam in apprehenſo cum archibuſio onuſto, de quo eſt faciendum periculum, eod. n. 2.

Corpus delicti in delictis facti permanentis eſt probandum per ocularem inſpectionem, fol. 180. num. 1.

Sufficit etiam probatio per teſtes de illo deponentes, eod. n. 2.

In ſubſidium tamen ſecundum aliquos, eodem, num. 3.

Corpus delicti in delictis facti tranſeuntis ſufficit, probari per coniecturas, fol. 181. n. 4.

Quod procedit etiam in delictis occultis, & difficilis probationis, eod. n. 5.

Corpus delicti, vt conſtet, non ſufficit deſcriptio facta per Notarium, ſed requiritur, quòd ſuper illo examinentur duo teſtes, fol. 181. n. 1.

Qui debent deponere de illius nomine, & cognomine, eod. n. 3.

Fallit, ſi occiſus eſſet forenſis, fol. 182. n. 4.

Corpus delicti in ſtupro eſt probandum per obſtetrices, & peritos, fol. 571. n. 1.

Cum inquiri non poſſit, non conſtito de corpore delicti, eod. n. 2.

Licèt, genitalia virginis non eſſe inſpicienda, voluerint alij, eod. num. 3.

Et de corpore delicti in ſtupro, non dicitur conſtare per aſſertionem puellæ, eod. num. 4.

Et obſtetrices debent inſpicere, & manibus tangere, eod. num. 5.

Et illæ debent eſſe honeſtæ, & prudentes, eod. num. 6.

Et ſufficiunt duæ, vel tres, eod. n. 7.

Fallit, ſi in loco non adſit, niſi vna, eod. n. 8.

Poteſt tamen pars probare contrarium per alias obſtetrices. eod. num. 9.

Et ſufficit, quòd obſtetrices deponent de eorum iudicio, eod. num. 10.

Creditores ſequeſtrantes cadauera debitorum puniuntur, fol. 550. num. 1.

Et appellatio creditorum, ne cadauer ſepeliatur, non admittitur, ibi. num. 2.

Etiamſi creditores habeant Inſtrumentum quarantigiatum, eod. num. 3.

Amplia concluſionem, vt num. 4.

Cuſtos carceris non poteſt retinere carceratum pro alimentis, & mercede, fol. 287. num. 6.

Contrarium ſeruatur de conſuetudine, eod. num. 7.

Et idem eſt in condemnato in exilium, vel relegationem, eod. n. 2.

Si tamen ſtat carceratus ex facto iudicis, alias ſecùs, eod. n. 3.

Et computatur tempus poſt condemnationem, non ante illam, eod. n. 4.

D

Damnatus ad remigandum ad tempus, ſi poſt condemnationem retineatur in carceribus per aliquod tempus, illud in tempus triremium ei computatur, fol. 184. n. 1.

Debitor fiſci ex delicto non admittitur ad ceſſionem bonorum, fol. 120. num. 4.

Neque debitor obligatus in forma Cameræ remiſſiuè, ibi. num. 5.

Defenſio nemini eſt neganda, cum illa ſit omni iure permiſſa, fol. 186. num. 1.

Etiam de iure Diuino, eod. num. 2.

Ita vt defenſio neque tolli poſſit per Principem, eod. num. 3.

Neque per Statutum, eod. num. 4.

Licèt Princeps, & Statutum poſſit illius tempus breuiare, eod. num. 5.

Et defenſionem tollere ex iuſta cauſa, eod. numer. 6.

Si tamen defenſio tollatur, omnia ſunt nulla, fol. 187. num. 7.

Defenſio non poteſt tolli per Iudicem, eod. num. 8.

Et an prædicta habeant locum in atrociſſimis remiſſiuè, eod. num. 9.

Defenſio eſt ita fauorabilis, vt probetur præſumptionibus, & coniecturis. fol. 187. num. 1.

Maximè, quando delictum eſt probatum ſimili modo, eod. num. 2.

Et probatur per teſtes non reddentes cauſam ſcientiæ, eod. num. 3.

Et per vnicum teſtem, eod. num. 4.

Et per probationes dubias, eod. num. 5.

Et per ſemiplenam probationem, fol. 158. numer. 6.

Et per teſtes deponentes de credulitate, eod. numer. 7.

Defenſionis fauore magis creditur teſtibus deponentibus pro defenſione, quam contra illam, eod. numer. 10.

Defenſio probatur per teſtes inhabiles, eod. num. 11.

Declara, vt num. 12. remiſſiuè.

Defenſio præſumitur facta incontinenti, fol. 190. num. 10.

Contrarium tenet Maſc. eod. num. 17.

Defenſio eſt licita etiam pro defenſione rerũ, ita vt liceat ex d. cauſa hominem occidere. fol. 192. nu. 1.

Etiamſi dominus rerum non ſit in periculo vitæ conſtitutus, fol. 193. num. 2.

Licèt contrarium teneant alij, eod. num. 3.

Et defenſio rerum eſt licita poſſeſſori nomine alieno, eod. num. 4.

Et etiam pro manutenſione, & recuperatione poſſeſſionis, eod. num. 5.

Et contra Clericum inuaſorem, eod. num. 6.

Procedit concluſio, ſi defenſio fiat incontinenti, aliàs ſecùs, eod. num. 7.

Licèt alij teneant contrarium, eod. num. 8.

Et ſi res ſint magni valoris, aliàs ſecùs eod. numer. 9.

Niſi

Niſi tamen fur ſe defenderet eum armis, & offenderet dominum, fol. 194. n. 10.

Clericus verò non poteſt occidere pro defenſione rerum, eod. num. 11.

Contrarium tenent plures Doctores, eodem num. 12.

Licèt Clericus in d. caſu poſſit ablatorem percutere, eod. n. 13.

Fallit ſecundò in perſonis, quibus debetur reuerentia, eod. n. 14.

Fallit tertiò de iure canonico, eod. n. 15.

Contrarium tenent alij, eod. n. 16.

Et d. defenſio habet locum ſeruato moderamine inculpatæ tutelæ, eod. n. 17.

Amplia, vt ibi, fol. 195. n. 18.

Defenſio permiſſa eſt etiam pro defenſione alterius, licèt extranei, fol. 196. n. 1.

Licet aliqui teneant contrarium, eod. n. 2.

Licèt extraneus aggreſſus auxilium non innocet eod. num. 3.

Et eò magis defenſio eſt licita pro ſuis coniunctis, eod. n. 4.

Et pro defenſione ſocii, amici, inimici, vel domini, eod. n. 5.

Si tamen aggreſſus eſſet conſtitutus in diſcrimine vitæ, alias ſecus, eod. n. 6.

Ad d. tamen defenſionem non tenetur, fol. 197. num. 7.

Licèt aliqui contrarium teneant, eod. num. 8.

Etiamſi id facere poſſit ſinè periculo ſuæ perſonæ, eod. n. 9.

Contrarium tenent alij, eod. n. 10.

Filius tamen tenetur patrem defendere, eod. num. 11.

Et frater fratrem, & alij conſanguinei, eod. num. 12.

Seruato modeamine inculpatæ tutelæ, aliàs ſecùs, eod. n. 13.

Defenſio non eſt permiſſa filio contra patrem illum verberantem, & contra matrem, fol. 198. num. 1.

Ita vt patri liceat occidere filium illi reſiſtenti, eod. n. 3.

Nec vxori licita eſt defenſio contra virum, eod. num. 3.

Et idem eſt in diſcipulo contra magiſtrum, eod. num. 5.

Et contra homines, quibus debetur reuerentia, eod. num. 6.

Limita quando pater, vel alii immoderatè verberarent, eod. n. 7.

Defenſio, & quod quis occiderit ad defenſionem, non præſumitur, ſed eſt probandum, fol. 199. n. 1.

Ita vt conſitens, occidiſſe ad defenſionem, puniatur, illa non probata, eod. n. 2.

Defenſio dicitur probata ex eo, quòd quis veniebat contra aliquem cum armis in manu, fol. 200. numer. 1.

Declara, vt ibi, n. 2.

Ac etiam, quod quis veniat ſimpliciter cum armis animo offendendi, eod. n. 3.

Si tamen appareant ſigna proxima offenſionis, eod. num. 4.

Et quando conſtat de inſultu, & aggreſſione, eod. num. 5.

Licèt adhuc non fuerit inſultatus, & aggreſſus, eod. num. 6.

Et eò magis, ſi quis ſit percuſſus, vel iniuriatus, fol. 201. n. 7.

In quibus maximè verſatur arbitrium Iudicis, eod. n. 8.

Defenſio probatur directè, demonſtrando rem aliter ſe habere, fol. 213. n. 1.

Et indirectè per negatiuam coarctatam, fol. eod. num. 2.

Probantur etiam negatiuum coarctatam quoad teſtes, eod. n. 3.

Et aliis modis, vt ibi remiſſiuè, n. 5.

Delictum non præſumitur, ſed illud eſt probandum, fol. 204. n. 1.

Ita vt pro excluſione illius omnis interpretatio ſit facienda, eod. n. 3.

Et actus indifferens ſit interpretandus pro non delicto, eod. n. 4.

Et ſemper intelligitur commiſſum delictum, quod eſt minùs, eod. 5.

Et de duabus præſumptionibus vincat, quæ excludit delictum, eod. n. 6.

Et ad probandum delictum requiruntur probationes concludentiſſimæ, fol. 205. n. 7.

Limita conclusionem, quando contra illam concurrit præſumptio ſpecialis, eod. n. 8.

Et quando agitur de actibus, qui de ſui natura ſunt mali, eod. n. 9.

Delicta alia ſunt Eccleſiaſtica, alia laica, & mixti fori, in quibus eſt locus præuentioni, fol. 205. n. 1.

Ita vt præuentio vnius Iudicis, alium procedure, impediat, eod. n. 2.

Et Iudex Eccleſiaſticus etiam pœnas temporales poteſt imponere, eod n. 3.

Adulterij crimen eſt mixti fori, eod. n. 4.

Sodomia eſt mixti fori, eod n. 5.

Blaſphemia eſt mixti fori, eod. n. 6.

Etiam in Iudæo blaſphemante, eod. n. 7.

Fallit in blaſphemia hereticali, in qua ſolus Inquiſitor procedit, eod. n. 8.

Pacis fractæ crimen eſt mixti fori, fol. 206 n. 9. & fol. 465. n. 1.

Sacrilegium eſt mixti fori, eod. n. 10.

Concubinatus crimen eſt mixti fori, fol. 207. num. 11.

Vſurarum delictum eſt mixti fori, eodem numer. 12.

Licèt contrarium teneant alii, eod. n. 13.

Maximè ſtante ſtatuto laicali illas prohibente, eod. num. 14.

Stupri crimen eſt mixti fori, eod. n. 15.

Licèt aliqui teneant contrarium, eodem n. 16.

Inceſtus eſt crimen mixti fori, eod. n. 17.

Et idem eſt in coitu cum Moniali, fol. 208. num. 18.
Aſſaſſinii delictum eſt mixti fori, eodem numer. 19.
Delictum commiſſum per laicum in Eccleſia eſt mixti fori, eod. n. 20.
Perirrij delictum eſt mixti fori, eod. n. 21.
Laicus ſi offendat Clericum, dicitur delictum mixti fori, eod. n. 22.
Etiamſi laicus offendat Clericum in Eccleſia, eod. num. 23.
Furtum commiſſum in Eccleſia dicitur delictum mixti fori, eod. n. 24.
Crimina plura mixti fori recenſentur remiſſiuè, eod. n. 25.
Delictum commiſſum nemo reuelare tenetur, fol. 213. num. 1.
Neque delictum committendum, eod. n. 2.
Fallit in filijs, ſeruis, & vaſallis, eodem num. 3.
Et fauore fidei, cum denunciandi ſint hæretici, eod. num. 4.
Et in crimine læſæ maieſtatis, eod. n. 5.
Licèt alii teneant contrarium, fol. 114. n. 6.
Et ſtantibus bannimentis id mandantibus, eod. num. 7.
Quod fallit in caſibus, de quibus ibi, nu. 8. 9. & 10.
Delictum, vt quis teneatur reuelare, debet conſtare de ſcientia illius, eod. n. 11.
Delicta extinguntur per præſumptionem viginti annorum, fol. 215. n. 1.
Sinè Iudex procedat ad querelam, ſinè per inquiſitionem, eod. n. 3.
Etiam in delictis occultis, eod. n. 4.
Licèt aliqui contrarium teneant, eod. n. 5.
Ita vt non detur contra d. præſumptionem reſtitutio, eod. n. 6.
Etiamſi reus ſit confeſſus delictum, eodem num. 7.
Quæ præſcriptio opponi poteſt quandocumque, eod. n. 8.
Illa autem non oppoſita, iudicium tenet, eod. num. 9.
Contrarium, vti verius, tenent plures fol. 216. num. 10.
Fallit concluſio in crimine hæreſis, eodem num. 12.
Et in crimine adulterij, inceſtus, & aliis, quæ præſcribuntur quinquennio, eod. n. 13.
Fallit in ſtupro commiſſo per vim, quod quinquennio non præſcribitur, ibi. n. 14.
Et in adulterio cum inceſtu, eodem numer. 15.
Præſcriptio non currit reo ante illam condemnato, fol. 217. n. 17.
Et illa interrumpitur per inquiſitionem, vel accuſationem, eod. n. 18.
Quid requiratur tamen cum illis citatio, volunt plures, eod. n. 19.
Delicti grauitas, vel leuitas cognoſcitur ex qualitate pœnæ, fol. 691. n. 6. & 7.
Delictum dicitur commiſſum in Eccleſia, ſi exiſtens in ea occidat exiſtentem extra illam, ita vt non gaudeat immunitate, fol. 218. n. 1.
Licèt aliqui contrarium teneant, eodem numer. 2.
Amplia in exiſtente extra Eccleſiam, & occidente in Eccleſia, eod. n. 3.
Et in mandante, occidi aliquem extra Eccleſiam, eod. n. 4.
Contrarium tenent aliqui, fol. 219. n. 5.
Prædicta non procedunt in exonerante archibuſium in oſtio Eccleſiæ, eod. n. 6.
Licèt contrarium teneat Farinacc. ibid. numer. 7.
Delinquentem occultans, nè capiatur, punitur pœna extraordinaria, fol. 219. n. 1.
Licèt aliqui teneant pro pœna ordinaria, eod. num. 3.
Et idem eſt in abſcondente inſtrumenta apta ad delinquendum, eod. n. 4.
Et in ſepeliente cadauer, nè poſſit recognoſci, eod. n. 5.
Et ex d. occultatione inſurgit præſumptio participationis ſufficiens ad torturam, fol. 220. n. 6.
Niſi ex alijs coniecturis appareat de contrario, ibi. n. 7.
Tortura tamen illata non tollit condemnationem in pœnam extraordinariam, eod. n. 9.
Delictum difficilis probationis probatur conteEturis, & præſumotionibus, fol. 220. n. 1.
Maximè ad effectum torquendi, eod. n. 2.
Ita vt contra reum deueniri poſſit ad condemnationem, fol. 221. n. 3.
Licèt contrarium teneant alii, eod. n. 4.
Si tamen indicia ſunt indubitata, aliàs ſecùs, eod. num. 5.
Declara, vt ibi. n. 6.
Et in pœnam extraordinariam tantùm, eodem num. 7.
Licèt aliqui teneant contrarium, eod. n. 8.
Et ſi indicia ſint plenè probata, eod. n. 9.
Licèt aliqui teneant contrarium, eod. n. 10.
Delinquens ex cauſa amoris non punitur pœna ordinaria, ſed mitiori, fol. 222. n. 1.
Et idem eſt in deoſculante puellam ex cauſa amoris, eod. n. 3.
Et in omnibus delictis, quæ recenſentur, ibi. num. 4.
Etiamſi delictum ſequatur, amoris impetu ceſſante, eod. n. 5.
Delictum committens cum armis venenatis grauiùs punitur, fol. 30. n. 1.
Et etiam portans arma venenata grauiùs punitur, eod. n. 2.
De d. qualitate veneni debet tamen conſtare per peritos, eod. n. 3.
Delinquens poteſt inquiri, licèt illius nomen ignoretur, conſtito de ſignis illius, fol. 182. n. 6.

Delicta puniri, publicè intereſt, fol. 293. n. 1.

Delictum ex iracundia commiſſum mitiùs eſt puniendum, fol. 385. n. 1.

Et idem eſt in delicto commiſſo ex iuſto dolore, eod. n. 3.

Et in delicto commiſſo ex prouocatione, eod. num. 4.

Limita, ſi ira proueniat ex iuſta cauſa, aliàs ſecùs, eod. n. 5.

Delinquens coram Iudice efficitur de foro ipſius Iudicis, fol. 396. n. 6.

Delictum commiſſum de nocte dicitur difficilis probationis, fol. 447. n. 1.

Ita vt illud probetur leuioribus probationibus, eod. num 2.

Et per teſtes inhabiles, eod. n. 3.

Qui tamen in d. caſu non dicuntur omni exceptione maiores, eod. n. 4.

Neque ſufficiunt teſtes patientis plures defectus, eod. n. 5.

Et admittuntur in ſubſidium, aliàs ſecùs, eod. num. 6.

Et cum tortura, quando non ſunt idonei ex defectu famæ, vel ſtatus, eod. n. 7.

Et non admittuntur ad probandum adminicula, fol. 448. n. 8.

Delinquens in diuerſis locis forum ſortitur apud diuerſos Iudices, fol. 294. n. 1.

Vt ſi delictum in vno loco ſit inchoatum, & in alio perfectum tàm reſpectu agentis, vel patientis poſſit puniri à Iudice vtriuſq; territorii, præuentione mediante, eod. n. 2.

Et idem eſt in delicto in vno loco inchoato, & in alio perfecto reſpectu agentis, vel patientis tantùm, eod. n. 3.

Delictum commiſſum in confinio duarum Ciuitatum poteſt ſeruatrunque Iudicem puniri, fol. 295. num. 1.

Fallit, quando caput occiſi eſt repertum in vno territorio, quia tunc Iudex d. territorii procedit, licèt membra ſint in alio, eod. n. 2.

Delinquens plures, quando teneantur in ſolidum, tàm quoad pœnam, quàm quoad intereſſe remiſſiuè, fol. 308. nu. 6.

Dies termini non computantur in termino in defenſionibus reo aſſignatis, fol. 203. n. 1.

Licèt contrarium teneant alij, eod. n. 2.

Limita, quando contrarium Iudex declarauit, eod. num. 4.

Dignitas nunquam moritur, licèt moriatur Præſes, fol. 240. n. 2.

Diſpoſitio pœnalis nullam temporis præfinitionem continens eſt perpetua, fol. 135. n. 2.

Doctores, & eorum familia poſſunt deferre arma, fol. 17. num. 1.

Contrarium ſeruari in practica, tenent alii, eod. num. 2.

Contra quam allj inſurgunt, eod. n. 3.

Dolus in alloquente, & recipiente bannitum non præſumitur, fol. 38. n. 6.

Dolus præſumitur in prohibitis de iure naturali, vel diuino, fol. 156. n. 2.

Dos vxoris pro quocunque delicto viri non confiſcatur, fol. 158. n. 1.

Neque confiſcantur eius bona paraphernalia, eod. num. 3.

Etiamſi ſit vxor heretici, eod. n. 4.

Neq; confiſcatur quarta vxori debita ex auth. præterea, eod. n. 5.

Licèt hoc non placeat aliquibus Doct. eod. n. 6.

Neque dos confeſſata poſt tempus dandi de non numerata dote, eod. n. 7.

Declara, vt n. 8.

Neque confiſcantur bona vxori donata per virum, fol. 160. n. 9.

Si vxor eſt in poſſeſſione illorum, aliàs ſecùs, eod. num. 10.

Dos vxoris non confiſcatur ob delictum per eam commiſſum conſtante matrimonio, niſi in quinque caſibus, fol. 160. n. 1.

Et eò magis, ſi pater, vel alius ſtipolatus ſit dotem ſibi reddi, eod. n. 3.

Et patre viuente, eod. n. 4.

Lucrum verò dotis nunquam confiſcatur, eod. num. 5.

In d. verò quinque caſibus publicantur etiam alia bona vxoris, fol. 161. n. 6.

Et dos non publicatur, licèt ſtatutum mandet publicari bona vxoris, eod. n. 7.

Confiſcatur tamen dos vacre delinquente ſoluto matrimonio, eod. n. 8.

Duellum eſt prohibitum, tàm de iure ciuili, quàm canonico, fol. 224. n. 1.

Et etiam vigore Bullarum Sum. Pontif. eod. n. 3.

Et quacunq; conſuetudine non obſtante, eod. n. 2.

Debet tamen fieri duellum animo deliberato, ſecùs, ſi ex ira, eod. n. 4.

Quando dicatur fieri calore iræ, eod. n. 5.

Bulla Clementis VIII. comprahendit acceptantem duellū etiam non ſequuta pugna, fol. 225. n. 6.

Quæ acceptatio duelli debet eſſe expreſſa, eod. num. 7.

Quod verò pœna contra duellantes non intrent non ſequuta pugna, tenent Doct. eod. n. 8.

Et pœnæ contra duellantes non intrant ſine pacto de loco, & tempore certo, eod. n. 9.

Duellantes, & ſtem inimicum occidentes gaudent immunitate Eccleſiæ, fol. 225. n. 1.

Licèt contrarium teneant aliqui, eod. n. 3.

Duelli ſpectatores, et adſtantes puniūtur, fol. 225. n. 1.

Ratio aſſertur, ibi. n. 2.

Limita in adſtantibus duello caſualiter, eod. n. 3.

E

EBrius delinquendo non punitur pœna ordinaria, fol. 226. n. 1.

Cum careat recto ſenſu, & æquiparetur dementi, eod. num. 2.

Licèt aliqui contrarium teneant, n. 3.

Et Ebrie-

Et ebrietas maxima excuſat ab omni pæna, fol. 227. n. 5.

Licèt hoc non tranſeat ſinè difficultate, eodem num. 6.

Et idem eſt in offeſſo ebrio ſinè ſua culpa, eod. num. 7.

Quicquid contrarium teneat Gail. *eod. num. 8.*

Ebrietas tamen à levis à pæna non excuſat, eod. num. 9

Licèt contrarium teneat Farinacc. *eodem num. 10.*

Neque, quando quis ſe inebriat ſciens, ſe delicta committere, eod. n. 11.

Et eò magis, ſi ex induſtria ſe inebriauit, eod. num. 12.

Pœna verò inferenda ebrio qualis eſſe debeat, eod. num. 13.

Ebrietas non præſumitur, ſed illa eſt probanda per allegantem, fol. 227. n. 1.

Cum quilibet præſumatur ſanæ mentis, eod. num. 2.

Et de tempore commiſſi delicti, eod. n. 3.

Et teſtes debent deponere de ſignis ebrietatis, eod. num. 4.

Ebrius offendens eum, cum quo fecit pacem, ſeù promiſit non offendere, pacem non rumpit, fol. 490. num. 1.

Ratio affertur, fol. 491. n. 2.

Idem eſt in adulterante vxorem illius, cum quo pacem fecit ex amore, n. 3.

Licèt alii contrarium teneant, eod. n. 4.

Limita in penitùs ebrio, aliàs ſecùs, eodem num. 5.

Ebrietas eſt difficilis probationis, & probatur per ſigna, & coniecturas, fol. 228. n. 5.

Signa verò ebrietatis plura recenſentur, eod. num. 6.

Et probatur per teſtes deponentes per verbum credo, *eod. n. 7.*

Eccleſia gaudet priuilegio immunitatis, fol. 347. num. 1.

Etiamſi ſit polluta, vel interdicta, eod. nu. 2.

Neque ſit conſecrata, nec benedicta, eod. num. 4.

Et etiamſi non ſit perfectè conſtructa, eodem num. 3.

Et ſi adhuc diuina in ea celebrata non fuerint, fol. 348. n. 5.

Licèt contrarium teneant aliqui, eod. n. 6.

Et gaudet immunitate etiam Eccleſia diruta, eod. num. 7.

Et etiam gaudent muri illius extrinſecùs, eod. num. 8.

Nec non oſtium ipſius Eccleſiæ, eod. num. 9.

Et tectum, ſcala, porticus, & alia, vt num. 10.

Et Eccleſia matrix gaudet per 40. paſſus extra illam, & alia per 30. eod. n. 11.

Quod fallit de conſuetudine, eod. n. 12.

Contrarium, vti verius habetur, eod. n. 13.

Quomodo verò extendantur d. 40. paſſus an per viam publicam, fol. 149. n. 14.

Epiſcopus habet fiſcum, & pœnas pecuniarias imponere, & exigere poteſt, fol. 237. n. 1.

Et habet territorium, & merum, & mixtum imperium, eod. n. 2.

Licèt aliqui contrarium teneant, eodem numer. 3.

Ita vt fiſco Epiſcopi deferantur bona Clericorum in caſibus, in quibus de iure communi intrat confiſcatio contra laicos, eod. n. 4.

Et omnia Clerici bona patrimonialia, & aduentitia, eod. n. 5.

Niſi tamen habeat patrem, eod. n. 6.

Et etiam contra laicos in delictis mixti fori, eod. n. 8.

Bona tamen confiſcata applicantur fiſco ſæculari, ſi agatur de cofiſcatione totâ, vel quota, eod. num. 9.

Epiſcopus poteſt facere gratiam delinquentibus, vti Princeps, fol. 229. n. 7.

Epiſcopus pœnas non debet in proprium vſum conuertere, ſed locis piis applicare, fol. 230. num. 10.

Niſi tamen ſit valdè pauper, eod. n. 11.

Epiſcopi fiſco an applicentur bona Clerici hæretici remiſſiuè, eod. num. 12.

Epiſcopus poteſt tenere familiam armatam ad carcerandum delinquentes, fol. 230. n. 1.

Poteſt enim Epiſcopus punire delinquentes, eod. num. 2.

Licèt aliqui contrarium teneant, eod. n. 3.

Et poteſt habere carcerem, fol. 231. n. 4.

Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis, fol. 225. n. 2.

Exculpatio vulnerati maximè in articulo mortis, tollit indicia contra reum exiſtentia, ita vt non valeat torqueri, fol. 232. n. 1.

Licèt alii contrarium teneant, eod. n. 2.

Quod procedit etiam in exculpatione implicita, fol. 232. n. 3.

Quæ exculpatio repellit hæredes vulnerati ab accuſando, eod. n. 4.

Et prodeſt exculpato, etiamſi priùs fuiſſet inculpatus, eod. n. 5.

Non prodeſt tamen, ſi de delicto plenè conſtet, eod. num. 6.

Et quando contra inculpatum adſunt indicia grauia, eod. n. 7.

Declara, vt ibi n. 8.

Si tamen habens intereſſe in pace excuſet offendentem, excuſatur à fractura pacis, eodem num. 9.

Exculpatio ſocii criminis maximè in tortura ſocio maximè prodeſt, fol. 234. n. 1.

Licèt contrarium teneant alii, eodem num. 2.

Etiamſi exculpatio ſit implicita, eod. nu. 3.

Et ſi ſit exculpatio filiorum, & hæredum occiſi, eod. num. 4.

Ac etiamſi

Ac etiamſi ſocius delictum fuerit confeſſus, eod. num. 5.

Et d. exculpatio facit, ſocium indiciatum non poſſe torqueri, eod. n. 6.

Si verò ſocius ſit conuictus, exculpatio non operatur. eod. n. 7.

Neque, quando ſocius priùs ſocium inculpauit, eod. n. 8.

Niſi exculpatio facta fuerit in articulo mortis, eod. num. 9.

Declara, vt num. 10.

Exculpatio ſocij non operatur, quando non eſt carceratus, & inducitur in teſtem pro ſocio, fol. 234. num. 11.

Exculpatio facta per non exiſtentem in fortiis Curiæ ad fauorem alterius non attenditur, fol. 23°. numer. 1.

Fallit in exculpatione Accuſatoris, vel Inſtigatoris, eod. n. 2.

Exculpatio facta per tertium inculpando ſe ipſum, an ei noceat, ſi venerit in fortiis Curiæ, remiſſiuè, fol. 236. num. 3.

Exculpatio mandatarij prodeſt mandanti, ita vt torqueri non poſſit, fol. 236. n. 1.

Maximè concurrentibus coniecturis pro exculpatione, eod. n. 3.

Amplia, ſi mandatarius dicat, habuiſſe mandatum ad ſfriſandum, non ad occidendum, eod. numer. 4.

Exiſtam in bannitum ad tempus, vel in perpetuum, frangens punitur, fol. 236. n. 1.

Ita vt exiliatus ad tempus puniatur in duplicatione temporis, ſi fuerit datum infra decem annos, fol. 337. n. 2.

Si verò ſit datum ad decennium, vel, vltra, punitur exilio perpetuo, eod. n. 3.

Et ſi ſit datum in perpetuum, punitur pœna extraordinaria, eod. nu. 4.

Licèt aliqui ſentiant pro pœna mortis, eodem num. 5.

Si verò in caſu fractionis ſit adiecta certa pœna, illa imponitur, eod. n. 6.

De ſtylo Curiæ Rom. punitur duplicatione temporis pro prima vice, eod. n. 7.

Exiliatus ſi cauit de ſeruando exilium, ſi fugiat, condemnatur pro delicto, & fideiuſſor pro pœna, fol. 238. num. 11.

Exilium eſt intimandum, aliàs non poteſt agi ad pœnã pro contrauentione, fol. 238. n. 1.

Etiamſi exiliatus de illo habeat notitiam, eod. num. 2.

Exilij ob fracturam ſi fiſcus agat ad pœnam, debet probare contrauentionem, fol. 238. n. 3.

Fallit, quando exiliatus promiſit ſub pœna ſeruare exilium, eod. n. 4.

Contrarium tenent aliqui, eod. n. 5.

Exiliatus, finito tempore exilii, poteſt redire ad locum interdictum abſque licentia Superioris, fol. 239. num. 1.

Ratio adducitur, n. 2.

Et idem procedit in damnatis ad remum ad tempus, eod. num. 2.

Exilium datum, nulla facta mentione temporis, cenſetur perpetuum, fol. 239. n. 1.

Ratio adducitur, eod. n. 2.

Et idem eſt in condemnato ad relegationem, carcerem, priuationem officii, & ſimilia, eodem num. 3.

Et exilium dicitur perpetuum, etiaſi ſit datum ad arbitrium Iudicis, ibi. n. 5.

Si condemnatio in exilium, ſit facta ad tempus non ſpecificatum, intelligitur ad decennium, eodem num. 4.

Exilium datum ad beneplacitum Sedis Apoſtolicæ non expirat per mortem Papæ, fol. 240. numer. 1.

Etiamſi illud ſit datum ad beneplacitum Papæ, vel Principis, eod. n. 3.

Secùs ſi illud ſit datum per Papam, vel Principem ad eorum beneplacitum, eodem, numer. 4.

Niſi ex coniecturis appareat, Principem reſpexiſſe ad dignitatem, eod. n. 5.

Nec expirat, ſi ſit datum per Iudicem ad ſui beneplacitum, eod. n. 6.

Licèt aliqui teneant contrarium, fol. 241. num. 7.

Datum tamen ad beneplacitum refertur magis ad dignitatem, quàm ad perſonam in dubio, eod. n. 8.

Exiliatus, donec exilium fuerit reuocatum, non expirat per mortem bannientis, fol 241. n. 1.

Ratio affertur, eod. n. 2.

Declaratur concluſio, ibi. n. 3.

Exilium datum per Iudicem laicum non dicitur frangere exiſtens in Eccleſia, fol. 241. num. 1.

Cum Eccleſia, licèt ſit in Territorio Principis Laici non tamen eſt de illius Territorio, eodem num. 2.

Contrarium tenent alii, eod. n. 3.

Exiliato eſt aſſignandus terminus ad componendum ſarcinulas, fol. 242. n. 1.

Imò cenſetur aſſignatus ipſo iure, licèt non petitus, eod. n. 2.

Contrarium eſt verius, quando non fuit petitus, eod. n. 3.

Et pendente d. termino exiliatus poteſt ire per Ciuitatem, eod. n. 4.

Et iſte terminus eſt aſſignandus vnius menſis, vel 20. dierum, eod. n. 5.

Eximens carceratum confeſſum, vel conuictum, ſeù condemnatum punitur pœna mortis, fol. 93. numer. 5.

Si erat carceratus pro crimine capitali, aliàs ſecùs, eod. n. 6.

Eximens carceratum pro cauſa ciuili punitur pœna extraordinaria, fol. 94. nu. 7.

Et tenetur etiam ad ſolutionem debiti, eodem num. 8.

Eximens carceratum iniuſtè nulla pœna punitur, fol. 94. num. 9.

Licèt

Licèt contrarium teneant plures al.j, eodem num. 10.

Si tamen carceratio erat notoriè iniuſta, eod. num. 11.

Eximens carceratum ex aliqua cauſa colorata mitiùs punitur, eod. n. 12.

Eximens carceratum punitur, ſequuta eximitione, aliàs ſecùs, eod. n. 13.

Et vigore Bullæ Sixti V. punitur pœna criminis læſæ Maieſtatis, eod. n. 14.

Eximens ſe de manibus Curiæ non punitur pœnis Bullæ Sixti V. fol. 244. n. 1.

Cùm Bulla pœnalis, & odioſa non extendatur ad caſum in ea non expreſſum, eod. n. 2.

Licèt contrarium teneant alij, eod. n. 3.

Maximè ceſſante violentia, ſinè qua nulla intrat pœna, eod. nu. 4.

Et in alijs caſibus relatis, eod. n. 5.

Limita, quando ſe eximens populum concitauit, vel franchiſtum appellauit, & aliàs, vt ibid. num. 6.

Contra tamen ſe eximentem de manibus Curiæ de iure pœna eſt arbitraria, eod. n. 7.

Eximens de manibus Curiæ captum pro debito punitur pœna extraordinaria, fol. 245. n. 1.

Etiam ſtante Bulla Sixti V. eod. n. 2.

Tenetur tamen creditori ad ſoluendum debitum, fol. 246. n. 3.

Quod procedit etiam in denunciante debitori capturam, eod. n. 4.

Eximens carceratum punitur eadem pœna, qua puniendus erat carceratus ex carceribus eductus, fol. 246. num. 1.

Eximens captum de manibus Curiæ punitur extraordinariè Iudicis arbitrio, fol. 247. n. 1.

Ratio affertur, eod. n. 2.

Licèt alii contrarium teneant, eod. n. 3.

Fallit in Statuto Eccleſiaſtico vigore Bullæ Sixti V. eod. n. 4.

Et in eximente reum confeſſum, vel condemnatum, qui punitur pœna læſæ Maieſtatis, eodem num. 5.

De quocunque crimine ſit confeſſus eod. n. 6.

Non punitur eximens iniuſtè captum, eod. n. 7.

Licèt alii contrarium teneant, eod. n. 8.

Maximè, ſi capientes non ſint officiales publici, eod. num. 9.

Si tamen captura ſit notoriè iniuſta, aliàs ſecùs, eod. num. 10.

Non tamen punitur eximens, niſi effectualiter exemerit, fol. 248. n. 12.

Eximitio de manibus Curiæ eſt probanda plenè, non ex dicto ſatellitum, fol. 248. n. 11.

F

Falſi in crimine vt procedatur, debet conſtare de corpore delicti, fol. 248. n. 1.

Cum qualitas non detur ſinè ſubſtantia.

Licèt aliqui contrarium teneant, eod. n. 3.

Sufficit tamen, de illo conſtare per præſumptiones, eod. n. 4.

Si falſitas non relinquit veſtigia, aliàs ſecùs, eod. num. 5.

In crimine falſi ob cancellationem debet conſtare. fuiſſe factam ex interuallo, & ſine conſenſu partis, eod. n. 6.

Fallit ſtantibus coniecturis in contrarium, eod. num. 7.

Falſi crimen vt puniatur, requiruntur tria, nempè dolus, quòd noceat, & veritatis immutatio, fol. 249. num. 1.

Falſitas commiſſa ſine dolo non eſt punibilis, eodem num. 2.

Neque pœna extraordinaria, eod. n. 3.

Licèt aliqui teneant contrarium, eod. n. 4.

Et eò magis, ſi Statutum requirat dolum, eod. num. 5.

Falſitas in dubio magis præſumitur commiſſa per ignorantiam, quàm per dolum, fol. 249. numer. 6.

Licèt aliqui teneant contrarium, eod. n. 7.

Et qualibet cauſa etiam iniuſta excuſat à dolo, eod. num. 8.

Licèt alii teneant contrarium quoad pœnam extraordinariam, eod. n. 9.

Falſitas, quæ actu non eſt nocibilis, neque eſt punibilis, fol. 250. n. 1.

Cum non dicatur propriè falſitas, eod. n. 2.

Punitur tamen pœna extraordinaria, eod. n. 3.

Licèt contrarium teneant alii, eod. n. 4.

Limita, quando neque actu, neque habitu eſt nocibilis, eod. n. 5.

Licèt contrarium teneant aliqui, eod. n. 6.

Et eò magis, quando etiam ceſſat dolus, fol. 151. num. 7.

Et quando Statutum requirit, quod illa ſit nocibilis, eod. n. 8.

Falſitas commiſſa in ſcriptura, quæ non probat plenè, neque ſemiplenè, nec præſumptiuè, pœna falſi non punitur, fol. 251. n. 1.

Ratio affertur, eod. num. 2.

Licèt aliqui teneant contrarium, eodem num. 3.

Ita vt neque ſit locus pœnæ extraordinariè, eod. num. 4.

Licèt alii in hoc teneant contrarium, eod. n. 5.

Et idem eſt in falſitate commiſſa in ſcriptura nulla, & non faciente fidem, eod. n. 6.

Falſitas non præſumitur, ſed illa eſt probanda per allegantem, fol. 251. n. 1.

Et probationes debent eſſe claræ, & concludentes, fol. 262. n. 2.

Licèt, ſufficere præſumptiones, tenent aliqui, eod. n. 3.

Quod procedit quoad pœnam extraordinariam tantùm, eod. n. 4.

Contrarium tenent alii, fol. 253. num. 5.

Sufficiunt tamen, ſi illa proueniat ex vitio viſibili, eod. n. 6.

Secùs ſi ex vitio inuiſibili, & latente, eodem, num. 7.

Præſumptiones tamen debent eſſe graues, & vrgentes, eod. n. 8.

Et debent eſſe plures, quàm duæ, eod. n. 9.

Præſumptiones verò ſufficiunt quoad torquendum, eod. n. 10.

Falſitas præſumitur commiſſa ab eo, in cuius commodum illa reſultat, fol. 254. n. 1.

Cum illa non præſumatur commiſſa ſinè cauſa, & lucro, eod. n. 2.

Si tamen commodum ſit magnum, aliàs, ſecùs, eod. n. 3.

Si tamen recipiat commodum plurium contra neminem præſumitur, eod. n. 4.

Et vltra commodum requiritur etiam vſus, eod. n. 5.

Quæ præſumptio non ſufficit ad eondemnandum, nec ad torquendum, eod. n. 6.

Falſitas vt excindatur, omnis alia interpretatio eſt ſumenda, fol. 257. n. 1.

Ratio affertur, eod. n. 2.

Etiamſi d. interpretatio eſſet aliquantulùm extranea, eod. n. 3.

Et verba dubia interpretantur pro non falſitate, eod. n. 4.

Falſum iurans poteſt puniri à Iudice, coram quo falſitatem dixit, fol. 266. n. 2.

Falſitatem non fuiſſe commiſſam, in dubio eſt iudicandum, fol. 257. n. 6.

Fama ſola non facit indicium ad torturam, fol. 260. num. 1.

Secùs ſi ſit adminiculata aliis coniecturis, eod. num. 3.

Adminicula famæ recenſentur, fol. 270. numer. 4.

Facit indicium in delictis occultis, eodem, num. 5.

Et quando illa eſt vehemens, eod. n. 6.

Quando verò ſit vehemens, remittitur arbitrio Iudicis, eod. n. 7.

Si tamen fama ſit legitimè probata, aliàs ſecus, eod. n. 11.

Fama eſt indicium remotum, fol. 269. num. 2. & fol. 271. n. 2.

Fama ſufficit ad inquirendum generaliter, fol. 270. num. 8.

Et ad inquirendum ſpecialiter, eod. n. 9.

Contrarium, vti veriùs, tenent plures Doct. eod. n. 10.

Fama non probatur per teſtes de illa deponentes, ſi alij poſtea de illa interrogati dicant, nihil audiuiſſe, fol. 271. num. 1.

Cum fama debeat eſſe vniformis, perpetua, & ſolida apud omnes, eod. n. 2.

Licèt contrarium teneant Carleual. eod. n. 3.

Fama, vti indicium remotum, eſt probanda per duos teſtes, fol. 271. n. 1.

Ita vt teſtis deponens de fama ſit ſuſpectus de falſo, n. 3.

Et teſtes de fama deponentes debent eſſe omni exceptione maiores, eod. n. 4.

Fama non dicitur probata, niſi teſtes deponant, audiuiſſe à maiori parte populi, fol. 272. n. 1.

Fallit, quando teſtes deponunt, publicè dici, audiuiſſe, eod. n. 2.

Licèt contrarium teneant alij, eod. n. 3.

Quæ contraria opinio procedit in foro ciuili, non in canonico, eod. n. 4.

Si verò dicant, publicè audiuiſſe à multis, non probant famam, eod. n. 5.

Probant tamen famam, ſi deponant ad defenſam, eod. num. 6.

Vtrum vero alia requirantur requiſita remiſſiuè, fol. 273. n. 7.

Fama bona præualet malæ famæ, & illam tollit, fol. 273. num. 1.

Et fama negatiua delicti præfertur famæ affirmatiuæ, eod. n. 2.

Et fama bona in genere tollit malam famam in genere, eod. n. 3. & fol. 76. num. 1.

Et bona fama in ſpecie eò magis tollit malam famam in genere, eod. n. 4.

Fama bona in genere tollit etiam malam famam in ſpecie, fol. 273. n. 5.

Licèt contrarium teneant alii, fol. 274. n. 6.

Et teſtes deponentes de bona fama præferantur teſtibus de mala, eod. n. 7.

Quicquid voluerint aliqui, eod. n. 8.

Licèt deponentes de bona fama ſint pauciores, eod. n. 9.

Fama bona tollit omnem præſumptionem, & indicium contra reum exiſtens, ita vt, ſi reus erat torquendus, non poſſit torqueri, fol. 274 numer. 10.

Quod tamen indicia debilitet, & reus mitiùs torqueatur, volunt alij, eod. n. 11.

Niſi indicia eſſent valdè leuia, quia illa tollit, eod. n. 12.

Fama bona rei tollit indicium reſultans ex inuentione apud eum de inſtrumentis aptis ad cudendam monetam, fol. 275. num. 1. & fol. 76. num. 1.

Et indicium reſultans ex aſſociatione delinquentis poſt delictum, eod. n. 2.

Et indicium reſultans ex inuentione rei furatæ, eod. num. 3.

Et indicium ex eo, quòd quis viſus fuit, exire de domo, in qua fuit factum furtum cum fardello ſub pallio, eod. n. 4.

Et tollit indicium contra domeſticum domus, in qua fuit factum furtum, eod. n. 5.

Et indicium ex nominatione ſocij criminis, eod. num. 6.

Et ex inuentione mortui in domo, fol. 276. numer. 7.

Declara, vt ibi, n. 8.

Fama bona vnius in indiuiduis prodeſt alteri, qui eſt malæ famæ, eod. n. 9.

Fama bona operatur, vt confeſſus mitiùs puniatur, eod. n. 10.

Et tollit omnem falſitatis ſuſpicionem, eod. num.11.
Et excludit indicium ortum ex indicio peritorum, eod. num.12.
Fama dicitur plenè probata, ſi de illa deponant decem teſtes, licèt ſinè requiſitis, fol.276.num.1.
Cum numerus dicatur ſupplere, eod.num.2.
Licèt alij teneant contrarium, eod.num.3.
Etiamſi de fama deponant ſeptem teſtes tantùm, eod.num.4.
Limita ſupradicta, ſi concurrat habilitas teſtiũ, aliàs ſecùs, eod.num. 5.
Famam non probant teſtes, qui interrogati neſciunt, quid ſit fama, fol.277.num.1.
Ratio affertur, eod.num.2.
Sufficit tamen, quòd teſtis diffiniat famam per verba vulgi, vt ibi num.3.
Fama orta poſt carcerationem inquiſiti, vel poſt tranſmiſſam inquiſitionem non attenditur, fol. 277.num.1.
Licèt contrarium teneant alij, fol.278. num.2.
Idem eſt in fama orta poſt accuſationem, & inchoatum proceſſum, eod.num.3.
Et ideò fama eſt probanda eo tempore praceſſu, eod.num.4.
Fama in dubio præſumitur orta poſt carcerationem, & inquiſitionem, fol.178.num.5.
Contrarium, eod.num.6.
Fama orta à non fide dignis, ſed à maleuolis, & ſuſpectis non attenditur, fol.278.num.1.
Et eò magis, ſi ſit orta ab aduerſario, inimico, offenſo, & ſimil. eod.num.2.
Etiamſi illa orta ſit ex aliqua veriſimili cauſa, eod.num.3.
Fallit in fama de re turpi, de qua non ſolet eſſe ſermo inter honeſtas perſonas, fol.279. num.4.
Fama in dubio orta cenſetur ab honeſtis perſonis, eod. num.5.
Contrarium, quando ei non aſſiſtit aliqua veriſimilitudo, eod.num.6.
Fideicommiſſum factum in caſu delicti, pro quo intrat confiſcatio, prohibendo, bona tranſire in fiſcũ, eſt validum, fol.161.num.1.
Licèt contrarium ſeruari in Officio Aduocaria dixerit Peregr. fol.162.num.2.
Ita vt in fiſcum neque tranſeant fructus, eod. num.3.
Maximè, ſi fideicommiſſum eſt factum, vt bona remaneant in agnatione, eod.num.4.
Quo caſu in fiſcum neque tranſit legitima filij, eod num.5.
Licèt contrarium teneant alij, eod.num.6.
Neque confiſcatur Trebellianica, eodem numer.7.
Licèt contrarium teneat Caren., eodem numer.8.
Et legitima eò magis confiſcatur, ſi filius non ſit conqueſtus de onere, eod.num.9.
Amplia concluſionem etiã ſtante Bulla Sixti V. eod.num.10.
Limita concluſionem dato ſubſtituto in caſu delicti, aliàs ſecùs, eod.num.11.
Niſi tamen ſubſtitutus prædeceſſerit grauato, fol.16.num.12.
Dictum tamen fideicommiſſum non habet locum in delictis leuibus, in quibus non ſit confiſcatio, eod.num.13.
Fideiuſſor de repræſentando ad id non tenetur, quando reus fuit condemnatus pro nouo delicto capitali, fol.110.num.1.
Ratio affertur, num.2.
Etiamſi d. cautio ſit concepta verbis vniuerſalibus, eod. num. 3.
Ac etiam reo condemnato in pœnam exilij, vel relegationis, eod.n.4.
Seu in aliam pœnam non capitalem, eodem, numer. 5.
Imò etiamſi reus ſit ſolùm accuſatus de delicto, eod n.6.
Licèt contrarium teneant alij, eod.n.7.
Et ſi reus ſit præceptatus, inquiſitus, vel bannitus, eod. n.8.
Non obſtante, quòd reo ſit oblatus ſaluus conductus, fol.111. n.9.
Et ſufficit, quòd contra reum ſit relaxatum mandatum de carcerando, eod. n.10.
Etiam ſtante clauſula Toties, & quoties, eod. num 11.
Et ſi reus fuerit condemnatus ab alio Iudice, eod. n.12.
Limita concluſionem non procedere, quando condemnatio eſſet procurata, eod. n 13.
Et quando reus fuit condemnatus poſt moram fideiuſſoris, eod. n.14.
Et quando Iudex requiſiuit fideiuſſorem antequam reum moleſtet, eod.n.15.
Quod impugnatur per plures Doctores, fol. 112 num.16.
Fideiuſſor, qui promiſit repræſentare, liberatur reo mortuo, eod. n.1.
Quod procedit etiam mortuo fideiuſſore, eodem, num. 2.
Contrarium, vti verius, tenent alij, eodem, num. 3.
Limita, quando fideiuſſor eſſet in mora repræſentandi, eod. n.4.
Et ſi reus dolo, vel culpa fideiuſſoris obijſſet, eod. num. 5.
Et in fideiuſſore de iudicatum ſoluendo, fol.113. num.6.
Contrarium tenet Cardinal. Mantic. eodem, num. 7.
Fideiuſſor non tenetur repræſentare reum relaxatum, niſi nouis ſuperuenientibus indicijs, fol. 113. numer. 1.
Declara, vt ibi, num. 3.
Indicia noua dicuntur, quæ ſunt diuerſa à primis ſpecie, & ſubſtantia, eod. n.4.
Quæ debent eſſe grauia, & ſufficientia, eodem, num. 5.

Fideiuſſor, qui promiſit reum repræſentare pro vna cauſa non tenetur pro alia, fol. 114. num. 1.

Etiamſi cautio eſſet ſimpliciter concepta, eod. num. 3.

Et cum clauſula Totiès, & quotiès, eod. numer. 4.

Ita vt Iudici requirenti repræſentationem pro prima cauſa non credatur ſinè iuramento, eod. num. 5.

Limita, quando fideiuſſor promiſit repræſentare pro omni, & quacunque cauſa, eod. num. 8.

Fideiuſſio eſt ſtricti iuris, & non extenditur de cauſa ad cauſam, fol. 114. num. 2.

Fideiuſſor, qui promiſit repræſentare carceratum pro vulnere, non tenetur, ſi vulneratus moriatur, eod. n. 6.

Declara, vt ibi, n. 7.

Fideiuſſor de repræſentando liberatur mutatu ſtatu repræſentandi, vt ſi ſit effectus Clericus, fol. 115. num. 1.

Idem eſt, ſi ſit effectus bannitus, vel condemnatus, eod. num. 2.

Et ſi fideiuſſor ſit effectus Clericus, eod. num. 3.

Fideiuſſor, qui promiſit repræſentare reum in vno Tribunali, vel in vno loco, non tenetur in alio, fol. 115. num. 1.

Et promittens coràm vno Iudice non tenetur coràm alio, eod. n. 2.

Procedit in Iudice delegato, non in ordinario, eod. num. 4.

Quid ſi in cautione ſit expreſſum proprium nomen Iudicis, eod. n. 3.

Fideiuſſor de repræſentando non liberatur, niſi reum legitimè repræſentet, fol. 117. n. 1.

Quando dicatur reum legitimè præſentaſſe, vide ibi, num. 2.

Fideiuſſor de repræſentando, ſi non poſſit reum repræſentare, poteſt ſuſcipere in ſe iudicium, illum defendendo, & euitat pœnam, fol. 117. numer. 1.

Ratio affertur, ibi. num. 2.

Quod procedit in ciuilibus, non autem in criminalibus, eod. n. 3.

Limita, quando pœna eſt tantùm pecuniaria, eod. num. 4.

Fideiuſſor de repræſentando an poſſit defendere reum, qui aufugit ob notoriam iniuſtitiam carcerationis remiſſiuè, fol. 118. num. 5.

Fideiuſſori de repræſentando petenti terminum ad reum perquirendum, & certiorandum eſt per Iudicem concedendus, fol. 118. num. 1.

Quando verò teneatur concedere terminum ſex menſium, vide ibi. n. 2.

Præcipuè, ſi in cautione adſit clauſula Totiès, & quotiès, eod. num. 3.

Fideiuſſor de repræſentando condemnatus in pœnam ob non factam repræſentationem admittitur ad ceſſionem bonorum, fol. 119. n. 1.

Cum dicatur in d. caſu debitor fiſci ex contractu, eod. num. 2.

Contrarium tenent alij, eod. num. 3.

Fideiuſſor, qui promiſit reum repræſentare ſinè termino non tenetur ad pœnam ob non repræſentationem, niſi fuerit interpellatus, fol. 121. num. 1.

Ratio affertur, eod. n. 2.

Amplia etiam in fideiuſſore, qui promiſit repræſentare infra certum terminum, eod. num. 3.

Licèt contrarium teneant alij, eod. n. 4.

Et etiamſi ſit promiſſum repræſentare Totiès, & quotiès, eod. n. 5.

Fideiuſſor de repræſentando liberatur reo capto pro eadem cauſa, fol. 122. num. 1.

Amplia etiam in fideiuſſore de tuto carcere, quando reus reponitur in ſtrictioribus carceribus eod. num. 2.

Etiamſi reus captus ex eadem cauſa poſtea aufugiat, eod. n. 3.

Vel per Iudicem poſtea ex quacunque cauſa relaxetur, eod. num. 4.

Et etiam ſtante clauſula Totiès, & quotiès in cautione poſita, eod. n. 5.

Licèt aliqui contrarium teneant, eod. numer. 6.

Limita, ſi reus capiatur ex diuerſa cauſa, eod. num. 7.

Niſi fideiuſſor proteſtetur, illum habere pro præſentato, eod. n. 8.

Contrarium tenent plures, fol. 123. n. 9.

Fideiuſſor, qui promiſit, aliquem non diſceſſurum de palatio, domo, &c. ſi ille diſcedat cum licentia, eius promiſſio expirat, fol. 279. num. 1.

Ratio affertur ibi. num. 2.

Etiamſi licentia data ſit per Iudicem ſub conditione, eod. n. 3.

Ac etiamſi data ſit cum clauſula firma manente fideiuſſione, eod. n. 4.

Et quando obligatio fuit alterata, vt ſi detentus poſitus fuit in loco ſtrictiori, eod. numer. 5.

Vel in loco latiori, eod. n. 6.

Et in dubio eſt pronunciandum, fideiuſſorem non teneri pro fuga principalis, eod. n. 7.

Limita concluſionem ſtantibus verbis, & in caſu licentia de ſe, &c. ibi. num. 8.

Licentia de diſcedendo ſi ſit data ad tempus, an fideiuſſor ſit liberatus remiſſiuè, eod. num. 9.

Fideiuſſor, qui promiſit, aliquem non diſceſſurum de palatio ſinè licentia in ſcriptis, ſi diſcedat cum licentia in voce, non tenetur ad pœnam, fol. 280. num. 1.

Ratio affertur, ibi. num. 2.

Licèt contrarium teneant alij, eod. num. 3.

Etiamſi licentia ſit data clauſis oculis, eod. num. 4.

Et ſub conditione, eod. n. 5.

Declara d. concluſionem, vt ibi, n. 6.
Fideiuſſor, quòd quis non exierit de Palatio, ſi exeat & ſtatim redeat, ad pœnam non tenetur, fol. 281. num. 1.
Contrarium tenent alii pro medietate pœnæ, eod. num. 2.
Maximè, ſi retentus exierit ex iuſſu, ſeù neceſſaria cauſa, eod. n. 3.
Et ſi exierit ex cauſa amoris, eod. n. 4.
Seù, vt Superiori obediat, eod. n. 5.
Vel ſi inaduertenter exierit, & ſtatim rediit, fol. 282. n. 6.
Secùs, ſi ante reditum captus fuit à birruariis, eod. n. 7.
Vel ſi exiuit animo non reuertendi, fol. 293. num. 8.
Et in dubio eſt iudicandum non eſſe locum exactioni pœnæ, eod. n. 9.
Et retentus ſtans in oſtio an dicatur ſtare extra domum, eod. n. 10.
Fideiuſſor, qui promiſit, aliquem infra certum tempus repræſentare, eo elapſo, poteſt purgare moram infra breuem terminum, fol. 282. numer. 1.
Mora enim purgari poteſt de æquitate Canonica infra breuem terminum, fol. 283. n. 2.
Quinam ſit breuis terminus, remittitur arbitrio Iudicis, fol. 284. n. 12.
Etiam ſequuta condemnatione, eod. n. 3.
Etiam ſtante die, & pœna, eod. n. 4.
Licèt aliqui contrarium teneant, eodem numer. 5.
Facta tamen executione pro pœna mora non purgatur, eod. n. 6.
Procedit, ſequuta deliberatione, aliàs ſecùs, eod. num. 7.
Neque purgatur mora, ſi pœna ſit exacta, eod. num. 8.
Licèt contrarium teneant alii, eod. n. 9.
Et pœna dicitur exacta, ſi reus pro illa ſe fecit fiſci debitorem, eod. n. 10.
Neque purgatur mora, ſi reus fuerit captus, eod. num. 11.
Fideiuſſor de tuto carcere, ſi carceratus iniuſtè detentus fugiat, non tenetur pro eo ad pœnam, fol. 284. n. 1.
Licèt contrarium teneant alii, eod. n. 2.
Etiamſi promiſſio ſit iurata, eod. n. 3.
Et idem in habilitato cum promiſſione redeundi ad carceres, eod. n. 4.
Licèt alii contrarium teneant, ſtante iuramento, eod. n. 5.
Fideiuſſor, qui promiſit pro Officiali, non tenetur pro debitis contractis durante Officio, nec pro geſtis extra Officium, fol. 285. n. 1.
Fallit, ſi fideiuſſio ſit concepta in omnem cauſam, eod. n. 2.
Fideiuſſor pro Officiali electo per ſex menſes non tenetur pro tempore prorogato, eod. n. 3.
Fideiuſſor obligatus ſoluere pœnam fiſco liberatur ſequuta confiſcatione bonorum illius, pro quo promiſit, eod. n. 1.
Et ſi pœnam ſoluit, fiſcus tenetur ei illam reſtituere, eod. n. 2.
Procedunt, quando bona confiſcata ſunt ſoluendo, aliàs ſecùs, eod. n. 3.
Et quando fiſcus bona confiſcata acceptauit, eod. num. 4.
Fideiuſſor condemnati, quando liberetur per confiſcationem bonorum principalis remiſſiuè, fol. 285. num. 5.
Filius ſurripiendo rem patris, licèt furtum committere dicatur, non tamen tenetur de furto, fol. 315. num. 1.
Ita vt Iudex non poſſit contra eum procedere, neque per inquiſitionem, eod. n. 3.
Limita, ſi furtum patri factum ſit graue, eod. num. 4.
Contrarium tenent plures Doctores, eodem num. 5.
Tenentur tamen opem præſtantes filio patri furtum facienti, eod. n. 6.
Licèt contrarium teneat Giurb. *eod. n. 7.*
Datur tamen actio patri contra filium pro reſtitutione rei furatæ, eod. n. 8.
Filius viuente patre dicitur quaſi dominus bonorum paternorum, eod. n. 2.
Filio non debetur legitima ex bonis matris confiſcatis, fol. 406. n. 1.
Contrarium tenent alii, eod. n. 2.
Quæ contraria opinio procedit, etiamſi bona matris ſint confiſcata ex crimine læſæ maieſtatis, eod. n. 3.
Filius, conſanguineus, vel famulus offendens eum, qui iniuriauit patrem, conſanguineum, vel dominum, non præſumitur de eorum mandato feciſſe, fol. 416. n. 1.
Licèt alii contrarium teneant, eod. n. 2.
Et eò magis ſi illi habeant cauſam propriam offendendi, eod. n. 3.
Amplia in quocunque habente cauſam propriã offendendi, eod. n. 4.
Et tamſi offenſus habeat alios inimicos, eodem num. 5.
Limita concluſionem quando concurrit aliqua alia præſumptio, eod. n. 6.
Et in delicto ſucceſſiuo, fol. 417. n. 7.
Et quando pater, conſanguineus, vel dominus fuit autor rixæ, eod. n. 8.
Et quando famulus eſt vilis perſonæ, eod. nu. 9.
Et ſtante ratificatione patris, conſanguinei, vel domini, eod. n. 10.
Et quando prædicti ſciuerunt delictum committendum, & non prohibuerunt, eod. n. 11.
Dicta tamen præſumptio non ſufficit ad imponendam pœnam grauem, eod. n. 12.
Filius non tenetur ſoluere condemnationem fiſco pro patre, fol. 464. n. 9.
Neque de peculio profectitio eod. n. 10.
Filius carceratus pro delicto poteſt cogere patrem ad ei

ad ei tradendam legitimam, vt ſe à carceribus liberet, fol. 465. n. 11.

Filius non dicitur frangere pacem factam per patrem ſine eius conſenſu, vel ratificatione, fol. 472. n. 1.

Ratio affertur, eod. n. 2.

Licèt aliqui contrarium teneant, eod. n. 3

Sufficit autem ratificatio tacita pro incurſu pœnæ eod. n. 4.

Licèt aliqui teneant contrarium, eod. n. 5.

Declara quoad ratificationem tacitam, vt num. 6. & 7.

Pater tamen ob offenſam factam per filium tenetur ad pœnam conuentionalem, fol. 473. n. 8.

Fiſcus tenetur præſtare alimenta carcerato non habenti de proprio, fol. 287. n. 1.

Pro quocunque delicto ſit carceratus, eod. n. 3.

Et pendente proceſſu eſt alendus ex bonis confiſcatis, eod. n. 4.

Fiſcus, qui capit bona delinquentis confiſcata, tenetur ſoluere eius debita creditoribus illius, fol. 288, num. 1.

Ratio affertur, eod. n. 2.

Ita vt debitor ſit liberatus, & creditores agere teneantur contra fiſcum, eod. n. 3.

Etiamſi debitor aggratiatus redeat ad pinguiorem fortunam, eod. n. 4.

Debitor tamen liberatur pro rata confiſcationis factæ, fol. 289. n. 5.

Et idem eſt, quoad fideiuſſorem debitoris, eod. num. 6.

Qui conuentus poteſt opponere exceptionem excuſſionis, eod. n. 7.

Licèt alii contrarium teneant, eod. n. 8.

Et fiſcus tenetur ſoluere debita etiam, quando bona acquirit, vti vacantia eod. 9.

Et tenetur ſoluere dotem, & alimenta filii condemnati, eod. n. 10.

Et etiam quartam vxori pauperi, eodem num. 11.

Nec non legitimam filii condemnati, eodem num. 12.

Fiſcus tamen in d. caſibus non tenetur vltra valorem bonorum, eod. n. 13.

Neque quando ſuccedit in bonis vacantibus, fol. 200. n. 14.

Etiam inuentario non confecto, eod. n. 15.

Quicquid ſit, quandò fiſcus ſuccedit, vti hæres, eod. num. 16.

Fiſcus tenetur ſoluere debita creditoribus ex contractu, non ex delicto, eod. n. 17.

Licèt in d. caſu eſſe locum diuiſioni teneant alii, eod. n. 18.

Declara, vt ibi. n. 19.

Fiſcus tenetur ſoluere debita condemnati ſolùm pro parte, quando non fuerunt confiſcata omnia bona, eod. num. 20.

Neque tenetur ſoluere debita facta poſt delictum, num. 21.

Limita in fideiuſſore, qui promiſit pro condemnato, quòd non diſcederet de palatio, eodem num. 22

Et in delictis factis pro alimentis, & defenſione rei, eod. num. 23.

Fiſcus non tenetur ſoluere debita creditoribus, qui in termino proclamatum non comparuerunt, fol. 290. num. 24.

Contrarium tenent plures, fol. 291. num. 25.

Et ſi creditores allegent ignorantiam proclamatum, ſunt reſtituendi, num. 26.

Licèt contrarium teneant Doctores relati, eod. num. 27.

Fiſco non datur repulſa contra teſtes examinatos per reum ad defenſam, fol. 529. n. 8.

Fallit, ſi cum fiſco adeſſet inſtigator, eod. numer. 9.

Fiſcus vt poſſit exigere à reo expenſas pro fabricatione proceſſus, requiruntur indicia ad tranſmittendam inquiſitionem, fol. 291. n. 1.

Pro d. tamen expenſis præfertur creditoribus delinquentis, eod. num. 2.

Licèt aliqui teneant contrarium, eod. num. 3.

Niſi d. expenſæ cederent in vtilitatem creditorum, eod. num. 4.

Declaratio, extare indicia ad d. effectum, eſt facienda per delegantem, fol. 292. num. 5.

Fiſcus non poteſt aliquem cogere ad emendum res confiſcatas, eod. n. 1.

Ratio affertur, eod. num. 2.

Fallit in Statu Eccleſiaſtico vigore Bulla Sixti IV. eod. num. 3.

Coguntur tamen primò conſanguinei, poſtea affines, & vltimò Communitates, eod. num. 4.

Et idem eſt in conſanguineis arbitrum Vniuerſitatum, eodem n. 5.

Fiſcus vt poſſit inuentariare bona delinquentis, requiruntur indicia ad capturam, fol. 292. num. 1.

Et tunc deſcribuntur omnia bona ad reum quomodocunque ſpectantia, eod num. 2.

Inuentarium ſit ſolùm in cauſis, in quibus ſit publicatio bonorum, fol. 293 num. 3.

Fiſcus non appellat, quando adeſt inſtigator, niſi præſtita fideiuſſione per inſtigatorem de reficiendis expenſis, fol. 24. num. 1. & fol. 381. n. 1.

Si tamen d. cautio petatur per inquiſitum, aliàs ſecùs, fol. 24. num. 2.

Fiſcus in pœnalibus agit de lucro captando cum iactura alterius, fol. 260. n. 2.

Forum ſortitur quis ratione delicti in loco commiſſi delicti, fol. 293. num. 1.

Et locus delicti præfertur loco originis, & domicilii, eod. n. 3.

Ita vt delinquens ſit remittendus ad locum commiſſi delicti, eod. n. 4.

Et Iudex loci delicti poſſit contra eum procedere etiam per inquiſitionem, eod. n. 5.

Et punitus a Iudice loci delicti non poſſit ab aliis moleſtari, eod. n. 6.

Si tamen delinquens in loco delicti inueniatur, aliàs ſecùs, fol. 294. n. 7.

Contrarium , vti verius , tenent alij , ibi num.8
Fallit ſecundò in delinquente in Terra Baronis contra Baronem , qui eſt remittendus ad Superiorem Baronis , eod.num.9.
Ita vt de iniuria facta Baroni neque cognoſcere poſſit eius Officialis , eod.n.10.
Forenſes incurrunt pœnam Statuti illius loci , vbi inuenti ſunt cum armis , fol. 226.n.1.
Ratio aſſertur , eod.n.2.
Procedit , quando pro delatione armorum Statutum imponit pœnam leuem , ſecùs ſi grauem , eod.num.4.
Forum ſortitur ratione falſitatis commiſſæ coràm aliquo Iudice , fol.297.n.1.
Ita vt teſtis iurans falſum coràm Iudice remiſſoriali poſſit ab eo puniri , licèt ipſe non ſit Iudex cauſæ, fol.298.num.2.
Frater ob mortem illatam fratri non priuatur illius ſucceſſione , ſed illa ei aufertur per fiſcum , vti ab indigno , fol.170.nu.1.
Ita vt in ſua portione non ſuccedant alij fratres , ſed fiſcus, eod.n.2.
Licèt contrarium teneant alij, eod.n.3.
Et licèt frater occiſor habeat filios , fol. 171. num. 4.
Fallit in ſtatu Eccleſiaſtico vigore Bullarum , eod. num. 5.
In ſucceſſione autem ab inteſtato, non ex teſtamento , eod. n.6.
Contrarium id procedere in vtraque ſucceſſione tenent alii , eod n. 7.
Si tamen frater occidat fratrem per aſſaſſinium ei non ſuccedit, & ſic fiſcus ab eo non aufert, eod. num. 8.
Declara prædicta , vt ibi, num.9.
Frater pro fratre , & conſanguineus probat fauorem defenſionis , fol. 188. n.8.
Ac etiam teſtes domeſtici , & familiares eod. num. 9.
Frater non poteſt eſſe teſtis pro fratre in criminalibus , fol. 581. num. 1.
Cum iniuria facta vni de familia cenſeatur facta omnibus. eod. n.2.
Itaut frater examinatus pro fratre nihil probet fol.582. num.3.
Fallit , quando veritas aliter haberi non poteſt eod. n.4.
Et quando frater deponit inter duos fratres, eod. num.5.
Et quando inducitur ad defenſionem fratris , eod. n. 6.
Licèt contrarium teneant aliqui , eod. n. 7.
Concorda d. opiniones , vt ibi. num.8.
Fallit etiam , quando frater deponit contra Curiam , eod. n.9.
Declara d. fallentias, vt ibi , num. 10.
Frater cogi non poteſt in criminalibus ad deponendum contra fratrem , fol. 583 num.1.
Neq; torqueri poteſt contra fratrem, eod.n. 2.
Fallit in criminibus exceptis, eod. n.3.
Et quando veritas aliter haberi non poteſt , eod. num.4.
Et poteſt compelli ab ipſo fratre , eod. n.5.
Et ſi frater conſentiat examinari contra fratrem , eod. n. 6.
Declara , vt ibi. num.7.
Et quando frater conſentit , quod contra eum deponat, eod. n.8.
Fuga ſola non facit indicium ad torturam , contra fugientem , fol.299. num.1.
Cum fuga ſit indicium remotum , eod. num. 2. & fol. 300. num.2.
Licèt contrarium teneant alii , eod. n.3.
Maximè ſi fuga ſequuta ſit non timore delicti , ſed ex alia cauſa , eod. n.4.
Et quando fugiens eſt vir bonæ conditionis , & famæ , eod.n 5.
Fallit, quando fuga ſequuta eſt ante inquiſitionem , & accuſationem , eod. num. 6.
In cauſis tamen capitalibus , & grauibus, aliàs ſecùs , eod.n.7.
Et ſi cum illa concurrant adminicula , aliàs ſecus, eod.n.8.
Licèt aliqui contrarium teneant , eod.num.9.
Fuga ex loco homicidij cum armis euaginatis facit contra eum indicium ad torturam , fol. 370. numer. 1.
Maximè , quando in loco homicidij nullus alius viſus fuit , eod. n. 3.
Fuga ſequuta poſt inquiſitionem , & accuſationem facit indicium concurrentibus adminiculis , fol. 300. num. 10.
Contrarium tenent alii , fol.301.n.11.
Fuga facit indicium ad inquirendum ſpecialiter , eod. n.12.
Fuga , vti indicium remotum. probari debet per duos teſtes , eod. n.1.
Fuga probatur etiam per relationem executorum , eod. n.3.
Fugere non dicitur , qui vadit ad Principem pro iuſtitia conſequenda , fol. 301. n.1.
Etiamſi quis fugiat ex carcere, vel Palatio, ibi, num. 2.
Si tamen aufugiat ex iuſta cauſa , aliàs ſecùs , fol. 302. n.3.
Et ſi recta via vadit ad Principem , aliàs ſecùs , eod. num. 4.
Quod remittitur arbitrio Iudicis , eod. n. 5.
Fuga indicium purgatur per ſpontaneam inquiſiti comparitionem fol. 302. n.1.
Siue inquiſitus compareat citò , ſiuè ex interuallo , eod. num.2.
Licèt aliqui contrarium teneant , eod. n.3.
Amplia etiam in eo, qui aufugerat de manibus familiæ, eod. n.4.
Fugiens ex carcere , vel Palatio , ſi cito redeat, non punitur pœna fracti carceris , fol. 303. numer. 1.
Quando dicatur citò redire, remittitur arbitrio Iudicis , eod. n.2.

Fuga

Fuga ſocij criminis non facit indicium ad torturam contra ſocium, ſol. 303. num, 1.

Fugiens à triremibus condemnatur citra mortem duplicando ei tempus, ſol. 237. n. 8.

Intrare tamen pœnam mortis, ſi eſſet condemnatus in perpetuum, volunt alii, n. 9.

Fugiens ex carcere ei aſſignato in pœna quomodo condemnetur, vide, ſol. 238. n. 10.

Furioſus pro delicto commiſſo in furore non punitur aliqua pœna, ſol. 303. n. 1.

Etiam in atrociſſimis, ſol. 304. n. 2.

Quicquid aliqui contrarium teneant, eodem num. 3.

Idem eſt in frenetico, inſano, & mentecapto eod. num. 4.

Et in furioſo habente dilucida internalla, eod. num. 5.

Quem præſumitur deliquiſſe tempore furoris, non ſanæ mentis, eod. n. 6.

Declara, vt ibi. n. 7.

Et etiamſi furioſus poſt delictum in furore redeat ad ſanam mentem, eod. n. 8.

Ac etiamſi fiat furioſus poſt delictum commiſſum in ſana mente, eod. n. 9.

Licèt alii teneant contrarium, ſol. 305. numer. 10.

Si tamen ſperetur, illum redire ad ſanam mentem non eſt dimittendus, eod. n. 11.

Et ſi furor ſuperueniat poſt acceſſiones condemnatur pœna pecuniaria, eod. n. 12.

Limita concluſionem in verè furioſo, non autem in ſimulante ſe talem, eod. n. 13.

Furioſum, quem eſſe, non præſumitur, ſed debet probari, ſol. 305. n. 14.

Furioſus quis dicatur, & mente captus, vel demens, eod. num. 15.

Furioſus ſi poſt delictum aufugiat, & ignoretur, vbi ſit, pater, & conſanguinei admittuntur ad probandum illius furorem, ſol. 306. n. 1.

Furioſus offendendo illum, cum quo pacem fecit, vel non offendere promiſit, non dicitur pacē, ſeu cautionem fregiſſe, eod. n. 1.

Amplia in frenetico, inſano, & mentecapto, eod. num. 2.

Amplia, & limita, vt ibi, n. 3.

Furor vt poſſit inquiri de furto, debet conſtare priùs de corpore delicti, ſol. 306. n. 1.

Sufficit tamen, de eo conſtare per coniecturas, eod. n. 2.

Et per teſtes inhabiles, ſol. 307. n. 3.

Si de furto non remaneant veſtigia, ſecùs ſi remaneant, eod. n. 4.

Et quoad inquirendum, & torquendum, non autem quoad condemnandum, eod. n. 5.

Et probato, quòd res furatæ aderant in loco furti, eod. n. 6.

Quod declara, vt ibid. n. 7.

Furtum commiſſum cum ſcalis grauiùs eſt puniendum, ſol. 307. n. 1.

Et idem eſt in furto commiſſo cum fractura, ſol. 308. num. 2.

Et in furto commiſſo de nocte, eod. n. 3.

Et idem eſt in expilatoribus, eod n. 4.

Furtum commiſſum cum ſcalis in Statu Eccleſiaſtico punitur pœna vitæ, & confiſcationis, eod. num. 5.

Fures plures ſimul aliquid furantes tenentur ad pœnam in ſolidum, ſol. 308. n. 1.

Ita vt, vno pœnam ſoluente, alii non liberentur, eod. n. 3.

Et idem eſt quoad intereſſe partis, eod. n. 4.

Cum maleficia tot dicantur, quot ſunt delinquentium perſonæ, eod. n. 2.

Fur poteſt inquiri, licèt ignoretur nomen derobati, ſol. 182. n. 5.

Furem quando liceat occidere pro defenſione, & recuperatione bonorum remiſſiuè, ſol. 195. numer. 19.

Furata res reperta penes aliquem facit contra eum indicium ad torturam, ſi eſt malæ famæ, aliàs ſecùs, ſol. 309. n. 1.

Si eſt bonæ famæ non facit indicium etiam non docto, à quo illam habuerit, eod. n. 2.

Limita, ſi vir malæ famæ doceat, à quo illam habuerit, eod. n. 3.

Limita ſecundò in Mercatore, Regatterio, & ſimil. eod. n 4.

Inuentio autem eſt probanda per duos teſtes, eod. n. 5.

Et an d. inuentio ſufficiat ad condemnandum, ſi alia indicia concurrant remiſſiuè, eod. n 6.

Furtum committere non dicitur, qui rem aufert de conſenſu domini, nec intrat pœna furti, ſol. 310. n. 1.

Ratio affertur, eod. n. 2.

Neque ille, qui cogitat, dominum eſſe permiſſurum, eod. n. 3.

Quod procedit, concurrentibus coniecturis, aliàs ſecus, eod. n. 4.

In quo ſatis valet Iudicis arbitrium, eod. n. 5.

Furtum in dubio cenſetur factum inuito domino, eod. num. 6.

Et non creditur domino rei furatæ dicenti contrarium, ſol. 311. n. 7.

Niſi cum eius aſſertione concurrant coniecturæ, eod. n. 8.

Fur pro tribus furtis punitur pœna vltimi ſupplicii, eod. num. 1.

Licèt contrarium teneant alii, eod. n. 2.

Etiamſi de primis furtis fuerit aggratiatus, eod. num. 3.

Et licèt de illis fuerit punitus, eod. n. 4.

Licèt aliqui teneant contrarium, eod. n. 5.

Et ſiuè de d. furtis fuerit condemnatus, ſiuè non, eod. nu. 6.

Licèt alii teneant contrarium, ſol. 312. num. 7.

Procedit, quando furta ſunt diſtincta re, & tempore, aliàs ſecùs, eod. n. 8.

Declara, vt ibi. n. 9. & 10.

Limita ſecundò in furtis, de quibus fur fuit abſolutus, eod. n. 11.

Limita

Limita tertiò quando furta fuerunt commiſſa à minoribus 25. annis, eod. n. 12.

Limita quartò quando furta ſunt parui valoris, eod. n. 13.

Licèt contrarium teneant plures Doctor. eodem num. 14.

Et quid ſi furta fuerint commiſſa in diuerſis territorijs, eod. n. 15.

Furis pœna pro primo furto non eſt pena mortis, ſed extraordinaria, fol. 313. num. 1.

Neque etiam pro ſecundo furto, licèt acriùs puniatur, eod. n. 2.

Licet alij teneant, intrare pœnam mortis, eod. num. 3.

Amplia etiamſi primum furtum ſit magnum, eod. num. 4.

Licèt contrarium teneant alij, eod. n. 5.

Quando verò furtum ſit magnum eſt iudici arbitrarium, eod. n. 6.

Secùs, ſi furtum ſit commiſſum cum magna qualitate aggrauante, fol. 314. n. 7.

Statuta tamen locorum, quoad d. pœnam furum ſunt attendenda. eod. num. 8.

Fur repertus in loco cum re furata poteſt ibi puniri, eod. num. 1.

Contrarium tenent plures Doct. eod. n. 2.

Maximè, ſi fur habuit animum rem furatam alio transferendi, eod. n. 3.

Si tamen fur permanſerit in loco contrectationis ſaltem per diem, fol. 315. n. 4.

Contrarium tenent alij, eod. n. 5.

Et ſi fur in loco contrectationis fuit apprehenſus cum furto, aliàs ſecus, num. 6.

Iudex tamen contrectationis requiſitus tenetur furem remittere ad Iudicem competentem, eod. num. 7.

Licèt contrarium teneant alij, eod. n. 8.

Qui Iudex loci contrectationis, quamuis non ſit competens debet furem eijcere de Ciuitate, eod. num. 9.

Furtum domeſticum commiſſum per alios quomodo puniatur remiſſiuè, fol. 316. num. 9.

Furtum non committitur ab eo, qui furatur ei, à quo non poteſt aliter conſequi ſuum creditum, eod. num. 1.

Amplia etiam in famulo auferente domino pro ſuo ſalario, fol. 317. n. 2.

Fallit, quando ex d. ſubreptione generaretur ſcandalum, eod. n. 3.

Et quando poteſt haberi copia Iudicis, & aliàs, vt ibi. n. 4.

Quod declaratur, eod. n. 5.

Furtum non committitur per ſurripientem rem ſuam apud alium exiſtentem, quando aliter non poteſt illam recuperare, fol. 317. n. 6.

Cum hypoteca tacita non detur niſi in caſibus in iure expreſſis, fol. 318. n. 2.

Furtum factum in domo præſumitur factum à domeſticis, eod. n. 1.

Et eo magis ab eo, qui ſolus in domo moratur, eod. num. 2.

Et ab eo, qui eſt ſolitus verſari in domo, fol. 319. num. 3.

Et ab eo, qui ex illa viſus eſt exire cum fardello ſub pallio, eod. n. 4.

Et ab eo, qui tempore furti viſus fuit exire, & introire in domo, eod. n. 5.

Et furtum præſumitur factum à vicinis domus, eod. num. 6.

Et ab eo, cuius res repertæ fuerunt in loco furti, eod. num. 7.

Et à famulo, ſeù alio, qui poſt furtum de domo aufugit, eod. n. 8.

Quæ præſumptiones ceſſant in homine bonæ vitæ, & famæ, eod. n. 9.

Fuſtigati publicè non ſunt idonei teſtes, fol. 585. numer. 1.

Fallit ſtante conſenſu partis, eod. n. 2.

G

Gabella fraudata pœna vt ſit locus contra non ſoluentem, requiritur dolus, fol. 321. num. 1.

Et culpa lata non æquiparatur dolo, eod. n. 2.

Vt puta ſi tranſiens crediderit fidedigno, ibi non ſolui gabellam, eod. n. 3.

Et quando gabellarius non eſt in loco, vbi ſoluitur gabella, eod. n. 4.

Et etiamſi non ſoluens gabellam ſit minor, fol. 322. n. 5.

Dolus verò non præſumitur, ſed eſt probandus per gabellarium, eod. n. 6.

Maximè ſi pro excluſione doli concurrant coniecturæ, eod. num. 7.

Et in dubio eſt pronunciandum contra gabellam, vti odioſam, eod. n. 8.

Gabellæ à non ſolutione ignorantia tranſeuntem non excuſat, fol. 322. n. 1.

Amplia etiam quoad forenſem, eod. n. 3.

Niſi ignorantia eſſet probabilis, & iuſta, eod. n. 4

Ignorantia tamen craſſa tranſeuntium non inueſtigantium, an ibi ſoluatur gabella, non excuſat, eod. n. 2.

Procedit quoad pœnam duplicatæ gabellæ, ſecùs quoad pœnam commiſſi, eod. n. 5.

Gabellæ fraudatæ pœna præſcribitur per quinquennium, fol. 323. num. 1.

Et d. pœna non tranſit ad hæredes fraudantis, niſi quando res, quæ inciderunt in commiſſum, ad eos peruenerunt, eod. n. 2.

Gabellam ſi non ſoluant nauta, vel mulio, res non publicantur in damnum domini mercium, ſed ipſi tenentur gabellario, fol. 323. num. 1.

Limita ſtante Statuto, vel conſuetudine in contrarium, eod. n. 2.

Datur tamen actio domino contra mulionem, & nautam, & eis exiſtentibus non ſoluendo, datur reſtitutio contra gabellarium, eod. n. 3.

Gabellarij exigentes gabellam vltra taxam committere dicuntur furtum, fol. 324. n. 1.

Imò

Imò puniuntur capitaliter exigendo gabellam in caſu, quo exigi non debet, eod. n.2.

Et tenentur etiam ad reſtitutionem indebitè exacti, eod. n. 3.

Gabella dicitur fraudata ſtatim, quòd quis tranſiuit per locum, illa non ſoluta, fol. 325. n.1.

Procedit, quando quis exiuit Ciuitatem, vel Caſtrum, aliàs ſecùs, eod. n. 3.

Fallit Statuto, vel conſuetudine ſtante in contrarium, eod. n.4.

Gabellarius non tenetur petere gabellam à tranſeuntibus, eod. n.2.

Gabella fraudata, bona, quæ vehuntur, incidunt in commiſſum, & gabellario, vel fiſco applicantur, eod n. 1.

Ita vt dominium illorum tranſeat in fiſcum ipſo iure, eod. n.2.

Non tamen tranſit poſſeſſio, niſi ſequuta declaratoria, eod. n.3.

Neque publicantur merces, pro quibus non erat ſoluenda gabella, eod. n.4.

Glorians ſe de delicto extraiudicialiter, punitur pœna extraordinaria. fol. 287. n.1.

Cum gloriatio de delicto reputetur pro graui peccato, eod. n.2.

Ita vt Clericus glorians ſe de delicto ſit à beneficio ſuſpendendus, eod. n.3.

Et ſi glorians ſe de delicto fuit ab eo abſolutus, eod. n.4.

Graſſator non dicitur qui vnam, vel duas commiſit in via publica graſſationes, fol.320. n.4.

Gratia Principis ſi ſit nulla, & delinquens ſit captus, eſt excarcerandus, & dimittendus ſubiectus pœnis delicti, fol. 326. num. 1.

Fallit, ſi gratia ſit conceſſa ſub conditione, illa non impleta, eod. n.3.

Vtrùm verò, dum diſputatur ſuper validitate, gratiatus ſit excarcerandus remiſſiuè, eodem, numer. 4.

Gratia Principis, ſi eſt obreptitia, vel ſubreptitia, eſt nulla, fol.327. num.1.

Cum obreptio, & ſubreptio in gratioſis vitient ipſo iure, eod. n.2.

Amplia, vt obtinens gratiam per obreptionem incidat in falſum, eod. n.3.

Et habens gratiam obreptitiam, vel ſubreptitiam poſſit puniri, ac ſi illam non habuiſſet, eodem num. 4.

Licèt contrarium teneant alij, eod. n.5.

Gratia verò quando dicatur obreptitia, vel ſubreptitia, eod. n.7.

Dicitur ſubreptitia, ſi non ſit facta mentio de alio delicto, eod. n.8.

In gratijs conceſſis in feſtis Natalitijs ſubreptio non attenditur, eod. n.9.

Gratia magis vitiatur per obreptionem, quam per ſubreptionem, fol. 328. n.6.

Gratia Principis facta delinquenti latè eſt interpretanda, eod. n.1.

Ratio aſſertur, eod. n. 2.

Licèt alij contrarium teneant, eod. n.3.

Maximè, quando gratia proceſſit ex motu proprio, num. 4.

Latè interpretatur in præiudicium Principis, non autem tertij, eod. n. 5.

Gratia Principis facta cum clauſula, obtenta pace, *illa non habita, non valet, fol. 329. n.1.*

Idem eſt in gratia facta bannitis animo non deliberato bannitis, eod. n 2.

Et in bannitis occidentibus bannitum pro maiori delicto d. qualitate non verificata, eod. n.3.

Gratiatus de delicto in vno loco, quando poſſit moleſtari in alio loco, fol.4. n.7.

Gratiam habens cum hoc, quod non accedat ad locum offenſi non contrauenit per ſimplicem tranſitum, fol.474. n.7.

Neque contrauenit gratia, vel exilio permanendo in Eccleſia, eod. n.8.

Contrariam tenent alii, eod. n.9.

H

HYpoteca pro promiſſione pœna conuentionalis naſcitur à die promiſſionis, fol.330. n.1.

Fallit in pœna legali, pro qua fiſcus non habet hypothecam, niſi à die condemnationis, eodem, num. 2.

Amplia idem eſſe in præcepto de aliquid faciendo, vel non, quia hypoteca naſcitur a die condemnationis, eod. n. 3.

Fallit in præcepto de non offendendo cum clauſula, quòd cautio habeatur pro data, eod. n. 4.

Item, quando fiſcus agit pro damno dato in eius bonis, eod. n.5.

Homicidium aliud dicitur ſimplex, & non præmeditatum, niſi tempore commiſſi homicidij, aliud verò dicitur præmeditatum ante, fol.331. n.1.

Homicidium deliberatum ante punitur pœna mortis, eod. n.2.

Ita vt à d. pœna nulla dignitas excuſet, eod. numer. 3.

Licèt alij contrarium teneant, eod. n.4.

Homicidium autem non præſumitur commiſſum deliberatè, eod. n.5.

Licèt contrarium teneant alij, eod. n.6.

Animus deliberatus probatur præſumptionibus, & coniecturis, fol.332. n.7.

Circa quas ſtatur arbitrio Iudicis, eod. n.8.

Et ita probatur etiam animus non deliberatus occidendi, eod. n.9.

Si tamen adſint coniectura præmeditationis poteſt homicida torqueri ſuper præmeditatione, eod. num.10.

Coniectura præmeditationis recenſentur remiſſiuè, eod. n.11.

Verùm verò, quando de præmeditatione conſtat per coniecturas, ſit locus pœnæ ordinariæ, vel non, vide ibi. n. 12.

Homicidium commiſſum in rixa, vti non doloſum, punitur pœna extraordinaria, fol. 332. n.1.

Ratio

Ratio affertur, eod. n.2.
Licèt contrarium teneant alij, eod. n.3.
Et quando homicidium dicatur commiſſum in rixa declara, vt ibi n.4.
Limita, quando homicida fuit author rixæ, & habuit animum occidendi, eod. n. 5.
Quòd verò fuerit author rixæ, probatur ex coniecturis, eod. n.6.
Quæ coniecturæ debent eſſe graues, & indubitatæ, eod. n.7.
Et tunc non eſt locus, niſi pœnæ extraordinariæ, eod. n.8.
Et animus etiam occidendi probatur ex coniecturis, eod. n.9.
Quæ debent eſſe plures, & plenè probatæ, eod. num. 10.
Et quando plures concurrant coniecturæ vltra generalem præſumptionem, intrat etiam pœna mortis, eod. n.11.
Licèt contrarium teneant alij, eodem, numer. 12.
Coniecturæ verò animi occidendi, vel non, recenſentur remiſſiuè, num. 13.
Homicidium culpoſum dicitur, quod ab occiſore committitur ſinè animo occidendi, fol. 334. num.1.
Homicidij culpoſi plura afferuntur ex culpa, eod. n.2.
Quod punitur tantùm pœna extraordinaria, eod. num. 3.
Etiamſi ſit commiſſum culpa lata, eod. n.4.
Si verò ſit commiſſum culpa leui, vel leuiſſima, non punitur, fol.335. n.5.
Quòd verò non fuerit commiſſum animo occidendi, debet probari. eod.n.6.
Coniecturæ id ſuadentes referuntur remiſſiuè, eod. n.7.
Homicidium caſuale, in quo nec dolus, nec culpa interuenit, non punitur, eod. n.1.
Licèt illud puniri pœna extraordinaria, velint alij, eod. n. 2.
Ita vt ex eo non incurratur irregularitas, eod. num. 3.
Si tamen aliqua præcederet culpa, illud non eſſet impunibile, eod. n. 4.
Quod procedit, ſi culpa eſt præordinata ad caſum, aliàs ſecùs, eod. n.5.
Culpa tamen eſt probanda, fol.336. n.6.
Homicidij caſualis plura afferũtur exempla, n.7
Homicidium proditorium dicitur, quod committitur colore amicitiæ in non præcauentem, fol. 336. num. 1.
Contrarium, quod non ſit neceſſè, illud eſſe commiſſum ſub colore amicitiæ, tenent alij, eod. num. 2.
Ita ut in inquiſitione ſit apponenda clauſula nulla inimicitia præcedente, fol.337. n.3.
Quod impugnatur per P.Graſſet. relatum, eod. num. 4.
Debet tamen eſſe commiſſum homicidium in amicum inſidiosè, eod. n.5.
Et actus amicabiles debent eſſe contemporanei cum homicidio, eod. n.7.
Licèt ſufficere illos præceſſiſſe, teneat P. Graſſet. eod. num.8.
Homicida proditorius licèt nobilis non euitat pœnam furcarum, eod. n.5.
Homicidium proditorium eſt crimen atrociſſimum, eod. n.9.
Homicidium ſi ſit commiſſum in rixa à pluribus, ſi ignoretur à quo, ratione incertitudinis omnes condemnantur in pœnam extraordinariam, fol. 337. num.1.
Licèt contrarium teneant alij, fol.338. n. 2.
Etiam, quando illud fuit commiſſum in rixa vnico vulnere, eod. n.3.
Vel etiam pluribus vulneribus, eod. n.4.
Author tamen rixæ pœna ordinaria eſt puniendus, eod n.6,
Contrarium tenent alij, fol. 339. n.7.
Et idem eſt, quando illud fuit commiſſum ex propoſito, & præcedente tractatu, eod. n.8.
Licèt contrarium teneant alij, eod. n. 9.
Si tamen tractatus fuit de occidendo, ſecùs ſi de vulnerando, eod. n.10.
Contrarium, quando coadunatio fuit facta ad actum illicitum, eod. n.11.
Tractatus verò, & deliberatio debent probari, eod. n.12.
Contumaces verò pro homicidio commiſſo in rixa ſi neſcitur à quo, condemnentur omnes pœna ordinaria, fol. 355. num.13.
Declara, vt ibi. n.14.
Præſentes autem omnes torquentur ad ſciendum, quis fuerit occiſor, fol.340. n.15.
Plura recenſentur ad materiam facientia remiſſiuè, eod. n.16.
Homicidium commiſſum in rixa cum vno, vel pluribus vulneribus à pluribus, & conſtat, qui vulnerauit, non vulnerantes non tenentur de homicidio, fol.340. n. 1.
Secùs eſt, ſi non vulnerantes dederunt auxilium vulnerantibus, eod.n.3.
Declara ſecundò d. concluſionem, eodem, numer 4. & 5.
Homicidium præſumitur potiùs commiſſum in rixa, quàm deliberatè, eod. n 6.
Homicidium præſumitur potius caſuale, quam præmeditatum, fol. 343. n.1.
Contrarium tenet Caball. relatus, ibi. n.2.
Ita ut fiſcus teneatur probare, illud fuiſſe præmeditatum, eod. n.4.
Maximè ſi nulla præceſſit cauſa homicidii, eod. num. 5.
Et inter occiſorem, & occiſum nulla aderat inimicitia, eod. n.6.
Et quando illud fuit commiſſum in conſanguineum, vel beneuolum, n.7.
Et quando occidens, ſequuto homicidio, ſigna diſplicentiæ oſtendit, fol.343. n.8.
Et ſi homicidium factum ſit cum armis, quibus

homi-

homines, vti non ſolent ad occidendum, eodem num. 9.

Homicidium commiſſum in domo præſumitur commiſſum à domino domus, fol. 345. n. 1.

Ita vt vxor mortua in domo præſumatur occiſa à viro, fol. 361. n. 2.

Procedit concurrentibus coniecturis, aliàs ſecùs, eod. n. 3.

Amplia, quando dominus domus aderat ſolus tempore homicidij, eod. n. 4.

Et quando homicidium Curia non denunciauit, eod. n. 5.

Et quando dominus domus ſequuto homicidio aufugit, eod. n. 6.

Et ex d. homicidio inſurgit indicium etiam contra domeſticos, eod. n. 7.

Limita concluſionem ſtante mala fama, & aliis concurrentibus, fol. 34. n. 8.

Licèt contrarium teneant alii, eodem numer. 9.

Sola d. præſumptio ſufficit ad inquirendum, eod. num. 10.

Limita ſecundò, quando dominus domus erat extra domum, eod. n. 11.

Mortuo reperto in domo viri torqueri poteſt vxor, & alii ſerui, eod. n. 12.

Homicidium commiſſum ſinè dolo non punitur pœna ordinaria, fol. 454. n. 2.

Homicidio à pluribus in rixa commiſſo, ſi ignoretur, quis vulnerauerit, & occiderit, poſſunt omnes rixantes torqueri ad ſciendum, quis vulnerauerit, & occiderit, fol. 642. numer. 1.

Torturam autem Iudex in d. caſu debet incipere à magis ſuſpecto, eod. n. 2.

Etiam data paritate indiciorum inter rixantes, fol. 643. n. 3.

Licèt contrarium, quod torqueatur ſolum, qui eſt malæ famæ, teneant alij, n. 4.

Homicidio commiſſo in domo an poſſint torqueri omnes de domo remiſſinè, fol. 642. n. 5.

Homo de ſui natura eſt bonus, & talis de iure præſumitur, fol. 204. n. 2.

Homo calore iræ accenſus non eſt in plenitudine intellectus, fol. 385. n. 2.

Hoſpitalia fundata authoritate Epiſcopi gaudent immunitate, fol. 349. n. 1.

Cum eis competant omnia priuilegia conceſſa Eccleſiis, eod. n. 2.

Etiamſi non ſint fundata dict. authoritate ſec. Nouar. ibi. n. 3.

Et gaudet etiam cæmeterium, licèt ab Eccleſia ſeparatum, fol. 350. n. 6.

Et oratoria fraternitatum erecta authoritate Epiſcopi, eod. n. 7.

Et etiam Cappella, Eremitorium, & alia, vt ibi. n. 8.

Et Monaſteria Religioſorum quoad totam clauſuram, & alia, vt num. 9.

Nec non Palatia DD. Cardinalium extra Vrbem, ibi. num. 10.

Et Palatia Epiſcoporum, eod. n. 11.

Etiamſi illa diſtent ab Eccleſia vltra, 40. paſſus, fol. 351. n. 12.

Licèt aliqui teneant contrarium, eod. n. 13.

Gaudent etiam domus Eccleſiæ Canonicorum, Parochorum, & alia, eod. n. 14.

Hoſpitale cenſetur fundatum authoritate Epiſcopi, ſi in eo celebretur, fol. 266. n. 4.

Imò contrarium tenent plures, eod. n. 5.

I

IMmunitate gaudet confugiens ad Sacerdotem portantem Sac. Euchariſtiam, fol. 351. n. 15.

Immunitate Eccleſiæ omnes gaudent præter exceptos in Bulla Greg. XIV. fol. 439. n. 2.

Immunitate gaudent plura loca, de quibus ſupra in ver. Hoſpitalia.

Immunitate Eccleſiæ gaudent occidens, vel mutilans alicui membrum in Eccleſia, vel cæmeterio, fol. 351. n. 1.

Ita vt capi poſſit etiam alia Eccleſia, fol. 352. num. 2.

Et idem eſt in committente in Eccleſia alia grauia delicta, eod. n. 3.

Contrarium tenent plures Doct. eod. n. 4.

Et etiam in occidente, vel mutilante propè Eccleſiam ſub ſpe illius, eod. n. 5.

Contrarium, imò illum gaudere, tenent alii, eod. num. 6.

Concorda d. opiniones, vt ibi. fol. 353. n. 7. & 8.

Amplia, occidentem in Eccleſia non gaudere etiam prouocatum, eod. n. 9.

Contrarium tenent alii, eod. n. 10.

Maximè ſi id faciat ad defenſionem, eod. n. 11.

Gaudet tamen occidens in ſcalis, tecto, domo Canonicorum, & ſimil. n. 12.

Vulnerans verò in Eccleſia ſinè mutilatione gaudet eod. n. 13.

Membrum quodnam dicatur in propoſito, declaratur, fol. 354. n. 14.

Impubes pubertati proximus, & doli capax examinatur medio iuramento, fol. 432. n. 12.

Contrarium tenent alii, eod. n. 13.

Impubes an poſſit teſtificari de ijs, quæ vidit in pupillari ætate remiſſinè, eod. n. 19.

Impunitate conceſſa à Principe reuelanti delictum non gaudet author criminis, fol. 355. n. 1.

Neque illa gaudent complices, & participes crimnoſi, niſi in crimine læſæ Maieſtatis, ibid. num. 2. & 3.

Fallit, ſi edictum mandet contrarium, eod. n. 4.

Particeps tamen criminis poteſt torqueri contra nominatum, eod. n. 5.

Mandatarius verò in d. caſu venit appellatione principalis, non mandans, eod. n. 6.

Licèt mandantem dici principalem, voluerint alii, fol. 356. n. 7.

Et verba edicti, Dummodo non ſit de principalibus

palibus, in quibus verificentur, eod.num.8.

Indicium ad torturam aliud dicitur proximum, & aliud remotum, fol.356.num.1.

Proximum dicitur, quod reſpicit veritatem rei, & delicti per ſeaſum viſus, vel auditus, remotum verò, quod reſpicit illius circumſtantias, eod. num.2.

Indicium vnum proximum ſufficit ad torturam, indicia verò remota requiruntur duo, fol. 357. numer. 3.

Licèt, ex vno indicio remoto poſſe reum torqueri, teneant alij, eod.num.4.

Si cum indicio vno remoto concurrant adminicula, aliàs ſecùs, eod.num.5.

Et adminicula ſint plura, eod.num.6.

Si tamen indicium remotum ſit valdè inferens delictum, poteſt ex eo deueniri ad torturam, & dantur exempla, eod.num. 7.

Indicia alia ſunt dubitata, alia indubitata, eod. num. 1.

Indubitata ſunt, quæ mouent animum Iudicis ad neceſſariò credendum, ita vt non poſſit credere contrarium; dubitata verò ſecùs, fol.358.n.2.

Alij verò aliter indicia indubitata deſcribunt, vt nu.3.

Exempla plura indiciorum indubitatorum afferuntur, eod.n.4.& 5.

Indicium indubitatum adulterij inſurgit ex concubitu ſoli cum ſola, & nudi cum nuda, eod. numer. 6.

Et ex perſecutione contra aliquem cum gladio, qui repertus fuit vulneratus, eod.n.7.

Contra tamen iudicia indubitata admittuntur probationes, eod.n.8.

Indicijs ex indubitatis non poteſt reus condemnari in pœnam ordinariam, ſed in extraordinariam tantum, fol.359.num.1.

Licèt contrarium teneant alij, eod.n.2.

Neque in pœnam corporalem, ſed in pecuniariam tantùm, eod.n.3.

Contrarium tenent plures Doctores, fol. 360. num.4.

Maximè, ſi Statutum imponat tantùm pœnam corporalem, eod.num.5.

Limita, quando indicia indubitata ſunt perfectè probata, aliàs ſecùs, eod.n.6.

Et quando non ſunt debilitata per contrarias vel præſumptiones, eod n.7.

Indicia plura dubitata coniunguntur ad faciendum vnum indicium indubitatum, eod.num.8.

Et vnum indicium indubitatum ſufficit ad condemnandum, eod.n.9.

Eſt autem in facultate Iudicis reū torquere, vel illum ex d. indicijs condemnare, fol. 361.nu.10.

Indicium facit ad torturam teſtis vnus de viſu, vel auditu proprio immediatè de delicto, cum deponat de indicio proximo, eod.n.1.

Cum ex d.depoſitione reſultet ſemiplena probatio, quæ ſufficit ad torturam, eod.n.2

Procedit, ſi d.teſtis ſit omni exceptione maior, eod. num.3.

Etiam in criminibus exceptis, & atrociſſimis, fol.362.n.4.

Niſi tamen inquiſitus eſſet vir malæ famæ, eod. num. 5.

Vel cum dicto teſtis concurrerent adminicula, eod. num.6.

Vel ageretur de delicto difficilis probationis, eod.num.7.

Non facit indicium, licèt, omni ſit exceptione maior, quando contra eius dictum militat aliqua præſumptio, eod.num.8.

Neque, quando reus eſt bonæ famæ in Tribunali S.Officij, eod.nu.9.

Indicia remota ſunt probanda per duos teſtes, fol. 362.num.1.

Idem eſt in quolibet indicio leui, coniectura, & adminiculo, fol.363.n.2.

Et teſtes illa probantes debent eſſe omni exceptione maiores, eod.num.3.

Licèt aliqui contrarium teneant, eodem numer.4.

Etiam in delictis occultis, & exceptis, eod. num.5.

Et d. teſtes debent eſſe etiam conteſtes, eod. num.6.

Declara, vt num.7.

Indicia quando ſunt imperfecta in ſubſtantia indicij vt fama, fuga, &c. ſi ſunt plenè probata coniunguntur, ita vt ſufficiant ad torturam, fol. 364. num.1.

Si verò ſunt imperfecta in ſubſtantia indicij, & probatiuis, vt quia non ſunt legitimè probata, non coniunguntur, eod. n.2.

Declara, vt ibi num.3.

Indicia vt ſufficiant ad torturam, debent eſſe vrgentia, grauia, & luce meridiana clariora, fol. 364. num.1.

Et leuia, dubia, & æquiuoca non ſufficiunt, fol.365.n.2.

Et debent eſſe concludentia, et valdè inferentia ad delictum, eod.n.3.

Et illa debent eſſe legitima etiam in caſu difficilis probationis, eod.n.4.

Indicium ad torturam deſumi non poteſt ex actu bono, eod.n.5.

Indicia leuiora ſufficiunt ad torturam in delictis difficilis probationis, quàm in alijs, fol. 365. nu.1.et fol.635.n.1.

Indicia non eſſe ſufficientia ad torturam, in dubio eſt pronunciandum, fol.366.num.1.

Et non eſſe locum torturæ, eod.n.3.

Ratio affertur, eod n.2.

Indicium inſurgit ad torturam contra habentem gladium ſanguinolentum, fol. 370. numeru 4.

Indicium ad torturam facit forma pedis reſpondens formæ pedis accuſati, eod.n.1.

Alijs concurrentibus adminiculis, aliàs ſecùs, eod.n.2.

Et non

Et non operatur contra virum bonæ famæ, eod. num. 3.

Indicium ad torturam facit res alicuius inuenta in loco delicti, fol. 370. n. 4.

Indicia leuiora ſufficiunt ad torturam in delictis difficilis probationis, fol. 635. n. 1.

Ratio affertur, eod. n. 1.

Et in eis Iudex debet eſſe promptior ad torquendum, fol. 636. n. 3.

Dicta tamen indicia debent eſſe legitima, eod. num. 4.

Et debent eſſe tangentia delictum, eodem num. 5.

Inimicitia capitalis facit indicium ad torturam, ſecùs, ſi ſit leuis, fol. 371. n. 1.

Ratio affertur, eod. n. 2.

Et ſufficit, cauſam inimicitiæ adeſſe, licèt quis ſe talem non oſtendat, eod. n. 3.

Quæ probat etiam animum deliberatum occidendi, eod. n. 4.

Inimicitia verò facit indicium concurrentibus adminiculis, aliàs ſecùs, eod. num. 5.

Fallit in delictis occultis, & difficilis probationis, eod. n. 6.

Licèt alij contrarium teneant, eod. n. 7.

Sola tamen ſufficit ad inquirendum, & conſtituendum, eod. n. 8.

Licèt alii contrarium teneant, fol. 372. numer. 9.

Inimicitia non facit indicium ſequuta pace de longinquo, ſecùs ſi de recenti, eod. n. 10.

Licèt contrarium teneant aliqui Doctores, eod. num. 11.

Et nunquam facit indicium, ſi ſequuti ſint actus amicabiles, eod. n. 12.

Inimicitia non facit indicium ſtante pluralitate inimicorum, fol. 372. n. 13.

Nec quando fuit præſtita cautio de non offendendo, eod. n. 14.

Contrarium tenent aliqui, eod. n. 15.

Nec, quando inimicus confeſſus fuit ſua peccata Sacerdoti, eod. n. 16.

Inimicitia capitalis quæ dicatur remiſſiuè, eodem num. 17.

Inimicitia non præſumitur, ſed illa eſt probanda, fol. 373. n. 1.

Ratio affertur, fol 293. n. 2.

Et eſt probanda etiam cauſa inimicitiæ, eod. num. 3.

Et inimicitia probatur per coniecturas, eodem num. 4.

Cauſa tamen illius debent concludentes probari, eod. n. 5.

Illam tamen probari per teſtes ſingulares deponentes de diuerſis cauſis, eod. n. 6.

Inimicos, ſi incedens armatus, nihil dicto, inimicum occidat, præſumitur, illum præmeditatè occidiſſe, fol. 374. n. 1.

Licèt contrarium teneant alii, eodem numer. 3.

Et eò magis, ſi appareat, inimicum antea decreuiſſe illum occidere, eod. n. 4.

Inimicitia, quando conſtat de certo delinquente, qui potuit delinquere ex cauſa propria non facit indicium contra alium de mandatu, vel conſilio, fol. 374. n. 1.

Ratio affertur, eod. n. 2.

Iniuria parit duplicem actionem, ciuilem, & criminalem, fol. 375. n. 1.

Intentata autem actione ciuili, non poteſt intentari criminalis, eod. n. 2.

Limita, ſi actio ciuilis fuerit intentata ad damna, & intereſſe, eod. n. 3.

Si verò fuerit intentata actio criminalis, poteſt moueri actio etiam ciuilis, eod. n. 4.

Quòd verò non poſſit intentari ciuilis ad iniuriæ æſtimationem, eod. n. 5.

Iniuriatus verbaliter non poteſt pro defenſione percutere iniuriantem, fol. 201. n. 1.

Fallit quando iniuria verbalis fuit illata nobili per plebeium, eod. n. 2.

Et quando pro d iniuria non licèt ſine ignominia Iudicem adire, eod. n. 3.

Iniuria verbalis quando poſſit alia verbali iniuria propulſari, eod. n. 4.

Iniuriarum crimen præſcribitur per annum tantùm, fol. 216. n. 16.

Inquiſitio requirit indicia grauia, & vrgentia, nec ſufficiunt leuia. fol. 49. n. 2.

Inquiſitores hæreticæ prauitatis poſſunt habere familiam armatam, fol. 231. n. 1.

Inquiſitio de conſuetudine formari poteſt in omnibus delictis, fol. 377. n. 1.

Ita vt illa non tollatur per conſuetudinem, eod. num. 2.

Fallit in crimine adulterii. eod. n. 3.

Licèt contrarium teneant alii, eod. n. 4.

Inquiſitio non poteſt tranſmitti non conſtito de corpore delicti, eod. n. 1.

Et debent etiam præcedere legitima indicia, fol. 378. num. 2.

Quod procedit parte opponente, aliàs ſecùs, eod. num. 3.

Indicia verò debent eſſe grauia, & aliquantò minora, quàm ad torturam, eod. n. 4.

Licèt contrarium teneant aliqui, eodem numer. 5.

Et ſufficit aſſertio vulnerati iurata cum fuga inquiſiti, eod. n. 6.

Requiritur etiam diffamatio pro illius validitate, eod. n. 7.

Quod hodiè de conſuetudine non eſt neceſſarium, eod. n. 8.

Inquiſitio debet eſſe clara, & continens omnes qualitates delicti, fol. 379. n. 1.

Cum illa habeat vim libelli, eod. n. 2.

Ita vt, ſi ſit alternatiua, non valet, eod. num. 3.

Et debet continere locum, & tempus, annum, & menſem commiſſi delicti, eod. n. 4.

D *Etiam*

Etiam parte non opponente, eod. n. 5.

Licèt contrarium teneant alii, eod. n. 6.

Quod procedit in delictis momentaneis, non in ſucceſſiuis, eod. n. 7.

Non requiritur tamen expreſſio dici, eodem num. 8.

Et qualitates ſunt ita exprimendæ, vt, ſi ſit expreſſum vulnus cum cicatrice, & cicatrix non ſit probata, inquiſitus ſit abſoluendus, eodem num. 9.

Et idem, ſi ſit expreſſum vnum tempus, & ſit probatum de alio, fol. 380. n. 10.

Si verò qualitas non ſit in inquiſitione, ſed ſit probata in proceſſu, ſequi poteſt condemnatio, eod. num. 12.

Inquiſitionis qualitas ſi detrahatur de proceſſu, eſt reo notificanda, eod. n. 11.

Inquiſitio quando eſt nulla, vel inepta, eſt nullus etiam proceſſus, & alia ſubſequuta, eodem num. 1.

Inſtigator non continetur nomine partis, fol. 381. num. 1.

Inſtigator dicitur, qui inſtat, inquiri ſubminiſtrando teſtes, & oneri probationum non ſe alligat, eod. num. 2

Inſtigatoris citatio non requiritur, niſi ille inſtet, citari, eod. n. 3.

Quo caſu habetur loco partis, & accuſatoris, & damnatur in expenſis, eod. n. 4.

Licèt contrarium teneant alii eod. n. 5.

Inſtrumentum, vel teſtes intendens redarguere de falſo poteſt interrogare producentem, an illis vti velit pro veris, cui producens tenetur clarè reſpondere, fol. 257. n. 1.

Licèt, illum poſſe reſpondere conditionaliter, teneant alii, eod. n. 2.

Et eò magis, quando ei fuit aſſignatus terminus ad ſe informandum, eod. n. 3.

Siuè producens ſit informatus de falſitate, ſiuè non, fol. 256. n. 4.

Licèt aliqui teneant contrarium, eod. n. 5.

Et eò magis tenetur præcisè reſpondere, quando ita inſtatur ex aduerſo, eod. n. 6.

Et ſi reſpondeat dubitatiuè, inſurgit præſumptio falſi, eod. n. 7.

Valet reſponſio velle vti, donec certificatus ſit de falſitate, eod. n. 8.

Iudex verò tenetur aſſignare terminum ad ſe informandum, eod. n. 9.

At petens reſponderi, debet ſpecificare locum præciſum falſitatis, eod. n. 10.

Quæ declaratio eſt facienda per principalem met, eod. n. 11.

Et pendente declaratione eſt in cauſa ſuperſedendum, eod. n. 12.

Reſpondens verò, nolle vti excuſatur à pœna, eod. num. 13.

Quæ interrogatio non poteſt fieri per Iudicem, ſed ſolùm per partem, eod. n. 14.

Reſponſio verò, nolle vti, quomodo ſit concipienda, fol. 257. num. 15.

Inſultatus ſi pro ſe defendendo apprehendat tertium, ſi ille tertius occidatur, non tenetur de homicidio, fol. 341. num. 1.

Non tamen eſt immunis ab aliqua pœna extraordinaria, fol. 342. n. 2.

Interpretatio ſemper eſt facienda, per quam delictū excluditur, fol. 381. n. 1.

Ita vt ſemper cenſeatur factum illud, quod mereтur minorem pœnam, fol. 382. n. 3.

Et per quam excluditur crimen falſi, eodem num. 4.

Et per quam pœnam conuentionalis non cenſeatur commiſſa, eod. n. 5.

Et quæ excludit vſuram, fol. 403. num. 6.

Et vt actus cenſeatur factus loco, & tempore licitus, eod. n. 7.

Et vindicta minata intelligatur de vindicta per viam iuris, eod. n. 8.

Et vt conſilium alicui datum intelligatur in bonam partem, eod. n. 9.

Et quod interueniens in rixa intelligatur, vti mediator, interueniſſe, eod. n. 10.

Et interpretatio ſit capienda, quæ excludit ſimoniam, eod. n. 11.

Interpretatio benignior ſemper eſt facienda, fol. 382. num. 2.

Interrogatoria, quæ datur per reum, alia ſunt intentionalia, alia verò cohærentia, fol. 383. num. 1.

Intentionalia habentia vim articulorum non admittuntur, eod n. 2.

Neque in cauſa ciuili, eod. n. 3.

Imò ſunt per Iudicem reſecanda, eod. num. 4.

Idem eſt in interrogatoriis cauilloſis, impertinentibus, & ſimil. eod. nu. 5.

Reus autem ad actum reſecationis eſt citandus, eod. num. 6.

Maximè dùm non docetur de iuſtitia reſecationis, eod. n. 7.

In dubio tamen illa non ſunt reſecanda, eodem num. 8.

Interrogatoriorum rei copia non eſt danda fiſco, nec accuſatori, fol. 383. n. 1.

Quod procedit etiam in ciuilibus, eod. n. 2.

Interrogari non poteſt teſtis ſuper iis, quæ crimen, infamiam, & turpitudinem illius continent, fol. 384. n. 1.

Licèt alii ſentiant contrarium, eod. n. 2.

Siuè teſtis in genere, ſiuè in ſpecie ſuper crimine interrogetur, eod. n. 3.

Licèt contrarium velint alii, eod. n. 4.

Si tamen teſtis ſuper crimine reſpondeat, ſibi imputet, eod. n. 5.

Tenetur tamen reſpondere ad omnia, quæ illum inhabilem reddunt, eod. n. 6.

Iræ calor dicitur durare per 30. dies, fol. 386. num. 6.

Alii tenent, illum durare per aliquot dies, eod. num. 7.

Alii

Alij verò etiam poſt annos ad fugiendam pœnam ordinariam, eod.n.8.

Alij autem per 24. horas tantùm, eodem numer.9.

Et alij vſque ad duodecim horas eod.n.10.

Dummodo delinquens ad extraneos actus non diuerterit, eod.n.11.

Id tamen remittitur arbitrio Iudicis, eod. num.12.

Iudæus teſtis eſſe non poteſt contra Chriſtianum, fol. 594.num.1.

Etiamſi ſit noniter ad fidem conuerſus, eodem num.2.

Limita in criminibus exceptis, eod.n.3.

Et quando examinatur contra alium Iudæum, eod.num.4.

Et quando veritas aliter haberi non poteſt, eod. num.5.

Iudex ordinarius habens arbitrium non poteſt illud extendere vſque ad mortem, fol.388.n.1.

Licèt aliqui contrarium teneant, eodem numer.2.

Maximè, quando delictum non eſt conſumatum, eod.num.3.

Et quando in ſimili delicto de iure, vel conſuetudine non ſolet imponi pœnam mortis, eod. num.4.

Et quando ſtatutum imponit certam pęnam, fol.389.n.5.

Et quando Index eſt pedaneus, ſecùs ſi ſit de maioribus, eod.n.6.

Limita concluſionem in delicto graui, & atroci, eod.n.7.

Et idem poteſt facere Princeps, eod.n.8.

Et Iudex ipſe conſulto Principe, eod.n.9.

Iudex abſolutus per ſindicatores non poteſt per alium Iudicem moleſtari, fol.3.n.1.

Tàm de iure ciuili, quàm Canonico, eodem num.2.

Etiamſi ſit abſolutus ob lapſum temporis ad querelandum, eod.num.3.

Limita d. concluſionem pluribus modis remiſſiuè, fol.4.n.4.

Iudicem non ſalutans nudato capite punitur ratione irreuerentiæ, fol.460.n.1.

Amplia etiam in Clerico non ſalutante Iudicem laicum, eod.num.3.

Cum Iudex quicunque repræſentent Principem, eod.num 2.

Iudex non poteſt ſine cauſa pœnas augere, vel minuere, fol.499.n.1.

Tàm in pęnis legalibus, quàm ſtatutarijs, eod. num.2.

Etiamſi procedatur per accuſationem, fol. 400.num.3.

Licèt contrarium teneant alij, eod.n.4.

Amplia in Principe, cui omnes pęnæ ſunt arbitrariæ, eod n.5.

Et ſtante conſuetudine delinquendi, eodem num.6.

Subamplia pluribus modis, vt n.7.

Non poteſt pœna ob conſuetudinem extendi vſque ad mortem, eod.n.8.

Contrarium tenet Ant. de Ball. *relatus, eod. num.9.*

Pœna tamen non poteſt augeri poſt ſententiam, eod.num. 10.

Neque poteſt augeri, niſi per Iudices maiores, eod.num.11.

Iudex an poſſit commutare pœnam in aliam minùs ignominioſam remiſſiuè, fol.500.n.12.

Iudex quando torquet reum conuictum, & illum interrogat ſuper facto principali, proteſtatio per eum facta nihil operatur, fol. 535. numer.12.

Iudicem offendens tempore ſindicatus ratione officij punitur, ac ſi durante Officio illum offendiſſet, fol. 551.num.1.

Licèt, illum eſſe puniendum pœna extraordinaria, teneant alij, eod.num.2.

Fallit, quando Officialis offendentem iniuriaſſet, eod.n.3.

Et quando offenſa non fuit facta ratione officij eod.num.4.

Quando verò offenſa dicatur facta ratione officij, necne, eod.n.5.

Iudices boniè non ſindicantur, niſi de dolo, & barattaria, fol 552.n.1.

Quando dicantur committere barattariam, eod. num. 2.

Fallit in Vicarijs Epiſcoporum, qui non ſindicantur. fol.553.n.3.

Iudex committens barattariam qua pœna puniatur, eod.num.4.

Iudex durante officio non poteſt accuſari, & ſindicari, fol.553.n.1.

Fallit in crimine barattariæ, eodem numero 2.

Et pro delictis commiſſis extra officium ſuum eod.num 3.

Maximè pro furto commiſſo ratione Officij, eod. num.4.

Iudex conuictus de dolo, & barattaria, ſiuè de alio delicto commiſſo ratione officij non appellat, eod. num.5.

Iudex tenetur aſſignare terminum ad perquirendum, & certiorandum, & conducendum reum abſentem inquiſitum illum petenti, fol. 119.num.4.

Ad quem petendum quilibet admittitur etiam ſinè mandato, eod n.5.

Ita vt illo, negato, proceſſus ſit nullus, vel reſcindendus, eod.n.6.

Procedit, probata abſentia, aliàs ſecùs, eod. num.7.

Contrarium tenent alij, eod.n.8.

Milliaria autem 20. pro qualibet die ſunt aſſignanda, eod.n.9.

Iudex facilior eſſe debet in abſoluendo reum, quàm in condemnando, fol.5.n.1.

Etiam, quòd probationes illius, & fiſci ſint pares, fol. 6, num. 2.

Imò etiamſi probationes fiſci in aliquo præponderent, eod. num. 3.

Iudex originis, & domicilij poteſt punire ſubditum de delicto commiſſo extra Territorium, fol. 296. num. 1.

Licèt alij contrarium teneant. eod. num. 2.

Maximè ſi Iudex originis procedat per accuſationem, eod. num. 3.

Imò, & ſi procedat per inquiſitionem, eod. num. 4.

Licèt contrarium teneant alii, fol. 295, num. 5.

Maximè ſtante Statuto mandante procedi per inquiſitionem, eod. num. 6.

Et ſi delinquens ſit præſens, ſiuè abſens, eod. num. 7.

Eſt tamen remittendus Iudici delicti id petenti, eod. num. 8.

Etiamſi Iudex originis, vel domicilii præuenerit, eod. num. 9.

Licèt contrarium teneant alii, eod. num. 10.

Non remittitur, quando Iudices ſunt ſub diuerſis Principibus, eod. num. 11.

Iudex, quando deuenit ad torturam ex indiciis probatis per teſtes ſingulares, qui ſunt extra duos, & idoneos, debet temperare arbitrium ſuum. fol. 363. num. 8.

Iudex ſinè legitimis Indiciis neminem poteſt ponere inter reos, fol. 365. num. 1.

Aliàs deſumeret arma de domo rei; fol. 366. num. 2.

Et eò magis, ſi non conſtet de corpore delicti, eod. num. 3.

Sufficiunt tamen ad reum conſtituendum indicia pro tranſmittenda inquiſitione neceſſaria, eod. num. 4.

Iudex poteſt procedere contra portantem arma per inquiſitionem, ſtante ſtatuto prohibente delationem armorum, fol. 31, num. 1.

Maximè ſi Statutum id concedat fol. 32. numer. 2.

Prout conceditur contra portantes archibuſetta, eod. num. 3.

Limita quando Statutum punit inuentum cum armis, eod. num. 4.

Contrarium tenent plures Doct. eod. num. 5.

Iudex faciens carcerare ſine indiciis legitimis tenetur in ſindicatu, fol. 86. num. 12.

Iudex laicus, vel eius miniſtri non poſſunt Clericum inuentum cum armis illis eum ſpoliare, & auferre, fol. 389. num. 1.

Licèt alii contrarium teneant, fol. 390, num. 2.

Neque poſſunt ei auferre canes, & retia, dum venatur, eod. num. 3.

Licèt alii teneant contrarium, eod. num. 4.

Limita, ſtante conſuetudine vetuſtiſſima id permittente, eod. num. 5.

Quod non placet Spere ll, *relat. eod. num. 6.*

Iudex laicus, & eius miniſtri non poſſunt commorantem in Eccleſia armis ſpoliare, & illa auferre, fol 390. num. 1.

Licèt alii teneant contrarium, fol. 391. num. 2.

Neque poſſunt furi exiſtenti in Eccleſia auferre rem furatam, eod. num. 3.

Licèt aliqui teneant contrarium, eod. num. 4.

Neque poſſunt monetario in Eccleſia auferre monetam falſam, eod. num. 5.

Neque poſſunt auferre debitori exiſtenti in Eccleſia auferre bona propria creditoribus obligata, neque de licentia Epiſcopi, eod. num. 6.

Licèt contrarium teneat Peregr. *relatus, eod. num. 7.*

Iudex laicus nullum actum contentioſæ Iuriſdictionis poteſt exercere in Eccleſia, vel eius domibus vel Cœmeterio, fol. 391. num. 1.

Neque in hoſpitali Epiſcopi authoritate fundato, fol. 392. num. 2.

Ita vt omnes actus in Eccleſia facti ſint nulli, eod. num. 3.

Quos laicus non poteſt exercere, neque cum licentia Epiſcopi, eod. num. 4.

Licèt contrarium teneant Guazzin. *relatus, eod. num. 5.*

Poteſt tamen id facere in Domibus Eccleſiæ cum licentia Epiſcopi, eod. num. 6.

Sicut poteſt in Eccleſia facere actus voluntariæ iuriſdictionis, eod. num. 7.

Iudex delegatus in citatione debet inſerere, & tranſmittere copiam ſuæ commiſſionis, aliàs proceſſus eſt nullus, fol. 392. num. 1.

Ratio affertur, fol. 393. num. 2.

Licèt alii contrarium teneant, eod. n. 3.

Limita quandò Princeps eſt in loco, eod. numer. 4.

Et quando citatio non fuit in partibus longinquis, eod. num. 5.

Et quando de ſtilo d. copia non ſolet tranſmitti, eod. num. 6.

Iudex ſi profert ſententiam condemnatoriam in criminalibus contra reum, poteſt etiam illum condemnare ad intereſſe partis, fol. 393. num. 1.

Ratio affertur, eod. num. 2.

Ita vt Iudex non ſolùm poſſit id facere, ſed teneatur, eod. num. 3.

Licèt contrarium teneant alii, vt fol. 394. n. 4.

Et prædicta procedunt, ſiuè reus ſit confeſſus, quàm conuictus, eod. n. 5.

Fallit concluſio reo in contumacia condemnato, eod. num. 6.

Contrarium tenent Doct. eod. n. 7.

Et quando Iudex reum abſoluit, eod. n. 8.

Et quando reus condemnatur pœna extraordinaria, eod. num. 10.

Licèt contrarium teneant alii, eod. n. 11.

Et Fallit etiam in condemnato pro exceſſu, fol. 395. n. 12.

Si tamen reus ſit conuictus, poteſt condemnari ad intereſſe omiſſa condemnatione criminali ſecundùm aliquos, fol. 394. n. 9.

Iudex poteſt procedere contra iniuriantem ſe ipſum ratione officij, aliàs ſecùs, fol. 395. n. 1.
Et contra iniuriantem eius filios, & familiam ratione officij, eod. n. 2.
Etiam, quando iniuria eſt notoria, licèt facta vti priuato, eod. n. 3.
Licèt contrarium teneat Carleual. relatus, eod. num. 4.
Quo caſu Iudex poteſt punire iniuriantem etiam ſinè proceſſu, eod. n. 5.
Dummodo pæna ſit determinata à lege, eod. n. 6.
Quando iniuria eſt facta vti priuato poteſt iniuriantem carcerare, fol. 396. n. 7.
Et quando iniuria ei dicatur facta ratione officij, vel perſonæ, probatur ex coniecturis, eod. n. 8.
Iudex, qui vidit, aliquem delinquere, non poteſt illum ex ſuo viſu condemnare, eod. n. 1.
Niſi delictum ſit factum eo ſedente pro Tribunali, eod. n. 3.
Requiritur tamen etiam tunc citatio delinquentis, eod. n. 4.
Et quando poteſt illum condemnare, poteſt contra illum inquirere, eod. n. 5.
Iudex debet iudicare ſecundùm acta, & probata, fol. 396. n. 2.
Iudex delegatus non acquirit iuriſdictionem ante præſentationem reſcripti, fol. 397. n. 1.
Etiamſi ſciat eſſe delegatum, eod. n. 2.
Ita vt Iudex ante illius præſentationem nihil facere valeat, eod. n. 3.
Et de d. præſentatione debet apparere in actis eod. n. 4.
Ita vt commiſſio non præſentata in actis non inducat litis pendentiam, eod. n. 5.
Iudex non poteſt bannire delinquentem, vel relegare, niſi à loco, vel in loco ei ſubdito, fol. 397. n. 1.
Fallit, quando eſſet locus originis, domicilij, vel delicti, eod. n. 2.
Fallit ſecundò de generali conſuetudine, eo. n. 3.
Quando dicatur locus non ſubditus habetur, eod. num. 4.
Iudex examinando teſtes tenetur recipere integram illorum depoſitionem, ſinè pro, ſinè contra reum, fol. 398. num. 1.
Ratio aſſertur, eod. num. 2.
Ita vt Iudex diuidens dicta teſtium non ſit immunis à falſo, eod. n. 3.
Maximè delato reo iuramento, eod. n. 4.
Quicquid voluerit Scac. relatus, eod. n. 5.
Niſi tamen adeſſet grauis ſuſpicio ſubornationis teſtium, eod. n. 6.
Iuramentum non validet pacem factam per puberem, vel impuberem ſinè authoritate Tutoris remiſſiuè, fol. 488. n. 13.

L

Laicus ſi percutiat laicum in Eccleſia, delictum eſt mixti fori, ita vt inter Iudices ſit locus præuentioni, fol. 207. num. 1.
Licèt contrarium tenuerint alij, eodem numer. 2.
Etiamſi laicus percutiat in Eccleſia Clericum, eod. num. 3.
Ita vt Iudex Eccleſiaſticus poſſit imponere contra laicum etiam pœnas corporales citra ſanguinem, eod. n. 4.
Licèt contrarium teneant alij, eod. n. 5.
Et etiamſi laicus percutiat alium in Oratorio priuato, eod. n. 6.
Ac etiam in furante in Eccleſia, eod. num. 7.
Fallit in laico percutiente in Parlatorio Monialium, fol. 210. n. 8.
Si autem reus ſit contumax, non eſt locus præuentioni, ſed vterque Iudex procedit, eod. numer. 9.
Laicus, & Clericus ſi delinquant, omnes puniuntur per Iudicem Eccleſiaſticum, eod. n. 1.
Licèt plures teneant contrarium, fol. 211. numer. 2.
Maximè ſi Eccleſiaſticus præueniat in captura laici, eod. n. 3.
Et remiſſionem ad Eccleſiaſticum poſſunt petere ipſi laici, eod. n. 4.
Etiamſi inter plures laios vnus adeſſet ſolus Clericus, eod. n. 5.
Et idem eſt in pluribus hæredibus, vel conſortibus litis, inter quos ſi vnus Clericus, eod. num. 6.
Quod procedit, ſi cauſa ſit indiuidua, aliàs, ſecùs eod. n. 7.
Licèt contrarium teneat Gratian. relatus, eod. num. 8.
Limita concluſionem, quando delictum eſt indiuiduum, aliàs ſecùs, eod. n. 9.
Licèt diuiduitatem in delicto non dari, teneant alij, fol. 212. n. 10.
Et quid, ſi Eccleſiaſticus non poſſit imponere pœnam ſanguinis, eod. n. 11.
Latro publicus non dicitur, qui ſemel, vel bis in via publica tranſeuntes ſpoliauit, fol. 320.
Et licèt latro publicus dicatur, qui palam, & publicè furatur, eod. n. 2.
Vt tamen dicatur talis, requiritur frequentia actuum, fol. 321. n. 3.
Neque qui pluriès in via priuata furatur, eod. num. 5.
Et quis dicatur latro publicus ne fruatur immunitate Eccleſiæ remiſſiuè, eod. n. 6.
Legitima filiorum eſt deducenda ex bonis patris confiſcatis, fol. 349. num. 1.
Statim ſequuta condemnatione, eod. n. 3.
Et deducenda ſunt alimenta, ſi legitima pro eis non ſufficiat, eod. n. 4.
Etiam donec ſequatur condemnatoria, eod. num. 5.
Et deducuntur etiam dotes filiarum, fol. 400. num. 6.
Licèt pater ſit condemnatus pro crimine læſæ Maieſtatis, eod. n. 7.

Imò ſi filii ſunt tres vel vltra, capiunt totum patrimonium, eod. n. 8.

Fallit, patre condemnato pro crimine laſæ Maieſtatis, eod. n. 9.

Licèt alii contrarium teneant, eod. n. 10.

Debentur tamen filiis alimenta, eod. n. 11.

Licèt alii teneant contrarium, eod. n. 12.

Fallit ſecundò, patre condemnato de hæreſi, eod. num. 13.

Quicquid contrarium teneant alii, eod. n. 14.

Debentur tamen filiæ alimenta, eod. n. 15.

Licèt alii contrarium teneant, fol. 401. n. 16.

Debetur legitima filiis, patre damnato de hæreſi, vti ſuſpecto, n. 17.

Item debetur legitima parentibus, filio damnato de hæreſi, fol 422. n. 18.

An verò tunc filiabus debeantur dotes remiſſiuè, ibi. n. 19.

Legitimam pater non tenetur ſoluere fiſco pro filio condemnato in pœnam confiſcationis bonorum, fol. 402. n. 1.

Etiamſi delictum filij ſit laſæ Maieſtatis, fol. 403. num. 2.

Ac etiamſi pater filio in vita aliquid aſſignaſſet, eod. n. 3.

Fallit, ſi filius carceratus pro delicto petat à patre legitimam ad ſe liberandum à carceribus, eod. n. 4.

Licèt alii contrarium teneant, eod. n. 5.

Fallit ſecundò, ſi Statutum mandet, patrem ſoluere legitimam pro eo, n. 6.

Quod non habet locum in filio ſpurio eodem numer. 7.

Neque filio condemnato in contumaciam, eod. num. 8.

Affertur diſtinctio, fol. 404. n. 9.

Quæ non procedit in Statu Eccleſiaſtico, ſtante Bulla Pij IV. eod. n. 10.

Neque d. ſtatutum comprehendit filiam, eod. num. 11.

Neque mortuo filio ante ſententiam, eodem num. 12.

Neque, quando filius habet filios, eod. n. 13.

Licèt ſint in vtero, eod. n. 14.

Nec comprehendit patrem forenſem, eodem num. 15.

Neque, quando filius deliquid extra Territorium, eod. n. 16.

Neque, quando filius eſt minor 14. anno, fol. 405. n. 17.

Quod aliqui extendunt ad filium minorem 25. anno, eod. n. 18.

Neque, quando pater habet tres filios, vel vltra, eod. n. 19.

Licèt contrarium voluerit Farinac. *relatus, eod. n. 20.*

Neque, quando pater filium ex iuſta cauſa exhæredauit, eod. n. 21.

Neque, quando filius renunciauit legitimæ, eod. num. 22.

Neque quando filius occidit alium filium, eod. num. 23.

Licèt alii teneant contrarium, eod. n. 24.

Neque d. ſtatutum loquens de patre comprehendit auum, eod. n. 25.

Licèt contrarium teneat Maſſin. *relatus, eod. num. 26.*

Neque comprehendit matrem, eod. n. 27.

Ad cognoſcendam autem quantitatem legitimæ, ſtante d. ſtatutum, attenduntur tantùm filii capaces, fol. 406. n. 28.

Quicquid ſi agatur de legitima reſeruanda filiis ob delictum patris, n. 29.

Legitimam ſi pater ſoluit pro filio, non tenetur iterùm illam ſoluere, eod. n. 30.

Legitima debetur matri ex bonis filii confiſcatis, eod. n. 1. & fol. 428. n. 1.

Et debetur etiam patri, fol. 407. n. 2.

Non extantibus tamen deſcendentibus, aliàs ſecùs, eod. n. 3.

Laſæ Maieſtatis pœnæ tranſeunt etiam ad filios, fol. 407. n. 1.

Ac etiam ad nepotes, eod. n. 2.

Contrarium tenent alii, eod. n. 3.

Ita vt filiis neque debeatur legitima in bonis patris, eod. n. 4.

Nec aliquid conſequi valeant, nec ex inſtrumento, nec ab inteſtato, n. 5.

Fœmina verò non excluditur à ſucceſſione coniunctorum, fol. 408. n. 6.

Et debet habere dotes ex bonis paternis, eod. num. 7.

Et legitimam ex bonis maternis, eodem numer. 8.

Filii verò debent habere alimenta ex bonis patris damnati de d. crimine, eod. n. 9.

Licèt alii contrarium teneant, eod. n. 10.

Non tranſeunt tamen d. pœna ad filios antea natos, eod. n. 11.

Licèt aliqui teneant contrarium, eodem numer. 12.

Maximè, ſi filius antea natus erat Clericus, eod. num. 13.

Licèt d. pœna non dicatur ampliùs in vſu contra filios, eod. n. 14.

Libelli famoſi pœna hodie de conſuetudine eſt extraordinaria, fol. 409. n. 1.

Eſt capitalis, ſi libellus ſit contra Principem, eod. n. 2.

Et eſt capitalis in Statu Eccleſiaſtico vigore Bullæ Pij V. eod. n. 3.

Quæ extenditur ad dictantem, ſcribentem, & alios, vt ibi. n. 4.

Etiam, quòd appoſita in libello famoſo ſint vera, eod. n. 5.

Licèt alii contrarium teneant, fol. 410. n. 6.

Declara quod retinentem d. libellum, vt ibid. num. 7.

Et d. pœna comprehendant etiam conſulentem, & mandantem, eod. n. 8.

Licèt

Licèt contrarium teneat Ruin. *relatus, eod. num.9.*

Et habent locum, etiam in publicante libellum famoſum, eod.n.10.

Et in componente carmina in iniuriam alterius, eod.num.11.

Si tamen verba in eis appoſita ſint clara, eod. num.12.

Et in ſtercorante, vel apponente cornua ad fores alicuis, eod.n.13.

Et in apponente picturas obſcenas in alterius iniuriam, eod.n.14.

Vt pœna extraordinaria eò magis procedit, libello non publicato, eod.n.15.

Etiam in terminis Bullæ Pij V. eod. num.16.

Nec dicitur manifeſtus, ſi vni ſoli fuerit oſtenſus, fol.411.n.17.

Licèt aliqui contrarium teneant, eodem numer.18.

Et d.pœna intrant, etiamſi libellus ſit ſine nomine, eod.num 19.

Libelli famoſi pœna non habet locum, niſi concurrente dolo, eod.num.20.

Et quando habeat locum, contra illum inuenientem, & legentem, eod.n.21.

Liceat in deferendi arma pro ſe, & duobus amicis an intelligatur pro defenſione ſuæ perſonæ, vel quòd illi poſſint illa deferre ad eorum libitum remiſſiuè, fol.39.n.6.

Libellus quando eſt nullus, reus abſoluitur ab obſeruatione iudicij, reſeruato iure meliùs agendi, fol. 380.num.2.

Litteras ſcribens bannito dicitur illi præſtare auxilium, fol.64.n.4.

M

M*Aior annis 18. poteſt facere pacem abſque aliqua ſolemnitate, fol.488.n.12.*

Mandatum ad delinquendum non præſumitur, ſed debet probari fol.411.n.1.

Ratio affertur, eod.n.2.

Maximè in delicto ſequuto ex improuiſo, fol. 412.num.3.

Et ſtantibus minis mandatarij ante delictum, eod. num.4.

Et quando mandatarius eſt æqualis, vel ſuperior mandantis, eod. n.5.

Et ſi mandatarius erat inimicus occiſi, eod. n.6.

Etiamſi agatur de communi vtriuſque vtilitate eod, n.7.

Et etiam, delicto commiſſo per filium, conſanguineum, vel famulum, eod. n.8.

Limita, ſtante ſecreta alloqutione, inimicitia, & delicto incontinenti ſequuto, eod.num.9.

Licèt alij teneant contrarium, eod. n.10.

Incontinenti quando dicatur ſequutum delictum eſt iudicis arbitrarium, fol. 413. n. 11.

Vnum ex d. requiſitis ſuppletur per coniecturas, eod.n.12.

Et alloqutio debet eſſe ſecreta, eod. n. 13.

Et, vti indicium remotum, eſt probanda per duos teſtes, eod. n.15.

Coniectura prædictæ ſufficiunt tantùm ad torturam, eod. n.14.

Mandatum ad delinquendum inducitur quibuſcunque verbis, fol.414. num.1. & 2.

Ex quibus voluntas mandantis colligi poſſit, eod.n.4.

Et probatur etiam ex litteris, eod.n.5.

Dummodò verba ſint apta ad inducendum mandatum, eod n 6.

Et verba debent eſſe clara, eod. n 7.

Neque ſufficiunt verba generalia, eod. n.8.

Neque verba laudatoria, hortatoria, & ſimilia, eod n.9.

Neque verba reſtricta ad voluntatem mandatarij, fol. 415. num. 10.

Et d. verba debent præcedere delictum, eod. num.11.

Mandatum non inducitur ex actu complacentiæ de delicto commiſſo, eod. n.12.

Neque ex verbis conditionalibus, conditione non impleta, eod. n. 13.

Et an inducatur ex verbis Domini, non redeas domum &c. eod. n.14.

Mandantem contra procedi non poteſt, non conſtito de mandatario, fol. 419. num.1.

Neque contra auxiliatorem, non conſtito de principali delinquente, eod. n. 2.

Etiamſi conſtet de mandato dato certæ perſonæ, fol. 420. n 3.

Et de mandatario debet conſtare plenè, eod. num. 4.

Licèt ſufficere coniecturas, voluerint alij, eod. num.5.

Limita, quando mandatum eſt punibile per ſe, eod. n.6.

Et quando ſolùm neſcitur nomen mandatarij, eod. n. 7.

Licèt de hoc dubitent plures, eod. n.8.

Declara d. limitationem, vt eod. num. 9.

Mandatum in atrocibus punitur extraordinariè, etiam delicto non ſequuto, fol. 421. n. 1.

Secùs in leuibus, eod. n. 2.

Quod procedit etiam in mandatario, eodem num. 3.

In crimine aſſaſſinij verò punitur pœna ordinaria, eod. 4.

Mandans, & mandatarius pari pœna puniuntur, eod. num.1.

Etiamſi ſint plures mandatarij, & mandantes, fol. 422. num.2.

Amplia, vt ibi. n. 3.

Et mandans tenetur etiam ad refectionem damnorum, eod. n.4.

Limita, quando mandatarius exceſſit fines mandati, eod. n. 5.

Et quando mandans reuocauit mandatum, eod. num. 6.

Et

Et quando mandatarius recuſauit, & poſteà occidit, eod. n. 7.

Mandans non punitur maiori pæna, quàm mandatarius, eod. n. 8.

Mandans an comprahendatur in Statuto de faciente remiſſiuè, fol. 422. num. 9.

Mandans, delictum committi non punitur, ſi reuocet mandatum ante delictum commiſſum, fol. 422. num. 1.

Tàm ſi reuocatio ſit expreſſa, quàm tacita, fol. 423. n. 3.

Et quando illud fuit commiſſum poſt tempus datum mandatario, num. 4.

Eſt tamen reuocatio mandatario notificanda, eod. n. 5.

Declara concluſionem quoad pænam ordinariam tantum, eod. n. 6.

Quod non placet Farinac. *relato, ibi. n. 7.*

Reuocatio verò mandati non eſt notificando offendendo, ſecùs eſt quoad reuocationem conſilij, eod. n. 8.

Mandatum per reuocationem extinguitur re integra, eod. n. 2.

Mandatum datum in vno loco, & executum in alio, è quo Iudice ſit puniendum, fol. 295. num. 4.

Mandans, aliquem baculo, alapa percoti, ſeù ſfriſari, ſi mandatarius illum occidat, mandans non tenetur, niſi pæna extraordinaria, fol. 424. numer. 1.

Licèt contrarium teneant alij, eod. n. 2.

Maximè ſi mandans prohibuit occiſionem, eod. num. 3.

Etiamſi mandetur, occidi vnum, & mandatarius occidat alium, eod. n. 4.

Et quando mandatur quod non tendebat ad exceſſum ſequutum, eod. num. 5.

Limita, quando mandatarius exceſſit præſente mandante, fol. 425. n. 6.

Et quando fuit datum mandatum de vulnerando, eod. n. 7.

Licèt contrarium teneant alij, eodem, numer. 8.

Etiam, quod mandans vulnerari prohibeat occiſionem, eod. n. 9.

Contrarium tenent plures, eod. n. 10.

Mandans non tenetur de exceſſu mandatarij, quando fuit mandatum id, quod erat in poteſtate mandatarij non excedere, eod. n. 11.

Mandatarij depoſitio ſola non facit indicium ad torturam contra mandantem, fol. 426. n. 1.

Imò neque ſufficit ad capturam, eod n. 2.

Contrarium ſentit Farinac. *eod. n. 3.*

Amplia concluſionem, etiamſi mandatarij eſſent duo, eod. n. 4.

Contrarium tenent alij, eod. n. 5.

Et ſiuè mandatarius acceptauerit mandatum, ſiuè non, eod. n. 6.

Licèt alij teneant contrarium, eod. n. 7.

Amplia, ſi mandatarius patiatur alium defectum, eod. n. 8.

Et quando agitur contra virum bonæ famæ, fol. 427. num. 9.

Limita quando cum dicto mandatarij concurrit alia præſumptio, eod. n. 10.

Si tamen d. præſumptio ſit proxima delicto, aliàs ſecùs, eod. n. 11.

Contrarium tenent alii, eod. n. 12.

Etiamſi depoſitio mandatarij aſſuſſini ſit adminiculata, eod. n. 13.

Sufficit tamen ad inquirendum generaliter, eod. num. 14.

Et illius exculpatio iuuat mandantem, eod. numer. 15.

Mandatarij dictum facit indicium, ſi concurrant requiſita, de quibus ibi. fol. 427. n. 16.

Mandatarius quando poſſit de mandante interrogari, fol. 428. n. 17.

Mandatum ſpeciale requiritur ad faciendum, dominum incidere in pænam, fol. 440. n. 1.

Ratio affertur, eod. n. 2.

Declara concluſionem, vt ibi. n. 3.

Mater quæ filium infantem in lecto ſuffocauit non priuatur illius hæreditate, & ſolum cogitur ad aliquam pænam pecuniariam pro loco pio, fol. 428. num. 1.

Mediator rixæ occidens vnum ex rixantibus ſine dolo non punitur pæna ordinaria, fol. 453. num. 1.

Secùs, ſi id fecerit doloſè, fol. 454. n. 3.

Et ſi occidat pro ſua defenſione, nulla pæna punitur, eod. n. 4.

Medicorum, & peritorum aſſertioni ſtatur in probatione corporis delicti, fol. 182. n. 1.

Cum peritis in arte ſit ſtandum regulariter, eod. num. 2.

Maximè in delicto ſuffocationis, eod. n. 3.

Et in crimine veneni, & ſtupri, fol. 184. numer. 4.

Etiamſi deponant de credulitate, eod. n. 5.

Medici, & Periti deponentes de corpore delicti debent eſſe duo, eod. n. 6.

Fallit quando in loco vnus tantum adeſt, eod. num. 7.

Etiamſi agatur de cauſa graui, eod. no. 8. vide contrarium, num. 9.

Et ſi eum depoſitione periti concurrant adminicula, eod. num. 10.

De conſuetudine ſufficit vnus peritus, eod. n. 11.

Medicorum Iudicium poteſt corrigi per peritiores etiam ex interuallo, eod. n. 12.

Ipſis diſcordantibus, quibus ſit ſtandum remiſſiuè, fol. 184. n. 13.

Mentitam dans alicui tenetur actione iniuriarum, fol. 375. n. 1.

Etiamſi ſit dictum, ſaluo honore tuo, eod. n. 2.

Et ſi ſit dictum, Chi vuol dir queſto ſe ne mente &c. fol. 376. n. 3.

Fallit quando mentita datur ad propulſandum iniuriam, eod. n. 4.

Licèt contrarium teneant alii, eod. n. 5.

Concorda, vt ibi, n. 6.

Maxi-

Maximè ſi mentita data ſit incontinenti eod. num 7.
Mentita præſumitur vera, & iniuria illata falſa, eod. num. 8.
Mentita eſt iniurioſa, ſi ſit dictum, Tu mentiris, ſecùs, Tu non dicis verum, eod. n. 9.
Contrarium tenent alii eod. n. 10.
Meretrix, vti infamis, repellitur à teſtificando, fol. 590. n. 1. & 2.
Etiamſi deſierit meretricari, eod. n. 3.
Fallit, ſi deponant de geſtis in poſtribulo, eod. num. 4.
Et ſi agatur de criminibus exceptis, eodem num. 5.
Miles, ſiuè alius confugiens ad Caſtra, & ſigna militaria, ibi capi non poteſt, fol. 90. n. 1.
Ratio affertur, eod. num. 2.
Minæ faciunt Iudicium ad torturam contra minantem, fol. 367. n. 1.
Sequuto delicto incontinenti, ſecus, ſi ex interuallo, eod. n. 3.
Et quando minans eſt ſolitus illas exequi, & eſt mala fama, eod. n. 4.
Niſi enim minis concurrat aliud adminiculum, eod. n. 5.
Et ſi minæ ſint probatæ deliberatè, non per iracundiam, fol. 368. n. 6.
Limita, quando minatus habebat alios inimicos, eod. n. 7.
Et quando non concurrit aliud adminiculum, eod. num. 8.
Et quando minæ ſunt dubiæ, & æquiuocæ, eod. num. 9.
Et ſi concurrit cauſa minandi, aliàs ſecùs eod. num. 10.
Minæ non præſumuntur, ſed debent probari, eodem num. 11.
Probantur tamen per teſtes ſingulares, eodem num. 12.
Minæ vt faciant indicium, an requiratur, quòd delictum ſequutum ſit illudmet in minis expreſſum, eod. num. 13.
Minor non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio criminali, fol. 149. n. 2.
Minori datur reſtitutio contra propriam confeſſionem. fol. 150. n. 1.
Etiamſi illa ſit iurata, eod. n. 2.
Et ſi ſit facta cum authoritate Tutoris, eod. num. 3.
Et in atrocibus delictis, eod. nu. 4.
Licèt aliqui teneant contrarium, eod. n. 5.
Probata tamen læſione, vel errore, aliàs ſecùs, eod. n. 6.
Contrarium tenent alii, eod. n. 7.
Et niſi Statutum habeat minorem pro maiori, eod. n. 8.
Contrarium tenent alii communiter, eodem num. 9.
Minor annorum 25. in delictis non punitur pœna ordinaria, ſed mitiori, fol. 428. n. 1.
Licèt alii contrarium teneant, fol. 429. n. 2.
Etiam in delictis grauibus, eod. n. 3.
Secùs in atrociſſimis, eod. n. 4.
Maximè ſi ſtatutum habeat illum pro maiori, eod. n. 5.
Limita, ſi ſtatutum habeat illum pro maiori, eod. num. 6.
Et ſtantibus Bullis id mandantibus adhuc poteſt Iudex imponere pœnam extraordinariam, eod. num. 7.
Cum d. Bullæ ſtrictè ſint interpretandæ, fol. 430. n. 8.
Licèt mitiùs puniatur, non euitat condemnationem damnorum, eod. n. 9.
Minor quilibet maior infante poteſt facere pacem cum auctoritate Tutoris, vel Curatoris, fol. 487. n. 1.
Etiam ſinè decreto, vel alia ſolemnitate, eod. num. 2.
Licèt aliqui contrarium teneant, eod. n. 3.
Etiam ſtante ſtatuto prohibente, minorem contrahere ſinè ſolemnitatibus, eod. n. 4.
Ita vt minor teneatur d. pacem ſeruare, fol. 488. num. 5.
Declara, vt ibi. n. 6.
Niſi pax eſſet nulla, eod. n. 7.
Neque ei datur reſtitutio contra pacem factam, eod. n. 8.
Et ſufficit Decretum Iudicis, eod. n. 9.
Infans verò pacem facere non poteſt, eodem num. 10.
Pro eo poteſt pacem facere ſolus Tutor, eod. num. 11.
Minor 25. annis, & maior 20. in criminalibus eſt teſtis idoneus, fol. 410. n. 1. & fol. 588. n. 1.
Licèt alii teneant contrarium, fol. 431. n. 2.
Minor verò 20. non eſt teſtis idoneus, eod. n. 3.
Et eò magis minor 14. anno, eod. n. 4.
Etiamſi ſit pubertati proximus, & doli capax, eod. num. 5.
Niſi tamen veritas aliter haberi non poſſet, eod. num. 6.
Amplia, vt ibi n. 7.
Facit tamen impubes quale quale indicium, eod. n. 8.
Licèt alii contrarium teneant, eod. n. 9.
Niſi cum eius dicto concurrant coniecturæ, eod. num. 10.
Et in crimine læſæ Maieſtatis diuinæ, & humanæ, fol. 432. n. 11.
Infans verò, & infantiæ proximus nihil probat, eod. n. 14.
Minor 20. annorum admittitur in teſtem in ſubſidium, eod. n. 15.
Et quando Iudex procedit ex Officio, eodem num. 16.
Et examinatus facit quale quale indicium, eod. num. 17.
Minor in criminalibus admittitur ad defenſam, eod. num. 18.

Moneta falſa fabricator vt inquiratur, debet conſtare de corpore delicti, fol. 432. n. 1.
Quomodo verò conſtare debeat habetur, fol. 433. num. 2.
Et idem eſt, quando agitur contra tondentes monetas. eod. n. 3.
Ita vt ſinè corpore delicti non ſufficiat confeſſio rei, eod. n. 4.
Moneta falſa delictum probatur ex coniecturis, eod. num. 5.
Procedit quoad torturam, non quoad condemnationem, eod. n. 6.
Monetam falſam fabricans punitur pęna morti, fol. 433. n. 1.
Et confiſcationis bonorum, eod. n. 2.
Ita vt confiſcetur etiam locus, vbi illa fabricatur, fol. 434. n. 3.
Quæ pęna extenditur ad mandantem, & auxiliatorem, eod. n. 4.
Etiamſi moneta ſit bona liga, & iuſti ponderis, eod. n. 5.
Et etiam moneta falſa non perfecta, eodem num 6.
Limita in fabricantem monetam ſub nomine alterius Principis, eod. n. 7.
Declara, vt ibi. n. 8.
Et in fabricante monetam modici valoris, eod. num. 9.
Alias limitationes habes, remiſſiuè, ibi, numer. 10.
Monetam falſam retinens ſcienter punitur pęna extraordinaria, fol. 435. n. 1.
Et ex ea inſurgit indicium participationis, eod. num. 2.
Maximè, ſi apud eum ſint inuenta etiam inſtrumenta, eod. n. 3.
Niſi ille eſſet vir bonæ famæ, eod. n. 4.
Et quando nominat eum, qui illam in eius domo ponere potuit, eod. n. 5.
Et quando inſtrumenta ſunt apta ad aliud opus, eod. num. 6.
Monetam falſam retinens ignoranter non punitur, fol. 436. n. 7.
Quæ ſcientia non præſumitur, eod. n. 8.
Et ſcientia excluditur per iuramentum inquiſiti, eod. n. 9.
Niſi ſcientia eſſet affectata, eod. n. 10.
Bona tamen fama eſſet valdè attendenda, eod. num. 11.
Monetam falſam expendens ſcienter punitur pęna falſi, fol. 436. n. 1.
Licèt aliter ſenſerint alii, fol. 437. n. 2.
Siuè moneta ſit aurea, ſiuè argentea, ſeù ſtamnea, eod. n. 3.
Licèt alii teneant contrarium, eod. n. 4.
Limita in expendente bona fama monetam paucæ quantitatis, eod. n. 5.
Et in illam expendente ignoranter, eod. n. 6.
Quæ ignorantia in expendente præſumitur, eod. num. 7.
Niſi ſit craſſa, eod. n. 8.
Monetam tonſam expendens ſcienter non punitur, fol. 437. n. 9.
Contrarium tenet Farinac. *eod. n. 10.*
Monetam falſam expendens non punitur, docto, a quo illam habuerit, fol. 438. n. 11.
In Statu Eccleſiaſtico punitur expendens pœna mortis, eod. n. 12.
Si conſtet de participatione, aliàs ſecùs, eod. num. 13.
Contrarium, vti veriùs, tenent alii, eodem num. 14.
Et ſi illam habuit à fabricatore, dando ei auxilium, eod. n. 15.
Monetam tondentes puniuntur pęna mortis, fol. 438. num. 1.
De pęna arbitraria ſentiunt alij, eodem numer. 2.
Maximè in Statu Eccleſiaſtico per Bullam Pij V. eod. n. 3.
Etiamſi tondeant monetam excedentem iuſtum pondus. eod. n. 4.
Licèt contrarium teneant alii, fol. 439. n. 5.
Quam pœnam incurrunt etiam tingentes monetam, eod. n. 6.
Limita in tondente monetam auream, eodem num. 7.
Contrarium tenent alii, eod. n. 8.
Et in tondete monetam in parua quantitate, eod. num. 9.
Fallit vigore Bannimentorum generalium, eod. num. 10.
Monetæ falſæ fabricatores gaudent immunitate Eccleſiæ, fol. 439. n. 1.
Et etiam monetam falſam expendentes, eod. num. 3.
Poſſunt tamen illa ſpoliari in Eccleſia per Iudicem Eccleſiaſticum, eod. num. 4.
Cum omnes gaudeant d. immunitate, niſi in exceptis in Bulla Greg. XIV. n. 2.
Monopolium committitur quando pęnes vnum, vel paucos tota alicuius rei vendendæ poteſtas redigitur, fol. 440. n. 1.
Et quando ſtatuitur, ne accedatur ad aliud Molendinum, vel furnum, eod. n. 2.
Et quando laniones omnia emunt, vt cariùs vendant, eod. n. 3.
Et Aromatarii ſtatuentes, quòd nullus det ceram pro defunctis, niſi priùs eis ſoluta ſint debita, eod. n. 4.
Et Mercatores ſtatuentes, non vendi res, niſi tali pretio, eod. n. 5.
Et Principes ementes victualia, vt maiori pretio reuendant, eod. n. 6.
Alii caſus recenſentur remiſſiuè, fol. 441. num. 7.
Monopolium exercentes puniuntur exilio, & confiſcatione bonorum, eod. n. 1.
Et Iudices non punientes illud, 50. libris auri, eod. n. 2.

Et Notarii

Et Notarij conficientes inſtrumenta, confiſcatione bonorum, eod. n.3.

Limita, ſi monopolium exerceatur ſuper re parui momenti, eod. n.4.

Et quando illud exercetur authoritate publica, eod. num. 5.

Mora poteſt purgari infra breuem terminum de æquitate canonica, fol.283. num.2.

Quis ſit breuis terminus, Iudici eſt arbitrarium, fol. 284. num.12.

Moræ purgationi locum eſſe, in dubio eſt pronunciandum, eod. n.13.

Mortuus repertus propè domum alicuius præſumitur occiſus à domino illius, fol.346. n. 1.

Et occiſus in via præſumitur occiſus à vicinis, eod. n. 2.

Si tamen mortuus reperiatur multùm vicinus, aliàs ſecùs, eod. n.3.

Et ſi ceſſet omnis cauſa homicidii, eod. numer. 4.

Et ſi nulla præſumptio concurrat, eod. numer. 5.

Et ſi occiſus habeat inimicitiam extra viciniam, eod. n.6.

Quando vicinus poſſit torqueri, vti informatus, remiſſiuè, fol.347. n 7.

Mulctare poteſt Iudex contumaces, & eius præceptis non obedientes, fol. 442. n.1.

Et id facere poteſt etiam Iudex Eccleſiaſticus, eod. n.2.

Si tamen mulcta ſit exceſſiua, eſt nulla, eod. num. 3.

Et modus mulctandi remittur Iudicis arbitrio, eod. num. 4.

Dummodò illa non ſit inſolita, & contra ſtilum, eod. num.5.

Et præceptum tranſmiſſum ſit validum, eod. num. 6.

Et ſi mulcta ſit exceſſiua, vel iniuſta, ab ea appellatur, eod. n.7.

Mulcta non poteſt imponi, niſi à Iudice habente iuriſdictionem, eod. n.8.

Et niſi præcedente citatione ad dicendum cauſam quare &c. eod. n.9.

Contumax quando excuſetur à mulcta ob impedimentum, fol.443. n.10.

Mulctatus, ſi mulctam non poteſt ſoluere, poteſt cedere bonis, eod. n.1.

Et ſtante paupertate Iudex poteſt mulctam diminuere, vel remittere, eod. n.2.

Condemnatus verò ex delicto non gaudet beneficio ceſſionis, eod. n.3.

Niſi ſit condemnatus ad damna, & intereſſe, eod. n.4.

Mulieres cóprehenduntur in Statuto prohibente delationem armorum, fol.29. n.1.

Et in Statuto prohibente, ire de nocte ſinè lumine, eod. n.2.

Procedit de ſtricto iure, non de æquitate, eod. num.4.

Mulieres comprehendit Statutum puniens violentiam cum armis, fol.29. n 3.

Mulieri aſſerenti ſe virginem creditur cum iuramento, fol. 573. n.5.

Licèt eſſe attendendas coniecturas, voluerint alii, eod. n.6.

Mulier non eſt teſtis idonea in criminalibus de iure Canonico, fol.589. n.1. & 444. n.1.

Maximè, ſi patiatur alium defectum, eod. n.2.

Fallit in criminibus exceptis, eod. n.3.

Et quando Iudex procedit ſinè accuſatore, eod. num.4.

Et quando veritas aliter haberi non poteſt, eod. num. 5.

Niſi illa pateretur alios defectus, eod. n.6.

Et quando illa produceretur ad defenſam, eod. num. 7.

Et in Statu Eccleſiaſtico ob Conſtitutionem Marchiæ, eod. n.8.

Admittitur tamen de iure ciuili fol. 590. n.9.

Non tamen eſt omni exceptione maior, eod. num.10.

Nec quando aliam pateretur exceptionem, eod. num. 11.

Mulier prægnans tenetur teſtificari, aliàs mulctatur, fol.591. n.1.

Licèt illam non teneri iurare teneant aliqui, eod. n. 2.

Quod declaratur, ibi. n.3.

Multitudini eſt parcendum præcipuè in delictis capitalibus, fol.497. n. 1.

Quicquid fuerit ſeruatum per Roſum in Ciuitate Veronæ, eod. n.2.

Etiamſi delictum ſit deliberatè commiſſum, eod. num.3.

Licèt aliqui contrarium teneant, eod. n. 4.

Amplia etiam, vniuerſitate, vel populo delinquente, eod. n.5.

Et etiam ceſſante timore ſcandali in populo, eod. n.6.

Licèt contrarium teneant alii, eod. n.7.

Amplia ſecundò, quando aliàs etiam innocentes punirentur, eod. n.8.

Multi verò qui dicantur, eſt Iudici arbitrarium, fol. 498. num.9.

N

Negatiua vaga non probatur per teſtes de illa deponentes, fol. 444. n.1.

Cum illa non cadat ſub ſenſu, eod. n.2.

Secùs ſi deponant de negatiua coarctata, eod. num. 3.

Qui debent remouere actum a ſenſu, non ſenſum ab actu, num. 4.

Declara vt eod. n.5.

Fallit, ſi teſtes deponant de negatiua fauore defenſionis, fol.445. n.6.

Negatiua coarctata probat innocentiam inquiſiti, eod. num. 1.

Ratio

Ratio affertur, ibi.num.2.

Etiamſi contra reum adeſſent indicia ad torturam, eod.num.3.

Negatiua coarctata probatur per teſtes deponentes, quod inquiſitus tota die, qua fuit commiſſum delictum, fuit in alio loco, eod.num.4.

Imò, ſufficere teſtes deponere de die, volunt alii, eod.num.5.

Procedit, ſi teſtes deponant de negatiua ad defenſam tantùm, eod.num.6.

Negatiua coarctata de loco, &c. debet coarctari ad tempus breue, fol.446.num.1.

Ratio affertur, eod.num.2.

Negatiua coarctata probatur etiam per teſtes familiares, & domeſticos, fol.446.num.1.

Cum per d. teſtes probetur defenſio, eod.numer.2.

Nemo punitur pro delicto alterius, fol. 159. numer.2.

Nemo ſub fide publica debet circumueniri, fol. 326. num. 2.

Nemo tenetur in rixa, niſi de eo quod fecit, fol.340. num. 2.

Notario regulariter non creditur ſine teſtibus, fol. 181. num. 2.

Notarius inquiſitus de falſo poteſt interim inſtrumenta conficere, fol.158.num.1.

Licèt contrarium teneant alij, eod.num.3.

Etiamſi eſſet de falſo conuictus, eod.num.4.

Sed poſt condemnationem diminuitur eis de fide, eod.num.5.

Poſt condemnationem verò non poteſt illa conficere, eod.num.6.

Licèt ſententia illum expreſsè non priuet, eod. num.7.

Quod requiratur priuatio expreſſa, tenet alij, fol.259.num.8.

Neque illum priuat condemnatio extra officium, eod.num.9.

Notarius proceſſatus de falſo non cenſetur priuatus officio ipſo iure, fol.258.num.2.

Notarius condemnatus de falſo poteſt publicare inſtrumenta iam confecta, fol.259.num.10.

Nox dicitur poſt occaſum Solis, fol.448.num.9.

Et quando nox dicatur, attenditur diſpoſitio Statuti eod.num.11.

Prior pars auroræ, & crepuſcula an participent de die, vel de nocte, eſt Iudice arbitrarium, eod.num 10.

Nuncius poteſt citationem exequi in Eccleſia, fol.392.num.8.

O

O*ccidens vnum, volens occidere alium, punitur pœna ordinaria, fol.449.num.1.*

Licèt contrarium teneant alij, fol. 450.num.2.

Niſi occiſio ſequatur in rixa, vel animo non deliberato, eod.num.3.

Vel niſi occidatur alius, dum ſe defendit ab aggreſſore, eod.num.4.

Maximè quando ſe defendendo erraretur in perſona, eod.num.5.

Si tamen defenſor eſſet in aliqua culpa, puniretur extraordinariè, eod.num.6.

Et idem eſt in volente occidere bannitum, ſi occidat alium per errorem, fol.451.num.7.

Occidens tenetur hæredibus occiſi ad damna, & intereſſe, fol.451.num.1.

Amplia etiam in vulnerante, eod.num.2.

Et in occidente etiam per culpam, eod. num.3.

Et in mandante occidi, vel vulnerari, eod.numer. 4.

Fallit in prouocantibus ſe ſpontè ad duellum, fol.452.num.5.

Et in occidente ad neceſſariam defenſionem, eod.num.6.

Niſi tamen modum exceſſerit, eod.num.7.

Licèt contrarium teneant aliqui, eod.num.8.

Vel niſi occiſus fuiſſet in aliqua culpa, eod. num.9.

Æſtimatio verò operarum quomodo ſit facienda, eod.num.10.

Et hæredibus occiſi datur iuramentum in litem, eod.num.11.

Per ſolutionem damnorum factam per vnum alij liberantur, eod.num.12.

Occidens an teneatur reſtituere damna non ſolùm filiis, ſed etiam hæredibus occiſi remiſſiuè, fol.452. num.13.

Occidens ad ſuam defenſionem, nulla pœna punitur, fol.188.num.1.

Etiamſi occidens ſit Clericus, fol. 189. num. 3.

Cum vim vi repellere omnia iura permittant, eod.num.2.

Ac etiam in foro conſcientiæ, eod.num.4.

Si tamen fuit ſeruatus modus inculpatæ tutelæ, aliàs ſecùs, eod.num.5.

Quod conſiſtit primò, quòd defenſio ſit facta incontinenti, eod.num.6.

Quando dicatur facta incontinenti vide numer.7.

Secundò, quod non ſit facta ad vindictam, eod. num.8.

Tertiò, quòd ſit ſeruatus modus, quòd verſatur circa plura, eod.num.9.

Si tamen fuerit exceſſum, non intrat pœna ordinaria, fol.190. n.10.

Etiamſi fuerit exceſſum lata culpa, eod. n. 11.

Et ſi fuerit exceſſum dolo, & ex propoſito, eod.num.12.

Si ex culpa leuiſſima, non punitur, eod.n.13.

Idem eſt, ſi culpa leui, eod.n.14.

Contrarium tenent alii, eod.n.15.

Occidere licet pro defenſione proprii honoris impunè fol.195.num.1.

Licèt, aliquam intrare pœnam, teneant alii.ibi. num.2.

Ita vt liceat, occidere volentem, cum alapa, vel baculo percutere, eod.num.3.

Declara

Declara, vt procedat ſeruato moderamine, eod. n. 4.

Occidere licet etiam pro defenſione conſanguinei, amici, &c. *fol. 453. n. 1.*

Occidens eum, qui ſuæ pudicitiæ inſidiabatur, non punitur, *eod. n. 1.*

Amplia etiam in conſanguineis, Tutoribus, & amicis inſidiati, eod. n. 2.

Et etiam in tentato ad ſodomiam, eod. n. 3.

Declara prædicta, ibi. n. 4.

Occidens aliquem cum baculo non punitur pœna ordinaria, *fol. 454. n. 1.*

Licèt contrarium teneant alii, eod. n. 2.

Idem eſt in occidente cum armis, quibus homines non vtuntur ad occidendum, eod. n. 3.

Niſi percuſſio facta ſit in parte corporis periculoſa, eod. n. 4.

Contrarium tenent alii, eod. n. 5.

Quòd ſint attendendæ coniecturæ, tenent alii, fol. 455. n. 6.

Et quid ſi habeat arma aptiora ad occidendum, eod. n. 7.

Occidens aliquem in ludo a conſuetudine introducto non punitur, *fol. 455. n. 1.*

Maximè, ſi occiſores ſint minores, fol. 456. num. 2.

Neque pœna extraordinaria, eod. n. 3.

Niſi occiſio ſit facta doloſè, eod. n. 4.

Vel per culpam, quia tunc punitur extraordinariè, eod. n. 5.

Seù proditoriè, eod. n. 6.

Ocularis inſpectio ſuperat omnes alias probationes, *fol. 201. n. 2.*

Offendens inſultantem fugientem dicitur, offendiſſe ad vindictam, & punitur, *fol. 202. n. 1.*

Declara, vt ibi. n. 2.

Et quando aggreſſor eſt ſolus, ſecùs, ſi ſint duo, eod. n. 3.

Limita, quando offenſus fuit vir nobilis à plebeis, eod. n. 4.

Offendens, vel occidens fugientem, qui inſultauit, punitur extraordinariè, *eod. n. 5.*

Offenſus recuſans manifeſtare offendentem cogitur per torturam, *fol. 458. n. 1.*

Et poſſunt ad id cogi etiam hæredes interfecti, eod. num. 2.

Niſi adſit veriſimilis ignorantia offendentis, eod. n. 3.

Offenſio facta in veſtibus non dicitur propriè offenſio *fol. 458. num. 1.*

Ita vt non intret pœna Statuti contra exonerantem archibuſium cum offenſione, eod. numer. 2.

Offendens autem Clericum in veſtibus incurrit excommunicationem, eod. n. 3.

Offendiculum ponens ad feneſtram ad capiendum furem non tenetur de homicidio, ſi fur cecidit, & mortuus eſt, *fol. 344. n. 1.*

Ratio affertur, ibi. n. 2.

Declaratur concluſio, eod. n. 3. & 4.

Officiales, & eorum familia poſſunt deferre arma impunè, *fol. 36. n. 1.*

Amplia in famulis Epiſcoporum, eod. n. 2.

Et in familiaribus Inquiſitorum, eod. n. 3.

Fallit in arcubuſettis, & ſtillettis, eod. n. 4.

Et tempore ſindicatus, eod. n. 5.

Licèt contrarium teneant alij, eod. n. 6.

Qui autem veniunt nomine familiæ habes, ibi. num. 7.

Officialis cognoſcens carnaliter carceratam punitur extraordinariè, *fol. 459. num. 1.*

Et præcipuè cuſtos carceris, eod. n. 2.

Licèt contrarium, ſi carcerata ſit meretrix, teneant alij, eod. n. 3.

Etiam nulla interueniente violentia, eod. nu. 4.

Licèt contrarium quoad cuſtodem carceris teneant alij, eod. n. 5.

Si vis interueniat pœna eſt augenda, eod. n. 6.

Operarij, laborando in fundo alieno putando illum eſſe conducentis, excuſantur à pœna, *fol. 461. num. 1.*

Secùs, ſi ſciebant verè, vel præſumptiuè, eod. num. 2.

Vel, ſi eis fuit denunciatum, nè laborarent, eod. n. 3.

Etiamſi denunciatio ſit facta poſt opus inceptum, eod. n. 4.

Contrarium tenent alij, fol. 462. n. 5.

Non excuſatur, ſi agant aliquid de ſui natura illicitum, eod. n. 6.

Vel, ſi laborarent de nocte, vel cum armis, eod. n. 7.

Datur tamen eis actio contra conducentem, eod. n. 8.

Et quando eis credatur dicentibus, laboraſſe de mandato alterius, eod. n. 9.

Oſculans mulierem per vim punitur pœna extraordinaria, *fol. 462. n. 1.*

Licèt, intrare pœnam mortis, voluerint alii eod. num. 2.

Etiam, quòd oſculum ſit datum in platea, vel via publica, fol. 463. n. 3.

Maximè, ſi id ſiat ex magnitudine amoris, eod. num. 4.

Et ſi oſculum datum ſit per vim ad ducendum fœminam in vxorem, eod. n. 5.

Intrat pœna mortis magnis concurrentibus circumſtantiis, eod. n. 6.

Et quando ita dictaret Statutum, eod. n. 7.

Pro oſculo verò dato ſiat vi, muliere conſentiente, non proceditur criminaliter, eod. n. 8.

P

Pactum in ſe ſuſcipiendi periculum capitalis eſt licitum, quando habet recompenſationem, *fol. 80. num. 2.*

Pactum appoſitum in pace, quòd vnus non poſſit ſtare in Ciuitate, non valet, *fol. 474. num. 1.*

Licèt contrarium teneant Giurb, *eod. n. 2.*

Ita vt pœna appoſita in pace exigi non poſſit, eod, num. 3,

Quicquid ſit in foro honoris, eod. n. 4.

Neque valet pactum, quòd quis non tranſeat ante domum offenſi, eod. n. 5.

Limita in pacto reſtricto ad breue tempus, eod, num. 6,

Parentes pro filiis, & filii pro parentibus teſtes eſſe non poſſunt, fol, 580, n. 1,

Ratio affertur, eod, num. 2.

Fallit concurrente conſenſu partis, eod. n. 3.

Et in caſu difficilis probationis, eod. num. 4.

Et quando pater examinatur pro filio contra alium filium, eod, num, 5.

Et ad defenſum filij, eod. num. 6.

Parentes cogi non poſſunt ad deponendum contra filios, & è contra, eod. num. 1.

Et idem eſt in genero contra ſocerum, & è contra, fol. 581. num. 2.

Ita vt neque volentes admittantur, eod. n. 3.

Fallit in crimine læſæ Maieſtatis, & hæreſis, eod, num. 4.

Et quando veritas aliter haberi non poteſt, eod, num, 5.

Declara, vt eod. n, 6.

Veritas, quando dicatur, aliter haberi non poſſe remiſſiuè, n, 7,

Pater habens tres filios, vel vltra, delinquendo, ei bona non confiſcantur, fol, 163. n, 1,

Licèt contrarium teneant alii, fol, 164. n, 2.

Et ita ſeruatur de conſuetudine, eod. n. 3.

Et ſi delinquat filius, pater non tenetur ſoluere legitimum, ſi habeat tres filios, vel vltra, eod. num. 4.

Licèt contrarium teneat Farinac. *relatus, eod, num. 5.*

Declara, ſi patrimonium patris eſt paucum, aliàs ſecùs, eod. n. 6.

Contrarium tenent plures Doct, eod, n, 7.

Si filii ſunt duo, vel vnus capiunt dimidium hæreditatis, eod, n, 8.

Et in numero computantur etiam filii emancipati, fol. 165. n. 9.

Et filii adoptatiui in fraudem non adoptati, eod. num, 10,

Non tamen filii concepti poſt condemnationem, eod. n. 11.

Limita concluſionem, patre condemnato crimine læſæ Maieſtatis humanæ, vel diuinæ, eod, num, 12.

Pater poteſt filium impunè verberare, fol, 198, num. 2,

Pater admittitur in iudicio pro filio abſente, dùm agitur de proprio intereſſe, fol. 401. n. 1.

Licèt contrarium teneant alii, eod n. 2.

Et idem permittitur Marito, Abbati, & Domino, eod. n. 3.

Etiam ſtante ſtatuto, neminem audiri pro abſente, eod. n. 4.

Declara concluſionem, vt ibi. fol. 402. n. 5.

Pater non tenetur ſoluere condemnationem pro filio delinquente, fol. 464. n. 1.

Ratio affertur, eod. n, 2.

Neque quatenùs eſt in legitima, eod, n. 3.

Etiamſi pater decedat poſt delictum, eod, n. 4.

Niſi Statutum mandet contrarium, eod, n. 5.

Neque pater tenetur illum ſoluere de bonis aduentitiis, eod, n, 6.

Licèt alii contrarium teneant, eod. n. 7.

Neque de peculio profectitio, eod. n. 8.

Pax non dicitur rupta ex offenſione ſequuta ex noua cauſa, fol 465. n. 1.

Ratio affertur, eod, n. 2.

Idem eſt in cautione de non offendendo, fol. 466. num. 3.

Etiamſi reoffenſio ſequatur ex interuallo, eod, num, 4.

Intrat tamen pœna Statuti, vel iuris communis, eod. n. 5.

Amplia concluſionem, vt eod, n. 6.

Et etiamſi in pace adſit iuramentum, vel clauſula, Rato manente, &c, n. 7.

Author tamen rixæ non poteſt allegare nouam cauſam, eod. n. 8.

Pacis à fractura excuſat qualibet noua cauſa, etiam iniuſta, fol, 467. n. 1.

Cum ad illam rumpendam requiratur dolus; eod, n, 2.

Licèt alij teneant contrarium, eod. n. 3.

Et ſufficit factum prouocatiuum ad iniuriam, eod. n. 4.

Licèt alij contrarium teneant, eod. n. 5.

Et cauſa erronea, eod. n. 6.

Etiam orta ex fama, vel rumore populi, eod, num, 7.

Et plures cauſæ excuſantes recenſentur, fol, 468, num. 8.

Non excuſat cauſa affectata, eod. n, 9.

Quòd verò ſit talis, non præſumitur, eod. n. 10.

In hoc tamen multùm tribuitur Iudicis arbitrio, eod. n. 11.

Pax, vt non dicatur rupta, præſumitur in dubio noua cauſa, & ex illa ſequutam fuiſſe offenſionem, fol, 468. n, 1.

Licèt contrarium teneat Colleg. Macerat. *relatum, fol, 469. n. 2.*

Maximè, quando paciſcentes ſe poſtea amicabiliter tractarunt, eod. n. 3.

Et quando offenſa ſequuta fuit poſt plures annos, eod. n. 4.

Et quando illa prouenit ab eo, qui primo offenderat, eod. n. 5.

Et quando illa prouenit poſt paucos dies poſt ortam nouam cauſam, eod. n. 6.

Et quando offenſa reſpondet nouæ cauſæ, eod. num. 7.

Declara concluſionem, ſi conſtat de noua cauſa, aliàs ſecùs, eod. n. 8.

Quicquid alii contrarium dixerint, eod. n. 9.

Quæ

Quæ probatur ex coniecturis, eod. num. 10.

Licèt alij requirant plenas probationes, eod. num. 11.

Quæ aliter etiam probatur, vt eodem numer. 12.

Multùm tamen tribuitur Iudicis arbitrio, fol. 470. num. 13.

Cauſa noua non excuſat, ſi illius allegationem prohibeat Statutum, num. 14.

Niſi de illa conſtaret ex proceſſu, eod. numer. 15.

Alia ad declarationem Bullarum ſuper noua cauſa vide, eod. num. 16.

Pacis fractæ pœna intrat, etiam offenſa facta extra Territorium, fol. 471. num. 1.

Etiamſi frangatur cautio de non offendendo, eod. num. 2.

Frangens verò quando teneatur duplici pœna, fol. 472. n. 3.

Pace ſequuta, cautio de non offendendo non cenſetur, caſſa, fol. 473. n. 1.

Ratio affertur, eod. n. 2.

Licèt contrarium teneant alii, eod. n. 3.

Iudex tamen poteſt mandare, illam haberi pro caſſa, eod. n. 4.

Si ambæ partes id petant, aliàs ſecùs, eod. num. 5.

Amplia concluſionem, fol. 474. n. 6.

Pax non dicitur rupta, niſi ſit ratificata tàm ex parte offendentium, quàm offenſorum, fol. 475. num. 1.

Maximè, ſi offenſio facta ſit ab eo, qui pacem non ratificauit, eod. n. 2.

Etiamſi Notarius ſtipulatus ſit pro abſente offenſo, eod. n. 3.

Et etiamſi pacem faciens offendat comprehenſum in ea, ante ratificationem, fol. 476. numer. 4.

Licèt contrarium teneant alii eod. n. 5.

Ratificatio autem non retrotrahitur, eodem num. 6.

Pax verò rumpitur quoad principales promittentes quoad pœnam conuentionalem, eod. n. 7.

Maximè ſi promiſerunt pro abſentibus, eodem num. 8.

Declara concluſionem, vt ibi. n. 9.

Et an requiratur ratificatio expreſſa, vel tacita, eod. n. 10.

Pax probari poteſt etiam per teſtes, fol. 477. num. 1.

Ratio affertur, eod. n. 2.

Si agatur de pace, illa eſt probanda per inſtrumentum, eod. n. 3.

Et teſtes debent de pace concludenter deponere, eod. n. 4.

Et requiritur pax in ſcriptis, ſi ſtatutum loquitur de pace producta, eodem n. 5.

Si illa ſi fuit recepta per Sacerdotem, ſufficit illius atteſtatio, eod. n. 6.

Pax, ſeù cautio de non offendendo rumpitur ex ratione archibuſii etiam ſinè offenſione, fol. 479. num. 1.

Amplia etiam ex exoneratione rotæ, eodem num. 2.

Et ex incliantione canis ſuper rotam, eodem num. 3.

Fallit, ſuit promiſſum non offendere in perſonam, eod. n. 4.

Si verò ſit promiſſum non offendere quomodocunque qualibet ſufficit offenſio, n. 7.

Et quando dicatur offenſio facta in perſonam vide, ibi, n. 5. & 6.

Pacis de fractione quando agitur, conſanguinei, & attinentes poſſunt comparere pro abſente, ne pingatur in loco publico, fol. 480. n. 1.

Pacis inſtrumentum extraiudicialiter confectum non probat delictum fol. 481. n. 1.

Licèt contrarium teneant alii, eod. n. 2.

Maximè, ſi pax facta ſit in caſu tranſigibili, eod. num. 3.

Contrarium tenent alii, eod. n. 4.

Etiamſi facta ſit in caſu non tranſigibili, eod. num. 5.

Contrarium tenent alii, eod. n. 6.

Quod de conſuetudine eſſe attendendum, volunt alii, eod. n. 7.

Amplia eò magis in pace tractata, & non concluſa, fol. 482. n. 8.

Et quando pax facta fuit ad ſe liberandum à vexationibus, eod. n. 9.

Et ſi ſit recepta à tertio ſinè mandato, eodem num. 10.

Limita, quando pax non fuit facta gratis, eod. num. 11.

Licèt aliqui contrarium teneant, eodem n. 12.

Et quando non conſtat de corpore delicti, eod. num. 13.

Limita ſecundò, quando pars producit pacem in iudicio. eod. n. 14

Contrarium tenent alii, eod. n. 15.

Tranſactio quando ſit licita in delictis remiſſiuè, eod. num. 16.

Pacem faciendi ius ſuper morte defuncti [illegible] primò filiis, fol. 483. n. 1.

Et aſcendentibus, & deſcendentibus eodem num. 2.

Etiamſi filii non ſit hæredes patris, eodem num. 3.

Et legitimi, & naturales præferuntur naturalibus, tantùm eod. n. 4.

Et filii naturales, & ſpurii præferuntur conſanguineis, eod. n. 5.

Secùs eſt, ſi non habeant certum patrem, eod. num. 5.

Præterquam, quoad mortem matris, eodem num. 7.

Amplia etiam in filiis exhæredatis, & emancipatis, fol. 484. n. 8.

Filii verò minores egent authoritate Tutorum eod. n. 9.

Et Tutores, & Curatores non poſſunt facere pacem pro ſilio, qui eſt in vtero, n. 10.

Pax pro offenſa Monaci an fiat per filium, vel Monaſterium, eod. n. 1.

Pax an habenda ſit etiam à filiis famulis remiſſivè, eod. n. 12.

Pax eſt habenda ab vxore occiſi, quæ alijs præfertur, fol. 484. n. 1.

Amplia etiam in ſponſa, eod. n. 2.

Et vxor præfertur etiam filiis, eodem n. 3.

Contrarium, vti verius, tenent plures, eod. n. 4.

Limita in vxore, quæ tranſiuit ad ſecunda vota, eod. n. 5.

Maritus verò præfertur etiam filiis de morte vxoris, eod. n. 6.

Pacem poteſt facere pater pro iniuria illata filio, fol. 485. n. 1.

Ratio affertur, eod. n. 2.

Etiam filio inuito, eod. n. 3.

Licèt contrarium teneant Doctores, eodem num. 4.

Ita vt pax facta à filio ſine patre non ſuffragetur, eod. n. 5.

Limita in iniuria facta filio leui, ſecùs in graui, fol. 486. n. 6.

Ita vt filius non dicatur rumpere pacem factam per patrem ſine eius conſenſu, eod. n. 7.

Et quando Statutum requirit pacem ab offenſo, eod. n. 8.

Et quando pater eſſet vilis, & filius honeſtus, eod. num. 9.

Et ſi filius non ſit in poteſtate patris, eodem num. 10.

Et quando iniuria fuit facta filio à coniuncto, eod. num. 11.

Pacem non fuiſſe ruptam, in dubio eſt iudicandum, fol. 486. n. 1.

Idem eſt in cautione de non offendendo, eodem num. 2.

Ita vt verba ad d. effectum ſtrictè ſint ſumenda, eod. n. 3.

Pace facta, non cenſetur remiſſa damna, & intereſſe, fol. 489. n. 1.

Niſi dictum expreſsè, eod. n. 2.

Etiamſi iniuria pretio ſit remiſſa, eodem numer. 3.

Et ſi ſit remiſſa omnis iniuria, eod. n. 4.

Fallit, quando fuit facta pleniſſima pax, eod. num. 5.

Et quando fuit facta plena pax, & remiſſio, eod. n. 6.

Licèt contrarium tenent alii, eod. n. 7.

Pacem facientes, ſi ſe percutiant, non conſtito quis fuit primus, nemo tenetur de pace rupta, fol. 489. num. 1.

Ratio affertur, fol. 490. n. 2.

Etiam quoad pœnam applicatam fiſco, eodem num. 3.

Licèt contrarium teneant alii, eod. n. 4.

Quod declaratur, eod. n. 5.

Limita, ſi ex coniecturis conſtet de aggreſſore eod. n. 6.

Quæ recenſentur, eod. n. 7.

Limita ſecundò quoad pœnam iuris communis pro percuſſionibus, eod. num. 8.

Peculium caſtrenſe, vel quaſi non confiſcatur ob delictum filij, ſed patri reſeruatur, fol. 165. numer. 1.

Licèt contrarium teneant alij, fol. 166. num. 2.

Limita, vt ibi, n. 3.

Et in crimine læſæ maieſtatis humanæ, & diuinæ, eod. n. 4.

Licèt contrarium alii teneant, ibi. n. 5.

Et quando filius condemnatur in pœnam mortis, & confiſcationis, eod. n. 6.

Et quando aliter diſponit Statutum, vel conſuetudo, eod. num. 7.

Peculium aduentitium non confiſcatur ob delictum filii in damnum patris, nec in vſufructu nec in proprietate, fol. 166. n. 1.

Licèt alii teneant contrarium, fol. 167. n. 2.

Etiamſi pater dederit ei facultatem de eo diſponendi, eod. n. 3.

Quicquid alii teneant contrarium, eodem numer. 4.

Limita, quando pater in eo non habet vſumfructum, eod. n. 5.

Contrarium tenent plures, eod. n. 6.

Limita ſecundo in crimine læſæ Maieſtatis, humanæ, & diuinæ, eod. n. 7.

Et quando conſuetudo, vel Statutum mandat contrarium, eod. n. 8.

Peculium profectitium pro delicto filii non confiſcatur, fol. 167. n. 1.

Cum illud ſpectet in totum ad patrem, eod. num. 2.

Etiam conceſſo per patre peculio cum facultate diſſipandi, fol. 168. n. 3.

Limita ſtante ſtatuto in contrarium, eodem num. 4.

Et quomodo procedat Conſtitutio Marchiæ mandans, illud confiſcari, eod. n. 5.

Peculium caſtrenſe, vel quaſi per delictum patris non confiſcatur, fol. 168. n. 1.

Etiam patre condemnato de hæreſi, eodem numer. 3.

Cum illud omninò ſpectet ad filium, eodem num. 2.

Peculium aduentitium non confiſcatur pro delicto patris quoad proprietatem, fol. 169. numero 1.

Neque, quoad vſumfructuum, quando pater amittit patriam poteſtatem, eod. n. 3.

Licèt alii in diuerſas iuerint ſententias, eod. num. 4.

Etiam patre condemnato de hæreſi, eodem num. 5.

Peculii aduentitii proprietas eſt filii, eodem numer. 2.

Pecu-

Peculium profectitium per delictum patris non confiſcatur, eod. num. 1.

Licèt alij teneant contrarium, eod. n. 2.

Declara, vt ibi. num. 3. & 4.

Fallit Patre condemnato in crimine leſæ Maieſtatis, & hæreſis, fol. 170. n. 5.

Licèt contrarium teneat P. Sanch. *relatus, num. 6.*

Pœna mortis, & confiſcationis contra deferentes pugiones, & cultellos minores tribus palmis non ſeruatur de conſuetudine, fol. 35. numero 1.

Pœna non committitur ſinè mora, fol. 101. numero 2.

Pœna fractæ cautionis de non offendendo vt euitetur, ſufficit factum prouocatiuum ad iram, licèt non puniibile, fol. 101. num. 1.

Cum prouocans ad iram dicatur offendere, eod. num. 2.

Licèt contrarium teneant alij, eod. n. 3.

Pœnæ, vt odioſæ, non excedunt proprium caſum, nec extenduntur, fol. 81. n. 2.

Pœna impoſita contra conuerſantes, vel loquentes cum bannitis non habet locum niſi probata ſcientia, illos eſſe bannitos, fol. 60. num. 1.

Nec ſufficit ſuſpicio, eod. n. 2.

Niſi adeſſet fama, vel notorium, quem eſſe bannitum, eod. n. 3.

Seù conuerſans eſſet conſanguineus, vicinus, vel amicus, fol. 61. num. 4.

Vel bannitus eſſet famoſus, eod. n. 5.

Vel in loco conuerſationis eſſet publicatum bannum, eod. n. 6.

Non ſufficit tamen publicatio facta in Ciuitate, eod. num. 7.

Si ſcientia ſit præſumpta, intrat pœna extraordinaria, eod. n. 8.

In dubio vero præſumitur ignorantia, eodem, num. 9.

Pœna ſupradicta intrat ſolum, quando banniti ſunt capitales, aliàs ſecùs, num. 10.

Et de dicta qualitate debet conſtare, eodem, num. 11.

Pœna quando minoranda ſit infantibus, & impuberibus remiſſiuè, fol. 430. num. 10.

Pœna conuentionalis vt exigatur ob fracturam pacis à fideiuſſore, debet fractura plenè probari, fol. 470. num. 1.

Etiamſi principalis ſit ſoluendo, fol. 471. numer. 2.

Licèt contrarium teneant alij, eodem, numero 3.

Et etiamſi ſententia contra principalem ſit adminiculata, eod. n. 4.

Et etiamſi adeſſet confeſſio vera delinquentis, eod. n. 5.

Licèt contrarium teneant alij, eodem, numero 6.

In Statu Eccleſiaſtico ſufficit ſententia contumacialis, eod. num. 7.

Dummodò principalis ſit validè condemnatus, aliàs ſecùs, eod. n. 8.

Pœna ordinaria quando intret, ſi de animo occidendi conſtet ex coniecturis, fol. 455. n. 8.

Pœna Statuti tollit pœnam iuris communis, fol. 491. num. 1.

Licèt alij contrarium teneant, eodem, numero 2.

Siuè Statutum deroget iuri communi, ſiuè non, eod. num. 3.

Et etiamſi pœna impoſita à Statuto ſit mitior, fol. 492. num. 4. & 6.

Seù etiam ſit maior, eod. num. 5.

Quando verò pœnæ ſunt diuerſæ, quænam ſit imponenda, eod. n. 7.

Pœna conuentionalis ex contractu pacis, ſeù cautionis de non offendendo tranſit ad hæredes, fol. 492. num. 1.

Ratio aſſertur, eod. num. 2.

Tum ad fauorem partis, quam fiſci, eodem, num. 3.

Pœna pecuniaria contra contumaces non exiguntur in Statu Eccleſiaſtico, fol. 492. num. 1.

Pœnæ quando ſunt communes, priuatus debet illius partem accipere de manu fiſci, fol. eodem, numer. 2.

Pœna appoſita in compromiſſo exigi poteſt in caſu inobſeruantiæ, fol. 493. num. 1.

Ratio aſſertur, eod. n. 2.

Maximè quando compromiſſum eſt iuratum, eod. num 3.

Fallit quando appellans à laudo appellationi renunciauit, eod. n. 4.

Fallit ſecundò de conſuetudine, eodem, numero 5.

Contrarium tenent plures Doctores, eodem, num. 6.

Quæ conſuetudo non extenditur de loco ad locum eod. n. 7.

Vtrùm verò ſit expectanda confirmatio laudi, vide ibi. num. 8.

Pœna contra alienantes bona in forenſes non habet locum, niſi ſequuta traditione, fol. 494. numero 1.

Et non ſufficit traditio per conſtitutum, eod. num. 2.

Maximè ſi alienatio fiat ex cauſa dotis, eod. num. 3.

Et in alienatione rei paruæ, eod. n 4.

Et in alienatione facta in Eccleſiam, eodem, num. 5.

Licèt contrarium teneant alij, eodem, numero 6.

Et in alienatione facta ab ipſis forenſibus, eod. num. 7.

Pœna debentur domino, cuius tempore fuit commiſſum delictum, non domino, qui ſucceſſit in Principatu, fol. 495. num. 1.

Licèt contrarium teneant alij, eod. n. 2.

Maximè, ſi pœna ſit impoſita ipſo iure, eod. n. 3

Et quando ſententia fuit lata tempore primi domini, eod. n. 4

Secùs, ſi ſententia lata fuit tempore ſecundi domini, eod. n.7.

Quid, ſi fuit appellatum, & ſententia fuit poſtea confirmata, eod. n.5.

Pęna debetur Officiali, qui condemnauit, non autem qui exigit, eod. n. 6.

Et quid in Theſaurario, vel Fiſcali, eodem, num. 8.

Pœna extraordinaria imponitur, quando ex coniecturis proceditur, fol. 496. num. 1.

Ratio affertur, eod. n.2.

Procedit, quando agitur de condemnatione rei præſentis in Statu Eccleſiaſtico, eodem, numero 3.

Et an pœna in d. caſu eſſe debeat corporalis, vel pecuniaria, fol. 497. num. 4.

Pęnam ob frequentiam delictorum debet augeri, fol. 498. num. 1.

Amplia illatiuè, vt num. 2.

Pœna autem pecuniaria non euadit corporalis, niſi in furto, eod. num. 3.

Contrarium tenet Farinacc. *relatus, ibidem, num. 4.*

Pœnæ locus non eſt, niſi in iure ſit cautum, fol. 498 num. 1.

Si verò non ſit expreſſa, Iudicis arbitrio imponitur, eod. n.2.

Quomodò Iudex debeat arbitrari, fol. 499. num. 3.

Ceſſante conſuetudine pœna infertur de ſimilibus ad ſimilia, eod. num. 4.

Et ſi Statutum imponat pœnam peculariam, puta, centum, & vltra, eod. n.5.

Et quomodò Iudex tunc gerere ſe debeat, eod. num. 5. 6. & 7.

Pœna maior non debet imponi reo contumaci, quàm reo præſenti, fol. 501. num. 1.

Ratio affertur, eod. n.2.

Et pęna conſulentis, vel mandantis non debet eſſe maior, quàm facientis, eod. n.3.

Pœna indignationis Principis eſt arbitraria, fol. 501. num. 1.

Licèt aliter teneant alij, ibi. n.3.

Quæ alteratur, & minuitur pro qualitate facti, eod. num.4.

Pœnæ omnes ſunt Principi arbitrariæ, fol. 501. numer. 2.

Perquiſitio in domo aliena pro rè furata, & ſimil. non eſt concedenda, fol. 503. num.1.

Fallit ſtante ſuſpicione, vel indicio de exiſtentia illius in domo aliena, num. 2.

Et ſufficiunt indicia leuiá, eod. n.3.

Licentia verò non eſt concedenda per Iudicem à partibus, eod. num. 4.

Neque eſt facienda propria authoritate, eod. num. 5.

Re autem furata reperta debet diligenter adnotari, eod. n.6.

Si verò non ſit reperta, iuuat maximè imputatum, eod. n. 7.

Præceptum factum de cauendo de non offendendo cum clauſula, quòd interim &c. valet, fol. 104. num. 1.

Licèt alij teneant contrarium, eod. num. 2. & fol. 503. num. 1.

Ita vt pœna ob contrauentionem exigi poſſit, eod. num.3.

Amplia, vt de contrauentione ſufficiat conſtare per coniecturas, eod. n.4.

Fallit, ſi præceptum ſit nullum ex cauſa iuriſdictionis, eod. n.5.

Et quando eſt iniuſtum, eod. n.6.

Declara concluſionem, vt fol. 105. numero 7.

Et ſufficit, illud fuiſſe præſentatum domi, num. 8.

Præuentio habet locum inter plures Iudices, qui de eodem delicto cognoſcere poſſunt, fol. 504. numer. 1.

Et inter Iudicem Eccleſiaſticum, & Secularem, eod. n.2.

Et inter Iudicem maiorem, & inferiorem, eod. num. 3.

Limita in crimine hæreſis, in quo non datur præuentio. eod. n.4.

Et quando Iudex præueniens non eſt conceptus, eod. num. 5.

Et quando Iudex præueniens procedit per inquiſitionem, eod n.6.

Et quando Iudex procedit cum maiori qualitate, eod. n.7.

Et in Iudice nulliter procedente, fol. 505. numer. 8.

Præuentio facta ab vno Iudice aufert iuriſdictionem ab alio, vt illi præferatur, fol. 505. n.1.

Ratio affertur, eod. n.2.

Ita vt Iudex præueniens poſſit alteri inhibere, eod. n. 3.

Et præuentio de vno correo proſit etiam quoad alium, eod. n.4.

Licèt contrarium teneant alij, eod. n. 5.

Et præuentio facta ab accuſatore alios Iudices reijciat, eod. n. 6.

Qui poſtea non poteſt variare, fol. 506. numero 7.

Amplia, vt ibi. num.8.

Præuentio elidit, ſed non tollit in totum iuriſdictionem alterius Iudicis, eod. n.9.

Ita vt inquiſitus debeat dare de præuentione, & etiam appellare, eod. n.10.

Contumax verò non dat de præuentione, eod. num. 11.

Præuentio affectata à reo non inducit præuentionem eod. num. 12.

Et quando præuentio dicatur affectata, eodem, num. 13.

Præuentione facta reus non tenetur comparere coràm Iudice præuento, eod. n.14.

Quis verò Index ſit præferendus facta citatione in eadem hora, eod.n.15.
Præuentio inducitur per citationem verbalem quoad Iudicem, & partem, fol.507.n.1.
Etiamſi citatio ſit vna, eod.n.2.
Et Index qui primò citauit præfertur Iudici, qui primò ſententiauit, eod.n.3.
Si tamen citatio eſt legitima aliàs ſecùs, eod. num. 4.
Et ſi citatio ſit exequuta, aliàs ſecùs, eod. num. 5.
Præuentio eò magis inducitur per citationem realem, eod.n.6.
Quæ præfertur præuentioni facta per citationem verbalem, fol.507.n.7.
Licèt contrarium teneant alij, eod.n.8.
Niſi realis facta ſit in fraudem, eod. numer.9.
Quid de cumparente ſponte vide, eod. numer.10.
Declara, vt eod.n.11.
Præuentio realis præfertur verbali anteriori, quando Iudices ſunt ſub eodem Principe, aliàs ſecùs, fol.508.n.12.
Et quando reus captus conſentit in Iudicem capientem, eod.n.13.
Præuentio inducitur per præceptum de non diſcedendo de palatio, fol. 508. n. 14.
Et per Iudicem incipientem proceſſum, licèt alius ſententiauerit, eod. n. 15.
Contrarium tenent alij, eod. n.16.
Et inducitur in aliis cauſis remiſſiuè, eod. num. 18. & fol. 208. n. 26.
Si vnus ſit captus ab Eccleſiaſtico, & alius à Laico, Eccleſiaſticus præfertur, eodem numer. 17.
Præmium pro capientibus bannitos non debetur birruarijs, fol. 65. n. 1.
Maximè ſi bannita ſit mulier, eod. n. 2.
Si tamen mulier occidat bannitum, ei præmium debetur, eod. n. 3.
Fallit, ſi Statutum mandet contrarium, eod. num. 5.
Et ſi Princeps ex gratia illud concedat, eodem num. 6.
Sunt tamen birruarlis reficiendæ expenſæ, fol. 66. num. 7.
Princeps non poteſt facere gratiam delinquenti non concordata parte, fol. 509. n. 1.
Aliàs dicitur facere contra conſcientiam, eod. num. 2.
Et non obtenta pace, fol. 510. n. 3.
Niſi partes non degunt in eadem Regione, vel datu exilio, eod. n. 4.
Limita in caſibus relatis, ibi. n. 5.
Et quando offenſus eſt incognitus, vel forenſis, cum cautione, eod. n. 6.
Et quando offenſus dedit cauſam offenſioni, eod. num. 7.
Et ſtante iuſta cauſa, & pro bono pacis, eod. num. 8.
Licèt alii contrarium teneant, eod. n. 9.
Et quando offenſus recuſat ſatisfactionem oblatam, eod. n.10.
Reus tamen captus cum d. gratia nulla non poteſt puniri, eod. n. 12.
Princeps non poteſt gratiare etiam concordata parte, quando illa eſt allatura nocumentum publicæ vtilitati, fol. 511. n.11.
Damna verò probantur iuramento partis præuia Iud. taxatione, eod. n. 13.
Princeps non poteſt ſtatuere, quòd vnius dicto ſtandum ſit fol. 511. n. 1.
Ratio affertur, eod. n. 2.
Licèt contrarium teneant alii, eod. n. 3.
Neque poteſt ſtatuere, quòd credatur teſtibus ſingularibus, eod. n. 4.
Niſi, quando cum dicto teſtis concurrit coniectura, eod. n. [illegible]
Et quando non agitur de præiudicio tertii, fol. 512. n. 6.
Et quando id ſtatuit in caſu particulari, ex iuſta cauſa, & vt n. 7.
Princeps poteſt ſubditos malæ vitæ, & rixoſos à ſtatu eijcere, & ad confinia ponere, fol. 242. num.1. & fol. 512. n. 1.
Ratio affertur, fol. 243. n. 2.
Et idem poteſt facere Cardinalis Legatus, eod. num. 3.
Et Prorex, & Præfet Prouinciæ, eod. num.4. & 5.
Et poteſt exiliare meretrices, lenones, & ſimiles, eod.n.6.
Et coniunctos bannitorum, qui in Territorio graſſantur, eod.n.7.
Etiam ſine iudiciali cognitione, eod. numer.8.
Id tamen non licet facere Iudicibus inferioribus, eod.n.9.
An poſſit exiliare Clericos, & equites remiſſiuè, ibi.n.10.
Princeps promittens impunitatem reuelanti delictum tenetur illam ſeruare, fol 354.n.1.
Ratio affertur, eod.n.2.
Amplia, vt eod.n.3.
Etiamſi d. promiſſio non eſſet valida, nec concedenda, eod.n.4.
Dummodo delinquens ſeruet promiſſa, eod. num.5.
Et ſufficit, quod ſubminiſtret indicia ad torturam, fol.355.n.9.
Licèt contrarium teneant alij, eod n.7.
Princeps an poſſit concedere facultatem exercendi monopolium. fol. 441. n. 6.
Probationes rei in criminalibus confundunt probationes actoris, fol.512.n.1.
Ratio affertur, fol.513.n.2.
Maximè, quando probationes rei ſunt fortiores, eod.n.3.
Et probationes rei claræ tollunt præſumptiones fiſci, eod.n.4.

Et li-

Et licèt probationes rei, & ſiſci ſint pares, eod. num. 5.

Et præſumptio excluſiua delicti præfertur incluſiuæ, eod. n. 6.

Imò probatio excluſiua delicti præſumptiua tollit veram probationem ſiſci, eod. n. 7.

Et probatio ſemiplena habetur pro plena ad deſenſam, eod. n. 8.

Declara, vt eod. n. 9.

Probationes in criminalibus ad condemnandum debent eſſe luce meridiana clariores, fol. 514. num. 1.

Quomodocunque Iudex procedat, eodem numer. 2.

Et maximè in ſindicatu, eod. n. 3.

Etiamſi pœna eſſet tantùm pecuniaria, eodem num. 4.

Licèt contrarium teneant alii, eod. n. 5.

Et vt probationes dicantur claræ, requiruntur duo teſtes, fol. 515. n. 7.

Qui ſiat omni exceptione maiores, eodem numer. 8.

Et debent concludere per neceſſe, eodem numer. 9.

In delictis occultis ſufficiunt tamen leuiores, eod. n. 10.

Et quæ ſint delicta difficilis probationis habes, ibi. n. 11.

Procurator in pœnis capitalibus, & à relegatione ſupra non admittitur pro reo, fol. 516. num. 1.

Neque admittitur Tutor, neque Curator, eod. num. 2.

Etiamſi agatur de pœna corporali leui, eod. num. 3.

Neque in criminibus priuatis in d. caſu, eod. num. 4.

Amplia eod. n. 5.

Admittitur in pœnis à relegatione infra, eod. num. 6.

Licèt alij contrarium teneant, eod. n. 7.

Et quando agitur de pœna pecuniaria, fol. 517. num. 8.

Et in delictis leuibus, eod. n. 9.

Et pro perſonis Illuſtribus, eod. n. 10.

Et pro bannito peſente cancellari bannum, eod. n. 11.

Et quando procurator proponit exceptiones crimen non tangentes, num. 12.

Et quando proponit exceptiones dilatorias, eod. n. 13.

Et in caſibus, in quibus reus abſens poteſt condemnari, eod. n. 14.

Contrarium tenent alij, eod. n. 15.

Et admittitur defenſor, & inſtructor innocentiæ, fol. 518. num. 16.

Licèt alij contrarium teneant, eodem numer. 17.

Qui poteſt teſtes nominare ad aures, & alia facere, vt ibi. num. 18.

Item admittuntur conſanguinei in crimine afferenti dedecus familiæ, eod. n. 19.

Procurator non admittitur pro reo, ſi ſtatutum mandet contrarium fol. 518. n. 20.

Limita in inſtructore innocentiæ, eodem num. 21.

Contrarium tenent alii, eod. n. 22.

Procurator nunquam admittitur in tribus caſibus, vt num. 23.

Quando admittatur pater pro filio, & alii pro eorum intereſſe, eod. num. 24.

Procurator, vel alius admittitur ad allegandum cauſam abſentiæ, vel alterius impedimenti pro reo, fol. 519. num. 1.

Etiam ſtante Statuto, quòd poſt bannum nulla admittatur defenſio, eod. n. 2.

Etiam ſinè mandato, eod. n. 3.

Declara, vt ibi. eod. n. 4. & 5.

Et abſque aliqua ſatisdatione, fol. 520. n. 6.

Ita vt Iudex debeat ſuperſedere aſſignando terminum ad perquirendum &c. num. 7.

Si cauſæ allegatæ ſunt iuſtæ, aliàs ſecùs, eod. n. 8.

Ita vt, ſi impedimentum ſit allegatum, proceſſus non valeat, aliàs ſecùs, n. 9.

Licèt contrarium teneant alii, eod. n. 10.

Allegans verò abſentiam tenetur probare, vel offerre probare, eod. n. 11.

Licèt aliud ſeruetur in practica fol. 521. numer. 12.

Procurator quando admittatur ad dicendam ſententiam nullam eod. n. 14.

Prouocatio facit, quòd occidens prouocantem non puniatur pœna ordinaria, fol. 521. n. 1.

Ratio affertur, eod. n. 2.

Et in dubio præſumitur factum ad ſe defendendum, eod. num. 3.

Etiamſi occidat non prouocantem, ſed tertium, eod. num. 4.

Et ſufficit minus leuis prouocatio, fol. 522. num. 5.

Etiamſi prouocatus occidat, vel offendat ex interuallo, eod. n. 6.

Declara, vt ibi. n. 7.

Prouocatus dicitur offendere ex noua cauſa, eod. num. 8.

Prouocator ſi occidat prouocatum ab eo in rixa poſitum in periculo, non excuſatur, eodem nu. 9.

Prouocatio probatur præſumptionibus, & coniecturis, fol. 522. n. 1.

Et quis dicatur prouocatus, eod. n. 2.

Dicitur, qui primo incipit verbis, ex quibus deuenitur ad rixam, eod. n. 3.

Et qui in alium profert verba minatoria, fol. 523. n. 4.

Et qui profert verba ſuperba, & inurbana, eod. n. 5.

Et qui primò rixam incipit, eod. n. 6.

Et qui primò arma capit, & euaginat, eodem num. 7.

Et qui

Et qui priùs admonauit, & peremit, eodem, num. 8.

Proxeneta in criminalibus non eſt teſtis idoneus, fol. 588. n. 1.

Amplia in crimine ſimoniæ, eod. n. 2.

Et in crimine concuſſionis, eod. n. 3.

Et in crimine baratteriæ, eod. n. 4.

Et mediatores concordiæ, & pacis, eodem, num. 5.

Admittitur autem in crimine vſurarum, eod. num. 6.

Q

Qualitas pœnam inducens eſt probanda per fiſcum, fol. 523. n. 1.

Ita, vt, ſi Statutum imponat pœnam cum aliqua qualitate, vt ſit locus pœnæ, qualitas eſt probanda, fol. 524. n. 2.

Et idem eſt in qualitate tribuente iuriſdictionem, eod. n. 3.

Nec ſufficit ad probandam qualitatem ficta rei confeſſio, eod. n. 4.

Et eò magis, quando qualitas delictum aggrauat, eod. n. 5.

Et ſi qualitates ſunt plures omnes ſunt probandæ, eod. n. 6.

Plenè, & non præſumptiuè, eod. n. 7.

Exemplifica in delatione piſtolarum, vt numer. 8.

R

Recognitio rei furatæ, & ſim. eſt facienda repoſita inter plures, fol. 524. n. 1.

Idem eſt in recognitione inquiſiti, fol. 525. numer. 2.

Et teſtes recognoſcentes examinantur ſeparatè, eod. n. 3

Et recognoſcendus eſt cum qualitatibus, quas habent alij ſimiles, n. 4.

Et ſi teſtis in recognitione tangat alium, inquiſito prodeſt, n 5.

Et quomodo recognitio perſonarum ſit facienda in ſimilibus, eod. n. 6.

Recognitio cadaueris facienda eſt per teſtes aſſerentes, vidiſſe hominem mortuum cum deſcriptione vulnerum, & alijs, fol. 525. num. 1.

Itaut cadauer ſepultum effodi poſſit, fol. 526. num. 2.

Epiſcopus verò non tenetur d. licentiam dare, niſi ſuo arbitrio, eod. num. 3.

Licèt contrarium tenuerit Genuen. *eodem, numera 4.*

Quæ recognitio non eſt facienda in Eccleſia, nec in Cæmeterio, eod. num. 5.

Receptare proximum, & cum illo conuerſari non eſt prohibitum, fol. 58. num. 2.

Repulſa conceditur reo contra teſtes contra eum examinatos, fol. 528. num. 1.

Et maximè ſi teſtes ſint confrontati, & is ſit citatus ad illorum iuramenta, eod. num. 2.

Limita in crimine læſæ Maieſt. diuinæ, & humanæ, eod. n. 3.

Contrarium tenent alij, eod. n. 4.

Limita ſecundò in crimine blaſphemiæ, eodem, num. 5.

Licèt alij teneant contrarium, fol 529. num. 6.

Limita tertiò in cauſa aſſaſſinatorum, eodem, num. 7.

Limita quartò contra teſtes à ſe productos, eod. num. 10.

Quò tamen ad perſonas, non quoad dictum, eod. n. 11.

Repulſa non datur, niſi bis, eod. n. 12.

Repulſa non debet eſſe generalis, ſed ſpecialis, eod. num. 13.

Teſtes verò reprobatorij repelluntur etiam leui exceptione, ibi. n. 14.

Reſiſtentia contra birruarios eſt probanda, fol. 73. num. 13.

Retentus in domo ſub cautione an incurrat pœnam exeundo, credens alteri bono viro, fol. 282. num. 11.

Reo admiſſo ad nouas defenſiones, fiſcus non poteſt aliud contra eum probare, fol. 530. num. 1.

Contrarium tenent alij, eod. n. 2.

Declara, vt ibi. num. 3.

Reus ſi dicat, habere aliquem pro viro probo, non poteſt eius perſonam, ſed ſolùm dictum reprobare, fol. 530. num. 1.

Idem eſt, ſi dicat, non habere inimicitiam cum aliquo, fol. 531. n. 2.

Iudex tamen debet ſe à d. interrogationis abſtinere, eod. n. 3.

Reus poteſt docere de ſua innocentia etiam poſt concluſum in cauſa, fol. 531. num. 1.

Et poteſt teſtes examinare etiam poſt dicta, eod. num. 2.

Licèt contrarium teneant alij, eod. num. 3.

Concorda, vt ibi, num. 4.

Maximè ſuper nouis articulis, eod. n. 5.

Et etiam poſt ſententiam, eod. n. 6.

Licèt contrarium teneant alij de conſuetudine, fol. 532. num. 7.

Contra quos tenent alij Doctores, eodem, num. 8.

Et poteſt nominare alios teſtes ſuper iiſdem ante dicta, num 9.

Et teſtes repetere etiam poſt concluſum in cauſa, & in cauſa appellationis, ibi. n. 10.

Reo ſunt edenda nomina teſtium pro Curia examinatorum, fol. 532. n. 1.

Limita ſtante periculo, ne teſtes offenderentur, eod. n. 2.

Contrarium tenent alij de conſuetudine, eod. num. 3.

Limita ſecundò in cauſa hæreſis, eod. n. 4.

Reus verò non tenetur edere nomina fiſco, niſi poſt publicationem, fol. 533. n. 5.

Licèt

Licèt alii teneant contrarium, eod. n. 6.
Maximè, ſi adſit accuſator, vel inſtigator, num. 7.
Et præcipuè, quando accuſator eſt potens, eod. num. 8.
Reus, qui ſubſtinuit negatiuam in tortura, eſt abſoluendus, fol. 533. num. 1.
Ratio affertur, eod. n. 2.
Etiam in fauorem imputatorum de auxilio, vel fauore, eod. n. 3.
Et etiamſi indicia ſint vrgentia, fol. 534. numer. 4.
Et etiamſi ſint violenta, & indubitata, eod. num. 5.
Contrarium tuze intrare pœnam extraordinariam, tenent alij eod. n. 6.
Etiam corporalem, eod. n. 7.
Reus negatiuus eſt abſoluendus etiam teſtibus conuictus, eod. n. 8.
Quòd tunc intret pœna extraordinaria corporalis, tenent alij, eod. n. 9.
Et alij tenent pro pœna ordinaria, eodem, num. 10.
Reus tortus, & negatiuus quomodo ſit abſoluendus, eod. n. 11.
Reus non poteſt renunciare defenſionibus, & renunciatio eſt nulla, fol. 535 n. 1.
Ratio affertur, eod. n. 2.
Licèt alij teneant contrarium, eodem, numer. 3.
Neque valet renunciare appellationi, eodem, num. 4.
Fallit in renunciatione tacita, fol. 536. numer. 5.
Et quando renuncians eſſet notorius delinquens eod. num. 6.
Amplia ſecundò, vt renuncians poſſit renunciationem reuocare, eod. num. 7.
Amplia tertiò, vt ibi. num. 8.
Licèt alij teneant contra d. tertiam ampliationem, eod. n. 9.
Secùs, ſi notoriè conſtet, renuncianti nullam competere defenſionem, eod. n. 10.
Limita concluſionem in delictis, in quibus non imponitur pœna corporalis, nec infamia, eodem, num. 11.
Et quando reus eſt confeſſus, eodem, numero 12.
Et quando reus eſt captus in fragranti, & aliàs, vt num. 13.
Reo admiſſo ad nouas defenſiones teſtes non ſunt repetendi, fol. 537. num. 1.
Licèt alii teneant contrarium, eodem, numero 2.
Amplia, vt neque ſit facienda confrontatio teſtium, eod. n. 3.
Limita, ſi reus ſit admiſſus in primis terminis, eod. n. 4.
Et quando condemnatio eſt nulla, eodem, numer. 5.
Reus admiſſus ad nouas defenſiones poteſt ex ſola contumacia, & banno torqueri, fol. 537. n. 1.
Tàm, ſi ſit verus, quam fictus contumax, fol. 538. num. 2.
Fallit in reo bonæ famæ, eod. n. 3.
Et in reo minore, eod. n. 4.
Et in reo, cui fuit remiſſa contumacia, eodem num. 5.
Et in reo, qui non comparuit ex legitima cauſa, eod. num. 6.
Et ſtante nullitate banni, eod. n. 7.
Et in alijs caſibus relatis, ibi. n. 8.
Reus confeſſus delictum non poteſt torqueri, & interrogari ſuper alijs delictis, fol. 538. n. 1.
Ita vt confeſſio ei non noceret, fol. 539. numer. 2.
Fallit de generali conſuetudine, eodem, numer. 3.
Quam non valere, tenent aliqui, eodem, numer. 4.
Quæ procedit eò magis in fure, eod. n. 5.
Et d. conſuetudo procedit in reo diffamato, alias ſecùs, eod. n. 6.
Tortura tamen debet eſſe moderata, eodem, num. 7.
Et d. conſuetudo non viget in Statu Eccleſiaſtico, eod. n. 8.
Et Iudex debet ſolùm reum interrogare in genere, eod. n. 9.
Et debet proteſtari, illum non torquere ſuper confeſſis, vel conuictis, n. 10.
Reus confeſſus non poteſt interrogari, nec torqueri ſuper ſocijs, complicibus &c. fol. 540. num. 1.
Niſi contra illos adeſſent indicia, eodem, numero 2.
Limita de generali conſuetudine, eodem, numer. 3.
Contra quam tenent plures, eod. num. 4.
Quæ conſuetudo procedit in reo diffamato, & furibus, eod. n. 5.
Limita ſecundò in crimine hæreſis, fol. 541. num. 6.
Limita tertiò in occidente ſine cauſa, eod. numer. 7.
Quæ tortura debet eſſe moderata, eodem, numer. 8.
Reus inquiſitus in partibus poteſt ſe conſtituere in Curia, fol. 541. n. 1.
Reus condemnatus in contumacia non poteſt ſe conſtituere, niſi coram Iudice, qui condemnauit, vel in Curia Prouinciæ, eod. n. 2.
Reo capto poſt condemnationem eſt dandus terminus ad dicendum contra ſententiam cum copia terminorum, & indiciorum, fol. 541. n. 1.
Reus relatus ſub cautione non poteſt reuocari ad carceres, niſi noua ſuperueniant indicia, fol. 113. num. 2.
Reus habilitatus ex carcere cum licentia ad certum tempus, illo elapſo, non incurrit pœnam, ſi non ſit interpellatus, fol. 121. num. 1.

Reus, ſi neget delictum, poteſt poſtea illud fateri, & probare, illud feciſſe ad defenſionem, fol. 341 num. 1.

Cum poſſit vti diuerſis, & contrarijs exceptionibus, eod. num. 2.

Reus recuſans Iudici reſpondere, vel non praciſè cogitur per torturam, fol. 640. n. 1.

Quod procedit etiam in teſte, fol. 641. n. 2.

Etiamſi petat dilationem ad deliberandum, eod. n. 3.

Licèt contrarium teneat Alex. *relatus, eod. num. 4.*

Maximè, ſi recuſet reſpondere ſuper circumſtantijs ſubſtantialibus, eod. n. 5.

Limita in delictis grauibus, eod. n. 6.

Licèt, renitentiam eſſe ſolum habendam pro indicio, teneant alii, eod. n. 7.

Debent tamen pracedere indicia ad illum interrogandum, eod. n. 8.

Et conſtito de corpore delicti, aliàs secùs, eod. num. 10.

Non poteſt tamen interrogari ſuper facto principali, eod. n. 11.

Et tortura debet eſſe moderata, fol. 642. numer. 12.

Limita, ſi reus habeat iuſtam cauſam non reſpondendi, eod. n. 13.

Et ad, decreto de torquendo datur appellatio, eod. n. 14.

Et quid, ſi in ſecundò conſtituto ſe referat ad primum, eod. n. 15.

Reus, ſi propter dignitatem, vel atatem torqueri non poſſit, condemnatur in panam extraordinariam, fol. 643. n. 1.

Quòd ſit dimittendus ſub fideiuſſione, tenent alii, num. 2.

Declara concluſionem, vt n. 3.

Riualitas in amore facit indicium ad torturam, fol. 366. num. 1.

Procedit pluribus concurrentibus, vt ibid. n. 2.

Rixa eſt duorum, vel plurium vi contentio ex improuiſo procedens, fol. 543. n. 1.

Rixa author dicitur, qui dixit, aut fecit, aut tentauit facere quid illicitum, ex quo veriſimiliter eſt ſequutum delictum, eod. n. 2.

Et qui alium facto, vel verbis ad iram incitat, eod. n. 3.

Rixa potiùs ſimplex, quam prauio tractatu ſequuta cenſetur, fol. 543. num. 4.

Rixam habens cum alio, ſi ſuperueniat eius frater, qui occidat rixantem, non tenetur de homicidio, fol. 342. num. 1.

Idem ſi frater occidat rixantem cum fratre, videns illum aggreſſorem, n. 2.

Etiamſi frater accurrens rixa occidat alium non rixantem, eod, n. 3.

Limita, ſi frater rixans ſit illius author, eod. num. 4.

Et quando frater accurrens tenuit rixantem, vt a fratre occidatur, n. 5.

In dubio praſumitur, quòd caſu in rixa interuenerit, eod. n. 6.

Contrarium tenet Caball. *relatus, eodem, num. 7.*

Rixa author, ſeù aggreſſor, ſi occidat, vel vulneret, non poteſt allegare, feciſſe ad ſui defenſionem, fol. 543. num. 1.

Neque offenſionem ſequutam eſſe ex noua cauſa, fol. 544. num. 2.

Neque excuſatur ob multitudinem delinquentium, eod. n. 3.

Neque ob incertitudinem delinquentium ei pana minoratur, num. 4.

Licèt, tantum intrare panam extraordinariam voluerint alij, eod. n. 5.

S

Saluus conductus concedi non poteſt, niſi per Principem, non per Iudicem, fol. 544. n. 1.

Maximè in ſtatu Eccleſiaſtico, fol. 545. numer. 2.

Index poteſt illum concedere ex cauſa, eodem, num. 3.

Ad tempus tamen, non in perpetuum, eodem, num 4.

Et dummodò ille non ſit condemnatus à Superiore, eod. n. 5.

Si verò de facto ſit conceſſus, ille eſt ſeruandus, eod. n. 6.

Licèt alij contrarium teneant, eod. n. 7.

Etiamſi ſit conceſſus contra legem, vel Statutum eod. n. 8.

Si tamen concedens aliquam habeat iuriſdictionem, n. 9.

Saluum conductum concedere poſſunt Principes, Duces, & alij, fol. 546. n. 10.

Saluus conductus cenſetur conceſſus tàm pro eundo ad aliquem locum, quàm pro redeundo, eodem, num. 1.

Amplia in ſecuritate conceſſa pro gabellis eunti ad nundinas, qua cenſetur conceſſa etiam pro redeundo, eod. n. 2.

Fallit, ſi ex conceſſione appareat de contrario, fol. 547. n. 3.

Saluus conductus à Principe conceſſus reo eſt ei ſeruandus, fol. 547. n. 1.

Ratio affertur, eod. n. 2.

Licèt alij teneant contrarium, fol. 548. n. 3.

Amplia, vt ibi, num. 4.

Et ſaluus conductus ſit latè interpratandus, eod. num. 5.

Limita, ſi ſuperueniat noua cauſa, eodem, numer. 6.

Limita ſecundò pro delictis futuris, eod. n. 7.

Cum pro nouo delicto ſaluus conductus infriagatur, eod. n. 8.

Et pro ſaluo conductu conditionali, non impleta conditione, eod. n. 9.

Et ſi ſaluus conductus ſit ſubreptitius, eod. n. 10

Et poſt lapſum tempus ſalui conductus, eod. num. 11.

Saluus conductus extenditur ad delicta non expreſſa, quando ſunt minora expreſſis, eodem, numer. 12.

Saluum conductum habeas, ſi poſt illum delictum committat illum amittit, fol. 549. n. 1.

Ratio affertur, eod. n. 2.

Licèt contrarium teneant alii, eod. n. 3.

Limita, ſi delictum poſtea commiſſum ſit leue, eod. n. 4.

Et ſi non ſit commiſſum ex propoſito, eodem, num. 5.

Saluus conductus eſt concedendus inquiſito de pluribus delictis volenti ſe purgare etiam, quando delicta non ſunt ſeparata, fol. 549. n. 1.

In contrarium adeſt votum R. P. D. de Rubeis, eod. n. 2.

Scholares non poſſunt capi in ſcholis, niſi in criminibus exceptis, fol. 90. n. 3.

Sententia nulla, & irrita, non validatur per probationes ſuperuenientes, fol. 137. n. 5.

Sententia abſolutoria ad fauorem mandatarij non prodeſt mandanti, & è contra, fol. 418. num. 1.

Ratio affertur, fol. 419. n. 2.

Contrarium teneat alij, eod. n. 3.

Concorda, vt eod. n. 4.

Neque ſententia condemnatoria in connexis nocet alteri, num. 5.

Sequeſtrari nemo poteſt in domo ob timorem ſcandali, ſed ſolùm ob delictum commiſſum, fol. 550. num. 1.

Sindicatus querela contra Iudicem non admittuntur termino elapſo, fol. 554. num. 1.

Et allegata abſentia, & ignorantia proclamatum, eod. n. 3.

Contrarium tenent alij, eod. n. 4.

Maximè, ſi Iudex à ſindicatoribus ſit abſolutus, eod. num. 5.

Ita vt non poſſit in alio Iudicio Iudicem conuenire, num. 6.

Declara, vt eod. n. 7.

Sindicatus an poſſit expedire elapſo anno per ſindicatores, eod. n. 8.

Sindicatus terminus currit de momento ad momentum, eod. n. 2.

Sindicus, Barbitonſor, Chirurgus, & ſimilibus diminuentes, vel aggrauantes qualitatem delicti in eorum relatione tenentur pœna falſi, fol. 260. num. 1.

Socius criminis non poteſt regulariter de ſocijs interrogari, fol. 555. n. 1.

Neque in crimine furti, niſi fur ſit famoſus, eod. n. 2.

Fallit in criminibus exceptis, eod. n. 3.

Et quando adſunt indicia contra ſocium, eodem, num. 4.

Debet tamen interrogari in genere tantùm, eod. num. 5.

Amplia, vt ibi. num. 6.

Socius de conſuetudine generali poteſt de ſocijs interrogari, eod. n. 7.

Declara, vt ibi. fol. 556. n. 8.

Socius criminis non facit contra ſocium indicium ad torturam, fol. 556. num. 1.

Imò neque ad inquirendum, eod. n. 2.

Licèt contrarium teneant alij, eod. n. 3.

Concorda, vt ibi. n. 4.

Amplia neque contra hominem malæ famæ, fol. 557. n. 5.

Neque in criminibus exceptis ſine adminiculis, eod. n. 6.

Etiamſi ſocij eſſent duo, vel plures, eodem, num. 7.

Licèt contrarium teneant alii, eod. n. 8.

Concorda, vt ibi. num. 9.

Maximè, ſi ſocij eſſent ſingulares, ſine adminiculis, eod. n. 10.

Contrarium, num. 11.

Socii dictum non facit indicium ad torturam etiam adminiculatam, eod. n. 12.

Limita in criminibus exceptis, cum adminiculis, eod. n. 13.

Quomodocunque ſocius nominet, fol. 558. numer. 14.

Dummodo nominatio ſit facta in tortura, eod. num. 15.

Quæ debet eſſe ſpecialis, eod. n. 16.

Et cum iuramento, aliàs ſecùs, eodem, numero 17.

Et non animo gaudendi immunitate, eodem, num. 18.

Licèt tunc ſocium aliqualiter probare, teneat Caball. *eod. n. 19.*

Socius alios patiens defectus non facit indicium ad torturam, neque in exceptis, eod. n. 20.

Maximè ſi ſit periurus, fol. 559. n. 21.

Socii criminis excupatio iuuat ſocium, eodem, num. 22.

Licèt alii teneant contrarium, eodem, nu. 23.

Socii criminis dictum non facit indicium contra virum bonæ famæ, eod. n. 24.

Licèt de hoc dubitet Farinac. *eod. num. 25.*

Et quando faciat indicium in occultis, vide, eod. n. 26.

Socius eſt interrogandus in genere ad fugiendam ſuggeſtionem, fol. 138. n. 7.

Fallit, ſi adſint indicia particularia contra aliquem, eod. n. 8.

Socii criminis fuga non facit indicium contra ſocium, fol. 560. n. 1.

Ratio affertur, eod. n. 2.

Licèt contrarium teneant alii, eod. n. 3.

Et idem eſt in fuga mandatarii, quæ non nocet mandanti, eod. n. 4.

Limita quando fuga eſt adminiculata, eod. n. 5.

Socius criminis confrontatus eſt repetendus, ſocio petente, fol. 560. n. 1.

Contrarium fuit reſolutum in Sacra Conſulta, eod. n. 2.

Socius itineris non eſt teſtis idoneus ſuper iniuria facta ſocio, fol.693.n.1.
Ratio affertur, eod.num.2.
Licèt contrariam teneant alij, eod.n.3.
Maximè, ſi etiam ipſe ſocius potuerit offendi, eod.num.4.
Et ſi iniuriam ſibi ad animum reuocauerit, eod.num.5.
Sodomia in crimine ſufficit, conſtare de corpore delicti per præſumptiones, fol.560.n.1.
Licèt id non eſſe neceſſariam in d. crimine, teneant alij, fol.561.n.2.
Limita quando adeſt fractura, eod.n.3.
Non ſufficit tamen depoſitio pueri, eodem numer.4.
Cuius depoſitio non facit indicium ſinè adminiculis, eod.num.6.
Sodomia crimen, vti atrociſſimum, eſt de exceptis, fol.561.num.1.
Et in eo proceditur per inquiſitionem, eod.num.2.
Et eſt crimen mixti fori, eod.num.3.
Et probatur per coniecturas, eod.n.4.
Et propter d.crimen conceditur ſeparatio thori, eod.num.5.
Sodomia crimen committens punitur pœna mortis, fol.562.n.1.
Et poſt mortem comburitur, eod.o.2.
Et illius bona confiſcantur, eod.n.3.
Licèt contrarium teneant alij, eod.n.4.
Et d.pœna procedit, etiam in ſodomia cum fœmina, eod.num.5.
Et cum animali bruto, fol.563.n.6.
Effectu tamen non ſequuto intrat pœna extraordinaria, eod.n.7.
Licèt alij teneant contrarium, eod.n.8.
Et d. pœna in minoribus mitigatur, eod. numer.9.
Licèt contrarium teneant alij, eod.n.10.
Quod non procedit in infantibus, nec infantiæ proximis, eod.n.11.
Paſſus verò ſodomiam per vim non punitur, eod.num.12.
Spontanea rei comparitio illius innocentiam arguit, fol.564.num.1.
Etiamſi compareat poſt citationem, eod. numer.2.
Ita vt tollat indicia contra eum exiſtentia, eod.num.3.
Quòd ſolùm illa debilitet, tenent alij, fol.565.num.4.
Amplia, vt eod.num.5.
Spontanea comparitio tollit indicium fugæ, eodem num.6.
Et debilitat falſitatis præſumptionem, eod.num.7.
Spurij non admittuntur ad teſtificandum in criminalibus, in quibus requiruntur teſtes omni exceptione maiores, fol.585.n.1.
Etiamſi ſpurij ſint legitimati, eod.n.2.
Contrarium tenent alij, eod.num.3.
Et in naturali nato ex ſoluto, & ſoluta, eod.num.4.
Limita in ſpurio nobili, eod n.5.
Et in ſpurio optimæ conditionis, & famæ, eod.num.6.
Et quando veritas aliter haberi non poteſt, eod.num.7.
Statutum quando exonerans archibuſium cum offenſione incidat in pœnam vitæ, non comprahendit offendentem in veſtibus, fol. 556.n.1.
Ratio affertur, eod.num.2.
Fallit in materia excommunicationis, eod.num.3.
Statutum puniens auxiliatores, & fautores intelligitur de auxiliatoribus in ipſo delicto, non poſt delictum, fol.57.num.1.
Limita, vt eod.num.3.& 4.
Statutum puniens auxiliatorem non comprahendit conſultorem, & è contra, fol.57.n.2.
Statutum mandans, quòd bannitus ex delicto poſſit impunè occidi, non habet locum in bannito in contumacia, fol.62.n.1.
Contrarium vti verius tenent alij, eod.nu.2.
Amplia, vt idem ſit in Statu prohibente, receptari bannitum, eod.n.3.
Contrarium tenent alij, eod.n.4.
Statutum, quòd bannitus poſſit impunè occidi, non comprahendit bannitum toleratum, fol. 62. numer. 5.
Contrarium tenent alij, eod.n.6.
Statutum puniens loquentem cum bannito comprahendit etiam mittentem illi litteras, vel nuncium, fol.64.num 1.
Licèt alij teneant contrarium, eod.n.2.
Et eò magis, ſi Statutum puniat conuerſantem cum bannito, eod.n.3.
Limita, quando litteræ mittuntur in damnum Reipub.eod.num.5.
Statutum duplicans pœnam in delictis commiſſis de nocte habet locum in pœnis pecuniarijs tantùm, fol.449.num.1.
Neque habet locum in delictis verbalibus, n.2.
Contrarium tenent alij, eod.n.3.
Et ſi ſit commiſſum in crepuſculis, intelligitur de die, eod.num.4.
Et ſtantibus pluribus pœnis, illa tantùm vna vice duplicatur, eod.n.5.
Et commiſſum de nocte alicuius Sancti, ne pœna duplicetur, non dicitur commiſſum in die d. Sancti, eod.n.6.
Statutum puniens receptantem bannitum, non comprahendit receptantem mulierem bannitam, fol.65.num.4.
Statutum dans præmium capienti, vel occidenti bannitum latè interpretatur, vti fauorabile, fol.63. num.8.
Statutum minuens pœnam confitenti delictum procedit in negante, & poſtea confitente, fol. 341. num.3.

Licèt contrarium teneant alij, eod.n.4.

Limita, vt ibi.num.5.

Et vſque ad quod tempus primò negans poſſit poſteà fateri, vide ibi.num.6.

Statutum poteſt inducere præſcriptionem delictorum minori ſpatio 20. annorum, fol. 21c. numer. 11.

Statutum, ne remittatur delinquens ſinè pace ab hæredibus occiſi, intelligitur de hæredibus ſanguinis, non bonorum, fol.478.num.1.

Licèt alij teneant contrarium, eod.num.2.

Ita vt pax ſit habeada ab omnibus hæredibus, eod.num.3.

Licèt contrarium teneant alii, eod. num.4.

Etiamſi Statutum loquatur in numero ſingulari, eod.num.5.

Et maior pars hæredum intelligitur reſpectu quota hæreditatis, non perſonarum, fol.479.numer.6.

Statutum, ſi minuat pœnam delinquenti confitenti delictum, ſtante pace, ſuffragatur etiam illud neganti, & poſtea confitenti, fol.477.num.1.

Statuto ſtante minuente pœnam habenti pacem, ſi illa ab vno ſit producta, non prodeſt alteri, vt gaudeat beneficio d. Statuti, fol.480.num 1.

Ratio affertur, eod.num.2.

Licèt alij teneant contrarium, eod.num.3.

Statutum prohibens, extrahi blada, extra territorium non ligat illa portantem per territorium per tranſitum, fol.565.num.1.

Neque illa extrahentem pro vſu proprio, fol. 566.num.2.

Neque extrahentem blada collecta in bonis proprijs, eod.num.3.

Neque comprahendit minores extrahentes, eod. num.4.

Statutum prohibens extractionem frumenti comprahendit farinam, eod.num.5.

Appellatione frumenti in d. caſu venit ſolùm triticum, eod.num.6.

Statutum de mutilante membrum non procedit in mutilante digitum, fol.566 num.1.

Ratio affertur, eod.num.2.

Ita vt per abſciſſionem digiti non incurratur irregularitas, eod.num.3.

Et mutilans digitum in Eccleſia gaudeat immunitate, eod.num.4.

Niſi manus remaneret debilitata, eod.nu.5.

Maximè, vt eod.num.6.

Digitus verò quando dicatur, abſciſſus, eod. num.7.

Statutum ſi prohibeat conuenticulam, & congregationem armatorum, non cenſentur armati deferentes baculos, ſecures, lapides, & ſimilia, fol. 567.num.1.

Ratio affertur, eod.num.2.

Statutum mandans, bannitos poſſe impunè offendi, eſt validum, fol.568 num.1.

Et procedit etiam in foro conſcientiæ, eod. num.2.

Et valet etiam Statutum concedens præmium id facienti, eod.num.3.

Imò cogi poſſunt ſubditi ad perſequendum bannitos, eod.num.4.

Ita vt occidens bannitum non dicatur, pacem frangere, eod.num.5.

Et liceat occidere etiam mulierem bannitam eod.num.6.

Et bannito, ſtante d.Statuto, non liceat ſe defendere, eod.num.7.

Licèt alij teneant contrarium, eod.num.8.

Et d.Statutum procedit etiam in Clerico occidente, eod.num.9.

Licèt peccet mortaliter, ſi ſit in ſacris, eod. num.10.

Filius tamen non poteſt occidere patrem bannitum, & è contra, fol.569.n.11.

Licèt alij teneant contrarium, num.12.

Neque frater poteſt occidere fratrem bannitum, eod. num.13.

Licèt alij teneant contrarium, eod.n.14.

Nec d.Statutum procedit in bannito tolerato habente ſaluum conductum, & ſimil. eodem numer.15.

Si tamen plures ſint occiſores, vnicum debetur præmium, eod.num.16.

Stupratæ aſſertio facit indicium ad torturam cum adminiculis, fol.572.num.1.

Fallit, ſi eſſet accuſatrix, eod.n.2.

Et ſi eſſet periura, eod.n.3.

Et ſi patiatur alios defectus, eod.n.4.

Et ſi deponat cum tortura, alias ſecùs, eod. num.5.

Stuprum probatur, ex præſumptionibus, & coniecturis, fol.572.num.1.

Idem eſt in adulterio. fol.573.n.1.

Et plures afferuntur coniectura, eod.num.3.

Nam prouatur pleuè per teſtes domeſticos, eod. num.4.

Et illud excluditur, ſi conſtet de inhoneſtate mulieris, eod.num.7.

Stuprator perſona honeſta punitur publicatione dimidia partis bonorum, & humilis corporaliter, fol.573.nu.1.

Quid ſi ſtuprum ſit violentum, vel virgo immatura, eod.n.2.

Subornans teſtem ad falſum incidit in pœnam falſi, fol.574.num.1.

Licèt eo vſi nolit, eod.num.2.

Etiamſi ſubornet teſtem ad verùm, quòd teſtis neſciebat, eod.num.3.

Siuè ſubornans habeat litem, ſiuè non, eodem num. 4.

Et ſi teſtis deponant verùm, ſubornans ad falſum punitur extraordinariè, eod.n.5.

Non ſequuta depoſitione, ſubornans non puniatur in tenibus, eod. n. 6.

Licèt, illud puniri extraordinariè, teneant alij eod. num. 7.

Concorda, vt ibi.n.8.

Subor-

Subornans teſtem punitur extra ordinem, licèt teſtis recuſauerit falſum deponere, fol. 575. num. 9.
Subornatio, probatur coniecturis, fol. 576. num. 1.
Maximè, quando agitur ad defenſam, eod. numer. 2.
Suffocationis corpus delicti probatur ex relatione medicorum, fol. 577. num. 1.
Et per famam, eod. num. 2.
Qui debent referre vidiſſe ſigna ſuffocationis in gutture. eod. num. 3.
Suffocatio præſumitur potiùs ex morbo naturali, quàm ex facto hominis, niſi adſint in contrarium coniecturæ, eod. num. 4.
Supplicans Principi pro gratia non fateri cenſetur delictum, fol. 135. num 1.
Licèt alij teneant contrararium, eod. num. 2.
Amplia, vt ibi. num. 3.
Et quando Princeps gratiam non facit, eod. num. 4.
Licèt alij teneant contrarium, fol. 136. n. 5.
Limita, ſi ſupplicans preces exhibeat in iudicio, eod. num. 6.
Et ſi gratia petita ſit iudicialiter, eod. n. 7.
Supplicatio præſumitur porrecta per eum, cuius fauorem continet, eod. num. 8.
Contrarium ibi. num. 9.

T

Terminj plures ſunt aſſignandi reo pro ſuis defenſionibus, fol. 203. num. 3.
Teſtis inimicus non probat, fol. 578. num. 1.
Etiam in occultis, & difficilis probationis, eod. num. 2.
Ita vt neque faciat indicium, nec præſumptionem, eod. num. 3.
Et ſufficit, apparere de cauſa inimicitiæ, eod. num. 4.
Et repellitur, etiamſi aſſerat ſe amicum, eod. num. 5.
Etiam in criminibus exceptis, eod. numer. 6.
Et repellitur etiam conſanguineus inimici, eod. num. 7.
Etiamſi inimici depoſitio ſit adminiculata, fol. 579. num. 8.
Et cum tortura, eod. num. 9.
Limita in inimico capitali, aliàs ſecùs, eod. num. 10.
Licèt non capitalis inimicus non ſit omni exceptione maior, eod. num. 11.
Limita ſecundò in inimico reconciliato, eod. num. 12.
Si reconciliatio ſit de antiquo, ſecùs, ſi de recenti, eod. num. 13.
Contrarium tenet P. Graſſett. *relatus, eod. n. 14.*
Maximè, ſi interuenerint etiam actus amicabiles, eod. n. 15.
Inimicus verò reconciliatus non eſt teſtis omni exceptione maior, eod. n. 16.
Reconciliatio an ſit facta de recenti, nec ne, iudicis eſt arbitrarium, eod n. 17.
Teſtis excommunicatus non admittitur ad teſtificandum, fol. 586. n. 1.
Etiamſi excommunicatio ſit nulla, eod. n. 2.
Et ſufficit probare excommunicationem, eod. num. 3.
Limita in excommunicatione maiori, aliàs ſecùs, eod. n. 4.
Limita ſecundò in cauſa hæreſis, eod. n. 5.
Teſtis ebrius repellitur à teſtificando, fol. 587. num. 1.
Ratio affertur, eod. n. 2.
Procedit in penitùs ebrio, aliàs ſecùs, eodem num 3.
Et in ebrio tempore depoſitionis, eod. n. 4.
Repellitur tamen etiam ſolitus inebriari, eod. num. 5.
Teſtis pauper in criminalibus repellitur à teſtificando, fol. 595. n. 1.
Ratio affertur, eod. n. 2.
Licet contrarium teneant alij, eod. n. 3.
Maxime, ſi ſit factus pauper propria culpa, eod. num. 4.
Et quando patitur aliud defectum, eodem numer. 5.
Et ſi ſit pauper, & vilis, eod. n. 6.
Fallit, ſi pauper ſit honeſtæ vitæ, fol. 596. n. 7.
Quod non præſumitur, ſed eſt probandum, eod. num. 8.
Fides pauperis ſuppletur ex fide alterius teſtis, vel ex numero, eod. n. 9.
Fallit vltimò ad defenſam rei, eod. n. 10.
Teſtes domeſtici, & familiares in criminalibus non probant, eod. n. 1.
Etiam iudice procedente ex officio, eodem numer. 2.
Ita vt nullum faciant indicium parte opponente, eod. n. 3.
Licèt aliqui contrarium teneant, eod. n. 4.
Limita in ſubſidium, fol. 597. n. 5.
Et quando deponunt ad defenſam conſanguinei, eod. n. 6.
Et quando ſunt probatæ vitæ, eod. n. 7.
Et quando deponunt contra alium domeſticum, eod. n. 8.
Et in crimine læſæ Maieſtatis, eod. n. 9.
Illorum tamen depoſitio ſuppletur ex fide conteſtis, & ex numero, num. 10.
Teſtes patientes plures defectus non probant, fol. 597. n. 1.
Neque in caſu difficilis probationis, eodem num. 2.
Neque, quando admittuntur teſtes inhabiles, fol. 598. n. 3.
Amplia, vt ibi. n. 4.
Ita vt neque coadiuuentur adminiculis, eodem num. 5.
Neque probant in criminibus exceptis, eodem num. 6.

Et ſufficiant ad d. effectum duæ exceptiones, eod.num.7.
Teſtes ſingulares in criminalibus non probant, fol. 598.num.1.
Neque faciunt indicium ad torturam, fol.599. num.2.
Etiamſi d.teſtes ſint plures, eod.n.3.
Neque probant confeſſionem extraiudicialem, eod.num.4.
Limita, quando agitur de probando quid in genere, eod.num.5.
Licèt contrarium teneant alij, eod.num.6.
Declara vt ibi.num.7.& 8.
Limita ſecundò in ſingularitate obſtatiua, non in adminiculatiua, eod.num.9.
Etiamſi teſtes ſingulares ſint valdè nobiles, eod.num.10.
Et in ſingularitate adminiculatiua probant tantùm ſemiplenè, fol.600.num.11.
Limita ſecundò in crimine læſæ maieſtatis, eod. num.12.
Et probant etiam minas, eod.num.13.
Et conſuetudinem blaſphemandi, eod.n.14.
Licèt alij teneant contrarium, eod.n.15.
Et concurrentibus coniecturis, eod.n.16.
Vtrùm verò d. teſtes probant hæreſim, vide ibi.num.17.
Teſtis dans alium in conteſtem non probat, ſi conteſtis id neget, fol.600.num.1.
Idem eſt in teſte dicente, quid factum fuiſſe præſente Titio, ſi Titius neget, eod.n.2.
Licèt contrarium teneant alij, fol.601.n.3.
Imò d. teſtis eſt ſuſpectus de falſo, eod. numer.4.
Et punitur de falſo, ſi plures conteſtes dicant contrarium, eod.num.5.
Quando verò in d. caſu ſit locus torturæ remiſſiuè, eod.num.6.
Teſtis nulliter deponens, ſi dixerit falſum, non punitur de falſo, fol.601. num.1.
Licèt alij contrarium teneant, eod.num.2.
Idem eſt in teſte deponente falſum extra articulos, eod.num.3.
Licèt alij contrarium teneant, eod.n.4.
Limita, quoad pœnam extraordinariam, eod. num.5.& 6.
Amplia etiam in teſte deponente falſum ſinè iuramento, fol.602.num.7.
Licèt contrarium teneat Caball. relatus ibi. num.8.
Teſtes de auditu alieno in criminalibus non probant. eod.num.1.
Neque faciunt indicium ad torturam, eod. n.2.
Etiam, quod d. teſtes ſint plures, eodem num.3.
Licèt contrarium teneant alij, eod.n.4.
Maximè ſi deponant, audiuiſſe à parte, eod. num.5.
Ac etiam in crimine aſſaſſinij, eod.n.6.
Contrarium tenent alij, fol.603.n.7.
Limita in delictis difficilis probationis, eod. num.8.
Et quando deponunt ad defenſam, eod.num.9.
Et contra fiſcum inducentem, eod.num.10.
Debent tamen nominare eos, à quibus audierunt, eod.num.11.
Qui debent eſſe plures, & fide digni, eod. numer.12.
Et quòd ſint mortui, ſecùs ſi viui, & potuerint examinari, eod.n.13.
Limita vltimò, vt probent ea, quæ percipiuntur ſenſu auditus, eod.num.14.
Teſtis deponens de geſtis noctis tempore non probat, niſi addat, quod luna lucebat, vel aliud lumen aderat, fol.448.nu.1.& fol.604.n.1.
Limita, quando magna adeſſet vicinitas, eod. num.2.
Maximè, ſi aer non eſſet tenebroſus, eod. num.3.
Et ſufficit conſtare aliundè, quòd luna luceret, eod.num.4.
Non eſt tamen d. teſtis omni exceptione maior ibi.num 5.
Et ſi teſtis dicat, lunam lucere, & conſtet de contrario, punitur de falſo, eod.num.6.
Teſtis dicens, cognouiſſe aliquem ad vocem probat, fol.604.num.1.
Si tamen vocem habeat ita notam, vt falli non poſſit, eod.num.2.
Maximè ſtante aliquo impedimento auditionis, eod.num.3.
Non tamen d.teſtis eſt omni exceptione maior, eod.num.4.
Licet contrarium tenuerint alij, eod.n.5.
Declara concluſionem, vt ibi.n.6.& 7.
Teſtis depoſitio tota debet approbari, vel tota reprobari, fol.606.num.1.
Cum illa ſit indiuidua, eod.num.2.
Maximè ſtante iuramento, eod.n.3.
Teſtis dicto extra iudicium non eſt ſtandum, fol.606. num.1.
Amplia etiam in depoſitione ſocij criminis, eod.num.2.
Facit tamen aliquod indicium, eod.n.3.
Et excuſat accuſantem à calumnia, eod. numer.4.
Teſtis negans, quod reſultaret in eius infamiam, vel damnum, non punitur de periurio, fol.607. num.1.
Vel ſi neget id, de quo poſſet puniri, eod.n.2.
Neque punitur reus negans delictum, ſi de eo conuincatur, eod.num.3.
Dicta tamen negatio facit contra eum indicium ad torturam, eod.num.4.
Negans etiam poſitiones non punitur de periurio, eod.num.5.
Contrarium tenent alii, eod.num.6.
Teſtis obſcurè, & dubitatiuè deponens non probat in criminalibus, fol.608.n.1.
Ratio affertur, eod.num.2.

Exem-

Exemplifica, vt ibi. num.3.
Neque, ſi deponat per verbum Credo, eod.numer 4.
Niſi deponeret ad defenſam, eod.n.5.
Amplia, vt ibi, fol.609.n.6.
Probat tamen contra fiſcum inducentem, eod. num.7.
Et quando credulitatis bonam affert rationem, eod.num.8.
Et in caſu difficilis probationis, eod.n.9.
Dicta tamen teſtium non ſunt cauillanda, eod. num.12.
Teſtis deponens de iudicio ſuo non probat, eod. numer.10.
Niſi de eo bonam afferat rationem, eod.n.11.
Teſtis examinatus pro fiſco poteſt examinari etiam per reum ad defenſam, fol.609.num.1.
Amplia etiam in ſocio criminis, eod.n.2.
Declara, vt eod.num.3.
Teſtis deponens ſinè redditione rationis non probat in criminalibus, fol.610.n.1.
Ratio affertur, eod.num.2.
Maximè, quando teſtis deponit ſuper fijs, quæ ſunt iuris, eod.num.3.
Etiamſi agatur ſolùm de torquendo, eod.n.4.
Et debet reddere rationem congruam, eod. num.5.
Ita vt ratio ſit attendenda, non dictum, fol. 611.num.6.
Amplia concluſionem, vt ibi.n.7.
Limita, quando teſtis deponit ad defenſam, eod.num.8.
Ratio, vt ſit bona, qualis eſſe debeat, eodem num.9.
Et non eſt bona, ſi ſit eadem cum dicto, eod. numer.10.
Eſt bona, ſi dicat ſcio, quia fui præſens, eod. num.11.
Et quid, ſi dicat, ſcio, quia ſum vicinus, & ſimilia, ibi.num.12.
Teſtis vnicus in criminalibus non probat, fol. 611. num.1.
Etiamſi deponant de facto proprio, fol. 612. num.2.
Et ſit valdè dignus, eod.num.3.
Licèt alij teneant contrarium, eod. n.4.
Ita vt nec Princeps, nec Statutum poſſint mandare contrarium, eod.n.5.
Limita, quando agitur ad defenſam, eod. num.6.
Quod declaratur, ibi.num.7.& 8.
Et probat ſemiplenè faciendo indicium ad torturam, eod.num.9.
Et probat etiam, quando fuit approbatus à parte, eod.num.10.
Licèt alij contrarium teneant, eod.n.11.
Et contra fiſcum inducentem, eod.n.12.
Etiamſi teſtis aliàs non ſit fide dignus, fol.613. num.13.
Declara, vt ibi.num.14.
Niſi alij teſtes fiſci deponerent contrarium, eod.num.15.
Teſtis vnicus de viſu adminiculatus quando ſufficiat ad condemnandum. eod.n. 16.
Teſtibus deponentibus pro reo & pro non delicto magis creditur, quam deponentibus pro fiſco, & pro delicto, fol.613.num.1.
Etiam ſi teſtes pro fiſco eſſent plures, fol.614. num.2.
Maximè, ſi teſtes pro reo eſſent nobiliores, eod.num.3.
Ac etiamſi deponerent ſuper negatiua, eod. num.4.
Teſtes examinari poſſunt per Iudicem procedentem ex officio, etiam poſt didicita teſtificata, fol.614. num.1.
Etiamſi interueniat promotor inquiſitionis, eod. num.2.
Et in cauſa hæreſis, fol.615.n.3.
Et eò magis ad defenſam rei, eod.n.4.
Limita, quando Iudex procedit per accuſationem, eod.num.5.
Licèt contrarium teneant alij, eod.n.6.
Maximè, ſi Iudex ſit certus, non adeſſe ſubornationem, eod.num.7.
Licèt aliqui teneant contrarium, eodem numer. 8.
Non poteſt tamen Iudex id facere ad inſtantiam partis, eod.num.9.
Declara, vt ibi.num.10.
Poteſt tamen id facere ad inſtantiam partis fauore defenſionis, num.11.
Limita tertiò, quando adeſt inſtigator, eod. num.12.
Maximè ad inſtantiam accuſatoris, vel inſtigatoris, eod.num.13.
Neque ſuper antiquis articulis, neque ſuper nouis, fol.616.num.14.
Et quid in cauſa appellationis remiſſiuè, ibi. num.15.
Teſtis examinatus ſinè iuramento non probat, eod. num.1.
Qui debet iurare ſuper Euangelijs, eod.n.2.
De conſuetudine ſufficit tactus cuiuſque ſcripturæ, eod.num.3.
Clerici verò iurant tacto pectore, eod.n.4.
Et debet iurare antequam examinetur, fol. 617.num.5.
Ita vt non ſufficiat iurare poſt, etiam incontinenti, eod.num.6.
Quicquid dixerint alij, eod.n.7.
Amplia in Clericis, Monacis, & ſim. eod. numer. 8.
Secùs quoad Cardinales, eod.n.9.
Amplia ſecundò etiamſi Iudex procedat ſummariè, eod.num.10.
Licèt contrarium teneant alij, eod.n.11.
Et etiamſi teſtes fuerint plures, eod.n.12.
Limita concluſionem accedente conſenſu partis, eod.num.13.

Sublimita in criminalibus, vel in cauſa ciuili ordine, eod. num. 14.

Licèt teſtis non iuratus faciat aliquam præſumptionem, num. 15.

Teſtis nua habens manus non poteſt cogi ad ſe examinandum, fol. 618. num. 16.

Quod debeat iurare per procuratorem, vel aliàs, vt ibi. num. 17.

Teſtes examinandi ſunt ſeparatè, non inſimul, eod. num. 1.

Etiamſi examinentur ſuper corpore delicti, eod. num. 2.

Amplia etiam in teſtibus confrontandis cum reo eod. num. 3.

Fallit ſtante conſuetudine in contrarium, eod. num. 4.

Teſtes examinati coràm Iudice incompetenti non probant, fol. 618. num. 1.

Amplia, vt ibi num. 2.

Amplia ſecundò in teſtibus examinatis per laicum, qui non probant coràm Eccleſiaſtico, eod. num. 2.

Teſtes dum examinentur ad defenſam, citari debet procurator fiſcalis ad videndum illos iurare, fol. 619. num. 1.

Ratio affertur, eod. num. 2.

Etiam ad dicendum contra articulos, eodem numer. 3.

Inſtigatur tamen non eſt citandus, eodem numer. 4.

Contrarium tenent alii, eod. num. 5.

Teſtes examinati parte non citata in criminalibus non probant, fol. 620. num. 1.

Etiamſi eſſent mille, eod. num. 2.

Neque faciunt iudicium ad torturam, eodem numer. 3.

Nec contra reum mala fama, eod. num. 4.

Licèt contrarium teneant alii, eod. num. 5.

Neque d. teſtes faciunt præſumptionem, eod. num. 6.

Licèt alii teneant contrarium, eod. num. 7.

Et etiamſi Iudex habeat arbitrium, & brachium regium, fol. 621. num. 8.

Licèt alii teneant contrarium, eodem numer. 9.

Et etiamſi teſtes ſint mortui, eodem numer. 10.

Licèt alii teneant contrarium, eodem numer. 11.

Etiam in crimine aſſaſſinii, eod. nu. 12.

Licèt contrarium teneant alii, eod. numer. 13.

Et in crimine læſæ Maieſtatis, ibi nu. 14.

Licèt alii teneant contrarium, eodem nu. 15.

Limita contrareum contumacem, ſecùs in præſente, eodem num. 16.

Etiamſi reus non compareat ante condemnationem, fol. 622. num. 17.

Limita ſecundò, ſi reus habuit teſtes pro vitè examinatis, eod. num. 18.

Qua declaratio eſt facienda per reum, vel procuratorem ſpecialem, eod. num. 19.

Nec reus ad d. declarationem poteſt cogi, eod. num. 20.

Interim verò non eſt danda copia proceſſus, eod. num. 21.

Licèt contrarium ſeruari in Vrbe, afferant alii, eod. num. 22.

Et reus in d. declaratione poteſt excipere abſentes, vel mortuos, num. 22.

Licèt contrarium teneat Baiat. *ibi num. 24.*

Et poteſt illos repeti facere ſuper interrogatoriis, eod. num. 25.

Si d. repetitionem reſeruauerit, alias ſecùs, eodem numer. 26.

Licèt reſeruationem non requiri, teneant alii, fol. 623. num. 27.

Amplia, vt ibi. num. 28. & 29.

Qua declaratio ſanat defectum citationis tantùm, eod. num. 30.

Limita concluſionem, ſi reus fateatur delictum eod. num. 31.

Teſtes in criminalibus ad ſe examinandum compelluntur, fol. 624. num. 1.

Licèt alii contrarium ſentiant, eod. nu. 2.

Et coguntur etiam ad ſe confrontandū eod. nu. 3.

Et ad ſe repetendum, eod. num. 4.

Et etiam ad iurandum, eod. num. 5.

Et coguntur principales ad propalandum offendentem, eod. num. 6.

Et coguntur mulcta indicta, & aliàs, vt n. 7.

Et a Iudice Eccleſiaſtico per cenſuras, eod. n. 8.

Ita vt teſtis recuſans puniatur, eod. nu. 9.

Limita in teſtibus priuilegiatis, vt nu. 10.

Et quando teſtis detegeret propriam turpitudinem, eod. num. 11.

Et ſi adſit periculum inimicitiæ cum potente, fol. 625. num. 12.

Teſtis examinatus citatus ad ſe repetendum, ſi recuſet comparere, eius depoſitio præſumitur falſa, eod. num. 1.

Et poteſt inquiri de falſo, eod. num. 2.

Et ſi ſe nō repetat eius depoſitio corruit, eod. n. 3.

Licèt alii teneant contrarium, eod. num. 4.

Teſtis examinatus, ſi repetitus deponat contrarium, non probat, fol. 625. num. 1.

Cum ex ſecundo dicto debilitetur primum, eod. num. 2.

Ita vt poſſit torqueri, ſi non adducat reuocationis rationem, num. 3.

Virùm verò ſint aſſignandæ defenſiones, eodem num. 4.

Teſtis deponens ſub ſpe impunitatis non probat, fol. 626. num. 1.

Cum dicatur corruptus, eod. num. 2.

Licet contrarium teneant Caball. *relatus, n. 3.*

Amplia etiam in ſocio criminis nominante ſub d. ſpe, num. 4.

Teſtis, qui repellitur in totum à teſtificando, admonenitis non iuuatur, fol. 669. num. 1.

Ratio

Ratio affertur, eod.num.2.
Amplia, vt neque iuuetur ex teſtimonio alterius, eod.num.3.
Neque ex numero, eod.num.4.
Teſtis habilitas attenditur de tempore depoſitionis, fol.627.num.1.
Amplia, vt inhabilitas de d. tempore ſit probanda, num.2.
Teſtes inhabiles admiſſi in criminibus exceptis non dicuntur omni exceptione maiores, fol 627. numer.1.
Idem eſt in teſtibus, qui admittuntur in delictis occultis, eod.num.2.
Licèt alij contrarium teneant, fol. 628. numer.3.
Teſtis non tenetur reſpondere interrogatorio concernenti crimen, & turpitudinem ipſius, fol.628.numer.1,
Siuè crimen ſit occultum, ſiuè non, eodem numer.2.
Limita Iudice interrogante ex officio, eodem numer. 3.
Tenetur tamen reſpondere ad ea, quæ illum repellunt, num.4.
Exemplifica, vt eod num.5.
Teſtes duo ſufficiunt in criminalibus ad condemnandum, fol.628.num.1.
Si ſint omni exceptione maiores, aliàs ſecùs, fol.629.num.2.
Qui nullam admittant exceptionem, eodem numer.3.
Reus verò conuictus condemnari poteſt, ac ſi eſſet confeſſus, num.4.
Et qua pœna, vide remiſſiuè, eodem numer. 5.
Teſtis, quòd ſi omni exceptione maior eſt probandum, fol.629.num.1.
Licèt alii teneant contrarium, eodem numer. 2.
Procedit, ſi d. qualitas requiratur in ſuperlatiuo gradu, num.3.
Si verò requiratur idoneitas, illa in teſte præſumitur, num.4.
Teſtis examinatus per Notarium, ſi neget, ita depoſuiſſe, non creditur Notario contra teſtem, nec teſti contra Notarium ad puniendum, fol.530. numer.1.
Licèt, teſtem poſſe torqueri in d. caſu velint alii, num.2,
Etiamſi teſtes negantes ſint plures, eodem num. 3.
Licèt contrarium teneant alij, eodem nu.4.
Si cum Notario fuerit Iudex, creditur Notario contra teſtem, num.5.
Maximè, ſi teſtis ſe ſubſcripſerit, eodem numer.6.
Et quando Notarius habuit ſcriptorem, eodem num.7.
Quid verò dicendum ſit in ciuilibus remiſſiuè, fol. 631.num.8.
Teſtes cogi poſſint ad ſe confrontandum cum reo, fol. 173.num.1.
Non poteſt verò reus cogere Iudicem ad confrontandum teſtes, fol. 174.num.2.
Licèt contrarium teneat Calui. relatus eod. n. 3.
Teſtes autem ſunt confrontandi ſeparatè, n.4.
Et quomodo cogi poſſint remiſſiuè, eod.num.5.
Teſtis deponens falſum ad defenſam non punitur pœna ordinaria, fol.260.num.1.
Teſtis, qui dubitatiuè depoſuit, non poteſt redargui de falſo, fol.260.num.1.
Licèt contrarium, quando depoſuit per verbum, Credo, teneant alii, num 3.
Et teſtes deponentes dubitatiuè non poſſunt dici contrarii, fol.261.num.4.
Teſtis deponens dubitatiuè ſuper facto, de quo dubitat, iurat verum, eod num 2.
Teſtis, qui falſum depoſuit negando ſe conſanguineum pauperem, & ſimilia, punitur pœna extraordinaria, fol.261.num.1.
Etiamſi qualitas negata non tollat fidem teſti, eod.num.2.
Et etiamſi teſtis iuret falſum in acceſſorijs, eod.num.3.
Amplia, vt d. teſtis neque probet, eod. num.4.
Declara, vt ibi. num.5.
Teſtis falſus ſuper acceſſoris, quando puniatur, vel probet, fol.261.num.6.
Teſtes contrarii licèt non probent, non puniuntur tamen de falſo, fol. 262.num.1.
Licèt alii teneant contrarium, num.2.
Si tamen teſtes ſint hinc indè pares, aliàs ſecùs eod.num. 3.
Poteſt tamen Iudex contra eos procedere, nu.4.
Teſtes dic[illegible] quando ſi[illegible] in ſubſtantialibus tantùm, eod. num.5.
Sunt contrarii, ſi ſibi contradicunt in loco, & tempore, eod.num.6.
Et quando diſcordant in verbis, ſi agatur de formalitate verborum, num.7.
Non dicuntur contrarij, ſi vnus deponat plus alio, eod.num.8.
Vel ſi contrarietas ſit modica, eod.num.9.
Licèt alii teneant contrarium, fol. 263. nu.10.
Teſtis deponens falſum ſine iuramento punitur pœna falſi eod.num 1.
Licèt contrarium teneant alii, eod.num.2.
Pœna autem in d. caſu erit extraordinaria, eod.num.3.
Licèt alij teneant contrarium, eod.num.4.
Teſtis deponens verum, quod ignorabat, punitur pœna falſi, fol. 263. num.1.
Idem eſt in teſte deponente verum, ſed credente dicere falſum, fol.264.num. 2.
Et in teſte deponente falſum, ſed credente dicere verum, eod.num.3.
Contrarium tenent alii, eod.num.4.
Idem eſt in teſte deponente pro vero, quod audiuit à fide digno, num.5.
Licèt alii contrarium teneant, eod.num.6.

Dicti tamen teſtes puniuntur pœna extraordinaria, eod. n. 7.

Teſtis accipiens pecuniam, vt ſe examini ſubiiciat punitur de falſo etiam non conſtito, quòd falſum dixerit, fol. 264. n. 1.

Ita vt præſumatur, quod falſum depoſuerit, eod. n. 2.

Etiamſi accipiat pecuniam, vt verum dicat, fol. 265. n. 3.

Quoad pœnam extraordinariam tantùm, eod. num. 4.

Et in teſte accipiente pecuniam, vt non deponat, eod. n. 5.

Ita vt teſtis accipiens pecuniam non probet, eod, num. 6.

Non tamen eſt locus, niſi pœnę extraodinariæ, num. 7.

Maximè, ſi conſtet de veritate depoſitionis teſtis, eod. n. 8.

Si verò precibus deponat, non punitur, fol. 376. n. 9.

Neque, quando accipit pecuniam pro expenſis & viaticis, eod. n. 10.

Teſtis, qui iurauit falſum, poteſt puniri à Iudice, coram quo falſum depoſuit, fol. 266. num. 1.

Etiamſi Iudex ſit cognitor cauſarum ciuilium tantùm, eod. n. 3.

Contrarium tenent alii, eod. n. 4.

Declara, vt ibi. n. 5. & 6.

Et iurando falſum coràm delegato punitur ab eo, ſi ſit delegatus Principis, fol. 267. n. 8.

Licèt alii teneant contrarium, eod. num. 9. & 10.

Non poteſt tamen puniri ab arbitro, eodem num. 14.

Teſtis iurans falſum coràm inquiſitione poteſt ab eo puniri, fol. 266. n. 7.

Et Laicus iurans falſum coràm Iudice Eccleſiaſtico, fol. 167. n. 11.

Teſtes deponentes de negatiua quomodò ſint examinandi, fol. 445. n. 7.

Teſtes deponentes de negatiua pro reo præferuntur teſtibus deponentibus ſuper affirmatiua, fol. 446. num. 4.

Teſtis dicens, falſum depoſuiſſe ſubornatum ab aliquo, non facit contra eum indicium ad torturam, fol. 575. n. 1.

Ratio affertur, eod. n. 2.

Licèt alii teneant contrarium, eod. n. 3.

Imò neque facit indicium ad inquirendum, num. 4.

Licèt contrarium de conſuetudine teneant alii, eod. n. 5.

Et etiamſi ſint plures, eod. n. 6.

Contrarium de conſuetudine tenent alii, fol. 576. n. 7.

Fallit concurrentibus adminiculis, eodem numer. 8.

Et quando ſubornatus ſubornationem non acceptauit, eod. n. 9.

Licèt alii teneant contrarium, eodem numer. 10.

Non facit indicium, ſi eſſet periurus, vel varius, eod. n. 11.

Et debent concurrere requiſita ſocii criminis, eodem, n. 12.

Teſtis præſumitur ſubornatus deponens de eo, de quo non eſt veriſimile, illum recordari, eod. num. 3.

Et ſi deponit per eundem præmeditatum ſermonem, fol. 577. n. 4.

Et ſi cunctet, inducentem voluiſſe ſubornare alios teſtes, eod. n. 5.

Teſtes probant defenſionem de illa deponendo, licèt non dicant ad neceſſariam defenſionem, fol. 199. num. 4.

Licèt contrarium teneant alii, eod. n. 5.

Declara, vt ibi. n. 6.

Teſtes derobati probant contra furem, ſi eorum intereſſe renunciauerint, fol. 120. n. 1.

Idem eſt in teſtibus deponentibus, ſoluiſſe vſuras, eod. n. 2.

Non ſunt tamen omni exceptione maiores, num. 3.

Renunciatio verò eſt facienda ante, vel tempore depoſitionis, eod. n. 4.

Teſtes non repulſati in prima inſtantia non poſſunt repulſari in cauſa appellationis, fol. 529. numer. 1.

Licèt alii teneant contrarium, fol. 530. numer. 2.

Limita, ſi in prima inſtantia fuit denegata, eod. num. 3.

Et quando in prima inſtantia non fuit probata, eod. n. 4.

Limita etiam in minore, qui reſtituitur, eod. num. 5.

Teſtis veriſimiliter informatus, ſi recuſet dicere veritatem, poteſt torqueri, fol. 657. n. 1.

Idem eſt in teſte dicente, ſe non recordari, fol. 658 n. 2.

De qua veriſimilitudine debet in actis conſtare, eod. n. 3.

Tortura tamen debet eſſe moderata, eodem num. 4.

Amplia in teſte negante, interfuiſſe delicto, eod. n. 5.

Quomodo ſit conuincendus de mendacio, vide, num. 6.

Amplia ſecundò in teſte, qui interfuit facto, & negat, vidiſſe, eod. n. 7.

Niſi aliqua ratio illam excuſet, eodem numer. 8.

Limita, quando teſtis nihil probaret, eodem num. 9.

Limita, niſi quando veritas aliter haberi non poſſet, eod. n. 10.

Et concurrentibus indiciis, de quibus, fol. 659. num. 11.

Teſtes deponentes, vſuras ſoluiſſe, non probant

quem vſurarium, fol. 666, num. 1.
Tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, eod. num. 2.
Limita, ſi teſtes deponerent ad fauorem tertii, eod. n. 3.
Contrarium tenent alii, eod. n. 4.
Limita ſecundò, ſi teſtes renuncient eorum intereſſe, eod. n. 5.
Niſi dict. renunciatio ſit tantùm verbalis, eod. num. 6.
Quæ renunciatio eſt facienda apud acta, & cum iuramento, eod. n. 7.
Nunquam tamen d. teſtes ſunt omni exceptione maiores, eod. n. 8.
Tortura inferri poteſt omnibus, niſi expreſſè à iure prohibeantur, fol. 631. n. 1.
Fallit in minore 14. annorum, eod. n. 2.
Si tamen ſit proximus pubertati, poteſt terreri, eod. n. 3.
Infans verò neque poteſt terreri, fol. 632. numer. 4.
Fallit ſecundò in muliere prægnante, eodem num. 5.
Quæ neque poteſt terreri, eod. n. 6.
Neque torqueri, niſi elapſis diebus 40. eod. num. 7.
Fallit tertiò in Doctoribus, eod. n. 8.
Quod non ſeruatur de conſuetudine, eodem numer. 9.
Licèt alii teneant contra d. conſuetudinem, eod. num. 10.
Limita quartò in obſeſſis à Dæmone, eodem numer. 11.
Fallit quintò in ſenibus decrepitis, eodem num. 12.
Declara, vt ibi. fol. 633. n. 13. & 14.
Qui poſſunt terreri, & leuiter torqueri, eod. num. 15.
Contrarium tenent plures, eod. n. 16.
Fallit ſextò in Clericis, eod. n. 17.
Contrarium veriùs teneant alii, eodem numer. 18.
Fallit ſeptimò in infirmis, fol. 634. n. 19.
Et in aliis pluribus, eod. vt n. 20.
Priuilegiati verò torquentur conſulto Principe, eod. n. 21.
Et torquentur in crimine læſæ Maieſtatis, hæreſis, & aliis, vt n. 22. & 24.
Quod fallit in muliere grauida, eodem numer. 23.
Tortura non poteſt inferri non conſtito de corpore delicti, fol. 635. n. 1.
Etiam extantibus indiciis, eod. n. 2.
Et non obſtante qualibet Iudicis facultate, eod. num. 3.
Et tortura non iuſtificatur, ſi corpus delicti ſuperueniat, eod. n. 4.
Tortura inferri non poteſt denegatis defenſionibus, fol. 636. n. 1.
Ita vt reo ante illam danda ſint copia indiciorum, fol. 637. num. 2.
Et ſint edenda nomina teſtium, eodem numer. 3.
Etiamſi copia non ſint petita, eodem numer. 4
Etiam in atrociſſimis, eod. n. 5.
Licèt contrarium teneant alii, eod. n. 6.
Et etiamſi Iudex habeat liberum arbitrium, eod. n. 7.
Contrarium ſtante brachio regio, eodem numer. 8.
Quod declaratur, fol. 638. n. 9.
Maximè contra minores, eod. n. 10.
Neque proceſſo reo publicato cum ſolito termino, eod n. 11.
Niſi ſuperueniant noua iudicia, eod. n. 12.
Ita vt neque Princeps valeat tollere defenſiones, eod. n. 13.
Neque conſuetudo, eod. n. 14.
Licèt alii contrarium teneant, eodem numer. 15.
Ita vt reus non valeat defenſionibus renunciare, eod. n. 16.
Et reus ita ſi tortus ſit, illius confeſſio non valet, eod. n. 17.
Quando verò teſti torquendo ſint aſſignandæ defenſiones remiſſiuè, fol. 639. n. 18.
Teſtis ob mendacium, vel variationem torquetur negata copia iudiciorum, eod. n. 1.
Si de mendacio conſtat ex propria confeſſione, aliàs ſecùs, eod. n. 2.
Contrarium tenent alii, fol. 640. n. 3.
Limita, quando teſtis torquetur, vti vilis, infamis &c. n. 4.
Declara, vt ibi, n. 5.
Tortura debet eſſe leuis, nec repetenda in dicto caſu, eod. n. 6.
Tortura inferri non poteſt ſinè legitimis indiciis, fol. 125. n. 2. & 644. n. 1.
Ratio affertur, eod. n. 2.
Et indicia debent eſſe grauia, vrgentia, & vt ibi, num. 3.
Et quæ ſint talia, eſt Iudici arbitrarium, eodem num. 4.
Et debent eſſe plura, eod. n. 5.
Et plenè probata per duos teſtes, eod num. 6.
Amplia etiam in territione, fol. 645. numer. 7.
Licèt alii contrarium teneant, eodem numer. 8.
Amplia etiam in atrociſſimis, eodem numer. 9.
Licèt contrarium teneant alii, eodem numer. 10.
Amplia tertio, etiam ſtante amplo arbitrio, eod. n. 11.
Amplia quartò, vt Princeps non poſſit mandare contrarium, eod. n. 12.
Amplia quintò, vt confeſſio extorta ſinè indiciis ſit nulla, eod. n. 13.

Amplia

Amplia ſextò etiam in delictis occultis, fol. 646.n.14.
Licèt alij teneant contrarium, eod.n.15.
Limita; quando reus recuſat Iudici reſpondere, eod.n.16.
Et in Caupona cuſtode bonorum, & ſimil. eod. num.17.
Et in ſimulante furorem, eod.n.18.
Et in occidente aliquem ſinè cauſa, eod. numer.19.
Et in bannito in contumacia comparente, eod. num.20.
Index verò torquens ſinè indicijs quæ pœna puniatur, ibi.n.21.
Tortura illata principali, qui fuit negatiuus, ſuffragatur etiam imputatis de auxilio, fol. 646. num.1.
Amplia etiam in ſocio criminis ad fauorem complicis. eod.n.2.
Et in teſte torto in alium, eod.num.3.
Et in mandatario negatiuo, qui prodeſt mandanti, eod.n.4.
Tortura infertur in omnibus delictis, in quibus imponitur pœna corporalis, fol.647.n.1.
Quòd non ſit inferenda, niſi quando imponitur pœna vltra relegationem, eod.n.2.
Ita vt tortura non inferatur in delictis leuibus, eod.n.3.
Licèt contrarium teneant alij, fol. 648. numer.4.
Neque quando imponitur pœna duorum funictum, eod.n.5.
Tortura non infertur, vbi pœna intrat arbitraria, eod.n.0.
Declara, vt num.10.
Tortura reo illata non eſt ampliùs repetenda, fol. 649.n.1.
Ita vt confeſſio extorta per repetitionem torturæ ſit nulla, eod.n.2.
Et neque in teſtibus ſit repetenda, eod. numer.3.
Fallit, ſi noua ſuperueniant indicia, eod. numer.4.
Declara, vt ibi.n.5.
Ita vt prima indicia per torturam eliſa non ſint attendenda, n.6.
Et ſecunda indicia eſſe debeant vrgentiora primis, eod.n.7.
Limita, quando reus non fuit ſufficienter tortus, fol.650.n.8.
Quod remittitur arbitrio Iudicis, eod.n.9.
Non tamen repetitur eodem die, eodem numer.10.
Et niſi per vnam vicem, & non vltra, eod. num.11.
Licèt vſque ad tertiam repeti, teneant alij, eod. num.12.
Limita ſecundò, quando indicia ſunt vrgentiſſima, eod.n.13.
Licèt alij contrarium teneant, eod.num.14.
Limita tertiò, quando reus confeſſus recuſat ratificare, eod.n.15.
Tortura poteſt diuidi per Iudicem ex iuſta cauſa, eod. num.16.
Tortura eſt incipienda à timidiori, debiliori, & à quo, eſt veriſimilius, haberi veritatem, fol.651. num.1.
Et ab eo, qui eſt malæ famæ, eod.n.2.
Et à magis indiciato, & ſuſpecto, eod.n.3.
Licèt, hoc eſſe arbitrarium, voluerint alij, eod n.4.
Tortura non purgat plenas probationes, ita vt, ſi tortus perſiſtat, ſit condemnandus pœna extraordinaria, fol.651.n.1.
Tortura in teſtibus non purgat plures defectus, ſed vnum tantùm, fol.652.n.1.& 2.
Licèt, teſtes plures habentes defectus probare cum tortura de conſuetudine, teneant alij, eod. num.3.
Neque in caſu difficilis probationis, eod. numer.4.
Tortura non ſupplet defectum periurij, eod. numer.5.
Contrarium de conſuetudine tenent alij, eod. num.6.
Torqueri nemo debet vltra horam, etiam in crimine grauiſſimo, fol.653. n.1.
Fallit in tormento vigiliæ, equi, & ſimil. eod. num.2.
Si verò infertur ad ſciendum complices, & receptatores, non progreditur vltra dimidiam horam, eod.n.3.
Declara, vt ibi.n.4.
Tortura non infertur, niſi poſt octo horas à ſumpto cibo, eod.n.5.
Et Iudex vti debet tormentis ſolitis, vt ibi. num.6.
Ad torturam deueniri non poteſt, niſi præcedente decreto de torquendo, fol.653.n.1.
Et ſinè decreto tortura dicitur nulliter illata, fol.654.n.2.
Et d. decretum debet continere clauſulam ſinè præiudicio probatorum, &c.*num.3.*
Et in eo ſunt apponenda omnia indicia, eod. num.4.
A d. tamen decreto datur appellatio, eod num.5.
Torturæ non eſſe locum, in dubio eſt pronunciandum, fol.654.n.1.
Et non eſſe locum repetitioni torturæ, eod. num.2.
Et indicia non eſſe ſufficientia ad torturam, eod. num.3.
Tractatus ad delinquendum non præſumitur, ſed eſt probandus, fol.660.n.1.
Ita vt neque ille probetur per confeſſionem rei, eod.num.2.
Ad illud probandum ſufficiunt coniecturæ, eod. num.3.
Licèt contrarium teneant alij, eod.n.4.

Et pro-

Et probatur etiam per teſtes inhabiles, eod. num.5.

Indicia verò in d. caſu debent eſſe indubitata, eod.num.6.

Et ſufficiunt pro pęna extraordinaria tantùm, eod.num.7.

Licèt contrarium teneant alij, eod.n.8.

Teſtes verò de illo deponentes debent deponere de concluſione, num.9.

Indicia tractatus referuntur, ibi.n.10.

Tractantes, & ordinantes homicidium puniuntur pęna homicidij, fol.661.n.11.

Tranſiens ſi ſit occiſus ex lapide proiecto ex domo, intrat pœna extraordinaria, fol.358.n.8.

V

VEneni pro crimine, vt procedi poſſit, debet conſtare de corpore delicti, fol.661.n.1.

Quòd probatur ex atteſtatione peritorum, eod. num.2.

Qui ſufficit, quod deponant de credulitate, eod. num.3.

Debent tamen deponere de veneno propinato, eod.num.4.

Veneni crimen dicitur delictum difficilis probationis, fol.662.n.1.

Ita vt illud probetur ex coniecturis, eod. numer.2.

Dummodò non condemnetur in pœnam ordinariam, eod.n.3.

Licèt pro pęna corporali teneant alij, eod. numer.4.

Declara, vt num.5.

Et in d. crimine Iudex debet eſſe facilior ad torquendum, eod.n.6.

Et punitur effectus pęna ordinaria, etiam non ſequuto effectu, eod.n.7.

Contrarium tenens alij, fol.663.n.8.

Maximè, ſi ſit deuentum ad actum proximum, eod.num 9.

Licèt contrarium teneant alij, ibi.n.10.

Veneno aliquem interficiens dicitur homicida proditorius, fol.663.n.1.

Licèt aliqui dubitent, eod.n.2.

Ita vt non gaudeat immunitate Eccleſiæ, eod. num.3.

Licèt in occidente inimicum contrarium teneat Dian. fol.664.n.4.

Limita in mandante, qui gaudet immunitate, eod.num. 5.

Licèt contrarium teneant alij, eodem numer.6.

Verba, quæ poſſunt importare delictum, vel non, interpretantur pro non delicto, fol.16.n.4.

Veriſimile quod non eſt, falſitatis habet imaginem, fol.145.num.2.

Viſus in loco, vel propè cum armis, in quo fuit factum homicidium, præſumitur occiſor, fol. 369. num.1.

Amplia etiam in frequentante, & tranſeunte per locum homicidij, num.2.

Si ſit mala fama, aliàs ſecùs, eod.n.3.

Et ſi non ſit ſolitus locum frequentare, eod.numer.4.

Limita concurrentibus adminiculis, aliàs ſecùs, eod.num.5.

Et in inuento in loco homicidij multùm propinquo, eod.n.6.

Vſura eſt omni iure prohibita, fol.664.n.1.

Ita vt illam committens puniatur extraordinariè, eod.n.2.

Amplia etiam in Iudæis, eod.num.3.

Limita in muliere, quæ non punitur, eod. num.4.

Et in ruſtico, eod.num.5.

Et quando vſura in loco publicè frequentantur, fol.665.num.6.

Licèt contrarium teneant alij, eod.n.7.

Limita ſecundò, quando vſura non fuit exacta, eod.num.8.

Licèt contrarium teneant alij, eod.n.9.

Et quando graues authores aſſerunt contractum licitum, eod.num.10.

Et quando vſura extorta eſt minima, eod.numer.11.

Licet contrarium teneant alij, eod. num.12.

Vſura in crimine Iudex de conſuetudine non procedit ex officio, eod.num.13.

Vſurarum crimen eſt mixti fori, fol. 665. numer.1.

Vſurarij bona non ſunt tacitè hipothecata pro reſtitutione vſurarum, fol.318.n.5.

Licèt alij teneant contrarium, eod.n.6.

Si verò vſurarius alienauerit bona tit. lucratiuo, poſſeſſor in ſubſidium conuenitur, eod. num.7.

Vulnus, ſi conſtat non eſſe mortale, vulnerans mortuo vulnerato non tenetur de occiſo, fol.667. num.1.

Et eò magis, ſi conſtet de mala cura, eod. num.2.

Mala tamen cura debet eſſe magna, eod. numer.3.

Et etiamſi vulneratus moriatur intra paucos dies, eod.num.4.

Si verò conſtat, vulnus eſſe mortale, vulnerans tenetur de occiſo, eod.n.5.

Etiamſi medicus non fuerit adhibitus, & conſtet de mala cura, eod.n.6.

Ac etiamſi vulneratus decedat ex interuallo, fol.668.n.7.

In dubio tamen vulneratus præſumitur mortuus ex vulnere, eod.n.8.

Contrarium tenent alij, eod.num.9.

Declara, vt ibi.n.10.& 11.

Vulnus quando dicatur mortale, vel non, quid attendatur, eod.num.12.

Vulnerans aliquem tenetur ei reficere damna, & intereſſe, fol.669.num.1.

Quòd procedit etiam in mandante, aliquem vulnerari, num.2.

Et eò magis, ſi ſequuta ſit aliqua debilitatio corporis, num.3.

Secùs, ſi ſola remanſerit cicatrix, eodem numer. 4.

Amplia etiam ſequuta pace inter vulnerantem, & vulneratum, eod.num. 5.

Et etiam ſequuto vulnere non dolo, ſed culpa, eod.num.7.

Limita in vulnerante ad ſui defenſionem, eod. num. 8.

Quid in reciprocè ſe prouocantibus, fol. 670. num. 9.

Vulneratus, vel occiſus ſi ſit quis ex duobus rixantibus, præſumitur id actum à corrixante, fol.670. num 1.

Et eò magis, ſi vnus viſus ſit admenare, eod. numer.2.

Ita vt Iudex poſſit torquere corrixantem ſine alio adminiculo, eod.num.3.

Limita, quando corrixantes ſunt plures, eod. num. 4.

Quando verò in d. caſu poſſit ſequi condemnatio, vide, eod.num.5.

Vulnerans, ſeù occidens aliquem ſinè cauſa præſumitur id feciſſe de mandato alterius, & poteſt de mandante interrogari, fol.417.num.1.

Ratio affertur, fol.418.num.2.

Et poteſt interrogari etiam per torturam, eod. num. 3.

Secùs, ſi appareat de cauſa propria, eodem num. 4.

Niſi adſint indicia de mandato, eodem numer. 5.

Iudex verò non poteſt interrogare de mandante in ſpecie, ſed tantùm in genere, eodem numer. 6.

Et debet aduertere, ne rixa ſit affectata ad occultandum mandatum, eod.num.7.

Vxor, conſtante matrimonio, non eſt domina dotis, ſed vir, fol. 160.num.1.

Vxor eximens virum de manibus Curiæ non punitur pœna ordinaria, nec Bulla Sixti V. fol. 245. nu.1. & fol. 671. num.1.

Amplia in vxore præſtante auxilium viro poſt delictum, eod. num. 3.

Nec non in viro eximente vxorem, in patre filium, & simil.eod.num.4.

Vxor pro viro, & vir pro vxore non ſunt idonei teſtes, fol.584.num.1.

Amplia in concubina, & amaſia, eodem numer.2.

Limita in delictis difficilis probationis, eodem num. 3.

Et quando deponunt ad defenſam alterius, eod. numer. 4.

Vxor cogi non poteſt teſtificari contra virum, fol.584. num.1.

Fallit, quando veritas aliter haberi non poteſt, eod.num. 2.

Et in cauſa hæreſis, eod. num.3.

Vir verò cogi poteſt deponere contra vxorem; eod. num.4.

Vxor poteſt impedire deuaſtationem domus viri delinquentis ratione hipothecæ dotalis, fol. 670. num. 1.

Licèt, contrarium ſeruari, dicant alii, fol.671. num. 2.

Amplia, vt id liceat etiam creditoribus, eod. num. 3.

Limita, quando non adſunt alia bona, eodem num. 4.

Et niſi fiſcus vellet ſoluere dotem, vel creditum, num.5.

Et an vxor poſſit impedire fiſcum, ne capiat poſſeſſionem bonorum viri remiſſiuè. eodem numer. 6.

INDEX RERVM

SINGVLARIVM RESOLVTIONVM

NOVITER ADDITARVM.

A

ADſcribens ſibi legatum , vel fideicommiſſum in teſtamento incidit in pœnam falſi, fol, 2 8.num.1.

Sinè adſcriptio facta ſit in teſtamento ſolemni , ſinè in nuncupatiuo , num 2.

Niſi tamen adſcribens probaret per teſtes veritatem d. legati , num.3. & 12.

Et d. pœna habet locum etiam in teſtamento militari , & inter liberos , num.4.

Et etiam contra ſibi adſcribentem in codicillis , num. 5.

Et licet Teſtamentum ſit nullum , num. 6.

Et adſcribens eſt in capax relictorum num.7.

Dicta tamen pœna non intrat ſtante ſubſcriptione Teſtatoris, num. 8.

Quæ ſubſcriptio an eſſe debeat ſpecialis , vel generalis ,remiſſinè , num.9.

Neque d. pœna habet locum in ſuccedente ab inteſtato adſcribente , num.10.

Neque fauore piæ cauſæ,vt in Parocho adſcribente pro Eccleſia , num. 11.

Vtrum verò d. pœna habeat locum in adſcribente ad fauorem vxoris, patris , filij,& ſimil. remiſſinè, num.13.

Affectus de generali conſuetudine non punitur pœna ordinaria non ſequuto effectu, fol. 20.num.1.

Etiam in delictis atrociſſimis , num.2.

Et etiam ſi ſit deuentum ad actum proximum , num. 3.

Quicquid contrarium teneant aliqui , num.4.

Etiam in crimine veneni , num. 5.

Licèt aliqui teneant contrariam , num.6.

Et quid ſi in d. crimine ſit deuentum ad actum proximum remiſſinè , num.7.

Quæ conſuetudo generalis habet locum etiam in crimine læſæ Maieſtatis , num.8.

Licèt contrarium teneant aliqui Doctores , numer. 9.

Et dict. conſuetudo procedit etiam in crimine aſſaſſinij , num. 10.

Contrarium tamen teneant aliqui , num.11.

Et in marito , & vxore conantibus ſe occidere, num.12.

Ac etiam in crimine ſodomiæ licet ſit deuentum ad actum proximum , num. 13.

Et in rapta Virginis , num.14.

Affectus non ſequuto effectu non punitur pœna ordinaria etiam ſi agatur de pœna ſtatutaria , numer. 15.

Quicquid contrarium teneant aliqui , numer. 16.

Affectus non ſequuto effectu non punitur pœna ordinaria, licet ſit deuentum ad actum proximum , num. 17.

Quæ conſuetudo vti generalis , & notoria non eſt probanda , num.18.

Illa tamen non procedit quando lex vel ſtatutum mandat ſeruari contrarium , num.19.

Et an d. conſuetudo ſeruanda ſit in crimine parricidij remiſſinè , num. 20.

C

CAncellarius recipiens fideiuſſorem non idoneum tenetur de proprio , fol. 286.num.1.

Etiam ſi ipſe ſit minor vigeſimo quinto anno , num. 2.

Fallit ſi illum recepit de mandato Iudicis , numer. 3.

Quod procedit quando Iudex mandat recipi certum fideiuſſorem , num.4.

Cancellario tamen de d. mandato non creditur , num.5.

Fallit ſecundo ſi Cancellarius recipit approbatorem , num.6.

Licèt contrarium teneat Coſta *relatus , nu.7.*

Fallit tertio quando principalis eſt valde diues. num. 8.

Fallit

INDEX.

Fallit quartò quando illum recipit de conſenſu fiſci, vel partis, num. 9.

Et quando fideiuſſor erat idoneus facultatibus tempore receptionis, num. 10.

Quòd tamen eſt probandum per Notarium, num. 11.

Et prius eſt facienda excuſſio contra fideiuſſorem, & principalem, num. 12.

Quomodo vero facienda ſit d. excuſſio remiſſiuè, num. 13.

Contrabanni cauſa eſt criminalis, fol. 326. num. 1.

Et ideo probationes in eo debent neceſſariò concludere, num. 2.

Cum frandatio gabellæ non præſumatur, ſed ſit probanda, num. 3.

Etiam ſi agatur de pœna applicanda parti, num. 4.

Ac etiam quod quis captus fuerit in fragranti, num. 5.

Pœna tamen fraudatæ gabellæ ſpectat ad appaltatorem, n. 6.

Corpus delicti in exploſione archibuſiatæ probatur oſtendendo, archibuſiam eſſe onuſtum pila plumbea, vel alia re apta ad nocendum, fol. 184. num. 1.

Declara, vt num. 2.

Corpus delicti eſt validè probatum etiam ſi ſit factum per iudicem incompetentem, n. 3.

D

DAmnati ad remigandum olim vt ſerui pœna amittebant Teſtamenti factionem, fol. 188. num. 1.

Secus tamen eſt de iure nouiſſimo, num. 2.

Quo ſtante nemo benè natus fit ſeruus pœnæ, licet deportatus, bannitus, vel damnatus ad triremes, & ſimil. n. 3.

Maximè ſi damnati ſint ad triremes non in perpetuum, ſed ad tempus, n. 4.

Et eò minus amittunt quæ ſunt iuris gentium, vt contractus, n. 5.

Neque amittunt teſtamenti factionem, & ius ſuccedendi, n. 6.

Licèt contrarium teneant plures Doctores, num. 7.

Delictum extinguitur per mortem delinquentis ita vt pœna ab hæredibus exigi non poſſit, fol. 223. num. 1.

Cum mors omnia ſoluat, n. 2.

Maximè quò ad pœnam corporalem, ita ut contra cadauer ſæuiri non poſſit n. 3.

Quod non habet locum in atrociſſimis, n. 4.

Vtrum verò ſuſpendi poſſint cadauera eorum, qui ſibi mortem conſciuerunt remiſſiuè, n. 5.

Amplia ſecundo, vt reo mortuo fideiuſſor non teneatur illum repræſentare, neque teneatur ad aliquam pœnam, n. 6.

Limita primo d. concluſionem, vt non habeat locum in crimine hæreſis, n. 7.

Procedit contra hæreticos formales, non autem contra ſuſpectos de hæreſi, n. 8.

Limita ſecundo in crimine læſæ Maieſtatis, n. 9.

Procedit ſi illud ſit commiſſum contra Imperatorem, vel Papam aliàs ſecùs, n. 10.

Delictũ non extinguitur morte ſi reus moriatur poſt ſententiam, n. 11.

Limitationes ad d. concluſionem principalem referuntur remiſſiuè, n. 12.

Hæredes quando teneantur ad pœnam pro delicto defuncti remiſſiuè, n. 13.

Proceſſus quomodo ſit formandus quando agitur ad damnandam memoriam defuncti, n. 14.

E

EPiſcopus non poteſt committere laicò cauſas criminales Clericorum, fol. 231. n. 1.

Imò neque Papa poteſt committere laico omnes cauſa Clericorum, n. 3.

Laicus enim eſt incapax iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, n. 2.

Et Epiſcopus d. cauſas committere nequit Clerico coniugato, n. 4.

Neque poteſt illas committere laico vna cum Clerico, n. 5.

Fallit concluſio ſi in loco non adeſſet Clericus ſufficiens, n. 6.

Et quò ad cauſas ciuiles, n. 7.

Poteſt tamen Epiſcopus in cauſis criminalibus Clericorum laicum Aſſeſſorum aſſumere, n. 8.

F

FIdeiuſſor de benè viuendo non tenetur ad pœnam ſi reus ſit condẽnatus in contumacia, fol. 98. n. 1.

Non obſtante Bulla Pij Quarti 128. quæ declaratur, num. 3.

Cum confeſſio reſultans ex contumacia dicatur confeſſio ficta, quæ non egreditur perſonam confitentis, num. 2.

Etiam ſi contra reum adeſſet vnus teſtes de viſu, num. 4.

Ac etiam ſi principalis eſſet confeſſus delictum num. 5.

Licèt aliqui contrarium teneant, num. 6.

Ac etiam ſi de delicto conſtaret per plenas probationes receptas non citato fideiuſſore, n. 7.

Et licet fideiuſſor poſſit habere regreſſum contra principalem, n. 8.

Fructus bonorum fideicommiſſariorum tranſeant in fiſcum durante vita grauati delinquentis, fol. 171. num. 1.

Cum d. fructus ſint grauati delinquentis, n. 2.

Et eò magis in damnato pro receptatione bannitorum, & in caſu Bullæ Sixti Quinti, n. 3.

Fallit quando in caſu delicti fuit factum fideicommiſſum alio ſubſtituto, n. 4.

Et ſtante prohibitione Teſtatoris alienationis bonorum extra familiam, n. 5.

Licet aliqui contrarium teneant, n. 6.

Maximè ſi Teſtator prohibeat etiam vſumfructum, num. 7.

Fructus verò bonorum feudalium non confiſcantur, ſed deuoluuntur vna cum feudo ad comprehenſos in inueſtitura, n. 8.

Quid

INDEX.

Quid in fructibus certorum bonorum an tranſeant in fiſcum, n. 9.

G

GRatiatus a Principe non poteſt amplius examinari pro habendis complicibus, & ſimil. fol. 329. num. 1.

Et neque poteſt torqueri pro habendis ſociis, & auxiliatoribus, n. 2.

Declara d. concluſionem, vt n. 3.

Et quid ſi pars non concordata agat pro ſuo intereſſe gratia non obſtante, n. 4.

I

IVdæus cognoſcens carnaliter Chriſtianam punitur pœna extraordinaria, fol. 386. n. 1.

Quod procedit etiam in Turca, Mauro, Saraceno, & ſimil. num. 2.

Etiam quod mulier Chriſtiana cognita eſſet meretrix, n. 3.

Licet aliqui contrarium teneant, n. 4.

Item d. pœna habet locum etiam in Chriſtiano cognoſcente Iudæam, n. 5.

Si tamen Iudæus cognoſcat Chriſtianam in contemptum fidei punitur pœna mortis, n. 6.

Idem eſt ſi id fiunt mediante raptu, adulterio, & inceſtu, n. 7.

Non intrat tamen d. pœna ſi id fiat ignoranter, num. 8.

Dictum tamen crimen cognoſcentis mulierem Chriſtianam eſt mixti fori, n. 9.

Iudæus factus Chriſtianus non poteſt puniri pro delictis commiſſis in Iudaiſmo, fol. 387. n. 1.

Contrarium tenent plures Doctores, num. 2.

Et eo magis procedit d. concluſio in foro conſcientiæ, n. 3.

Limita d. concluſionem in Iudæo ſe faciente Chriſtianum in fraudem, n. 4.

Ad quod cognoſcendum attenduntur coniecturæ, num. 5.

Limita ſecundò d. concluſionem non habere locum quo ad damna, & intereſſe, n. 6.

Declara d. concluſionem procedere quò ad pœnam ordinariam, non quo ad extraordinariam, n. 7.

M

MAritus occidendo vxorem priuatur lucro dotis ſibi ex pacto proueniente, fol. 457. n. 1.

Cum maritus occidendo vxorem perdat ius ſuccedendi tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, num. 2.

Amplia procedere etiam in viro vxorem expellente, & ei alimenta denegante, n. 3.

Amplia ſecundo ſiue lucrum proueniat ex Statuto, vel ex conſuetudine, n. 4.

Et etiam ſi illam occidat repertam in adulterio, num. 5.

Niſi tamen viro liceret vigore Statuti vxorem in adulterio repertam occidere, n. 6.

Licet contrarium teneant aliqui Doctores, n. 7.

Quæ contrariæ opiniones declarantur, n. 8.

Lucrum autem, quod perdit maritus occidendo vxorem applicatur hæredibus vxoris, n. 9.

O

OCcidere ſe ipſum eſt omni iure prohibitum, fol. 456. num. 1.

Ita vt bona occidentis ſe ipſum fiſco applicentur, num. 2.

Contrarium vti verius tamen plures Doctores, num. 3.

Declara non procedere in ſe occidente ob pœnam patrati criminis, n. 4.

Quando autem quis dicatur ſe occidiſſe ob pœnam patrati criminis, n. 5.

Requiritur autem vt intret confiſcatio, quod crimen admittat confiſcationem, n. 6.

Hodie tamen pœna confiſcationis non intrat contra occidentem ſe ipſum, num. 7.

Licet cadauer occidentis ſe ipſum poſſit furca ſuſpendi, n. 8.

Contrarium tenent aliqui Doctores, n. 9.

Occidens ſe ipſum carere debet Eccleſiaſtica ſepultura, num. 10.

Si tamen planè conſtet Eccleſiæ, quod ſe ipſum occiderit, aliàs ſecùs, n. 11.

Quod verò quis ſe occiderit non præſumitur, ſed eſt probandum per ipſum, n. 12.

Itaut ſi quis reperiatur in puteo, vel ſuſpenſus præſumatur factum ab alio, n. 13.

Licet contrarium quo ad laqueo ſuſpenſos teneant aliqui, n. 14.

Statutum autem imponens confiſcationem contra homicidas an habeat locum in occidente ſe ipſum remiſſiuè, n. 15.

Offendens Officialem non ex cauſa officii non incurrit pœna læſæ Maieſtatis, fol. 460. n. 1.

Licet aliqui contrarium teneant, n. 2.

Maxime ſi Officialis non ſit conſtitutus a Principe non recognoſcente Superiorem, n. 3.

Secus tamen eſt in offendente ipſum Principem, num. 4.

Ac etiam in offendente Cardinalem, n. 5.

Offendens verò Officialem grauius eſt puniendus, num. 6.

Ex qua verò cauſa offenſio proceſſerit attenduntur coniectura, n. 7.

In dubio tamen præſumitur offenſionem non fuiſſe factam in odium Principis, n. 8.

Si tamen totus iniuſtè occidat hominem non punitur pœna mortis, n. 9.

P

PAter non tenetur cauere de non offendendo pro filiis ſpuriis, fol. 108. n. 1.

Filiorum enim appellatione filii ſpurii non continentur, n. 2.

Licet aliqui Doctores teneant contrarium, num. 3.

Itaut cautio præſtita pro filiis non cenſeatur rupta ex offenſione facta per ſpurium, n. 4.

Quicquid contrarium teneant aliqui, n. 5.

Declara d. concluſionem, vt d. 6.

Et quid ſit dicendum quò ad filium naturalem, vide num. 7.

Et filij

INDEX.

Et filij ſpurii, & naturales un teneantur caue- re de non offendendo pro patre, & inter ſe remiſ- ſuè, n. 8.

Pœna impoſita contra non accurrentes cum armis ad ſonum Campanæ non ligat ſenes, fol. 501. n. 1.

Cum Statutum interpretentur, quod non conti- neant abſurdum, n. 2.

Nec comprahendit non habentes arma, n. 3.

Neque eos qui in d. tempore ſunt occupati in aliquo opere neceſſario, n. 4.

Neque illos, qui ex aliqua iuſta cauſa non po- terant accurrere, n. 5.

Periurus in iuramento litis deciſiuo poteſt puniri criminaliter, fol. 502. n. 1.

Contrarium tenent plures Doctores, n. 2.

Maximè qui doloſè d. iuramentum deciſiuum ſuſcepit, n. 3.

Quæ habent locum etiam in iuramẽto in litẽ, n. 4.

Et in iuramento ſuppletorio, n. 5.

Pœna tamen in d. caſibus eſt extraordinaria tantùm, n. 6.

Et quid in iuramento calumniæ vide, ibi. n. 7.

Perſonæ miſerabiles poſſunt declinare forum etiam in criminalibus, fol. 298. n. 1.

Ratio affertur, n. 2.

Quicquid aliqui contrarium teneant, n. 3.

Quod procedit ſiuè Iudex procedat ex officio, ſiue per Inquiſitionem, n. 4.

Et tam in delictis leuibus, quã in grauibus, n. 5.

Et id facere poſſunt etiam filii ſpurij, & natu- rales agentes pro iniuria illata alicui de genere, num. 6.

In crimine aſſaſſinii tamen d. priuilegium non competit, n. 7.

Neque datur filio agenti contra patrem pro morte matris, n. 8.

Neque Vniuerſitati agenti pro iniuria illata in perſonam Sindici, n. 9.

Nec competit agenti pro iniuria facta caſua- liter, n. 10.

Et pro iniuria facta, ex ira motu, n. 11.

Allegans autem d. priuilegium variationis fo- ri in criminalibus debet comparere perſonaliter, & non ſufficit procurator, n. 12.

Perſonæ miſerabiles in cauſa Sindicatus non poſſunt declinare forum, fol. 554. n. 1.

Licet contrarium teneant aliqui, n. 2.

Amplia d. concluſionem, vt n. 3.

R

REus carceratus publicato proceſſu eſt relaxan- dus fideiuſſoribus quando delictum eſt leue, & eſt locus ſolum pœnæ pecuniariæ, fol. 542. n. 1.

Etiamſi non habeat fideiuſſorem ſi offerat pi- gnus, n. 2.

Maxime ſi reus carceratus ſit Clericus, n. 3.

Itaut alias Iudex teneatur in Sindicatu actione iniuriarum, n. 4.

Limita non procedere quando in ſubſidium pœ- næ pecuniariæ poteſt eſſe locus pœnæ corporali, n. 5.

Limita ſecundo quando reus eſt confeſſus, vel conuictus, n. 6.

Limita tertio quando reus eſt iam condemna- tus, num. 7.

Vel ſi ſit in calculo ferendæ ſententiæ, n. 8.

Limita quarto in reo reperto in fragranti cri- mine, n. 9.

Limita quinto quando reus eſt inquiſitus pro de- licto graui, pro quo intrat pœna ſanguinis, n. 10.

Procedit ſi conſtet de delicto, vel adſint indicia ad torturam, aliàs ſecùs, n. 11.

Pœna tamen exilii non dicitur pœna corporalis, num. 12.

S

STatutum puniens aliquem aggredientem in domo habet locum etiam in aggrediente in oſtio do- mus, fol. 570. n. 1.

Domus enim appellatione venit oſtium, & alia ei affixa, n. 2.

Licet aliqui contrarium teneant, n. 3.

Concordantur d. opiniones, n. 4.

Non tamen habet locum d. Statutum in aggre- diente in tecto domus, n. 5.

Licet contrarium teneat Farinac. *relatus, n. 6.*

Neque habet locum in offendente in apotheca, ſtatione, & taberna, n. 7.

Quod declaratur, n. 8.

Neque habet locum in offendente in domo, quam quis non habitat, n. 9.

Et an d. Statutum habeat locum in offendente in porticu domus, n. 11.

Offenſio autem dicitur facta in domo quando ex via exoneratur archibuſium contra exiſtentem in domo, n. 10.

T

TEſtis deponens falſum excuſatur ſi deponat ſu- per facto, de quo poteſt præſumi obliuio, fol. 268. n. 1.

Cum falſum non ſit punibile ſine dolo, n. 2.

Et ſi deponat ſuper facto intricato, & implici- to, num. 3.

Si tamen factum ſit tale, ſuper quo poteſt ca- dere veriſimilis obliuio, n. 4.

Obliuio autem per quantum tempus inducatur remittitur arbitrio iudicantis, n. 5.

Tortura non poteſt inferri in diebus feriatis in hono- rem Dei, fol. 659. n. 1.

Ratio affertur, n. 2.

Licet contrarium ſeruari de conſuetudine te- neant aliqui, n. 3.

Quæ conſuetudo per aliquos impugnatur, n. 4.

Concluſio ſupradicta fallit in delictis grauibus, & enormibus, n. 5.

Itaut ratione grauitatis criminis poſſit exequi ſententia capitalis in dictis diebus, n. 6.

FINIS.

944008

Digitized by Google